Est — 167
Nº — 111

O. T. 3. D. 1. C N. 10.

COMMENTARIORVM Reipub. Romanæ illius, in exteris prouincijs, bello acquisitis, constitutæ, libri duodecim:

In quibus limitum omnium restitutiones, Prætoria, Magistratus, Munia tam militaria, quàm ciuilia, à summis ad infima, Exercitus, militumq́; genera uniuersa, Legiones quotquot huic populo unquam fuerunt, Cohortes, Equitatus, Classes, Naualia, Statiua, Coloniæ, Municipia, Ornamenta, Signaq́;, bello & pace expressa, Vestimenta omnis generis, & Arma, Ritus deniq; cuncti, Ludi, & Sacra, ex fide Historica, non solùm explicantur, & partim iconibus repræsentantur, uerùm etiam comparatione utriusque Imperij, tam incipientis & florescentis, quàm declinantis, utriusque etiam Vrbis, æternæ & nouæ, ad unguem, & ad nostræ ætatis, quantulacunque eius adhuc Imperij & nominis uestigia supersunt, relata traduntur.

Opus certè, quod totius ueteris Historiæ fundamenta, nodos, admirandumq́; ac ingens quoddam uelut alueare complectitur.

Autore VVOLFGANGO LAZIO Viennen. Austriaco, Medico, & Rom. Regis Historico.



Cum gratia & priuilegio Imperiali ad annos quindecim.

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

EXEMPLVM PRIVILEGII.



ERDINANDVS, *diuina fauente clementia, Romanorum Rex, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Infans Hispaniarū, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Morauiæ, Dux Luczemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Uuirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueuiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goriciæ, Landgrauius Alsatiæ, Marchio sacri Romani imperij, Burgouiæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchæ Schlauonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. uniuersis & singulis, tam ijs qui nunc sunt, quàm qui in posterū erunt, per præsentes literas nostras proponimus cognoscendū, quòd postquā honorabilis, doctus, fidelis, nobis dilectus Uuolfgāgus Lazius, Artium & Medicinæ Doctor, Consiliarius & Historicus noster, ad notitiā nostrā deduxit, se Decades aliquot de uariarū gentium in Illyrici occidentalis tractū, in quo hodie Austriacæ inferiores prouinciæ nostræ sitæ sunt, immigrationibus, unà cum Chorographica charta, & Historia Reipub. Romanæ, item Abdiæ Babyloniæ episcopi historiā Apostolorū, & Hermoldi libros quatuor, de rebus gestis à Ludouico primo, imprimi, & publici iuris facere cōstituisse: uereri tamen, ne id sibi eueniat, quod & alijs sæpe euenire solet, ut alius quispiam editiones huiusmodi mox æmuletur, ipsumq; fructu & cōmodo, lucubrationibus, uigilijs & laboribus suis debito non defraudet solū, uerùm etiā non paruū ei damnum faciat: & propterea à nobis petijt, ut securitati suæ in hac re clemēter cōsulere dignaremur. Nos huiusmodi eius precibus, honestisq; rationibus adducti, non grauatim annuimus ei, utpote non solū de nobis, & serenißima domo nostra Austriæ sedulò bene merenti, uerùm etiā præclara & laudabilia bonarum literarū studia magnis laboribus, non paucis etiā sumptibus suis continuò promouēti, beneficentiam nostram cumulatè impartire, cauereq; priuilegio nostro Regio, quod ei ac Typographo illi, cuius fidei ac diligentiæ memorata opera imprimenda cōmittere sibi uisum fuerit, clementer dedimus & cōceßimus, ac damus & cōcedimus hisce literis nostris, ne quis intra quindecim annos à prima cuiusq; Operum prædictorum editione, ullum librū, aut partē alicuius, intra sacri Rom. Imperij, Regnorūq; & ditionis nostræ pomeria, eis uel inuitis, uel insciētibus, usquā recudere, aut æmulari, uel alibi excusam importare, aut diuendere, distrahereq; ullo pacto uel ratione audeat. Mandātes & edicētes proinde nomine & autoritate sacræ Imperatoriæ Maiestatis Fratris ac Domini nostri chariß imi, ac nostra, perquàm seriò uniuersis & singulis nostris, & sacri Rom. Imperij, ac omniū nostrorum regnorū ac dominiorū seu prouinciarum nostrarū magistratibus & subditis, maximè aūt chalcographis, impressoribus, bibliopolis omnibus, ne patiantur illi Opera suprà nominata, intra quindecim annorū spacium, à quoquam alio aut recudi, aut recusa aliunde importari, ne'ue hi ea ipsa recudere aut distrahere quoquo modo tentent, sub pœna marcharum auri puri decem, integrè & irremißibiliter soluendarum, quarum dimidia pars fisco Imperiali seu nostro, reliqua uerò dicto Doctori Uuolfgango Lazio, uel typographo ab eo potestatem habenti, cedere debeat: nec non sub amißione librorum, quotquot contra hoc nostrum priuilegium impreßi fuerint: quos Consiliarius & Historicus noster, uel typographus præfatus, aut mandatarij & procuratores ipsorum, ubicunq; in eos inciderint, impunè propria authoritate arripe[re] & in suam utilitatem conuertere poterunt. Harum testimonio literarum, quas manu nostra subscrip[si]mus, & sigilli nostri impreßione communiri iußimus. Datum in ciuitate nostra Vienna, die uigesim[o]octaua mensis Maij,*

Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo: Regnorum nostrorum, Romani uigesimo, aliorum uerò uigesimoquarto.

FERDINANDVS.

Ad mandatum sacræ Regiæ Maiestatis proprium.

Iordanus.

Ad inuictissimum ac inclytum Ro-

MAN. HVNGARIAE, BOHEMIAE'QVE, ETC. REGEM, D. FERDINANDVM, PRINCIPEM HISPANIAE, ARCHIDVCEM AVSTRIAE, DVCEM'QVE BVRGVNDIAE, STYRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLAE, VVIRTENBERGIAE: COMITEM TYROLIS, HABSBVRGI, ET FLANDRIAE, DOMInum suum longè clementiss.

Præfatio VVOLFGANGI LAZII Austriaci, in Commentarios suos Reipublicæ Romanæ.



A VPLEX est in scribendis historijs scopus, Rex longè omnium clementissime: quorum alter ad res illustrium uirorum adnotandas, & ab obliuione uendicandas, sumitur: alter in explicandis ueterum autorum commẽtarijs, qui in eo genere claruerũt, uertitur. Ac in primo quidem, quando ad hoc munus quem uocares, me dignum duxisti, arbitror iam propè uoluntati tuæ sacræ à me satisfactum ijs libris esse, quos de rebus à Maiestate tua in Hungaria, Bohemia, & Saxonia, fortiter simul ac feliciter gestis, concinnatos, iudicio iam tuo, eorumq; exhibuimus, qui tibi à consilijs adsident, omnis generis experientiæ atq; doctrinarum præstantissimi. Ad alterum uerò, quod etiam contendimus, tametsi tua eius nihil planè intersit, atq; extra limites & memoriæ & muneris nostri positum, ad Iureconsultos potius, & antiquitatis studiosos pertineat: existimaui tamen, non solùm operæprecium me, uerùm rem adeò necessariam facere, si in eo rationes quoq; tibi nostræ probarentur: partim quòd illa,
B quæ in hoc instituto, ab Auentino, Stabio, & Manlio, doctiss. reuera in Historia uiris, olim fuerunt elaborata, aut omnino sunt amissa, aut alicubi occultata, cum tineis ac blattis rixantur: simulq;, ad quæ uidebatur nostra ætate BEATVS RHENANVS aspirasse, intempestiua optimi uiri morte interrupta existant: partim uerò, quòd una pars Historiæ alteri innitatur: neq; possint facilè, quæ continua oratione scribuntur, de Romani Regis præclaris facinoribus, in Pannonijs scilicet editis, Norico, Sauia, & Marcomanis, intelligi, nisi & quæ illæ fuerint prouinciæ, quas Maiestas tua sacra feliciter regit, & ab hostibus quotidie uindicat, & quibus cultæ populis ordine extiterint, cognoscas. Deinde, quum perpetuo quasi ductu, ac planè propitio Dei immortalis numine, prosapiæ tuæ felicissimæ Augustales sint tituli inscripti, ac fasces subinde fuerint cõmissi: commodius, arbitror, omnia sacris auribus tuis haurientur, si quæ extiterit maiorum tuorum respublica, ijs ipsis in prouincijs, quas tu à barbaris, ac communibus Christiani nominis hostibus quotidie adseris, & magna cum laude gubernas, à

nobis historica ex fide tradatur. Quanquam uerò utroq; in argumento latissimus mihi campus aperitur, & non tua modò facta, consiliaq; propè diuina, uerùm maiorum etiam tuorum, Austriæ & Habsburgi Principum, enarranda sunt omnia, ac à primis initijs constituti uestri Principatus repetenda, quæ magna ex parte ex antiquitate aut sepulta iacent, aut occultata alicubi, non sine ingenti sumptu atq; labore erui à tineis possunt: malui tamen uel cum discrimine famæ atq; uitæ, rem uiribus meis maiorem adgredi, quàm negligendo superiora sancta illa secula, Principes, qui te in uetustissima omnium prouincia antecesserunt, silẽtio inuoluere. Quorum alterius temeritas tantũ culpari non potest, quòd ab imbecilliori forsan ualetudine atq; ingenio admissa sit: quantum laudari forsan pius conatus ab optimis, & qui superiorũ seculorum studiosi sunt scrutatores, poterit. quòd ab eo uidelicet susceptus sit, qui de patria sua benemereri unicè cupiat: atq; ut cupiat, debere etiam, ac posse. Posteaquam enim euoluendi bibliothecas, ac scrinia maiorum tuorum, & quæ ab ipsis posita adhuc supersunt opera, à Maiestate tua iam iussa cum facultate accepissem: præterea eorum hominum familiaritatem habeam, qui cõferre ad huiusmodi cognitionem rerum aliquid possunt, situmq; prouinciarum, atq; limites, initiaq;, & populorum in his migrationes apprimè calleant, tot iam aliquot retroactis annis, literarum antiquissimarum exemplis euolutis, tot Analibus conquisitis, inscriptionibusq; monumentorum, quę latebant, erutis: an non meritò accusandus uiderer, si cum cæteris malè feriatis, & eruditionem in ære colligentibus, operam meam tuæ S. Maiestati, ac bonis literis denegarem? Fateor sanè arduum fuisse laborem, & cui (quod sine arrogantia à me dictum M. T. accipiat) submittere adhuc se nullus fuit ausus. Non enim unius anni, aut duorum, pluriumq;, ista uel inquisitio est, uel lucubratio: sed integri penè seculi, quæ tot seculis gesta, multis etiam seculis latuerunt. Proinde quod omnino negligendum erat, pecuniæ coaceruandæ institutum ita posthabui, ut dum palatui tuo, ac Principum tantorum, digna satis mella colligo, simul cum sustinendæ uitæ adminiculis, quæ ars mihi poterat mea suppeditare, ualetudinem propè ipsam perdiderim. Neque hoc tamen non libenti animo feci, aut eius me adhuc laboris pœnitet, qui eam in T.M. liberalitatem experior, Rex inuictissime, qualem à Philippo Macedoniæ rege Anaxarchus philosophus dicitur retulisse: cui quum centum talenta Quęstor erogare grauiter ferret, Rectè (inquit Philippus) facit Anaxarchus, sciens se herum habere, qui tantũ dare & posit & uelit. Habes rationem instituti mei, Rex longè omnium clemẽtissime. Nunc, quamobrem, dum ad alterum totis uiribus progredior, alterum nondum omnino absolutum, incœptum tamen, ad alia mihi tempora reseruem, edisserã. Euenit enim id non ulla desidia, aut causa alia, quàm, ut postea-

Margin notes: A (beside "argumen-"); *Captatio beneuolentiæ.* (beside "tineis possunt"); *Adiumenta autorum.* (beside "re etiam, ac posse"); B (beside "nalibus conquisitis"); *Difficultas laboris in hoc opus collati.* (beside "ac bonis literis")

A ut posteaquàm in illa abundãtia gestorum T. M. maiorumq; tuorum, plena ac continua dictione sum locuturus, & illi, qui non cognitas habent prouincias tuas illas à Germaniæ limitibus in ortum propagatas, eorumq; populos omnes, qui incoluerunt, atq; Respublicas, rectius postea accipiant: & his simul, qui non satis credunt aut industriæ, aut fidei meæ, confestim obijci posit, quod illos refellat, atque maleuolentiam retegat. Romani enim Regis cum Historiam scribamus, & in ijs prouincijs peculiariter ex stirpis successione imperantis, quas maiores illius Francorum Reges à Romana magnificentia quondam adseruerunt, & quomodo imaginem illius fœlicis Imperij hi expresserint, in Republica, quæ secuta est uictricem gentem, & an de uicti adhuc populi splendore præter nomen in his quidquam supersit, omnino docendum nobis erit. Quod, fateor, difficile nobis primùm fuit, & quod omnium authorum lectionem requirebat, qui unquam uel Romana in historia, uel gentilibus annalibus illarum gentium, quæ in has prouincias, de quibus loquimur, ordine migrarunt (quantum quidem ad nostram ætatem eorum peruenit) lucubrarunt. Sed nos neq; prolixitate operis, neq; temporis, multo minus maleuolorum iudicijs deterriti, secuti sumus Socratis prudentissimi philosophorum consilium: qui cuidam cupienti ire ad Olympia, sed itineris labore deterrito,

Francorum reges Romanorum Rempub. in prouincijs sunt imitati.

B Quum (inquit) domi sæpenumerò totum propè diem inambules, ante prandium, rursus ante cœnam, si domesticas ambulationes perfeceris ad quinq; & sex dies, facilè peruenies Olympum. Quod (utinam) dictum illi aut intelligere aut sequi uellent, qui aliena carpendi studio desudant, & ipsi toti interim in accumulandis pecunijs, neq; de literis, neq; de patrijs suis benemereri uolunt. Iam igitur, Rex inuictissime, quod uno anno nequiuimus, pluribus, neq; his tamẽ multis perfecimus, atq; præter Historiam rerum à te gestarũ, maiorumq; tuorum successiones, & repetitã à primis initijs gentem longè nobilissimam, gentium quoq; immigrationes omnium, ex probatis autorib. utriusq; linguæ, & nondum euulgatis annalibus, habito temporũ ordine, duabus Decadibus complexi sumus, nobilissimo uiro, & consiliorum M. T. participi, GEORGIO GIENGERO, nomine tuo consecratas. Quod dum opus insigne cum suis iconibus apud Basileam instruitur, tanquam ex diuerticulo, ne nihil ad splendorem uel tibi, maioribusq; tuis, uel Austriæ, patriæ scilicet nostræ dulcissimæ, deesset, ad enarrandam Rempublicam Romanam, in prouincijs bello huic populo secus Istrum ac Rhenum acquisitis, nos contulimus: quam maiores scilicet tui, Francorum Austrasiæq; Reges, ubi has sui iuris fecissent, postea capesserunt: uel quòd gentibus illis imperarunt, quæ illas ordine tenuerunt: uel quòd eandem cum Quiritibus illi à Troiana antiquitate originem trahebant. Quam fœturam nostrã in duodecim libros sectam,

Allusio ad Opus de Gentium migrationibus, ab autore scriptum.

Causa dedicationis operis huius. nemini alteri iustius, quàm tuo Numini cõsecrare debui: partim quòd A Romano nomini (cuius res agitur in his) tu cum fratre, æquali hodie auspicio pręsis: partim uerò, quòd utrunq; ad limitem ditionem tuam extenderis. *Duo limites Francorum ad Rhenum & Danubium, qui & Romanis fuerunt.* Hinc quidem ad Rheni limitem, quem Vuestrasiam Franci uocarunt, Alsatis, Sequanis, qui sunt hodie Sundgouienses, Heluetijs, Latobrigibus (unde Brisgaudienses nomen acceperunt) Sueuisq;, & qui Hartianam syluam colunt populis, & Rhœtiæ alpes in Italiam flexas, Tyrolensibus, iura dare soleas. *Prouinciæ Austriæ superiores.* Illinc uerò sceptro in Orientem conuerso, propitius Istri limitem aspicias, quem Austriam, uel Austrasiam *Prouinciæ Austriæ inferiores.* ijdem Franci tui gentilicia uoce dixerunt: in eoq; sitas prouincias totidem, Austriam, Boioariæ Marcham, Styriam, Charinthiam, Carniolam, Goritiamq; obnoxias habeas. Et respondent prouinciæ tuæ cum numero librorum nostrorum. Fuerunt totidem & Romanis utroque in tractu distinctæ præsidiales prouinciæ, quanquam alijs nominibus historicis appellatæ existant. Sex quidem Italiæ prętorio subiectæ, quæ *Nomina prouinciarum Austriæ, prouinciarum Romanorum tempore.* nunc Viennæ Austriæ iura petunt: Pannonia prima, Valeria, Sauia, Noricum mediterraneũ, Noricum ripense, & Istria inter Forum Iulium Dalmatiasq; extenta. Sunt & sex Oenipontano prætorio attributæ, quas suprà recensuimus, eodem à Romanis numero, sed diuersis uocibus distinctæ: Rhœtia alpestris, ubi est hodie Tyrolis: Rhœtia prima, quam Sueui occuparunt: Heluetia, Sequana, Martiana sylua, & Germania secunda, secus Rhenum, Borbetomagum usque extenta: ubi Vue- B *Franci Romanorum simiæ.* strasiæ regnum, siue limitẽ Francorum, illos Reges, à quibus maiores tui defluxerunt, quondam posuisse ostendimus. Adeò in omnibus Ro- *Limites ijdem Romanis & Francis.* manam illi Rempublicam expresserunt, ita limites distinxerunt, atque restituerunt: eodẽ penè exercitus militumq; genere, statiua, classemq;, & naualia, in flumine præcipuè Danubio: uti illi aduersus Marcomanos, Quados, & Gottos: ita contra Anares hi, Hunnosq;, atque Hungaros constituerunt: quibus maiores tui, Austriæ Marchiones, ab eo tem- *Duces limitanei ijdem Romanis & Francis.* pore præfuerunt. ueluti Duces illi, quos Romanus Limitaneos appellabat: quorum unus in Valeria, ubi est hodie Styria: alter in Pannonia prima fuerat, ubi Austria inferior excurrit. Quibus similiter & ipsis prouincijs Marchgrauij (quæ uox gentilicia Duces limitaneos signifi- *Coloniarum ratio eadem in Pannonijs, Romanis, & Francis.* cat) à Francis tum dati sunt. Verùm enimuerò & colonias eodẽ propemodum illi ritu deduxerunt. Dubium enim non est, Romanis colonias per tractum Norici ripensis & Pannoniæ primæ fuisse, constituto Imperio, Laureacum Carnuntum, & in Mediterraneis ad Sauum atque Drauum fluenta, Sisciam, Petouionem, et Celeiam. in quibus Latinæ linguæ homines habitabant, & iuxtà exercitus Romani excubabant. Sic Carolus ille, qui ob excellentiam rerum gestarum, Magni cognomentum sortitus est (à cuius progenie utrunque stemma tuum, Habspurgensium Burgundiæq; Principum, rectà descẽdit) postquam

Chabeanum

Causa dedicationis operis huius. nemini alteri iustius, quàm tuo Numini cōsecrare debui: partim quòd A
Romano nomini (cuius res agitur in his) tu cum fratre, æquali hodie auspicio pręsis: partim uerò, quòd utrunq; ad limitem ditionem tuam extenderis. *Duo limites Francorum ad Rhenum & Danubium, qui & Romanis fuerunt.* Hinc quidem ad Rheni limitem, quem Vuestrasiam Franci uocarunt, Alsatis, Sequanis, qui sunt hodie Sundgouienses, Heluetijs, Latobrigibus (unde Brisgaudienses nomen acceperunt) Sueuisq́;, & qui Hartianam syluam colunt populis, & Rhœtiæ alpes in Italiam flexas, Tyrolensibus, iura dare soleas. *Prouinciæ Austriæ superiores.* Illinc uerò sceptro in Orientem conuerso, propitius Istri limitem aspicias, quem Austriam, uel Austrasiam ijdem Franci tui gentilicia uoce dixerunt: in eoq́; sitas prouincias totidem, *Prouinciæ Austriæ inferiores.* Austriam, Boioariæ Marcham, Styriam, Charinthiam, Carniolam, Goritiamq́; obnoxias habeas. Et respondent prouinciæ tuæ cum numero librorum nostrorum. Fuerunt totidem & Romanis utroque in tractu distinctæ præsidiales prouinciæ, quanquam alijs nominibus historicis appellatæ existant. Sex quidem Italiæ prętorio subiectæ, quæ nunc Viennæ Austriæ iura petunt: *Nomina prouinciarum Austriæ, prouinciarum Romanorum tempore.* Pannonia prima, Valeria, Sauia, Noricum mediterraneū, Noricum ripense, & Istria inter Forum Iulium Dalmatiasq́; extenta. Sunt & sex Oenipontano prætorio attributæ, quas suprà recensuimus, eodem à Romanis numero, sed diuersis uocibus distinctæ: Rhœtia alpestris, ubi est hodie Tyrolis: Rhœtia prima, quam Sueui occuparunt: Heluetia, Sequana, Martiana sylua, & Germa B
nia secunda, secus Rhenum, Borbetomagum usque extenta: ubi Vuestrasiæ regnum, siue limitē Francorum, illos Reges, à quibus maiores tui defluxerunt, quondam posuisse ostendimus. *Franci Romanorum simiæ.* Adeò in omnibus Romanam illi Rempublicam expresserunt, ita limites distinxerunt, atque restituerunt: *Limites ijdem Romanis & Francis.* eodē penè exercitus militumq́; genere, statiua, classemq́;, & naualia, in flumine præcipuè Danubio: uti illi aduersus Marcomanos, Quados, & Gottos: ita contra Anares hi, Hunnosq́;, atque Hungaros constituerunt: quibus maiores tui, Austriæ Marchiones, ab eo tempore præfuerunt. ueluti Duces illi, quos Romanus Limitaneos appellabat: *Duces limitanei ijdem Romanis & Francis.* quorum unus in Valeria, ubi est hodie Styria: alter in Pannonia prima fuerat, ubi Austria inferior excurrit. Quibus similiter & ipsis prouincijs Marchgrauij (quæ uox gentilicia Duces limitaneos significat) à Francis tum dati sunt. Verùm enimuerò & colonias eodē propemodum illi ritu deduxerunt. *Coloniarum ratio eadem in Pannonijs, Romanis, & Francis.* Dubium enim non est, Romanis colonias per tractum Norici ripensis & Pannoniæ primæ fuisse, constituto Imperio, Laureacum Carnuntum, & in Mediterraneis ad Sauum atque Drauum fluenta, Sisciam, Petouionem, et Celeiam. in quibus Latinæ linguæ homines habitabant, & iuxtà exercitus Romani excubabant. Sic Carolus ille, qui ob excellentiam rerum gestarum, Magni cognomentum sortitus est (à cuius progenie utrunque stemma tuum, Habspurgensium Burgundiæq́; Principum, rectà descēdit) postquam

Chabeanum

A Chabeanum Hunnorum regem acie uicisset, limitemq; ad Sauum usque atq; Tibiscum fluuios, Francici Imperij extendisset, Saxonibus & Sueuis Francisq; distributis per Pannonias, Teutonum colonias constituere cœpit. Quæ tametsi sub Hungarorum hodie ditione magna ex parte omnes existant, in Pannonijs quidem, uti Hungari nominant, Posonium, Soppronium̃, & Maros: in Dacia uerò Alba, Cibinium, et Brassa: Germanicæ tamen & originis & linguæ sunt omnes qui eas incolunt in hanc usq; diem, Teutonicisq; uocibus suas urbes appellant, Bresburgum, Odenburgum, Freystadium, Vueissenburgũ, Hermanstadium, & Chronstadium: quos hospites ipsi Hungari etiamnum tanquam aduenticios appellant. Sed hæc aliàs. Nunc, si quibus hæc causa concinnati huius operis, Numiniq; tuo consecrati, parum probatur, quæ tamen sola uel maxima laborem hunc nostrum optimo ac doctissimo cuiq; commendare potest: his recenseb alias, nec paucas, nec ignobiles rationes, susceptæ illius ueræ lucubrationis. Primùm enim tot nodi, qui apud authores Historiarum, ac Poetas, Delio quodam extricatore egebant, ab interpretibus illorum uel silentio hactenus prætergressi, uel sinistrè aliò detorsi, in hocce opere, ita ex fide historica, & collatione authorum explicantur, ut me non solùm Medicos, sed Historicos etiã, autoresq; omnes bonos summo cum iudicio euoluisse, maleuoli isti malè feriati, ac indocti blaterones tandem fateri cogantur.

Aliæ causæ operis illius, & utilitas ad loca multa autorũ enucleanda.

B Deinde uerò dubia ex iure ciuili pleraq; (tametsi multa longè doctissimus uir ALCIATVS restituerit) hactenus tanquam nullius momenti, uel corrupta à Bartolistis illis (doctos semper excipio) uel reiecta à consideratione Iuris, quod literatoribus istis bilem fortè commouebit, à Medico illo suo, cui tantopere uel laborem improbum, uel lectionem multijugã inuident, ad uerum sensum soluuntur. Sed libet exemplis, quod dicimus, sed his tamen paucis, confirmare. Nam quum canit Maro VII. Aeneid.

Fronde super galeam, & felici comptus oliua:

Et quum Claudianus scribit,

Haud procul exacto lætus certamine uictor,
Cespite gramineo consederat arbore fultus,
Accliues humeros dominum gauisa coronat
Terra suum, &c.

Quis quæso eos rectè intelliget uersus, qui nesciet quæ de Coronis scribimus libro decimo huius? ex oliua uidelicet coronas pacis autoribus solitas: & ex cespite uulso, domino qui liberasset obsidione ciuitatem, ab oppidanis impositam, quæ Obsidionalis uocabatur. Quarum utraque, unà cum cæteris coronarum generibus, uidelicet Murali, Vallari, Nauali, Ciuica, Exploratoriaq;, galeis quoq; in armis suspensis unà cum cristis inijciebatur. Quæ & ipsa à Romanis ad Francos tuos consuetudo perue-

Locus Virgilij de Corona oliuæ explicatus.

do peruenit. Nam & M.T. etiamnum emeritis, uel aliqua re industrijs uiris, cum clypeũ pingit, coronas (quod difficulter fecisse Augustum Octa. Tranquillus scribit) regia liberalitate addit. Quare nec illos Virgilij uersus, quos de huiusmodi suspensis armis, quæ modò insignia uocamus, eodem libro septimo Aeneidos scripsit, sine historiarũ, ac præcipuè Commentariorum nostrorum lectione, Grammatici apud nos interpretari rectè poterunt. Sunt uerò uersus Maronis isti: A

Locus Virgilij, de armis suspensis, & coronis impositis galeis, explicatus.

Multaq; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra, Spiculaq;, clypeiq;. —

Et iterum IX. Aeneid.

Horrendum sonuere, tremunt in uertice cristæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulmina mittit.

Et rursus VI. Aeneid. *— Geminæ stant uertice cristæ.*

Equidem tales omnino adhuc nobis ritus, non aliunde quàm ex Romana antiquitate manent. Nam & in templis, Ducum passim, Principumq;, atq; Heroum, necnon familiarum insignia pendentia cernuntur. Conspiciuntur & uexilla, hastæ, clypeiq;, & reliqua de hostibus ablata præda. Quin & geminæ cristæ in omnibus insignibus à galea diffunduntur, quas lacinias uulgus Cancellorum appellat. Et quemadmodum hodie passim alæ aquilarum, gryphones, ac leonum simulacra galeis atque insignibus supraponuntur: ita Virgilio chimæra, & Plinio in capite de struthionibus, alæ struthionum galeis suprapositæ celebrantur. Celebratur & pauonum cauda: quod familiæ tuæ, Rex inclyte, Austriæ Principum insigne ornamentum est. Ad quod Claudianus in Panegyri dicta in sextum consulatum Honorij, hoc carmine alludit: quod & ipsum Austriæ nostræ Grammaticorum nullus antehac intellexit, utcunque Liuios & Cicerones crepent: B

De cauda pauonis, galeis suprapposita in insignibus, locus Claudiani enucleatus.

— Gaudet metuens, & pollice monstrat,
Quòd picturatas galeæ Iunonia cristas
Ornet auis, uel quòd rigidos uibrata per armos,
Rubra sub aurato crispentur serica dorso.

Talis locus de suspensis armis apud eundẽ legitur lib. I. in Eutropium:

Festinas urgete manus, meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more trophæis
Ditat, & hostiles suspendit in arbore cristas.

Huc pertinet & Sidonij carmen, à paucis hactenus rectè intellectum:

— Ne solum militis artem
Ferret ad imperium, suspenderet ilicet arma Emeritus iuuenis. —

De insignibus uarij Romanorum ritus, qui adhuc supersunt.

Atque ut intelligat sacra M.T. à Romana posteritate, non ab Henricho primo (ut multi opinantur) insignia clypeorum defluxisse, docebo eisdem in Commentarijs meis, ritus eos omnes Romanos, & quòd uexilla insignibus supraponuntur, quòd clypei in funeribus & parentationibus

A tionibus pompæ præferuntur: quòd deniq; extincta prosapia, clypei ex suggesto deijciuntur, hæc Romanorum cuncta uestigia esse, & crebrò apud Historicos obseruari, quæ non à quouis capiantur, nono Commentariorum libro ostendam. Iam porrò quis uersum Nasonis in opere de Amoribus rectè accipiet, quum canit is scilicet,

Ergo ego uos rebus duplices pro nomine sensi, Auspicij numerus non erat ipse boni:

qui non fuerit edoctus, diplomata, uel duplicatę literæ Romanis quę fuerint? quæ mehercule neq; in Calepino, neq; in Cornucopijs reperies. De quibus nos libro secundo huius Operis copiose disseruimus. quod genus uidelicet literarum, & in publico cursu, & in commeatu, hoc est, missione honesta, deniq; & in proscriptione dari solebat. Ad quod alludit & illo uersu Sidonius, qui à paucis intelligitur:

Rumor succincto referens diplomate Auitum Iam Geticas intrare domus, &c.

Sic cum Persius scribit, *Missa est à Cæsare laurus, Insignem ob cladem Germanæ pubis:* an simpliciter hic laurum fuisse missam Grammaticus accipiet? non mehercule: sed alludit hoc loco poeta ad literas lauro cinctas, quæ à ducibus exercituum in casu insperatæ ac subitæ uictorię, uel ad senatum Romanum, uel ad Augustos mittebantur, autoribus historiarũ literę laureatæ, & tabellæ laureatæ nuncupatæ. quarum subinde T. Liuius, Cæsar, Suetonius, Spartianus, Iul. Capitolinus, & Ammianus Marcellinus meminere. De qua lauro & ille Claudiani locus est accipiendus, *Rumoremq; sui* B *præuenit laurea belli.* Sic uersum eiusdẽ, *Et Sextus Geticas præuolans fronde secures:* quis quæso sanè intelliget, qui nescit, fasces laureati qui fuerint, & à quibus, & quando usurpati? De quibus alibi Claudianus:

Locus Persij explanatus.

Locus Claudiani explanatus.

Nec te lauriger as pudeat Gradiue secures Pacata gestare manu. —

De quibus fuse lib. decimo huius operis tractamus. Extat & in primo Sermonum apud Horatium carmen, à nemine hactenus rectè intellectum:

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum.

Locus Horatij explanatus.

Tale est & apud Persium, prima Satyra:

— Nunc non cinis ille poetæ Fœlix, & leuior cippus non imprimit ossa.

Qui uersus ex iure possent solui, quod tamẽ nec Iurecõsulti satis in Codice animaduerterũt, quum in lege quinq; pedũ. §. finium regund. disserũt: Erant autem cippi, tumuli militares, ex lapidib. quadratis secus publicam uiam positi. Accidit autem, ut aliquis moriturus, aliquot pedũ in agrum conterminalem terram mercaretur, pro cognatorũ ac contubernalium tumulis: intra quod spacium, uti proprium, nemo uel arare, uel collocare alios tumulos audebat. Atq; huiusmodi spacij latitudo atq; longitudo exprimebatur atq; notabatur in saxo tali, ad limitẽ uię posito. Quod sæpissimè in monumentis uetustatis occurrit, quale est illud Capuæ repertum:

L. ALFIVS L. L. NASENNIA I. L. CERDO D. S. F.
ↃↃ. L. PROTABILEMAVO H. S. S. IN FRONTE
PEDVM, IIII. IN AGR. PED. IIII.

Ad quem morem tumulãdi subinde Marcellinus & Trebellio & Pollio adludunt,

adludunt, quod nos tertio huius Operis libro attigimus. Præterea uellem audire grammaticum, uel poetas, quales reperias multos, qui hos Claudiani uersus in Eutropium rectè posset interpretari: A

Locus Claudiani de cinctura explicatus.

— Munere militiam, nec prima superbus
Cingula dignari. nam quis non Consule tali *Urbis honor.* — & iterum:
Hoc etiam, quamuis corrumpi munere nullo *Te certum est, mirare libens, ac suscipe cinctus.*

Adludit uerò hic poeta ad honoré siue prærogatiuã cincturę, de quo nos libro huius 3. ex Cęsare, Herodiano, Spartiano, Capitolino, & Vopisco, copiose disseruimus, in uoce Monozoni: qui inclinante Imperio, Honorati nuncupabãtur: hoc est, qui cingulo & baltheo à Principe cingebãtur. qui mos & ipse à Romanis ad Francos tuos, Rex inclyte, defluxit: apud quos cingebãtur baltheo & pugione non solũ milites, sed ipsi etiã principes: illi quidé, si aliquod facinus memorabile ostédissent: hi uerò, quãdo puberes facti, ad militiã essent inaugurãdi. Nam & milites Romanis nõ nisi cincti incedebãt: & sicubi quiddã perpetrassent militia indignũ, cincturã amittebant, & discincti stare uel prodire cogebantur. eratq; pœnę militaris genus, quæ recinctura autorib. Historiarũ uocatur. Porrò huiusmodi Francicæ gétis, eiusq; posteritatis cincturã licet in uetustiorib. passim picturis cernere. quem ritũ posteritas in calcaria, torqué, & gladiũ mutauit: quib. à principib. hodie donãtur, qui uulgo Equites aurati nominãtur. Et quia pœnarũ militariũ hic nobis incidit mentio, equidé nec scopatio quid fuerit, fustibulatio, ad hordeũ misio, decimatio, & centesimatio quæ fuerit, aliquis rectè intelliget: quorũ tamé subinde autores historiarũ meminere, quę à nobis lib. huius operis quarto prolixè sunt tradita. quéadmodũ libro postea quinto, de legionib. quę nondũ in lucé uenerũt, ex historijs obseruata, copiose definiuimus, legiões quadratę quę fuerint, gemellę, adiutrices, uictrices, Martiæ, Mineruiæ, rapaces, alaudæ, Augustæ, piæ, fideles, Apollinares: itéq; uernaculę, gétiles, uolũtarię, tumultuarię, comitatéses, pseudocomitatéses, & hoc genus plura discrimina. quę mihi boni uiri illi, qui me historię cognitione priuare nitũtur, explanare ex suis dictionarijs haud equidé poterũt: sicut nec equitũ differétias, non nisi uersatissimis in historijs cognitas. quod scilicet hominũ genus extiterint, equites alarij, legionarij, céturiati, ducénarij, curules, palati, procursatores, clibanarij, essedarij, & cuniarij. Ita nec discrimina mihi cohortiũ tales unquã sine exacta historiarũ lectione distinguét, si legerint apud autores, cohortes millenarias, primas, secũdas, tertias, legionarias, alarias, céturiatas, expeditas, repulsorias, stipédiarias, auxiliares, uoluntarias, stationarias, extraordinarias, spiculatorias, mõtanas, urbanas, & prętorianas, &c. Eiusmodi multa legét hi & lib. huius operis 6. quę illis ad explicãdos rectè autores bonos, nõ uulgaria adminicula prębebũt: ubi scilicet de signis omnis generis egimus, militaribus, templorũ, imperatorũ, uocalibus, concordiæ, tesserarũ, receptus, & similibus. Quin & inter militaria signa quæ fuerint, isthic docebimus: signa ornata, signa laureata, signa euulsa, signa fixa, signa cõmota, signa recepta, B

Equites aurati ueteribus cogniti.

Legionum differentiæ.

Equitum genera.

Cohortium genera & discrimina.

Signorum genera & differentiæ.

A cepta,&c. Præterea signa non uexilla fuisse, ut multi malè interpretantur, ostendam: sed fercula, quibus imagines Imperatorũ, ducumq; exercitus, itemq; leonũ, ursorum, centaurorũ, draconum, aquilarumq; gestabantur. Eratq; præcipuum signorũ, quod aquilam auratã ex ligno pręferebat, unicum duntaxat in legione, & cohorti millenariæ propriũ. Draconum porrò signũ, inclinante Imperio, frequẽtiori usu fuit: & non ex ligno amplius, sed ex serico ita contextũ supra ferculum ligneum portabatur, ut accepto uento, & oris hiatum, & alarum cõmotionem mentiretur, excogitatũ nimirum ad terrefaciendos hostes. Quæ, qui ex historijs non didicit, quomodo quæso hosce Claudiani poetæ mihi uersus explanabit? *Signa militaria apud Romanos qualia.*

Surget purpureis undantes anguibus hastas, Serpentumq; uago cœlũ sæuire uolatu. & iterum: *Loca Claudiani & Sidonij, de draconibus.*
Ora uelut uentis fluitent, ni uera minentur Sibila, suspensum rapturi faucibus hoste. & rursus:
Vix comites alæ, uix te suspensa sequuntur Agmina, feruentesq; tument post terga dracones.

Talis scrupulus occurrit & apud Sidonium, in Panegyri ad Anthemium:

Hic primùm nostras aquilas prouincia uidit, Desijt hostiles confestim horrere dracones.

An hic igitur grãmaticus mihi dracones interpretabitur, animalia illa exotica, quæ serpẽtes alatos referũt, Aesculapio quondã dicatos? Non mehercule, non, nisi toto uelint cœlo aberrare, & ex nigro albũ facere conentur. Ac signorum quidẽ huiusmodi militariũ fercula tota interciderunt. Neq; ista Francos arbitror unquã usurpasse, nisi quòd in tẽplis horum adhuc uestigia quædã supersunt, hisce ferculis, quæ festis diebus, & præcipuè corpo- *Signorum militarium uestigia in templis.*
B ris Dominici solẽnitate, cum imagũculis diuorũ sacris præferũtur, & ipsa flosculis, alijsq; rebus, ut quondam militaria signa, adornata. Manserunt & apud ecclesias Christianorũ, uexillorũ reliquiæ. Non enim uexilla Romanis eius formæ fuerũt, qualia in nostra usurpamus militia: uerùm erant uexilla militaria huic quondã populo, qualia in tẽplis adhuc cernimus, si crucem, & scissurã triplicem, quę symbolũ indiuiduę Trinitatis refert, adimamus. Erant uerò nec ista unius generis, colore duntaxat distincta: quippe centurijs cum inscriptionib. & imaginibus ducũ fuerunt, classi cęruleum, equestre uiride, Senatus argenteum, Imperatori aureum & gemmatum, quod etiã Labarus dicebatur. Deniq; quod in exercitu duci præferebatur, hoc rubrum erat, & propriè flammeum nũcupabatur: à flammeo, hoc est uelo, quod pandũ posterius, hodie blutfan uocatur, cuius in feudis cõferendis Romanis adhuc Augustis est usus. Ad quod adludit hoc carmine Claudianus, quod & ipsum Grammaticorum uulgus interpretari sine historiarum exacta cognitione nequiret: *Vexillorũ militarium uestigia in templis.*

Sidonias populatus opes, an cæde superbus Assyria, sic ense rubens, sic flamine rubro Turbidus, & grati respersus puluere belli. *Locus de flamine Claudiani enucleatus.*

Adeò multa sunt, quę pasim apud autores historiarũ occurrũt, quę grammatici & interpretes uel surdis auribus transeunt, uel aliò sinistrè, malè intellecta detorquent. Qualia sunt apud Liuiũ, & cæteros historicos, dimittere prętoriũ, tendere in prętorio, deportare exercitũ, exscensionẽ facere, induere se armis: induere se hasta, pro interficere: aurum coronariũ, argentum probũ, argentũ bigatũ, cistophorus, prætor peregrinus, prętura extra ordinem, misio extra sortem, uotorum nuncupatio, formula, puluinaria. *Historiarum uoces, à Grammaticis non intellectæ.*

Commea-

Commeatus pręterea, ſub duplici ſignificatione,hoc eſt,re frumētaria, & A
abeundi facultate. Sic miſsio triplex hiſtoricis celebratur,quarum nullam Grammatici attigerūt: hoc eſt,honeſta,neceſſaria,& ignominioſa: quæ & exauctoratio dicebatur. Erat & uacatio duplex: altera miſsionis neceſſariæ,altera priuilegialis,quum aliquis literis impetratis,ad bellū cogi nō poterat.Fuit & decurſio,ſed nō eadē autoribus hiſtoriarū: altera delectus militaris genus,altera funebris,& tertia ludorū.Sic ſtatio equitum fuerat,nauium in littore,præſidij intra urbē,& uigilū extrà: item ſtatio alia agrorū. Pręterea prętoriū in ciuitatibus,domus ornatior, in caſtris tentoriū ducis erat: & in prouincijs uel limitibus locus, ubi præfectus prętorio cōmuniter manebat.Ad eundem modum teſſera erat militaris,nummaria,& frumentaria.Princeps deniq; alius ſenatus Romani,alius in exercitu,cēturionis genus: & iuuētutis tertius,qui ludicro Troiano prẹſidebat.In quorum unum ſicubi quiſpiā inciderit,legens autores,qui hiſtoriæ exactā non fuerit conſecutus cognitionē, an non per Deum immortalē tenebris denſiſsimis immergetur,ut ad portū non facilè euadat? ita nimirū,cui diſcrimina haud cōſtabunt,quæ ab hiſtoricis ſumuntur,primùm quidē inter donatiuum,congiariū,clauiarium,largitionē,& indulgentias: deinde uerò,qui ritus ad inaugurationē militis quondā fiebāt (quorū ſubinde apud autores uoces confunduntur) euocatio,tyrociniū,ſacramentum,auſpiciū, auctoramentum,& adlocutio: an non is tanquā cęcus de coloribus eſt iudicaturus, ubi talem quampiā uocem apud autorē probatū inuenerit? Talia in- B
numera ubiq; ſunt,& occurrūt apud autores hiſtoriarū: quæ neq; Grāmatici,neq; alij multi, qui ſibi hiſtoriarū cognitionem tamē uſurpant (pace illorum dictū ſit) rectè enucleare poſſunt. Itaq; rogarē rurſus ex horū numero aliquem,ad pileum cōuocare quid fuerit,quid codicillis euocare ad magiſtratum, quid cuneus in acie fuerit? Quod genus hominū præterea extiterint triūuiri capitales,menſarij,& coloniares: itemq; duumuiri,quorum alij iuris dicundi erāt,alij dedicandorū templorum. Sic quinqueuiri, & ſexuiri,præfecti fabrorū,ſeuir equitū, equus publicus. Quæ non modò T.Liuio uoces ſunt frequentes, ſed paſsim in monumentorū inſcriptionibus uetuſtis obuerſantur. Vt rurſus altera Cōmentariorum noſtrorū utilitas appareat, ad interpretationē uidelicet epitaphiorū Rom. ut exempli gratia,ubi inciſæ hæ fuerint literæ, H. S. E. STIP. XVI. quis quęſo intelliget,qui neſcit diſcrimen inter tyrones ueteranos in exercitu Rom.ueteranos in prætorio, & ueteranos miſſos in colonias Romanas? quibus ſingulis certi erant anni prẹfiniti,quot militaſſe cogebātur. Quo factū eſt,uti numeri paſsim taliū annuorum ſtipēdiorum iam exantlatorū,mortuis in cippis exprimerentur: accedebatq; titulo honoris,ſi ſtipendiorū anni plures fuiſſent. Quę ipſi mehercule neq; apud Noniū,aut Feſtum,neq; in Cornucopijs, aut Calepino, Theſauroq; Latinæ linguæ, ita ad fidē hiſtoricam reperient explanata,uti in Commentarijs his noſtris prolixè ſemper,autorum locis & adductis & collatis, definiuntur. Habent & Iureconſulti pleraque,

Catalogus uocum hiſtoriæ, quibus poetæ interdū, alijq; autores utuntur.

Loca ex inſcriptionibus uetuſtatis explanata.

A raque, quæ neq; Baldus, aut Bartolus, Accursius'ue, neq; hi deniq; satis intelligunt, qui sibi primas in eo genere uendicant (doctiores semper excipio) qualia multa sunt cùm alibi in Iuris cõmentarijs, tum præcipuè lib. 12. Codicis. Exempli gratia, canon frumẽtarius, stellatura, eulogiũ, tabularij prouinciarũ, tribunus notariorũ, tribunus uacans, comes rei priuatæ, comes domesticorum, magister apparitionis, magisteriani, rationales, actuarij, scripturarij, argentarij, coactores, sectores ærarij, exceptores summarum, decemprimi, decumani, tricesimani, metrocomę, mancupes, arabarchæ, peraquatores, quadruplatores, metatici, epimetatici, stratores, curiosi. Sed nec episcopi sunt Iurisconsultis, quum de castrametatione loquuntur: nec parochi, cum de cursu publico tractant, quales hodie Ecclesia cognoscit. Iam porrò perpauci in hoc genere sunt, qui sciant distinguere inter hæc tributorũ genera, capita, iugum, metęciũ, phollis. Falluntur enim, qui grãmaticè hæc uelint interpretari. Sic decimæ non solùm sunt Iureconsultis, quę exactionis nomine, dominis agrorũ, de prouentu uini triticiq; penduntur: uerùm etiã annonę genera sunt, ueluti & uicenæ, diurnę, annonæ simplæ, duplæ, binæ, ternæ, quaternę: annona menstrua, annona alimentaria, annonariæ prouisiones: primus pilus annonæ, multo alius à primo pilo centurionũ genere. Itemq; Dardani annonæ qui fuerint, & pabula extra ordinẽ, non equidem omnes sciunt definire, etsi in foro diutissimè, omnisq; generis cõmentationibus & consilijs fuerint uersati. Sed nec

B primicæriũ, secundocæriũ, tertiocæriũ, & primiscrinia, qualia extiterint, omnes nouerunt: multo minus, si ad species descendas, primicæriũ canonum, tabularũ, numerariorum, sacri uestiarij, aureæ massæ, auri ad responsum, annularij. Hic primiscriniũ dispositionum, securitatũ, largitionũ, & beneficiorum, ignota his planè uocabula sunt. Sunt & cœnacularia, sigillaria, progrãmata, senatuscõsulta tacita. Iam porrò paucos ex horũ numero inuenias (doctiores semper excipio) qui distinguere rectè sciant inter ius prætorium, gladiatoriũ, ius tabularũ, ius ciuitatis, & ius latinũ: itemq; ius quintę tertiæq; relationis, & ius aurei annuli. Qui deniq; fuerint consulares uiri, prætorij, pręfectorij, quæstorij, tribunitij, & ædilitij. At respondebunt fortasse, fuisse, qui his olim muneribus forent perfuncti. Non, meher cule: erras toto cœlo. Neque enim tales modò Iuriscõsultis, multo minus Historicis nominantur: sed quibus ab Imperatoribus, uel senatu Romano ornamenta talium magistratuũ, uestimentaq; erant concessa, tametsi hęc nunquam officia gesissent. Talia quidẽ multa & in historicis, & apud autores Iuris uetustiores occurrũt, quæ partim ex fide historica dextrè à longè doctissimo uiro ALCIATO sunt enucleata, partim hisce in Cõmentarijs nostris copiosius enarrantur, quæ hic cõplecti omnia nequiuimus. Vt appareat, Rex inuictissime, non omnino nos operã inutilẽ sumpsisse, dum fœtura hac nostra, Numini tuo sacro inscripta, multa autorũ & lectione & collatione rem Historię iuuamus, & singula eius facultatis arcana rimamur. Qua quidem cõparatione inter se habita temporũ atq; ætatum, qua

Loca ex iure ciuili in hocce Opere enucleata.

Collatio autorum & ætatũ Imperij, historicæ considerationi utilis.

quisq; autorum scripserit, hoc est, ante Imperium, ut Polybius, Salustius, A
Liuius, incipiẽte Imperio, florente, & declinante: factum est tandẽ, ut non
eandem semper faciem Romanę Reipub. fuisse deprehenderimus. Quod
quum non aduertissent, multis etiã ex doctis uel imposuit: uel iudicia, ne
uana in rem lucubratione incumberent, remoratũ est. Iam primùm om

Prætoria diuersa ante constitutum Imperium, & pòst.

nium prætoria multa ante cõstitutum Imperium fuisse constat, in singu-
lis prouincijs singula. Quæ postea, Imperio confirmato, contracta sunt:
quum remotiores prouincias, hostibus proximas, ad Rhenum, Istrum, Ni
lum, & Euphratem, ipsi sibi Augusti usurparent: reliquas per Italiam, Sici-
liam, Corsicam, per Ligures, Celtasq;, & Magnã Gręciam, senatui permit
terent. Quamobrẽ Siciliam, Corsicã, Sardiniam, Hispanias, utrasq; Mauri-
tanias, prouinciã Carthaginensem, Apuliã, oram Tarentinã, Pannoniam,
Mœsiam, Macedoniã, Achaiam, Thraciã, Pontum, Phrygiã, Bithyniam,
Ciliciam, Cappadociã, Syriamq;, ex pręturа Romanos administrasse, ijs ap
parebit, qui initiantis Imperij autores, quiq; ante Imperium lucubrarunt,
diligentius sunt inspecturi: uidelicet Polybium, Salustium, Cęsarem, T. Li
uium, Appianũ Alexandrinũ, Cornelium Tacitũ, Velleium Paterculum,
& Dionem Cassium. contrà, qui declinãtis Imperij autores legunt, Hero-
dianum, Spartianũ, Lampridium, Iul. Capitolinũ, Fl. Vopiscũ, Trebellium
Pollionem, Vulcatium Gallicanũ, Alex. Sulpitium, Aurelium Victorem,
Sextum Ruffum, Claudianũ, Ausonium, Sidonium, Euodium, & Maria-
num Scotum, ijs pauciora prætoria, & ad summũ sex, Romanis tum exti- B
tisse, quum ex florente ad declinationẽ Imperium maturaret, occurrent:

Prætoria sex Romanis, procedente Imperio.

uidelicet Vrbis æternæ, Romanum, prætoriũ Italię, sub quo Africa, & Illy
rici occidentalis prouinciæ septẽ, ad Danubium excurrẽtes, unà cum dua
bus Rhœtijs fuerant: prætoriũ Galliarum, prætoriũ Hispaniarum, præto-
rium Macedonicum, siue Illyrici orientalis, & prætoriũ Orientis in Asia.
Sed quia factum est posterius, quum gentes undiq; in ruinã Imperij ob Ar
rianam hæresim à Deo iniuriæ uindice excirentur, ut limites Gallicanus
Hispaniensisq;, & non minima Illyrici portio, in Barbarorũ potestatẽ con

Prætoria quatuor Romanis inclinante Imperio.

cessissent, quatuor duntaxat prætoria ex senario numero ijs Augustis re-
tenta fuerint, qui post Athilæ mortẽ imperarunt, Leoni scilicet, Zenoni,
Anastasio, Iustino, & Iustiniano. Hinc Iureconsultis quatuor duntaxat præ
toria celebrãtur: quæ arbitror fuisse Orientis, Constãtinopolitanum, siue
Thracicum, Macedonicũ, siue Græcum, & Italicum: à quo tamen & ipso
Aphricæ prouinciæ non multo pòst à Vandalis, Pãnonię ab Ostrogothis,
Noricum ab Herulis, & Rhœtiæ à Sueuis abstractæ fuerũt: ita quòd Galli-
canum ac Hispaniẽse prętoria, iam occupatis eorum Diœcesianis prouin-
cijs à Francis, Burgundionibus, & Visogothis, Sueuis, & Vandalis, Roma-

Magistratuum nomina diuersa, incipiente & progrediente Imperio.

nis amplius ab eo tempore nulla fuerint. Ex quibus sanè extricare se nemo
poterit, qui non illos Imperij gradus atq; ætates pressius considerarit. Per
quas rursus & magistratuum nomina uariabãt. Notum est enim, incipien
te Imperio, prouincijs non nisi ex senatorio ordine pręfuisse proconsules,
prætores,

A præpositores,proprætores,quæstores,& legatos: quum inclinante ipso, equestres etiam præfecti fuerint,aliaq; à supradictis nomina usurparint, consularium,correctorum,præpositorum,præsidum,tribunorum,ducum, & comitum. Quorum neq; habitus idem omnibus temporibus fuit: quum constet,inclinãte Imperio,infulatos fuisse,& trabeatos,qui incipiẽte erant laureati,paludati,atq; laticlauij. Idẽ scrupulus in legionibus,statiuis,& cohortibus,equitatuq;, & uestimentis occurrit. Sic decima legio inclinantis Imperij in Asia,celebratur Vopisco, Claudiano, & Scoto: quæ incipiente in Gallijs,Cæsari,Tacito, & Appiano: florenteq; in Pannonijs, enarratur Ptolemæo,Dioni,& Antonino. Et ne multus in his sim,quæ suo loco copiose tractabuntur, tricesima legio incipientis Imperij alia fuit in Gallijs, apud Treuiros,sub L.Roscio: alia uerò,quæ Tacito in Pannonijs,Dioni in Dacia,& Mariano deficiente Imperio,sub Archadio & Honorio in Thracijs describitur. Eodem discrimine legionem XIIII. aliam in Gallijs, sub Q.Cicerone: aliam in Britannia,sub Nerone & Galba,à Tacito memoratam: item aliam in Pannonijs,post Traiani tempora,Dioni,Ptolemæo,& Antonino recensitam,eadem ætatum collatione separamus. Vt nihil addam de cæteris legionibus, quarum reperiuntur sexta Claudia in Mœsia, sexta uictrix in Britannia,septima Galbiana in Pannonijs,septima Claudia in Mœsijs,& septima gemella in Hispanijs. Iam quis per Deum immortalem,emergere poterit ex tot procellis historiarum,quum Sicambrorum,

Diuersus præsidum habitus diuersis temporibus Imperij.

Legiones eiusdem numeri diuersæ, diuersis temporibus Imperij.

Cohortes auxiliares incipientis Imperij in legiones mutatæ.

B Batauorum,Neruiorum,Tungrorumq;, & Rhœtorũ cohortes apud Tacitum quis legerit, quæ deficiente Imperio, Claudiano & Scoto legiones celebrantur,& alijs quàm prius statiua locis habuerunt? Eadem fuit illius seculi in prouinciarum discriminibus curiositas,dum eas primæ & secundæ cognominibus separant. Sic etenim, in primam & secundam Pannonias, itemq; Germanias, Rhœtias, Belgicas, Aquitaniam,Lugdunensem: & in Asia procul Palęstinas,Pamphilias,Galatias,Bithinias,Ciliciasq;,atq; Armenias,secuerunt. Inuenio præterea & Imperatorum,Consulumq; diuersa fuisse ornamenta,diuersis tẽporibus. Nam incipiente Imperio,cum apparitoribus,lictoribusq;,ac fascibus laureatis,coronati diademate ex lauro,fascia in auras diffluente,indutiq; paludamento, iniecta uel toga,uel lacerna militari incedebant: qui postea,ferculo cum lana & face præcedente, ipsi purpurati, cum bracteata chlamyde, diademateq; aureo capiti imposito,diebus solennibus procedebant. Sic consules,qui ante Imperij constitutionem,& eo primùm posito, tunica palmata, lictoribusq;, ac curuli conspicui fuerant: hi,labente eodem,trabeati,cum stipatoribus,ac spiculatorum turba,uidebãtur in publico. Deniq; quod strictis gladijs,exorso Imperio,iuramentum dicebatur: hoc idem,labẽte,pollicibus eleuatis datum fuit principibus Imperij,ac ducibus legionũ. Nolo hic longus esse. Docent hoc leges,ab antecessoribus tuis,Rex inclyte,latæ quondã,& magnam Imperij immutationẽ ostendunt. Quarum,quæ ab incipientis Imperij Augustis scriptę sunt, Iulio uidelicet,Octauio,Tiberio,Claudio,Nerone,Galba,

Prouinciarum discrimina primæ & secundæ cognominibus.

Imperatorum habitus et pompa non eadem omnibus Imperij tẽporibus.

Consulum habitus & pompa non eadem omnibus temporibus.

Ritus in iurando, non idem omni tempore Imperij.

Legũ latarum non eadem ratio omni tempore Imperij.

 Othone,

Othone, Vitellio, Vespasiano, Tito, Traiano, Hadriano, et Antoninis, & re A
& uerborū textu dissentiunt ab his quæ sunt latæ inclināte Imperio, à Va
lentinianis, Theodosijs, Archadio, Honorio, Zenone, Leone, Iustinis, & Iu
Repetita causa dedicationis huius Operis. stinianis. Habes igitur, Rex longè omnium clemētissime, causam tanti la
boris mei, quem nemini iustius (ut superiora uerba denuò repetā) quàm
tuæ Maiestati dedicare uolui: partim quòd apud te summa eius Reipubli-
cæ, quam describimus, uertitur, & gubernacula meritò cōsistant: partim
uerò, ut cognita tibi consilia nostra, & dies non feriati forent. Quæ in tua
præclara facta enarranda, & simul genus tuum paulo altius repetendum,
prouinciasq; tuas hæreditarias, quoad eius fieri potest, illustrandas, diu no
ctuq; omnia confero. Tametsi autem hæc quibusdā fortassis non satis cul
ta, aut tuo Numini non digna existimari possunt, tamen cōsiderare debes,
quod Socrates (quem optimū mortalium oraculū iudicabat) dicere sole
bat, dijs ipsis minimo impendio litandū: quòd dij, ut non egent rebus ho-
minum, ita magis spectāt affectus immolantiū, quàm diuitias, aut appara-
tum. His uerò, quibus hæc nostra non arridebūt, neq; historias aut legerūt
unquā, aut legere adhuc uolunt, breuiter eiusdē Socratis diuina sententia
respondebo. Nam cuidā demirāti, quòd nihil in eum cōmoueretur, à quo
conuicijs quotidie incessebatur: Mihi (inquit) non maledicit, quandoqui-
dem ea quæ dicit, mihi non adsunt. Itaq; hi uel indoctiores me sunt, quàm
Aduersus obtrectatores & liuidos. quos magnopere curem: uel stupidiores, quàm quos docere possim. Quo-
rum causa etiā (ne me nugarū arguere possent) loca autorū de industria B
ad longum inseruimus: totumq; Opus hoc nostrū collatione locorum, &
quasi quadam inter se cōciliatione scriptorū contexuimus: partim, quòd
commentariorū hoc peculiare & propriū existat: partim, quòd alios quo-
que, qui in eo genere omnium iudicio uisi sunt absolutissimi, BEATVM
RHENANVM, & ALCIATVM, priores fecisse obseruarim. Quam-
Epilogus autoris. obrem, Rex inuictissime, ut tandē Colophonem inijciā præfationi meæ,
etsi hæc non carēt sudore meo, summoq; cum iudicio elaborata, tali Prin
cipe nō adeò indigna existūt: tamē quia memoria recolo, Aristippo quon
dam philosophorū doctissimo, neq; eruditionem, neq; doctrinā à Socra-
te traditam, magnopere profuisse, nisi ad hæc rhetoris cuiusdā lenocinio,
coram iudicio defenderetur: ad arma tua atq; tutelā confugio. Defendes
igitur me, Rex inclyte, ab his blateronibus, qui nullos bonos autores lege-
runt, & nomina magis quàm libros aut capita callent. Cæterùm ne inscì-
tia illorum deprehenderetur aliquando, animo & corpore superbi ince-
dunt, & apud iudices non satis in literis uersatos crimina pangunt: Cicero
nes & Virgilios ingeminant, cum nec grammaticos intelligant: de histo-
rijsq; ea garriunt, quæ uel indoctissimus quisq; apud Italos, Gallos, & supe
riores inferioresq; Germanos uel usque ad cachinnum ridere posset. His
me sacræ M. tuæ commendo. Viennæ Austriæ, ex ædibus no-
stris, ipsa Saturnalium festorum solennitate:
Anno M. D. LI.

ROMANA ARMA SVSPENSA ITA EX MONV. CELE-

ROMANA ARMA CVM BANDO VEXILLO EQVITVM ET

VEXILLA ROMANA

MANIPVLVS

SIGNA CONCORDIE

SIGNVM IMPER: PRELATVM.

PRAESES hic lacerna, lato clauo, caligis, ocreisq; indutus est.

CLYPEVS SVSPENS. CVM GALEA ET CORONA MVRALI

PRÆTEXTA PVERILIS

IANO DEPICTA VNDE GERMANOR: INSIGNIA DEFLVX:

PILIS HAMISQVE IN VETERI SAXO SIC SCVLPTA

LIBERTI

TOGA

IN PROXIMA SIGNIfer plus thorax Rom. cum alligato campestri exprimitur.

CHLAMIS CVM THORACE, OCREIS ET PILIS.

PENVLA

AQVILÆ ROMANÆ ET MANIPVLVS

PRÆSIDIS HABITVS

SIGNA ROMANA

CHLAMIDIS CVM TOGA FVSA PRÆSIDIARIA FORMA

DECVRIONIS MVNICIPALIS HABITVS TOGATVS

ADLOCVTIONIS ROMANÆ EFFIGIES EX NVMISMATE VETERI

MVNICIPIS HABITVS CVM TVNICA MANVLEATA ET PENVLA



ANNONA

LVDI CIRCENS.


LVDVS SECVLARIS

PRINCEPS IVVENTVTIS

LVDI TROIANI PERS.

LVDI CIRCENS MAGNI

CONGIARII EXHIBITIO



OB CIVES SERVATOS.
OBSIDIONALIS.
CORONA MVRALIS.
DIADEMA.
TRIVMPHALIS.
CIVICA.
FASCES PROCOS.
FASCES LAVREATAE.
Lacerna.
Toga arcta.
Tunica manuleata.
CHLAMIDATVS LICTOR.
CHLAMIDATVS ET PALLIATVS APPARITOR.
HAE EX SAXO VETVSTO IMAGINES DEPICTAE SVNT.

LIBER PRIMVS COMMENTARIORVM REIPVBLICAE ROM. IN EXTERIS PROVINCIIS CONSTItutæ: in quo capita eius Reipub. limitesq́ue, & quorum auspicijs, quibus'ue temporibus singulæ prouinciæ extra Italiam iuri Romano uendicatæ fuerint, & alia quædam enarrantur: Autore VVOLFGANGO LAZIO, Viennen. Med. Regio Historico.

CAPVT PRIMVM, DE CAPITIBVS REIPVB. *Romanæ, & sedibus duabus Augustorum illius.*

A 

ESPVBLICA Romana, tametsi una fuerit, earundemq́ue & consuetudinum & legum, duo tamen capita habebat, ac ceu speculas quasdam, ubi Imperatores & habitare, & dare leges solebant: hoc est, urbem ipsam, quæ inclinante Imperio, Vrbis æternæ nomen sortita est: & Constantinopolim, quæ noua Roma uocabatur. Atq́ue Imperio nondum ad Græcos translato, dum adhuc ex uarijs prouincijs, ut sors tulit, à legionibus Imperatores creabātur, unicum constat Imperij fuisse caput, ipsam urbem scilicet. In qua, quanquā rarò Augusti habitarent, & sæpius apud exercitus in limitibus excubarent, Senatui tamen integra semper isthic potestas mansit, ad quem de minimis etiam rebus referre Augusti solebant. Postquam uerò à Constantino Magno, ad imitationem urbis (& cum tertius conditor Imperij is haberi cuperet) apud Byzantium in Thracijs noua fuisset urbs constructa, quam habitatione sua mox fecerat celebrem: accidit posterius, ut non solùm Constantinopolis illa caput Imperij alterum esse inciperet, uerùm ex Augustis etiam, tanquam nouitate ueteri urbi præstaret, maior semper natu, isthic sedem & gubernacula tenens, Orientalem Imperij partem administraret, & limites pergeret restituere, Orientis in Armenijs,

Vnum caput Imperij.

Duo capita Imperij, quorum alterum Constantinopolis erat.

B Thracicum & Macedonicum apud Græcos, cum non minima Illyrici parte: sic minor natu, Romæ scilicet degens, præfectis prætorio per Italiam, Galliam, Hispaniam, & Britannias, iura dabat. Quo nouo administrationis Reipub. illius exemplo, Constantius Constantini Magni filius, iam inde ab initijs huius diuisionis, cum ipse ad Constantinopolim maneret, & bellum in Persas cogitaret, qui Orientis limitem perruperant, Iulianum cognatum in Occidente Cæsarem dixit, qui Gallias aduersus Alemannos tueretur. Miserat & Valentinianus, hoc nomine primus, qui Constantinopoli manebat, Gratianum filium ad Occidentis Imperium. Sic Archadius, quum Imperium cum fratre Honorio partiretur, ipsi sibi Constantinopolim, maior natu, cum parte Imperij orientali, retinuit: fratri uerò Romam, hoc est, ueterem urbem, cum proximis Italiæ, Galliæ, Hispaniæq́ue prætorijs, commisit. Eadem ratione Theodosius iunior ad Constantinopolim, & Valentinianus in urbe administrabant. Et qui hos secuti sunt, Martianus Constantinopoli, & Maiorianus cum Anthemio in Occidente. Rursus Leo apud Constantinopolim, & Ricimer in Italia, rerum potiti fuerunt. Quo tempore, quum ob cōtinuos frequentesq́ue tyrannos, Occidentis imperium penè concideret, & post Eugenium, Arbogastem, Aetium, Maximus Olibrius, Orestes Nepos, & Augustulus, intestinis bellis Rempublicam dilacerarent, factum est diuino numine, ut aditu ad hanc partem Imperij inuadendam patefacto gentibus, Franci iam & Burgundiones Gallias, Gothi, Sueui, ac Vandali Hispanias, Britanniam

Diuisio Imperij, & duæ eius habitationes Augustæ.

Occidentis Imperium quassatum.

tanniam Saxones, & Heruli Italiam occuparint. Quæ causa fuit, ut Græci Imperatores, qui apud Constantinopolim summam rerum tenebant, Barbaros cogerentur reges in Imperij societatē adsciscere. Ita Zeno Theodericum Bernensem, Gothum regem, ad Occidētis imperium uocauit. Ita labēte Imperio, Anastasius apud Constantinopolim Imperator, Clodouæo Francorum regi bracteum pallium, cum curuli diademate & purpura, in Gallias misit: & Imperij partem illam in Occidentem uersam, quam ea tamen gens multo antè armis cōparauerat, obtulit, ut Procopius est autor. Post quæ tempora, cum omnis generis hæresibus coinquinati, qui apud Constantinopolim manebant Cæsares, Occidentem insuper negligerent: Romani Pontifices, ne nobilis Respublica, Græcorum perfidia simul ac desidia intercideret, Anastasij Imperatoris exemplo, Francorum reges, qui tum summam & scientiā & laudem rei militaris habuerant, Pipinum, & post hunc Carolum filium eius, cui magnitudo rerum gestarū Magni cognomentum indidit, ad apicem Occidentalis imperij sustulerunt: apud quorum posteros in hanc usq; diem fœliciter id uertitur, Orientali capite, ipsa Constantinopoli à barbaris iam, & Christiani nominis hostibus occupato. Qua de translatione Occidentalis imperij ad Francorum reges, gentemq; Germanorum, Eginhartus, qui Caroli illius Magni fuit notarius, sic scriptū reliquit: Anno à nato Christo octingentesimo et primo, quum ipse Rex Carolus in die sacratissima Natalis Domini, ad Missarum solēnia celebranda, basilicā beati Petri apostoli fuisset ingressus, & coram altari, ubi ad orationem se inclinauerat, adsisteret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit, cuncto Romanorum populo acclamante: Carolo Augusto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, uita & uictoria. Post quas laudes, ab eodem Pontifice, more antiquorum principum adoratus est: ac deinde, omisso Patricij nomine, Imperator & Augustus appellatus est. Hæc ille. Sed quia, ut diximus, aliorum testimonijs, atq; eorum potissimum, quorum autoritatem maleuoli nolentes uolentes admittere coguntur, omnia quę hocce Opere proponimus, sumus confirmaturi: libet textum epistolæ inserere, quam ad me super ea re longè doctissimus historicus BEATVS RHENANVS superioribus annis dederat, quæ sic habet: Non ita diu erat, quòd literas meas Borbetomagum miseram, quum mihi tuæ redduntur pridie idus Iulias, datæ Vindobonnę, festo die Pentecostes, unà cum explicatione thesauri Dacici, & monumentis Romanæ uetustatis, ad Vindobonnam, & locis uicinis, partim tua cura, partim fortè fortuna repertis. Laudo diligentiā tuam, quam Antiquitati illustrandæ diu noctuq; impendis. In quam rem olim Celtis, & alij incubuerūt: sed infœliciter, & absq; iudicio, dum ueterem & liberam Germaniam, quę inter Danubium & Rhenum continetur, cum prouincijs utrinq; sitis, sed post Romani Imperij inclinationem primùm occupatis, simul miscent. Verùm optimi illi uiri libris quibusdam destituebantur, qui interim in lucem emerserunt: ut sunt Amiani Marcellini fragmenta, & Noticiarū Orientis Occidentisq; uolumen, quod nescio an ad proximas nundinas Francofurdenses sit proditurū, ceu nudiustertius à Basilea ad me scriptum est. Vtinam autem Commentarij rerum Austriacarum, quos subinde citas, aliquando publicentur. Dubitare enim non possum, quin in illis contineatur, quicquid ad illustrandam Austriam Noricumq; pertinet. Id quod ubi factum fuerit, minus lucubrationes Ioannis Auentini nostri, diligentissimi uiri, desiderabuntur, quas è manibus Bauariæ Principū nullus facilè extorquebit, non modò Boioariam, sed & uniuersam Germaniam à primæua origine describentis. Cuius uiri iudicio quantum sit tribuendum, quatuor aut quinq; eius epistolæ ad me exaratæ, abundè declarant: quas editas esse cupiebā, & hac de causa Norimbergam ad Ioan-

Barbari reges gentium ad imperij societatem asciti.

Pontifices Romani Francorum reges ad Occidentis imperium uocarunt.

Locus Eginharti, de translatione imperij Occidentalis ad Germanos.

Textus epistolæ Beati Rhenani, de diuisione Imperij.

A ad Ioannem Petreium misi. Verùm differt is, dum integrum Auentini opus nanciscatur, ut in frontispicio cum mea præfatiuncula collocet: quod ego non suspicabar eum facturũ, nec in hęc miserã. Is ueteris & liberæ Germaniæ, atq; Prouinciarum distinctionem optimè calluit, & fortasis primus sensit, dum migrationes nationum solicitè rimatur. Nec, quantum ad Germanorum etymon attinet (de uocabulo loquor) arbitror eum à me dissensisse, qui contendo, non latinum esse, aduersus Strabonem. Cui meæ opinioni Andreas Alciatus subscripsit, libro Parergorum decimo, capite uigesimo primo, his uerbis: Mihi (inquit) placet Beati Rhenani opinio, qui patrio sermone uocatos autumat, quasi omnino uiriles, Garman, ὁλοκάνδρως. Et uerisimile est, quòd posterius fuit gar, prius dictum esse ger. Mutantur enim quotidie uocabula. Hactenus ille. Idem Alciatus alibi Germanicarum dictionum etymologias exquirit, ignorans Germanicè. Quæ res facit, ut in Longobardorum nomine decipiatur, nisi Landobardus scribit. Nam land patriam nobis significat. Quòd si homo Italus, ignarus uernaculæ linguæ, in uocabulis Germanicis id facit: cur nos pudeat, in hac terra natos idem præstare, uel saltem conari? Cæterùm ut ad Apologiam & quæstionem tuam ueniam, in qua pugnare uideris cum Ioanne Ludouico Brasicano, uiro literis ac ingenio præstante, ac uetere amico meo, cum quo apud Augustam Rhœtiæ, in comitijs Imperij suauisimè sæpe sum collocutus, doleo disputationem uestram in rixam exisse: ciuilius uos congressos uellem. Quibus ille te uerbis lęserit, nescio, aut quomodò prouocarit: Apologia certe tua, nonnunquã stomacho non caret. Video uerò te in historiarũ & antiquitatis cognitione, longè acerrimi iudicij esse, quum hic è doctis plurimi fortè hallucinentur. Vtinam Germania multos tui similes haberet. Placet mihi & de Carnunto & de Illyrico sententia tua. Nam quum Romani Im-

B perij, præter eam quæ Romæ erat, ueterem unicamq; sedem, altera noua constitueretur in Oriente, apud Byzantium, quæ tum Constantinopolis ab autore & amplificatore suo Constantino Augusto dici cœpit: atq; ex una Republica, duæ Respublicæ fierent, occidentis una, altera orientis (id quod biceps Aquila designat, magno sanè errore eius, quem tamen nominare nolo, qui Maximiliano Cęsari persuadere conabatur, ut bicipitis Aquilæ signum pictum sculptumúe quasi monstrum aboleri per edictum ubiq; iuberet) accidit, ut etiam magistratus noui propter eam diuisionem crearentur, ad peræquationem quandam ipsius iam gemini Imperij. Exempli gratia: in occidente uir illustris pręfectus prætorio Italiæ, in sua latisima administratione, etiam sibi attributas habebat Illyrici prouincias sex (quod ego docendi causa Illyricum occidentale uoco, quoniam ad occidentis imperium pertinebat) has uidelicet, Dalmatias, Pannoniam primam, Pannoniam secundam, Sauiam, Noricum mediterraneum, & Noricum ripense. Proximus erat cum Præfecto urbis, amplisimus magistratus Præfectus prætorio Galliarum. Ad huius ergo ordinationis imitationem, ne quid orientali imperio ad splendorem deesset, pręter præfectum prætorio orientis, & præfectum urbis Constantinopolitanæ, institutus est, quodammodo præfecto Galliarum in occidente respondens, præfectus Prætorio per Illyricũ, ut & magister militum per Illyricum. Cui subiectæ sunt duæ diœceses, Macedonia & Dacia: quarum quælibet in suas prouincias rursus subdiuidebatur, iuxta autoritatem eius uoluminis, quod Noticias orientis & occidentis scriptura picturáq; exprimit: hoc est, nouas immutati Imperij formulas, sub posterioribus Imperatoribus. Quorum bonam partem D.N. N. Theodoricus ille Ostrogothus, quem uulgus à noto propinquoq; domicilio Veronensem appellat, primus ex Germanis per sacrã Pragmaticam sanctionem, à Zenone Augusto, in Imperij occidentalis possesionem im-

missus

missus & factus, atq; à senatu populoq; Romano, receptus Cæsar, sub sua ditione retinuit. Porrò non magis mirum uideri debet, Illyricum uetus & Occidētale sub se comprehendisse Pannonias atq; Noricum, quàm Illyricum Orientale ad Macedoniam, Thessaliam, Epirum, Achaiam, Cretam & Dardaniam usq; fuisse extentum. Sic collibuit Imperatoribus, partientibus ad certum numerum ordinemq; prouincias. Huc pertinet, quod Sextus Ruffus V. C. in compendio histo riarum ad Valentinianum Augustum, de utroq; Illyrico intelligens, Orientali & Occidentali, decem & septem prouincias enumerat, his uerbis: Habet (inquit) Illyricus decem & septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsias, Daciæ duas: & in ditione Macedoniæ sunt septem, Macedonia, Thessalia, Achaia, & Epiri duæ, Præualis & Creta. Hæc ille. Cæterùm nemo mirabitur, Pannoniam siue Noricum Illyrico adscribi, qui cogitabit, Illyriorum, qui postea Dalmatæ dicti sunt, nobilitatē, uetustatemq;. Nam ab interiori insigniorìq; gente, etiam extimas ad Danubium uergentes nationes libuit antiquis, Illyriorum uocabulo generatim complecti. Quam rationem secutus Iulius Cæsar, scribit, Rhenum flumen Sequanos, Mediomatrices, Tribochos & Treuiros præterlabi: clarissimorum populorū fines tam latè extendens. Ergo prouinciæ istæ Illyrico accensebuntur, propter primæuam originem: quæ posteriori tempore, gubernationis causa, facta diuisio constituta est. Nolo primi Illyriorum conditoris, Illyrij illius Polyphemi Galateæq; filij, genus posteritatémque prolixius recēsere, quod ab alijs fieri uideo. In primis meminerimus, Diœceses episcopales Christianæ religionis, multis maximisq; indicijs, Romanam antiquitatem nobis repræsentare. Notum autem est, priusquam Vienna & Noua ciuitas, nouos episcopos impetrassent, quem episcopum agnouerint. Adeò enim ad interiores nationes propter originem nobilitatemq; referuntur. Quin etiam certū nobis testimoniū, diligentissimus geographorum Strabo præbet, in libro septimo: ubi Illyricas prouincias Istro alpibusq; contiguas esse dicit, Italiamq; inter & Germaniam sitas. Intelligit enim Germanorum nomine, quum scribit, Illyriorum loco Italiam & Alpes, Germanos ac Dacos et Getas attingere, Marcomanos præcipuè, infra quos Quadi habitabant, utriq; trans Danubium ubi: adhuc, uti nosti, est Marcomanorum campus, & Hungaria Transdanubiana uersus Septentrionem, in Quadorum regione. Subditq; Strabo, descriptis Illyricis Alpibus, quos à Vindelicia, hoc est, Bauaris montanis, inchoare dicit: Reliquam (inquiens) plagam Pannonij obtinent, usq; ad Segesticam atq; Istrum, ad Septentrionem atq; Orientem: ad alias autem partes etiam porriguntur. Et post multa addit: Sui temporis Imperatores Polam usq; (oppidi in Istria nomen est) terminos Italiæ extendisse. Quid igitur mirum est, si istas suprà nominatas prouincias Illyrico, propter originis & uetustatis nobilitatem, atq; Præfecturæ Prætorianę Italiæ subiectas legimus? Siquidem Prætorij Italici iurisdictio, Pannonias secundani inter prouincias Occidentalis Imperij ultimam complectebatur, cum Sauia atq; Valeria: ad cuius finem Orientalis administrationis initium erat. Debet autem præter omnia ista, autoritas Imperatorum nobis pro lege esse. Nec obstat, quòd huiusmodi siue diuisiones tractuum, siue coniunctiones, apud scriptores uetustiores disertè non occurrunt. Multa enim excogitauit posteritas, dum prouincias plerasq; rursum per Primæ & Secundæ nomenclaturam distinguit. Id quod apud antiquissimos autores non reperias. Videre uerò licet Illyrici uetustam amplitudinem ex eo, quod Appianus Græcus scriptor, quidquid prouinciarum citra alpes est, à Romanis Illyrico attribui, testetur: etiam Rhœtias ipsas. ut de inferioribus istis prouincijs, de quibus disputatio est, minus sit mirandum.

Cōmunes termini oriētalis & occidentalis Imperij ad Saui ripam erant.

Atq;

A Atque hinc multorum autorum loca melius intelligentur. ut cum Ausonius canit:

Illyricis regnator aquis tibi Nile secundus,
Danubius, lætum profero fonte caput.

Nimirum propter Sauum ex Carnicis alpibus, & Drauum è Noricis, atque alios fluuios prouinciarum inferiorum, in Danubium exonerantes. Et quum Herodianus scribit, Illyricas gentes solas discrimen facere inter Italiam & Germaniam: ut de Ammiano Marcellino & cęteris taceam. item quod de Occidentali Illyrico est accipiendum, Codicis Theodosiani libro nono, Imppp. Grat. Valent. & Theod. A. A. A. ad Flauianum Præ. Illyrici & Italiæ scribunt, ut de Orientali Illyrico, quoties simpliciter Illyricum nominant, ad Thalassium & similes Præfectos Prætorio passim rescripta, legesque conditas mittentes. Denique nihil clarius totam rem istam indicat, quàm antiquum illud uolumen, quod Noticias cùm Orientis tum Occidentis continet, cuius suprà meminimus, à quo nefas est dissentire: unde & præsens descriptio desumpta est, cuius tibi Epitomen hic mittimus. Bene & fœliciter uale, Vir Clarissime: & dominum Adamum Carolum, nomine meo quàm officiosissimè salutabis. Ex Selestadio. Atque hęc ex literis Rhenani nostri, cuius animæ Deus omnipotens per Christum eius parcat. Nunc ad limites horum Imperij, siue Reipublicæ Romanæ capitum, nostra conuertetur oratio. Habebatque sub se Roma limites quatuor, & totidem prætoria: Constantinopolis uerò tres limites, & totidem pretoria. uidelicet sub Romano capite erant limites, Africanus, Istri, Rhœni, & Hispaniensis. Vbi prætoria erant urbis Romæ præfectura, Italicum, quod duos limites comprehendebat, Africanum & Istri, siue Illyricanum, Gallicanum, & Hispaniense. Sub ditione uerò Constantinopolitani imperij, siue Orientalis, erant limites simul cum pretorijs urbis Constantinopolitanæ, Macedoniæ & Orientis in Asia: de quibus proximis Capitibus copiosius ad
B fidem rerum dicetur.

CAPUT SECUNDUM. DE NOMINE LIMITIS: *& qua ratione adducti, eam Romani uocem ad rationes ditionis ipsorum accommodarint.*



LIMITEM transuersum in agris, & terminum & uiam Romanis fuisse appellatum, antequam tot urbi prouinciæ accessissent, haud ambigua res est. Etsi enim & etymon hoc ipsum ostendat, quo à limo terrę deducta uox est: tamē manifestius id paulo ex T. Liuio, maximo Romanæ historiæ authore, elucescit, qui de limite libro primo Decadis quartæ sic scribit: Philippus cum primò ad Bruannam statiua habuisset, profectus inde transuersis limitibus, terrorem præbuit subitum hosti. Et rursus libro primo quintæ Decadis: Sed legionem (inquit) à T. Claudio Pisis dimissam, soluti metu, clam exercitu inducto, per transuersos limites superatis montibus in campos digressi, agrū Mutinensem populati sunt. Fit uerò in hac significatione limitis crebro mentio ijs quoque autoribus, qui rem Rusticam literis comprehenderunt. unde Columella: Semitas, nouosque limites in agro fieri non patiatur. Plinius libro xxij. duos limites agrorum præcipuos commemorat, Decumanum & Cardinem, ita scribens: Obseruato solis ortu, quocunque libeat die, stantibus hora diei sexta, sic ut ortum cum à sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, à uertice septentrio erit. Qui ita limes per agrum currit, Cardo appellatur. & subdit: Linea hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, Decumanus uocabitur. Idem libro xvij. Vineas limitari Decumano oportet xviij. pedū latitudinis, ad contrarios

Limes agrorum qui.

rios

rios uehiculorum transitus, alijsque transuersis limitibus denùm pedum distingui media iugera: aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quot Decumano limitari. Et de huiusmodi quidē limitibus loca poetarum accipienda sunt: Virgilij ix. Aeneidos, Et lato te limite ducam. Ouidij xv. Metamorph. Tenuis limes longa subnubilus umbra. Et iterum xvij. Epistola: Iam patet attritus solidarum limes aquarum. Tali igitur significatu, limitis uoce Romani primis annis positæ Reipublicæ cum uterentur, factum est postea, Imperio extra Italiam promoto, cum aduersus hostes prouincias tueri cogerentur amplis & perpetuis præsidijs, uti uocem hanc à re minima ad maximam, ab agrorum angustijs ad prouinciarum latitudinem transferrent: limitemque non solum in agrorum discriminibus, sed prouinciarum ab hostili agro separatione & constituerent, & nominarent. Atque Germani nos quidem nunc, uti illos solemus agrorum limites, ubi ditionum priuatarum distinctiones fiunt, Rayn nominare: ita prouinciarum & populorum separationes publicas, Marchas quondam, nunc Granicias & Frontyras, corrupto Francico uocabulo uocamus. Fuitque maioribus nostris curiosior paulo ea in re obseruatio, & Romanæ ueluti expressio Reipublicæ. Vt quemadmodum illi limites Orientis atque Occidentis extra Italiam habebant, & qui illis præsidio præessent, limitaneos cùm duces, tum exercitus: ita Franci quondam (à quibus maiori parte Germani descendimus) imperium extra Franciam cum propagassent, duos limites similiter alijs constituerunt. quorum illum qui in Oriente Auares Hūnosque in Pannonijs attingebat, Ostenriche marcham, tāquam diceres Regni Orientalis limitem: alterum uerò, qui Francos proximè à Saxonibus, Alemannisque & Burgundis sequestrabat, Vuestenriche marcham, hoc est, Occidentalis regni limitem nūcupabant. Hinc Austria & Vuestria, siue Austraria & Neustria, nomina orta sunt: non solū illorum sæculorū temporibus celebrata, sed quæ ad nostrā usque ætatem, sine tamen rei effectu defluxerūt. Quippe Austria siue Ostenriche, & Vuesterricha, nomina magis quàm res, quod limites essent Prouinciarū, supersunt. Quibus olim Comites, dū ea adhuc distinctio maneret, Francorum regū auspicijs, ad instar Ducum limitaneorum præsidebant, & Marchgrauij à limitibus nominabantur. Nec sanè plures ijs sæculis Marchgrauij, quàm quot limites Francis tum erant, cognoscebantur. uidelicet, Auaricus, Charentanus, Foroiuliensis, Saxonicus, Hispanicus, & Nordmānicus. Quorum illi quidem in Oriente tum Francorum Imperium aduersus Hunnos, Auares & Longobardos defendebant: hi uerò in Occidente constituti, perpetuo milite Gallias & Hispanias aduersus Saxonas Rhœno incumbentes, Sarracenos & Nordmānos defensabant. Hinc Eginharto, Hermoldo, atque Luiprādo, custodes ac præfecti limitis Auarici, Pānonicique, Gerholdus & Balderichus, sub Ludouico primo celebrantur. Nominantur eisdem & Lyndeuuicus Charentanorū, et Ericus Foroiuliensis Præfecti & Marchiones. Denique Meginfridus, & Theodericus apud Saxonas, & in Hispanijs Rumbholdus quidam commemoratur. Cæterùm posterioribus seculis, summa rerū ad Saxonas deuoluta, cum Hūgari ac Schlauini secus utramque Danubij ripam, itemque à mari Sarraceni imminerent, & totas, quantæ sunt, Italiam Germaniamque infestas redderent, plures necessitate temporum, ab ortu Marchæ constitutæ sunt. Vltra Istrum quidem contra Schlauinos, Brandeburgensis, siue Brennaburiorum, & Morauorum: cis uerò Danubium, præter Austriæ Charinthiæque ueteres Marchas, in Istria Marchæ quidam Comes, & in Italia Spoletinus, Beneuētanusque celebrari cœpti sunt. Quibus posterioribus sæculis denique, munere isto iam in principatus honorem abeunte, per Italiam Mantuana, Montisferrati, Veronensis, & Taurisianus, Marchionatus distincti

Limitis uox quomodo ad prouincias Romanas translata sit.

Distinctiones agrorum apud Romanos.

Distinctiones prouinciarum apud Germanos incœptæ per Marchas.

Marchgrauij Francorū, qui Romanis Duces limitanei.

Marchgrauiorū Francorum Germanorūque catalogus.

A stincti sunt. Quo abusu tum quidem in Italia occipiente, plures esse & Marchæ apud Germanos cœperũt, Badensis, Rotelensis, Vogburgensis & Misnensis. ita nimirum, ut hodie innumeri quotidie Marchiones siue Marchgrauij & inaugurentur & maneãt, limitum nulla habita amplius ratione, aut quamobrẽ tales Comites primis temporibus instituti sint, nequaquam considerato. De quibus longiorem sermonem in Decadibus nostris (quas de Gentium uariarũ migrationibus propediem sumus in publicum daturi) instituemus. Atq; hactenus de limitibus Francorum, quantum ad institutũ huius operis uidetur pertinere: nunc ad Romanorum limites reuertamur. Quos quadrifariam constitui solitos, reperio. Aut enim ripis fluuiorum intercurrentium distinguebantur: aut si fluuij nulli essent, uel ij tam exiles forent ut uado transiri potuerint, cum muro lapideo, stipitibus ue limes constituebatur, qui à Barbaris Romanam ditionem separabat. Erat & quarta ratio positis saxis, qui adhuc Germanis nobis mos durat, appellamusq; huiusmodi saxa limites significantia, gentilitia lingua Markhstayn, quos Marcellinus etiam libro xviij. lapides uidetur terminales appellasse. Porrò de ripis fluentorum limitem cõstituentibus, siue ripariensibus limitibus (quales erant, Euphrates Orientis, Ister Illyrici, Rhœnus Gallię, & Borysthenes Scythię) scribit in hæc uerba Herodianus libro historiæ suæ secundo, cum de Pertinacis imperio tractat: Igitur fortuna non principem solum nobis dat, sed parentem quàm optimum, cuius principatus non uobis modò, qui eum præsentes tuemini, sed ijs etiam iucũdissimus futurus est, qui ripas fluuiorũ & Romani imperij limites defensant, uidelicet res eius præclarè gestas memoria retinẽtibus. Et iterũ: Nunciatũ est, Germanos, Rhenum Danubiumq; transgressos, fines Romanos hostiliter inuasisse, expugnareq; exercitus ripis insidentes. Idem libro sexto: Op-

Nouæ Marchæ siue Marchionatus Germaniæ.

Quadruplex ratio cõstituendi Romanos limites.

Limites Romani fluuiorũ ripis cõstituti.

B pugnabat (inquit) Artaxerxes Persarum Rex Romanorum castra, imposita fluminum ripis, quæ scilicet imperij limites tuentur. Huc pertinet, quod Iurisconsulti in L. contra feu. de castris ripariensibus, titulo de Re militari, tradũt. Cæterũm in more Romanis fuit, in huiuscemodi ripis limitaneis, castella & munimẽta construere, quæ Præsidiaria munimenta appellabantur, Præsidia una dictione à Liuio dicta. Scribit enim libro tertio Decadis tertiæ: Nam simul Capuam ea clades est nunciata, ratus Hannibal, ab re bene gesta insolenter lætum exercitum tyronum magna ex parte seruorumq; spoliantem, uictos prædasq; agentem, ad Hamas se inuenturũ, citatum agmen præter Capuam rapit, obuiosq; ex fuga Campanorum per duo pręsidia Capuam ducit. Et iterum libro quarto eiusdem Dec. Peruastato agro Cumano usq; ad Myseni promontorium, Puteolos repentè agmen conuertit, ad opprimendum præsidium Romanum: sex milia hominum erant, et locus munimento quoq;, non natura modò tutus. Huc alludit & Cor. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ. Tunc tripartitũ exercitum plures in manus dispergit, præponitq; Centuriones uirtutis expertę. nec, ut mos fuerat, acta æstate retrahit copias, aut in hybernaculis ueteris prouinciæ componit: sed ut in limine belli, dispositis castellis per expeditos & solitudinem gnaros, mutantem mappalia Tacfarnatem proturbabat. Idem lib. xij. pręsidiorũ talium meminit in belli Britannici descriptione: Præfectum castrorum & legionarias cohortes extruendis apud Syluras præsidijs relictas circunfundũt. Sic Herodianus lib. sexto: Decursáq; ac peragrata Mesopotamia omni, prædas agere, atq; oppugnare Romanorum castra imposita fluminũ ripis, quæ scilicet imperij limites tuerẽtur. Huc referenda sunt & quę Ammianus Marcellinus scribit lib. xxv. Proinde extractis ciuibus (ait) & urbe tradita, missóq; tribuno Constantio, qui munimenta præsidiaria cum regionibus Persicis optimatibus adsignaret. Idem de Munimentis

Castella et munimenta ripis fluuiorum imposita.

Præsidia Romana quæ fuerint.

Munimenta ripis fluuiorum limitaneorum imposita à Romanis.

à Valentiniano primo, ad Istrum in ripa Quadorum & Marcomanorum positis, libro historię suæ xxix. sic nominatim scribit: Quumq; membris curuatis starent, metu debiles & præstricti, docere iussi quæ ferebant, usitatas illas causationum species, iurandi fidem addendo firmabant, nihil ex communi mente Procerum gentis delictũ adseuerantes in nostros: sed per extimos quosdam latrones, amniq; confines euenisse, quæ inciuiliter gesta sunt: etiam id quoq; addendo, ut sufficiens ad facta purganda firmantes. Quod munimẽtum extrui cœptum, nec iustè nec opportunè ad ferociã animos agrestes accendit. Et rursus eodem libro, ad limitis Danubiani restitutionem alludens: Vnde hoc, etiamsi (inquit) magni intererat, paulisper sequestrato, impigrè motus, peragrata fluminis ripa, castrisque pręsidio competẽti munitis ad castella Bregetionem peruenit. Ita castellorũ quoq; meminit, ad ripam Rhœni in Gallico limite positorum, idem author libro xvi. cum ita scriberet: Audiens itaque Argentoratum, Brocomagum tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangionas, & Maguntiacum ciuitates, Barbaros possidentes. Et addit: Nullo itaq; posthac repugnante, ad recuperandã ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Gallias aduentum excisam. Per quos tractus nec ciuitas ulla uisitur, nec castellum, nisi quòd apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi Mosella cõiungitur Rhœno, Rigodolũ oppidũ est, & una prope ipsam Coloniam turris. Huc pertinet quod lib. xxx. super eadem re refert: Valentinianus post periculorum molestias plures, dum esset priuatus, imperitare exorsus, arces prope flumina sitas, & turbines, Gallias petijt, Alemanicis patentes excursibus, reuiuiscentibus erectius, cognito principis Iuliani interitu, quem post Constantium omnium solum formidabant. Ideo autem etiam Valentinianus meritò timebatur, quòd & exercitus auxit ualido supplemento, et utrobique Rhœnum celsioribus castris muniuit atq; castellis, ne latère usquam hostis ad nostra se proripiens posset. Idem libro xvij. de monumento à Nerua Traiano, ad ripam Rhœni inter Moguntiacum & Confluentes extructo (cuius adhuc & uestigia & nomenclatura manet in loco Trechshusen, quasi diceres Traiani domus) & dum nullus obsisteret, munimentũ quod in Alemanorũ solo cõditum, Traianus suo nomine uoluit appellari, dudum uiolentius oppugnatũ, tumultuario studio reparatum est: locatisq; ibi pro tempore defensoribus, ex barbarorũ uisceribus alimenta congesta sunt. Atq; hæc de castellis ac castris, in ripis fluminum limitaneorum positis à Romano, ubi suam ditionem aduersus Barbaros tueri cogebatur. Cæterùm in mediterraneis alia erat ratio distinguendi uel per murum, uel per sepes, aut etiam lapides terminales, ubi nihil hostile metuebat à uicinis. Hinc Aelius Spartianus, in historia Septimij Seueri (qui Britanniam ab hostibus magno uix labore, præsenti etiam & propria militia uindicauerat:) Britanniam (inquit) quod maximum eius imperij decus est, muro per transuersam insulam ducto, utrinq; ad finem Oceani muniuit, unde etiam Britannici nomẽ accepit. Porro multo ante hoc tempus, idem author Hadrianum Cæsarem refert, sæpe eum limitem aduersus Barbaros cõmuniuisse. ita enim scribit: Ante omnes tamen enitebatur, ne quid uitiosum uel emeret, uel pasceret. Ergo conuersis regio more militibus, Britanniam petijt. In qua multa correxit: murumq; per octuaginta millia passuũ primus duxit, qui Barbaros Romanosq; diuideret. Et iterum: Per ea tempora & aliàs frequenter, pluribus in locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus diuiduntur, stipitibus magnis in modum muralis sepis funditus iactis atq; cõnexis, Barbaros separauit, Germanis regem cõstituit. Sed placet & quartum morem, qui fiebat lapidibus dispositis, & Romanis cum cæteris gentibus communis fuerat, recepto quodam authore cõfirmare. Meminit uerò illius Ammianus

Ratio limitis constituendi in mediterraneis.

Limes Romanus muro distinctus.

Limes Romanus sæpe distinctus.

A

B

A mianus Marcellinus libro xviij. Postquam sepimenta fragiliũ penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinẽ, uisosq́ cadentes multos, aliosq́ supplicantes, cum uentum fuisset ad regionem cui Capellatij uel Palas nomẽ est, ubi terminales lapides Alemanorum & Burgundionum cõfinia distinguebant, castra sunt posita. Atq; hęc fuit consuetudo Romanis, limites prouinciarũ ab hostibus seiungere. In quibus hæc erant: Limitati agri, Limitrophij agri, Limitanei exercitus, Limitanei milites, Limitanei duces, Limitaneæ ciuitates, & mansiones stationesq́. De quibus omnibus dicendũ nobis ad fidem historicam seorsim est.

LIMITATI agri, qui in limitibus ab hostibus capti erant, & limitaneis per centurias adsignabantur. In quibus neq; alluuionem esse, neq; ius usucapionũ, Frontinus Iurisconsultus tradit. ita uidelicet, ut qui ager deuictis hostibus, hoc pacto erat ueteranis concessus, ut in ciuitatis iure, cuius erat, permaneret, in eo ius alluuionis esset, quoniam adhuc uideretur esse priuatus. Sed si in ciuitatẽ nõ ueniat, uerùm manucaptus, adsignatusq́ ueteranis sit, publicus populi Romani remanet, nec alluuione diminuitur. *Limitati agri.* LIMITROPHII agri uel fundi erant, quorum possessores tenebantur, annonam inde prouenientem ad castra militum ducere, qui in Imperij limitibus aduersus barbaros excubabant. Meminere Iurisconsulti in lege ultima de Fundis limitrophijs. Agros limitaneos uniuersos cum paludibus, omniq́ iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos ipsi curare pro suo compendio, atq; arare consueuerant. Iidem in lege Limenarchæ, de Seruis fugitiuis: in lege Munerum, de Muneribus & honoribus. Huc pertinet ille Lampridij in Alexandro locus: Quæ de hostibus rapta sunt, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent: nec unquam ad priuatos pertinerent: dicens attentius eos militaturos, *Limitrophij fundi.*

B si etiam sua rura defenderent. LIMITANEI exercitus, qui in limitibus populi Romani perpetuò à Romanis Augustis alebant. Quales erant, exẽpli gratia, in limite Istri, ex legionibus prima et secunda Adiutricibus, decima et decimaquarta Germanicis conflata militia: in limite uerò Rhœni, quæ ex legionibus quinta, decimaoctaua, uigesima, uigesimasecunda, & prima Traiana, distributa eiusdem in fluuij ripa castra fuerant. Atq; ad hos quidem exercitus alludit Herodianus libro sexto Historię: Statim nuncij literæq́ ab Illyrici procuratoribus adfuerunt, qui eum uehemẽter perturbarent, curamq́ animo inijcerent maiorem. Quippe significabant, Germanos Rhœnum Danubiumq́ transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse, oppugnareq́ iam exercitus ripis insidentes, perq́ urbes & uicos magnis copijs discurrere. *Limitanei exercitus.* LIMITANEI milites, qui in exercitu limitaneo merebãt, de quibus extat locus elegans apud Suidam: Λιμιτανέοι, οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα μοῖραν ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν περσῶν τε καὶ σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες. id est, si Latinè reddas: Limitanei, Romani reges superiorib. temporib. per omnes suæ ditionis oras maximã statuerunt militũ multitudinẽ, ad tuẽdos Imperij Romani fines, idq́ potissimũ in Orientali regione, ut illic Persarũ et Saracenorũ incursiones reprimerẽt. Meminit huiuscemodi militum Fla. Vopiscus in historia Probi. Dicitur (ait) iussisse his acrius, ut gladijs non uterenẽ, Romanã expectaturi defensionẽ, si essent ab aliquib. uindicandi: sed uisum est, id nõ posse fieri, nisi si limes Romanus extenderet, & fieret Germania tota prouincia. Maximè tamen ipsis regibus cõsentientibus, in eos uindicatũ est, qui prędam fideliter non reddiderant. Accepit pręterea sedecim millia tyronum, quos omnes per diuersas prouincias sparsit, ita ut limitaneis militib. quinquagenos & sexagenos intersereret, *Limitanei milites.*

dicens sæuiendũ esse, nõ uidendum, cum auxiliaribus barbaris Romanus iuuat. A Huc pertinet & quod Iulius Capitolinus in Maximinis scribit: Iulius Syllanus Consul ex Aphrica, Gordiani Imperatoris patris patrię Proconsulis, recitauit. In uitum me Patres conscripti, quibus Aphrica tenenda cõmissa est, iuuenes ad imperium uocarunt. Meminit & Lampridius in uita Alexandri Cæsaris: Sola (ait) quæ capta sunt de hostib. limitaneis militibus donauit. Sic & Sextus Ruffus: Maximus (inquit) ut reparato de militib. limitaneis exercitu. LIMITANEAE ciuitates, quæ in ripis fluminũ limitaneorũ constitutæ, præsidia militũ continebãt, uti erant in limite Istri, à Saui cõfluentibus recesendo, Teutoburgium, Bononia, Acuminacũ legio, Sirmium, Pistrense, Lugionũ, Statuę Colossæ, Altinium, Aquincus, Floriana, Sicambria, Salua, Crumerũ, Bregetio, Arrabo, Lunusa, Cherolata, Carnuntũ, Quadratũ, Vindobona, Cetia, Comagenũ, Ara lapidea, Vsbium, Laureacũ, Aurelianum, & Boiodurũ. Meminit uerò limitanearũ ciuitatũ Dion Cassius in Hadriano: Ciuitates socias atq; tributarias, & subditos mirificè iuuit. multas earũ inuisit: et quas nullus antea Imperatorũ uiderat, atq; omnib. aliquid opis et auxilij, ut ita dixerim, tulit. Huc pertinet et quod Iul. Capitolinus in Gordianis scribit: Cuius uiri tanta in Repub. dispositio fuit, ut nulla esset unquã ciuitas limitanea potior, quæ nõ posset exercitũ populi Romani ac principem ferre. Porro de his limitaneis ciuitatibus, limitis præsertim Istri, lib. huius Operis 7. copiosiorem sermonẽ, & tanq; ex professo instituimus. LIMITANEI duces, qui limites procurabãt, ut essent præsidio firmati. Quales memorat liber Præfecturarum, & Marcellinus, per Armeniã, per Mesopotamiã, per Phœniciã, per Bithyniam, Osdroenemq; in limite Orientis: in Lybico uerò Aegypti, in limite praeterea siue Prætorio Illyrici utriusq;, Scythię, Dacię, Dalmatię, Valeriæ & Rhœtię, limitaneos duces enumerãs. In limite deniq; Rhœni siue Gallicano, Moguntiacensis & Britannię duces. De quib. omnib. seorsim suo loco proximo lib. ad plenum, quod aiũt, definitũ est. Mentionẽ uerò limitaneorũ ducũ prę cęteris faciũt, B Lampridius in Alexandro: Sola quæ de hostibus capta sunt (inquit) limitaneis ducib. & militib. donauit, ita ut eorũ essent, si hæredes illorũ militarẽt. Vopiscus in Saturnino: Hic inter cæteros duces, qui uerè summi uidebant, Aurelianus limitis Orientalis dedit ducatũ. Idem in Firmi historia: Firmo patria Seleucia fuit, tametsi plerìq; Græcorũ alterum tradant, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorũ unus præfectus Aegypti, alter dux limitis Aphricani, idemq; Procõsul. Meminit & in Bonoso eiusdẽ generis ducis: Militauit primùm inter ordinatos, deinde inter Equites duxit ordines, Tribunatus egit, dux limitis Rhœtici. Cæterùm de his nos proximo libro, ubi ex professo de Ducum discriminib. agemus, plura definiemus. Illud adhuc ad finẽ capitis adnectendũ uidet, legem, siue morẽ, quo limitaneis militib. donabant agri capti ex hostibus, si hæredes illorum similiter militarẽt, ad Francos posterius defluxisse autumo, qui idem in legibus suis statuũt. Hinc feuda scilicet orta sunt, & beneficia quæ uocantur Regalia, pro quib. filij militare Regi Germanorũ cogunt, & Ducib. nobiles, si possesionẽ accipere mereant. MANSIONES siue stationes limitanę, erant domus, uel uillę, manusq; militũ in his subsistentes, extra limitũ ripensia castra: ueluti erant, exempli gratia, in limite Istri, alę equitũ, Scriboniana, Flauiana prima & secunda Pannonicę, ala Auriana, ala Auanticorũ, & ala Tarni: præterea cohortes, quæ de legione prima Adiutrice per mediterranea Pannoniarũ erant distributę. Adludit uerò ad huiusmodi mãsiones Tit. Liuius lib. 1. Decadis tertiæ: Valerius (inquit) legatus missus. Is primorũ iuuentute, dispositisq; ad omnes portas, circaq; muros, qua res postulabat, stationibus. Et rursus lib. 9. eiusdem: M. Liuius exercitũ

Limitaneæ ciuitates.

Limitanei duces.

Stationes limitaneæ.

A Volonum ex Hetruria in Galliam traducit, iunctusq; Lucretio, si se Mago ex legionibus propius urbẽ moueat, obuiã ire parat. Si Pœnus sub angulo Alpium quietus se cõtineat, & ipse in eadem statione circa Ariminũ Italiæ præsidio futurus. Et sic intelligenda sunt loca Ammiani, lib. xxv. Tum Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore uolubili, replicabat Constantium, immani crudescẽte bellorũ materia, superatum à Persis interdũ, deductumq; postremò per fugam cum paucis ad Hibidam stationẽ in tutum, panis frusto uixisse precario. Et rursus libro xxi. Leuibus tamen indicijs super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempestate castrensem agens, quos ex stationibus proprijs acciri celeritatis ratio promittebat, uenturo resistere cogitabant. Adludit porrò ad mansionem ædificij, ut ita dicam, Vopiscus in Aureliano: Sed cum iter faceret apud Zenophrurium, mansionem quæ est inter Heraclæam & Byzantium, malitia notarij sui & manu Mucoporis interemptus est. Atqui, ut exemplo rem explanẽ, codex Antoninianus in limite Istri, siue Illyrici Occidentalis, trium obiter mansionũ mentionem facit, uidelicet mansionis Cirpi, mansionis in Prætorio, & mansionis Latonicorum, quarum extant sine dubio in tractu Valeriæ rudera, de quibus suo loco. Et iam colophonẽ eram capiti impositurus, cum uenit mihi in mentem cõsuetudinum quarundam, quas in limitibus pasim, præsidijsq; ibidem locatis obseruabant Romani: atq; eam ob causam certas loquendi formulas excogitarunt. DEDVCERE quippe præsidia dicebãtur, sicubi limitaneos exercitus auocabant, ut alibi, ubi necessitas belli poscebat, locarẽt. Ipsa uerò unde ita deducta præsidia fuerant, NVDATA regio uel prouincia uocabatur. Quemadmodum, exempli gratia, Decimamtertiam Geminam legionem ex ripa Danubij, ubi Norici sunt cum Pannonijs confinia, Nerua Traianus in Daciam traduxit. Ita similiter Decimam Alaudam legionẽ, bello Marcomannico in Pannonijs instante, Marcus Cæsar è ripa Rhœni, ad Danubium, ubi is Pannoniam superiorem alluit, transposuit. Sic Marcellinus scribit, Iulianum ex Gallijs Decentiacas, Constantiacas & Magnentiacas, in Asiam aduersus Persas abduxisse. Refert & Tertiam Tacitus, ex Syria Vespasianum contra Vitellium in Italiam euocasse. Atq; de huiusmodi præsidiorum abductione, extant loca authorum. Capitolini in Gordianis: Rex sanè Persarum tantum Gordianum principem timuit, ut cum instructus esset & suis copijs et nostris, tamen ciuitatibus ipse præsidia sponte deduceret. Titus Liuius lib. vi. Decadis tertiæ: Diem posterum Asdrubal (inquit) colloquio petiuit, ut Romani leges conscriberent, de tradendis arcibus urbium, dieq; statuenda, ad quam præsidia deducerentur, suaq; omnia sine fraude Pœni deportarẽt. Et rursus: Multorum Italiæ populorum animos auerterat. Quos neq; omnes tenere præsidijs, nisi uellet in multas paruasq; partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat: nec deductis præsidijs spei liberam, uel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. Idem lib. octauo eiusdem Decadis: Nam & ipsa Chalcis, quanquã eiusdem insulæ urbs est, tamen adeò arcto inter se diuiditur freto, ut ponti continenti iungatur, terra aditum faciliorem quàm mari habeat. Igitur Philippus deiecto præsidio, fusis Aetolis, qui saltum Thermopylarũ insidebãt. &c. Huc porrò alludit & Cor. Tacitus lib. xix. Mota & Dacorum gens nunquã fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabãtur, ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarumq; hybernis, utraq; Danubij ripa potiebantur. Quibus igitur locis præsidia erant à Romanis abducta, hæc propriè nudata, uel nuda præsidijs uocabantur. Vnde T. Liuius lib. nono Decadis tertiæ: Hæc Carthagine (inquit) parabant, agitabantq;,

Mansiones limitaneæ.

Deducere præsidia.

Nudæ & nudatæ prouinciæ.

B

cum ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi & nudo præsidijs agentē, Masſanissa fama Romanæ classis exutus, cum equitibus paucis uenit. Et libro decimo eiusdem Decadis: Et Italiæ ora, quia incertum erat, quò missuri classem Carthaginenses forent. Videbantur autem, quicquid nudatū præsidijs esset, petituri. Sic Ammianus lib. xxx. de Valentiniano Cæsare apud Carnuntum cōstituto agens, quò ob Quados irruentes è Treueris accelerauerat: Et quoniam (inquit) terrori cunctis erat, dum sperabaī ut acer & uehemens mox iudices damnari iussurus, quorum perfidia uel secessione, Pannoniarum nudatum est latus. A

CAPUT TERTIUM. DE LIMITUM RESTITUtione: & quando ac quotuplex Imperio posita fuerit, & qua uoce huiusmodi Restitutio uocabatur.


IMITUM restitutiones, quanquā multæ factæ Imperio inclinante fuerint, cùm ab Aureliano & Probo, tum præcipuè ab Archadio & Honorio, ut Codex Præfecturarum ostendit: tamen potiores, postquam Imperium per Iulium Dictatorem esset confirmatum, & plures nouę quotidie accederēt prouincię, sex numero reperio. Quarum PRIMAM factam ab Augusto, forsitan quo tempore scriberēt uniuersus orbis nato Saluatore, Herodianus libro secundo his uerbis ostendit: Postea uerò quàm Augustus rerum potitus est, & laborem Italis ademit, detraxit milites tantum quosdam, certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur Imperium, tum fluuiorum magnitudine atq; fossarum, montibusq; asperrimis, desertisq; locis atque imperuijs circumseptis Imperij limites cōmuniuit. Huc pertinet, quod Strabo scribit in fine operis: Victo Antonio, et Iano clauso, Octauium Cæsarem totum Imperium Romanum bifariam diuisisse: partem quidem sibi asciuisse, barbaras uidelicet regiones, quæ præsidio & militari scientia indigerēt: aliam uerò pacatarum prouinciarum, populo Romano reliquisse. Atq; in suas Cæsarem prouincias, Procuratores, Proconsules, & Prætores misisse: cum populus in suas item, ut pacatiores, Consules & Procuratores mittere solitus esset. Hinc Ruffus refert, prouincias alias fuisse Proconsulares, alias Consulares, Præsidiales denique aliquas, Prætorias & Quæstorias. de quibus libro proximo prolixè loquemur. SECUNDA porro Romanorum limitū restitutio, sub Tiberio Nerone facta legitur, si Cor. Tacito creditur, libro quarto ita scribenti: Exin uetus ac sæpe simulatum proficiscendi in prouincias consilium refertur. Multitudinem ueteranorum prætexebat Cæsar, & delectibus supplendos exercitus. Nam uoluntariū militem deesse. ac si suppeditet, non eadem uirtute ac modestia agere: quia plærunque inopes ac uagi, sponte militiam sumant. Percensuitq; cursim numerum legionum, & quas prouincias tutarentur (quod mihi quoq; exequendum reor) quæ tum Romana copia in armis, qui socij reges, quanto sit angustius imperitatū. Italiam utroq; in mari duæ classes, Misenum apud & Rauennam, proximumq; Italiæ littus, rostratæ naues præsidebant, quas Actiaca uictoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat, ualido cum remige. Sed præcipuum robur Rhœnum iuxta, cōmune in Germanos Gallosq; subsidium, octo legiones erant. Hispaniæ recens perdomitę tribus habebantur. Mauritanias Iuba rex acceperat, donum populi Romani. Cætera Aphricę per duas legiones, pariq; numero Aegyptus. Dehinc initio ab Syria usque ad flumē Euphratem, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus cohercita, accolis Hibero Albanoq;, & alijs regibus qui magnitudine nostra proteguntur, Aduersum externa imperia, & Thraciam, Rhœmetalces ac B

Secunda limitum Romanorum restitutio.

liberi

A liberi Cotyis, ripámq; Danubij legionum duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis. Quæ positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirētur. Quanquam insideret urbem proprius miles, tres urbanæ, nouem Prætoriæ cohortes, Aetruria fermè Vmbriáq; delectæ, aut uetere Latio & colonis antiquis Romanis: & apud idonea prouinciarū sociæ triremes, alæq;, & auxilia cohortiū. Neq; multo secus in his uirium. Sed persequi incertum fuit, cum ex usu temporū huc illuc meent, gliscerent numero, et aliquando minuerētur. Ex quibus apparet, legiones sæpe fuisse mutatas, huc atq; illuc collocatas. Quæ res multis imposuit, cum Decimātertiā Geminam uidelicet apud Tacitum in Pannonijs, apud Dionem in Dacia legerent: itemq; cum Decimæquartę Geminæ in Batauis Tacitus meminisset, & ad Rhœnum, quam Ptolomæus in Pannonijs ad Istrum describit. Sed de his suo loco abundè ex fide historica differemus. Cæterùm factam fuisse & TERTIAM limitū restitutionem à Claudio Cæsare, ex his Cor. Taciti uerbis libro xi. liquet: Tum solida quies domi, & aduersus externa floruimus. Et Transpadani in ciuitatem accepti, cum specie deductarū per orbem terræ legionum, additis prouincialium ualidissimis, fesso imperio subuentum est. QVARTAM insuper limitū restitutionem renouatam ab Aureliano, & sub Valeriano Cæsare, Flauius Vopiscus in eiusdem Augusti historia commonstrat. Cum cōsedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, præsente exercitu, præsente etiam Palatino officio, adsidentibus Memmio Fusco Consule ordinario, Bebio Macro Præfecto Prætorio, Quinto Anchario Præside Orientis: adsidentibus etiam à parte læua Auulnio Saturnino Scythici limitis Duce, Murentio ad Aegyptum destinato, Iulio Typhone Orientalis limitis Duce, Mecæo Brundusino Præfecto an-

Tertia Romanorum limitū restitutio.

Quarta Romanorum limitū restitutio.

B nonæ, & Vlpio Crinito Illyricani limitis Duce, & Thracij, Fuluio Boio Rhœtici limitis Duce, Valerianus Augustus dixit. Et rursus: Habuit ergo multos Ducatus, plurimos Tribunatus, uicarias Ducum & Tribunorum diuersis temporibus propè quadraginta, usq; adeò ut etiam Vlpij Criniti, qui se de Traiani genere referebat, & fortissimi reuera uiri, & Traiani simillimi (qui pictus est cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Valerianus Cæsaris loco habere instituerat) uicem sumeret, exercitum duceret, limitem restitueret. Atque hactenus de quarta limitis Romani restitutione. Sequitur QVINTA, à Valentiniano & Valente, ob Gothorum, Quadorum, Marcomanorum, Alemanorum, Sarmatarumq; eodem propè tempore irruptiones, suscepta. Veluti ex his Ammiani uerbis lib. xxvi. elicitur: Hoc tempore ueluti per uniuersum orbem Romanū bellicum canētibus buccinis, excitæ gentes sæuissimæ, limites sibi proximos persultabant: Gallias, Rhœtiasq; simul Alemanni populabant: Sarmatæ Pannonias, & Quadi: Picti, Saxones, & Scoti, & Attacoti, Britannias ærumnis uexauere continuis: Austoriani, Mauricæq; aliæ gentes, Africam solito acrius incursabāt. Thracias diripiebāt prædatorij globi Gothorū. Persarum rex manum Armenijs iniectabat, eos in suam ditionē ex integro uocare ui nimia properans: sed iniustè causando, quòd post Iouiani excessum, cum quo fœdus firmarat, & pacem, nihil obstare dicebat, quo minus ea recuperaret, quæ antè ad maiores suos pertinuisse monstrabat. Acta igitur tranquillius hyeme, concordissimi Principes, unus nuncupatione prælatus, alter honore specietenus adiūctus, percursis Thracijs, Nessum aduenerunt: ubi in suburbio quod appellatur Mediana, à ciuitate tertio lapide disparatur, quasi mox separādi partiti sunt Comites. Et Valentiniano quidem, cuius arbitrio res gerebatur, Iouinus euenit, dudū promotus à Iuliano per Gallias magister armorum: & Dagacaiphus, quem militię rectorem prouexerat

Quinta Romanorum limitū restitutio.

Iouianus. In Orientē uerò sequuturus Valentem, ordinatus est Victor, ipse quoque iudicio principis antè dicti prouectus, cui iunctus est Arinthæus. Lupicinus enim pridem à Iouiano pari modo promotus Magister equitum, partes tuebat Eoas. Tunc & Equitius Illyricano præponit exercitui, nondū Magister, sed Comes. Et Serenianus olim sacramento digressus, recinctus est ut Pannonius, sociatusq; Valenti, domesticorū præfuit scholæ. Quibus ita digestis, & militares partiti muneri. Et post hæc cum ambo fratres Sirmium introijssent, diuiso Palatio, ut potiori placuerat, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discesit. Et Orientem quidem regebat potestate Pręfecti Salustius, Italiam uerò cum Aphrica & Illyrico Mamertinus, & Gallias prouincias Germanus. Agentes igitur in memoratis urbibus principes, sumpserunt primitus trabeas consulares, omnisq; hic annus dispendijs grauibus rem Romanam afflixit. Alemāni enim perrupere Germaniæ limites. Hac ex causa solito infestius moti, cum legatis eorum missis ad comitatū, certa & præstituta ex more munera præberi deberent, minora & uiliora attributa sunt. Hæc ille. Deniq; SEXTAM & postremam limitum restitutionem ob Vandalos, Gothos, Burgundiones, Sueuos, Francos & Hunnos, ab Arcadio & Honorio Imperatoribus institutam, ex codice Præfecturarum, quem Marianus scripsit, liquidò apparet. Qui quum duplicem noticiam distinxisset, Orientis & Occidentis, utriq; suam sedem sacram exprimit, nouam Romam, Constantinopolim uidelicet, ad effigiem ueteris constructam, Orienti: & urbem æternam, Romam uidelicet ueterē, Occidenti. Tradítq;, ab Arcadio & Honorio Orienti tria prætoria distincta, uidelicet Constantinopolitanæ urbis prætorium, Orientis prætorium, et Illyrici Orientalis prætorium. Idem per Occidentem triplex prætoriū depingit, Vrbanum, Italiæ, & Galliarum: cōprehenditq; sub Italico prætorio Aphricam, septem Illyrici Occidentalis prouincias, & duas Rhœtias. Ita quòd in Occidēte aliquot tum Respublica Romana immunita limitib. fuerit, uidelicet Germanico, Britannico, & Hispanico. Itaq; refert Marianus, cum Archadius & Honorius, germani fratres, Gothis Hunnisq;, & ab Oriente Persis, ab Occasu Francis & Alemannis urgerentur, ita limites restituisse: quòd sub prætorio uidelicet Orientis, & sub dispositione superillustris Cardinalis uiri, Pręsides prouincias administrabāt: Consulares quidem uiri clarissimi, Palæstines, Phœnices, Syriæ, Ciliciæ, Pamphiliæ, Cypri, Hellesponti, Lydiæ, Galatiæ, Bithynię. Quum reliquis equestris ordinis uiri perfectissimi & illustres præsiderēt, Aegypto, Lybia, utraq; Thebaide, Palæstina Salutari, Palestina secūda, Phœnice Libani, Euphratensi prouincia, Syria Salutari, Osdroœna, Mesopotamia, Cilicia Secunda, Pisidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutari, Lycia, Caria, Armenia prima, Armenia secunda, Galatia Salutari, Bithynia & Isauria. Atq; hi præsides & duces limitis tum erant Orientalis. Exercitus aūt quo defendebat à Persis, Sarracenis ac Sarmatis, legiones erāt Comitatēses octo, Prima Flauia Constantiaca Thebæorū, Prima Flauia Theodosiana, Secūda Fœlix Valentis Thebæorū, Quinta Macedonica, Septima Gemina, Decima Gemina, Balistarij seniores, & Martenses seniores. His legiones Pseudocomitatenses erant iunctę, Prima Italica, Prima Armeniaca, Prima Isaurica sagittariorum, Secunda Armeniaca, Quarta Italica, Sexta Parthica, Fortenses auxiliarij, funditores, balistarij, Theodosiaci, & Transtigritani. Quibus omnibus accedebant uexillationes equitū Comitatenses decem, id est, equites Cataphractarij Buccellarij iuniores, Equites armigeri seniores Orientales, Equites tertiò Dalmatæ, Equites primò scutarij Orientales, Equites secūdò Stablesiani, Equites promoti Clibanarij, Equites primò sagittarij Fœlices Arcadiani seniores,

Sexta limitum Romanorū restitutio.

Vtriusque urbis, æternæ et nouæ prætoria & respub.

Dispositio prætorij Orientis.

A B

A res, cum duobus cuneis equitũ Clibanariorum & Palmyrenorum. Proximum Orientali ipsum urbis Constantinopolitanæ prætorium erat. Sub cuius dispositione & urbs ipsa, et Ponti Thraciæq́ prouinciæ erant. Ponti quidem sex, Honoriados, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Hellespõtus, Pontus Polemoniacus, & Galatia. Thraciæ quatuor prouinciæ erant, Hæmi montis, Rhodopes, Mysia secunda, & Scythia. Quibus singulis singuli præsides præfuerunt, Præfecti prætorio Constantinopolitano, siue Magistri militum per Thracias iusso audientes: habebantq́ sub se exercitus, ripis passim munimentisq́ insidẽtes, & aduersus Sarmatas ac Gothos militantes, legiones Comitatenses xviij. Primam Maximinianam Thebæorum, Primam Flauiam Geminam, Tertiam Diocletianam Thebæorum, Tertiodecumanorum, Quartodecumanorum, Iuliam Alexandrinam, Valentinianensium, Constantiniorum seniorum, Constantini Daphnensium, Solensium Gallicanorum, Solensium seniorum, Diuitensium Gallicanorum, Augustensium, Menapiorum, Pannonicianorum iuniorum lanceariorum Scobensium, et Tramij. His uexillationes equitũ erant iunctæ, Palatinæ tres, Comitum Archadiacorum, Comitum Honoriacorum, & Equitũ Theodosianorum iuniorũ. Item uexillationes Comitatenses quatuor, Equites Cataphractarij Albigenses, Equites sagittarij seniores, itemq́ iuniores, & Equites Primo Theodosiani. Similiter et duplicis Illyrici, duosq́ limites secus Istrum describẽs: in Oriente quidem duarum Diœcesium præsides recenset. Sub uiro spectabili Illyrici Orientalis Præfecto prætorio, per Macedoniæ quidem sex prouincias ordine nominat, Achaiæ Proconsulem, Macedoniæ Salutaris Consularem, Cretæ Consularem. In cæteris, Macedonia altera & utraq; Epiro præsides præfuisse, alios illustres, alios uiros clarissimos referẽs. Tum uerò per Daciæ diœcesim, in

B Dacia mediterranea Consularem, in ripensi Præsidem & Ducem limitaneum: in reliquis, utraque Mœsia, Dardania, & Præualitana, præsides simpliciter collocat. Sub quibus exercitus delineantur, legiones Comitatenses octo, hoc est, Mineruia Secunda, Germanicianorũ seniorũ, Lanceariorũ Augustensiũ, Lanceariorum iuniorũ, Constantiacã, Mattiariorũ & Dianensiũ legiones. Ibidem præterea Pseudocomitatenses nouem enumerat, Fœlicem Theodosianam, Auxiliarem Tuniacensem, Metenses, Vlpianenses, Bargaracensem, Scopenses, Secundotheodosianos, & Balistarios Theodosianos. Quibus accedebat legio una, & auxilia Palatina sex: hoc est, Sagittarij seniores, Hastarij seniores, Petulantes iuniores, Sagittarij lecti, Inuicti iuniores, & Attecotti. His iunctæ erant præsidio uexillationes equitum, Comitatẽses duæ, Equites sagittarij iuniores, & Equites Germaniciani seniores. Sequitur tandem eodem in codice Præfecturarum siue Noticiarum, administratio Illyrici Occidentalis, siue limitis Istrici, cuius dispositio ad Prætorium Italiæ tum pertinebat, & septem prouinciarum totidem sub se Præsides habebat: uidelicet Pannoniæ primæ Consularem, Pannoniæ secundæ Proconsulem, Pannoniæ Sauiæ Correctorem, Valeriæ Ducem, Dalmatiæ & utriusq; Norici præsides. Qui eum limitem tum temporis defendebant aduersus Sarmatas, Quados, Marcomannos, & Sueuos, legionibus numero sex: uidelicet Iouia, Secunda Iulia, Tertia Herculea, Tertia Gallicana legione, legione Valentinianensi Fœlice, legione Fœlice Honoriana. Reliquæ cohortes erant & auxilia, sagittarij Tungri, sagittarij Venatores, Lancearij Laureacenses, & Lancearij Comagenẽses, itemq́ Rhœtij, Sequani, Seguntienses, Tungri, Mauri, Mauri citati, Paratranẽses, Catarienses, Propugnatores iuniores, Honoriani seniores, & Latini. Restitutus denique tum ab Archadio & Honorio erat & Gallicanus limes, tametsi Franci & Burgundi, Alemanni'que, agros iam in eo aliquos occupassent.

Dispositio prætorij Constantinopolitani.

Diœceses Illyrici duæ cũ suis exercitibus.

Dispositio, & administratio Illyrici occidẽtalis, siue limitis Istri.

Restitutio & dispositio limitis Gallicani.

passent. Fuit uerò & tum Gallia, uti incipiẽte Imperio, in Belgicam, Sequanos, A Lugdunensem, Aquitaniam, & Narbonensem, diuisa. Quarum quælibet rursus secta, Primæ ac Secundæ nomina sumpserunt. Quarum Belgica, duobus Præfectis regebatur, Consulari primæ Belgicæ, Proconsule secundę Belgicæ: Aquitania, quæ quidem & ipsa duplex erat, Prima & Secunda, ab uno Præside patricio moderabatur: Lugdunensis Rectore, & Narbonensis prouincia Proconsule. Hi sub se Comites alios & Duces habebant. Lugdunensis prima, ubi est Lugdunum: & secũda, ubi Rhotomagus. Ita Narbonensis in Arelatensem & Masiliensem prouinciam secta, nomen adhuc Prouinciæ retinet. Erant uerò tum legiones proxime Rhœnum, Thebæorum Constantiaca apud Treuiros, item duæ Magnentiacæ, & duæ Decentiacæ, translatæ multo ante Archadij & Honorij tempora, à Constantio & Iuliano in Asiam aduersus Parthos. Et quanquã Braccatorum, Cornutorum, Neruiorum, Primanorum, Vndecimanorum, Martiariorum, Gentiliumq́ aliquando, utpote à Valentiniano fuissent in Illyricum abductæ: sunt tamẽ suis iterum hybernis ab Archadio & Honorio, Francico bello Alemanorumq́ imminente restitutę. Et ultra has ad Rhœnũ & in Sequanis excubabãt, formula restitutionis ab Archadio & Honorio renouata, Fœlix Theodosiana, Fœlix Archadiana. Quibus cohortes auxiliaq́ fida accesserũt, peditum quidem, Vindelicorum, Turingorum, Thracum, Buccinobantum, Tubantum, Falconatorum, Marciorum iuniorũ, Secundotheodosianorum sagittarij seniores Orientis, sagittarij iuniores Orientis, lancearij iuniores, Daci & Scythæ. Ex Equitum uerò ordine, eum limitem tum tueri sunt iussæ uexillationes Equitum sex Palatinę, & sex Comitatenses. Harum nomina erant: Comites seniores, Equites Braccati iuniores, Equites Bataui iuniores, Comites sagitarij Armenij, Equites Theodosiani seniores, Equites Persę Clibanarij, Equites Cataphractarij Am B bianenses, Equites Sextodalmatæ, Equites Secundoscutarij, Equites Primoscutarij, & Equites Secundoclibanarij Parthi. Et ne cui quæ hic de limitũ Imperij Rom. sexta restitutione, ex libro Præfecturarum adduximus, non satis confirmata uideri posint, adludit ad eandem hoc carmine Claudianus, poeta eius temporis, in Epithalamio:

Omnes simul limitum restitutiones sub Honorio per Stiliconem factæ.

— Paulatim uectus ad altum
Princeps militiæ, quo non illustrior extat
Alter, cunctorum tabulas aßignat honorum.
Regnorum tractat numeros, cuneosq́ recenset,
Sparsas Imperij uires constringit in unum
Depositum: quæ Sarmaticis custodia ripis,
Quæ sæuis obiecta Rhetis, quæ Saxona frenat,
Vel Scotum regio: quantum cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhœnus.
Casta domus, sincera fides, industria solers
Elegit Stilico, nihil ultra laudibus addi.

Equidem & in Rhœtiã, atq́ in Saxones, exercitus missos, Claudianus ostendit: nimirum significans, eo tempore, limite Germanico amisso, Sueuos Rhœtiam, quæ fuit Præturæ Italicæ prouincia, occupasse, et Saxonas Britanniam. ita quòd duo limites eo tempore, formulę restitutionis decesserint: Germanicus inquam, & Britannicus. Post quæ tempora cum iam Franci, Burgundiones ac Gothi, totam Galliam occupassent, Alemani Sequanam, Sueuiq́ Rhœtias ademissent, & Longobardi, Heruliq́, Illyrici Occidentalis tractum quum insedissent, formula

Limites Imperij amißi, et formula restitutionis neglecta.

cœpit

A cœpit restitutionis limitum paulatim perire. Qui uerò ibidem in limitibus manserant Romanorum militum, hi cum barbaris conuenientes, insignibus aliquandiu retentis, excubabant: donec uiribus & numero diminuti, omnino euanescerent. Vnde Procopius libro tertio historiæ Gothicæ scribit: Dum hæc gererentur, totius Occidentis Barbari Imperio potiũtur. Romani uerò cum Gothis etsi paulo antè, ut diximus, debellatis, bellum dum integrãt, pecuniarũ hominumq́ꝫ iactura ingenti facta, & sine ullo eorum commodo Italiam amisere. Cum hac simul Illyrios ferè omnes, Thracesq́ꝫ, cum à Barbaris iam finitimis factis, sua omnia agerentur in prædam: & ipsi fœdè etiam deprædarentur Galliarum partem, suæ quondam ditionis effectam, in huius belli principio Gothi Germanis tradiderant, quum minus se posse existimarẽt Romanis simul & Germanis resistere. Id sanè factum non solum nil prorsus Romani interpellarunt, sed ut Gallias sibi Germani haberent, Iustinianus ultro permisit. Non enim illi has tutò se possessuros rebantur, nisi & Imperator suæ ditionis futuras perpetuò confirmasset. Huc pertinet, quod de Anastasio Imperatore memorat Agathius, Clodouęo Francorum regi pallium Bracteatum misisse, & regem Barbarum Patricium appellasse. Adludit ad hanc quoq́ꝫ simulatam, & ex necessitate cum Barbaris cœptam amicitiam Sydonius Apollinaris, Epistolarum libro quinto: Namq́ꝫ confirmat Magistro militũ Chilperico, uictoriosissimo uiro, relatu uenenato quorumpiã sceleratorũ fuisse secretò insusurratũ, tuo præcipuè machinatu, oppidum Vassouiense partibus noui principis applicari. Sic itaq́ꝫ unitis Barbaris ac Romanis siue per castra, siue oblatæ uinculo necessitudinis, Romana illis etiam munera ac tituli Romani accesserunt. Et ne factum modò fuisse in limite Rhœni, simulatq́ꝫ à Francis, quos perpetuò Germanos Procopius appellat, & Gothis Burgundisq́ꝫ

Romanorum cum barbaris in limitib. coitio et amicitia.

B esset perruptus, quispiam existimet, memorat idem de limite Istri, quem Longobardi ac Heruli euicerant, & in prouincijs utrinque sitis, cum Romanorum reliquijs miscebantur. Cuius quidem rei non solum Eugippus in historia sancti Seuerini mentionem facit, sed alludit huc Procopius libro secundo Gothicæ historiæ, ita scribens: Quæ omnia ferre Heruli ultra nil poterant, flumine Istro transmisso, cum Romanis eam regionem tunc incolentibus, cohabitandũ sibi perpetuò censuerunt, Anastasio imperante. Qui hos perbenignè admissos, eòdem sedes habere permisit. Hinc tamen non longe pòst tempore Eruli, infestiores iam redditi, indignis eius regionis habitatores Romanos iniurijs affecere. Quibus Imperator permotus, exercitum aduersus hos misit: eoq́ꝫ prælio, cum superiores Romani fuissent, ex Erulis quamplurimos interfecere: ad internecionemq́ꝫ omnes occidere potuissent, ni à Pręfecto, ex his qui fortè superfuere, precariò sibi uitam depoposcissent, seq́ꝫ in posterũ precarent, ut Imperatores confederatos, uel seruituti haberet obnoxios. Hæc propterea longius à nobis dicta sunt, ut quando limitum restitutio seu formula illius esse primùm desierit, cognoscamus. Inualescentibus enim Barbaris nationibus ab arcto, paulatim ad angustias Romanũ Imperium redactum est. Daciæ primùm omnium amissæ sunt sub Aureliano, & à Sarmatis ac Gothis Teutonibus occupatæ fuerunt. Post has sub Valentiniano primo Britannia perdita est. Hinc sub Iouiano Parthis Armeniæ cessere. Sub Honorio Rhœtiæ, & limes Germanicus amissus. Sub Valentiniano Secundo Galliæ à Gothis insessæ. Sub Martiano deniq́ꝫ, Pannoniæ & Noricum ab Hunnis ademptæ fuerunt. Ita, quòd non ita multo pòst & Franci Belgicas, Alemanniq́ꝫ tractũ Argentoracensem, & Sequanam Galliam, post depopulationes continuas Imperio Romano abstulerint. Quæ dum in prouinciarum formas, regiones primùm essent redactæ à populo Romano, limitum curam solicitudinemq́ꝫ Augustis

Limitum Romanorum amissio.

Formula restitutionis limitũ. Augustis fecere. Quorum digestio & diuisio, propria seorsim uoce FORMVLA A dicebat: eaq; nõ noua est, ut quidam putant, ab Ammiano & Mariano excogitata, inclinantis Imperij authoribus, sed ab ipso summo authorum T. Liuio usurpata fuit multis locis. Nam libro sexto Decadis tertiæ: Philippum eis ac Macedonas graues accolas esse, quorũ se uim ac spiritus etiam fregisse, et eò redactos esse, ut non his modò urbibus, quas per uim ademissent Aetolis, excedant, sed ipsam Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas, quos ægrè ferrent Aetoli, à corpore suo diremptos, restituturam se in antiquam formulam iuris ac ditionis eorum. Et libro septimo Decadis tertiæ: Permissum ab Senatu his cum esset, agerẽt facerentq; ut è Republica ducerent, pertentatis prius aliarum Coloniarum animis, citauerunt legatos: quæsiueruntq; ab his, ecquid milites ex formula paratos haberẽt. Idem libro nono Decadis quartę: Eiusdem formulæ disceptatio, de Perrhœborum Magnetumq; oppidis fuit. Omnium enim iura possidẽdo, per occasiones Aetoli miscuerant. Et iterum: Caussa cognita pronunciauerũt legati, placere deduci præsidia Macedum, ex his urbibus & antiquis Macedonię terminis regnum finiri. De iniurijs, quas ultro citroque illatas querantur, quomodo inter eas gentes & Macedonas disceptetur, formulam iuris exequendi cõstituendam esse. Ad huiusmodi formulã alludit Suetonius in Augusto, capite de Testamentis: & Breuiarium alio uocabulo uocat. Tertio (inquit) Breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis ubiq; esset, quantum pecuniæ in ærario, & fisco, uectigaliorumq; residuis. Huc pertinet & hoc Sidonij Apollinaris Carmẽ in Panegyrico Anthemio dicto:

Tunc demum Babylon nimis est sibi uisa parere
Partibus, at postquam statuit noua formula fœdus.

Dispositio limitũ quæ fuerit. Sub formula erat DISPOSITIO, uox inclinantis Imperij, qua significabatur Prę B sidis administratio: & non solum ordinatio præsidij, uerùm etiam Annonaria prouisio, & stipendiorum, sub Dispositione comprehendebantur. Vnde in codice Prefecturarum apud Marianum hoc subinde uocabulum occurrit, quoties uel Magistri militum, uel Præfecti prætorio mentio fit. Fla. Vopiscus in Aureliano: Nunc tuum est officium Arabiane (inquit) iucundissime, elaborare, ne meæ dispositiones in irritum ueniant. Vtitur hac uoce & Iul. Capitol. in Maximinis: Præterea omnes Alexandri ministros uarijs modis interemit, dispositionibus eius inuidit. Et iterum in Gordianis: Cuius uiri tanta in Republica dispositio fuit, ut nulla esset unquam ciuitas limitanea potior, quę non posset exercitum populi Romani ac principem ferre. Et rursus: Misitheus tantum, quantum diximus, habuerat conditorum, ut uacillare dispositio Romana non posset. Meminit et Marcellinus lib. xvij. Iniquè inusitato exemplo id petendo Cęsar impetrauerat à Prefecto Secundę Belgicæ, multiformibus malis oppressę, ut dispositio sibi cõmitteretu r, ea uidelicet lege, ut nec Præfectianus, nec Pręsidialis apparitor, ad soluendum quenquam urgeret. Et iterum libro xix. Nec enim dispositionibus unquã, alterius præfecturæ (ut inter omnes constat) ad præsens Arctoæ Prouincię bonis omnibus floruerunt, correctione Titubantium beneuola et solerti. Sidonius Apoll. lib. v. Epistolarum, in epistola ad Aumastum, Dispositionũ Munerariorũ mentionẽ facit. Atq; hęc de formula ac dispositione. Delectus militiæ limitaneæ. Quòd uerò et delectus ad huiusmodi pertinuerit limitum restitutionem, qui quotannis fiebat, per Stationarios & Curiosos, qui certo tempore castra & limites perambulabant, militiam inspecturi, ex his uerbis Cor. Taciti libro quarto elicitur, ubi de Druso loquitur, à Tiberio Imperatore in Germaniam misso: Exin uetus & sæpe simulatũ proficiscendi in prouincias consiliũ refertur. Multitudinem ueteranorum prætexebat

A texebat Imperator, & delectibus supplendos exercitus, nam uoluntarium militem deesse: ac si suppeditet, non eadem uirtute ac modestia agere.

CAPUT TERTIUM. DE LIMTUM ROMAnorum numero, & de limitis Orientalis restitutione.



VAE ratio fuerit limites Romanis restituendi, dictum à nobis est pro fide historica copiose. Nunc de origine & numero limitum, quando hi primùm omnium sint constituti, & quibus locis, expediam. Originem quidem siue initia cōstituendi limites, nemo melius describit, quàm Claudianus poeta in primo Panegyrico Stiliconis, hoc Carmine: *Initia limites constituendi.*

Vel Pyrrhum, Antiochiq; fugam, uel uincla Iugurthæ
Conferat, aut Persen, debellatumq; Philippum,
Hi propagandi fuerant pro limite Regni,
Hic stabat Romana salus, ibi tempora tutò
Traxerunt dilata moras: hic uincere tardè
Vinci penè fuit, discrimine Roma supremo
Inter supplicium populi deforme pependit,
Et tantum Libyam fructu maiore recepit.

Repetuntur itaq; prima exordia cōstitutorū limitum à uictorijs ijs, quas populus Romanus à Iugurtha Numidię rege, & Antiocho Asiæ, retulit. Qui primi unà cum Hispanico, limites fuerunt: uidelicet Asiaticus siue Orientalis, qui & Armenius, & Libycus siue Africanus. Quibus successu temporis sex cæteri accesserunt, uidelicet Aegypti, Scythicus, Illyrici orientalis, Illyrici occidentalis, Rhœticus, & Gallicanus siue Rhœni. Ad quos nimirum uno ceu fasce comprehēsos, alludit Trebellius Pollio in triginta Tyrānis. Occupatis partibus Gallicanis (inquit) Orientalibus, quin etiam Ponti, Thraciarū & Illyrici, dum Galienus popinatur, ac balneis & lenonibus deputat uitam. Huc pertinēt et illa Marcellini uerba libro xxvi. Hoc tempore ueluti per uniuersum orbem Romanum, bellicum canentibus buccinis excitę gentes seuissimę, limites sibi proximos persultabant. Gallias Rhœtiasq; simul Alemanni populabanť. Sarmatæ Pannonias, & Quadi. Picti Saxones, & Scoti, & Attecotti, Britannias ęrumnis uexauere continuis. Thracias diripiebant prædatorij globi Gothorum. Persarum rex manus Armenijs iniectabat. Aristoriani Mauricęq; aliæ gentes solito acrius incursabant Africam. Atq; hæc de numero & catalogo limitum: qui tametsi distincta Prætoria siue sedes habuerint administrationis, quas sacras uocabant: tamē constat, duos interdū limites ab uno præfecto uel præside defensos. Quemadmodum Aelius Spartianus in uita Septimij Seueri scribit: Deinde firmatis (inquit) quas post tergum relinquebat prouincijs, Romam iter contendit, cedentibus sibi cunctis, quacunq; iter fecit: quum iam Illyriciani exercitus, & Gallicani, cogentibus ducibus, in eius uerba iurassent. Huc pertinent & illa Trebellij Pollionis uerba, in historia Balistæ, qui unus fuit ex triginta tyrannis, qui imperiū aduersus Galienū inuaserant. Hic uir insignis (ait) eruditus ad Rempublicam gerendam, in consilijs uehemens, in expeditionibus clarus: in prouisione annonæ Valeriano sic acceptus, ut cum quibusdam literis hoc testimonio prosecutus sit Valerianus, Ragonio Claro prefecto Illyrici & Galliarū. Porro hic obiter notandū est, quosdā limites aliquādo exigente fuisse usu cōiunctos, sed nō semper: ut hic Galliarum & Illyrici, de quo Pollio. Alios uerò semper ex formula extitisse unitos, ut Aegy

Catalogus & numerus limitum.

B

Limites plures coniuncti, & ab uno Prætorio administrati.

ptius & Armenicus, siue Asiaticus, itemq́ Libycus, Italicus, & Illyricianus atque A Rhoeticus, qui ab uno Prætorio tres limites regebantur. Et sic intelligitur inscriptio uetustatis, quæ Pætouione apud Styrios eruta, sic legitur:

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVINCIARVM BELGICAE, GERMANIAE SVPERIORIS, GERMANIAE INFERIORIS, RHOETIAE, MAVRETANIAE CAESARIENS. LVSITANIAE, CILITIAE PRAEF. EQ. AL. BRITANNIC. MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSORVM PRAEF. EQ. ALAE SECVNDAE PANNONIOR. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACEDONICAE CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHOETIA CONSISTENTES

Limes Orientalis ubi, & quæ sub eo prouinciæ.

Limitis Orientalis mentio apud authores.

Atq; hæc dicere habuimus de limitum ratione, in genere. Nunc ORIENTALIS limitis explicationem adgrediemur, qui in finibus Armeniæ contra Persas erat constitutus: nunc ad Tigridem, nunc secus Euphratem, ut hostes uel uincebantur uel uincebant, promouebatur. Ad cuius Prætorium uniuersa Syria, cum omnibus prouincijs Libyam usq;, atq; Hellespontũ, Pontumq́ Polemoniacum spectabant. Et de hoc limite intelligenda sunt loca authorum. Vopiscus in Saturnino: Saturninus (inquit) oriundus fuit Gallijs, ex hominũ genere inquietissimo, & auido semper uel faciendi Principis, uel Imperij. Huic inter cęteros duces, qui uerè summus uideretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, sapienter præcipiens, ne unquam Aegyptum uideret. Huc pertinet & Ammiani locus libro xiiij. Orientis uerò limes in longum protentus & rectũ, ab Euphratis fluminis ripis adusque supercilia porrigitur Nili, læua Saracenis continuatis gentibus, dextra pelagi fragoribus patens. Idem libro xviij. Hocq́ commento, cum nullus causam ueniendi ad extremas Romani limitis partes, iam possessorẽ cum plurimis auderet exigere per familiares fidos, peritosq́ nandi, occultis sæpe colloquijs cum Sapore habitis, qui tractus omnes aduersos Ducis potestate tunc tuebatur. Et rursus libro xxi. cum Constantij contra Persas susceptũ bellum describeret: Arbitionem & Agilonem (inquit) Equestris turmæ ministros, cum agminibus maximis properare coegit, nõ ut lacesserent Persas in prælia, sed prętenturis iuncturos citeriores Tigridis ripas, & speculaturos quondam Rex eorum erumperet uiolentus. Addebatq; monendo sæpius & scribẽdo, ut simulatque multitudo transire cœpisset hostilis, referrent citius pedem. Dumq́ collimitia iussa custodiunt Duces, & occulta fallacissimę gentis obseruantur, agens ipse in parte ualidiore exercitus, curabat urgentia. Idem libro xxiij. ab initio, ad hunc Orientis limitem adludit his uerbis: Isdem diebus nunciatũ est ei per literas, Romæ super hoc bello libros Sibyllæ consultos, ut iusserat, Imperatorem hoc anno discedere à limitibus suis, aperto prohibuisse responso. Et rursus libro xxiiij. sequenti: Surena post regẽ apud Persas promeritæ dignitatis, & Malechus Podosaces nomine Philarchus, Saracenorum Assanitarum, famosi nominis latro, omni sæuitia per nostros limites diu grassatus, structis Ormisdę insidijs. His adde et alium locum libro sequenti xxv. Iamq́ ut solent extrema metuentibus, etiam ficta placere fama circumlata, fines haud procul limitum esse nostrorum, exercitus uociferãs immodestè, dari sibi copiam transeundi limitis flagitabat. De hoc limite intelligendus est & locus Trebellij Pollionis in Tyrannis, loquẽs de Zenobia ab Aureliano in triumphum ducta. Neq; ego illi uitam cõseruassem, nisi eam scissem multum Romanæ Reipublicæ profuisse, cum sibi uel liberis suis Orientis seruaret B

A uaret imperium. Atque hactenus de locis authorũ, qui de hocce sunt limite intelligendi. Nunc initia illius, quando is primùm omnium Romanis est constitutus, ostendam. Hæc autem cõmuni authorum suffragio ad Lucullum & Pompeium Magnum referũtur, ut qui ex Syria procul ultra Armeniam Parthos submouerunt. A' quo tempore Augustus intentior in hanc curam, aliquot & in Syria, & in Iudæa prouincias adiecit. Adiecere & qui hunc sequuti sunt Augusti prouincias, Cappadociam, Comagenensem, & Augustofretensem. De Cappadocia Cor. Tacitus libro secũdo historiæ Augustæ ita memorat: Rex Archelaus quinquagesimũ annum Cappadocia potiebat, inuisus Tiberio, quòd eum Rhodi agẽtem nullo officio coluisset. Et subdit: Sed angore, simul fessus senio, & quia regibus ęqua, nedum infima, insolita sunt, finem uitę sponte an fato impleuit. Regnum in prouinciam redactum est: fructibusq; eius leuari posse centesimæ uectigal professus Cæsar, ducentesimam in posterũ statuit. Per idem tempus Antiocho Comagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis, turbabãtur nationes, plerisq; Romanum, alijs Regium imperium cupiẽtibus. Et prouinciæ Syria atq; Iudæa, fessæ oneribus, diminutionẽ tributorum rogabant. Igitur hæc & de Armenia quæ suprà memoraui, apud Patres disseruit, nec posse motum orientẽ nisi Germanici sapientia cõponi. Atq; hæc de initijs, siue potius confirmatione Orientalis limitis, ex Tacito. De cæteris prouincijs quæ postea huic limiti accesserunt, hoc est Comagenẽsi, & Augustofretẽsi, Eutropius in Vespasiano sic scribit: Rex Parthorum Vologeses, metu solum in pacem coactus est. Tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus, in immensum Respublica Romana prouehitur. Siquidem Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantiũ, Samos, quæ liberæ ante id tempus fuerant: item Trachea, Cilicia, Comagene, quam hodie Augustofretẽsem nominamus, quæ sub regibus amicis erant, tunc demum redactæ in prouinciarum formam, iudicibus Romanis legibusq; paruerũt. Eadem repetũtur ab Aurelio Victore, in Epitome Augustorum. Cæterum de Iudęa, quando limiti Orientis addita fuerit, sic refert Tacitus libro duodecimo: Ituræiq; & Iudęi, defunctis regibus Sohennio atq; Agrippa, prouincię Syriæ additi. Describit uerò eodem ipso libro Cornelius Claudij Imperiũ. Atq; hactenus de exordijs huius limitis, cuius erant prouinciæ quidem potiores: ambæ Armeniæ, Osdroena, & Comagena Euphratensis: ciuitates uerò potiores erant limitaneæ, Carræ, Amida, Edessa, Syngara, Samosata, Nisibis, Dauana, Caluisium, & Ctesipho. Porro quia diximus hunc limitem à Pompeio non modò restitutum, sed penè fuisse incœptum, contigit tamen eundem nudari ab eodem Pompeio, qui duas inde legiones, aduersus Iulium Cæsarem, flagrante bello ciuili, eduxit. ut Appianus Alexandrinus libro secundo Ciuilis belli his uerbis animaduertit: Cæsari peditũ legiones tunc decem aderãt, Celtarum equitum decem millia. Pompeium uerò legiones quinq; sequebantur, quas Italia egressus, Ionio mari superato secum uexerat: & quicunq; his Equites pariter adiuncti fuerant. Ex Parthia quoq; legiones duæ, quę Crasso in bello superfuerãt, & quædam alia eorum pars. Post hæc uerò tempora, quanquam sedecim legionibus Iulius Cæsar Getas & Parthos petierit, ut Appianus in secundo Ciuilis est author, constat tamen consilijs impeditum: reductisq; cæteris, duas in Syria reliquisse, & totidem ibidem à Lentulo de nouo scriptas. Ex quibus rursus Bibulus ad Cæsarem, Scipio ad Pompeium, bello ciuili ardescente, legiones abduxere. Qua de re Appianus Alexandrinus libro secũdo belli Ciuilis sic scriptum reliquit: Ingentem Cæsar in Parthos Getasq; expeditionem meditatus est. Getis quidẽ, ut insolentioribus, & pugnę cupidis, & propinquis sibi nationibus bellum parans: Parthis uerò, ut Crassi ulcisceretur iniuriam,

Exordia limitis Orientalis.

Prouinciæ nouæ adiectæ limiti Orientis.

B

Regiones et ciuitates limitaneæ in Oriẽte.

Restitutio limitis Oriẽtis prima incipiente Imperio.

riam, quem præter fœdus bello inuasissent. Exercitum igitur sex & decem legionum, peditum equitumq́ decem millium, qui Ionium transmitteret, præire iussit. Porrò quæ ibidem fuerint relictæ, cæteris reductis, ostendit Cæsar libro tertio belli Ciuilis· Duas ex Asia, quas Lentulus Consul scribēdas curauerat: præterea magnū numerum ex Thessalia, Bœotia, Achaia, Epiroq́, supplementi nomine in legiones distribuerat. His Antonianos milites admiscuerat. Præter has expectabat cum Scipione ex Syria legiones duas, sagittarios ex Creta. Fuisse aūt ab eo tempore iterū Orientis limitē nudatū, in bello ciuili quod inter Cæsarē & Pompeiū erat gestū, ex his uerbis Cæsaris libro tertio Ciuilis liquet, ubi ex Syria legiones Cęsari à Bibulo abductas, & à Scipione Pompeio, hęc in oratione Marcelli uerba demōstrant· Quo facto, ciuitatibus tyrannisq́ magnas imperauerat pecunias: item à publicanis suæ prouincię debitā bienniȷ pecuniā exegerat, & ab eisdē insequētis anni mutuā perceperat, equitesq́ toti prouinciæ imperauerat. Quibus coactis, finitimis hostib. Parthis post se relictis, qui paulo antè M. Crassum Imperatorē interfecerant, & M. Bibulum in obsidione habuerant, legiones equitesq́ ex Syria deduxerat. Et iterū eodem libro tertio: Erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ à Cæsare initio dissensionis, ex senatusconsulto: quarū una prima, altera tertia appellabat. In eo loco ipse Pompeius erat, mediā aciē Scipio cum Syriacis tenebat. Cilicēsis legio cōiuncta cū cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erāt collocatę. Pręterea refert Velleius Paterculus, cum tredecim legionibus Antonium, tum in Parthos mouisse, & ex his aliquot amisisse, ita scribens: Quippe Antonius cum tredecim legionibus egressus, Armeniam, ac deinde Mediam, ac per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obuium: primoq́ duas legiones cum omnibus impedimentis, tormentisq́ & Statiano legato amisit. Mox sæpius ipse cum summo totius exercitus discrimine, ea adiȷt pericula, quibus seruari se posse desperauerat. Amissaq́ non minus quarta parte militum, captiui cuiusdā, sed Romani consilio ac fide seruatus. qui clade Crassiani exercitus captus, cum fortunam, non animum mutasset, accessit nocte ad stationē Romanam, prædixitq́, ne destinatū iter peterent, sed diuerso syluestriq́ peruaderent. Rectè igitur Appianus Alexandrinus, lib. tertio Ciuilis belli, primò unius, deinde trium in Armenia legionum, sub Iuliȷ Cæsaris Dictatoris exitum meminit, ita scribens: Caius Cęsar cum per Syriam proficisceretur, legionem in ea dereliquit, iam tum in Parthos meditatus bellū. Huius cura Cęcilio Basso mandata fuerat. Iulius autem Sextus adolescens, adhuc Cæsaris affinis atq́ cognatus, legionis dignitatem & nomen obtinebat: quam ut in delicȷs uacantem hinc inde fœdissimè ducebat. Qua de re cum Bassus quereretur, contumeliȷs eum adortus est: & postremum omnium illum appellans, cum tardius parēret, quosdam eum compellantes duci iussit. Tumultu edito, cum ad plagas uentum esset, exercitus contumeliam ægreferēs, Iulium gladȷs confecit. Quod facinus pœnitentia cōfestim secuta est, & timor Cæsaris. Iure igitur iurando sancientes, nisi si qua fides aut uenia illis præberetur, ad mortem usq́ depugnare uelle. Et ad id Bassum inducētes, aliam collegere legionem, cuius auxilio bellum gererent. Sic à quibusdam de Basso relatum est. Aliȷ ferunt Libonem Pompeianæ militiæ participem, qui post cladem in Tyro priuatus degebat, quosdam ex legione corrupisse, qui Sextum interimerent, seq́ Basso traderent. Vtcunq́ fuerit, Sextum certè Mulcum, qui tribus cum legionibus à Cæsare ad eos mittebatur, fortissimè oppugnarunt, quoad Mulcus Minutium Crispum, qui Bithyniæ præerat, in auxilium uocauit. Is tribus aliȷs comitatus legionibus, opem allaturus accesserat. Quumq́ iam Bassum obsideret, Cassius celeritate

Restitutio limitis Orientalis sub Augusto.

Loca authorū de prima restitutione limitis Orientalis.

A tate usus, duas Basi legiones prius sibi adsciuit. Et quę Bassum obsidebant, quorundam amicitia traditas simul intercœpit, quæ illi ut Proconsuli ultro paruere. Et hæc fuit restitutio Orientis limitis, Imperio per Iulium primùm posito. Post quæ tempora, quot legiones limitē hunc aduersus Parthos defenderint, nō constat. Equidem imperante Tiberio, quatuor ibi tantum legiones excubasse, Cor. Tacitus libro quarto est author, quum limites à Tiberio ubique restitutos commemoraret. Cætera Africæ (inquit) per duas legiones, pariq́; numero Aegyptus. Dehinc initio à Syria, usq; ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarū sinu ambitur, quatuor legionibus cohercita. Porro istum legionū numerū postea fuisse imminutum, idem author Neronis principatum describens, ostendit, duas modò in Syria legiones recensens, quibus una ex Germania traducta accesserat. Locus est libro xiij. historię Augustę. Hæc atq; talia uulgantibus, Nero, & iuuentutem proximam per prouincias quæsitam, supplendis Orientis legionibus admouere, legionesq́; ipsas propius Armeniam collocare iubet: duos'que ueteres reges, Agrippam et Iocchum expedire copias, quibus Parthorū fines ultro intrarent: simul pontes per amnem Euphratem iungi, & minorem Armeniā Aristobolo, regionē Sophenem Sohemo, cum insignibus regijs mandat. Et subdit: Copiæ Orientis ita diuiduntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciā Syriam & legatum eius Quadratum Vinidium remaneret, pars ciuiū sociorumq́; numerus Corbuloni esset, additis cohortibus, alisq́;, quę apud Cappadociā hyemabāt. Et nominans, quę fuerint istę legiones: Postea latere dextro (inquit) tertia legio, sinistro sexta insidebat, medijs Decumanorum delectis. Et iterū: Prior Corbulo socias cohortes & auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionē constituit. Cui accita per noctem alijs ex castris tria milia Ter

Restitutio limitis Orientalis sub Tiberio.

Restitutio limitis Orientalis sub Claudio et Nerone.

B tianorū permiscuerat, unà cum Aquila, quasi eadem legio spectaretur. Et sequitur postea: Quippe Syria transmotæ legiones, pace longa segnes, munia Romanorum ægerrimè tolerabāt. Satis cōstitit, fuisse in eo exercitu ueteranos, qui nō stationem, non uigilias inijssent: uallum, fossamq́;, quasi noua & mira uiserent: sine galeis, sine loricis, nitidi & quæstuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis quibus senecta aut ualetudo aduersa erat, supplementū petiuit. Et habiti per Galliam & Cappadociam delectus, adiectaq́; ex Germania legio cum equitibus alarijs & peditatu cohortium, retentusq́; omnis exercitus sub pellibus, quamuis hyeme sæua adeò, ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentorijs locum nō præberet. Ex his tribus Syriacis legionibus, duas posterius amissas unà cum prouincia, testatur Iordnandes, libro de Temporū successionibus. Nero nepos (inquit) Caij Caligulæ, regnauit annos tredecim, menses octo: tantæq́; luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lauaret unguentis. Is etenim non solùm quidem non profuit Reipublicę, immo obfuit nimis. Nam duas legiones in Armenia cum ipsa prouincia simul amisit. Idem lib. xv. legiones sex in Armeniam Syriamq́; è Pannonijs, Ponto, alijs locis traductas sub Nerone, meminit his uerbis: adeò ut tūm limitem Orientis probè restitutū fuisse cōstet. Igitur irriti remittūtur cum donis: tamen, unde spes fieret, nō frustra eadem oraturum Tyridatem, si preces ipse attulisset, Syriæq́; executio Cintio, copiæ militares Corbuloni permissę. Et Quintadecima legio, ducente Mario Celso, è Pannonia adiecta est. Scribitur Tetrarchis ac Regibus, præfectisq́; & procuratoribus, & qui prætorum finitimas prouincias regebant, iussis Corbulonis obsequi. In tantum fermè modū aucta potestate, quam populus Romanus Cneo Pompeio bellum Piraticum gesturo dederat, regressum. Pætum, cum grauiora metueret, facetijs insectari satis habuit Cæsar, his fermè uerbis: ignoscere se statim, ne tam promptus in pauorem, longiore solicitudi

Restitutio & nudatio limitis Orientalis sub Nerone.

ne ęgresceret. At Corbulo quarta et duodecima legionibus, quę fortissimo quoque amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebanť, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrū militem, & crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit: addiditq́ legionem quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul Quintadecumanos recēs adductos, & uexilla delectorum ex Illyrico & Aegypto: quodq́ alarum cohortiumq́ & auxilia regum in unum cōducta, apud Melitenem, qua transmittere Euphratē parabat. Tum lustratum ritè exercitum ad cōcionem uocat: & quæ sequuntur. Atque hæc fuit limitis Orientalis sub Claudio & Nerone nō formatio solū, sed penè nudatio. A' quo tempore, Galba iam, & post eum Othone ad Imperium sublimato, tametsi tertia ac sexta legiones in Oriente semper manserint, tamē alias fuisse scriptas & adiectas, arbitrandum est. Hinc Septem per Syriam & Palæstinam legionum, Cor. Tacitus libro xviij. mentionem facit: Auditiq́ sæpius (inquit) in Syria Iudęaq́ Cæsares, quàm inspecti. Nulla seditio legionum, tantum aduersus Parthos minæ, uario euentu. Et proximo ciuili bello turbatis alijs, ibi inconcussa pax, dein fides erga Galbam. Mox ut Othonem & Vitellium scelestibus armis, res Romanas raptum iri uulgatum est, ne penes cæteros Imperij præmia, penes ipsos tantum seruitij necessitas esset, fremere miles, et uires suas circumspicere, septem legiones statim, et cum ingentibus auxilijs, Syria Iudæaq́, inde cōtinua Aegyptus, duęq́ legiones. Hinc Cappadocia, Pontusq́, et quidquid castrorum Armenijs prætenditur. Cæterum ex harum septem numero legionū, tres in Iudæa excubabant, præsidente Vespasiano. Id quod ex his uerbis Cor. Taciti eodem libro xviij. aduertitur. Profligauerat bellū Iudaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymarum. reliqua duro magis & arduo opere, ob ingenium gentis, et peruicaciam superstitionis: quam quo satis uiriū ad resistendū, uel obsessis ad tolerandas necessitates superesset, tres, ut suprà memorauimus, ipsi Vespasiano legiones erant exercitæ bello, quatuor Mutianus obtinebat in pace. Quo ex loco apparet, & Mutianum Syriæ præfectum, quatuor legiones tenuisse in Orientis limite, & tres in Iudæa Hierosolymam obsidione cinxisse. Quæ autem hę tres legiones, & quibus nominibus fuerint distinctæ, idem ab initio libri uigesimiprimi ostendit, Vespasiano iam ad Imperium sublimato, has sub Tito filio in Iudæa præsidium egisse, nempe quintam, decimam, & decimamquintam. Locus Taciti sic habet: Tres tum in Iudæa legiones, quinta, & decima, & decimaquinta, uetus Vespasiani miles, excepere. Tradidit è Syria duodecimam, & abductos Alexandria Duoetuicesimanos, Tertianosq́, comitabantur Viginti socię cohortes, Octo Equitum alæ. Has legiones, & hunc exercitum, Vitellius, cum apicem Imperij conscendisset, statuerat in Germaniam transferre, ut Tacitus est author libro xviij. Nihil æquè prouinciam exercitumq́ accēdit, quàm quod asseuerabat Mutianus, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamq́ transferret: contrà Syriacis legionibus, Germanica hyberna cœlo ac laborib. dura mutarenť. Atq́ hæc item erat formula restitutionis limitis Orientis, Galba, Othone ac Vitellio, paucis annis imperātibus. Quibus è medio sublatis, quum Vespasianus ad Imperium contenderet, is limes magna ex parte fuit nudatus, aliquot legionibus, tertia uidelicet ac sexta, eductis. Quæ huic uiro postea, ad obtinendas Imperij fasces, adiumēto fuerunt. Quas tamen haud multo pòst, bello finito, et hybernis restituit, et nouis scriptis ad summā nouem legionum inauxit. Vnde Mutianus in oratione apud Tacitum lib. xviij. Tibi (inquit) & Iudæa & Syria & Aegypto nouem legiones integræ, nulla acie exhaustæ, non discordia corruptę. Sed firmatus usu miles, & belli domitor externi, classium, Alarum,

Restitutio limitis Orientalis sub Galba & Othone.

Restitutio limitis Orientis sub Othone & Vitellio.

A larum, cohortium robora, & fidissimi reges. Porro restitutas hybernis tertiam ac sextam, & in Syriam ex Italia finito bello ciuili remissas, libro xx. Cornelius affirmat. Dein postquam inanem animū spe & cupidine impleuerat, uires abolet, dimissa in hyberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor: & tertia legio familiaris Arrio, in Syriam remissa. Idem lib. xviij. de sexta refert. Sed legio sexta et octo uexillariorum milia ingenti agmine sequebant. Classem è Ponto Byzantiū adigi iusserat: ambiguus cōsilij, num omissa Mœsia Dyrrhachiū pedite atq; equite peteret. Et hæc de limitis Orientis restitutione à Vespasiano facta. Post quæ tempora, quia Domitiani ignauia, multæ in Oriente erant prouinciæ amissæ, negligentius is est limes restitui cœptus: Traianus primus, Armeniam è potestate Parthorum cum recepisset, ualidissimo hunc limitem quinq; legionum præsidio firmauit. Et quo tot legiones ad eum defendendū sufficerent, Parthis & Adiabenis regem cōcessit, atq; aliquot prouincias libertate donauit, & Tigrim conatus est Euphrati coniungere, ut Dion Cassius in eius historia est author. Ita enim scribit: Iam uerò præ tædio bellorum, & magnitudine curarum coactus, aliqua ex parte gentes, quas subegisset, liberas facere. Nam dum & Oceanū nauigat, indeq; remeat, populi ferè omnes qui ad deditionē compulsi fuerant, facile desciuere. Romana enim præsidia quæ fines tuebantur, & quorū metu uel inuiti in officio perseuerabāt, partim eiecere, partim interfecere. Et subdit: Cæterùm audita populorum rebellione, Maximum & Lusium in eos populos cum exercitu misit, qui defecerant. Sed alter acie uictus occubuit: Lusius uerò cū multa prosperè egisset, acceptaq; damna emendasset, Nisibin recepit, Edessam obsidione ui captam diripuit, igneq; funditus absumpsit. Duo legati interea, Erutius Clarus, & Iulius Alexander, Seleuciam expugnant, atq; uicina urbi cōcre-
B marunt. Interea Traianus nouarū rerum anxius, Parthis, qui iam ad defectionē spectantes, imperia detrectabant, Regem dare constituit: propiusq; Ctesiphonta profectus, in patentes campos, Romanos simul & Parthos in concionem uocat. Atq; ex suggestu multa præfatus super his quæ egisset, Parthenaspathem regem Parthis, diademate imposito, designat. Mox Arabiā petijt, Agarenosq; rebellantes adortus est. Sic de Iudæa mox subijciēs: Per quod sanè tempus (inquit) Iudæi, qui circa Cyrenem incolebāt, Andræa duce constituto, Romanos & Grecos sine discrimine statim obtruncant. Similiter de Armeniorum regis inauguratione postea scribens: Nam simulac Parthorum & Armeniorum fines ingressus est, regionis satrapæ, ipsiq; mox reges, cum muneribus ei occurrerūt: equumq; duxere, ita edoctum, ut regem adoraret. nam pedes anteriores in modum supplicantis flexit, caputq; pedibus eius qui proximus esset, subiecit. Traianus cum ferè uicina omnia sine armis & certamine subegisset, in Satala & Elegia (Armeniæ sunt oppida) protinus transiuit, Hemochorum regem prosecutus honore est. Parthonasyrē, qui Armenijs regnabat, grauiter mulctauit. Cæterū legionibus Orientem firmasse Traianum, ex eo apparet, quòd Hadrianum, qui illi in Imperio postea successit, eidem limiti præfecerit, & multas illi maximasq; legiones subdiderit. Vnde apud Dionem legitur: Inter hæc expeditionem in Mesopotamiam parabat, à qua ingrauescēte morbo deterritus est. Quare P. Aelio Hadriano in Syria cum legionibus relicto, ipse in Italiam nauigare cœpit. Idem repetitur in historia Hadriani: Corrupisse eum Traiani libertos, curasse delicatos, eosdemq; sepelisse, per ea tempora quibus in aula familiarior fuit, opinio multa firmauit. Quinto iduum Augusti die, legatus Syrię literas adoptionis accepit. Ex his omnibus iam liquet, limitem Orientis à Traiano fuisse restitutū. Quibus uerò legionibus, non constat: nisi quòd idem Dion libro lv. quinq; legionum in A-

Restitutio limitis Orientis sub Vespasiano.

Restitutio limitis Orietis sub Traiano.

sia meminit: hoc est, primę Macedonicę, secūdæ Parthicę, tertię Mesopotamicę, A tertiæ Phœnicię, quartæ Armeniacę, & decimæ Ferratēsis, siue Fortensis. Præterea neq; Hadrianū hunc limitē neglexisse, ex eodem Dione aduertit: qui in historia Hadriani, triginta legionib. Orientis limitē Hadrianū firmasse scribit. Refert & Iulius Capitolinus, Hadrianū Imperatorē, Antoninū Pium, quem postea in nomen Cæsarium adoptauerat, Asiæ Proconsulem designasse. Quod non equidem fecisset, nisi amplissimo præsidio eum limitem, cui filium adoptiuum præfecerat, & abundè locis omnibus firmasset. Quàm autem sequentibus annis is fuerit limes restitutus, facilè ex eo apparet, quòd imperāte Marco, Cassius quidam in Oriente, Præfectus nimirum limitis, aduersus dominum, cui iuramentū dixerat, imperio insidias struxerit. Quod rursus facere nequiuisset, nisi legionū multarum maximarum'q; foret subsidio nixus. Atq; id ita esse docet Epistola Marci ad Præsides Orientis, quam Vulcatius Gallicanus eius historiæ inserit. Auidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnidis moribus agentes. Quas totas excaldantes recepisse, Cæsonius Victulianus scripsit. Et puto me non errasse: siquidem & tu notum habeas Cassium, hominem Cassianæ seueritatis & disciplinæ. Neq; enim milites regi possunt, nisi ueteri disciplina. Scis enim uersum à bono Poeta dictum, & omnibus frequentatum: Moribus antiquis res stat Romana, uiris'q;. Tu tantum fac, adsint legionibus commeatus. Quos, si bene Auidium noui, scio non perituros. Præfecti Epistola ad Marcum. Rectè consuluisti mi Domine, quòd Cassium præfecisti legionibus Syriacis. nihil enim tam expedit, quàm homo seuerior, Grecanicis militibus. Porro inuenio, aliquādo hunc limitem sub Marco & Vero Antoninis præsidijs fuisse nudatū. Scribit enim Capitolinus in Vero: Profectum eum ad Parthicum bellum, Marcus Capuam prosecutus est. Quum'q; inde per omniū uillas se ingurgitaret, morbo im- B plicitus, apud Cannusium ægrotabat. Quò ad eum uisendum frater contendit. Multa in eius uita ignaua & sordida, etiam belli tempore deteguntur. Nam cum interfecto legato, cæsis legionibus, Syrijs defectionē cogitantibus, Oriens uastaretur, ille in Apulia uenabat. Hæc ille. Fuisse autem firmatū probè legionibus ea tempestate Orientem, ex eo cōijcitur, quòd eius pręfectus Pescenius Niger, ausus fuerit contra Septimium, ad Imperiū aspirare. Post quæ tempora arbitror hunc limitem fuisse Parthorum irruptione denudatum. Nam & Opilius Macrinus contra Persas procinctum mouit, & multi sequentium Imperatorū in Oriente grauissima bella gesserūt. Quare Iulius Capitolinus, in historia Opilij: Appellatus igitur Imperator, suscepto bello, contra Parthos profectus est, magno apparatu, studens sordes generis & prioris uitæ infamiā, uictoriæ magnitudine abolere. Sed conflictu habito contra Parthos, defectu legionum, quę ad Varium Heliogabalum confugerant, interemptus est. Comemmorat idem Capitolinus, Seuerum Imperatorē legiones in Oriente exauctorasse. Mansit tamen ab eo tempore cōueniens semper & ualidum in Oriente legionum præsidium. Quare Aurelianus Cæsar apud Vopiscum proconsulē in hoc limite habuisse quendam Falconium Probum, scribit, & Triphonem Orientalis limitis ducem. Tacitum præterea Augustum Probo totius Orientis ducatum decreuisse, Fla. Vopiscus in historia Taciti est author, ita nimirum Prætorium limitis Orientis insinuans. Nos tibi decreto (inquit in Epistola) totius Orientis ducatu, salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminauimus. Vsus uerò fuerat Probus Imperator, in limite Orientis restituendo, Saturnini cuiusdam opera: si Flauio Vopisco in eius Cæsaris historia credimus. Vt credendū sit, Probo Imperante, nihil ad defensionem Orienti defuisse; adeò, ut eius præfectus Saturninus, fultus uidelicet tot legionum

Restitutio limitis Orietis sub Hadriano.

Restitutio limitis Orietis sub Marco Aurelio Cæsare.

Restitutio limitis Orientalis sub Septimio Seuero.

Restitutio limitis Orietis sub Opilio Macrino.

Restitutio limitis Orientalis sub Aureliano & Tacito.

Restitutio limitis Orientalis sub Probo.

A legionum auxilio, ad Imperiales fasces inhiare ausus fuerit. Sed habuit etiam nõ leues tyrannicos motus. (scribit in Probi historia Vopiscus) Nam & Saturninum, qui Orientis imperium arripuerat, uarijs præliorum generibus & nota uirtute superauit. Et hactenus quidẽ Oriens aduersus Barbaros sic satis fuit defensus. Posterius uerò cum bella ciuilia inualuissent, quæ inter Galerium Maximũ, Maximinianũ, Constantium, eiusq; filium Constantinum, & qui cõtra illum pugnauerant, Maxentium & Licinium, ingenti Romanorũ sanguine gesta fuerũt, Parthi iterum rupto limite, proximas prouincias Rom. occuparunt: hisq; obtentis, penè usq; ad Constantinopolitanæ urbis mœnia excursiones fecerunt. Quæ caussa fuit Constantino exinde Imperatori, cui Magni cognomentũ magnitudo rerum gestarũ adiecit, uti multis iterum, & magna ex parte nouis legionibus scriptis, istum firmare limitem adgressus fuerit, quàm pluribus ex Occidente & Gallijs accersitis, adeò ut tum undecim cõstet in Oriente legiones excubasse. De quibus Ammianus Marcellinus lib. xviij. cõmemorans, inter reliquas recẽset, quintam Parthicã, decimam Fortensem, tricesimã, Magnentiacas aliquot, totidemq; Decentiacas, Superuentores & Præuentores. Et quo cõmodius is limes retineretur, cum equitatu ualido translatum Vadomarium Alemanorum regem contra Persas in Oriente collocauit. Cuius rei Ammianus sub finem libri xviij. meminit. Sed non suffecere hæc præsidia. iam perrupto enim Parthi limite, Romanos in fines hostiliter ingressi erant. Vnde Iulianus Orienti suppetias ferre cupiẽs, in media Persia cum magna parte exercitus cæsus est. Adeò ut Iouianus postea, qui ibi gubernacula Imperij sumpserat, iniquis acceptis cõditionibus, etiam Nisibim relinquere, & omnibus ciuitatibus limitaneis Armeniæ deducere præsidia cogeretur. Hunc tamen iterum limitem Valentinianus, qui Iouiano successit, militari manu recuperatum, duodecim propè legionibus firmauit. Qua de re B sub finem libri xxvij. Marcellinus ita scribit: Quas ob caussas ad eas regiones Arynthæus cum exercitu mittitur Comes, suppetias laturus Armenijs, si eos exagitare procinctu gemino tentauerint Persę. Inter quæ Sapor immensum quantum astutus, & cũ sibi cõduceret humilis aut clarus, societatis futurę specie Parã, ut incuriosum sui, per latentes nuncios increpabat, quòd maiestatis regiæ uelamento, Cylaci seruiret, & Artabanni, quos ille præceps blanditiarum, interfecit, capitáq; cæsorum, ut ei morigerus, misit. Hac clade latè diffusa, Armenia omnis perijsset, ni propugnatoris Arynthęi aduentu territi Persę, eam incursare denuò distulissent: hoc solo contenti, quòd ad Imperatorem misere legatos, petentes nationem eandẽ, ut sibi et Iouiano placuerat, nõ defendi. quibus repudiatis Sauromaces pulsus, ut antè diximus, Hiberiæ regno, cũ duodecim legionibus et Terentio remittitur. Et eum amni Cyrorum proximum Aspacuras orauit, ut socia potestate cõsobrini regnarent. Atq; hæc de defensione Orientis à Valentiniano primo suscepta. Cuius limitem postremi omnium, quantum inuenire sedula lectione potuimus, Arcadius & Honorius restituerunt, multis legionibus et uexillationibus, nouóq; amplissimo ibidem Prætorio constituto, cuius erat iurisdictio supra xv. prouincias, legionibus defenso octo Comitatensibus, & decem Pseudocomitatensibus, uexillationibus deniq; equitum decem. Qua de re capite superiore copiosius à nobis ex fide codicis Præfecturarum Rom. siue Noticiarum Orientis, tractatum est. Vbi & legiones, quibus nominibus fuerint appellatæ, explicauimus. Vt constet, sub his, quos modò recensuimus, Imperatoribus, postremam fuisse limitis Orientalis factam restitutionem. Nam, qui secuti sunt Augusti, Theodosius, Valentinianus iunior, Martianus, Leo, Zeno, Anastasius, Iustinus, Iustinianus, Tiberius, Mauritius, Phocas, Constantinus, Heraclius,

Nudatio limitis sub Galerio Maximo & Maximiniano.

Restitutio limitis Orientalis sub Constantino.

Restitutio limitis Orientis à Iuliano Cæsare suscepta.


Restitutio limitis Oriẽtis sub Valentiniano primo.

Postrema limitis Orientalis restitutio sub Archadio & Honorio.

clius, &c. bella quidem assiduè cum Persis gesserunt, sed magis pro Asia minore, Ponti'que prouincijs retinendis in fide, quàm quòd hunc in Armenijs limitem, utpote iampridem barbarica seruitute pressis, aut receperint, aut defendere cõstituerint. Quantum uerò pro limite Orientali Respublica Romana sub Archadio & Honorio elaborauerit, indicat hoc carmine Claudianus, libro secundo in Eutropium: A

Increpat Eutropius, non hæc spectacula tempus
Poscere, nunc alias armorum incumbere curas.
Se satis Armenio fessum pro limite cingi,
Nec tantis unum subsistere posse periclis:
Ignoscant senio, iuuenes ad prælia mittant.

CAPUT QUARTUM. DE LIMITE LIBYCO, & Aegyptiaco: & eius restitutione.



TAMETSI multo ante Armenias & Orientem, in prouinciȩ formã Aphrica fuerit redacta: tamẽ, quia libet ab ortu in Occidentẽ Meridiemq; progredi, & quia maius semper Orientis Prætorium erat, maioreq; cura & ampliori præsidio defensum: simul, quia non tota Aphrica uno tempore iuri Romano cesserat: idcirco post limitem Oriẽtis, de limite Libyco dicere cõstituimus: sub cuius dispositione (quæ quidẽ ad Prætoriũ Italiæ pertinebat) prouinciæ erant insigniores, Duplex Libya, duplex item Numidia, Carthaginẽsis prouincia procõsularis, triplex Mauritania (hoc est, Cæsariẽsis, Tingitana, & Styphẽsis) Tripolitana prouincia, Pentapolitana prouincia, & prope Aegyptũ Thebaica prouincia. Nam Aegyptus à iurisdictione prȩtorij omni exẽpta, per illustres Equites Romanos, nullius prȩterquã Augustorũ auspicijs administrabat. Cȩterùm hȩ, ut iam enumeratȩ sunt prouinciæ, nõ omnes statim ab initio, sub limite Libyco cõprehendebant, ut nõ omnes uno tempore in prouinciarũ formam redactȩ fuerũt. Carthaginensem enim prouinciã maturè Romani iuris sui fecerunt, utpote mox Punicis bellis finitis. Secutȩ sunt captiuitate Iugurthæ, Numidiæ. inde Mauritaniæ à Iuba rege receptæ. Accessit et Aegyptus postremò constituto iam Imperio, interitu Cleopatræ & Berenices, postremi Ptolemæi filiarum. Quare non eundem limitem Libycum fuisse credendũ est. Prope Carthaginem quidem primùm ante constitutum Imperium, & non procul in Numidias extentum. Posterius uerò, cum Monarchia esset duorum Cæsarum auspicio confirmata, populo Romano limes Libycus ad utrunq; mare, & totius Aphricȩ fines propagatus fuit. hinc quidem ad Oceanum Athlanticũ, per Iulium Dictatorem, Iuba Mauritaniæ rege deuicto: illinc uerò ad Rubrum usq; mare, per Augustum Cæsarem, Antonio cum Cleopatra debellatis. Porrò angustiorem Aphricæ limitem, dum adhuc secus Carthaginem non totas Numidias complecteretur, describit T. Liuius lib. octauo Decadis tertiæ, in oratione Fabij Maximi, Romæ in Senatu contra Scipionem habita, cui ab Aphrica nomenclatura postea accessit. Scio (inquit) multis uestrûm uideri, P.C. rem actam hodierno die agi: et frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de Aphrica prouincia sententiã dixerit. Ego autem primùm illud ignoro, quemadmodũ iam certa prouincia Aphrica, Consulis uiri fortis ac strenui sit: quam nec Senatus censuit in hunc annum prouinciam, nec populus iussit. Ex quibus apparet, nondũ in prouinciæ uerȩ formam tum Aphricam redactam fuisse. Itaque ueluti C. Marij auspicio Iugurtha rege uicto, Numidiæ: ita per Cæsarem Dictatorem Mauritaniæ accesserunt, Iuba rege, qui erat partium Pompeia-

Prouinciæ limitis Libyci.

Quomodo prouinciæ in Libyco limite ordine sunt iuris Romani factæ. B

Limes Libycus ad utrunq; mare propagatus.

Carthaginiensis prouincia facta.

Numidiæ factæ prouinciæ.

A Pompeianarum uicto. ut scribit ipse Cæsar sub finem libri quinti Ciuilis belli: Cæsar interim Zamæ, auctione regia facta, bonisq́ eorũ uenditis, qui ciues Romani contra populum Romanum arma tulerant, præmijsq́ Zamensibus, qui de Rege excludendo consilium cæperant, tributis uectigalibusq́ regijs irrogatis, ex regnoq́ prouincia facta, atq́ ibi Crispo Salustio populi Romani Proconsule cum imperio relicto, ipse Zamam egressus, Vticam se recepit. Ibi bonis uenditis eorum qui sub Iuba Petreioq́ ordines duxerant: item Tapsitanis HS. uiginti millia, conuentui eorum HS. triginta millia, Adrumetanis HS. triginta millia, conuentui eorum HS. quinquaginta millia, mulctæ nomine imponit. Ciuitates bonaq́ eorum ab omni iniuria rapinisq́ defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis, Iuba bona diripuerat, & ad Senatum questi per legatos, atq́ arbitris à Senatu datis, sua receperãt, triginta centenis millibus ponderis olei in singulos annos mulctat. Meminit eius rei & Appianus Alexandrinus lib. secundo Ciuilis belli. Iuba & Petreius (inquit) perceptis his quæ gesta fuerant, cum nec fugam aut salutem ulterius sperare possent, inedia, uulneribusq́ se inuicem confecere. Cæsar Iubæ regnum, Romanis sub tributo contulit, cui Crispus Salustius pro Prætore præfuit. Atq́ hæc est prouincia, quam in tres partes Romani duces, succedentibus annis secuerũt: uidelicet Cæsariensem, quam Cæsar Iulius Iubæ ademerat, Tingitanam & Styfensem. Qua de re copiose differit Marcellinus lib. xxix. Secuta est Libya, id est pars media littoralis Aphricæ, quæ & propriè Libya dicebatur. Huius etsi partem Romani iam tum uictis Carthaginensibus, subiugarint, tamen in prouinciæ formam, uicto demũ Sexto Pompeio, Augustus Imperator totam redegit: ut eleganter Appianus Alexandrinus scribit libro quarto belli Ciuilis. His igitur Romæ gestis (inquit) quæ ultra cõfinia posi-

Mauritaniæ in formam prouinciarum redactæ.

Libyæ in formam prouinciarum redactæ.

B ta erant ob huiusmodi seditiones, bellis turbinibusq́ agitabantˇ. Bellorum aũt uel præcipua fuerant, circa Libyam, Cornificio aduersus Sextum depugnãte. Et subdit: Libyæ partem Romani ueterem adhuc nominant, quam olim abstulere Carthaginensibus. Eam uerò quam Iuba rex tenuit, & posterius sub Cæsare illi ademere, Nouam Libyam appellant. Est autem Numidia. Sextus igitur sub Cæsare Libyæ præfectus, quæ Noua dicitur, Cornificium ex uetere Libya iussit excedere: quasi Cæsari in participatione Triumuiratus, uniuersa Libya ex sorte contigisset. Ille, partitionem iudicantibus Triumuiris editam, ignorare respondit: neq́ prouinciam à Senatu habitam, alicui præterquàm Senatui uelle concedere. Atque has prouincias fuisse existimo, quæ Imperio inclinante posterius in Tripolitanam & Pentapolitanam distinctæ fuerunt. Quarum & portio fuit, regnum quod Tunetanũ hodie appellant. Meminit Ammianus libro xxviij. Hinc tanquã in orbem migrantes alium, ad Tripoleos Africanæ Prouinciæ ueniamus ærumnas. Plura de huiuscemodi nouis nominibus in Concilijs Africano & Carthaginensi referũtur. Præterea Aegyptus quomodo huic limiti accesserit, etsi à iurisdictione prætorij exempta, sub illust. Equitibus, immediatè ipsorum Augustorum auspicio gubernaretur, ostendit Cor. Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Tiberius cultu habituq́ eius leuibus uerbis perstricto, acerrimè increpuit, quòd contra instituta Augusti, non sponte principis Alexandriam introijsset. Nam Augustus inter alia dominationis arcana, uetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus, aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptũ, ne fame urgeret Italiam. Quisquis eam prouinciam claustraq́ terræ ac maris, quamuis leui præsidio, aduersum ingẽtes exercitus insedisset. Et iterum libro xij. Nam Diuus Augustus apud Equestres qui Aegypto præsiderent, lege agi, decretaq́ eorum perinde haberi iusserat, ac si Magistratus Romani constituissent. Itaq́ postrema

Prouinciæ nouæ in Libya Pẽtapolitana, & Tripolitana, à numero ciuitatum dictæ.

Aegyptus quãdo, & quemadmodum limiti Aphricano accesserit.

Libyco

Equestris ordo in Aegypto rerũ potitur.
Arabia iuris Romani facta.
Agareni bello petiti.

Libyco limiti Arabia adiecta fuit, partim Neruæ Traiani, partim Septimij Seueri auspicio: quam tamen codex Præfecturarũ sub prætorio Orientis recenset. de qua Dion sic scriptũ reliquit: Per idem tempus Palma Syriæ præfectus, eam partem Arabiæ quæ ad Petram uergit, edomuit. Et quamuis Traianus Arabiã tum Syriæ prætorio adiecerit, non tamen Agarenorum in ea expugnare gentem potuit, ut ex eiusdẽ Dionis uerbis colligitur, his uidelicet cum scribit: Parthenaspatem regem Parthis, diademate imposito, designat: mox Arabiam petijt, Agarenosq́ rebellantes adortus est. Erat illorum ciuitas parua, neq; admodũ copiosa: uicina omnis regio sterilis atq; deserta, propter aquæ penuriam manebat. Et si quid liquoris ex ea scatet, minimè potui gratus habetur. Pabuli indiga, ligna nõ fert. Quare eam multitudine militum obsideri, aut expugnari nõ facile erat. Defendebatur etiam ardore solis, cui exposita est. Ergo neq; Traianus in præsens, neq; Seuerus Agarenos expugnare potuerunt, muri parte maximè subruta. De hoc igitur limite Libyco, siue Aphricano, qui primis temporibus Imperij per Proconsulem, & inclinante eo, à Præfecto prætorio Italiæ administrabatur, hæc ordine authorum loca accipienda sunt. Quorum primus se offert apud Fla. Vopiscũ, qui in historia Firmi Saturnini: Firmo patria (inquit) Seleucia fuit, tametsi plerīq; Grecorum alterum tradant, ignari, eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus præfectus Aegypti, alter dux limitis Aphricani, idemq́ proconsul. Sic Trebellius Pollio in Celso (qui fuit ex numero tyrannorum, qui Imperium aduersus Galienum inuaserant:) Occupatis partibus Gallicanis orientalibus, quin etiam Ponti, Thraciarũ & Illyrici, dum Galienus popinatur, ac balneis & lenonibus deputat uitam. Aphri quoq;, authore Vibio Pasieno proconsule Aphricę, & Fabio Pomponio duce limitis Libyci, Celsum Imperatorem appellauerũt. Huc pertinet & Spartiani locus in Nigro Pescenino: Hic erga milites tanta fuit censura, ut cum apud Aegyptũ ab eo limitanei milites uinũ peterẽt, respõderet, Nilum habetis, & uinum quæritis? Adludit etiam ad eundem hunc limitem Ammianus Marcellinus libro xxij. Tres prouincias Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam, & Thebaidem, et Libyam. Quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustanicam, & Pentapolim à Libya sicciore disparatã. Igitur Thebais, multas inter urbes clariores alijs, Hermopolim habet, et Copton, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi condidit sui. Apud Hecatompylas Thebas magnorum: in Augustanica, Pelusia oppidũ est nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidisse (lustrari deorum monitu iussus in lacu, qui eiusdem ciuitatis alluit mœnia: quum post interfectum fratrem nomine Phocum, horrendis furiarum imaginibus raptaretur) & Casium (ubi Pompeij sepulchrum est Magni) & Ostracine, et Rhinocorura. In Pentapoli Libya, Cyrene posita est, urbs antiqua, sed deserta, quam Spartanus condidit Battus, & Ptolemais, & Arsinoe, eadem quæ Theucra. Hæc de diuisione Aegypti, dilucidè Ammianus. Cæterum quia ducem Aegyptus habuit, qui nõ dabatur nisi limitibus, apparet limitem in Aegypto fuisse. Vnde Marcellinus libro xxij. Iulianus quinetiam ex uicario earundem partiũ, nimius fautor, retracti sub uinculis, morte periere pœnali. Tunc & Arthemius ex duce Aegypti, Alexandrinis urgẽtibus atrocium criminum mole, supplicio capitali mulctatus est. Sic Pollio in uita Aemilij, qui Imperiũ contra Galienum inuaserat: Cum quadã die (inquit) cuiusdã seruus curatoris, qui Alexandriã tunc regebat, militariè ab hoc cæsus esset, quòd crepidas suas meliores quàm militis esse diceret, collecta multitudo ad domũ Aemiliani ducis anceps uenit. Idem in Claudio: Dux tamẽ Aegyptiorum Probatus, Timogenis insidijs interẽptus est. Aegyptij uerò omnes se Romano

Ab Italiæ Prætura limes Aphricanus regebatur.
Loca authorũ de limite Libyco, siue Aphricano.
Locus Vopisci de limite Aphricano.
Locus Pollionis de limite Aphricano.
Locus Spartiani de limite Aphricano.
Locus Marcellini de limite et diuisione Aegypti.
Locus Marcellini de limite Aphricano.
Locus Trebellij de limite Aphricano.

A B

A Romano Imperatori dediderunt, in absentis Claudij uerba iurantes. Adludit ad eundem Aphricæ limitem Claudianus poeta in bello Gildonico, hoc uersu, sub Aphricæ persona, Romæ deplorantis statum: *Locus Claudiani de limite Aphricano.*

Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. fœlicior illa perustæ
Pars Libyæ, nimio quæ se munita calore
Defendit, tantiq; uacat secura tyranni.
Crescat zona rubens, medius flagrantis Olympi
Me quoq; limes agat.—

Atq; hæc de limite Libyco, siue Aphricano, authores retulere. Nunc quibus legionibus is fuerit limes defensus, et quoties à Romanis Augustis restitutus, quærendum est. *Quot legiones in limite Libyco fuerint.* Equidem Cæsarē Dictatorē, cum eam partem orbis, iuris Romani reddidisset, Mauritania scilicet & Libya in prouinciarū formam redactis, Aegyptoq; præsidio firmato, duabus legionibus cōstat, & aliquot auxiliaribus cohortibus Gallorū, Germanorumq;, itemq; equitū alis aliquibus, aduersus Romani Imperij hostes firmasse: ut ex ipsius Cæsaris libro Ciuilis belli primo animaduertitur: *Restitutio limitis Libyci sub Cæsare Dictatore.* Nacti uacuas ab imperijs, inquit, Sardiniā Valerius, Curio Siciliā, cum exercitibus eò peruenerūt. Tubero cum in Aphricā uenisset, inuenit in prouincia cū imperio Actium Varum, qui ad Auximum, ut suprà demōstrauimus, amissis cohortibus, protinus ex fuga in Aphricam peruenerat, atq; eam sua sponte uacuā occupauerat: delectuq; habito, duas legiones effecerat, hominum & locorū notitia & usu eius prouinciæ nactus aditus ad ea conāda, quòd paucis antè annis ex Prætura eam prouinciam obtinuerat. Et libro tertio eiusdem belli: Ex Macedo-
B nia ducenti erant, quibus Rascipolis præerat, excellenti uirtute. Quingentos ex Gabinianis, Alexandria, Gallos Germanosq;, quos ibi A. Gabinius prȩsidij causa apud regem Ptolemæum reliquerat. Est autem & illud ad fidem pronum, maiorem legionum numerum postea fuisse imminutū. Nam & Appianus Alex. libro quarto Ciuilis belli, quatuor ex Aegypto legiones abductas memorat, uiuente adhuc Cæsare. ita enim scribit: Prius quippe Albinus à Dolabella missus in Aegyptum, quatuor legiones ex prouincia deduxerat, quæ à Pompeij clade Crassiq; superfuerāt. Eos sub Cæsare olim derelictos, Cleopatra detinebat. Cassius Albinum, eorum quæ agitabantur penitus ignarum, in Palæstina subitò inuasit, & exercitum sibi tradere coegit, quatuor legionibus aduersus octo depugnare ueritum. Cæterùm nomina harum legionū, ab eodem Cæsare libro quinto recensentur: Legiones uidelicet, Secunda, Octaua, Nona, Decima, Tricesima, & Vernacula. Atq; hæc fuit restitutio limitis Aphricani prima, à Iulio adhuc primo Cæsare siue Imperatore suscepta, quo tempore nondū tota Aphrica prouinciarū formulam habebat. At Augusto deinceps imperante, & mortuo Ptolemȩo, ac Cleopatra filia, quȩ Antonio Augusti hosti nupta fuerat, quum & Aegyptus accessisset, duodecim legionibus ea fuit pars orbis firmata: quas tamen omnes rursus Lepidus, Augusto in auxiliū, aduersus Sextum Pompeium, in Siciliam abduxerat. *Restitutio limitis Aphricani secunda sub Augusto.* Ita unica ad postremum eo in limite legio remansit, quȩ sub mortem Augusti pro ripa Aphricæ excubabat. Quam rem Appianus Alex. lib. quinto Ciuilis belli ita scribit: Noua luna, sole iam radijs cōtingente terram, Lepidus ex Libya mille onerarijs nauibus, octuaginta longis comitatus, cursum mouet: legiones duodecim, equites Numidas quinq; mille, aliumq; apparatum quàm ingētem secum agens. Præterea idem memorat, duas ex his legionibus submersas in mari. Lepido interim ex Libya (inquit) onerariæ naues residuum exerci-

tus, quatuor scilicet legiones adducebāt. Quibus ex Pompeij parte Papias ab al A to occurrit, easq; ut amicas admittens, penitus euertit. Credidere quippe naues a Lepido præmissas, ad eos aduentare. Et illæ quidem à Lepido tardè ferebantur. Sic ut iterum ad eas accedentes, ut priores alias hostiles arbitrati, declinarent, donec ex ipsis aliæ cōbustæ sunt, aliæ captæ, quædam dispersæ: nōnullæ in Libyam retro nauigarunt. Ex exercitu duæ legiones submersę in mari, ex quibus nonnulli enatarunt. Et hos quidem Tisinenus Pompeij Prætor, ad terram prodeuntes interemit. Ex quibus iam patet, ex duodecim legionibus nō omnes restitutas hybernis suis, uidelicet cum duæ submersę, reliquę dissipatę, paucæ in Siciliam peruenerint. Quot autem ad limitem redierint, colligitur ex his uerbis Appiani Alexandrini libro tertio Ciuilis belli: Clam itaq; ad Brutum & Cassium, à seipsis Lucium & Pansam, ueluti ad spectacula in Gręciam proficiscentes miserant, poscentes, ut quoad liceret, statim illis auxilium afferrēt, accerserentq; è Libya ex tribus legionibus duas, quas Sextius agebat, & tertiam Cornificio ab eo dari postularent, alterius Libyæ Prætori, & qui Senatui obsequebaт̄. Et subdit: Duabus uerò legionibus ea die in portum accedentibus ex Libya, Deum ipsis pro libertate adhortari arbitrabantur. Quo ex loco manifestum est, tametsi ex xij. tres hybernis restitutæ fuerint, & in Libyā reductę: quia tamen duæ posthac in urbē translatæ fuerunt, unicam Aphricæ legionem præsidio mansisse. Ad hanc legionē alludit Cor. Tacitus libro secundo, cum Augusti exitum descripsisset: Quum Furius Camillus Proconsul Aphricæ legionem, & quod sub signis sociorum, in unum conductos, ad hostem duxit, modicam manum, si multitudinem Numidarum atq; Maurorum spectares: sed nihil æquè cauebat, quàm ne bellū metu eluderent, spe uictoriæ inducti sunt ut uincerentur. Igitur legio medio, leues cohortes, duæq; alæ in cornibus locantur. Idem repetitur apud eundē libro uigesimo: B Legio in Aphrica, auxiliaq;, tutandis Imperij finibus, sub Diuo Augusto, Tiberioq; principibus, Proconsuli parebant. Huic legioni, cum bellum Numidicum à Tacfarnate illatum, grauius esse quotidie occiperet, addita fuit altera legio ex Pannonia abducta: quam ego decimamquintam Apollinarem extitisse conijcio. Quæ adhuc sub Vespasiano & Tito in finibus Aegypti excubabat, ut Cor. Tacitus lib. xxi. est author. Ad quam idem & libro tertio historiæ Augustæ alludit: Piso, Dalmatico mari transmisso, relictisq; apud Anconam nauibus, per Picenū ac mox Flaminiam uiam, assequitur legionem quæ è Pannonia in urbem, deinde præsidio Aphricæ ducebaт̄. Verisimile est autē, labentibus temporibus, ob belli Tacfarnatici metū, Tiberio Caioq; imperantibus, limitem Aphricanū ampliori fuisse præsidio restitutum, quatuor uidelicet legionum, ut Cor. Tacitus libro quarto historiæ Augustę ostendit: Hispaniæ (inquit) recens perdomitæ, tribus habebantur. Mauros Iuba rex acceperat, donum populi Romani. Cętera Aphricæ per duas legiones, pariq; numero Aegyptus. Tot igitur legionibus cùm Aegyptus, tum cætera Aphricæ defensa sunt, usq; ad Ciuile illud bellū quod inter Galbam primùm ac Othonem, mox inter Othonem & Vitelliū, & ad postremum inter Vitellium ac Vespasianum, pro Imperij culmine gestum est in Italia. Ante quod tempus Nerone adhuc imperante, quum Iudæi bellū mouissent, tres fuere in Palæstinā ex Syria legiones traductæ, quinta uidelicet, xvi. & xxij. ut Tacitus ab initio libri xxi. scribit: Quæ postea legiones per Iudæam & Aegyptū distributæ, multo isthic tempore manserūt. Quum interim legio ab Augusto pręsidio reliquæ Aphricanæ oræ cōstituta, ibidē adhuc in officio maneret: abducta quidem à Caio Cæsare, sed restituta à Claudio, ueluti dilucidè Tacitus libro uigesimo commemorat: Legio (inquit) in Aphrica, auxiliaq; tutandis Imperij finibus,

Duodecim legiones in Aphrica.

Tres legiones in Aphrica.

Vnica legio in Aphrica, XV. Apollinaris.

Tertia limitis Aphricani restitutio, sub Tiberio et Caio.

A nibus, ſub Diuo Auguſto Tiberioq́; Principibus, Proconſuli parebant: mox Caius Cæſar, turbidus animi, ac M. Syllanum obtinentem Aphricam metuens, ablatam Procõſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit. Aequatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis utriuſq; mandatis, diſcordia quæſita, auctaq́; prauo certamine legatorũ ius adoleuit, diuturnitate officij: uel quia minoribus maior æmulandi cura, Proconſulũ ſplẽdidiſsimus quiſq; ſecuritati magis quàm potentiæ conſulebant. Sed tum legionem in Aphrica regebat Valerius Feſtus, ſumptuoſæ adoleſcentiæ, neque modica cupiens, ſed affinitate Vitellij anxius. Porro colligitur, hanc ipſam Aphricanam legionem non ſolùm à Caio fuiſſe abductam prius, uerùm Nerone occiſo à Galba præterea Imperatore exauctoratã: cæterùm collectam rurſus à Vitellio, hybernis ueteribus reſtitutam. Ita enim Tacitus ſcribit lib. xviij. In Aphrica legio cohorteſq́; delectæ à Clodio Macro, mox à Galba dimiſſę, rurſum iuſſu Vitellij militiam recepere. Manſit itaque hæc tamdiu in Aphrica legio, manſerunt & tres ſuperius enumeratæ in finibus Aegypti & Palæſtinæ legiones, donec Traiano ad Imperium ſublimato, limites Romani imperij de nouo reſtitui cœpti ſunt. Tunc enim quatuor cõſtat per oram Aphricæ legiones excubaſſe, quas Dion Caſsius libro quinquageſimoquinto recenſet, uidelicet Decimam Ferratenſem in Iudæa, Sextam Ferratenſem in Aegypto, & Tertiam Cyrenaicam in Numidia. His poſterius plures adiectæ à Septimio Seuero legiones fuere, inter quas numero primam fuiſſe quandã reperio, quam uſque ad tempora inclinantis Imperij in Aphrica excubaſſe, ex libro xxix. Marcellini aduertitur. Itaq; aucto numero legionũ, hunc iterum à Septimio limitem firmatum fuiſſe, uel illa Aelij Spartiani uerba in eius uiri hiſtoria oſtendunt. Ad Orientis ſtatum confirmandũ profectus eſt, nihil adhuc de Nigro palàm dicẽs: ad

Legio Aphricæ antiquißima.

Reſtitutio quarta limitis Aphricani à Traiano facta.

Reſtitutio quinta limitis Libyci à Septimio Seuero facta.

B Aphricam tamen legiones miſit, ne per Libyam & Aegyptum Niger, Aphricam occuparet, ac populum Romanum penuria rei frumentariæ perurgeret. Atque hæc reſtitutio Aphricæ fuit progrediẽte Imperio. Quod ſimul ubi inclinari cœpit, bellis inteſtinis inter Diocletianũ, Galerium, Maximinianũ, Conſtantium, Maximum, Decentium & Maxentium, flagrantibus, nouæ in hoc limite legiones ſcriptæ ſunt, quę Thebaicę cognominabantᷓ. Quarum tertiam Diocletianus præſidio reliquit, primam Flauiam Conſtantius, & alteram hoc numero Maximinianus. Ex iſtis porro eodẽ in bello ciuili abductæ in Thraciã fuere poſterius, Prima Maximiniana Thebæorum, & Tertia Diocletiana. Manſit uerò in limite Prima Flauia Conſtantiaca: cui roboris cauſa iuncta fuit Secunda Valentis, & ipſa ex numero Thebaicarum legio. Qua de re Ammianus libro decimoquarto ita ſcribit: Emenſis itaque longis interuallis, & planis, cum Hadrianopolim introijſſet, urbem Hæmimontanam, Vſcudanam antehac appellatam, feſſuſq; labore, diebus duodecim recreãs uires, comperit Thebæas legiones, in uicinis oppidis hyemantes, conſortes ſuos miſiſſe. Quoſdam eum ut remoueret, permiſsis fidis hortaturos & firmis, fiducia ſui abundè, per ſtationes locat confines. Idem libro xix. Iuliani & Valentiniani imperia deſcribens, duarum modò in Aphrica legionũ meminit, hiſce uerbis: Quibus inuentis, periculi metu defixis, reuertiq́; iuſsis ad ſua, Cæſaream ire tendebat, urbem opulentam quondã & nobilem, cuius item originem in Aphricæ ſitu digeſsimus plenè: eam'que ingreſſus, quum omnẽ penè incendijs latè diſperſis uidiſſet exuſtam, horridaſq́; canicie ſilices, primam & ſecundam legiones ad tempus ibi locari diſpoſuit, ut fauillarũ egerentes aceruos agitarent ibi præſidium, ne repetito barbarorũ impetu uaſtaretur. Qui locus de Prima Flauia Conſtantiaca, et Secunda Valentis, Thebaicis legionibus intelligendus eſt: quas ſanè multis poſt ea tempora annis præſidiũ in Aphrica

Reſtitutio limitis Aphricani inclinante Imperio.

Thebaicæ legiones.

Thebaicæ legiones in Aphrica, Thracia, & Galliis.

agitasse, & usque ad Genserici ac Vandalorum ingressum ibidem mansisse, ex libro Præfecturarũ ac Noticiarũ Scoti elucescit: qui & Thebaicas quas recensuimus duas in Aphrica, & duas in Thracia enumerat. Quæ uerò ex Thebaicis legionibus in Galliam uenerint, nõdum reperi, nisi quod in Sanctorum historiis legimus, Rictionarum Maximiniani Magistrum militum, apud Treuirorũ Augustam, Tursum præfectum, cum aliquot legionis Thebaicæ militibus, ad coronam martyrij uocasse. Cæterùm restitutionem limitis Aphricani factam sub Archadio & Honorio, describit luculento carmine Claudianus poeta in bello Gildonico, ad quod compescendum in Aphrica Honorius Stiliconem Vandalum cum quatuor legionibus, & amplissimis Germanorum Sycambrorumq; auxilijs miserat: A

Restitutio postrema limitis Aphricani sub Honorio & Archadio.

Hæc ubi sederunt genero, notissima Marti
Robora, præcipuos electa pube maniplos
Disponit, portuq; rates instaurat Hetrusco.
Heracleam suus Alcides, Ioniamq; cohortem
Rex ducit superûm, premitur nec signifer ullo
Pondere, festinant adeò uexilla moueri.
Neruius insequitur, meritusq; uocabula Fœlix,
Dictaq; ab Augusto legio, nomenq; probantes
Inuicti clypeoq; animosi teste leones.

Nomina & catalogus legionũ, quæ in Aphrica anteq̃ amitteretur, præsidium agitabant.

Ex quibus apparet, legiones fuisse, quas contra Gildonem Stilico in Aphricam traiecerat: Secundam Fœlicem, cuius etiam inter Thebaicas codex Præfecturarum commeminit: legionem Iouiam, legionem Neruiorum, & legionem Augustam, nimirum Honorianam, ab Honorio uidelicet Augusto de nouo scriptam. B
His auxilia Germanorum atq; Sicambrorum erant adiecta, quorũ meminit eodem in bello Gildonico Claudianus, in retextu orationis Stiliconis iam traiecturi ad exercitum:

Germani & Franci præsidio Aphricæ missi ab Honorio.

Hortatur, me cogit auus, quó nam usq; remoti
Cunctamur? Decuit pridem complere biremes,
Et pelagi superare moras. Transmittere primus
Ipse paro: quæcunq; meo gens barbara metu
Stringitur, adueniat. Germania tota feratur
Nauibus, & socia comitentur classe Sicambri:
Pallida translatum iam sentiat Aphrica Rhœnum.

Vandalorum in Aphricam transmigratio.

Qua occasione Vandali Aphricam occuparint.

Fuit hæc igitur postrema omnium limitis Aphricani restitutio, quam ab Archadio & Honorio aduersus Gildonem susceptã, his quibus diximus & legionibus & auxilijs ostendimus. Mox enim Gensericus barbarus rex quidam, ut apparet, Teutonici generis, Vandalos, populosissimã gentẽ, ex Hispania in Aphricã traiecit, omnesq; ibi sitas Romanorũ prouincias in fœdã seruitutẽ redegit. Quod qua occasione factum sit, Annales Græcorum qui Eutropio iuncti sunt, dilucidè ostendunt. Hoc tempore cum Vandali Alaniq; Hispanias infestarent, Honorius ad eas defensandas, Castinũ ducem cum exercitu mittit. Qui Castinus præclarum uirum Bonifacium, ac bellicis rebus exercitatum, inepto ac iniurioso imperio, ab expeditionis suæ societate auertit. Bonifacius uerò periculosum sibi, indignumq; ratus, eum sequi, quem discordẽ superbientemq; expertus esset, celeriter se ad portam urbis, atq; inde in Aphricam prorupit, magnumq; postmodũ Reipublicæ detrimentũ, totiusq; Aphricæ causa exitij fuit. Et rursus, cum de po-

stremi

A stremi Valentiniani imperio, ijdem Annales tractarent, aliam causam eius in Aphricam Vandalorum immigrationis recensent. Porro Vandali Alanis sibi sociatis, & Germanis, qui nunc Franci dicuntur, ascitis, transeuntes Rhœnum fluuium, Mogodisclo duce, habitauerunt in Hispania, quæ est prima Europæ prouinciarum, ab occidentali Oceano. Interea Valentinianus non solùm Britanniã, & Galliam, & Hispaniam saluare nequiuit, sed & occidentalem Libyam, quę uulgò uocatur regio Aphrorum, amisit hoc modo. Duo prætores erant, quos diximus, Aetius & Bonifacius, quos Theodosius postulante Valentiniano Romam direxerat. Quumq; Bonifacius principatũ occidentalis Libyæ percepisset, & apud Aphricam potẽtia gloriaq; augeret, inuidia inflammatus Aetius, accusationem facit aduersus Bonifacium, tanquam rebellionem meditantẽ, & obtinere Libyam satagentem. Et hæc quidem Placidiæ fatebatur, quæ fuit mater Valentiniani. Cæterùm Bonifacio scribit: Si accersitus fueris, accedere noli. Accusatus enim es, & te dolose uocant Imperatores. Hęc suscipiens Bonifacius, et ueluti proprio seruo Aetio credens, accersitus accedere distulit. Tunc Imperatores Aetiũ quasi deuotum recipiunt, & aduersus Bonifacium Mauortius & Gabrio mittũtur. Qui dum Bonifacium obsidere parant, ab eo interempti sunt. Rursus contra Bonifacium Sualdus comes dirigitur. Bonifacius igitur sentiens se non posse tutò Aphricam tenere, cernensq; sibi periculum instare, in perniciem totius Reipublicæ efferuescens, transfretans è Libya in Hispaniam, ad Vandalos Alanosque uenit. Quumq; Mogodisclum inuenisset mortuum, & filios eius Guntharium & Gensericum imperium moderãtes, hortatus est ut Hesperiam Libyamque in tres partes diuiderent. Qui polliciti sunt, unicuique parti se unà cum ipso principaturos, de communi tamen in quemlibet hostem ulturos. In talibus erB go professionibus Vandali Alani que fretum transmeantes, Libyam habitauerunt. Et cunctam penè Aphricam ferro, flamma, rapinis crudelissimè deuastantes, insuper Catholicam fidem Arriana impietate subuertunt. Sub hoc turbine beatissimus Augustinus, de quo præmissum est, Hipponensis Episcopus, ne ciuitatis suæ ruinam cerneret, tertio eiusdem obsidionis mense, septuaginta & sex uitæ annis expletis, ad Christum migrauit. Denique describit huiusmodi Vandalorum in Aphricam transmigrationem, Romano limite perrupto, & prouincijs colonijsq; ibidem ac municipijs occupatis, Sidonius Apollinaris in Panegyrico, quem socero dixit:

Loca Sidonij Apollinaris de Vandalorum in Aphricam transmigratione.

Interea incautum furtiuis Vandalus armis
Te capit, infido tibi quam Burgundio ductu
Extorquet, trepidas mactandi principis iras.
Heu facinus? in bella iterum, quartosq; labores
Perfida Elisseæ crudescunt classica Byrsæ
Nutricis, quod fata malum conscenderat arces
Euandri Massila phalanx, montesq; Quirini
Marmarici pressere pedes, rursusq; reuexit
Quæ captiua dedit quondam stipendia Barchæ.

Et iterum in Panegyrico Maiorano Augusto sub persona Romæ cõquerentis:

Quo poscat dic orbe caput, quæcunq; creauit
Axe meo natum, confestim fregit in illo
Imperij fortuna rotas, hinc Vandalus hostis
Urget, & in nostrum numerosa classe quotannis
Militat excidium, conuersoq; ordine fati

A

Torrida Tuniseos infert mihi Byrsa furores.
Praeterea inuictus Ricimer, quem publica fata
Respiciunt, proprio solus uix Marte repellit
Piratam per rura uagum. qui praelia uitans,
Victorem fugitiuus agit: quis sufferat hostem,
Qui pacem pugnamq; negat? Et iterum:
— Campanam flantibus Austris
Ingrediens terram, securum milite Mauro
Agricolam adgreditur: pinguis per transtra sedebat
Vandalus, operiens praedam, quam iusserat illuc
Captiua capiente trahi. —

CAPUT QUINTUM. DE LIMITE SCYTHICO, *siue Thracico, Pontico ue, & eius restitutione.*

Scythici limitis uaria nomina.



SCYTHIAE limitem attigisse Pontum, Thraciam & Daciam existimo. Indecq; factum, uti prouinciae confines, limitis omnes appellatione cognominarētur. Nam & Ponticum limitem, & Thracicū, Byzantiumq;, & Dacicum interim atq; Gothicum, authoribus historiarū celebrari passim inuenio. Quippe Herodianus libro tertio, Byzantini limitis mentionē facit: & liber Praefecturarum, Ducem limitaneū in Dacia enumerat. Ad quam rem et illa uidētur Ammiani uerba pertinere libro xxij. Dum maioribus uacant praesidijs Illyricae nationes, in praepedito cursu tendentes, Daciarum interim fines extremos occupamus. Et iterum: Et quanquam haec laetifica sciret, ueluti fixa tamen firmitate consistens, intra terminos Daciae se cōtinebat. Sic liber Theodosianus Gothiae limitis meminit, & eum usq; ad Hiusciam fluuiū, qui Ammiano Parthiscus, & hodie Tibiscus nominat (Hungariae modò celebratissimum fluentum) extendit. Ad quam limitis uocem adludit & Sidonius libro septimo Epistolarum, epistola ad Basilium Papam: Agite, quatenus haec sit amicitia, concordia principalis, ut Episcopali ordinatione praemissa, populos Galliarum, quos limes Gothiae fortis incluserit, teneamus ex fide. Sed hic tum Gothiae limes fuit in Aquitania, parte Galliae, quo tempore scripsisse Sidonium constat: uidelicet mox post Athilae deuastationē, Maioriano & Valentiniano tertio Augustis imperantibus: non ille, cuius, uti diximus, liber Theodosij meminit, ad Tibiscum fluuium. Qui non solùm illa tempestate, sed multo antè etiam, Gratiano & Theodosio seniore imperātibus, Gothos aequè à Germanis, atq; Romanis, non procul ab agris Metanastarum distinguebat. Ad quem adludit Marcellinus libro xxij. ita scribens: Quin etiam per Thracias omnes cum munimentis reparans extimis, curansq; solicitè, ne arma, uel indumenta, uel stipendiū, uel alimēta deessent his, quos per supercilia Istri dispersos, excursibusq; barbarorum oppositos agere uigilanter audebat, & fortiter. Quod cum ita diuideret, nihil segnius agi promittens, suadentibus proximis, ut aggrederetur propinquos Gothos, saepe fallaces & perfidos hostes, quaerere se meliores aiebat. Sed placet reliqua Ammiani loca de huiusmodi limite enumerare. Quorum est unus libro uigesimo Historiae suae. Quę cum frequentibus nuncijs didicisset Constantius, metuens expeditiones Parthicas, hyemem apud Constantinopolim agens, impensiore cura limitem instruebat, cum omni apparatu bellorum, arma quocq; & tyrocinia cogens, legionesq; augens iuuentutis ualidae supplementis. Quarū statarię pugnę, per Oriētales saepius emicuere procinctus. Auxilia super his Scytharum poscebat, mercede uel gratia: ut adulto uere profectus ex Thracijs, loca

Daciae limes.
Gothiae limes.

B

Loca Marcellini de limite Scythico, siue Thracico.

suspecta

A suspecta protinus occuparet. Idem libro xxvi. Consumpta hyeme festinãs ad Syriam Valens, iam fines Bithyniorũ ingressus, doceturr elationibus ducum, gentem Gothorum, ea tempestate intactam, eandemq; sæuissimè cõspirantem in unum, ad peruadẽda parari collimitia Thraciarum. Idem libro xvij. His, ut narratum est, secundo finitis euentu, ad limitantes Sarmatas ocyus signa transferri, utilitas publica flagitabat. Quos erat admodum nefas, impunè multa & nefaria perpetrasse. Nam ueluti obliti priorum, tunc erumpentibus liberis, ipsi quoq; tempus aptissimum nacti, limitem perrupere Romanum. Et ut locutum eum de Daciæ finibus, hoc est Parthisco fluuio, siue Tibisco, appareat, sequitur in textu: Locorum confisi præsidio, lares, post exactos inde dominos, fixere securi. Has enim terras Parthiscus irruens, obliquatis meatibus Istro miscetur. Sed dum solus licentius fluit, spacia longa & lata sensim præterlabens, & coarctatus prope exitum in angustias, accolas ab impetu defendit Romanorum: alueo uerò Danubij, à barbaricis excursibus suo tutos præstat obstaculo. Atq; hæc quidẽ Ammiani loca de limite Scythico intelligenda sunt. Ad quem adludit hoc etiam carmine Claudianus poeta, in Epithalamio Palladij & Serenæ:

Hic splendor iuuenum, cunabula prima puellæ,
Danubius, ueteresq; Thomi, Mauortia matris
Nobilitas, spolijs armisq; exultat auitis.

Nunc quando, & quæ ordine regiones illius, à Romanis in formam prouinciarum redactę fuerint, docebo. Equidem constat, Mœsiam primùm omnium prouinciæ Romanę formam accepisse. quemadmodum Appianus Alexan. in Illyrico scriptum reliquit: Rhœtos igitur & Noricos existimo Caium Cæsarem, cum aduersus Pompeium depugnaret, subegisse: aut Augustum, cum Pæonas adgrederetur, superasse. In medio quippe amborum sedes habent. Nec ullum in Rhœtos, aut Noricos, bellum gestum priuatim reperi. Quamobrem cum reliquis finitimis unà deuictos fuisse arbitror. Marcus enim Lucullus, L. Luculli frater, qui Mithridatẽ debellauit, Mysiorum regionẽ excurrit omnem, & usque ad fluuium Cusium tenuit. Meminit hoc nomine fluuij in Dacijs & Tacitus libro secũdo, quem Chrisium Iordnandes, hodie Rheresium Transyluani appellant. Mœsiam Pontus secutus est, proximè à Romanis subiugatus, nõ quidem uniuersus, sed quantum eius Thraciam ac Asiam minorem attingit. Cæsar enim libro quarto Ciuilis belli, legionis in Ponto scriptæ mentionẽ facit. ut iam tum fuisse sub ditione Romana Ponti aliquid, nõ extra rem sit. Verba Cæsaris sic habent: Adiungit Cn. Domitius legioni xxxvi. duas à Deiotaro, quas ille disciplina, atque armatura nostra, complures annos constitutas habebat: equitesq; centum, totidemq; ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sextium ad Caium Prætorium Quæstorem, ut legionem adduceret, quæ ex tumultuarijs militibus in Ponto cõfecta erat. Et iterum: Ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit, tricesimamsextã legionẽ in dextro cornu collocauit, Ponticam in sinistro, Deiotari legiones in mediam aciem contulit. Ad hæc Pontũ iuris Romani tum fuisse, uel ex eo apparet, quòd Ouidium Nasonẽ eò Augustus Imperator in exiliũ relegarit. Et hæc de Ponto: post quẽ nõ ita diu Augustus Daciã Ripensem iuris Romani fecit, quæ inter Parthiscum Cusiumq; fluuios continet. Nam si Straboni credimus, grauissimũ Augusto Dacicum bellum fuit: in cuius usum amplissima duo in Pannonijs horrea constituit, uidelicet apud Syrmium & Segestam. De quo Strabo idem libro vij. Geographię ita scriptũ reliquit: Gens inde quæ Bœrebistæ ductu, in tantam concesserat amplitudinem, demum ob domesticas seditiones, & ex Romanis bellis depressa est. Tamen adhuc milia hominum quadraginta emittere aptè ualet. Per

Mœsia quãdo prouincia Romana facta sit.

Pontus prouincia Romana facta.

Dacia Romana prouincia facta.

ipsos autem Marisius fluuius Danubium influit, per quem Romani milites uasa A illis necessaria bellis deuehere solebant. Superiores enim fluminis partes uersus fontes, usque ad præcipites eius decursus, quos Cataractas uocant, Danubium nominãt, quæ maximè per Dacorum agrum delabuntur. Ita iuris Romani facta est Dacia Ripensis, quam modò Hungariam ultra Tibiscum, siue Segidunẽsem, aut Varadiensem uocãt. Post quam Alpestris, siue mediterranea Dacia, à Traiano, Decebalo rege illius uicto, & ad mortem coacto, in prouincię Romanę formam redacta est, ut Dion Cassius in eius historia demonstrat. At Decebalus cum capta regia, uicina omnis regio in potestatem populi Romani uenisset, usque ad captiuitatem periclitatus, mortem sibi cõsciuit. Cuius caput deinde Romam delatum fuit. Ita Dacia iuris & ditionis Romanæ facta est, quam mox Traianus in prouinciam redegit, urbes condidit & colonos deduxit. Atque hæc de Dacia. Cui Iazigum Metanastarũ regio adhæret, et ipsa Scythico limiti adnumerata. Quam & ipsam in prouinciæ formã Traianus Cæsar redegit. Hinc Dion Cassius: Iamque Iazigum (inquit) agri partẽ inuaserat, quam Traianus uictor, illis repetentibus minimè restituere deinde uoluit. Ita ordine omnes in Septentrione prouinciæ Scythico limiti accessere: & supererat aliquid adhuc Ponti, quantum eius uidelicet in Asiam excurrit, et Tauros Scythas: quam Nero Cæsar portionem nomini Romano uendicauit, & à rege Polemoniacum Pontum nominauit, ut Aurelius Victor in eius historia est author. Hic in urbe amphitheatrũ (inquit) & lauacra construxit, Pontum in ius prouinciæ Polemonis reguli permissu redegit., à quo Polemoniacus Pontus appellatus est. Meminit eiusdẽ Flauius Vopiscus in Aureliano. Addidit autẽ Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus & Alpes Cottię Romano sunt nomini tributæ. Atque hæc de limite Scythico, sensim ab Istro in arctũ propagato. Nunc quo præsidio is fuerit B defensus, & ab incumbentibus barbaris, Sarmatis ac Gothis, in fide retentus, expediam. Cæsaris quidem Dictatoris tempestate, cum pars tantum Ponti Romanis legibus parẽret, & Pontus Polemoniacus, Mœsię ac Dacia à barbaris adhuc tenerẽtur, duabus duntaxat hic limes legionibus firmabatur, sexta uidelicet, & uicesimasecunda. Quæ tametsi mox inter initia in Aegyptũ fuerint traductæ, rediisse tamen posterius sextam in hyberna, atque in Ponto usque ad tempora Domitiani excubasse, reperio. Atque illud ex his Cæsaris uerbis aduertitur, quum Cæsarianorum cum Pharnace Asię rege prælium describeret: Quum in Pontum uenisset, copiasque omnes in unum locum coegisset, quæ numero atque exercitatione bellorũ mediocres erant, (excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria, ueteranã multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerũ, partim crebritate bellorum adeò diminutam, ut minus mille hominũ in ea esset) reliquæ erant tres legiones, una Deiotari, duæ quæ in eo prælio, quod Cneũ Domitiũ fecisse cũ Pharnace scripsimus. Et tandẽ unã ex illis nominãs: At Pharnaces (inquit) impulsus siue loci felicitate, siue auspiciis & regionibus inductus, quibus obtẽperasse eum postea audiebamus: siue paucitate nostrorũ, qui in armis erant comperti: quum more operis quotidiani, magnam illam seruorum multitudinem, quę aggerem portabat, militum esse credidisset: siue etiam ueterana fiducia exercitus sui, quæ cum legione xxii. in acie conflixisse, & uicisse legati eius gloriabant. Post quę tempora, pacatus Augusto uel citra legionũ subsidiis, Ponti limes mansit. Sed quia Tiberio imperante, Rhescuporis Thracię rex, populo Romano bellum mouisset, cui partem Thraciæ regulo Augustus commiserat, & parti Cotyi affini: quia nõdum Thracia prouincia foret, pulso Rhescupori, Trebellenium Ruffum tutorem Rhœmetalces filiis dedit,

Dacia Ripensis prouincia Romana facta.

Regio Metanastarum prouincia facta.

Pontus Polemoniacus prouincia facta.

Prima restitutio limitis Pontici, siue Scythici, à Cæsare Dictatore facta.

Restitutio secũda limitis Scythici, sub Tiberio Cæsare.

A dit, adiecto præsidio Romano. Deinde ut essent etiam Mœsiæ tutæ à Dacis, qui subiugati adhuc non erant, Marcomanos & Sueuos inter Marum & Cusum fluuios collocauit. Qua de re Cor. Tacitus libro secundo historiæ Augustæ ita scribit: Nec tamen Cæsar placidas semel artes mutauit. sed defuncto Pando, quem sibi infensum Rhescuporis arguebat, Pomponium Flaccum ueterem stipendijs et arcta cum Rege amicitia, eoq́ accommodatiorē ad fallendū, ob id maximè Mœsiæ præfecit. Flaccus in Thraciam ingressus, per ingentia promissa, quamuis ambiguum & scelera sua reputantem, perpulit, ut præsidia Romana intraret. Circūdata hinc Regi spe honoris ualida manus: tribuniq́ & centuriones, monēdo, suadendo: & quanto longius abscedebat, apertiore custodia, postremò gnarum necessitatis in urbem traxere. Accusatus in Senatu ab uxore Cotyis, damnatur, ut procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalcem filium, quem paternis con silijs aduersatum cōstabat, inq́ liberos Cotyis diuiditur. Hisq́ nondum adultis, Trebellenius Ruffus Prætura functus datur, qui regnū interim tractaret exemplo, quo maiores M. Lepidum, Ptolemæi liberis tutorē, in Aegyptum miserant. Et iterum loquutus de Sueuis in Daciam positis: Et Maroboduus (inquit) Rauennæ habitus, ne si quando insolescerent Sueui, quasi reditus in regnum ostendebatur. Sed non excessit Italia per duos de uiginti annos, consenuitq́ multum imminuta claritate, ob nimiam uiuendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. Pulsus haud multo pòst Hermundurorum opibus, & Iubillio Dacia receptus. Barbari utrunq́ comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium ultra, inter flumina Marum & Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorū. Huc adludit & Plinius libro quarto, cap. xij. Superiora autem inter Danubium & Hercinium saltum, usq́ ad Pannonica hyberna Carnuntij tenent. Germanorū ibi confiniū, & plana Iaziges, Sarmatæ montes & saltus. Pulsi ab his Daci usque ad Parthiscum amnem: Amerhois, siue Duria est, à Sueuis regnoq́ Vanniano dirimens eos. Hæc ita cum se haberent, haud ita multis interlabentibus annis, quum Daci Sarmatæq́ Danubium ultra pedem collocarent, magna adductus necessitate Claudius Cæsar, tres in Mœsiā legiones transmisit, ab ipso omnes denominatas, uidelicet sextam, septimam & octauam, omnes Claudias. quæ posterius in Italiam à Vespasiano, cōtra Vitelliū abductę fuere. Ex quibus solæ sexta & septima hybernis restitutæ sunt. Quarum septimā ad Traiani usque tempora eo in limite excubasse, ex libro quinquagesimoquinto Dionis animaduertitur, qui inter cæteras septimam in Mœsia legionem describit. Præterea sextam legionem, Vespasiano imperante, in Mœsia præsidium agitasse, ex libro xix. Taciti elucescit, quum de Mutiano Illyrici præside ageret. Mota (inquit) & Dacorum gens, nunquam fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabantur, ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarumq́ hybernis, utraq́ Danubij ripa potiebātur. Iamq́ castra legionum exscindere parabant, ni Mutianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis uictoriæ gnarus: ac ne externa moles utrinq́ ingrueret, si Dacus Germanusq́ diuersi irrupissent. Deniq́ limitē istum probè tum fuisse à Claudio restitutū, docet inscriptio uetustatis illius quæ in Italia est eruta:

Restitutio tertia limitis Scythici, à Claudio Cæsare facta.

B

T. PLAVTIO M. F. F. A. N. SYLVANO AELIANO PONTIF. SODAL. AVG. IIIVIR. A. A. A. F. Q. T. CAES. LEGAT. LEG. V. IN GERM. PRAET. VRB. LEGAT. ET COMITI CLAVDII CAES. IN BRITANNIA COS. PROCOS. PROPRAET.

PRAET. MOESIAE. IN QUA PLURA QUAM CENTUM MIL. EX NUMERO TRANSDANUBIANOR. AD PRAESTANDA TRIBUTA CUM CONIUGIBUS ET LIBERIS ET PRINCIPIBUS SUIS TRADUXIT. A

Quarta limitis Scythici restitutio sub Nerone.

Atque hæc limitis Scythici fuit restitutio sub Claudio Imperatore. At sub Nerone, siue abductis aliquibus ex modò dictis legionibus, siue etiam manentibus, additæ sunt duæ, tertia è Syria adducta, & quinta in Ponto Polemoniaco, quem is Cæsar ditioni Romanę uendicauerat, præsidio distributa. Tertiæ quidem è Syria in Mœsiam translatæ, mentionem facit libro xvij. Tacitus: Mutiani (inquit) animus nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior. Præfectus Aegypti Alexander, consilia belli sociauerat. Tertiam legionẽ, quòd è Syria in Mœsiam transisset, suam numerabat. Cæterę Illyrici legiones secuturæ sperabãtur. Adhæc meminit quintæ Ponticæ legionis Tacitus libro xv. Addiditq; legionem quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Cæterùm bello Ciuili inualescente, quod primum pro Imperio inter Othonem & Vitellium, & mox inter Vitellium & Vespasianum in Italia est gestum: quia duo præcipui limites, abductis legionibus erant nudati, Rhœni atq; Istri (ex quorum primo Vitellius, & ex altero præsidia Vespasianus abduxerat) Daci mox cœperunt & Sarmatæ in Illyricum incurrere (ut uerbis Taciti utar) mota & Dacorum gens nunquam fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. Quamobrem etsi primò Scythiæ limitem Romani Iazigum Metanastarum sociæ gentis præsidio firmarint, tamen Vitellius postea unam in Ponto legionẽ collocare, & Vespasianus relata uictoria remittere, & suis reddere hybernis, tertiam, sextam & septimam Claudianas coactus est. Vnde Cor. Tacitus libro xix. Nihil prorsus quod aut corrumperet hostem, aut terreret Flauianarum partiũ duces, omissa prioris fortunæ defensione, pro Vespasiano magnificè, pro causa confidenter, de exercitu securi, Vitelliũ ut inimici, ut innocuum exercitum Mœsicum celebrare. Ac ne Iazigum, penes quos ciuitatis regimẽ, in commilitium asciti, plebem quoq; & uim equitum, qua sola ualent, offerebant: omissum id munus, ne inter discordias externa molirentur, ac maiore ex diuerso mercede, ius fas'que exuerẽt. Porro abductas è Mœsia tum tertiam (quam ex Syria primùm eò Nero collocauerat) item'que sextam & septimam, octauamq; à Cæsare Claudio eo in limite, ex integro & scriptas & cognominatas, multis in locis Cor. Tacitus, præcipuè uerò lib. xviij. ostendit, cum Vespasiani aduersus Vitellium procinctum describeret, qui cunctas ab Istro in Italiam legiones abduxerat. Accelerata interim Vespasiani cœpta, Illyrici exercitus studio transgressi in partes tertia legio, exemplũ cæteris Mœsiæ legionibus præbuit. Octaua erat & septima Claudiana, imbutæ fauore Othonis, quamuis prælio non interfuissent, Aquileiam iam progressæ. Idem repetit libro xix. Aduentu deinde duarum legionum, è quibus tertiam Dillius Apontanus, octauam Numisius Lupus ducebant, ostentare uires, & militari uallo Veronam circũdare placuit. Et rursus, Sextam rediisse in Mœsiam, uel ibi pro custodia mansisse, cæteris in Italiam abductis, Tacitus eodem libro memorat: Mota & Dacorum gens (inquit) nunquam fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabantur, ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarum'q; hybernis, utraq; Danubij ripa potiebantur. Iamq; castra legionũ exscindere parabant, ni Mutianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis uictoriæ gnarus. Porro unam, præter modò in Mœsia enumeratas, eodem in Ponto legionem tempore præsidium agitasse, ex his

Restitutio quinta limitis Scythici sub Vespasiano. B

A his iterum Taciti uerbis eodem xviij libro historiæ Augustę colligitur. Septem legiones statim, & cum ingentibus auxilijs, Syria Iudæaq́ꝫ. inde continua Aegyptus, duæq́ꝫ legiones. Hinc Cappadocia, Pontusq́ꝫ, & quicquid castrorum Armenijs prætendit. Atqꝫ hæc fuit limitis Scythici restitutio, bello Ciuili, de quo dictum est, inter Vitellium & Vespasianum, flagrante. Post quę tempora, pacato iam rerum statu, & cum iam Titus patri in Imperio succesisset, nullus ab hoc limite Romę metus erat, donec degenerem fata Domitianum orbi Cæsarem dedere: cuius scilicet ignauia, occasione arrepta Daci & Sarmatæ plenis castris Istro incubuere: limiteq́ꝫ isto perrupto, & excisis hybernis, per Mœsias Pannoniasq́ꝫ uagabantur. Quæ causa fuit, ut nouem legionibus hunc limitem Domitianus firmaret: quæ tamen magna ex parte omnes, unà cum præfectis Cornelio Fusco & Oppio Sabino, à Dacis deletæ sunt, ut Tacitus etiam in uita Agricolæ est author, his uerbis: Et ea consecuta sunt Reipublicæ tempora, quæ silere Agricolam nō sinerent, tot exercitus in Mœsia Daciáq́ꝫ & Germania, temeritate, aut per ignauiam ducum amisi: tot militares uiri cum tot cohortibus expugnati & capti. Nec iam de limite Imperij, aut ripa, sed de hybernis legionū & possesione dubitatū. Hinc illud est Suetonij in Domitiano: Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessariò. Spontè, in Cattos: necessariò, una in Sarmatas legione cum legato simul cæsa. in Dacos duas: primam, Oppio Sabino Consulari oppresso: secundam, Cornelio Fusco pręfecto cohortium Prætorianarū, cui belli summam cōmiserat. Adludit ad huiusmodi cladem in Scythico limite acceptā & Iordnandes, Gothicus author. Longum nanqꝫ post interuallum, Domitiano Imperatore regnante, eius auaritiam metuentes (loquitur de Gothis limitaneis) fœdus quod dudum cum alijs principibus pepigerunt, Gothi soluentes, ripam

Denudatio limitis Scythici sub Domitiano.

B Danubij iam longè possessam ab imperio Romano, deiectis militibus cum eorū ducibus uastauerūt. Cui prouinciæ tunc post Agrippam Pompeius præerat Sabinus, Gothis autem Diurpaneus principatū agebat: quando bello commisso, Gothi Romanis deuictis, Pompeij Sabini capite abscisso, multa castella ac ciuitates inuadentes, de parte Imperatoris publicè depręedarūt. Qua necesitate suorum Domitianus cum omni uirtute sua Illyricū properauit, ac totius penè Reipublicæ militibus, ductore Fusco prælato, cum electisimis uiris amnem Danubium, consertis nauibus ad instar pontis, transmeare coegit super exercitum Diurpanei. Tunc Gothi haud segnes reperti, arma capessunt: primoq́ꝫ armati conflictu, mox Romanos deuincunt: Fuscoq́ꝫ duce extincto, diuitias de castris militum dispoliāt: magnaq́ꝫ potiti per loca uictoria, iam proceres suos, quasi qui fortuna uincebant, non puros homines, sed semideos, ijdem Anses uocauere. Atqꝫ hęc Iordnandes de limite Scythico, in quo multas legiones extitisse tum deletas, ipsumq́ꝫ penè limitem præsidio denudatum, ex Orosio libro vij. cap. vij. colligitur. Qui eandem historiam retexens: Domitianus tamen (inquit) prauisima elatus iactantia, sub nomine superatorū hostium, de extinctis legionibus triumphauit. Ad huiusmodi cladem, prædicto limite nudato acceptā, pertinet hoc Satyrici Epicedion:

Et qui uulturibus seruat sua uiscera Dacis,
Fuscus marmorea meditatus prælia uilla.

Atqꝫ hactenus de limitis Scythici nudatione sub Domitiano facta. Quem rursus Nerua Traianus, posteaquam is ad fastigiū Imperij conscendit, ita restituit, ut etiam penè usque ad Tyram hunc fluuium extenderit, Dacia Alpestri in prouinciæ formam redacta, eiusq́ꝫ rege Decebalo cum omnibus suis uicto. Et quo hic limes firmius aduersus Gothos Sarmatasq́ꝫ de reliquo Romanis retineretur, colonias

Restitutio septima limitis Scythici, à Nerua Traiano facta.

colonias ibi duas condidit: Vlpiam Traianam, in loco Sarnuzgetusæ, Barbaræ A regiæ: & Apulum, ad ripam Mari fluuij. in quorum uicinia amplum præsidium septem legionum distribuit. Nam cum solæ sexta atq; octaua legiones, ex ueteri Claudiano præsidio, cladi superfuissent, adiecit ex Pannonia superiori, ubi cum Norico Ripensi ista cōmittitur, decimamtertiā Geminam, quæ & longo isthic tempore permansit. Porro interfuerunt huic bello, & undecima ex Dalmatijs, et à Rhœno accersitæ uigesimaprima ac trigesima. Quarum omnium legionū, non solùm innumera apud Dacos monumēta supersunt: sed meminit earum ex parte Antonini Itinerariū, quod in Scythia supra Daciam xxi. in Dorosdoro, & ad Beroem xxx. item decimam Herculeam in Scythiæ Daciæq; cōfinibus describit legiones. Deniq; & undecimam in Mœsia legionē, Dion Cassius libro lv. recenset, & tredecimam Geminam in Dacia describit. Qua de re, cum legiones peculiari libro tractamus, dictū est fusius. Ad hanc igitur restitutionē limitis Scythici, factā scilicet ab Vlpio Traiano, adludunt Poetæ passim. Statius 1. Thebaidos:

Legiones in Scythia imperante Traiano.

Loca poetarū de limite Scythyco.

Bisq; iugo Rhœnum, bis adactum legibus Istrum,
Et coniurato deiectos uertice Dacos.

Et iterum libro primo Syluarum:

— Qualem modò frena tenentem
Rhœnus, & attoniti uidit domus ardua Daci? Et mox:
Gallicus es cœlo, Dîs es Germanice cordi.
Non uacat Arctoas acies, Rhœnumq; rebellem.

Silius Italicus libro tertio:

Hic & ab Arctoo currus aget axe per urbem,
Sarmaticis uictor compescet sedibus Istrum. B

Huc pertinent & illa Epigrammatarij poetæ libro sexto Epigrammaton, ubi epitaphium Cornelij Fusci, occisi à Gothis, describit:

Ille sacri lateris custos, Martisq; togati,
Credita cui summi castra fuere ducis,
Hic situs est Fuscus: licet hoc fortuna fateri,
Non timet hostileis iam lapis iste minas.
Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,
Et famulum uictrix possidet umbra nemus.

Restitutio limitis Scythici quinta, facta sub Hadriano.

Ab eo tempore, quod sub Traiano ac Hadriano, magna Romano nomini fœlicitate effulsit, ualido hunc limitem semper fuisse præsidio firmatū constat. Quamobrem & Dion Cassius in historia Hadriani, cum de ponte Danubij loquerēt: Cæterùm cōtraria ratio Hadrianum (inquit) mouit. Siquidem is ueritus, ne pulso Romano præsidio, aut oppressis legionibus, feræ & indomitę gentes, facto aditu, ea loca inuaderent, quę cis Danubium sunt, Mœsiamq; subinde popularentur, structuras & fornices, quantæ supra aquam eminebant, demoliri iussit. Cæterùm factum est posterioribus annis, cum nihil amplius hostile barbari molirētur, uti aliquot ex modò enumeratis legionibus, tanquā securo rerum statu abducerentur, ac solæ manerent, quarta in Scythia, & decimatertia Gemina in Dacia, itemq; sexta Claudiana in Mœsia superiori. Quippe Ael. Spartianus in uita Septimij Seueri, quartæ Scythicæ legionis mentionem facit: (cuius etiam extat inscriptio Philippo Cæsare posita) & Iul. Capitolinus in Marci historia de huius limitis restauratione ita nominatim scribit: Cassiano motu composito, è Syria ad Danubij tutelā profectus est. Atq; inde Mœsiæ utriusq;, mox Daciæ regimē accepit. Loquit̄ autem de Pertinace. Quę satis demōstrant, limitē eo tempore Da-

Denudatio limitis Scythici sequētibus Imperatoribus.

cicum

A cicum siue Scythicum fuisse restitutum. A' quo tempore, quomodo istam Imperij partẽ defenderint, reperire nõ possum: nisi quòd Valeriano imperante, is probè fuerit firmatus: ut ex Fla. Vopisco in eius Cæsaris uita animaduertĩ, qui Aulnij Saturnini Scythici limitis ducis commeminit. Itaq; haud multo pòst, sub Galieno triginta Tyrannis Rempublicam Romanam lacerantibus, hunc primum limitem fuisse desertum, & à Gothis occupatum, inuenio. Nam & Trebellius Pollio in Galieni historia, Gothos refert per Pannoniam usq; in Dalmatiam excurrisse, ita scribens: Inter hæc Scythæ per Euxinum nauigantes, Istrum transgreßi, multa grauia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis, Galienus Cleodamũ & Athenæum Byzantios instaurandis urbibus, muniendisq; præfecit. Pugnatumq; est circa Pontũ, & à Byzantijs ducibus uicti sunt barbari. Veneriano item duce, nauali prælio Gothi superati sunt. Tum ipse Venerianus militari morte perijt. Atq; inde Cyzicum & Asiam, deinceps Achaiam omnem uastarũt, & ab Athenienſibus, duce Dexippo, scriptore horum temporũ, uicti sunt. Vnde pulsi, per Epirum, Acarnaniam, Bœotiam peruagati sunt. Galienus interea uix excitatus publicis malis, Gothis uagantibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos interemit. Quo comperto, Scythæ, facta carragine, per montem Gessacem fugere conati sunt. Hæc igitur prima caussa atq; occasio fuit, quamobrem amisso Ponto atque Dacijs, limes Scythiæ in angustias rursus redactus, talis esse cœpit, qualis Augustus & Tyberius eum reliquere: utpote Mœsijs in fide uix retentis, Ister ibidem Scytharum, Romanorumq; limes cõmunis est factus. Deduxit tamen præsidia legionũ ex Dacijs Aurelianus mox Imperator, & nouam Daciam in Mœsijs auspicatus est. Qua de re Fla. Vopiscus in eius historia ita scribit: Quũ uastatum Illyricum ac Mœsiam deperditã uideret, prouinciã trans Danubium

Denudatio tertia limitis Scythici, sub Galieno Cæsare.

Denudatio quarta limitis Scythici sub Aureliano.

B Daciam, à Traiano constitutam, sublato exercitu, prouincialibus reliquit, desperãs eam posse retineri. Abductosq; ex ea populos, in Mœsiam collocauit, appellauitq; suam Daciã, quæ nunc duas Mœsias diuidit. Ita limes Scythicus exinde in Mœsia semper & Thracijs mansit. Quem & ipsum uix à Gothis, qui secuti sunt Imperatores tueri potuere. Donec Gothos uictores secuti Hunni, & postea Auares, & isto perrupto limite, Mœsias atq; Thracias, & ad postremum Pannonias Romanis ademissent. Legitur tamẽ Valentinianus primus legionẽ in Mœsia aluisse, Primam cognominatam, cuius Ammianus libro xxix. mentionem facit. Ante quæ tempora, & paulo postea legiones ibidem excubabant, decimatertia, utpote ex Dacia uera Alpestri traducta per Aurelianum Cęsarem: & decima quarta, quam usq; ad tempora inclinantis Imperij in Thracijs excubasse, ex libro Præfecturarũ aduertitur. Et quia Gothi Hunniq; eum ualidè limitẽ urgebant, adductæ sunt tum temporis ex Aegypto & Thebaide, legiones duæ, prima Flauia Constantiaca, et secunda Diocletiana: quarum liber Noticiarum in Thracijs mentionem facit. Nam nudatum hunc limitem à Gothis sub Valente fuisse, hæc uerba Marcellini libro xxvi. ostendũt: Consumpta hyeme festinans ad Syriam, Valens iam fines Bithyniorũ ingressus, docetur relationibus ducum, gentẽ Gothorum ea tempestate intactam, eandemq; sæuißimè conspirantẽ in unũ, ad peruadẽda parari collimitia Thraciarũ. Et quia Gothi posterius à Valente in Thracia recepti, ductorib. Fridigerno, Safrago, & Alatheo, sedibus designatis, ob auaritiam tamen præsidum eius loci Maximi ac Lupicini, ex amicis & socijs hostes facti sunt: deuastataq; Thracia & Thessalonica, pedem paulatim in Mœsias Pannoniasq; ferre cœperãt, ut Marcellinus libro xxxi. est author. Factum igitur est postea, Archadio & Honorio imperantibus, cum omnes limites barbaræ nationes urgerent, Franci & Alemanni Rhœnum, Rhœtias Sueui & Virtungi, Illyricum

Noua Dacia in Mœsijs.

Restitutio limitis penultima sub Valentiniano et Valente.

Postrema restitutio limitis Scythici sub Archadio & Honorio.

cum Marcomani & Vandali Gothicq;, Scythicum Hunni & Schlauini siue Sarmatę, denicq; Persæ ab occidente & Sarraceni, in Aphricam Vandali irrupissent, factum est inquam, uti, quo tempore reliqui imperij limites fuerunt firmati ex integro, etiam is Scythicus limes ualidiori præsidio restitueret. Quare Mariani codex per solas Thracias, legiones xviij. Comitatenses, & uexillationes equitum septem recenset, quarum nomina erant: Prima Maximiniana Thebæorum, Prima Flauia Gemina, legio Iulia Alexandrina, legio secunda Diocletiana Thebæorum, legio tertia Diocletiana Thebæorũ, tertiadecima, quartadecima, Constantina seniorum, Constantina Daphnẽsis, Valentinianensis Augustalis, Pannoniciana iuniorum. Reliquę ex gentibus auxiliaribus erant conflatę, Menapijs, Gallicanis iunioribus, Lancearijs Scobẽsibus, Balistarijs iunioribus, & Solensibus. Sub uexillationib. uerò, Palatinis quidẽ erant, equites Archadiaci comites, Honoriaci equites, Theodosiani iuniores equites: sub Comitatẽsibus denicq; uexillationibus numerabantur, equites primò Theodosiani, equites cataphractarij Albigenses, equites Sagittarij iuniores & seniores. Porrò ad huiusmodi limitis Scythici & desolationem & restitutionem adludit Claudianus libro primo in Eutropium, hoc carmine: A

Pro uictore redit, peditum uexilla sequuntur,
Et turmæ similes, eunuchorumq; manipli,
Hellespontiacis legio dignissima signis.

Idem libro primo in Ruffinum:

Sic auidus prædo iam non per singula sæuit,
Sed sceptris inferre manus, omniq; perempto
Milite, Romanas audet prosternere uires.
Iam gentes Istrumq; mouet, Scythiamq; receptat B
Auxilio, traditq; suas hostilibus armis
Relliquias, mixtis descendit Sarmata Dacis.
Et qui cornipedes in pocula uulnerat audax
Massagetes, patriamq; bibens Mæotin Alanus,
Membraq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,
Ruffino collecta manus: uetat ille domari,
Innectitq; moras, & congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas strauisset dextera turmas,
Ulta ducis socij letum, parsq; una maneret
Debilior, facilisq; capi: tunc impius ille
Proditor imperij, coniuratusq; Getarum,
Distulit instantes eluso principe pugnas,
Hunnorum laturus opem quos affore bello
Norat, & inuisis mox se coniungere castris.

Idem libro secundo in Ruffinum, cum Ruffini orationem inseruisset:

Hæc fatus, uentis ueluti si frena remittat
Aeolus, abrupto gentes sic obice fudit,
Laxauitq; uiam bellis: & ne qua maneret
Immunis regio, cladem diuisit in orbem,
Disposuitq; nefas. Alij per terga ferocis
Danubij solidata ruunt, expertaq; remos
Frangunt stagna rotis: alij per Caspia claustra,
Armeniasq; niues inopino tramite ducti

Inuadunt

A *Inuadunt Orientis opes.* Et subdit:
Iam plaga Pannoniæ, miserandaq; mœnia Thracum,
Aruaq; Mysorum, iam nulli flebile damnum,
Sed cursus solennis erat, campusq; furori Expositus.—

Idem in quartum Honorij consulatum Panegyri:

Nam cum barbaries penitus commota gementem
Irrueret Rhodopen, & mixto turbine gentes
Iam deserta suas in nos transfunderet Arctos,
Danubij totæ uomerent cum prælia ripæ,
Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris,
Flauaq; Bistonios reperirent agmina campos,
Omnibus afflictis, & uel labentibus ictu,
Vel propè casuris, unus tot funera contra
Restitit, extinxitq; faces, agrosq; colonis Reddidit, &c.—

Porrò constat, Honorium Cæsarem in restituendo hunc limitem aduersus Gothos, Sarmatas, Hunnosq;, Stiliconis Vandali soceri opera usum, cui hoc nomine Claudianus poeta non semel adulatur, præcipuè in bello Getico:

Totaq; præciso mutassent agmina cornu,
Ni celer instructa Stilico legione secutus,
Subsidijs peditum pugnam instaurasset equestrem.
Quis Musis ipsoq; licet Pæane receptis,
Enarrare queat, quantum Gradiuus in illa
B *Luce suæ dederit fundator originis urbi?*
Altius haud unquam toto descendimus ense
In iugulum Scythiæ, tanta nec clade superbum
Contudimus Tanaim, uel cornua fregimus Istri.

Idem in primo ad Stiliconem Panegyrico:

Nec te terrisonus stridor uenientis Alani
Nec uaga Hunnorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.
Extinctiq; forent penitus, ni more maligno
Falleret Augustas occultus proditor aures. Et iterum:


— Quis enim Mysos in plaustra feroces
Reppulit? aut sæua Proponti cæde tumentes
Basternas una potuit delere ruina?

Itaq; ea postrema fuit, quæ sub Archadio & Honorio suscepta erat, Scythici limitis restitutio. Tametsi autem Athila mortuo, partem huius limitis ad Istrũ, Martianus & Leo Augusti receperint, nunquam tamẽ restituere pręsidio debito potuere. Sed uti fœcundiorem Thraciæ portionem, quę ab Adrianopoli Constantinopolim extenditur, in fide tutam Romani retinere possent, Hunnis eorumq; duci Zabergano reliquos Thraciæ tractus in meridiem & Mœsiam contra uersos, sub tributo concessere. Quo factum est, ut illa prior portio à Romanis retenta, Romaniæ appellationem apud Barbaros acceperit: quo adhuc nomine Thurcis, qui tota Thracia Græciaq; et Mœsia potiuntur, is terræ ager nuncupatur. Euenit uerò posterius Iustino & posthac Mauritio imperantibus, uti Sarmatarũ

Denudatio postrema et penè amißio limitis Scythici atq; Thracici, sub Martiano, Leone, Iustiniano, Iustino & Mauritio.

populi, Antesq́ue Schlauini eundē limitem (quantum scilicet Romani iuris adhuc superer at) infestum redderent. Contra quos, etsi à Iustino Germanus Patritius, Priscus Prætor, & Narazarias, & deinceps à Mauritio Commentiolius, Martinus, & Castinus quidā, cum ualidis copijs fuerint missi: uix tamen tantillā Thraciæ partem in fide retinere potuere, Istro penè uniuerso cum Dacia ripensi ac Pannonijs amissis: ueluti longiori tractatu in Decade postrema magni operis nostri, ubi de Sarmaticis gentibus nobis sermo est, sumus prosecuti. Vnde author Annalium Græcorū, qui Eutropio subnexus est: Anno quinto Imperij (inquit) Mauritij, Charanus Auarū fœdere soluto, Mysiam & Scythiam atrociter expugnabat, subuertens Ratiernam, Bononiam, & Aquas, & Dorostolum, & Zandapa, & Martianopolim, &c. Et ab eo tempore Scythici limitis prouinciæ omnes in fœdā seruitutē abierunt, Constantinopoli aliquot post ea tempora sæculis, cum tractu Thraciæ, quam Romaniam uocari etiamdum diximus, perdurantibus. Qua & ipsa, annis abhinc circiter centum, per dolum à Thurcis omnibus barbaris atrociorib. hostibus occupata, raptis simul Orientalis Illyrici prouincijs, ac nō parua Pannoniarū parte adempta: quod reliquū adhuc est Romani nominis magis q̄ populi, quotidie urget. Et dum hæc scriberemus, ingētibus excitis copijs, & populationib. quotidie factis, omni fide immanioribus, Romano simul Germanicoq́ue nomini (quod Deus misericors auertat) interitū minat̃.

CAPUT SEXTUM. DE LIMITE ILLYRICI Orientalis, siue Macedonico.



TAMETSI Illyrici tractū angustioribus paulò limitibus Græci circunscripserint, utpote secus maris Adriæ ripam, non ultra Pannonias, Mœsiasq́ue & Thraciam atque Macedoniam, Illyrida omnem comprehendentes (ut ex Ptolemæi libro secundo apparet, & insinuare his uerbis Suidas uidetur: Ἰλλυριοὶ, βάρβαροι θρακικοί. οἱ δὲ πορσίδος αὐτὸς φασιν. καὶ φησιν ἀριστοφάνης, ἰλλυριοὶ κεκριγότες· ἀντὶ τοῦ, ποιὰν φωνὴν ἀποτελοῦντες. apparet tamē, multas posterius, progrediente Imperio, in hoc limite constitutas prouincias fuisse. Quas uno ceu falce Sextus Ruffus, in compendio Historię ad Valentinianū Augustum cōprehendit: Habet (inquit) Illyricus decem & septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniorū duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiā, Mœsiā, Daciarū duas. & in ditione Macedoniæ sunt septē: Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Præualis, & Creta. Harum posteriores decem, formula posthac cōstituta limitum Imperij, prætorio Thessalicensi subiecerunt, & in limite Illyrici orientalis descripserunt. Priores uerò septem ad prę turam Italiæ adijcientes, in limite Illyrici Occidētalis, & sub administratione Occidentalis imperij collocarunt: de quo copiosius proximo capite dicetur. Hanc equidem Illyrici duplicis distinctionem, ex libro Noticiarum Mariani Scoti desumptam, in epistola ad Adamum Carolum Rom. regis à Secretis Latinis, longè doctissimus quondam uir BEATVS RHOENANVS, ita adfabrè deduxit, ut piaculū facere uiderer, si nō tanti uiri hic authoritate niterer. Ex literis tuis (inquit) uir clarissime, tametsi serius mihi redditis, intellexi, meas ad te fuisse perlatas: simul misisti schedā argumenta continentē, quibus Vuolffgangus, siue mauis dicere latinè Prosper, aut Fortunatus, siue Fœlix, cognomento Lazius, apud Viennam Medicinæ professor, Pannonias atque Noricum colligit, ad Illyricum olim pertinuisse. Qui uir rectè iudicare uidetur. Nam quemadmodum cōtinet Occidentis Noticia, Prefectus prætorio Italię, sub se habebat Italiam, Illyricum, & Aphricam. Illyricum porro, de quo nobis sermo est, sex istas prouincias complectebatur:

Illyrici intercapedo ante constitutum imperium minor.

Prouinciæ Illyrici à Sexto Ruffo enumeratæ.

Illyrici duplicis distinctio à Beato Rhenano.

A plectebatur, Pannoniam secundam (ascendendo Danubium) Sauiam, Dalmatias, Pannoniam primam, Noricum mediterraneum, & Noricum ripense. Erantque per Illyricum præsides quatuor, nempe Dalmatiarum, Pannoniarũ, Norici ripensis, & (ut cõijcio) Sauię. Nam codex manuscriptus hic mutilus est. Porro alterum erat Illyricũ Orientale, cuius duę diœceses fuere, Macedoniæ & Daciæ: quæ erant sub dispositione spectabilis & clarissimi uiri Præfecti prætorio Thessalonicẽsi. Erantque Macedoniæ prouincię sex, Macedonia, Macedonia Salutaris, Thessalia, Achaia, Epirus uetus, Epirus noua, & Creta. Quarũ, habuit Proconsulem Achaia, Creta & Macedonia consulares legatos, reliquæ à præsidibus administrabantur. Dacię denique prouincię quinque numerabantur: Dacia ripensis, Dacia mediterranea, Mœsia prima & secunda, Dardania Præualitana, & pars Macedoniæ Salutaris: in quarum singulis præsides administrabant, excepta Dacia mediterranea, quę Consulari parebat: & Dacia ripensi, quę à Duce limitaneo regebatur. Hæc ex Epistola optimi uiri Rhœnani nostri: cuius animæ, ut debemus, ex animo bene precamur. Cæterùm quia de Dacię ac Mœsię prouincijs suprà est dictum, quum de limite Scythico ageremus: cui tum uidelicet istas prouincias adiecimus, ne alicui hoc dubium parere posset, sciendũ, Daciam ac Mœsias primis temporibus limiti Scythico attinuisse: donec limite hoc amisso (quod sub Aureliano contigit) deperditis scilicet Ponto utroque, Scythia, & Dacia alpestri, quæ supererant eius adhuc limitis prouinciæ Daciæ ac Mœsiæ, ex noua scripta formula, prætorio Thessalonicensi, & Illyrici Orientalis tractui adnumeratæ fuere. Quare Scotus, qui formulã scribit inclinantis Imperij, Dacias ac Mœsias in limite Illyrici Orientalis, sub dispositione uiri spectabilis Thessalonicensis præfecti prætorio, recenset. Quem iam inde ante constituti Im-

Quare Daciæ & Mœsiæ in duobus limitibus ac prætorijs enumerantur.

B perij ætatem, angustissimũ fuisse, & usque modò ad Græciam extentum (ita quòd Macedonia, Achaia, Epirusque, ultra hunc Illyrici limitẽ tum fuerint) ei facilè apparet, qui Titi Liuij Decadem quintam legerit: ubi libro quarto ita scriptũ reliquit, quum Genthij Illyriorum regis captiuitatem recenset: Anitius Prætor eo tempore Apolloniæ auditis quæ in Illyrico gererentur, præmissisque ad Appiũ literis, ut se ad Genusiũ opperiretur, triduo & ipse in castra uenit: et ad ea quę habebat auxilia, Parthenorum iuuentutis duobus milibus peditum, & equitibus ducentis (peditibus Epicadas, equitibus Agalsus præerat) parabat ducere in Illyricum, maximè ut Bassanitas obsidione solueret: tenuit impetũ eius, fama lemborum uastantium maritimam oram. Octuaginta erant lembi, authore Pentauco missi à Genthio, ad Dyracinorum & Apollonatium agros populandos. Et subdit: Ad Scodram inde uentum est, id quod belli caput fuerat: non eo solùm, quòd Genthius eam sibi cæperat, uelut regni totius arcẽ: sed etiam, quòd Labeatium gentis munitissima longè est, & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina: Clausula latere urbis, quod in Orientem patet, præterfluens: Bardana ab regione Occidentis, ex Labeatide palude oriens. Hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini, quod ortum ex monte Scodro, multis & alijs auctũ aquis, mari Adriatico infertur. Mons Scodrus longè altissimus regionis eius, ab oriente Dardaniam subiectam habet, à meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum. Ita similiter ab Illyrici tractu separauit Appianus Alexandrinus, in libro quem Illyricum inscripsit: Illyrios (inquit) Græci eos existimant, qui supra Macedoniã & Thraciam, à Chaonibus & Thesprotis ad fluuiũ Istrum sedes habẽt. Hæc enim totius prouincię longitudo est. Amplitudo eius ex Macedonia & Thracię montibus, ad Pæonas usque & Ionium mare. Huc pertinet & Cæsaris locus libro Ciuilis belli quarto: Literas ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tyronũ, quæ nu

Illyrici tractus ante constitutum imperium angustißimus.

Locus Appiani Alex. de angustiori Illyrico.

Locus Cæsaris de Illyrico angustiori.

per erant conscriptæ, proficisceretur in Illyricum: coniunctisq; copijs cum Q. Cornificio, si quod prouinciæ periculum inferretur, depelleret. Sin ea non magnis copijs tuta esse posset, in Macedoniam legiones abduceret. Omnem enim illam partē regionemq; uiuo Cn. Pompeio bellū instauraturā esse credebat. Gabinius, ut in Illyricum uenit, hyberno tempore anni, ac difficili, siue copiosiorem prouinciā existimans, siue multum fortunæ uictoris Cæsaris tribuens, siue uirtute & scientia sua confisus, qua sæpe in bellis periclitatus, magnas res & secundas ductu ausuq; suo gessisset, &c. Quibus uerbis liquet, ante constitutum Imperiū, & mox ab illius constitutione, Macedoniæ prouincias, excepta Dardania, ad Illyricum non pertinuisse: fuisseq; tum limitem Illyrici secus Græciæ prouincias, & Achaiam, Thessaliam, Epirumq; propagatum, & usq; ad maritimā Adriæ oram excurrisse. Vnde Ptolemæus & Strabo, inter Illyrici populos, Dardanios, Pleræos, Segestanos, Ardiæos, Bassenitas, Scordiscos, Labeatas, Docleatas, Darensios, Siculotas, & Iassos recensent. Quibus locis hodie per Bosniæ & Croatiæ regna, Dalmatiæq; partem, comitatus insignes distinctos uidemus, Thurcarum partim tyranno, partim Venetis Austriacisq; uectigales, Rama, Glauna, Dlamoza, Gragobiza, Vurana, Corbauna, Lapaza, & Vuihizum. Atq; hanc Illyrici partem, quantulacunq; ea tum fuerat, Romani, uictis Persæo ac Genthio, in tres sectiones diuiserunt, ut T. Liuius scribit libro quinto Decadis quintæ: Pacata Epiro, diuisisq; in hyberna copijs per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum, Scodræ (quò quinq; legati à Roma uenerant) euocatis ex tota prouincia principibus, conuentum habuit. Ibi pro tribunali pronunciauit de sententia consilij, S. P. Q. R. Illyrios esse liberos iubere: præsidia ex omnibus oppidis, arcibus, & castellis sese abducturum. Non solùm liberos, sed etiam immunes esse Issenses & Taulantios, Dassaretiorū Tyrustas, Rizonitas, Olciniatas, quòd incolumi Genthio ad Romanos defecissent. Daorsis quoque immunitatem dare, quòd relicto Carauantio, cum armis ad Romanos transissent. Scodrensibus & Dasserensibus & Selepitanis, cæterisq; Illyrijs, uectigal dimidium eius quod Regi pendissent. Inde in tres partes Illyricū diuisit. unam eam fecit quæ suprà dicta est, alteram Labeatas omnes, tertiam Agrauonitas & Rizonitas, & Olciniatas, accolasq; eorum. Hac formula dicta in Illyrico, ipse in Epiri Passaronē, in hyberna redijt. Ex quibus colligimus, limitem eo tempore Illyrici, dum uidelicet nullas adhuc in Oriente Romani prouincias subiecissent, atq; Ister, Sauus, & Drauus, incognita adhuc huic populo nomina fuissent, secus Macedoniā & Epirum desijsse: continuisseq; agrum eum, qui postea formula limitum facta, constituto imperio, in partem Dalmatiæ Orientalem, Præualitanam & Dardaniā distinctus fuit. Et de huiusmodi angustiori Illyrico secus littus Adriæ excurrente, intelligendum est hoc Maronis carmen in primo Aeneidos:

Loca de angustiori Illyrico, Strabonis & Ptolemæi.

Locus Liuij de Illyrico angustiori maritimo.

A

B

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.

Adludit ad huiusmodi angustiorem Illyrici tractum, atq; maritimum, Claudianus in tertium Honorij Consulatum:

Celsaq; Dodone stupuit, rursusq; locutæ
In te Chaoniæ mouerunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga littoris, arua teruntur
Dalmatiæ, Phrygij numerantur stagna Timaui.

Huic limiti paulatim accessere Macedonia, ac cæteræ cùm Græciæ, tum Mysiæ prouinciæ.

A prouinciæ. Quarum Macedonia ante adhuc constitutum Imperium, Romanæ ditioni uendicata erat, & à Prætore Romano in quatuor partes diuisa, ut T. Liuius est author libro quinto Decadis quintæ: Commune consilium gentis esse, ne improbum uulgus à Senatu aliquando libertatē salubri moderatione datam, ad licentiam pestilentē traheret: in quatuor regiones describi Macedoniam, ut suum quoque consilium haberet, placuit: & dimidium tributi, quàm quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere. His itaq; auspicijs adiecta tum Macedonia Illyrico fuit. Vltra quam, Augusto imperante, Lentulus in Mœsias egressus, & eas uictor limiti Illyricano adiecit. Et cū Batonem ac Pynnetē posterius Illyriorum ac Pannoniorū reges, Tiberius acie uictos subiecisset, quia multæ iam prouinciæ quotidie accederent, nec possent omnes ab uno prætorio Macedoniæ regi, distinctionis gratia Illyricum uniuersum, & quæcunq; per Tyberium & Drusum, Celtarum nationes debellatæ procul in occidente fuerant, in duas magnas sectiones, siue duo prætoria diuisa fuere. Quarū ea quidē quæ Orientem prospiciebat, prouincias seu per Iulium Octauiumq; Cæsares, seu multis pòst annis acquisitas cōplectebatur: uniuersam scilicet Illyrici oram, cum omni Græcia & Mœsijs. Occidentalis uerò pars, Pannonum Celtarumq; populos comprehendebat: qui in triplici Pannonia, Dalmatia, Valeria, & duplici Norico incolebāt. Quæ omnes prouinciæ Italiæ sunt prætorio, labente tempore, adnumeratæ. Cuius iurisdictio ad Danubium terminabatur, in prouincijs scilicet, Norico Ripensi, Pannonia prima seu superiori, et Pannonia secunda seu inferiori. Appellabaturq; is limes cùm Istri, tum Illyrici occidentalis, de quo proximo à nobis capite dicetur. At ditio altera prætorij Thessalonicensis, incipiens ab ora maritima Adriæ, per omnes Græciæ prouincias usque ad Istrum, qua is Mœ-

B sias separat à Dacia, extendebat: appellabaturq; limes cùm Macedonicus, tum Græciæ, tum uerò potissimum Illyricanus: & distinctionis caussa, Illyrici orientalis, de quo præsenti hoc iam capite agimus, & de quo loca authorum hæc passim intelligēda sunt. Flauius Vopiscus, celebris historiæ author, in Aureliano, in serie epistolæ, quam Claudius Cæsar Aureliano scripserat: Expetit à te munus solitum nostra Respublica. Aggredere, quid moraris? Tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu Tribunos. Gothi oppugnandi sunt, Gothi è Thracijs amouendi. Eorum enim plerique Hæmi montem, Europamq; uexāt, qui te pugnante fugerunt: omnes exercitus Thracios, omnes Illyricanos, totumq; limitē in tua potestate constituo. Vbi scilicet locutum de Mœsiarum Thraciæque confinibus liquet, quibus Gothi imminebant. Adludit ad eundem limitem idem Vopiscus in eadem historia: Quum consedisset (inquit) Valerianus Augustus in thermis apud Byzantiū, præsente exercitu, præsente etiam Palatino officio, adsidentibus Memmio Fusco Consule ordinario, Bebio Macro præfecto prætorij, Quinto Ancario præside Orientis: adsidentibus etiam à parte læua Auulnio Saturnino Scythici limitis duce, Muretio ad Aegyptū destinato, Iulio Tryphone Orientalis limitis duce, & Mecæo Brundusino præfecto annonæ Orientis, Vlpio Crinito duce Illyricani limitis & Thraciæ. Et rursus in eadem historia: Respirare certe post infœlicitatem Valeriani, post Galieni mala, imperāte Claudio, cœperat nostra Respublica. At eadem reddita fuit Aureliano, toto penitus orbe uincente. Ille nobis Gallias dedit, ille Italiam liberauit, ille Vindelicis iugum seruitutis amouit. Illo uincente Illyricum restitutum est, additæ Romanis legibus Thraciæ. Loquitur autem de Gothis ex Macedonia & Thracia pulsis. Huc pertinet locus Pacati Panegyrici ad Theodosium Augustum: Postremò populis barbarorū (inquit) ultroneam tibi operam ferre uouentibus com

Macedoniæ in quatuor partes diuisio.

Illyrici ueteris maritimi incrementum.

Duæ magnæ sectiones Illyrici.

Loca authorū de Illyrico Orientali, & eius limite.

Locus Pacati Panegyrici de Illyrico orientali.

militij munus indulges, ut & limitaneorum manus suspecta decederet, & militi auxiliator accederet. Qua tua benignitate pellectæ omnes Scythicæ nationes tantis examinibus cõfluebant, ut quem remiseras tuis, barbaris uidereris imperasse delectum. O res digna memoratu. Ibat sub ducibus uexillis que Romanis hostis, aliquando Romanus, & signa cõtra quę steterat sequebat: urbesq; Pannoniæ, quas inimica dudum populatione uacuauerat, miles implebat. Gothus ille, & Hunnus, & Alanus, respõdebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens uerebatur. De limite isto intelligendus est & Ammiani locus libro xxx. Valentiniano post uastatos aliquos Alemaniæ pagos, munimentum ædificanti prope Basiliam, quod appellant accolę Robur, offertur Præfecti relatio Probi, docentis Illyrici clades. Quibus ille, ut cunctatorem decuerat ducem, examinatius lectis, attonitus cogitationibus anxijs, Paterniano notario misso, negotium scrupulosa quęsiuit indagine. Moxq; ueris per eum nuncijs gestorum acceptis, euolare protinus festinabat, ausos temerare limitem barbaros primo fragore, ut mente cõcœperat, oppressurus armorũ. Extant de huiusmodi Orientalis Illyrici limite, aliquot apud Claudianum loca, libro secundo in Eutropium, de Gothis in Macedoniam pulsis:

Locus Marcellini de Illyrico orientali.

Loca Claudiani de Illyrico orientali.

—Vastator Achiuæ
Gentis, & Epirum nuper populatus inultam,
Possidet Illyricos iam quos obsedit amictus.

Et iterum secundo in Ruffinum:

—Quascunque parauit
Hic Augustus opes, & quas post bella recepit,
Solus habet, possessa semel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur,
Nos premit obsidio? Quid partem inuadere tentat?
Deserat Illyricos fines, Eoa remittat
Agmina, fraternas ex æquo diuidat hastas.

B

Idem in sextum Honorij Consulatum:

—Medium non deserit unquam
Cæli Phœbus iter, radijs tamen omnia lustrat.
Segnius an ueteres Istrum Rhœnumq; tenebant?

Adhæc quæ gentes hunc Illyrici tractum sub Archadio & Honorio fuerant populatæ, Sidonius Apollinaris abundè in Panegyrico ostendit:

Locus Sidonij de populis Illyrici orientalis aduenis.

Illicet adgrederis, quod nullus tempore nostro
Augustus potuit: rigidum septemplicis Istri
Agmen in arma rapis. Nam quidquid languidus axis
Cardine Sithonio sub Parrhase parturit ursa,
Hoc totum tua signa pauet. Basterna, Sueuus,
Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Alanus,
Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,
Bisalta, Ostrogothus, Procustes, Sarmata, Moschus,
Post aquilas uenere tuas: tibi militat omnis
Caucasus, & Scythicæ potor Tanaiticus undæ.
Quid faciat fortuna uiri, quascunque minatur,
Has tremuit iam Roma manus: modo Principe sub te
Ne metuat, propè parua putat, nisi seruat illi,
Quod timuit regnante alio. iam castra mouebas,

A *Et te diuersis stipabant milia signis.*
Obsequium gens una negat, quæ nuper ab Istro
Rettulit indomitum subitò truculentior agmen.

Atq; hactenus de Illyrici limite apud uetustiores authores historiarũ fundato. Nunc quo præsidio hunc Romani firmarint, dicendum uidetur. Equidem dum Illyris adhuc ad mare Adriaticum extenta esset (ubi est hodie regnum Croatiæ) sicuti eam Romani, Genthio rege deuicto, in potestatẽ redegerant, inuenio, quatuor ad summum legionibus, eius tum angustioris limitis tractum fuisse defensum, quantũ ex postremis duabus Titi Liuij Decadibus colligi potest. Quibus nomina secundum numeros erãt indita, quod postea subinde obseruatum in eo populo uidemus: uidelicet prima, secunda, tertia & quarta. Quamobrem T. Liuius libro secundo Decadis quintæ: Legiones quatuor nouas (inquit) scribi placuit, binas singulis COSS. Id præcipuè prouinciæ Macedoniæ datum, quòd cum alterius Consulis legionibus quina milia peditum, & ducenti equites, ex ueteri instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena milia peditum scribi iussa, equites trecenti æqualiter in singulas legiones. Deinde nominibus eas distinguens legiones, eodẽ mox textu Liuius: Legiones inde sortiti sunt (scribit) prima & tertia in Macedoniam traijcerentur, secunda et quarta ut in Italia remanerent. Idem libro quarto eiusdem Decadis, secundæ in Macedonia legionis meminit. Atq; hæc de eius limitis restitutione ante constitutum Imperium. Atqui ubi ad summã rerum cœpit Iulius Cæsar Dictator aspirare, ut exercitus esset, quem tanquã ex diuerticulo in omnes partes posset in hostes moue re, plures in Illyride & Macedonia legiones constituit. Inter initia quidem belli ciuilis, duarũ uidetur Cæsar legionum per tractum Macedoniæ & Illyridis meminisse, uidelicet duodecimę, & uigesimę septimę. Scribit enim libro quarto belli Ciuilis: Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum, quæ prouincia superioribus mensibus retenta, nõ tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat. Itaque ea missus æstate cum duabus legionibus Q. Cornificius, Cæsaris Quæstor pro Prætore. Idem libro tertio belli Ciuilis, etiam duodecimæ legionis mentionem facit: Caium Caluisium Sabinum (inquit) cum cohortibus quinque, paucisq; equitibus, in Aetoliam misit: maximè eas quæ erant propinquæ regiones, de re frumentaria ut prouiderent, adhortatus est. Cneum Domitium Caluinum cum duabus legionibus, undecima & duodecima, & equitibus quingentis in Macedoniã proficisci iubet. Atq; hæc firmatio præsidij bello ciuili incipiente, ita uti diximus, facta legitur. Cæterum uicto Pompeio, ut statum Prouinciarum ad nouæ monarchiæ constituendæ consilia magis obnoxium haberet, ex tam multis legionibus Cęsar, quibus aduersus Pompeium in Macedonia castrametatus fuerat, tres ei regioni legiones præsidio reliquit: ut ex Appiani Alex. loco qui est in Illyrico, deprehendi potest. Hoc Cæsar ob belli cum Pompeio necessitatem, dissimulanter tulit. Deuicto deinde Pompeio, cum reliquias seditionum huius per partes prosecutus esset, tandem compositis omnibus Romam redijt, expeditionemq; in Getas Parthosq; præparauit. Veriti itaque Illyrij, ne Cæsar ex itinere in eos insultaret, legatos Romam mittũt, qui actorum ueniam deposcerent, seq; in amicitiam eius societatemq; dederent, Illyriorum gentem ueluti bello inclytam uerbis extollẽtes. Cæsar in Parthos profecturus, acerbius responsum reddidit: Minimè in amicorum loco habiturum eos, qui talia in ipsum perpetrassent. Indulgere autem uelle, si tributa contulissent, obsidesq; dedissent. Vtique pollicentibus ipsis, Atinium cum tribus legionibus magnoq; equitatu ad eos misit, qui tributa quædam parua imponeret, obsidesq; reciperet.

Limitis Illyricani orientalis restitutio ante Imperium.

Limitis Illyricani restitutio sub Iulio Dictatore.

B

Quòd

Quòd uerò ampliori hunc limitem præsidio firmare constituerit, si uitam pro- A rogasset, ex his uerbis eiusdem Appiani Alex. libro secundo belli Ciuilis elucescit: Causam autem palàm retulit, temporis commoditatem defuisse, Posthumo Brundusium adnauigante. Gabinius priusquam Cæsaris mandatum attulisset, uolentes per Illyricum, nulla diei interposita quiete, secum duxit, qui omnes ferè ab Illyrijs interfecti sunt. Quod Cæsar per occupationes patienter tulit. Atque hæc limitis Illyricani Orientalis, siue Macedonici, à Cæsare Dictatore sucepta restitutio fuit. Quem Octa. Augustus, qui secutus est in Imperio, ualidiori præsidio quinque legionum (ut Valerius est author) ita corroborauit, ut non solum hostes suos Brutum & Cassium cum innumeris legionibus intra eum castrametatos, uictos possessione exuerit: uerumetiam, istas Monarchiæ repetitæ prouincias uictor fœliciter adiecerit.

Restitutio limitis Illyrici orientalis secūda sub Augusto.

Videtur autem duplex caussa fuisse huius nouę restitutionis limitis Illyricani Orientalis, ab Augusto factæ. Prima quidē, quòd Dictator Cæsar paulo ante mortem præsidio Macedoniam omnem atque Illyrida nudasset, abductis legionibus, ut ipse de se scribit in belli Ciuilis historia: Cæsar (inquit) paucos dies in Asia moratus, quum audiuisset Pompeium Cypri uisum, coniectans eum in Aegyptum iter habere, propter necessitudines regni, reliquasque eius loci opportunitates, cum legionibus, una, quam ex Thessalia se sequi iusserat: & altera, quam ex Achaia, à Fusco legato euocauerat, equitibusque octingentis, & nauibus longis Rhodijs decem, & Asiaticis paucis Alexaudriam peruenit. Et hæc quidem prima Augusto necessitas imposita fuit, probè hunc limitem restituendi.

Prima causa nouæ restitutionis ab Augusto factæ.

Altera uerò erat, quòd plures Illyrico prouincias Augustus bello acquisitas adiecisset. Quamobrem Appianus Alex. in Illyrici historia, ad hanc rem adludens: In Cæsaris uerò (inquit) Commentarijs, eius qui Augustus cognominatus est, nihil antiquius de Pæonum gente perscriptū legi. Aliam B quoque Illyriorum gentem, præter eam quam retuli, Romanis paruisse, mihi uisum est. uerùm quæ ea sit, haud intelligo. Non enim alienas res Augustus, sed proprias cōscripsit: quemadmodum ab Imperio deficientes, ad tributa redegit, & alias sub proprijs legibus degentes bello superauit. Et subijcit, enumerās populos in portione noua Illyridis acquisita incolentes: Caius Cæsar, circa Celticā moram ducens, & seditioni Pompeianæ, quæ hæc ipsa sibi assumeret, finem solum apponere curauit. Videtur insuper & Illyrium & Celtas simul eligens, non omnibus, sed his quæ ad Romanos pertineret, præfuisse. At uerò Augustus Cæsar uniuersa adeptus, quum inter loquendū Antonij inertiam Senatui explicasset, Illyricam gentem, præ cæteris bellicosissimam, & eundem sæpenumero infestantem, mitem reddidisse: Oxyæos, Perthenetas, Bathiates, Taulantios, Cambeos, Cinambros, Merromenos, atque Pyrisseos, omni experiētia edita sibi subdidit. Maiore insuper labore capti sunt, & ad tributa, quæ soluere desierant, impulsi, Docleatæ, Carnij, Interfrurini, Narisij, Glintidiones, atque Taurisci. Quibus uictis, finitimi metu territi, Ippasini scilicet & Besi, se illi tradidere. Deficientes uerò Melitinos & Corcyręos, qui insulas incolūt, ingenti mole belli superauit, &c.

Secunda causa nouæ restitutionis ab Augusto factæ.

Portio quædā tractus Illyrico Orientali per Augustum adiecta.

Porrò tametsi ex his aliqui Illyrico Occidētali tum temporis accesserint populi, inter Sauum Drauumque & Histriā incolētes, Carni, Interfrurini, Narisij, Glintidiones, atque Taurisci et Iapodes, quę sunt ex Teutonico uoces corruptę: tamen constat, reliquos Macedoniæ proximos & supra Dalmatiam incoluisse, & omnino ad tractum Illyrici Orientalis pertinuisse. Ab eo tempore, quod ab exitu Augusti numeratur, quot legionibus Macedonia siue Illyricum Orientale fuerit firmatum, scire nō possum, cum id surdis auribus authores Historiarum pertranseant. Verisimile est autem, quum procul abesset a Scythis, Parthisque & Germanis,

A manis, qui soli uictores usq;, ac unicè metuendi Romano populo hostes fuerant, negligentius ea propter fuisse restitutum. Sub Vitellio quidē, & Vespasiano, quartam Macedonicam legionem in literas missam à Cor. Tacito, libro Historię eius Augustæ xix, animaduerto, quum ita scribit: At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoq; uiribus, confectum algore atq; inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, uacuus cōsilij, tertia fermè noctis hora, paratis iam, dispositisq; Flauianis impingitur. Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras, asseuerare non ausim. quanquam alij tradiderint, quartam Macedonicam dextro suorū cornu, quintam & quintamdecimam cum uexillis nonæ, secundæq; & uicesimæ Britannicarum legionum, &c. Meminit & Dion Cassius libro lv. qui sub Traiano scripsit, quintæ Macedonicæ, quæ huic quodāmodo prouinciæ peculiaris fuit: ut quæ imperio primùm constituto, in Macedonia dignoscitur excubasse, & eodem demum declinante ex uetustate remanserat. Quippe Cæsar in Commentarijs suis, libro tertio Ciuilis belli, quum de Aemathijs Macedoniæ campis loqueretur: Interim Pompeius (inquit) hac longa interiecta mora, et renūciata, quintam legionem ab opere deductam, subsidio suis eduxit. Porro eandem legionē, inter alias innumeras, inclinante Imperio, statiua adhuc in Illyrico Orientali habuisse, ex libro Noticiarum Orientis, quem Scotus quidam scripsit, apparet: qui uidelicet statum Reipublicæ, limitum restitutionem delineans, qualis sub Archadio & Honorio fuit, quum Gothi iam, Sarmatæq; & Hunni, hunc præcipuè limitem Macedoniæ infestum redderent: Enumerat scilicet sub dispositione uiri spectabilis Proconsulis Macedonię & Achaiæ, siue Præfecti prætorio Illyrici Orientalis v. c. legiones Comitatenses octo, & nouem Pseudocomitatēses, equitumq;

Restitutio tertia Illyrici orientalis sub Vespasiano.

Quinta legio Macedoniæ propria.

Restitutio limitis Illyricani postrema, inclinātis Imperij.

B binas uexillationes. Et distinguens nominibus legiones, ordine recenset, primā Martiorū, secundā Mineruiā, secundā Germanicianorū seniorum, leg. Lanceariorum Augustensiū, leg. Lanceariorū iuniorū, Constantiacā Mattiariorū, Dianensiū Mattiariorū, legionē fœlicem Theodosianā, legionē auxiliarē Tunacensem, leg. v. Vlpianensem, Metensem, Scopēsem, Burgaracēsem, Secūdotheodosianam, & leg. balistariorum Theodosianorum. Quibus accedebat legio Palatina una, & auxilia Palatina sex: uidelicet Hastarij seniores, Hastarij iuniores, Petulantes iuniores, Sagittarij lecti, Inuicti iuniores, et Antecocti. Adnumerantur huic præsidio & duæ equitum uexillationes Comitatenses: uidelicet equites sagittarij iuniores, & equites Germaniciani seniores. Cum hoc & tali præsidio, limes Macedonicus usq; ad Valentinianū & Theodosium iuniores defensus est. Quo tempore undiq; barbaris nationibus Romanum Imperium inuadētibus, Gothi ripis huius limitis perruptis, agros in Macedonia & Thracijs ui occuparunt. Contigit autem hoc ipsum, Galieno cum suis tyrannis orbem Romanū lacerantibus. Sed placet locum Trebellij super ea re adferre, qui in uita Galieni ita scriptum reliquit: Quum Aureolus perurgeret Illyricum, quum Aemilianus Aegyptum occupasset, Gothi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thracijs, Macedoniam uastarūt, Thessalonicam obsederunt: nec usquam quies mediocriter salutem ostentare uisa est. Quæ omnia contemptu (ut sæpius diximus) Galieni fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi. Pugnatum est in Achaia Macriano duce, contra eosdem Gothos: unde uicti per Achæos recesserūt. Scythæ autem, hoc est pars Gothorum, Asiam uastabant. Sic Flauius Vopiscus in Aureliano, Claudij Cæsaris epistolā, qui Galieno successerat, inserit, hanc seriem uerborum complectentem: Expetit à te munus solitum nostra Respublica. Adgredere: quid moraris? Tuo magisterio

Galieni tempestate nudatio limitis Illyrici orientalis.

sterio milites uti uolo, tuo ductu Tribunos. Gothi oppugnandi sunt, Gothi è Thracia amouendi. Eorum enim plerique Hæmi montem Europamq; uexant, qui te oppugnante fugerunt. Similiter in textu epistolæ Valeriani ad Aurelianum, qui fuit pater Galieni: Si esset alius, Aureliane iucundissime, qui Vlpij Criniti uicem posset implere, tecum de eius uirtute ac sedulitate conferre, hunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellum à parte Nicopolis, ne nobis ægritudo Criniti obsit. Ex quibus cõstat, limitẽ quidem Illyrici Orientalis à Gothis tum inuasum fuisse, uerùm mox ab Aureliano receptũ. Et quia Macedoniæ fœcunditate illecti sub Valente iterum Gothi, eundem Illyrici tractum adorti fuissent, in societatem Sarmatis ac Hunnis adscitis, factum est, post Theodosium, Archadio & Honorio imperantibus, uti firmissimo is omnium præsidio, multarũ maximarumq; legionum firmaretur (ut dictum est suprà) octo Comitatensiũ, & nouem Pseudocomitatensium: de quibus, ex codice Præfecturarum Romanarũ, & qui Noticias Orientis Occidentisq; atq; uniuersæ Reipublicæ inclinantis statum complectitur, dictum superius est copiosius. Atq; hęc quidem limitis Macedonici restitutio, quamtumuis firma fuerat, nõ ita diu perdurauit. Siquidẽ Archadio prius, deinde etiam Honorio uita absoluto, quia essent optimatum scissa studia, et Stilico Vandalus Eucherio filio suo quęreret imperij fasces, quos iampridem, in sui auxilium, qui tam magna affectaret, barbaros animauerat, hos in totius Romani imperij perniciem postea accersiuisse existimatus est. Quamobrem scribit auctor supplemẽti Eutropij, quem Gręcum fuisse apparet: Per idem tempus (inquit) Stilico Patricius, Magister armorũ erat apud Honorium, magna præditus potestate, habebatq; sub se plurimos Romanorum atque gentilium. Qui contractis inimicitijs cum Archadij ducibus, cogitabat congredi contra eos. Tunc ergo agens cum Honorio, Alaricum regem Gothorum fecit ordinari Magistrum militum, & accessit aduersus Illyricum, atq; Iouium præfectum constituit, ut arma contra Romanos attolleret, & prouincias Honorij subderet ditioni. Et cum Alaricus barbaros sub se constitutos, & per Dalmatias habitantes cõgregasset, uenit ad Epirum. ubi multo tempore cõmoratus, in Italiam reuersus est. Et subijcit iterum: Alaricus rex Gothorum, qui ditioni Romanæ & Theodosio Imperatori subiectus, atq; contra Eugenium tyrannum solatia præbens, propterea Romanis dignitatibus fuerat honoratus, fœlicitatem suam non ferens, imperare quidem nõ elegit: sed discedens ab urbe Constantinopolitana, uenit ad partes Occidentis. Quumq; uenisset in Illyricũ, omnia subuertebat. Et transiens Thessaliam, habita congressione circa fluuiũ Pinum, apud Nicopolim Epiri, penè tria milia uirorum eis Thessali peremerũt. Post hæc autem Italiam ingressus, quum ab Honorio sedes, quo cum suo exercitu consistere posset, expeteret, Honorius deliberato consilio Gallias concessit. Quòd autem Gothos in hunc limitẽ Illyrici Orientalis admiserint Archadius & Honorius, idem author ita in literas misit: Eodem tempore (inquit) Gothi erant, & aliæ gentes multæ ac maximę, trans Danubium, in Hyperboreis locis habitantes. Ex quibus rationabiliores quatuor sunt, Gothi scilicet, Hypogothi, Gepides, & Vandali: nomen tantum, & nihil aliud mutantes, unaq; lingua utentes. Omnes autem fidei erant Arianæ malignitatis. Isti sub Archadio & Honorio Danubiũ transeũtes, locati sunt in terra Romanorũ. Et Gepides quidem, ex quibus postmodum diuisi sunt Longobardi & Auares, uillas quæ sunt circa Syngidonẽ & Sirmiũ habitauere. Hypogothi uerò, post Alaricum Romam depopulantes, in Gallias abierunt, & quæ ibidem sunt obtinuere. Gothi autem Pannoniam habuerũt primùm: deinde decimooctauo anno Theodosij Imperatoris iunioris, Thraciæ uillas habitauere:

Occupatio & amißio Illyrici orientalis sub Archadio & Honorio.

Gothorum ductore Alarico in Illyricum orientale immigratio.

A uere: & per annos quinquaginta & octo, in Thrace morantes, Occidentis quoq; obtinuerunt principatum. Et hæc de Gothis. Quibus in isthoc limite à Romanis asserendo, Hunni, Athila duce, auxilio fuere: utpote qui & ipsi, antequã Pannoniam insedissent, Macedoniã & Græciæ regna peruastarunt, ut idem author Analium Græcorum testatur. Post hæc Imperator (inquit) Theodosius, bellum contra Vandalos mouit, Ariundo, Ansila, atq; Germano ducibus, magna cum classe directis. Qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Aphricæ presidio fuere. Per hæc tempora Athila rex Hunnorũ, uir fortis atq; superbus, dum cum fratre Bleda super Hunnos principaret, Thraciam & Illyricum sæua depopulatione uastabat: & omnia castella ac ciuitates in seruitutem redigens, præter Adrianopolim & Heracleam, quæ quondam Perynthus uocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium prouinciarum reuertitur. Cogitur itaq; Theodosius legationem Athilæ mittere, & sex millia librarum ei pro recessu præbens, mille librarum annuum tributum persoluere pollicetur. Et iterum, Martiani imperium retexens: Interea rex Hunnorum (inquit) Athila, quum cum fratre Bleda regnum intra Pannoniam Daciamq; gereret, Macedoniam Mœsiamq; et Achaiam, utrasq; etiam Græcias, immanissima rabie (ut dictum est) uastaret, Bledam Germanum suum, regniq; consortẽ peremit. Hactenus Annales. Quæ eò sunt à nobis fusius deducta, et id quidem non aliunde quàm ex historica fide, ut quando hunc Romani limitem amiserint (quod sub postremis Valentinianis cõtigisse constat) dum uires adhuc Imperij quædam essent, & nõ solum uanum nomen

Hunnorũ Athila duce, in tractum Illyrici orientalis immigratio.

B extaret, candidus lector cognoscat.

CAPUT SEPTIMUM. DE OCCIDENTALIS *Illyrici, siue Istri limite, & eius restitutione.*



QVOD Illyrici tractus, aucto paulatim Imperio, ad Celtas usq; extẽsus sit, & ea de causa in duas fuerit magnas portiones, siue duos limites subdiuisus, dictum est abundè superiori capite. Vbi cùm ex Festo Rufo, tum ex codice Mariani Scoti, Rhœnani que nostri authoritate, Pannonias, Noricum & Dalmatias, Illyrico contineri ostendimus. Quoniam uerò de Macedonico tractu, Græcoq; & Mœsico, ad fidem rerum locuti iam sumus (quas Illyrici Orientalis siue Macedonico limiti prouincias attribuimus) superest nunc, ut quod Illyricum fuerit Occidentale, & qui eius limes, qui & Istri authoribus dicitur, explicemus. Sanè Noticiarum Scoti codex, eo in tractu siue limite, septem enumerat prouincias, omnes Istro adiacentes, præter tres: uidelicet Pannoniam secundam siue inferiorem (ascendendo Danubium) Proconsularem prouinciam, Pannoniam primam siue superiorem à consulari administratã, Noricum ripense (in qua Præses gubernabat.) Et rursus ab Aeno fluuio ad mediterranea Italiam uersus procedẽdo, Noricum mediterraneũ, (ubi hodie Carinthiæ & Styriæ sunt ducatus) Pannoniã Sauiam ultra Sauũ, Valeriam siue Pannoniam Interamnensem, inter Saui Drauiq; ripas extentam: & Dalmatiam, quæ sola uetus adhuc nomen retinet. Quòd uerò hæ omnes prouinciæ Illyrico attinuerint, non solùm inclinante Imperio, cuius rempublicam Festus & Marianus describunt, uerùm etiam iam inde ab initio constituti Imperij, multis possum classicorum authorum testimonijs fulcire. Quorum uetustissimus Strabo libro septimo Geographiæ sic scriptum reliquit: De Illyricis igitur dicendi sumamus initium, quæ Istro sunt Alpibusq; cõtigua, interq; Italiam & Germaniam iacentia. Et rursus libro quinto, quum Aquileiam describeret:

Prouinciæ septem Illyrici occidentalis.

Loca Strabonis de Illyrico Occidentali.

beret: Ad eam flumine aduerso (inquit) onerarijs nauigatur nauibus, per Nati- A sonem fluuiũ, plus stadijs sexaginta. Gentes ad Istrũ Illyricę, ad ipsum subuehuntur emporiũ. Sequitur Appianus Alex. in libro quem Illyricũ inscripsit: Hæc igitur (inquit) de Illyrijs, à Græcis habita, longiorib. uerbis à me perscripta sunt. Romani uerò non hos duntaxat, sed Pæonas ultra hos, nec non Rhætios, Noricos & Mysios, qui Europam incolunt, et quoscunq; alios his finitimos, qui Istrũ à dextra nauigantibus sese offerunt, uicissim ut Hellenes à Græcis distinguunt, eosq; proprijs appellationibus separatim nominant: cæterùm communi uocabulo Illyrios omnes arbitrant. Qua opinione à principio ducti, adhuc in ea persistentes, neutiquam finem earum inuenire nationum, sed ab Istri ora usq; ad mare Ponticum, quod sub tributo obtinent, Illyrici fines esse uoluerunt. Consentit Appiano & Herodianus, Græcus item author, loquẽs de ætate Alex. Seueri Imperatoris: Erant autem Alexander (inquit) iam atq; amici eius, etiam de ipsa Italia soliciti. Neq; enim par periculum à Persis atq; à Germanis impẽdebat. Nam qui sub Orientem habitant, magno terrarum marisq; interuallo discreti, Italiæ uix nomen audiunt. At Illyricæ gentes, angustę uidelicet, neq; multum agri Romanis subiecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atq; Germaniã. Idem in historia Seueri Septimij: Præerat autem Pannonijs uniuersis (nam unius regebant imperio) Seuerus quidã genere Afer, uehemens homo negotijs gerendis, ac ferox, uitæq; insuetus duræ & asperæ, prõptus excogitãdis, acer exequẽdis rebus. Et subdit: Cum fidem fecisset Seuerus, cædẽ se Pertinacis persequi uelle, ita sibi uniuersos cõciliauit, ut Imperator diceret, summamq; ab eis acciperet potestatẽ. Sed ubi Pannoniorũ animos explorauit, statim uicinarum quoq; gentium præsides, quæcunque Romano subiacent imperio, magnis illexit præmijs. Erat autem Seuerus unus omnium mortalium ad amorem simulandũ ma- B ximè fictus, sic ut nec iusiurandum quidem fallere dubitaret, si ita posceret usus: longè aliud in lingua promptum, quàm in animo reconditum gerebat. Igitur Illyrico omni rectoribusq; prouinciarum per literas insinuatus, collectisq; undecunq; militibus, ac suscepto Pertinacis cognomine, quod nõ Illyricis modò, sed Romano etiam populo gratissimum fore suspicabatur, conuocatis omnibus in campum, ita pro suggestu locutus dicitur. Et cum eius orationẽ ad exercitus in Pannonia habitam inseruisset, tandem subiungit: Nam gentes reliquæ, & ciuitates, quum adhuc neminem imperio dignum aspiciant, quiq; sit Rempublicam fortiter & moderatè gesturus, ei scilicet obedire se tandem simulant. Quòd si ab Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, simulq; nostrum nomen inaudierint, non obscurum sanè apud ipsos, neq; ignoratum: quippe illic etiam cum imperio præfuimus. Ex quibus liquet, quum ab Illyrico exercitu creatũ Imperatorem dicat subiectis suę ditioni populis, & quum Pannonijs uniuersis præfuisse, suprà paulò fuisset præfatus, Illyrici tractum per Pannonias scilicet propagasse. Et ne dubitemus Pannonias Illyrico Occidentali attinuisse, quam historiam Herodianus scribit, Septimium in Illyrico fuisse creatum imperatorem, Spartianus latinè referens, in Carnunto hoc factum, Pannoniæ superioris colonia, testatur: ut dubium nullum sit, per Pannonias ac Noricum, Illyricum, usq; ad Istrum scilicet Oenumq; fluuios excurrisse. Quare Suetonius in Tiberio: Sed nunciata Illyrici defectione (inquit) transit ad curam noui belli, quod grauissimum omnium externorum bellorum, post Punica per xv. legiones, paremq; auxiliorum copiam, triennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, summaq; frugum inopia. Et quanquam sæpius reuocaretur, tamen perseuerauit, metuens, ne uicinus & præualens hostis instaret ultro cedentibus. Et perseuerantiæ grande

Locus Appiani Alex. de Illyrico occidentali.

Loca Herodiani de Illyrico occidentali.

Locus Suetonij de Illyrico occidentali.

A grande precium tulit, toto Illyrico quod intra Italiam regnum'que Noricum & Thraciam & Macedoniam, interq; Drauum fluuium & sinum maris Adriatici patet, perdomito, & in ditionem redacto. Sic & Capitolinus in historia Marci: Marcomãnos (inquit) in ipso transitu Danubij deleuit, & prædam prouinciali bus reddidit. Gentes enim ab Illyrici limite usq; Galliam cõspirauerant, ut Marcomanni, Narisci, Hermunduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes, Burij, &c. Rectè igitur Plinius libro quarto Historiæ naturalis, cap. xij. quũ Danubiũ describeret: Inde ostia Istri (inquit) ortus hic in Germaniæ iugis, montibus Arnobæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, Danubij nomine, immenso aquarũ auctu. Et unde primũ Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferè numero eorũ nauigabili, in Pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Huc pertinet quod de ortu Danubij Ausonius poeta canit:

Locus Capitolini de Illyrico occidentali.

Locus Plinij de Illyrico occidentali.

Ausonij locus de Illyrico occidentali.

Illyricis regnator aquis tibi Nile secundus
Danubius, lætum profero fonte caput. Et iterum in Mosella:

Quæq; per Illyricum, per stagna binominis Istri,
Spumarum indicijs caperis Mustella natantum.

Atq; hactenus de Illyrici Occidentalis tractu: in quo hodie prouincias Austriæ inferiores, ac Hungariæ Dalmatiæq; & Sclauoniæ partem, sitas prouincias cernimus. Quorum omnium tractus, ad limitẽ Istri, siue Illyrici Occidentalis dioecesim pertinebant, Præturæ Italiæ, unà cum Aphrica quondã subiectæ. Quo de limite loca authorum intelligenda sunt. Capitolinus in Marco: Marcomanos in ipso transitu Danubij deleuit, et prędam prouincialibus reddidit. Gentes B omnes ab Illyrici limite usq; Galliam conspirauerant. Nazarius in Panegyrico ad Maximinianum & Constantinum: Ibo scilicet, uirtutis tuæ uestigijs colligendis, per totum Istri limitem. Marcel. libro xix. Inter hæc ita ambiguum Constantium, Sirmij etiam tum hyberna quiete curantem, permouebant nuncij metuendi & graues, indicantes, id quod tunc magnopere formidabat, limitantes Sarmatas, quos expulisse paternis auitisq; sedibus dominos suos antè monstrauimus, &c. Et subijcit: Quòd expletus prædarum opimitate exercitus, æstate nuper emensa, simili in spe, fidenter in effectus animabatur prosperos. Quodq; Anatolio tunc regente per Illyricum Præfecturam, necessaria cuncta uel ante tempus coacta, sine ullius dispẽdijs affluebant. Idem libro xxix. circa finem, quum cladẽ Pannoniarum explicasset: Inter hæc fortunæ dispendia tristioris, dux Mœsiæ Theodosius iunior, prima etiam tum lanugine iuuenis, Princeps postea perspectissimus, Sarmatas liberos ad discretionem seruorũ rebellium appellatos, collimitia nostra ex alio latere inuadẽtes, aliquoties expulit & afflixit. Et subdit: Victiq; ad tempus indultæ fœderibus pacis, nihil egere cõtrarium, eo maximè tempore perculsi, quòd ad tutelam Illyrici ac Gallicani limitis ualidum accesserat robur. Idem libro uigesimosexto: Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit. Et Orientem quidem regebat potestate Præfecti Salustius, Italiam uerò cum Aphrica & Illyrico Mamertinus, &c. Quòd non de Orientali Illyrico, sed de Occidentali est accipiendum, quod uidelicet ad prætoriũ Italiæ spectabat. Adludit ad eundem limitem Herodianus libro secundo, de Seuero Septimio locutus: Hæc dum agitaret animo, leui incertaq; spe subnixus, fama iam per Pannonios Illyricosq; percrebuerat, perq; exercitus omnes, qui pro ripis Danubij Rhœniq; excubantes, coercendis barbaris, Romanum tuentur Imperium. Sunt præterea de eodem limite loca Claudiani poetæ intelligenda,

Capitolini locus de limite Istri.

Nazarij Panegyrici locus de limite Istri.

Marcellini loca de limite Istri Illyricano.

Herodiani locus de limite Danubij.

genda, qui in bello Gildonico Archadium & Honorium alloquens, ita canit: A

Debueras etiam fraternis obuius ire
Hostibus, ille tuis: qu. gens, qui Rhœnus, & Ister,
Vos opibus iunctos, conspirantesq; tulisset?

Idem in Panegyrico ad vi. Consulatum Honorij:

—Medium non deserit unquam
Cœli Phœbus iter, radijs tamen omnia lustrat:
Segnius an ueteres Istrum Rhœnumq; tenebant? Et iterum:
Et sextas Getica præuelans fronde secures,
Colla triumphati proculcat Honorius Istri.

Et rursus in Panegyrico tertio Stiliconis:

Cerne libens, hic est fœlix bellator ubiq;
Defensor Lybiæ, Rhœni pacator, & Istri.

Alludit deniq; ad eundem Istri limitem Sidonius Apollinaris, in Panegyri sua ad Maioranum Augustum:

Loca Sidonij Apollinaris de limite Istri Illyricano.

Fortuna soceri contentus, & ocia captans,
Nil sibi deberet: Comitis sed iure recepto,
Danubij ripas, & tractum limitis ampli
Circuit, hortatur, disponit, discutit, armat.

Et iterum in eadem Panegyri:

Fertur Pannoniæ, qua Martia pollet Achintus,
Illyricum rexisse solum, cum tractibus Istri.
Huius auus nam Theodosius, quo tempore Sirmi
Augustum sumpsit nomen, per utrumq; magistrum B
Militiam ad partes regni uenturus Eoas.

Et rursus gentes huius limitis, & ei potissimùm propinquos enumerãs, ita canit:

Illicet aggrederis, quod nullus tempore nostro
Augustus potuit: rigidam septemplicis Istri
Agmen in arma rapis. Nam quidquid languidus axis,
Cardine Sithonio sub Parrhase parturit ursa,
Hoc totum tua signa pauet: Basterna, Sueuus,
Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Alanus,
Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,
Bisalta, Ostrogothus, Procustes, Sarmata, Moschus,
Post aquilas uenere tuas, tibi militat omnis
Caucasus, & Scythicæ potor Tanaiticus undæ.

Huc pertinẽt quę idem prosa scribit, libro octauo Epistolarum, epistola ad Trigetium: Post hæc portum Alingonis tam piger calcas, ac si tibi nunc esset ad limitem Danubianum, contra incursantes Massagetas proficiscendum. Atq; hæc de limite Istri, siue Illyrici Occidentalis, loca intelligenda sunt. Nunc de restitutione eius dicendum. Quoniam uerò Augustum constat hunc limitem, eiusq; priuignos Tiberium & Drusum, ad Istrum usq; propagasse, ab ijs primùm omnium formulam restitutionis factam credendum est. Porrò Augustum ad Drauum usque uenisse, Strabo & Appianus Alexandrinus authores sunt: qui referunt, Terpono, Monætio, Vendo & Metullo, inter Drauum & Sauum locis apud Iapodes munitissimis, expugnatis, Segestã & Sirmium ad Saui ripam sita, humano penè labore inexpugnabilia municipia, horrea longi quod aduersus Dacos

Prima restitutio limitis Istri per Tiberium & Drusum.

A sus Dacos cogitauerat belli constituisse. ut appareat, Sauiam tum quidem Pannoniam (quantum uidelicet agri secus Sauum ad Alpes Noricas extenditur, hodie Schlauoniam, Carniolam & Marchiam Vuindorum cōprehendens) in prouinciæ formam fuisse redactum. Inuenio uerò quinq; legionibus Augustum, & aliquot uoluntariorum cohortibus, eam Illyrici portionem in uerba adegisse, ut ex his Velleij Paterculi uerbis colligitur, quū de Messala Coruino loquitur: Prima æstate belli Messalini opus mandandum est memoriæ: qui uir animo etiam quàm genere nobilior, dignissimus qui & patrem Coruinum habuisset, & cognomen suum Cottę fratri relinqueret, præpositus Illyrico, subita rebellione, cū semiplena legione uicesima circundatus hostili exercitu amplius xx.M. hostiū fudit, fugauitq;. Et ab Augusto ornamentis triumphalibus honoratus est. Ita placebat Barbaris numerus suus, ita fiducia uirium, ut ubicunq; Cæsar esset, nihil in se reponerent. Pars exercitus eorum proposita ipsi duci, & ad arbitrium utilitatemq; nostram macerata, perductaq; ad exitiabilem famem, neque instantem sustinere, neque facientibus copiam pugnandi, dirigentibusq; aciem ausa congredi, occupato monte Claudio, munitione se defendit. At ea pars quæ obuiam se effuderat exercitui, quem A. Cecinna & Syluanus Plautius Consulares ex transmarinis adducebant prouincijs, circunfusa quinq; legionibus nostris, auxiliaribusq;, & equitatu regio: quippe magna Thracū manu iunctus prædictis duobus Rhœmetalces Thracię rex, in adiutoriū eius belli secū trahebat. &c. Sed quia clades accepta erat, additæ fuere eo in bello adhuc legiones quinq;, & cohortes septuaginta, cum magna manu uoluntariorum. Vnde sequitur eodem in textu Velleij: Fugata Regiorum equestris acies, fugatæ alæ, conuersæ cohortes sunt: apud signa quoq; legionum trepidatum. Sed Romani uirtus militis, plus

Quinque legiones in Illyrico sub Augusto.

B eo tempore uindicatum gloriæ, quàm ducibus reliquit. qui multum amore Imperatoris sui crepātes, antè in hostem inciderūt, quàm per exploratores, ubi hostis esset, cognoscerēt. Iam igitur in dubijs rebus semet ipsæ legiones adhortatæ, iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto præfecto castrorū, præfectisq; cohortium, non incruentis centurionibus, qui etiam primi ordinis cecidere, inuasere hostes: nec sustinuisse cōtenti, perrupta eorum acie, ex insperato uictoriam uindicauerūt. Hoc ferè tempore Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius adoptatus ab auo suo naturali erat, & iam ante biennium, qualis esset, apparere cœperat: mira prauitate animi atq; ingenij in pręcipitia cōuersus, patris, atq; eiusdem aui sui animum alienauit sibi. Moxq; crescentibus indies uitijs, dignum furore suo habuit exitum. Accipe nunc M. Vinici, tantū in bello ducem, quantum in pace uides. Principes iunctis exercitibus, quiq; sub Cæsare fuerant, quiq; ad eum uenerant, cōtractisq; in una castra decem legionibus, lxx. amplius cohortibus, xiiij. sed pluribus quàm decem ueteranorum millibus, adhoc magno uoluntariorum numero, frequentiq; equite regio, tanto denique exercitu, quantus nullo unquam loco post bella fuerat ciuilia, omnes eo ipso læti erant, maximamq; fiduciā uictoriæ in numero reponebant. At Imperator, optimus eorum quæ agebat iudex, & utilia speciosis præferens, quodq; semper eum facientem uidi, in omnibus bellis, quæ probanda essent, non quę utique probarentur, sequens: paucis diebus exercitum, qui uenerat ad refouēdas ex itinere eius uires, moratus: quum eum maiorem, quàm ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit. prosecutusq; longo & perquàm laborioso itinere, cuius difficultas narrari uix potest: ut neque uniuersos quisquam auderet adgredi, & partem digredientiū, suorum quisq; metu finium uniuersi tentare nō possent, remisit eò, unde uenerant. Et ipse asperrimæ hyemis initio regressus

 Sisciam,

Sisciam, legatos, inter quos ipsi fuimus, partitis præfecit hybernis. Ex quo loco colligimus, postremam Tiberiacæ ætatis restitutionē Istri, extitisse decem legionum & septuaginta cohortium auxiliariarum, & aliquot uoluntariorum millium. quorum hyberna ad Sisciam fuisse, Velleius est author: coloniam uidelicet Romanam ad Saui ripam, æstiua uerò ad Nauportum Cor. Tacitus memorat. Is locus haud procul Sauo, quà in Histriā est iter, ad cognonimem fluuiū situs est, quem Labacum hodie dicunt. Sed placet fidei ergò locum Cornelij recensere, qui est libro secundo historiæ Augustæ: Hic rerum urbanarum status erat, quum Pannonicas legiones seditio incesit, nullis nouis causis, nisi quòd mutatus princeps licentiam turbarū, & ex ciuili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, presidente Iunio Bleso. Qui fine Augusti & initijs Tiberij auditis, ob iustitium aut gaudium intermiserat solita munia. Eo principio lasciuire miles, discordare, pessimis cuiusq; sermonib. præbere aures: deniq; luxum & ocium cupere, disciplinam & laborē aspernari. Erat in castris Periennius quidam, dux olim theatralium operarum, deinde gregarius miles, procax lingua, & miscere cœtus histrionali studio doctus. Is imperitos animos, & quæ nam post Augustum militiæ conditio, ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquijs: aut flexo in uesperam die, & dilapsis melioribus, deterrimum quemq; congregare. (et subijciēs, locum ubi seditio erat facta, significat:) Interea manipuli (inquit) ante cœptam seditionem Nauportum missi, ob itinera & pontes, & alios usus, postquam turbatū in castris accepere, uexilla cōuellunt, direptisq; proximis uicis, ipsoq; Nauporto, quod municipij instar erat, (& nominans postea legiones) Tribunos tamen ac Præfectum castrorum extrusere. Sarcinæ fugientium direptæ, & centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetijs uocabulum Cedo alteram, indiderant: quia fracta uite in tergo militis, alteram clara uoce, ac rursus alteram poscebat. Cæteros latebræ texere, uno retento Clemente Iulio, qui perferendis militū mandatis habebatr idoneus, ob promptū ingenium. Quin ipsæ inter se legiones octaua & quintadecima ferrum parabant: dum centurionem, cognomento Sirpicum, illa morti deposcit, Quintadecumani tuentur: ni miles Nouanus preces, & aduersum aspernantes, minas interiecisset. Ex quibus uerbis liquet iam, tribus sub exitum Augusti legionibus, æstiua Pannoniæ, quæ tum quidem ad Sauum fluuium constituta fuerant, extitisse firmata. Ex his tribus legionibus, unam postea Drusus, præsidio Aphricæ, contra Tacfarnatem abduxit: quam decimamquintam Apollinarem fuisse autumo, ex eo, quòd eius, post hæc tempora, authores omnes, in Aphrica mentionē faciant. Sed libet ea de re locum Taciti inserere, qui est libro tertio historiæ Augustæ: Piso Dalmatico mari transmisso, relictisq; apud Anconam nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam uiam adsequitur legionem, quæ è Pannonia in urbem, dein præsidio Aphricæ ducebatur. Atq; hæc fuit restitutio limitis Istri sub Augusto & Tiberio. Porrò quoniam unam ex tribus iam memoratis legionem, hoc est, xv. Apollinarē (cuius multa etiamdum & prope Viennam, & in reliquo Pannoniarum tractu, monumēta supersunt) abductam in Aphricam diximus: restat, duas tantum exinde per Pannonias legiones, præsidio excubasse: octauam uidelicet, & nonam. quarum octauam, uerisimile est ex Pannonijs in Mœsiam, tutelę Scythici limitis, à Claudio Cæsare fuisse abductam. Siquidē à Claudij administratione usq; ad tempora ciuilis belli, quod inter Othonem & Vitellium, & exinde Vitellium atq; Vespasianum est gestum, tres memorantur Tacito legiones in Mœsia excubasse, quæ & ab ipso Claudiæ omnes cognominantur, sexta uidelicet Claudia, septima & octaua. Itaq; quum abductā octauam

Decem legiones in Illyrico occidentali sub exitum Augusti.

Hyberna præsidij Illyrici occidentalis.

Aestiua præsidij Illyricani.

Tres legiones in Sauia Pannonia.

Legiones è præsidio Pannoniæ abductæ post mortem Augusti.

A octauam istam, ultra quintamdecimam è limite Istri, in Pannonijs constet, sequitur, unam tantum legionem præsidio Pannoniæ mansisse. Atque hoc ita esse, unaque legione Pannoniam posterius fuisse firmatam, ostendit Tacitus libro xij. Historiæ Augustæ, in Claudij Cæsaris historia: Per idem tempus, ait, Vannius Sueuis à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, prima Imperij ætate, clarus acceptusque popularibus: mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domesticis discordijs circumuentus. Auctores fuere, Iubillius Hermundurorũ rex, & Vando ac Sydo, sorore Vannij geniti. Nec Claudius, quanquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur. Scripsitque Publio Attilio Histro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem, ipsaque ex prouincia lecta auxilia, pro ripa cõponeret, subsidio uictis, & terrori aduersus uictores, ne fortuna elati, nostram quoque pacem turbarẽt. Post hæc tempora, cum ita negligenter Claudius limitem Pannoniæ defendisset, maiori parte exercitus in Mœsias traducta, Nero Cæsar consilia eo limite digna suscipiens, limitem Istri ampliori præsidio firmauit, duasque à Rhœno legiones adduxit, uidelicet decimamtertiã & decimamquartã: ambas, quòd ex imperfectis & semiplenis forent integratæ, Geminas denominatas. Quibus haud ita multo pòst, Sergius Galba, qui Neronis eo in limite egerat præfectum, septimam adiecit, quam et Galbianam à se denominauit. Siquidem Illyrici legiones imperfectas suppleuisse Galbam, atque auxisse, hisce uerbis Cor. Tacitus libro xvi. historiæ Augustæ refert: Eodem anno delectus per Galliam Narbonensem, Aphricamque & Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus. Ex quibus ætate aut ualetudine fessi, sacramento soluebantur. Atqui legiones & decimamtertiam Geminam, & septimã Galbianam, excubasse post hæc tempora in Pannonijs, abductas autem in Italiam ad bellum ciuile, ab Othone primùm, atque inde à

Restitutio Illyrici occidentalis & Istri, à Claudio unica legione.

Restitutio limitis sub Galba tribus legionibus.

B Vespasiano, ex his uerbis Taciti colligimus: At in Pannonia decimatertia legio, & septima Galbiana, dolorem iramque Bebriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, ui præcipua primi Antonij. Is legibus nocens, & tempore Neronis, falsi damnatus, inter alia belli mala, Senatorium ordinem recuperauerat: & præpositus à Galba septimæ legioni, scriptitasse Othoni credebatur, ducem se partium offerens: à quo neglectus, in nullo Othoniani belli usu fuerat. Labantibus Vitellij rebus, Vespasianum secutus, grande momentũ addidit, strenuus manu, sermone prõptus, serendæ in alios inuidiæ artifex, discordijs & seditionibus potens, raptor, largitor: pace pessimus, bello nõ spernendus. Iuncti inde Mœsici ac Pannonici exercitus, Dalmaticum militem traxere, quamuis consularibus legatis nihil turbantibus. Titus Fabianus Pannoniam, Pompeius Syllanus Dalmatiã tenebant. Et iterum ab initio libri xix. Meliore fato fideque partium Flauianarum duces consilia belli tractabãt. Pætiouionẽ in hyberna xiij. legionis conuenerant. Illic agitauere, placeret'ne obstrui Pannoniæ alpes, donec à tergo uires uniuersæ cõsurgerent: an ire cominus, & certare pro Italia, constantius foret. Præterea interfuisse prælio ciuili, inter Vitellium & Vespasianum gesto, et ab Othone defecisse ad Vespasianum, idem scribit: Vulgata uictoria (inquit) post principia belli secundũ Flauianos, duæ legiones, septima Galbiana, & decimatertia Gemina, cum Vidio Aquila legato, Patauium alacres ueniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumpti. Et Minutius iustus præfectus castrorum legionis septimæ, quia audacius quàm ciuili bello imperitabat, subtractus militum iræ, ad Vespasianum missus est. Denique has legiones redijsse in Pannoniam, ad solita hyberna, ostendit idem Tacitus eodẽ loco: Tum resumpta militia, robur Flauianarum partium fuere, prima Classicorum legio, in Hispaniam missa, ut pace ac

Legiones Pannoniæ duæ, decimatertia Gemina, & septima Galbiana, sub Othone, Vitellio, et Vespasiano.

ocio mitesceret: undecima ac septima suis hybernis redditæ. Decimamtertiam A struere amphitheatra iussit. Et hactenus quidem de restitutione limitis facta sub Vitellio & Vespasiano. Cuius natus Domitianus, quia cæsis duobus legatis cum duobus exercitibus Istri, limitisq́ Scythici præsidiarijs, Oppio Sabino & Cornelio Fusco, iacturam fecisset, ripa Danubij rursus nudata fuit: & Dacis occasio ac ianua aperta, ut illud rursus fluentum superarent, ac magnam limitis partem occuparent. Ex quo, qui secutus est Vlpius Traianus, Dacos non solum expulit, uerùm etiam ultra Daciam hos populos submouit, eamq́ nouã Romano nomini prouinciam, uicto Decebalo, atq; interfecto, fecit. Itaq; quartam Illyrici Occidentalis siue Istri restitutionem, à Traiano Imperatore factam, credendum est. Qui tametsi decimamtertiam legionem ex Pannonia prima, in Daciam tum quidem transtulisset, in locum tamen rursus illius, primam et secundam adiutrices collocasse in Pannonijs, constat. Idq́ non solùm ex eo arguitur, quòd innumera apud nos, & in Pannoniæ ueteris agro, earum legionum monumenta eruantur: & quòd Ptolemæus, simulq́ Antonini Itinerariũ, utriusq; hoc nomine legionis, in descriptione inferioris Pannoniæ, mentionem faciãt: uerùm etiam, quòd in monumentis passim Traianæ hæ ipsæ legiones cognominantur: quorum rhapsodias in libro huius operis quarto dedimus. Quod magnum est argumentum, eas confecto bello Dacico, cum prouincias secus Istrum is uir firmaret, tum collocatas in Pannonijs fuisse. His existimo Marcum Cæsarem abductum à ripa Rhœni, decimam Germanicam, siue Alaudam, itemq́ uersus Noricum tertiam Fœlicem iunxisse: uel confecto Marcomanico bello, eodem in limite, dum reliquias exercitus colligeret, Pannoniæ superiori & Norico ripensi, ut propioribus populationi Marcomanicę prouincijs, reliquisse. Quo fit, ut qui circa hæc tempora, uel paulo pòst, ex authoribus Historiarũ lucubrarunt, Antoninus uidelicet, Ptolemæus, & Dion Cassius, quinq; legionũ, ad ripam Danubij, eo ipso in limite Occidentalis Illyrici, uel per Noricum ac Pannonias duntaxat, mentionem faciant: uidelicet incipiendo à confluctibus Oeni & Danubij (ubi Illyrici eius fines fuere) tertiæ decimæ Germanicę, quartadecimę Geminę, & primæ ac secundæ Adiutricũ, siue Auxiliariarũ, quarum omnium in hunc usque diem innumera monumenta quotidie apud nos eruuntur, quæ in paraphrasi harum legionũ, eo, quem de legionibus seorsim huic Operi inseruimus, libro, abundè sumus prosecuti. Equidem primam illam iam tum sub Marco Cæsare legionem in Pannonijs excubasse, facit, quòd Iulius Capitolinus tradit: Pertinacem, qui postea Cæsar factus est, & tum Pannoniæ præsidebat, primę legioni legatum fuisse præfectum: qua mox Rhœtias & Noricum ab hostibus uindicauerat, utpote eius limitis prouincias. Scribit enim Capitolinus in historia Pertinacis: Inde ad ducentorum sestertiorum stipendium, translatus in Daciam, suspectusq́ Marco, quorundã relatu, à partibus remotus est. Et postea per Claudiũ Pompeianum, generum Marci, quasi adiutor eius futurus, uexillis regendis adscitus est. In quo munere approbatus, lectus est in Senatum. Postea iterum re bene gesta, prodita est factio quæ illi concinnata fuerat: Marcusq́ Imperator, ut iniuriam compensaret, Prætorium eum fecit, ac primæ legioni regendæ imposuit. Statimq́ Rhœtias & Noricum ab hostibus uindicauit. Atq; hæc limitis fuit sub Marco restitutio. Cuius filius, etsi negligentius inter initia eisdem in prouincijs ageret, tamen postea coactus & ipse, quoad potuit, firmissimo præsidio hunc limitem constabiliuit. Qua de re Aelius Lampridius in historia Commodi ita scriptum reliquit: Victi sunt sub eo tamen (inquit) quum ille sic uiueret, per legatos Mauri, uicti Daci, Pannoniæ quoq; compositæ, in Britannia, in Germania, & in B Dacia,

Nudatio limitis Istri à Domitiano.

Restitutio quarta limitis Istri, siue Illyrici occidentalis, facta ab Vlpio Traiano.

Restitutio limitis Istri, siue Illyrici occidentalis sub Marco Antonino.

Prima legio in Pannonijs.

Restitutio limitis Istri sub Commodo.

A in Dacia imperiũ eius recusantibus prouincialibus. Quæ omnia iste per Duces sedauit. Post hæc tempora, hoc est sub Seuero Septimio, eiusq; filijs, et qui secuti sunt, Heliogabalo, Alexandro, & Maximino, Gordianis, Maximo, Balbino, Philippo, Decio, & Valerianis, quomodo is limes Romanis fuerit defensus, nõ equidem, qui quidem nobis extant, authores obseruarunt. Nisi quòd decimæ legionis Germanicæ, sub Gordiano etiamdum Cos. Aquilino & Aemiliano, exempla uetustatis, apud nos paſsim multa, mentionẽ faciant. Meminere & tertiæ Fœlicis, quam unà cum decima sub Valeriano excubasse Pannonijs aduersus Gothos, docent epistolæ, quibus has ipsas legiones Valerianus, Aureliano ac Probo (quorum uterque posterius ad principatum orbis euectus erat) cum summa attestatione laudis roborisq; ipsarum, commisit, aduersus Gothos nimirum, Istrum transire conatos. Vnde Fla. Vopiscus Valeriani senioris epistolas retexens: Recipe in fidem tuam legionẽ tertiam Fœlicem, quam ego adhuc nulli nisi prouecto iam credidi. Mihi autem eo tempore credita est, quo & me canosum qui credebat, cum gratulatione uidit. Et subdit in epistola Aureliani ad Probum: Vt scias quanti te faciam, Decumanos meos sume, quos Claudius mihi credidit. Isti enim sunt, qui quadam fœlicitatis prærogatiua, Præsides, nisi futuros Principes, habere non norunt. Atqui ambas hasce legiones in hoc limite Antonini Itinerarium recenset, quod ab Traiano et Marco, præcedentis Reipublicæ limitum formulam cõprehendit. Et ne dubitemus, limitem istum à Galieno quidem nudatum (quia sub eo Gothos liberè usque in Dalmatiam excurrisse memorat) restitutũ autem mox amplo fuisse præsidio, ab Aureliano & Probo, rursus ex his uerbis Vopisci in historia Aureliani aduertitur: Ille (inquit) nobis Gallias dedit, ille Italiam liberauit, Vindelicis iugum barbaricæ seruitutis a-

Decima et tertia legiones in Pannonijs & Norico ripensi adhuc excubabãt sub Gordianis & Valerianis.

Restitutio limitis Istri sub Claudio Aureliano, & Probo.

B mouit. Illo uiuente Illyricum restitutum est, redditæ Romanis legibus Thraciæ. Præterea & Claudium Cæsarem hunc limitem firmasse, cum deletis legionibus limitaneis, sub Galieno, Gothi liberè per Illyricum uagarentur, ex textu epistolæ Claudij ad Iunium Brochum Illyrici præfectum colligi potest. Deleuimus (scribit) trecenta & uiginti milia Gothorum, duo milia nauiũ mersimus. Tecta sunt flumina scutis, spatis & lanceolis omnia littora operiũtur. Campi ossibus latent tecti, nullum iter purum est. Ingens carrago deserta est. Tantum mulierũ cœpimus, ut binas ac ternas mulieres uictor sibi miles posset adiũgere. Et utinam Galienum nõ esset passa Respublica, utinam sexcentos tyrannos non pertulisset, saluis militibus, quos prælia sustulerunt: saluis legionibus, quas Galienus malè uictor occidit. Quantum esset additum Reipublicæ? Siquidem nunc uerba naufragij colligit nostra diligentia, ad Romanæ Reipublicæ decus. Pugnatum est enim apud Mœsos, & multa prælia fuerunt apud Martianopolim. Multi naufragio perierunt. Pleriq; capti reges, captæ diuersarum gentium nobiles fœminæ. Impletæ barbaris seruis, senibusq; cultoribus Romanæ prouinciæ. Factus miles barbarus & colonus ex Gotho. Nulla fuit regio, quæ Gothum seruum, triumphali quodam seruitio nõ haberet. Et hæc quidẽ tum facta sunt, quum nondũ Christi religio in Pannonijs ac Norico coleretur. Posteaquàm uerò Constantinus per sacras esset undas Christo uendicatus, pacatis omnibus limitibus, uel paucæ eo in Illyrico, uel nullæ omnino legiones fuerunt. Donec Arriana perfidia quũ inualuisset, qua seducti Constantius, Iulianus, & Valens, Romanã rursus Rempublicam barbarorũ prædis exposuere. Namq; Marcomani mox, & Quadi ab occidente, & Sarmatæ ab ortu, qua Dacia ripensis Pannonijs obtenditur, hunc limitem peruasere. Aduersus quos, nouas Augusti legiones partim de nouo cõscriptas, partim à Rhœno abductas, ad Danubij ripam collocare coacti sunt.

Denudatio limitis Istri sub Constantino.

Restitutio limitis Istri sub Valentiniano, Valente, & Gratiano.

Quanquam

Quanquam uerò multæ legiones, interdum pro loci & temporis necessitate, Iouia, Cornutorũ, Petulantium & Diuitensium eo loci excubasse reperiantur: tamen prȩter cæteras, in Norico quidem ripensi tertiam Herculeam, & secundam Iuliam, in Pannonijs uerò excubasse primam Martiorum inuenio. Herculianorum sanè & Iulianorum subinde Ammianus mentionẽ facit, quum Valentiniani, Valentis & Gratiani tempora describit. Martiam uerò cognomine primam legionem, in Pannonijs prȩsidiũ agitasse, monumentũ testatur, quod haud procul Strigonio Austriam contra, apud Hungaros erutũ est, cum hac Rhapsodia: A

Restitutio limitis Istri sub Iuliano, Valentiniano, & Gratiano.

IVDICIO PRINCIPALI DOMINORVM NOSTRORVM VALENTINIANI, VALENTIS, ET GRATIANI, PRINCIPVM MAXIMORVM, DISPOSITIONE ETIAM ILLVSTRIS VIRI VTRIVSQ. MILITIAE MAGISTRI, COMITIS, FOSCANVS PRAEPOSITVS LEGIONIS PRIMAE MARTIORVM, VNÀ CVM MILITIBVS SIBI CREDITIS, HVNC BVRGVM CVI NOMEN COMMERTIVM, QVA CAVSA ET FACTVS EST, À FVNDAMENTIS ET CONSTRVXIT, ET AD SVMMAM MANVM OPERIS XXXXVIII. CONSVLATVS DIVI NOSTRI GRATIANI AVGVSTI BIS, ET PROBI V. C. FECIT PERVENIRE.

Ad hanc arbitror legionem respexisse Ammianum Marcellinum, quum libro historiæ suæ Augustalis xxix. ita scribit: Et quum ad Valeriæ spacia longè remota secessisse, captorũ didicissent indicijs, illuc properato pergebãt gradu, frendentes, hacq́ ex caussa iugulo eius intenti, quòd per ipsum circumuentũ regẽ existimabant insontem. Quibus concitò cursu ruentibus infestius, obuiam legiones motæ sunt duȩ, Pannonica et Mœsiaca, ualida prȩlijs manus. quæ si cõspirasset, abierat proculdubio uictrix. Sed dum discretim grassatores adoriri festinant, ortis inter se discordijs impediti, de honore certabant, & dignitate. Quo intellecto, Sarmatæ sagacissimi, non expectato certandi signo solenni, Mœsiacam primam incessunt. Dumq́ milites arma tardius per tumultum expediunt, interfectis plurimis, aucti fiducia, aciem perrupere Pannonicam. Disiectamq́ agminis mole geminatis ictibus, omnẽ penè deleuissent, ni periculo mortis aliquos citum extraxisset effugium. Inter hæc fortunæ dispendia tristioris, dux Mœsiæ Theodosius iunior, prima etiamdum lanugine iuuenis, princeps postea perspectissimus, &c. Ad hæc Iulianũ quoq́ (cui persecutio Christianorũ Apostatȩ nomen indidit) restituisse hunc limitẽ ante adhuc Valentinianũ Valentẽ & Gratianum (à quo uidelicet Iulia legio in Norico scripta erat) cuius & codex Rom. Præfecturarum meminit, testatur his uerbis Marcellinus libro xxij. Nec tamẽ, quũ corrigendis ciuilibus ita diligenter instaret, omisit castrẽsia, rectores militibus diu exploratos apponens. Vrbes quinetiam per Thracias, omnes cum munimentis reparans extimis, curansq́ solicitè, ne arma, uel indumenta, uel stipendiũ, uel alimẽta deessent his, quos per supercilia Istri dispersos, excursibusq́ Barbarorum oppositos, agere uigilanter audiebat, & fortiter. Quæ cum ita diuideret, nihil segnius agi permittens, suadentibus proximis, ut adgrederetur propinquos Gothos, sæpe fallaces & perfidos, hostes quærere se meliores aiebat. Atq́ hæc Iuliano, Valentiniano, Valente & Gratiano imperantibus, limitis Illyrici Occidẽtalis facta restitutio fuit. Postremam uerò reperio, sub Archadio & Honorio susceptam, ob Gothorum & Sueuorũ in Pannonias, Noricumq́ conatus. Cuius hoc carmine Claudianus poeta meminit in Panegyri in tertium Honorij consulatum: B

Postrema Illyrici occidentalis, siue Istri limitis restitutio sub Archadio & Honorio.

A *Reptasti per signa puer, regumq́ feroces*
Exuuiæ tibi ludus erant: primusq́ solebas
Aspera complecti toruum post prælia patrem,
Signa triumphato quoties flexisset ab Istro,
Arctoa de strage calens, & poscere patrem
De spolijs Scythicos arcus, aut rapta Gelonis
Cingula, uel iaculum Daci, uel frena Sueui.

Cæterùm, quę formula restitutionis fuerit ea, quam Archadius & Honorius instituerunt, docet codex Mariani, qui Noticias Orientis & Occidentis complectitur: in quo Illyrici Occidentalis prouincias septem describēs, ad Italię Prætu ram spectantes, utpote incipiendo ab Oeno fluuio, & termino occiduo, enumerat duplex Noricum, triplicem Pannoniam, Valeriam, & Dalmatiam. Atq; in his legiones pro ripa Danubij collocat, eadem Occidentis uia progrediendo, Iouiam, secundam Iuliam, tertiam Herculeam, legionē Valentinianensem Fœlicem, legionem uictricem Honorianam. Quibus auxilia erant interserta: Sagittarij Tungri, Sagittarij uenatores, Lancearij Laureacenses, Lancearij Comagenenses, Rhœti, Sequani, Seguntienses, Tungri, Mauri, Mauri citati, Paratranenses, Catariēses, Propugnatores iuniores, Honoriani seniores, et Latini. Atque hæc fuit limitis Danubiani in Norico & Pannonijs restitutio, ab Archadio & Honorio aduersus Gothos et Sarmatas facta. Post quę tempora Gothis iam in Macedoniam & Thraciam receptis, & is paulatim limes deperditus est. Mox enim Gothorum aliqui in Pannonia agros accepere. Quos tametsi sub tributo haberent, tamen Athila postea Hunnorum rege limitem hunc omnino denudante, Gothi in superiori Pannonia atq; Norico ab Hunnis agros sortiebātur: quibus, mortuo Athila, uniuersam Illyrici Occidētalis ditionē adiecere. Quam ipsi inter se tres reges Gothorū diuiserunt, Vualamyrus, Vuidimyrus, & Theodomyrus, ut Latini authores appellant: qui gentilicia Germanis lingua uocabātur, Vualdmayr, id est syluarū dominus siue possessor: Vuidmayr, idest campestrium dominus: & Dietmayr, quod latinè sonat diuinus dominus, siue sacrorū possessor. Qua de re Annalium Græcorum fragmentum, quod Eutropio iunctum est, ita scribit: Eodem tempore erant Gothi & aliæ gentes multæ ac maximæ, trans Danubium in Hyperboreis locis habitantes. Ex quibus rationabiliores quatuor sunt, Gothi scilicet, Hypogothi, & Vandali: nomen tantum, et nihil aliud mutantes, unáq; lingua utentes. Omnes autem fidei erant Arrianæ malignitatis. isti sub Archadio & Honorio, Danubium transeūtes, locati sunt in terra Romanorum. et Gepides quidem, ex quibus postmodum diuisi sunt Longobardi & Auares, uillas quæ sunt circa Singidonem & Sirmium habitauere: Hypogothi uerò post Alaricum, Romam depopulantes, in Gallias abierunt, et quę ibidem sunt obtinuere: Gothi autem Pannoniam habuerunt primùm, deinde decimooctauo anno Theodosij iunioris, Thraciæ uillas habitauerunt. Et per annos quinquaginta & octo in Thrace morantes, Occidentis quoq; obtinuerunt imperium. Huc alludit Claudianus in Getico, isto carmine, quum Alarici regis Gothorum orationem exhortatoriam introduceret:

De legionibus per Illyricum occidentale ad ripam Danubij sub Archadio & Honorio locatis.

B

Gothorum & Vandalorū in tractum Illyrici occidentalis immigratio.

Fregi Alpes, galeisq́ Padum uictricibus hausi.
Quid restat nisi Roma mihi? gens robore nostra
Tum quoq; pollebat, nullis cum fideret armis.
At nunc Illyrici postquam mihi tradita iura.
Meq́ suum fecere ducem, tot tela, tot enses,

Loca Claudiani de restitutione limitis Illyricani occidentalis, siue Istri.

Tot

Tot galeas multo Thracum sudore paraui,
Inq; meos usus uectigal uertere ferri,
Oppida legitimo iussu Romana coegi.

Idem in secundo Panegyrico ad Stiliconem, liberationem Pannoniarum à barbaris memorat hisce uerbis:

—Hinc obsidione solutus
Pannonius, potorq; Saui, qui clausa tot annis
Oppida laxatis ausus iam pandere portis,
Rursum cote nouat nigras rubigine falces,
Exesosq; situ cogit splendere ligones.
Agnoscit casas, & collibus oscula notis
Figit, & impresso glebis non cedit aratro.
Exectis inculta dabant quas sæcula syluis
Restituit terras, & opacum uitibus Istrum
Conserit, & patrium uectigal soluere gaudet.
Immunis qui clade fuit. te sospite fas est,
Vexatum laceri corpus iuuenescere regni.
Sub tot principibus quæcunq; amisimus olim,
Tu reddis, solo poterit Stilicone medente
Crescere, Romanum uulnus tectura cicatrix:
Inq; suos fines tandem, redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

Liberatio duplex Pannoniarum à seruitute Vandalorũ et Gothorum. *Vineta ad Istrum olim celebria.*

Ex quibus apparet, non solum Illyricum Occidentale à seruitute barbarica, Vandalorum inquam & Gothorum, fuisse liberatum, Stiliconis opera & uirtute, uerùm tum etiam temporis Danubiũ uinetis celebrẽ extitisse. Vnde ingens quotannis uectigal Augustis accedebat: scilicet quod hodie Hungariæ Reges & Austriæ Archiduces accipiunt. Describit liberationem Pannoniarum alteram sub Maiorano factam, post Athilæ interitum, Sidonius Apollinaris in Panegyrico socero dicto:

Hic tibi restituet Libyen per uincula quarta,
Et cuius solum amissas post sæcula multa
Pannonias reuocauit iter. Nam credere promptum est,
Quid faciat bellis, & quas tibi sæpe iugabit
Inflictis gentes aquilis.—

Gothorum in Pannonijs confirmatio.

Hæc quum ita se habuerint, haud multo pòst Hunnis cum Athila aduentantibus, ad Alpes Noricas cesserunt Gothi, quas sub tributo ab Athila impetrarũt. Sed quum mortuo Athila Gepidarum rex Ardaricus filios Athilę pepulisset, in ista communi præda, tot occupatarũ regionum, Gothi Pannonias sortiti sunt. Quamobrem scribit Iordnandes: Gothi uerò cernentes, Gepidas Hunnorũ sibi sedes defendere, Hunnorumq; populũ suas antiquas sedes occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quàm cum discrimine suo inuadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planicie, habet ab oriente Mœsiam superiorem, à meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, à septentrione Danubium, ornata patria ciuitatibus pluribus: quarũ prima Sirmis, extrema Vindomana. Et iterum: Pleriq; ergo (ut ad gentem, unde agitur, reuertamur) id est Ostrogothorũ, qui in Pannonia sub rege Vualamyr, eiusq; germanis Theodemyr, & Vuydmyr morabantur, quamuis diuisa loca, consilia tamen habuerunt unita. nam Vualamyr inter Scarniungam & Aquam nigram fluuios, Theodemyr iuxta

A myr iuxta lacū Peysodis, Vuidemyr inter utrunq; manebat. Adludit deniq; ad huiusmodi Gothorum in Pannonias immigrationē, exactis et Romanis & Hunnis, Sidonius Apollinaris in Panegyrico Anthemio Augusto dicto:

Fallor, bis gemino nisi cardine rem probat orbis,
Ambit te Zephyrus, rectorem destinat Eurus,
Ad Boream pugnas, & formidaris ad Austrum:
Antè tamen quàm te socium collega crearet.
Perstrinxisse libet, quos Illyris ora triumphos
Viderit, excisam quæ se Valameris ab armis
Fortè ducis nostri uitio deserta gemebat.

CAPUT OCTAVUM. DE RHOETICO, SIVE *Germanico limite, & eius restitutione.*



HUNC limitem & ipsum ad Danubium fuisse, sed extra Illyricum in Rhœtijs et Sequanis, Gallicano limiti propinquū, inuenio: quem tamen authores passim, magis Rhœticum atque Germaniæ limitem, quam Istri appellant: eo quòd Danubij nomenclatura flumini ad Illyrici fines modò qui ad Oenum fuere, manserit quondam, qui deinceps per Pannonias, Mœsias & Thraciam non Danubius, sed Ister appellabatur: cuius rei & Appianus Alex. in Illyrico, et Plinius libro tertio cap. xij. meminere. Itaq; limitem hunc, qui ab Oeni confluentibus ad Rhœnum usq; secus Danubium extendebatur, Romani, aduersus Sueuos & Alemannos præcipuè, legionibus, incipiēte Imperio, tertia & quarta Italicis, tutabantur. Quibus paulo pòst maiori ui incursantibus, quo tempore pro Imperio, Galba, Otho, B Vitellius & Vespasianus contendebant, & limites Rhœni Istriq; abductis ad ciuile bellū legionibus, penè forent desolati, etiam xix, & xxi, Rapaces sunt adiunctæ, cum aliquot Noricorum auxilijs. Equidem iam inde ab initio cōstituti Imperij, Sueuos Rhœtijs inhiasse inuenio. adeò ut Titum Annium Prætorē, cum Bogude Maurorū rege socio, ac legione Martia, his retinendis prouincijs Octauianus Augustus subsidio mittere coactus fuerit. Quæ tamen copiæ ad internitionem deletæ sunt à Sueuis in Rhœtia ad Augustam, ubi duo amnes rapidissimi cōfluebant. Quod quidem alij ad Augustam hodiernam Sueuię factum fuisse contendunt. Alij uerò, quibus est sanius iudicium, è quorum numero fuit longè doctissimus uir IOAN. AVENTINVS, haud procul à Monaco Bauariæ, ad confluentis Isaræ & Loysæ, ubi ueteris Augustę Vindelicū rudera in pago Vinding cernuntur, eam Romanis cladem acceptam probare nituntur. Quam nos historiam in peruetusto codice membrana literis antiquissimis scriptā, dictione planè Cæsariana, reperimus, sub titulo Velleij excerpta ex Gallica historia, his uerbis comprehensam: Dum hæc circa Rhœnum geruntur, in Noricorum finibus graue uulnus Romanus populus accepit. Quippe Germanorū gētes, quòd Rhœtias occupauerant, non longè ab Alpibus tractu pari, patentibus campis, ubi duo rapidissimi amnes inter se confluunt, in ipsis Noricis finibus ciuitatem, non quidem muro, sed uallo fossáq; cinxerunt, quam appellabant Cisara, ex nomine deæ Cizæ, quam religiosissimè colebant. cuius templum quoq; ex lignis barbarico ritu cōstructum, postquam eò colonia Romanorum deducta est, inuiolatum permansit, ac uetustate cōlapsum, nomen colli seruauit. Hanc urbem Titus Annius Prętor, ad arcendas barbarorum excursiones, cal. Sextil. exercitu circumuenit. Ad meridianā oppidi partem, quæ sola à cōtinenti erat, Prætor ipse cum legione Martia, operosissimè communiuit. Ad occidentē uerò, quà Barbarorum

Limes Danubij alius à limite Istri.

Prima restitutio limitis Rhœtici.

Prima denudatio limitis Rhœtici.

Sueuorum in Rhœtias incursio.

Historia ex Velleij fragmēto, de Sueuorū in Rhœtias incursione.

barorum aduentus erat, Auar Bogudis regis filius, cum equitatu omni, & auxiliaribus Macedonum copijs inter flumen & uallum, loco castris parum amplo, infelici temeritate extra flumen consedit. Pulchra indoles, non minus Romanis quàm Grecis disciplinis instructa. Igitur quinquagesimo nono die quàm eò uentum est, quum is dies deæ Cizæ celeberrimus, ludum & lasciuiam magis quàm formidinem ostentaret, immanis barbarorum multitudo, ex proximis syluis repentè erumpens ex improuiso, castra irrupit. Equitatum omnem, & quod miserius erat, auxilia sociorum deleuit. Auar cum in hostium potestatem regio habitu uiuus uenisset, pecudis more mactatur. Oppidani uerò, non minori fortuna, sed maiori uirtute, Prætorem in auxilium socijs properantem, adoriuntur. Romani haud segniter resistũt. Duo principes oppidanorũ, Habbino & Caccus, in primis pugnantes cadunt. Et inclinata iam res oppidanorum erat, ni maturassent auxilium ferre socij, in altera ripa iam uictoria potiti. Denicꝫ coadunatis uiribus castra irrumpunt: Prætorem, qui paulò altiorem tumulum frustra cæperat, Romana ui resistentem obtruncant. Legionem diuinam, ut ne nuncius superesset, funditus delerunt. Verres solus tribunus militum, amne transmisso, in proximis paludibus se occultãs, honestam mortem subterfugit. Nec multo pòst Siciliæ Proconsul immani auaritia turpem mortẽ promeruit. Hæc ex fragmento Historiæ illius: quam fortè cum legisset, inter exempla uetustatis Abbas Vrspergensis, descriptione malè intellecta, cùm ad Augustam Drusi, quæ etiamdũ hodie manet ad Lyci & Vuertahę confluentes, fluuiorũ minime rapacium, tum ad Varianam cladem sinistrè detorquere conatur: cum apertè finium Noricorum & paludum proximarum hic mentio fiat, quæ minimè prope hodiernã Augustam Sueuiæ cernuntur. Tantum abest, ut de Variana clade, procul ad Oceanum Germanicũ, in mediterraneis Germaniæ accepta, ubi hodie Vuesfalia extenditur, intelligi queat. Quod ipsum rursus apertè arguit, locum non de nostra Augusta esse accipiendum, ubi cõfluentes fluuij necꝫ rapidi sunt, quales Isara & Loysa infra Monacum Bauariæ, necꝫ fines Noricorum ab ullo authore ad Lycum describuntur. Vbi nec ullæ paludes cernuntur, quales plurimæ infra Monacum uersus Tyrolim & Oeni ripam, qui Noricum fluuius à Vindelicia distinguebat, supersunt, nominib. cognitæ, Verdsee, Vualhensee, Ambersee, Vuirmsee, Schliersee, Tegersee, Khochlsee, Stafflsee. Vt dubium mihi planè nullum sit, quòd Ioannes Auentinus scribit, Augustę Vindelicum rudera infra Monacum extare ad confluentes Isarę & Loysæ. Manet adhuc loco imago ueteris nominis Vindelicum, Vinding. quin & Isaram à Ciza dea cognominatum fuisse existimo. Porrò quod scribit historia, Verrem Tribunum in proximis paludibus latuisse, confirmant coniecturam nostram nomina paludum eius loci, à Verre Virmsee, ab Italis Vualhensee, à tegendo Tegersee. Sed hæ cõiecturæ sunt. Atque hæc quidem sub Augusto facta sunt. Et uera esse quę recensentur in prædicto Vellej fragmento, corroborãt uerba Taciti libro primo historiæ Augustę, quum de Augusti exitu tractat, & Belgicarum legionum tumultũ recenset: Secuti (inquit) exemplum ueterani, pòst in Rhœtiam mittuntur specie defendendæ prouinciæ, ob imminentes Sueuos. Itacꝫ post cladem illam, restitutum limitem hunc fuisse, legionibus ueteranis duabus, tertia & quarta Italicis, non est quòd dubitẽ. Quarum uidelicet innumera cùm apud Bauaros in secũda Rhœtia, tum apud Sueuos in prima, exempla quotidie multa eruuntur. Quorum nõ pauca Antiquitatis studiosissimus uir, Chũradus Peutingerus in suas ædes Augustæ Drusi cõuexit, quæ inibi adhuc adseruatæ cernuntur. Cęterum ad huiusmodi restitutionem limitis Rhœtici sub Tiberio factum, alludit Cor. Tacitus libro

Error Abbatis Vrspergensis, de clade Variana.

Veteris Vindelicorum Augustæ uestigia.

Restitutio secunda limitis Rhœtici sub Tiberio.

A bro quinto historiæ: Et Abudius Ruso functus ædilitate, dũ Lentulo Getulico, sub quo legioni præfuerat, periculum facessit, quòd is Seiani filium generũ destinasset, ultro damnatur, atq; urbe exigitur. Getulicus ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat. Porrò sub Nerone una legio in Syriam, ex superiori Germania abusq; Rhoetico limite, abducta fuit, ut Tacitus libro xiij. refert: Et habiti per Galatiam & Cappadociam delectus, adiectaq; ex Germania legio, cum equitibus alarijs & peditatu cohortiũ. Atq; hæc prima denudatio fuit limitis Rhoetici. Quam excoepit mox facta à Vespasiano restitutio, adiectis priori duarum legionum præsidio, tribus, à Rhoeno abductis, uidelicet secunda Veterana, & xix, ac xxi Rapacibus: eo quòd bello ciuili flagrante inter Othonem & Vitellium, & mox inter Vespasianum ac Vitellium, uelut Illyricanum limitem Daci & Sarmatæ perrupere: ita Danubium in ea tum parte transgressi Sueui, eum, de quo tractamus, limitem Germanicum siue Rhoeticum similiter nudarunt. Quam rem Cor. Tacitus uidetur libro xix. attingere his uerbis: Infesta Rhoetia (inquit) cuius Porcius Septimius procurator erat, incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Foelix cum ala Auriana, & octo cohortibus, & Noricorum iuuentute, ad occupandam Aeni fluminis ripam, quod Rhoetos Noricosq; interfluit, missus. Nec his aut illis prælium tentantibus, fortuna partium alibi transacta: Antonio uexillarios è cohortibus, & partem equitũ ad inuadendam Italiã rapiente. Et iterũ: Et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus, simul ingens Germanorũ uis per Rhoetias timebatur: & ex Britannia Galliaq; & Hispania, auxilia Vitellius acciuerat. Hæc ille. Acciuisse autem ad defendendã Rhoetiam, credendũ est. Legionũ porrò Rhoeticarũ Tacitus lib. xx. meminit: Legiones (inquit) uictrices sexta & xviij. Vitellianarũ uigesimaprima, è recens con-
B scriptis secũda, Poeninis Cottianisq; alpibus, pars monte Graio traducũtur. Et iterum libro uigesimo: Atq; interim uigesimaprima legio Vindonissa, Sextilius Foelix cum auxiliaribus cohortibus, per Rhoetiam irrupere. Atque hactenus de secũda huius limitis restitutione. Sequitur tertia, quæ sub Valeriano facta est, per Aurelianum postea Cęsarem. Cuius rei Fla. Vopiscus his uerbis meminit, in historia Aureliani: Item Aurelianus contra Sueuos & Sarmatas ijsdem temporibus uehementissimè pugnauit, ac florentissimam uictoriam retulit. Et iterum, quum eius triumphũ describeret: Præcesserũt elephãti uiginti (inquit) ferę mansuetæ Libycę Palæstinę ducentę diuersę: quas statim Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauaret. Tigrides quatuor: camelopardali, alces, cætera talia per ordinẽ ducta. Gladiatorũ paria octingenta: præter captiuos gentiũ barbararũ, Blemyes, Axomitę, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Sarraceni, Persę, cum suis quiq; muneribus: Gothi, Alani, Roxolani, Sarmatę, Franci, Sueui, Vandali, Germani religatis manibus captiui præcesserunt. Atq; hæc de tertia restitutione limitis Rhoetici aduersus Sueuos suscepta. Sequitur quarta, sub Probo Cęsare, nõ ita multo post Aurelianũ facta: ut appareat, hunc limitẽ Aurelianũ perfectè nõ restituisse. Huc pertinere uidetur illud Vopisci in Probo: His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petijt: quæ omnes occiso Posthumio, turbatæ fuerãt, interfecto Aureliano, à Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia foeliciter gessit, ut à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas receperit ciuitates. Prædã deinde omnẽ, qua illi præter diuitias etiam efferebantur ad gloriam. Et cũ iam in nostra ripa, imò per omnes Gallias securi uagarentur, cæsis propè quadringentis millibus, qui Romanũ occupauerãt solũ, reliquos ultra Nicrũ fluuiũ & Albim remouit. Tantum is prædæ barbaricæ tulit, quantũ ipsi Romanis abstulerant. Contra urbes Romanas et castra in solo barbarico posuit, atq; illic milites

Restitutio limitis Rhoetici tertia sub Vespasiano.

Tertia limitis Rhoetici restitutio sub Aureliano.

Quarta limitis Rhoetici restitutio sub Probo.

Restitutio limitis Rhoetici sub Probo.

Restitutio limitis Rhoetici sub Probo.

lites collocauit. Agros & horrea & domos & annonã Transrhoenanis omnibus fecit, ijs uidelicet quos in excubijs collocauit. Nec cessatũ est unquam pugnari, quum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur, iam ad singulos aureos singula: quandiu reguli nouem ex diuersis gentibus uenirẽt, atq; ad pedes Probi iacerent. Quibus ille primùm obsides imperauit, qui statim dati sunt: deinde frumentum, postremò etiam uaccas atq; oues. Dicitur iussisse his acrius, ut gladijs non uterenẽ, Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus uindicandi. Sed uisum est id non posse fieri, nisi limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota prouincia. Et ne quis de alio quàm Rhoetico limite locutũ addubitet, sequiẽ in eodẽ Vopisci mox textu: Posthæc Illyricum petijt, & priusquàm ueniret, Rhoetias sic pacatas reliquit, ut ne ullam suspicionẽ quidem terroris relinqueret. Volueramus (inquit iactabundus in epistolis Probus, apud eundem) Patres Conscripti, Germaniæ nouum præsidem facere, sed hoc ad pleniora uota distulimus. Quod quidem credimus cõferre, quum diuina Prouidentia nostros uberius foecũdarit exercitus. Et iterum: Ago dijs immortalibus gratias, Patres Conscripti, quia uestra in me iudicia comprobarunt. Subacta est omnis quà tenditur latè Germania. Nouem reges gentium diuersarum, ad meos pedes, immò ad uestros, supplices strati'q; iacuerunt. Omnes iam Barbari nobis arant, nobis iam serunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationem igitur uestro more decernite. Nam & quadringenta hominum millia cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis ablata: & septuaginta urbes nobilissimæ, captiuitate hostium uindicatæ. Quæ uniuersa luce clarius ostendunt, hunc de Germania locum intelligendum esse, quà Rhoetijs obtenditur. Vbi hodie, ut diximus, inter Albim & Nicrum fluuios, quem hodie Neccarum dicimus, Risa Sueuiæ ac Vuirtenbergensis sitæ ditiones sunt. Tametsi autem, quarum legionum præsidio tum Romani hunc limitem restituerint, incertum sit: tamen coniectura quadam colligitur, tertiam Foelicem legionem pręcipuam fuisse ex his, quę limitem erant istum tutatæ. cuius uidelicet & Vopiscus in historia Aureliani mentionẽ facit. Arbitror uerò & octauam Augustam, & xxij. Primigeniam, septimam deniq; Geminam, in Rhoetijs inclinante penè Imperio statiua habuisse, omnes à limite Gallicano abductas. Siquidem innumera harum legionũ exempla, cùm in Vuirtenbergia & ad ipsam Niccari ripam, tum in Syluæ nigræ cõfinibus eruuntur: quorum duo fidei ergò subiecimus, à Neccaro fluuio haud procul Canthropoli reperta:

Tertia legio Foelix in Rhoetijs.

Legio octaua in Rhoetijs.

IN H. DD. IOV. ET IVNONI REGINAE GENIOQ. LOCI ET D.D. OMNIB. P. S. EDVLIVS IVLIANVS MIL. LEG. VIII. AVG. ANTONIANAE B—I COS. PRO SAL. SVA ET SVOR. ITERAT. POSVIT IMP. DIVI ANTONINI AVG. PII VR.

IN H. D.D. IOVI ET IVNONI REG. ET GENIO LOCI ET GERIONIS SR. VERVS MIL. LEG. XXII. ANTONINIANAE BI. COS. PRO SVA ET SVORVM DIVI ANTON.

Quinta limitis Rhoetici restitutio.

Cæterùm an hæ ipsæ legiones manserint usq; ad tempora Constantis & Iuliani, quibus limitis huius restituendi quinta cura fuit, haud equidem ausim affirmare. Equidem ea tempestate cum inclinaret Imperium, Martiorũ Braccatorũ & Cornutorũ legiones in Rhoetijs & ad lacum Podmanicũ excubias agitasse, dilucidè ex Ammiano aduertitur, qui libro decimoquinto, cum de alpibus Rhoeticis loquitur, Cottijsq;, ita nominatim scribit: Terrebant nos tamen, quum dicerentur hæc & similia circunfrementia undiq; murmura, causantis inopiam militis, &

A tis,& rapida celeritate ardẽtis angustias Alpium perrumpere Cottiarum. In hoc æstu mentis ancipiti, ad effectũ tendens consiliũ occulta scrutabamur indagine. Sederatq; tandẽ, mutatis prę timore sæpe sententijs,ut quæsitis magna industria cautis ministris, obstricto religionũ cõsecratione colloquio,Braccati solicitarent atq; Cornuti,fluxioris fidei,& ubertate mercedis ad momentũ omne uersabiles. Et iterum libro xvi.Cupiens itaq; augustissima omnium sede morari diutius Imperator,ut ocio puriore frueretur, & uoluptate,assiduis nũcijs terrebatur, & incertis,indicantibus,Sueuos Rhœtias incursare. (Et subdit:) Alij occupatis insulis sparsis crebrò per flumen Rhœnum,ululantes lugubre,cõuicijs & Romanos incessebant,& Cæsarem. Qui grauiore motu animi percitus,ad corripiendos aliquos, septem à Barbatione petierat naues, ex his quas ueluti transiturus amnen, ad compaginandos parauerat pontes: qui,ne quid per eum impetraret, omnes incendit. Doctus deniq; exploratorũ delatione recens captorum,æstate iam torrida, fluuium uado posse transiri, hortatus auxiliares uelites, cum Bainobaudo Cornutorum Tribuno misit:facinus memorabile,si iuuisset fors,paraturos. (Et iterũ:) Proinde Alemanni pulsis disiectisq; equitibus nostris, primam aciem peditum incesserũt,eam abiecta resistendi animositate pulsuri. Sed postquam cominus uentum est,pugnabatur paribus diu motibus. Cornuti enim & Braccati, usu præliorũ diuturno firmati,excipiũt eos. Loquit autem ibi de Iuliani aduersus Alemannos procinctu ad supercilia Rhœni & Danubij fluminũ. Reperio prætere rea duas Belgicas legiones, eadẽ Iuliani Cæsaris ætate,pro hoc fuisse limite aduersus Alemannos Sueuosq; compositas. Quarum libro 16.mentionem facit,ita scribens:Strata Germania, pacatisq; rigentis Rhœni meatibus, cruenta spirantiũ regum hic sanguinem fudit,alibi manibus catenas affixit.(Et subdit,ut de Istri exor
B tu ac syluis Harcianis locutũ putemus:)Marcellus, & ipse Vrsicinus adusq; expeditionis finem agere præceptus ijsdem in locis. Post uariatas itaq; sententias plures,cum placuisset, per decem pagos Alemannã adgredi plebem, densatis agminibus tendebat illuc solito alacrior miles. Et quia dies humectus & decolor, uel contiguum eripiebat aspectum, iuuante locorum gnaritate, hostes tramite obliquo discurso, post Cæsaris terga legiones duas arma cogentes adorti, penè delessent,ni subitò concitus clamor sociorũ auxilia coegisset. Deinde nominans legionem,de eisdem Alemannis sermonem continuans:Exiliuit itaq; subitò ardens optimatium globus,inter quos decertabant & reges, & sequente uulgo,ante alios agmina nostrorũ interrupit: & iter sibi aperiendo, adusq; Primanorũ legionem peruenit, locatã in medio. Atq; hactenus de legionibus eo in limite locatis,Constantio & Iuliano imperantibus, qui quàm sedulò Rhœtias atq; Danubium hàc perfluentem, contra oppositos Germanorum populos prędidio firmarint,uel ex hoc loco Ammiani colligi potest,qui est lib.xvi. de Constantio scilicet Constantini Magni filio loquentis:Cupiens itaq; Augustus, augustissima omniũ sede morari diutius Imperator,ut ocio puriore frueret & uoluptate,adsiduis nuncijs terrebatur,et incertis, nunciãtibus Sueuos Rhœtias incursare. Et iterum libro xvij. Vbi uerò per licentiam scandens in maius ad funestas prouinciarum clades erepsit,& crebras, cõmunitis aditibus Rhœticis, uenimus in Pannoniã. Idem libro xxi. cum Iuliani Cæsaris res gestas explicaret:Profecturis itaq; per Hartianas syluas,uiasq; iunctas Istri fluminis ripis,inter subita uehementer incertus, id uerebatur,ne cõtemptus,ut comitantibus paucis, multitudinẽ offenderet repugnantẽ. Quod ne fieret,consilio solerti præuidit,& agminibus distributis per itinera nota Italiæ,quosdam properaturos cum Iouino misit, & Iouio.alios per mediterranea Rhœtiarum,Magistro equitum Neuitæ commissos,qui diuisi per uaria opi-

Legiones Cornutorum & Braccatorũ in Rhœtijs.

Belgicæ duæ legiones in Rhœtijs.

Restitutio limitis Rhœtici à Constantio filio Constantini Magni facta.

nionem numeri præberent immensi, formidineq́ cuncta complerent. Atq; hæc A de restitutione limitis per Constantium & Iulianum facta. Sequitur nunc sexta eiusdem limitis restitutio, sub Valentiniano, eiusq́ filio Gratiano suscepta. Ad quam & alludit Ausonius hoc carmine:

Restitutio limitis Rhœtici sexta sub Gratiano facta.

Dicamus læto per rura uirentia tractu
Fœlicem fluuium, Rhœniq; sacremus in undis.
Sola sub Augustæ ueniens quòd mœnibus urbis,
Spectauit iunctos natiq; patrisq; triumphos
Hostibus exactis Nicrum super & Lupondum,
Et fontem Latijs ignotum annalibus Istri.

Quo ex loco apparet, Sueuos ex Rhœtijs per Gratianum pulsos ultra fontem Danubij, et ultra flu. Necharum, Lupfiumq́ castrum eius uiciniæ, quod Lupondum dici Ausonio, haud absurda coniectura doctiss. uir Beatus Rhœnanus deducit. Describit porrò idem poeta, Sueuorum in Rhœtias et Gallias irruptionẽ, isto carmine, quum Istrum depingit:

Nuncius Euxino iam nunc uolo currere ponto,
Ut sciat hoc superûm cura secunda Ualens:
Cæde, fuga, flammis stratos perijsse Sueuos,
Nec Rhœnum Gallis limitis esse loco.

Et iterum in Danubij altera periphrasi, Sueuorum sedium iam ad eius fluuij fontem positarum meminit, hoc uersu:

Danubius penitis caput occultatus in oris,
Totus sub uestra iam ditione fluo.
Quà gelidum fontem medijs effundo Sueuis,
Imperijs grauidas quà seco Pannonias. B

Et quia Ausonium Decium poetam, Illyrici constat fuisse præfectum, (ut de se ipse scribit quodã loco, ita inquiens: Præfectus magni nuncupor Illyrici:) uerisimile est, eidem bello interfuisse, & aliquot hostes ex Sueuis cæpisse. Extat quidem apud eundem carmen in Bissulam captiuam, Sueuam & amasiam:

Ut uoluisti Paule, cunctos Bissulæ uersus habes,
Lusimus quos in Sueuæ gratiam uirgunculæ. Et iterum:
Bissula trans gelidum stirpe & lare prosata Rhœnum,
Conscia nascentis Bissula Danubij,
Capta manu, sed missa manu, dominatur in eius
Delicijs, cuius bellica præda fuit.

Atque hactenus de restitutione limitis Rhœtici à Gratiano facta, quam eisdem legionibus, quibus Iuliani tempestate, administratam autumo. Post quæ tempora Sueui omnibus contractis uiribus, quum iam Imperio Archadius & Honorius præessent, Rhœtias à Romanis uindicatas occupauerunt. Id quod Claudianus poeta in bello Getico ostendit:

Non nisi perfidiæ nacti penetrabile tempus
Irrupere Getæ, nostras dum Rhætia uires
Occupat, atq; alio desudant Marte cohortes.

Et causam reddẽs huiusmodi nudationis siue amissionis Rhœtici limitis, subdit:

Per solitas uenere uias, aditusq; sequendos
Barbarico Romana dedit discordia bello.
Sed nec præteritis hæc res incognita sæclis,
Sæpe lacessitam, sed non impunè fatemur *Ausoniam.*—

Cæterùm

A Cæterùm non solum à Stilicone, Honorij & duce & socero, pulsos ex hoc limite Sueuos fuisse, uerùm etiam in uerba et fidem admissos, populo Romano tributa pependisse, Claudianus libro primo in Eutropium testatur, ita canens: *Occupatio limitis Rhœtici à Sueuis sub Honorio facta.*

—Tum fortè decorus
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus ultro
Germanis, responsa dabat, legesq; Caycis,
Arduus, & flauis signabat iura Sueuis.
His tribuit leges, his obside fœdera sancit
Indicto, bellorum alios transcribit in usus,
Militet ut nostris detonsa Sicambria signis,
Læta subit Romam pietas, & gaudia penè
Mouerunt lachrymas, tantoq; exultat alumno.

Idem in primo Panegyrico, restituti limitis Rhœtici laudem tribuit Stiliconi Vandalo:

Ut iam trans fluuium, non indignante Cayco,
Pascat Belga pecus, mediumq; ingressa per Albim,
Gallica Francorum montes armenta pererrent.
Ut procul Herciniæ per uasta silentia syluæ,
Venari tutò liceat, lucosq; uetusta
Relligione truces, & robora numinis instar
Barbarici, nostræ feriant impunè bipennes.

Cæterùm quarum potissimum legionum præsidio is tum fuerit limes firmatus, quo rerum Archadius & Honorius potiebātur, si quis quæret, huic ex Martia- B ni Scoti codice, qui Noticias Orientis & Occidentis comprehendit, respondebimus. Quo tempore Sueuos Stilico in Rhœtijs in uerba adegisset, cōstitutę mox sub Magistro militū isthic pro ripa Danubij fuere, legiones Palatinæ sex, auxilia Palatina xv. & uexillationes equitum Palatinorum sex, & totidem Comitatensiū. Legionū nomina erant, prima, (quam sub Iuliano adhuc ibidē excubasse, suprà ostendimus) undecima Martiariorum seniorum, Lanceariorū iuniorum, Scytharū & Dacorum. In auxilijs uerò Palatinis erant, Regij, Cornuti, Tubantes, Martiarij iuniores, Sagittarij seniores, Sagittarij Orientales iuniores & seniores, Sagittarij Dominici, Vindelici, Buccinobantes, Falconarij, Thraces, Thuringi, Fœlices Theodosiani, Fœlices Archadiani iuniores, & Secundotheodosiani. Præterea ex numero uexillationum Palatinarum numerabantur, Comites seniores, Equites Braccati seniores, Equites Bataui iuniores, Comites sagittarij Armenij, Equites Theodosiani seniores, & Equites Persæ clibanarij. Vexillationes deniq; Comitatenses tum in Rhœtijs constat ripam Danubij defendisse, scilicet Equites Cataphractarios, Equites Cataphractarios Ambienses, Equites Sextodalmatas, Equites secundoscutarios, Equites scutarios, & Equites Secūdoclibanarios Parthos. Atq; hæc formula septimę restitutionis extitit, ab Archadio & Honorio, eorumq; Magistro militum Stilicone suscepta. Quæ ad postremi modò Valentiniani imperium ualida permansit, quum iam post Martianum Constantinopolitanū imperium Leo, et Occidentale in Gallijs Maiorianus moderarentur. Qua quidem tempestate, Athilæ Hunnorumq; depopulatione occasione arrepta, denuò Alemanni & Sueui infestis in Rhœtiā signis excurrerunt, easq; in uniuersum Romano populo iuriq; prouincias ademerunt: quorum in hanc usq; diem ijs locis posteritatem cōsidere uidemus. Quanquam Sidonius Apollinaris, qui posterius uixit, huiusmodi uictoriam de Alemannis

Exercitus limitaneus in Rhœtijs sub Honorio.

Nudatio postrema limitis Rhœtici sub Honorio facta.

Sueui in Rhoetijs à Maiorano Augusto subiugati.

& Sueuis relatam, Maioriano attribuere uidetur. Id quod ex hoc carmine aduerti potest: A

Rhœtorumq; iugo per longa silentia ductus
Romano exierat populato trux Alemannus,
Perq; caui dictos quondam de nomine campos
In prædam centum nouies demiserat hostes. Et iterum:
Vile triumphalis portauit purpura semen,
Ut primùm ingesti pondus suscepit honoris,
Legat qui ueniam poscant Alemanne furoris.
Saxonis incursus cessat, Cattusq; palustri
Alligat Albis aqua.—

Catalogus principum Sueuæ gentis in Rhœtijs.

Post ea tempora cum iam ab Hunnorũ, Gothorum, Vandalorum, Gepidarũ, Francorum, Burgundionũ, Saxonumq; in reliquos Rom. limites migrationes, Sueui iam de possesione Rhœtiarũ securi essent, duces mox super se habere cœperunt, Agilmundum & Gibolphum. Quorum posteri siue successores Gothorum regibus uectigales usq; fuerunt: & ijs à Narsete uictis ac pulsis, Francorum monarcharũ ditioni in Rhœtijs subiacebant: Droctulphus, Fribadus, Rathari et Baldvuinus, quos Agathias et alij ex Latinis Græcisq; corruptè appellãt Leutharim & Bultinum, siue Buccelinum. Ac Fribadi quidem Sueuorũ in Rhœtijs principis, Cassiodorus in Epistolis mentionem facit, qui à Theodorico Bernensi, illo Gothorũ in Italia rege, Sueuis impositus fuerat. Qui secuti sunt, magna ex parte omnes Francorum imperatorũ auspicijs Sueuis præsederunt, Rotharius, Baldvuinus, Marsilius, Hechingus, Iurauus, Gotofredus, & Hiltebrandus, de quo nobis etiamnum Germanis cantilenæ quædam celebrant, sed rupto ordine temporũ. Atq; ab his principibus Sueuorum, duæ nobilissimæ ac uetustissimæ Comitum prosapię Vuelfonum ab Altorf: & Orientaliũ, qui modò Austrię Archiduces dicuntur, recto tramite originem traxerunt: fuitq; Hildegardis Caroli Magni coniunx, cœnobij Campidunensis fundatrix, Hiltebrãdi Sueuorum ducis filia, & Gerholdi orientalis Marchionis, siue Austriæ Principis in Pannonia prima, soror germana. Atq; hæc de limitis Rhœtici restitutione. Nunc loca authorum, quæ hoc de limite accipienda sunt, subijciam. Quorum Iulius Capitolinus, in historia Marci, de isto sic scribit: Imminebat etiam Britannicũ bellum, & Catti in Germaniam & Rhœtiam irruperũt. Et aduersus Britannos quidẽ, Calphurnius Agricola missus est, cõtra Cattos Aufidius Victorinus. Huc pertinet & illud Aelij Spartiani in Caracalla: Circa Rhœtias nõ paucos barbaros interemit, militesq; suos quasi Syllæ milites cohortatus est, et donauit. Sic Flauius Vopiscus in Bonoso: Militauerat primùm (inquit) inter ordinarios, deinde inter Equites duxit ordines, Tribunatus egit, Dux limitis Rhœtici, bibitq; quantum hominum nemo. Idem in Aureliano, quum cõcilium prefectorũ omnium apud thermas Byzantij cũ Valeriano Augusto refert, inter reliquas Fuluij Boi, Rhœtici limitis ducis mentionem facit. Huc referenda sunt quæ Nazarias in Panegyrico quinto ad Maximinianũ Augustum & Constantinum scribit: Ingressus est (inquit) per illam, qua Rhœtia est obiecta Germaniæ, simulq; uirtute ultra Romanum limitem uictoriam protulit. Idem in quarto Panegyrico: Quippe ultra Tigrim redacto, Dacia restituta, porrectis usq; ad Danubij caput, Germanię & Rhœtiæ limitibus. Adludit subinde ad hunc limitẽ & Ammianus Marcellinus libro xiiij. Deinde cibo abundè perlato, castra die prædicto sunt mota. Emensis itaq; difficultatibus multis, & niue obrutis callibus pluribus, ubi prope Raura cum uentum est, ad supercilia fluminis Rhœni, resistente multitudine Alemanna, pon- B

Loca authorũ de limite Rhœtico.

Loca Marcellini de limite Rhœtico.

A na, pontem suspendere, nauiũ compage, Romani uinimia uetabantur, ritu grandinis undiq; conuolantibus telis. Idem libro xx. de Germania loquens: Orantibusq; alijs qui superfuere, pacẽ ex arbitrio dedit. Hoc prodesse possessoribus finitimis arbitratus. Vnde reuersus pari celeritate prope flumen, præsidiaq; limitis explorans diligenter, & corrigens, adusq; Rauracos uenit. Loquitur autem ibi de Iuliano Cæsare, quem limitem Rhœticum restituisse, suprà diximus. Idem rursus libro xxi. Dum hæc ita aguntur (scribit) propinquante iam uere, nuncio percitus inopino, ad tristiciam uersus est, et mœrorem. Didicit enim, Alemãnos à pago Vadomarij exorsos, unde nihil post ictum fœdus sperabatur incommodum, uastare confines Rhœtijs tractus. Et iterum libro xxij. Amnis uerò Danubius, oriens prope Rauracos, confines limitibus Rhœticis, per latiorem orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, septem ostijs per hoc Scythicum littus erumpit in mare. Quum igitur Rauracos Rhœticis limitibus proximos esse hic dicat, haud dubium, & superius citatum locum, de ipso hoc limite intelligendum esse. Arbitror uerò Rauracos eum terræ tractum insedisse, qui hodie ab Hegouia secus Nigræ syluæ propaginem, Rhœniq; ripam, Basileam extenditur, Austriæ adhuc Ducibus uectigalem, & oppidis conspicuum Schaffhusio, Diengo, Vualdshuta, Laufenburgo, Sekhingo & Rynfeldio: à quo oppido ad alterum lapidem, Rauracorum Augustæ rudera uisuntur. Vocantq; locum in hanc usq; diem accolæ Augustam, gentilitia ex Romana contracta uoce Augstam. Huius uerò obiter admonendi hic lectores sunt, hunc Rhœtiæ limitem, aliàs authoribus Germanicum fuisse appellatum. Vnde Marcellinus libro xxvi. Omnisq; hic annus dispendijs grauibus rem Romanam afflixit. Alemanni enim perrupere limites Germaniæ. Ex quibus colligitur, plures tum Ger-
B maniæ limites extitisse, utpote illum Rhœticum, & alterum ad Rhœnum, Gallicanum aliàs cognominatũ. Atq; ad limitem quidem Germanicum hunc in Rhœtijs constitutum, alludit Claudianus in Getico bello:

Claudianus Rhœticum limitem depingit.

Prominet Herciniæ confinis Rhœtia syluæ,
Quæ se Danubij iactat Rhœniq; parentem,
Vtraq; Romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt unda coeunte minores
In nomen transire suum. te Cymbrica Thetys
Diuisum bifido consumit Rhœne meatu.
Thracia quinq; uadis Istrum uorat Amphytrite,
Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
Terga rotis, ambo Boreæ Martisq; sodales.
Sed latus Hesperiæ quà Rhœtia iungitur oræ,
Præruptis ferit astra iugis, panditq; tremendam
Vix æstate uiam. Multi ceu Gorgone uisa,
Obriguere gelu: multos hausere profundæ
Vasta mole niues, cumq; ipsis sæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur plaustra baratro.

Idem in quartum Honorij consulatum:

Aspera nubiferas quà Rhœtia porrigit alpes,
Pergit, & hostiles (tanta est fiducia) ripas
Incomitatus adit, totum properare per amnem
Attonitos reges humili ceruice uideres.

Ante

Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri A
Cæsariem, pauidoq; orantes murmure Franci
Procubuere solo. Iuratur Honorius àbsens,
Imploratq; tuum supplex Alemania nomen.

Huc pertinet, quod Eugyppus in historia Herulorũ & diui Seuerini, qui eos in Norico ripensi ad fidem Christi persuasit, de limite Batauino scribit, accipiens scilicet partẽ pro toto. Siquidem Boiodurum uetus, quod postea à Batauorum cohorte nomen mutauit, utpote in cõfluentibus Danubij & Aeni constitutum, communis limes Rhœtiæ ac Norici distinguitur, ubi hodie est sedes Batauiæ episcopalis, Austriæ Bauariæq; cõmunis diœcesis. Habet uerò locus Eugyppi sic: Per idem tempus quo Romanum cõstabat Imperiũ, multorũ milites oppidorũ pro custodia limitis stipẽdijs alebant. Qua cõsuetudine desinẽte, simul militares turmæ sunt deletæ cum limite Batauino. Ex quo iam rursus colligimus, limitẽ hunc in Rhœtijs, usq; ad tempora Zenonis et Iustiniani, Romano præsidio fuisse firmatũ. Constat enim, beatũ Seuerinũ sub Gelasio põtifice, et modò dictis Imperatoribus floruisse: ut quem è Rauenna ad Herulos, & religione sacrosancta, & mitioribus animis imbuendos, Iustinianus in Noricum destinauerat.

Limes Batauinus.

CAPUT NONUM. DE LIMITE RHOENI, SIue *Gallicano, & eius restitutione.*



RHœni limitem, tametsi Romani ante adhuc cõstitutum Imperiũ fecerint, utpote in Punico secũdo bello, ut Liuius est author, qui eum duabus semper legionibus tuebantur: is tamẽ nõ ultra Rhodanum, & in Allobrogibus tum fuit. Qui uerò ad Rhœnũ postea cœptus est, quo Gallias aduersus Germanos, eorumq; populos Sicambros, Francos, Bructeros, Batauos, & Cheruscos defendebant, à Caio Iulio Cæsare, eo qui Dictator fuit cognominatus, primùm omniũ positum fuisse cõstat: eo scilicet tempore, quo is Galliarum prouincias Romano nomini uendicauerat, & nouem legionum præsidio in fide retinuerat. Quarum quidem præcipuæ legiones fuerunt, decimatertia L. Roscio, & decimaquarta Q. Ciceroni commissa. Et quia aduersus Germanos is erat cœptus, non semel authoribus etiam Germanicus nominat. Altera erat causa, quòd inter duas Germanias mediaret. Distinguebant enim Romani ex formula, duas Germanias, primam et secundam. Quarum altera, iuxta ripam Rhœni, à Mogũtiaco per Vangiones, Nemetas, & Tribochos exporrigebatur (ubi est hodie Palatinatus, & Episcopales ditiones, Moguntiacẽsis, Bormaciacensis & Spyrensis.) Altera uerò, quæ & Coloniam Agrippinensem metropolim habebat, usque ad Tungros utrinq; extendebatur. Qua hodie intercapedine ducatus Lutzenburgensem Geldriæ, & Iuliacensem, cum Episcopalibus ditionibus Treuirensi & Leodiensi excurrere uidemus. Porrò hunc limitẽ affabrè describit Cor. Tacitus, libro secundo historiæ Augustæ: Cuncta inter castellũ Alisonem & Rhœnũ nouis limitib. aggeribusq; muniuit. Et libro primo: At Romanus agmine propero syluam Cæsiam, limitemq; à Tiberio cœptũ scindit, castra in limite locat. Idem libro uigesimo: Iurauere (inquit) qui aderant pro imperio Galliarum. interfectorẽ Voculæ altis ordinibus: cæteros, ut quisq; flagitium nauauerat, præmijs attollit. Diuisæ inde inter Tutorem & Classicũ curæ. Tutor ualida manu circũdatos Agrippinenses, quantumq; militum apud superiorem Rhœni ripam, in eadem uerba adigit. occisis Moguntiaci tribunis, pulso castrorum præfecto, qui detrectauerãt. Pertinẽt ad eiusdem limitis periphrasim & quæ libro secundo Herodianus scribit: Dum B

Duplex Germania minor.

Locus Taciti de limite Rhœni.

A bit: Dum hæc ageret, leui incertaq; spe subnixus, fama iam per Pannonicos Illyricosq; exercitus increbuerat, perq; exercitus omnes, qui ripis Danubij Rhœniq; excubantes, coercendis barbaris, Romanum Imperium tuentur. Meminit huius limitis & Fla. Vopiscus in Tacito, in oratione Velij Cornificij: qui, ut imperij gubernacula susciperet, Tacito persuadebat: Referimus ad uos, Patres Conscripti, (inquit) quòd sæpe retulimus: Imperator est deligendus. Exercitus sine principe rectè diutius stare non potest. Simul, quia cogit necessitas. nam limitem trans Rhœnum Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes ualidas, nobiles, diuites & potentes. Huc referenda sunt & quæ idem author in historia Aureliani scribit: Idem apud Moguntiacum tribunus sextę legionis Gallicanæ, Francos irruentes, cum uagarentur per totam Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona uendiderit. Et iterũ in epistola eius ad Senatum: Hi compresi sunt, septem millibus Ripariensium, Castrianorum & Daciscorum interemptis. Adludit ad huiusmodi limitem Plinius, in Panegyrico Traiano dicto: O' praua & inscia ueræ maiestatis ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari quem concupieris. Quumq; ex proximis hortis campum & comitia prospectes, sicut ab illis abes, tanquam Danubio Rhœnoq; dirimare. Sic Trebellius Pollio, in historia triginta Tyrannorum, in capite de Posthumio: Si quis sanè Posthumi meritum requirat, iudicium de eo Valeriani, ex hac epistola, quam ille ad Gallos misit, intelliget: Transrhœnani limitis ducem, & Galliæ præsidem Posthumum fecimus, uirum dignissimum seueritate Gallorum. Et rursus: Nam plerasq; Galliæ ciuitates, nõnulla etiam castra Posthumius per septem annos in solo Barbarico ædificauerat. Quæ, interfecto Posthumio, subita irruptione Germanorum direpta fuerant, & incensa. Huc pertinet & ille Sulpitij A-
B lexandrini locus, historiæ suæ libro quarto: Eugenius tyrannus suscepto expeditionis procinctu, Rhœni limitẽ petijt. Porrò nemo de eo limite frequentius tractat authorum, quàm Ammianus Marcellinus, quum Constantij et Iuliani Cæsarum aduersus reges Germanorum apparatus describeret. Itaq; libro historiæ eius xiiij. Hæc dum Oriens (inquit) diu perferret, cœli crescẽte tepore, Constãtius Consulatu suo septies, & Cæsaris iterum, egressus Arelate Valentiam petijt, in Gundomadum & Vadomariũ fratres, Alemanorũ reges, arma moturus. Quorum crebris excursibus uastabantur cõfines limitibus terræ Gallorum. Et subdit: Emensis itaq; difficultatibus multis, & niue obrutis callibus pluribus, ubi prope Rauracum uentum est, ad supercilia fluminis Rhœni resistente multitudine Alemana. Idem libro xv. Post interitum rebellium tyrannorum, quos ad hæc tentanda quæ mouerunt, rabies egit & furor, ueluti impijs eorũ manibus, Romanò sanguine parentantes insultant Barbari Gallias, rupta limitũ pace. Rursus libro xviij. de regibus Germanorum loquens: Et Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus, et signa, stupebat armorum uiriumq; uarium decus, uisa tunc primitus, proq; suis orabat. Vadomarius uerò nostris coalitus, utpote uicinus limiti, mirabatur quidem apparatum ambitiosi procinctus, sed uidisse se talia sæpe adolescentia meminerat prima. Idem libro uigesimo: Quo uetito, reuersus Lupicinus, antequam horum quidquam sciret, nullas ciere potuit turbas. Iulianus tamẽ iam celsiore fortuna, militisq; fiducia lætior, ne intepesceret, ne'ue ut remissus argueretur & deses, legatis ad Constantium missis, in limitem Germaniæ secundæ est egressus. omniq; apparatu, quem flagitabat instans negotium, cõmunitus, Obricensi Mosæ oppido propinquabat. Rhœno deinde transmisso, regionem subitò peruasit Francorum, quos Athuarios uocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percursantiũ extima Galliarum. Ex quibus colligimus, hunc, de quo

Loca Vopisci de limite Rhœni.

Locus Plinij de limite Rhœni.

Loca Marcellini de limite Rhœni.

quo tractamus, & secundæ Germaniæ limitem fuisse appellatum. Secunda uerò A Germania, à Colonia Agrippina per ripam Mosæ ad mare usque Germanicum extendebatur. Vt dubium nullũ sit, hunc ipsum Ammiani de Rhœni limite esse locum accipiendũ. Huc pertinet & alter locus, qui est libro xxvi. Et Orientẽ quidem regebat potestate præfecti Salustius, Italiam uerò cum Aphrica & Illyrico Mammertinus, & Gallias prouincias Germanus. Agentes igitur in memoratis urbibus Principes, sumpserunt primitus trabeas consulares. Omnisq; hic annus dispendijs grauibus rem Romanam adflixit. Alemanni enim perrupere Germaniæ limites. Et rursus libro trigesimo: Et uenit inmane quo quantoq; flatu distẽtus, ut futurus arbiter superior pacis: dieq; prædicto colloquij, ad ipsam marginem Rhœni, caput altius erigens stetit, hinc inde sonitu scutorũ intonante gentiliũ. Contrà Augustus ascensis amnicis lembis, septus ipse quoq; multitudine castrensium ordinum, tutius prope ripas accessit, signorum fulgentiũ nitore cõspicuus. Deniq; ad huiusmodi limitem subinde alludit Claudianus poeta, in sextum Consulatum Honorij:

Loca poetarũ de limite Rhœni.

Segnius an ueteres Istrum Rhœnumq; tenebant,
Qui nostram coluere domum? leuius ne timebant
Tigris & Euphrates, quum fœdera Medus & Indus Hinc peteret.—

Idem in Panegyrico Theodoro Consuli dicto:

Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & diues Hiberus:
Et quoties doluit Rhœnus, quà Barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.

Rursus in Panegyrico dicto Olibrio & Probino:

Annue, sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhœnus per utrumq; latus, &c.—

Idem in Panegyri tertia de laudibus Stiliconis: B

Ostentare suos prisco si more labores,
Et gentes cuperet uulgo monstrare subactas,
Certarent utroq; pares à cardine laurus,
Hæc Alemanorum spolijs, Australibus illa
Ditior exuuijs.—

Spectant ad eiusmodi limitem & quæ à Sidonio Apollinari scribuntur in Panegyrico:

Sed senibus residere loco, tibi maxime fluctu
Eridane, & flauis in pocula fracte Sicambris,
Rhœne tumens, Scythiæq; uagis equitate cateruis
Ister, & ignotum plus notus Nile per ortum.
Quum procul erecta cœli de parte trahebat
Pigros Roma gradus.— Et iterum:
Francus Germanum primum, Belgamq; secundum
Sternebat, Rhœnumq; ferox Alemanne bibebas,
Romanis ripis, & utroq; superbus in agro. Et iterum ibidem:
Si præfecturæ quantus moderetur honorem
Vir quæras? tendit patulos quà Gallia fines.

Huc pertinet quod idem scribit libro octauo Epistolarum, ad Leonem quendã: Sepone pauxillulum inclinatissimas declamationes, quas oris regij uice cõficis. Quibus ipse Rex inclytus, modò corda terrificat gentium transmarinarum, modò de superiore cum barbaris ad Vacalim trementibus, fœdus uictor innodat.

Atq;

A Atque hæc de limite Rhœni, ut eius passim authores classici meminere. Nunc quo pacto is fuerit limes restitutus, edisseram. Quod antequã faciam, binos Galliæ limites distinguo: alterum in mediterraneis Galliæ ad Rhodanum, nondum constituto Imperio: alterum post tempora Iulij Cæsaris, ad Rhœni ripam positum, qui & Germanicus appellabatur. Atque is quidem qui ante Imperium erat factus in Gallia Narbonensi, duabus subinde legionibus Romanis defensus extitit, ut multis locis ex Liuio potest confirmari. Nam libro primo Decadis tertiæ, de initijs secundi Punici loquens: Duas legiones Romanas (ait) & quatuor millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia prouincia eodem anno uersa in Punicum bellum habuit. Idem libro sexto eiusdem Decadis: Et prętoribus prioris anni, M. Iunio in Hetruria, Q. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus quas habuerãt, prorogatum est imperium. Et iterum: Exercitus eis duo decreti, qui in Hetruria Galliaque essent. Hæ quatuor legiones erant. Vrbanæ duæ superioris anni in Hetruriam: duæ, quibus Sulpitius consul præfuisset, in Galliã mitterentur: Galliæ & legionibus præesset, &c. Sic libro septimo eiusdem Decad. Prorogatum & L. Veturio Philoni est, ut Proprætor Galliam eandem prouinciam, cum eisdem duabus legionibus obtineret, quibus Pretor obtinuisset. Et rursus libro x. eiusdem: Prætores M. Sextius Galliam est sortitus, ut duas legiones, prouinciamque traderet ei P. Quintilius Varus, & Cluuius Brutios cum duabus legionibus. Idem lib. octauo quartæ Decadis, in Macedonici belli descriptione: De exercitibus ita placuit, è Gallia legiones quæ sub Clœlio fuerant, ad M. Tuccium Proprætorem in Brutios traduci, & qui in Sicilia esset dimitti exercitũ. Huc pertinet quod idem libro quinto Decadis quintæ scribit, Pisæ & Gallia decretę cum binis legionibus peditum, & equitum quadringentis.

Duplex limes Galliæ.

Restitutio primi Gallicani limitis ad Rhodanum.

B Atque hæc fuit limitis Gallicani restitutio ante Imperij constitutionem, dum is adhuc in mediterraneis ad Rhodanum fluuium esset. Posteaquam uerò ad Rhœnum is foret, Iulij Dictatoris auspicio propagatus, incerto semper legionum numero, prout res exigebat, firmabatur. Nam & Cæsar ipse, eius limitis auctor, à principio cum eum extenderet, legiones in eo nouem collocauit: hybernis tamen nondum ad ripam Rhœni, sed procul in mediterraneis, apud Treuiros, Neruios, Essuos atque Remos extructis. Hę posterius, Ariouisto ac Sueuis è Gallia profligatis, diminutæ, & à nouenario numero ad senarium contractæ fuere. Quarum præcipuas constat fuisse, septimam, octauam, nonam, decimam, decimamtertiam, & decimamquartam, omnes ueteranas, quæ Alaudæ Ciceroni sunt nuncupatæ. Sed ne nugas adferre quis nos existimet, meminit eius rei ipse Cæsar, qui eas legiones eò primùm duxerat, libro quinto Gallici belli: Subductis nauibus, conciliòque Gallorum Samarobrinæ peracto, quòd eo anno frumentum in Gallia, propter siccitates, angustius prouenerat, coactus est aliter ac superioribus annis, exercitum in hybernis collocare, legionesque in plures ciuitates distribuere. Ex quibus unam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Essuos L. Roscio, quartam in Rhœmis cum T. Labieno in confinio Treuirorum hyemare iussit, tres in Belgio collocauit. His M. Crassum quæstorem, & L. Munatium Plancum, & Caium Trebonium legatos pręfecit. Vnam legionem, quam proximè trans Padum conscripserat, & cohortes quinque in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam et Rhœnum, qui sub imperio Ambiorigis et Catiuulci erant, misit. hactenus ille. Est autem uerisimile, hunc numerum legionum posterius decreuisse, quum iam prouinciarũ formam Galliæ induissent. Hinc fit, quòd libris postremis is, quinto & sexto, modò quatuor, modò quinque septemque legionum mentionem facit.

Restitutio limitis Gallicani sub Cæsare primo.

Nouem legiones in Gallijs sub Cæsare primo.

Numerus legionum in Gallijs diminutus.

Nam libro vi. ita scribit: Itaq; nondum confecta hyeme, proximis quatuor legionibus coactis, de improuiso in fines Neruiorum contendit. Et iterum meminit vij. legionum: Hoc initio consilio, totius exercitus impedimenta, ad Labienum in Treuiros mittit, duasq; legiones ad eum proficisci iubet: ipse cum legionibus expeditis quinq;, in Menapios proficiscit. Atq; hæc prima fuit Rhœnensis limitis sub Cæsare primo restitutio. Quem mox nudauere præsidio, Pompeius Magnus, & Cæsare defuncto Octauius Augustus. Pompeius quidem uiuo adhuc Cæsare, et nondum Imperatore, cum soceri potentiam, siue potius fortunam grauiter ferret, simulatione Parthici belli, duas ex Gallijs legiones, ex superius uidelicet enumeratis nouem eduxit. Vnde queritur is libro primo Commen. Ciuilis belli: Atq; eisdem (inquit) de rebus Prætor Roscius agit cum Cęsare, sibiq; cōmemorasse demonstrat. Quę res etsi nihil ad leuandas iniurias pertinere uidebatur, tamen idoneos nactus homines, per quos ea quæ uellet, ad eum perferrētur, petit ab utroq;, quoniam Pompeij mandata ad se pertulerint, ne grauarētur sua quoque ad eum postulata deferre: si paruo labore magnas controuersias tollere, atq; omnem Italiam metu liberare possent. Et subijcit: Sibi semper Reipublicę primam fuisse dignitatem, uitaq; potiorem: doluisse se, quòd populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitijs populus iussisset. Tamen hanc honoris iacturam sui, reipublicæ causa æquo animo tulisse, cum literas ad Senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetrauisse. tota Italia delectus haberi: retineri legiones duas, quę ab se, simulatione Parthici belli sint abductæ. Atque hæc prima fuit eius limitis & restitutio & denudatio. Quam Augusto Imperante maiorem fuisse, ob imminentes in Rhœtiam Sueuos, uerisimile est: & pręcipuè ob Quintilij Vari cladem, quę haud procul ab hoc limite in Germania acBcepta fuit. Id quod potest ex his uerbis Cor. Taciti, libro primo historiæ Augustæ colligi. nam cum primæ & uigesimę legionum seditionem ad Vbiorum Coloniam descripsisset, subdit: Secuti exemplū ueterani, haud multo pòst in Rhœtiam mittuntur, specie defendendę prouinciæ ob imminentes Sueuos. Accessit alia caussa eius restitutionis, quam ab Augusto susceptam in hoc limite fuisse, diximus: quòd Sicambri uidelicet (incognitum antea Romano populo genus nationis) tum traiecto Rhœno in Gallias traiecissent. Ad quod Tacitus libro decimo adludit, cum Claudij historiam enarrat. Ac præcipua Sylurum peruicacia, quos accēdebat uulgata Imperatoris Romani uox, ut quondam Sicambri excisi, ut in Gallias traiecti forent, ita Sylurum nomen penitus extinguendum. Videtur alludere præterea ad eandem & Sicambrorum in Gallias incursionem, & restitutionem Rhœnensis limitis sub Augusto, opera priuignorum eius Tiberij & Drusi, Horatius poeta, libri quarti Oda xiiij.

Restitutio limitis Gallicani secunda sub Augusto.

Maior Neronum mox graue prælium
Commisit, immanesq; Rhœtos
Auspicijs pepulit secundis. Et mox:
Nilusq; & Hister, te rapidus Tigris,
Te cæde gaudentes Sicambri
Compositis uenerantur armis.

Cæterùm quot ac quæ legiones cum Varo fuerint cæsæ, in ista limitis Rhœnensis denudatione, quæ præcessit restitutionem, ostendit Velleius Paterculus, loquens de Tiberio: Vltimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello manum Cæsar, quum intra quinq; cōsummati tanti operis dies funestæ ex Germania

A mania epistolę, cæsi Vari, trucidatarumq́ legionum trium, totidemq́ alarum, & sex cohortium. Inuenio uerò ex cæsarum istarum trium legionum decimam nonam unam extitisse. Hac itaque & alijs tum à Germanis trucidatis, accidit, ut reliquæ, uidelicet tertia, quarta, & xxij. contra Sueuos, in Rhœtias abducerentur. Quæ res fecit, ut paucæ pro limite Rhœni ea tempestate legiones excubarent. Quem tamen mox Drusus & Tiberius, restituêre firmiter, & ad octo legionum summam præsidium ibi locatum auxere. Vnde Velleius Paterculus de Tiberio scribens, quum Varianã cladem recẽsuisset: His auditis reuolat (inquit) ad patrem Cæsar, perpetuus patronus Romani imperij, adsuetam sibi causam suscipit, mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, præsidia munit, se magnitudine sua, non fiducia hostium metiens, qui Cimbricam Teutonicamq́ militiam Italiæ minabantur. Vltra Rhœnum, cum exercitu transgreditur. Sic Cor. Tacitus libro quarto, cum limites omnes à Tiberio restitutos refert: Sed præcipuum robur, Rhœnum iuxta, commune in Germanos Gallosq́ subsidiũ, octo legiones erant. Secuta est quarta huius limitis restitutio, sub Claudio Cæsare facta: qui præter has octo legiones Rhœnenses, etiam triremes naues in Rhœno ducere docuit, & duas insuper in Lugdunensi Gallia legiones constituit, ut Cornelius Tacitus libro undecimo est author. Ideo Claudius (inquit) adeò nouam in Germania uim prohibuit, ut referri præsidia cis Rhœnum iuberet. Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni, hæ literæ redduntur. Ille, re subita, quanquam multa simul offunderentur, metus ex Imperatore, contemptus ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus, quàm Beatos quosdam duces Romanos, signum receptui dedit. Ne tamẽ miles ocium exueret, inter Mosam Rhœnumq́, trium et uiginti millium spacio fossam produxit, qua incerta Oceani uetarentur. Et rursus de triremibus sermonem continuans: At Corbulo prouinciam ingressus, magna cum cura, & mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alueo Rhœni, cæteras naues, ut quæq́ habiles, per æstuaria & fossas adegit, lintribusq́ hostium depressis, & exturbato Gannasco, ubi præsentia satis composita sunt legiones operum ac laboris ignaras, populationibus lætantes, ueterem ad morem reduxit. Sed quæret quis, Quænam istæ legiones extiterint? Ego uerò existimo, reliquias iam inde ueterani illius Iulij Cæsaris exercitus, ad ripam Rhœni remansisse, quarum erant legiones quatuor: uidelicet nona, decima, decimatertia, & decimaquarta Geminæ. Erantq́ istæ proximè ripam Rhœni ita locatæ, ut in Menapijs nona, pago Tolbiaco apud Treuiros decima, Nouesij supra Vbios decimatertia, & proximè Britannias apud Batauos xiiij. legio consisteret. Quibus quatuor aliæ additæ fuerunt. An uerò hæ fuerint, quas Tacitus sub Vespasiano recenset libris xx, & xxi, uidelicet primam Bonnæ, secundam & quintam in ueteribus castris, & apud Moguntiacum decimamoctauam, non sanè ausim affirmare. Cæterę quę sub Cæsare Iulio & Augusto excubias ducebant, maturè abductæ fuerunt: tertia uidelicet, quarta, atque uigesima in Rhœtias: in Pannoniam decimaquinta Apollinaris, & sexta in Britanniã. Atq́ hæc fuit Claudiani temporis restitutio, quę penè eadem cum Neroniana ætate extitit, paulò tamen legionibus aliter transpositis. Quare qui Tacitum legit libro historiarum xvi. & sequenti, ubi Galbæ is & Othonis imperia describit, inueniet eo in limite easdem propè extitisse legiones: in Germania quidem superiori ad Coloniam Agrippinam duas, hoc est, quartam & decimamoctauam: in Germania uerò inferiori quatuor reperiet, primam Mineruiam, quintam Alaudam ueteranam, decimamquintam Apollinarem, & decimamsextam. Quas omnes simul Vitellius, qui eius limitis fuit præfectus, aduersus Othonem in Italiam abduxit, sub legatis

B

Restitutio tertia limitis Gallicani sub Tiberio.

Quarta limitis Rhœni restitutio sub Claudio.

Abductæ legiones à limite Rhœni.

Denudatio secunda limitis Gallicani sub Vitellio.

A.Cæcinna & Valente. An uerò sex duntaxat ea tempestate, uel plures legio- A
nes, eo in limite excubarint, ostendit Tacitus libro xvij. quum Vitellij à Rhœno
contra Othonem profectionem explicat: Valenti (ait) inferioris exercitus ele-
cti, cum Aquila quintæ legionis, & cohortibus alijsq́, ad quadraginta milia ar-
matorum data. Triginta milia Cæcinna è superiori Germania ducebat, quorũ
robur legio una prima & uicesima fuit. addita utrique Germanorum auxilia, è
quibus Vitellius suas quoq; copias suppleuit, tota mole belli secuturus. Igitur
plures tum quàm sex legiones pro limite Rhœni fuisse compositas, censendum
est: nisi potior pars eius exercitus, qui ad summum septuaginta millia expleue-
rat, ex auxilijs cõstiterit. Et quia tum, hoc est sub Vitellio, hunc iterum limitem
nudari contigerat, ut dictum est, omnibus à Vitellio aduersus Othonem legio-
nibus excitis: ne aliquis putet, nouos deinceps in hoc limite scriptos fuisse exer-
citus, docebo, illas maiore ex parte legiones, uti quondam à Dictatore scriptæ
atque inibi locatæ fuerant, exacta militia in Italia, ac finito bello ciuili, hybernis
suis restitutas. Quamobrem Antonini Itinerarium, ad Rhœni ripam legiones

Legiones Gallicæ abductæ à Vitellio, à Vespasiano omnes suis sunt redditæ hybernis.

ijs penè locis enumerat, quibus Cornelius Tacitus, libris xx, & xxij, uideli-
cet primam Bonnæ prope Vbios, secundam à Colonia uersus Vetera castra,
quintam in ipsis Veteribus castris, sextam in Batauis, decimamtertiam Nouesij,
decimamquartam in confinio Batauorum & Britannorum, & xviij. apud Mo-
guntiacum: adeò quòd quatuor, & non plures in Antonino desiderantur, quæ à

Abductæ legiones post tẽpora primi Cæsaris à limite Rhœni.

Cæsare unà cum cæteris fuerant relictæ, cæterum abductæ posterius: in Rhœ-
tias, tertia & quarta Italicæ: uigesima Rapax in Sequanos & Heluetios, ubi hi
Rhœtias contingunt: & decimaquinta Apollinaris in Pannonias, & inde Syriæ
& Iudææ præsidio. His, arbitror, à Traiano Imperatore posterius additam fuis-

Tricesima legio scripta ad Rhœnũ à Traiano.

se tricesimam Vlpiam, & inter Moguntiacum & Coloniam Agrippinam loca-
tam, ubi in hanc usque diem ruinæ statiuorum, uetus nomen utcunque expri- B
munt: incolæ Trechshusen, tanquam diceres Traiani domum, appellant. Itaq;

Transpositæ legiones Rhœni à Traiano, uel Hadriano.

tametsi manserint maiore ex parte legiones penè omnes ad limitem Rhœni, usq;
ad Traiani sæculum, mutarunt ex his tamen quædam statiua. Et xiij. quidem
ex Nouesio in agrum Lugdunensem abducta fuit, ubi scilicet in Tynurtio oppi-
do, Antonini illius Itinerarium meminit. Eadem ratione septima ac duodeci-
ma legiones posterius transpositæ fuerunt: & ex Senonibus (ubi illorum Cæ-
sar libro vij. Gallici belli mentionẽ facit) septima quidem in Treuiros, duodeci-
ma uerò in Leucos ductæ fuere. Quare Antonini itinerarium, Antoninorum
priorum Rempublicam describens, septimam in Ausaua uico & Durnomago
memorat: duodecimam uerò in Eborobrica & Arciaca, cuius & Dion libro lv.
ad Rhœnum in Gallijs mentionem facit, et Fulminatricem appellat. Idem Dion,
(quem constat sub Traiano floruisse, & Hadriano) sextæ uictricis in Gallia me-
minit, quæ & ipsa una ex Cæsaris Dictatoris limitaneo Galliarum exercitu su-

Legiones à limite Rhœni in Pannonias ad Danubium abductæ.

pererat. Porrò fuerunt præter illas, quas diximus fuisse in Rhœtias abductas,
aliæ quædam, exigente usu belli, transpositæ à Marco Cæsare, ut opinor, in Pan-
noniam: decima Alauda, & decimaquarta Germanica: quarum uidelicet scri-
ptores hi qui ætatem Marci & Traiani antecesserũt, ut Cornelius Tacitus, mini-
mè in Pannonijs ad Danubium, sed potius in Gallijs ad ripam Rhœni, mentio-
nem faciunt. Cæterum reliquas legiones, quarum Itinerarium in Belgis com-

Legiones exauctoratæ ab Augusto.

meminit, utpote xxij. in Augustoduno & Cathelaunis: xxiij, in Ambianis: xxiiij,
in pontibus Scaldis: & xxvi, ad Gessoriacum nauale, &c. an eædem fuerint cum
his quas Dion refert horum quoque numerorum ab Augusto fuisse exauctora-
tas, adfirmare non possum. Veluti nec illud, manserint ne ad eum limitem us-
que

A que ad tempora inclinantis Imperij legiones illæ, ut enumerauimus, omnes. Vnam tamen Fla. Vopiscus in historia Aureliani ad hunc limitem, sextam recenset, cuius is uidelicet legatus sub Valeriano fuerat, & eius opera multa fortiter, aduersus Francos præcipuè, in Gallias transire conatos, Aurelianum gessisse tradit: (& ut eius uerbis utar) Idem apud Moguntiacum Tribunus sextæ legionis Gallicanæ, Francos irruentes, quum uagaretur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona uendiderit. Ex quo apparet, sextam eius fuisse limitis restitutionem, Imperantibus Valeriano et Galieno factam, quum iam iterum Franci Rhœnum transire in Gallias conarentur: sicut postea sub postremo Valentiniano, non solum hunc peruaserunt, sed Galliæ insuper magnam partem occuparunt. Ea uerò, de qua hic loquimur, firmatio non ipsorum Imperatorum tum erat, Valeriani inquam & Galieni, sed ducum ipsorum opera facta, qui in Gallijs regebant, Aureliani uidelicet & Posthumij: quorum alter ad Imperij apicem posterius peruenit, alter inter triginta Tyrannos recensetur, qui Rempublicam Romanam sub Galieno afflixerunt. De quo Trebelius Pollio ita scriptum reliquit: Nam plerasque Galliæ ciuitates, nonnulla etiam castra Posthumus per septem annos in solo barbarico ædificauerat, quę interfecto Posthumio, subita irruptione Germanorum et direpta fuerant, & incensa. Vnde patet, Galieni tempestate hunc limitem tertiò fuisse suo denudatum præsidio. Quod an per Constantinum Magnum, cum is Britanniã administraret, hybernis suis fuerit restitutum, incertus sum. Equidem & Francis & Alemannis pulsis, eundem, de quo loquimur, Constantinum, Gallias liberasse, Eutropius scribit: Auctæ Maxentio opes, confirmatum est imperium. Herculeus ad Gallias profectus est, dolo composito, tanquam à filio esset expulsus, ut

Sexta legio quàm diutißimè ad Rhœni limitem excubabat.

Sexta restitutio limitis Gallicani sub Valeriano & Aureliano.

Denudatio tertia limitis Gallicani.

Septima limitis Gallicani restitutio à Cõstantino Magno facta.

B Constantino genero iungeretur: moliens tamen Constantinum reperta occasione interficere, qui in Gallijs & militum ingenti fauore regnabat, cæsis Francis atque Alemannis, captisq; eorum regibus: quos etiam bestijs, quum magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit. Et iterum de Constantio patre Constantini loquens: Per idem tempus (inquit) à Constantio Cæsare in Gallia bene pugnatum est circa Lingonas, die una aduersam & secundam pugnam expertus est. Nam quum repentè Barbaris ingruentibus intra ciuitatem esset coactus, tam præcipiti necessitate, ut clausis portis, in murũ funibus tolleretur, uix quinque horis medijs, aduentante exercitu, sexaginta fermè millia Alemanorum occidit. Huius historiæ quoque Pacati Panegyricus meminit. Vnde arguimus, Constantinum, limitem Gallicanum probè firmatum præsidio tenuisse: quem tamen mox sub eius filio Constantio, Alemanni & Franci denuò inuaserant. Quare subinde legimus apud Marcellinum, Constantium multa pro Rhœno et Gallijs cum barbaris bella habuisse: cuius mehercule rei causa fuit, quòd abductis legionibus in Orientem aduersus Persas, hunc Rhœni limitem denudasset.

Denudatio quarta limitis Gallicani.

Et ut rem autoritate confirmem, libet eius de quo meminimus autoris uerba recensere, de Constantij hæc scilicet imperio scribentis, libro xix. quum expeditionem in Persas tractat: Erant nobiscum (inquit) duæ legiones Magnentiacæ, recens è Gallijs abductæ, ut prædiximus, uirorum fortium & pernicium, ad planarios conflictus aptorum. Et rursus libro xx. de Iuliano locutus, quem iam in societatem principatus Constantius asciuerat: Perpendebat enim ad relationẽ suam, quam olim putabatur misisse, abstrahendos à Galliarum defensione pugnaces numeros, barbarisq; iam formidatos. qui cum suscepisset Cæsaris literas, monentis, petentisq; ut uenire accelerarer, Rempublicam consilijs iuuaturus, obstinatissimè detrectabat. hæc ille. Et quia Constantius limitem Rhœ-

Sub Constantio legiones Gallicæ in oriẽtem abductæ.

ni nudauerat, abducto in Oriente è Gallijs exercitu, & paucis apud Iulianum nu- A
meris relictis: refert postea idem autor, in legione Petulantiũ libellum famosum repertum, in quo querela erat huiusmodi abstractionis. Sed subijciam uerba: Hocq; comperto, apud Petulantium signa, famosum quidam libellũ humi proiecit occultè, inter alia multa etiam id continentem: Nos quidem ad orbis terrarũ extrema ut noxij pellimur, & imbelles: caritates uerò nostræ Alemannis denuò seruient, quas captiuitate prima post internecíuas liberauimus pugnas. Quo textu ad comitatum perlato, lectoq;, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum famílijs eos ad orientẽ proficisci præcepit, Clauicularis cursus facultate permissa. Huc pertinent, quæ libro xviij. de eisdem abductis è Gallia in orientem à Constantio narrantur: Sed tunc ingruentem Persarum multitudinem sex legiones raptim percursis itineribus antegressæ, muris adstitere firmissimis, Magnentiaci & Decentiaci: quos, post consummatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos, ad Orientem uenire cõpulit Imperator, ubi nihil præter bella timetur externa: Tricesimani, Decimiq; Fortenses, & Superuentores atque Præuentores, cum Aeliano iam Comite, quos tyrones tum etiam nouellos hortante, memorato adhuc protectore erupisse Singara, &c. Atque hæc iam causa fuit, quamobrem nudato per Constantium limite, Iulianus, qui tum ascitus in Occidentis imperium fuerat, eum rursus omnibus modis restituere cogitaret. Et quanquã Decentiacæ Magnentiacæq; legiones, ac Constantiacę, in Orientẽ iam abductę fuerant: tamen aliunde ex Thracia & Rhœtijs in locum remotarum legiones fortes disposuit, Iouiam uidelicet Herculianorum, Neruiorum, Braccatorum, Cornutorum, Petulantium, & Gentilium: partim ab insignibus, partim à populis auxiliaribus, quibus constabant, cognominatas. His & res magnas tum Iulianus ad Rhœnum gesserat, & pacatis Gallijs Alemanorum reges, Hortarium, Vrsicinũ, B
Vestrapellum, Vadomarium, Suomarium, Chondomarium, et Serapionem, uictos in acie, in Romana insuper uerba adegerat. Sed libet ex multis super ea re locis, unum saltem ex Ammiano referre, qui est libro uigesimoprimo, quum uictoriam insignem Iuliani, ad Concordiæ montem, haud procul Rauracis & Sequanis, Chondomarijq; & Vadomarij Alemanorum regum captiuitatem insinuasset (quorum alter in acie, alter domi captus erat) subdit tandem: Finitisq; epulis, Vadomarium fortiter adprehensum, rectori militum arctè custodiendum apud signa commisit, textu lecto iussorum, comitibus eius ad sua redire compulsis, super quibus nihil fuerat imperatum. Exhibitus tamen idem Rex ad Principis castra, iamq; spe ueniæ omni præclusa, quum interceptum Notarium, & quæ scripserat ad Constantium cõperisset iam publicata, ne conuicio quidem tenus compellatus, missus est ad Hispanias. Id enim studio curabatur ingenti, ne Iuliano discedente à Gallijs, immanissimus homo, prouinciarum statum ægrè compositũ, licentius cõturbaret. Hoc casu elatior Iulianus, Regis opinione citius intercepti, quem profecturus ad longinqua formidabat, nihil remittentibus curis, barbaros adoriri disposuit: quos peremisse Libinonem Comitem in congressu cum militibus, docuimus paucis. Et ne rumor aduentus sui, eos ad remotiora traduceret, superato Rhœno, noctis alto silentio, cum auxiliorum expeditissimis globis, nihil metuentes huiusmodi circunuenit: excitatosq; hostilium fragore armorum, dum gladios circumspectant, & tela, celeriter inuolauit, & quosdam occidit, &c. Et subijcit mox in oratione Iuliani, qua gloriatur de restitutione huius limitis: Arbitrio Dei cœlestis, uobis inter ipsa iuuentæ rudimẽta permixtus, irruptiones Alemannorum adsiduas, & Francorũ, populandiq; iugem licentiam fregi: & uigore communi Romanis agminibus, quoties libet, Rhœnum peruium feci, contra rumorum fre-

Quæ legiones ex Gallia ad Orientẽ abductæ fuerant.

Octaua limitis Gallici restitutio à Iuliano facta.

Nouæ legiones in Gallia scriptæ.

Alemanorum reges uicti ad limitem Rhœni à Iuliano.

A rum fremitus, gentiumq́ue ualidarum uiolentos excursus stando immobilis, uirtutis uestræ nimirum firmamento confisus. Et hæc quæ exhausimus, Galliæ spectatrices, post funera multa iacturasq́ue recreatæ, diuturnas & graues, posteritati per ætatum examina cōmendabunt. Et hactenus de restitutione limitis Gallicani per Iulianum facta. In qua quidem, uti diximus, multæ ad Rhœnum legiones, auxiliáq́ue & Palatina & Comitatensia, adductæ sunt, & repositæ in earum uicem, quas Constantium diximus, non sine Reipublicę ingenti detrimento in Orientem traduxisse. Sed hæ an omnes posthac manserint isthic, incertum est. Quatuor sanè sub Valentiniano primo, Ammianus ad Rhœnū uidetur meminisse, uidelicet Batauorum, Herulorum, Iouiorum, & Victorum. Has arbitror legiones, in limite Gallicano deinceps mansisse. Sed quia præsidiū, tot gentibus impetentibus, ualidum haud erat, plures fuerunt ibi nouæ legiones collocatæ, quas mox in Honorij restitutione commemorabo. Id quod ex his uerbis Ausonij, in Panegyrico Gratiano dicto, colligitur: quæ docent apertè, limitem Rhœni rursus à Gratiano fuisse restitutum: Quod longissimum iter est, Gratiane, tot Romani Imperij limites, tot flumina & lacus, tot ueterum intersepta regnorum, ab usq́ue Thracia per totum (quàm longus est) locum Illyrici, Venetiam, Lyguriamq́ue, & Galliam ueterem, insuperabilia Rhœtiæ, Rhœni accolas, Sequanorum inuia, porrecta Germaniæ, celeriore transcursu quàm est properatio nostri sermonis, euoluis, nullaq́ue requie ocij, ne somni quidem aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illustres. Et iterum: Aguntur enim gratiæ non propter Maiestatis ambitum, nec sine argumētis, Imperatori fortissimo. Testis est, uno pacatus anno, & Danubij limes, & Rhœni. Et subijcit: Possem ire per appellationes tuas, quas olim uirtus dedit, quas proximè fortuna cōcessit, quas adhuc indulgentia diuina meditatur. uoca Germanicum deditione gentilium, Alemanicum traductione captorum, uincendo & ignoscendo Sarmaticum. Huc pertinet & carmen eiusdem in Danubij periphrasi:

Nona restitutio limitis Gallicani sub Gratiano.

B

Nuncius Euxino iam nunc uolo currere Ponto,
Ut sciat hoc superûm cura secunda Ualens.
Cæde, fuga, flammis stratos perijsse Sueuos,
Nec Rhœnum Gallis limitis esse loco.

Atque hactenus de limitis Rhœnensis restitutione, à Gratiano instituta. Quem tamen paucis post annis, inter initia Honorij, Theodosio seniore extincto, iterum nudatum præsidio, Claudianus hoc carmine ostendit, in Gethici belli descriptione:

Denudatio limitis Gallicani quinta, sub Honorio.

Agmina quin etiam flauis obiecta Sicambris,
Quæq́ue domant Scynthos, immansuetosq́ue Cheruscos,
Huc omnes uertere minas, tutumq́ue remotis
Excubijs Rhœnum solo terrore relinquunt,
Ullá ne posteritas credet? Germania quondam
Illa ferox, populis quæ uix instantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Iam sese placidam præbet Stiliconis habenis.
Ut nec præsidijs nudato limite tentet
Expositum calcare solum, nec transeat amnem,
Incustoditam metuens attingere ripam.

Et iterum in Panegyrico Manlio Theodoro dicto:

O quoties doluit Rhœnus, quà barbarus ibat,

A

Quòd te non geminis frueretur iudice ripis,
Unius sit cura uiri.—

Restitutio limitis Gallicani nona sub Honorio.

Ex quibus apparet, abductis à Rhœno legionibus contra Gothos Pannoniјs & Italiæ imminentes, tum limitem Rhœni extitisse nudatum. Quem tamen Stilico nis uirtute, idem Imperator ualidissimo præsidio, multarum legionum auxiliarium, uexillationumq́ equitum restituit, uictis etiam ad Rhœnum Francis. Id quod ex hoc carmine Claudiani libro in Eutropium primo elicitur:

Tunc sic orsa loqui: Quantum te principe possim,
Non longinqua docent, domito quòd Saxone Thetys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto,
Ante pedes humili Franco, tristiq́ Sueuo
Perfruor, & nostrum uideo Germanice Rhœnum.

Idem in tertium Honorij consulatum:

Te nascente ferox toto Germania Rhœno
Intremuit, mouitq́ suas formidine syluas
Caucasus, & positis numen confessa pharetris,
Ignauas Meroë traxit de crine sagittas.

Loca Claudiani de restitutione limitis Gallicani sub Honorio.

Repetit hoc in tertia Panegyri ad Stiliconem:

Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes,
Inde catenato gemeret Germania Rhœno.

Et subdit, adludens ad triumphum inde partum:

Certarent utroq́ pares à cardine laurus,
Hæc Alemanorum spolijs, Australibus illa
Ditior exuuijs: illinc flauente Sicambri B
Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.
Ipse albis ueheretur equis, currumq́ secutus
Laurigerum, festo fremuisset carmine miles.

Ex quibus liquet, contra Francos & Alemannos eum tum fuisse limitem legionibus nouis ab Honorio & Stilicone socero eius firmatum. Id quod rursus secunda Panegyri ad eundem Stiliconem sub persona Galliæ, paulò clarius insinuat:

— Tum flaua repexo
Gallia crine ferox, euinctaq́ torque decoro,
Binaq́ gesa tenens, animoso pectore fatur:
Qui mihi Germanos solus, Francosq́ subegit,
Cur nondum legitur fastis? cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen? quod iam numerare decebat.
Usq́ adeo'ne leuis pacati gloria Rhœni?

Et rursus eadem Panegyri, renouatas ciuitates Rhœni testatur, quę erant à Francis & Alemanis paulo antè destructæ:

Grates Gallus agit, quòd milite tutus inermi,
Et metuens hostile nihil, noua culmina totis
Aedificet ripis, & sæuum gentibus amnem
Tybridis in morem, domibus præuelet amœnis.

Idem in primo Panegyrico Stiliconis, Sueuos & Sicambros nō solum uictos, uerùm etiam receptos in ditionem adserit, hoc carmine:

— Tot prælia sanguine nullo
Perficis: & luna nuper nascente profectus,

Antè

A *Ante redis, quàm plena fuit. Rhœnumq́ minacem*
Cornibus infractis adeò mitescere cogis,
Vt Sueuus iam rura colat, flexosq́ Sicambri
In falcem curuent gladios, geminasq́ uiator
Cum uideat ripas, quæ sit Romana requirat.

Itaq; formulam restitutionis Gallicani limitis, diligentissimè tum ab Honorio fuisse susceptam, docet Codex Mariani Scoti: qui in Codice Noticiarum Orientis & Occidentis, quum limites omnes sub Honorio, ut erant præsidio firmati, explanat, & in limite Galliarum, sub Magistro militum præsentiali legiones Palatinas enumerat sex, & Auxilia Palatina xviij. præterea ex numero equitatus uexillationes Palatinas quinque, & Comitatenses septem. Nomina legionum Palatinarum, Decima Fortensis, Iouianorum iuniorum, Martiariorum iuniorum, Neruiorum, Lanceariorum seniorum, & Herculianorum seniorum. Auxilia porrò Palatina hæc erant: Bataui iuniores, Braccati iuniores, Constantiani, et Salij, Sagittarij seniores Gallicani, Sagittarij iuniores Gallicani, Matoici seniores, Tertiosagittarij Valentis, Tertiotheodosiani, Fœlices Theodosiani, Fœlices Honoriani iuniores, Victores Anglinarij, Metobarij, Vrsi, Hiberi, Isauri. Sub uexillationibus Palatinis rursus numerabant eo tum in limite, Equites promoti seniores, Equites Arcades, Comites Clibanarij, Comites Sagittarij iuniores, & Comites Taifali. Ad uexillationes deniq; Comitatenses pertinebant eo loci, Equites Cataphractarij Biturigenses, Equites quinto Dalmatæ, Equites nono Dalmatæ, Equites primoscutarij, Equites primoclibanarij Parthi, Equites armigeri seniores Gallicani, & Equites promoti iuniores. Atq; hæc postrema fuit limitis Gallicani apud Rhœnum restitutio, inclinante iam penitus imperio facta. Mox enim, partim Imperatorũ ignauia factum est, partim propter frequẽtes in religione Christiana errores, ut Deo Optimo Maximo prouocato, undique ex occultissimis locis gentes excitæ omnes, uno ceu tempore, limites Imperij peruaderent. Itaque ueluti alijs atque alijs limitibus, diuersi ad res nouas tyranni insurgebant: in Italia quidem, Anthemius, Ricimer, Olibrius, Glicerius, Orestas, Nepos, & Augustulus: in Gallijs uerò, Eugenius, Maximus, Maiorianus, & Seuerus: in Aphrica denique, Bonifacius, Gildo, & Maximus, limitem affligebant. Ita similiter Illyricum Orientale, Thraciam & Macedoniã tum Hunni ac Gothi inuadebant: Pannonias et Noricum Gepidę, Gothi & Heruli: Rhœtiam Sueui, & Alemanni: Rhœnum quoque tum transgressi Burgundiones & Franci, latè in Galliæ agris dominabantur. Denique per Oceanum uecti Saxones Angli, Picti & Scoti, Britannicum limitem prius occuparunt, quàm auxilium à Romanis ferri potuerat. Traduxerat & eadem tempestate per mediterraneum mare Vandalos suos in Aphricam Gensericus. Atque id Romano populo tempus fatale fuit, quo uno tempore limites is amplissimos amisit, & noua in his barbarorum regna conspicere coactus est. Et tunc in Scythico limite Hunnia, in Illyrico Gothia & Gepidia, in Aphrico Vandalia, in Gallijs Burgundia et Francia, Sueuia in Rhœtijs, & in Britannia Anglię ac Scotię regna celebrari cœpta sunt. Quorum omnium nationes Teutonicæ & originis & linguæ fuerant, præter Hunnos. Qui postremò, Athila duce, cum ad res magnas euaderent, iugum penè cæteris omnibus imposuere. Sed huiusce iugi impatientes Gothi & Sueui, loca in Hispanico limite quæsiuerunt, in quibus regna noua ponerent. Quo factum est, ut Heruli sedes Gothorum in Illyrico relictas, Alemanniq; Sueuorum in Rhœtijs inuaderent. Vnde Sidonius Apollinaris Aruernorum Episcopus,

Legiones, cohortes, & alæ equitum sub Honorio in Gallijs.

B

Occupatio limitũ Imperij, & præcipuè Gallicani.

Populorum migrationes in ditionem Romanorum, Imperio inclinante.

Noua regna in limitibus Romanorum.

scopus, qui eo sæculo floruit, in Panegyrico socero suo dicto, hoc carmine statũ A Romanæ Reipublicæ deplorat:

Romani Imperij occidentalis laceratio.

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus, & adsuto glaucum mare findere lembo.
Francus Germanum primum, Belgamq́ secundum
Sternebat, Rhœnumq́ ferox Alemanne bibebas,
Romanis ripis & utroq́ superbus in agro
Vel Hunnus, uel uictor eras. Sic perdita cernens
Terrarum spacia, princeps iam maximus unum
Quod fuit in rebus peditumq́ equitumq́ magistrum
Te sibi Auite legit, collati rumor honoris.

Loca Sidonij Apollinaris de Romani Imperij occidentalis ruina.

Et iterum eleganter historiæ fabulam miscens, coram Deorum concilio Romã deplorantem fortunam suam introducit, hoc carmine:

Iamq́ ut conueniant superi, Tegeaticus Athlas
Nunc plantis, nunc fronde uolat, mox contigit arua,
Et toto descendit auo: mare, terra, uel aër,
Indigenas miscere deos. Germane Tonantis
Prime uenis, uiridi qua Dorica findere curru
Suetus, & attonita spargis citò terga per æuum. Et subdit:

— Iam pater aureo
Tranquillus sese solio locat, inde priores
Consedere Dei: fluuijs quoq́ contigit illo,
Sed senibus residere loco: tibi maxime fluctu B
Eridane, & flauis in pocula fracte Sicambris
Rhœne tumens, Scythiæq́ uagis equitate cateruis
Ister, & ignotum plus notus Nile per ortum,
Cum procul erecta cœli de parte trahebat
Pigros Roma gradus, curuato cernua collo
Ora ferens: pendent crines de uertice tecti
Puluere, non galea, clypeusq́ impingitur ægris
Greßibus, & pondus, non terror fertur in hasta.
Vtq́ pij genibus primùm est affusa Tonantis,
Testor sancte parens (inquit) te numen & illud
Quidquid Roma fui, summo satis obruta fato,
Inuideo abiectis, pondus non sustinet ampli
Culminis alta domus, nec flumen uallibus instat.

Hæc quidem omnia eiusmodi sunt, quæ ostendant limitem Rhœni Zenone imperante fuisse prorsus non nudatum solum, uerumetiam penitus in hostium potestatem redactum. Quanquam idem rursus autor, (quod alibi non legi) receptas Gallias, atque à Maioriano limitem denuò defensum tradat. Ita enim in Panegyrico illi dicto canit:

Francos ex limite Rhœni Maiorianus Augustus pepulit.

Quid faciam infelix, nato quæ regna parabo,
Excluso sceptris Geticis respublica si me
Præterit, & paruus super hoc Gaudentius huius
Calcatur fatis: istum iam Gallia laudat,

Quodq́

A *Quodq́ per Europam est, rigidis hunc abluit undis*
Rhœnus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Secana, Lædus,
Clytis, Claris, Arar, Vacalis, Ligerinq́ bipenni
Excisum per frusta bibit, quum bella timentes
Defendit, Turonem aberas, post tempore paruo
Pugnastis pariter Francis. quis Cloto patentes
Attrebatum terras peruaserat, hinc coeuntes
Claudebant angusta uias, arcuq́ subactum
Vicum, Helenam, flumenq́ simul sub tramite longo.
Arcus suppositis trabibus transmiserat agger.
Illic te posito, pugnabat ponte sub ipso
Maiorianus eques. fors ripæ collo propinquo
Barbaricus resonabat hymen, Scythicisq́ choræis
Nubebat flauo similis noua nupta marito.
Hos ergo, ut perhibent, strauit. crepitabat ad ictus
Cassis, & appositis hastarum uerbera thorax
Arcebat squammis, donec conuersa fugatus
Hostis terga dedit. plaustris rutilare uideres,
Barbarici uaga festa thori, coniectaq́ passim
Fercula, capturasq́ dapes, cyrrosq́ madentes
Ferre coronatos redolentia serta lebetas.

Quo ex loco Sidonij rursus animaduertimus, sub Maioriano & Zenone Imperatoribus, nondũ limitem totũ Rhœni fuisse amissum. Etsi eum Franci iam per- *Loca cõtraria Sidonij explicata.*
B uasissent, ac Burgundi iam agros, sed procul in mediterraneis, Narbonẽsi uidelicet, accepissent. Si enim Francos nuptias celebrantes Romanus pepulit, Galliam illos adhuc in fide retinuisse necessum est. Qua in re sibi cõtrarius Sidonius esse uidetur, qui alibi, ut uisum est, Galliam deperditã scribit. Quod ego exempli ac doctrinæ causa sic soluo: Ripensia quidẽ tum Rhœni à Francis extitisse & Burgundis insessa: in mediterraneis autem, hoc est, interiori Belgica, Lugdunẽsi atq; Aquitania, Romanũ rerum adhuc fuisse potitũ. Vnde contra Barbaros, perpetuo in procinctu esse cogebat. Vt rationi consonũ sit, præsidia eo tempore nulla ad Rhœnũ, sed fortasse ad Sequanã & Scaldim Mosamq; composita extitisse. Fuit & Garumna fluuius tum temporis limes Gallicanus aduersus Gothos, qui iam Narbonensem & partem Aquitanię occupauerat. Quare cõcludo, tertiũ ea tempestate limitẽ Galliæ, neq; Rhodanũ amplius Rhœnumq; fuisse, sed Garumnã aduersus Gothos in Narbonensi, & Mosam uel Sequanam aduersus Francos in Belgis. Atq; de Garumna flumine Sidonius sic canit in Auiti panegyri:

Tertius limes Galliæ in mediterraneis ad Garumnã, Sequanã & Mosam, pessumeunte occidentali imperio.

Limes nouus Galliæ contra Gothos in Narbonensi, & ad Aruernum.

Vile triumphalis portauit purpura semen,
Ut primum ingesti pondus suscepit honoris,
Legat, quæ ueniam poscant Alemanne furoris.
Saxonis incursus cessat, Cattusq́ palustri
Alligat Albis aqua: uixq́ hoc tibi menstrua totum
Luna uidet, iamq́ ad populos & rura feroci
Tenta Getæ, protendit iter, quà pulsus ab æstu
Oceanus refluum spargit per culta Garumnam.

Idem de Gothis receptis in Gallia sub tributo alibi canit, & eorum ditionem ad Aruernum usque extendit:

Ducis

A

—Ducis hinc pugnas & fœdera rerum
Pandere Roma libet, uarijs incussa procellis
Bellorum regi Getico tua Gallia pacis
Pignore iussa dare est. — Et subdit:
Lithorius Scythicos equites tum forte subacto
Celsus Aremorico Geticum rapiebat in agmen
Per terras Aruerne tuas: qui proxima quæq;
Discursu, flammis, ferro, feritate, rapinis
Delebant. —

Idem Francorũ ad Rhœnum & in eius palustribus meminit, ubi hodie Geldria excurrit, Rhœno circa eius ostia prouincia proxima:

Bructerus uluosa quem Velicer abluit unda,
Prorumpit Francus, cecidit citò secta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhœnum texuit aluo.

Et ne ullum dubium sit, Romano hoc tum limite perrupto, quem ad Rhœnum extentum fuisse diximus, Francos ac Gothos Burgundosq; rerum cœpisse ab eo tempore in Gallijs potiri, repetit hoc prolixè Procopius libro primo de bello Gothico, cum Gallias descripsisset. In Gallijs (inquit) alia pleraq; flumina sunt, sed Rhodanus in primis, & Rhœnus hinc defluunt, diuersa tamen & contraria ab inuicem uia labuntur. Rhodanus siquidem in mare Tyrrhenum exit, & in Oceanum Rhœnus immittit. Paludes preterea hisce in locis non paucæ, ubi primitus Germani, gens barbara, habitabant, nec magni tunc primum momenti uiri, qui Franci nunc uocitantur. His finitimi Arborichi accolæ erant, qui cum cætera Gallia atq; item Hispania iampridem Romanis parebant. Post hos in Orientem solem Tungri barbari sunt, qui Cesaris Augusti permissu sedes has tenuere. B Et ab his Burgundiones, procul ad Nothum uentum uergentes, inhabitant. Sueui deinceps, & Alemanni, gens ualida, liberi omnes, & iam diu ea incolunt loca. Temporis uerò processu Visogothi, ui in Romanum imperium facta, Hispanias omnes et Gallias ultra Rhodanum flumen, suę ditioni subactas, uectigalesq; reditas tenuere. Erant autem Arborichi Romanorum tum milites, quos sibi Germani cum obedientes facere & subditos uellent, ut qui finitimi essent, & pristinos uitæ mores penitus immutassent, eorum agros adsiduè populari, & hos copijs uniuersis inuadere: Arborichi uerò, quum et uirtutem pręse, & erga Romanos beneuolentiam ferrent, uiros fortes eo se in bello præstiterunt. Cumq; his uim inferre Germani non possent, societatem saltem ut secum inirent, & mutua inter se facerent connubia, precabantur. Quas non inuiti conditiones Arborichi mox accepere. Erant namque utrique Christianæ fidei sectatores. Sic itaque in unum hi coeundo populum, ad maximam potentiam euasere. Romanorum interea milites alij, qui in Galliæ finibus erant, custodiæ gratia constituti, quum neque Romam redire iam possent, nec ad hostes, ut Arrianos, cõcedere, sese cum signis ad hostes cõtulere: & locum insuper, quem pro Romanis seruabãt, Arborichis Germanisq; prodidere. Ac potius mores continenter seruatos, suos transmisere ad posteros: atque adeò, ut uel ad hanc ætatem nostram, eodem tenore, uel etiam cultu, pristinos seruare ritus non dedignentur. Descripto namque ex numero, ad id fermè tempus hi demonstrantur, quo taxati antiquitus militabãt. Quandoquidem & suis productis tum signis, in aciem prodeant, ac patrijs utantur perpetuò legibus: Romanumq; habitum ut in cæteris alijs, ita & in soccis nunc seruant. Enimuero quamdiu Romanis Respub. eadem semper et firmior mansit,

Populi omnes Teutonici, qui inclinante imperio Galliæ sibi partes diuiserant.

Francorũ prima habitatio in Geldria.

Occasio qua Franci interiora Belgarum occuparint.

Limitanei in Gallijs milites cum Francis cõmixti fuere.

Vnde ad Francos Romanorum ritus & uestimẽta, atq; adeò totius reipublicæ ratio peruenerit.

A mansit, ad Rhodanum fluuium Imperator in Gallos potitus imperio est. Vbi uerò hanc Odoacer in tyrannidem uertit, tunc demum Visogothi, tyranno hoc cedente, uniuersam adusque alpes (quæ à Liguribus Gallos disterminant) hi Galliam suæ ditionis fecerunt. Et concludens tandem: Hac uia Gothi (inquit) Germanicꝗ Gallijs sunt in partem potiti. Germani deinde ad pristinas uires accessione facta, Theoderici nulla habita ratione, & priore illa ex eo quo tenebantur neglecta formidine aduersus Alaricum & Visogothos ductarunt exercitũ. Huc pertinent, quæ eadem de re scribit Agathius, Græcus autor, libro primo: Est autem Francorum hæc natio Italiæ proxima, & terminis iuncta. Veteres tamen, hos esse Germanos dixere. Quod uticꝗ ex eo sat liquet. nam circa Rhœnum hi habitant, & huic propinquas incolunt terras, Galliarumꝗ maximam possident partem, non propriam, sed ui & in posterum occupatam. Ex his colligimus, limitem Rhœni, siue Gallicanum, paulo post Honorij Imperium, postquam præsidio non satis ualido fuisset firmatus, aut, ut Procopius tradit, proditione Arborichorum & militum limitaneorum, à Francis quidem uersus Oceanum, ab Alemannis uerò Burgundisꝗ atꝗ Gothis in Austro fuisse occupatum: terrasꝗ secus hunc sitas à confusæ linguæ populis coli cœpisse, hoc est Francis, Arborichis, & Romanis militibus, quorum primi duo Teutonicam sonabant. Atque hæc uera causa est hodiernæ linguæ Gallicæ, siue Francicæ, in qua multæ adhuc uoces supersunt latinæ, multæ etiam Teutonicæ, sed corruptæ omnes, ut necꝗ intelligi ab Italo, nec Germano nunc queat. Scitum est illud, quod refert Sidonius Apollinaris, in epistola ad Eruagastem, linguam latinam sub Maioriano Augusto adhuc circa annum salutis 440. secus Rhœnum, & in Belgis, unà cum limite abolitam. Verba eius hæc sunt: Facundiæ potor Mosellæ, Tyberim ructas: sic barbarorum familiaB ris, quòd tamen nescius barbarismorum: par ducibus antiquis lingua, manuꝗ: sed quorum dextra solebat non minus stylum tractare, quàm gladium. Quocirca sermonis pompa Romani, si qua adhuc uspiam est, Belgicis olim siue Rhœnanis abolita terris, in te resedit. Quo uel incolumi, uel perorante, si apud ipsum limitem latina iura ceciderunt, uerba non titubant. Idem alibi Siagrio adulatur, quod linguam Germanicam scitè didicerit. Fuit autem is interioris Galliæ præfefectus, & qui Aquitaniam & partem Lugdunensis adhuc contra Clodouæum Francorum in Belgis regem, qui Christo primus fuerat à beato Remigio uendicatus, Romano præsidio tuebatur. Immane narratu est (scribit) quantum stupeam, sermonis te Germanici noticiam tanta facilitate rapuisse. Atqui pueritiam tuam competẽter scholis liberalibus memini imbutam, et sæpenumero acriter eloquenterꝗ declamasse coram oratore, satis habeo compertum. Atꝗ hæc cum ita sint, uelim dicas, unde subitò hauserunt pectora tua euphoniam gentis alienæ, ut modò mihi post ferulas dictionis Maronianæ, postꝗ desudatã uaricosi Arpinatis abundantiam, loquacitatemꝗ, quasi de Hilario ueteri nouus Falco prorumpas. Aestimari minimè potest, quanto mihi cæterisꝗ sit risui, quoties audio, quòd te præsente formidet facere linguæ suæ barbarus barbarismum. Astupet tibi epulas interpretanti, cur ita Germanorum seueritas & negotijs mutuis arbitrum te disceptoremꝗ desumit, nouus Burgundionum Solon in legibus differendis, &c.

Locus Agathij de Francorum origine in Gallijs.

Causa & origo linguæ hodiernæ Francicæ.

Locus Sidonij de lingua latina in Gallijs deperdita.

CAPUT DECIMUM. DE LIMITE HIBERICO, siue Hispanico, & eius restitutione.

Hispania in formam prouinciæ redacta ante Imperij cōstitutionem.



ISPANIAM, nondum constituto Imperio, atque adeò Punico bello secundo, Romano populo fuisse uectigalem, et in prouinciæ formam uel tum redactam, ex tertia Decade Titi Liuij, luculenter apparet, cuius nimirum libro octauo ita scriptum reliquit: In Hispania, res quadam ex parte eandem fortunā, quadam longè disparē habebant. Eandem, quòd prælio uicti Carthaginenses, duce amisso, in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant: disparem autem, quòd Hispania, non quàm Italia modò, sed quàm ulla pars terrarum bello reparando aptior erat, locorum hominumq́ ingenijs. Itaq; ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint: postrema omnium, nostra demum ætate, ductu & auspicio Augusti Cæsaris perdomita est. Porrò in duas Hispaniam partes Romanos iampridem subdiuisisse ex formula, statim à Macedonico bello finito, ostendit Titus Liuius libro quinto Decadis quintæ his uerbis: Quinto Aelio, M. Iunio Coss. de prouincijs referentibus, censuere patres, duas prouincias Hispaniam rursus fieri, quæ una per bellum Macedonicum fuerat. Erat autem hæc diuisio in Citeriorem & Vlteriorem, quarum uocum meminere non solum liber Noticiarum, uerum etiam subinde antiqua monumenta, quæ in Hispanijs quotidie eruuntur, has uoces præferunt. Itaque maturè limitem isthic cœptum fuisse apparet, eundemq́ duplicem: alterum ad mare mediterraneum siue Gaditanum, aduersus Carthaginenses constitutū, nondum constituto imperio, qui finitis bellis Punicis esse desijt: alterum Galliæ proximum, quem Romani duabus interim quatuor'ue legionibus firmatum tenebant. De quorum restitutione limitum, ante constitutum Imperium, is est intelligendus T. Liuij locus, libro septimo Decadis tertiæ: Summa legionum trium & uiginti ita per prouincias diuisa, binæ consulum ut essent, quatuor Hispania haberet. A

Diuisio Hispaniæ in citeriorem et ulteriorem.

Duplex limes Hispanicus, unus ad mare Gaditanum, alter Galliæ contiguus.

Restitutio prima limitis Gallici ante Imperiū constitutum.

B

Atque hæc firmatio huius limitis fuit bellis Punicis. Atqui, quod secutum est, Macedonico, duas modò legiones isthic præsidium agitasse, idem Liuius ostendit. Nam libro septimo Decadis quartæ ita scribit: Plautio Hipsæo in Hispaniā citeriorem mille Romani dati sunt pedites, duo millia sociûm Latini nominis, & ducenti equites, cum his supplementis, ut singulas legiones duæ Hispaniæ haberent. Atque hæc limitis Hispanici restitutio fuit ante constitutum Imperium. Quod antequam esset per Iulium Cæsarem Dictatorem cōfirmatum, quo limitem istum Romano penitus nomini uendicaret, quatuordecim legionibus Hispaniæ utrasque prouincias amplo præsidio adseruit, uidelicet tertia & quinta Veteranis, septima Gemella, octauadecima Veteranis, decimatertia & decimaquarta Gemellis, decimaoctaua, decimanona, uigesimaprima, & tricesima, duabusq́ Fabianis legionibus. Nam cum primùm omnium octo legionibus eum firmaret, utpote tertia, quinta, nona, decimanona, uigesimaprima, & tricesima, & duabus Fabianis, cæterum hæ non sufficerent aduersus Petræi & Afranij Pompeianorum insultus, adduxit insuper ad eum limitem duas Geminas, xiij. & xiiij. Quum nec hæ satis ualidæ essent, septimam & octauam adiecit. Qua de re Cæsar in commentarijs suis Belli ciuilis libro primo et quinto prolixè disserit. Atque ex his quidem finito bello abductæ quædam fuere. Mansere uerò ad multa isthic sæcula tres legiones, septima Gemina, decima Gemina, & decimaoctaua Primigenia. Quarum innumera monumenta atq; inscriptiones in Hispanijs etiamdum extant, sub Traiano, Antonino passim & Caro positæ, ut eas esse reliquias Iuliani exercitus, dubium apud me nullum sit. Itaque & sub Augusto hæ in

Restitutio secunda limitis Hispanici 14. legionibus à Cæsare Iulio primo.

Tres legiones in Hispanijs procedēte Imperio.

A in Hispanijs legiones præsidium agitabant: quibus tamen quartam is Cæsar adiecit, tertiam nomine, cuius itidem in Hispanijs innumeræ quotidie inscriptiones reperiuntur, & potissimùm Terraconæ, ubi & Augusta & PR. PR. nuncupatur, ut in Rhapsodijs legionum libro quarto, copiosius à nobis dicetur. Meminit uerò huius quartæ Augustæ adiectæ legionis, & usque ad Vespasiani tempora excubantis, Tacitus libro xx. Vitellianarum una & uicesima, è recens conscriptis, secunda Pœninis Cottianisq́ Alpibus, pars monte Graio traducuntur. Decimaquarta legio è Britannia, tertia ac prima ex Hispanijs accitæ. Quòd uerò quatuor legiones in Hispanijs excubarint, imperante Augusto, & dictatore occiso, Appianus Alexandrinus libro tertio belli Ciuilis refert. Sic Antonio bellicosissimorum uirorum legiones quatuor adhæsisse referuntur: & quantum auxiliorum subsequi consuetum est, custodum præterea corporis, & nouiter electorum, illi affuisse constat. Lepidus uerò quatuor in Hiberia legiones habens, Asinius Pollio duas, & Plancus in altera Celtarum prouincia tres, Antonij partes electuri uidebantur. Iam utra ex illis abducta postea fuerit, incertum. Siquidem sub Tiberio Tacitus trium in Hispanico limite legionum mentionem facit. Ego uerò, si de sensu meo dicere debeo, decimamoctauam abductam in Britanniam censeo, cuius uidelicet Cornelius Tacitus eo loci usque mentionem facit. Itaque tres mansere ea tempestate in Hispanijs legiones, scilicet tertia Augusta, septima ac decima Gemellæ. Ad quas alludit Cornelius Tacitus libro quarto, quum limites omnes à Tiberio restitutos significaret: Sed præcipuũ robur Rhœnum iuxta, commune in Germanos Gallosq́ subsidium, octo legiones erant. Hispaniæ recens perdomitæ tribus habebantur. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd dixit perdomitam Hispaniam, esse accipiendum de noua assertione Cæsarum aduersus Pompeianos & Antoninianos.

Tertia legio in Hispanijs ab Augusto scripta.

Quatuor legiones in Hispania sub Augusto.

Tres legiones in Hispania sub Tiberio.

B His legionibus sub Nerone, addita iterum quarta fuit, & alæ duæ, & tres cohortes, ut Tranquillus in Historia Galbæ testatur: Iustitio indicto, è plebe quidem prouinciæ, legiones & auxilia scripsit super exercitum ueterem unius legionis, duarumq́ alarum, & cohortium trium. Loquitur autem isthic de Hispania. Quæ autem ista fuerit, dicere nõ possum, nisi primam extitisse Adiutricem credendum est, ut cuius quædam monumenta nomen incisum habent. Quam postmodum contra Dacos eductam, Traianus in Pannonia inferiori locauerat: ubi illius, qui post hæc tempora scripserunt, Ptolemæus & Antoninus mentionem faciunt. Missa fuit & sub Galba atque Othone prima Italica siue Classiariorũ in Hispaniam legio, ut Tacitus refert libro decimooctauo: Tum resumpta militia, robur partium Flauianarum fuere, prima Classiariorũ legio, in Hispaniam missa, ut pace & ocio mitesceret. Cæterùm nõ ita multo pòst ab eo tempore, is omnino fuit limes nudatus, bello ciuili inter Vitellium & Vespasianum flagrante, eductis uidelicet prima & tertia legionibus. Cuius rei meminit Cornelius Tacitus libro decimooctauo: Scriptæ in Britanniam ad Quartedecumanos, in Hispaniam ad Primanos epistolæ, quòd utraque legio pro Othone, aduersa Vitellio fuerat. Et iterum libro uigesimo: Pars monte Graio traducuntur, decimaquarta legio è Britannia, tertia ac prima ex Hispanijs accitæ. Et iterum: Tutor cunctatione crescere rem Romanam affirmabat, coeuntibus undique exercitibus, transuectam è Britannia legionem, accitas ex Hispania aduentare. Porrò is limes adhuc magis, Vlpio Traiano imperante nudatus fuit, prima ac secunda adiutricibus in Illyricum Occidentale abductis. Quæ cum aduersus Dacos rem strenuè gessissent, Pannoniæ inferioris subsidio aduersus Sarmatas mansere: ubi scilicet illarum & Dion Cassius, & Ptolemæus, & Antonini Itinerarium meminere, utpote autores qui post Traianum scripsere.

Quatuor legiones in Hispanijs sub Nerone.

Classiariorum legio in Hispaniam missa sub Othone.

Limes Hispanicus nudatus sub Vitellio.

Limes Hispanicus nudatus sub Traiano.

Legiones adiutrices ex Hispanijs in Pannonias sub Traiano.

re. Testantur hoc earum legionum inscriptiones, quæ frequentes apud nos in A Pannonijs quotidie eruuntur, potissimum in Hungaria mediterranea ultra Arrabonem fluuium: ut dubium nullum sit, has in Pannonijs legiones præsidium agitasse, quod libro huius operis quarto fusius ad fidem rerum cõplexi sumus. Quod uerò hæ multo antè in Hispanijs militarint, ista uetustatis exempla ostendunt, quæ Tarraconæ in Hispanijs eruta sunt:

Monumenta legionum adiutricum in Hispanijs.

M. AVR. M. F. PAB. LVCILIO POETO VIOR. EX SINGVLARIBVS IMP. LEG. I. ADIVT. LEG. TR. LEG. VII. GEMEL. HASTAR. PR. ANNOR. LX. STIPENDIOR. XXXX. IVLIA IVVENTINA ET HERES MARITO PIENTISSIMO ET INDVLGENTISSIMO FACIVNDVM CVRAVIT.

C. IVLIO REBVRRO MIL. LEG. VII. G. F. D. SECISA MABRASACA AN. LEG. II. AD XXIIII. LICINIVS RVFFVS MIL. LEG. EIVSDEM.

Restitutio limitis Hispanici à Marco Cæsare.

Restitutio limitis Hispanici à Caro.

Post quę tempora, quomodo is limes restitutus fuerit, inuenire nondum potui. Marcum quidem composuisse statum Hispaniæ, per Commodum filium, Iulius Capitolinus refert: Compositæ (inquit) res in Hispania, quæ per Leptitana turbatæ fuerant, Commodo accersito ad limitem. Præterea sub Caro limitem hunc fuisse firmatum præsidio, docent innumerę quæ extant uetustatis apud Hispanos inscriptiones, quæ & Cari meminere, & aliquot legionum eius sæculi, tertiæ uidelicet & septimæ Gemellæ. Factam sub Honorio quoque huius limitis re B stitutionem, & quidem postremam, testatur hoc carmen Claudiani in secundo Panegyrico ad Stiliconem socerum Honorij:

— Glaucis tum prima Mineruæ
Nexa comam folijs, fuluaq́ intexta micantem
Veste Tagum, tales profert Hispania uoces:
Cuncta mihi semper Stilico, quæcunque poposci,
Concessit, tantumq́ suos inuidit honores,
Augustus potuit soceri contemnere fasces, &c.

Vandalorũ in Hispanias ingressus, et qua occasione.

Itaque sub Honorio rursus Imperatore, reperio primùm omnium, limite nudato, fortè ob aliarum partium imperij inuasionem, barbaras gentes pedem in Hispanijs posuisse. Quarum ingressi sunt primi omnium Vandali, cum Alanis, sub Valentiniano secundo Honorij filio, ut Græcorum Annales iuncti Eutropio testãtur in hæc uerba: Porrò Vandali Alanis sibi sociatis, & Germanis qui nunc Franci dicuntur ascitis, transeuntes Rhœnum fluuium Modogisclo duce, habitauerunt in Hispania, quæ est prima prouinciarum Europæ, ab occidentali Oceano. Interea Valentinianus non solum Britanniam et Galliam et Hispaniam saluare nequiuit, sed & occidentalem Libyam, quæ uidelicet regio uocatur Afrorum, amisit. Et cum ostendisset, Bonifacij cuiusdam Aphricæ præfecti à Valentiniano constituti proditione, & Aetij dolis, partem Vandalorum Genserico duce in Aphricam tum fuisse admissam, subdit tandem: Libyam atq; Hispaniam, Bonifacium cum duobus barbarorum regibus Gunthario & Genserico extitisse diuisam in tres partes, & unam partem Vandalorum cum Gunthario rege remansisse in Hispanijs uerisimile est, quem non ingressum Historici memorant. Mansisse uerò Vandalorum in Hispanijs reliquias, nomenclatura tractus cuiusdam

A dam testari in Hispanijs potest, quem Vandalusiam in hanc usque diem uocant. Verisimile est autem, maiorem partem huius nationis Teutonicæ in Aphricam traiecisse, à Vallia uidelicet Gothorum rege pulsam, qui ex Gallijs gentem suam in Hispanias duxerat. Porrò Gothos incœpisse inhiare Hispanijs sub Valentiniano secundo, quum primùm Gensericus Vandalos traiecisset in Aphricam, ex eo apparet, quòd statim ex Narbonensi Gallia profecti, Aquitaniam, utpote Hispaniæ propiorem, occuparint. Ita enim Annales Græcorum iuncti nominatim habent, quum Athilæ & Hunnorum populationes recenserent. Gothi quoque non contenti prouincia, quam superius à Romanis inhabitandam penes Galliam acceperãt, Aruernos & Narbonam cum suis finibus captos inuadunt, ruina uidelicet Romani status, et frequenti mutatione principum animati. Nam Valentinianus Imperator ab amicis Aetij, quos sibi delegerat satellites, interficitur: & Maximus quidam, cuius dolo id perpetratum fuerat, Imperator creatur. Ita igitur Vandalos ex Hispanijs Gothi pepulere, propiores semper abusq; Istro Hispaniç facti.

Vãdalusia tractus in Hispania.

Occasio, qua Gothi ex Gallia in Hispanias mouerint.

Inuenio uerò, primum qui Hispanias ingressus fuerat, Valliam Gothorum regem: ut ex isto quoq; Sidonij Apollinaris carmine, in Panegyrico Anthemio dicto (quem Leo Orientalis Imperator generum, & simul Occidentis Augustum declarauerat) aduerti potest:

Vallia rex Gothorum primus, qui Hispanias est ingressus.

In regnum duo regna uocant: nam patre Sueuus,
Et genitrice Gethes, simul & reminiscitur illud,
Quòd Tartesiacis auus huius Vallia terris
Vandalicas turmas, & iuncti martis Alanos
Strauit, & occiduam texere cadauera Calpen.

B Refert præterea Iordnandes, Vuidimyrum Ostrogothorũ regem in Pannonijs, simulatque fratruelis Theodericus Bernensis ille Gothos contra Herulos in Italiam duxisset, suæ ditionis Gothos, à Glicerio Cæsare inuitatũ, in Hispanias abduxisse: & cum cæteris iam antea à Vallia transpositis, Visogothis scilicet gentilibus iunxisse. Quid multa? (inquit Iordnandes) Vuidimyr acceptis muneribus, simulq; mandatis à Glicerio Imperatore, Gallias tendit, seseq; cum parentibus iungens Visogothis, unum corpus efficitur. Et sic Gallias Hispaniasq; tenentes, suo iure defendunt, ut nullus sibi alius præualeret. Itaque ut hæc habitatio Gothorum in Hispanijs firmior esset, accessit postremò & tertia manus, eorum Gothorum qui sub Torismundo in Gallijs habitantes, mox pòst Athilæ interitum à Burgundionibus & Francis pressi, sedes necessariò in Hispanias ad gentiles suos mutarunt. Vnde Iordnandes: De Alaricho ergo natus est Amalarichus, quem auus Theodoricus in annis puerilibus, utroq; parente orbatum, dum fouet atque tuetur, comperit Eutharicum, Vuiterichi filium, Boemundi & Torismundi nepotem, Amalorum de stirpe descendentem, in Hispania regere, iuuenili ætate, prudentia & uirtute, corporisq; integritate pollentem. Et iterum: Nam & Thiodem suum armigerum, post mortem Alarici generi, tutorem in Hispaniæ regno Amalarichi nepotibus constituit: qui Amalarichus in ipsa adolescentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum uita amisit. Post quem Thiodis, tutor eiusdem, regnum ipsum inuadens, Francorum inuidiosam calumniam de Hispanijs pepulit. Ab eo igitur tempore Gothorum esse in Hispanijs regnum cœpit. Quod postea ob prolis fœcunditatẽ, in Toletanum, Castiliense, & Arragonum regna est sectum. Quare ab anno salutis nostræ D.C. Gothorum reges apud Toletum floruisse leguntur, qui relicta Arriana perfidia, salubrem amplexati doctrinam fuerunt: Sisebutus Riccardi filius, Hermigoldus Lemigildi filius, & quidam

Locus Iordnãdis de Gothorum in Hispanias migratione.

Diuisio regni Gothorum in Hispanijs.

Concilia Toletana à regibus Gotthorum habita.

Reccaredus, quos beatus Leander Hispalensis episcopus Christo reddidit. Quorum successores ad retinendam Catholicam fidem, tot conuentus, conciliáque transegerunt, uidelicet Hispalense primum, & Toletanum tertium: quibus quidem Reccaredus rex præfuit. Sic Sisenandus rex Toletanum quartũ, quintum Chyntillanus, Braccarense primum Ariomyrus rex, septimũ Toletanum Chundisandus, octauum nonum & decimum Toletana concilia Reccesunthus rex Gothorum administrauit, undecimum denique Bambanus & ipse rex Gothorũ apud Toletum transegit. Vnde leguntur in tertio Toletano concilio, hæc nominatim uerba: Similiter & reliqui presbyteri & diaconi ex hæresi Arriana conuersi subscripserunt. Signum Gissini, uiri illust. proceris. Fansa uir illustrissimus anathemizans suscripsi. Flauius uir illust. subscripsi similiter, & omnes Seniores Gothorum subscripserunt. Et iterum in actis eiusdem Concilij: Tum Episcopi omnes unà cum clericis suis, primoresq́ue gentis Gothicæ pari consensione dixerunt. Rectè igitur in peruetusto Annalium codice à nobis reperto, ita adnotatum est: Anno Domini 731. Carolus contra Sarracenos in Gothia pugnauit. Et sequitur mox: Sarraceni per mare angustum omnem Hispaniã occuparunt: & cum post annos Aquitaniam occupare uoluissent, Carolus Marcellus cum eis pugnauit. Visitur adhuc apud Valentiã Hispaniæ metropolim, Gothici regis Epitaphium eiusmodi:

Epitaphiũ regis Gothorum in Hispanijs sepulti.

Bellipotens ualida natus de gente Gothorum,
Hic cum sex natis rex Ataulphe iaces.
Ausus es Hispanias primus descendere in oras,
Quem comitabantur milia multa uirûm.
Gens tua sed natos, & te, inuidiosa peremit,
Quem post amplexa est Barcina magna gemens.

Atque hæc de Gothis, limitem Romanorum post Vandalos in Hispanijs occupantibus: unde principes atque incolæ regnorum Arragoniæ, Toleti, Valentiæ & Castiliæ rectè originem suam numerant. Nunc quo pacto, aut quomodo Sueui in eodem limite perrupto, Gothis adsederint (à quibus Gallitiæ Portugalliæq́ue regna dimanant) dicendum uidetur. Id uerò breuissimè Iordnandes explicat, quum Torismundi Visogothorum regis in Gallijs, apud Tolosam necem insinuasset. subdit enim: Post cuius decessum Theodericus, germanus eius, Visogothorum in regno succedens, mox Riciarium Sueuorum regem cognatum suum reperit inimicum. Hic item Riciarius affinitate Theoderici præsumens, uniuersam penè Hispaniam sibi credidit occupandam, iudicans opportunum tempus surreptionis, incomposita initia tentare regnantis, quibus antè Gallitia & Lusitania sedes fuere, quæ in dextro latere Hispaniæ per ripam Oceani porriguntur, habentes ab Oceano Austrogoniam, ab Occidente in promontorio sacrum Scipionis ducis Romani monumentũ, à Septentrione Oceanum, à meridie Lusitaniam & fluuium Tagum, qui arenis suis permiscens auri metalla, trahit cum limi uilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum, nititur totam Hispaniam occupare. Cui Theodericus cognatus suus, ut erat moderatus, legatos mittens, pacificè dixit, ut non solum recederet à finibus alienis, uerùm etiam nec tentare præsumeret, odium sibi tali ambitione acquirens. Ille uerò animo prætumido ait: Si hic murmuras, & me uenire causaris, Tolosam, ubi tu sedes, ueniã: ibi, si uales, resiste. His auditis, ægrè tulit Theodericus: compacatusq́ue cum ceteris gentibus, arma mouit in Sueuos. Hæc ille. Qui rursus, quum uictoriã relatam de Sueuis docuisset, & Riciarij profligationem, subdit:

Qua occasione & quando Sueui regna Portugalliæ et Gallitiæ occuparint.

A dit: Tum Sueui rectoris sui interitũ contuentes, locorũ sacerdotes ad Theodericum supplices miserũt. Quos ille pontificali reuerẽtia suscipiens, nõ solùm impunitatẽ Sueuis indulsit, sed & ut sibi de suo genere principẽ cõstituerẽt, flexus pietate cõcessit. Quod et factũ est, et Remismundũ sibi Sueui regulũ ordinarũt. Et quando hoc factum fiet, ne quis dubitet, sequit̃ in eodem Iordnandis textu: Nam dum hæc circa Visogothorum gentem & alia nõnulla geruntur, Valentinianus Imperator, dolo Maximi occisus est. Loquitur autem de Valentiniano, qui Honorij Imperatoris filius fuit: sub quo & reliqui omnes penè limites, uidelicet Libycus, Illyricus, Gallicus, & Britannicus, erant deperditi.

CAPUT UNDECIMUM. DE LIMITE *Britannico, siue Armorico.*



BRITANNICUM limitẽ Romani Imperij Claudius Cæsar primus omniũ fecit. Qua de re adeò gloriatus est, ut non solùm triumphi ornamenta acceperit, sed filium insuper ex Messalina susceptũ, Britannicũ appellarit: ut est Tranquillus in eius historia author. Expeditionem (inquit) unam omnino suscepit, eamq́ꝫ modicã, cum decretis sibi à Senatu ornamentis triũphalibus. Quem, cum leuiorẽ maiestate principali titulũ arbitraret̃, uelletq́ꝫ iusti triumphi decus, unde acquireret, Britanniã potissimũ elegit, neqꝫ tentatã ulli post diuũ Iulium, et tunc tumultuantẽ ob non redditos trãsfugas. Huc quũ ab Hostia nauigaret, uehemẽti Circio bis penè submersus est, ꝓpe Liguriã, iuxtáq́ꝫ Stœchadas insulas. Quare à Massilia Gessoriacum usqꝫ pedestri itinere cõfecto, inde transmisit: ac sine ullo prælio aut sanguine inter paucissimos dies, parte insulæ in deditionem recepta, sexto quàm profectus erat mense, Romam redijt, triumphauitq́ꝫ maximo apparatu. Ad cuius spe- *Claudij Cæsaris in Britanniam expeditio.*
B ctaculum cõmeare in urbem, nõ solùm præsidibus prouinciarũ permisit, uerùm etiam exulibus quibusdã: atqꝫ inter hostilia spolia naualẽ coronã fastigio Palatinæ domus iuxta ciuicam fixit, traiecti ac quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina uxor carpento secuta est: secuti & triũphalia ornamenta eodẽ bello adepti. Sed cæteri pedibus, & in prætexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in ueste palmata, quòd eum honorẽ iterauerat. Ex quibus liquet, limitẽ hunc à Claudio Cæsare cœptum fuisse, dato Præfecto prætorio P. Ostorio. Sub quo mox aliqui ea in insula deficientes, autore Caractato Sylurarũ rege, limitẽ istum paucis annis, postq́ꝫ formulã acceperat, nudarũt. Sed uictor Romanus cõcitatorem belli Caractatũ, opera Cartimãduæ Brigantũ reginæ, cõprehensum, Romã in spectaculũ misit, ut Cor. Tacitus lib. xij. his uerbis annotauit: At in Britannia P. Ostoriũ proprętorẽ turbidę res excepere, effusis in agrum sociorũ hostibus, eo uiolentius, ꝙ nouũ ducẽ exercitu ignoto & cœpta hyeme iturũ nõ rebant̃. Ille gnarus primis euentib. metum aut fiduciã gigni, citas cohortes rapit: & cæsis qui restiterãt, disiectos cõsectatus, ne rursus cõglobarent̃, infensáq́ꝫ et infida pax, nõ duci, nõ militi requiẽ permitteret, detrahere arma suspectis, cinctosq́ꝫ castris, Antonam & Sabrinã fluuios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, ualida gens, nec prælijs cõcussa, quia societatẽ nostram uolentes accesserãt. Hisq́ꝫ autoribus circũiectę nationes locũ pugnę delegere, septũ agresti aggere, & aditu angusto, ne peruius equiti foret. Ea munimẽta dux Romanus, quanq́ꝫ sine robore legionũ sociales copias ducebat, perrũpere adgredit̃: & distributis cohortibus, turmas quoqꝫ peditũ ad munia accingit. Tunc dato signo perfringũt aggerem, suisq́ꝫ claustris impeditos turbãt. Atqꝫ illi cõscientia rebellionis, & obseptis effugijs, multa & clara facinora fecere. Qua pugna filius legati M. Ostorius seruati ciuis decus meruit. Cæterùm clade Icenorũ cõpositi, qui bellũ inter et pacem du- *Nudatio prima limitis Britãnici sub Claudio.*

 bitabant,

 A

bitabant,& ductus in Cangos exercitus: uastati agri, prædę pafsim actę, nō aufis aciem hoftibus, uel fi ex occulto carpere agmē tentarēt, punito dolo. Iam uentū haud procul mari quod Hyberniā infulam afpectat, quum ortæ apud Brigantes difcordiæ, retraxere ducem, deftinationis certū, ne noua moliret, nifi priorib. firmatis. Et Brigantes quidē, paucis qui arma cœptabāt interfectis, in reliquos data uenia, refedere. Silurarū gens nō atrocitate, nō clementia mutabaī, quin bellū exerceret, caftrifq; legionū premēda foret. Id quo prōptius ueniret, colonia Camalodunū, ualida ueteranorū manu deducit in agros captiuos, fubfidiū aduerfus rebelles, & imbuēdis focijs ad officia legum. Itum inde in Syluras, fuper propriam ferociā Caractati uiribus confifos: quem multa ambigua, multa profpera extulerāt, ut cæteros Britannorū Imperatores prēmineret. Sed tum aftu, tum locorum fraude prior, ui militū inferior, transfert bellum in Ordouicas: additifq; qui pacem noftrā metuebāt, nouifsimū cafum experit: fumpto ad prælīū loco, ut aditus, abfceffus, cuncta nobis importuna, & fuis in melius effent. & quæ fequūtur. Quæ docēt, limitē Britanniæ nō ita multo poft eius cōftitutionē fuiffe denudatū, quòd fortè exili is præfidio foret firmatus. Quem cum uicto atq; capto Caractato, recuperauiffent Romani, tamē denuò ruperūt Barbari, ut Cornelius teftat his quæ fubnectit: Cenfent Oftorio triumphi infignia, profperis ad id rebus eius, mox ambiguis. Siue quòd amoto Caractato, quafi debellatū foret, minus intenta apud nos militia fuit: fiue hoftes miferatione tanti regis, acrius ad ultionem exarfere. Præfectū caftrorū & legionarias cohortes extruendis apud Syluras præfidijs relictas, circunfundūt, ac ni citò uicis & caftellis proximis fubuētum foret, copiæ tum obfidione occubuiffent. Præfectus tamē et octo centuriones, ac prōptifsimus quifq; manipulus cecidere. Nec multo pòft pabulatos noftros, miffafq; ad fubfidiū turmas profligāt. Tum Oftorius cohortes expeditas B expofuit: nec ideo fugā fiftebat, ni legiones prēliū excepiffent. Earum robore æquata pugna, deinde nobis pro meliori fuit, effugere hoftes tenui damno, quia inclinabat dies. Quæ eo prolixius ex recepto hiftorico adduximus, ut quanto labore is fit & cæptus Claudio limes, & reftitutus, cognofcamus. Credendū eft aūt, ab eo tempore illas legiones uictrices Britannię fuiffe impofitas, quas Grēci Nicephoricas uocant, et quæ huic infulę fiue limiti prę cæteris peculiares erant, à Ptolemęo, Dione, et Cor. Tacito libris poftremis nunq; nō citatę, hoc eft, fecūdam Victricē, fextam Victricē, & nonā Victricē. Quibus adiectæ funt, decimaquarta Gemina fiue Germanica, & decimaoctaua Primigenia ex Hifpanijs eò traducta, quib. à Cæfare illa Dictatore prius præfidio erat impofita. His pofteа fub Nerone uel Galba adiecta fuit uigefima legio: quæ unà cum prius enumeratis à Vitellio cōtra Othonem excita, & in Italiam traducta, ciuili deinde bello interfuit, uicta & fubiugata à Vefpafiano: adeò ut ea tempeftate tertiam limitis Britannici accidiffe nudationem appareat. Qua de re copiofe eft à Tacito, libris xviij, xix, & xx. perfcriptum. Qui præterea in uita Iulij Agricolę apertè legionis xx. in Britannijs mentionē facit. Poft ea tempora Traiano ad faftigiū Imperij euecto, in hoc limite legiones inuenio, ijs autorib. qui circa illa floruere, citari, fextam Victricē, decimamnonā, & uigefimā Nicephoricā, hoc eft uictricē. Quo extincto, & Hadriano fubrogato, Iulius Seuerus quidā aliquot ex Britannia in Iudæā legiones abduxit, ut his uerbis teftat Dion in eius hiftoria, quū de Iudęis tumultuantib. loquit: Adfcifcere etiam multos externorū prædæ & lucri cupiditate, & ferè (ut ita dixerim) uniuerfus terrarū orbis ex motu Iudæorū concuffus fuit. Tunc ergo Hadrianus minimè cunctatus, præcipuos Romanorū duces aduerfus eos mifit: quorū primus Iulius Seuerus in Iudæā ex Britānia uocatus. hic mi-

Secunda limitis Britannici nudatio.

Legiones uictrices quādo in Britanniam pofitæ fuerint.

Vigefima legio quando in Britanniā uecta fit.

Reftitutio limitis Britannici fub Traiano.

Denudatio limitis fub Hadriano.

A hic minime ausus est præliũ cõmittere. nam & multitudine longè impar erat ad decernendũ, & hi de salute desperauerãt. Igitur diuisos adortus, carptim ut quisque poterat cõprehendens pro multitudine militũ atque tribunorum, tum ab alimentis & conmeatu interclusos, tardius quidem, sed minore cum periculo penitus oppressit. hæc Dion. Cæterum uel rediisse præsidium in Britanniam mox bello Iudaico confecto, uel nouis legionibus insulam firmatam, hæc Spartiani uerba, qui Hadriani historiã latinè scripsit, coarguũt: Ergo cõuersis regio more militibus, Britanniã petiit: in qua multa correxit, murumque per octoginta millia passuũ primus duxit, qui barbaros Romanosque diuideret. Mansit itaque in fide ab eo tempore semper hæc insula, donec flagrante bello ciuili, quatuor simul essent ad rerũ summã Imperatores delecti, Iulianus Romæ, in Oriẽte Pescenius, Seuerus in Illyrico, & in limite Gallicano Albinus quidã, qui securitatẽ hostib. ex armis ciuilibus ostenderet. Quare proximis sedibus iterũ exciti Britones, & cæso limitaneo prẹsidio, Seuerũ Imperatorẽ ab urbe exciuerũt. Qui cũ statũ Britanniẹ unà cũ filiis Basſiano & Geta reduxisset, ibidẽ diem suũ ultimũ obiit. Sed placet historiã eius rei ex lib. iii. Herodiani inserere. Hanc liberorũ suorũ uitam, & indecora in spectaculis studia ferens grauiter senex Imperator, literas à Britãniẹ prẹfecto accepit, quæ docebãt barbaros illic seditiones agitare, regionemque omnem incursionib. ac depopulationibus uastare. Quare maiore manu ad resistendum, uel etiam principis ipsius præsentia opus esse. Lætus ea Seuerus accepit. Quippe homo suapte natura gloriæ appetentior, post uictorias ad Orientẽ Septentrionemque, & cognomina utrinque parta, etiam trophæa cõtra Britanniã excitare aliqua cupiebat. Ad hæc filios quoque abducere ex urbe, ut procul à mundiciis urbanis, in castris, militari uitæ ac sobriẹ iuuenes insuescerẽt. Ita expeditionẽ

B in Britanniã edicit, senex iam, & morbo articulari laborãs: tanta aũt animi uirtute, quanta nemo unque uel iuuenũ. Igitur iter ingressus, lectica plurimũ uehebatũ, nulloque cessabat loco. Quare cõfecto itinere, spẹque omni ac sermone celerius enauigato Oceano, Britanniã ingressus est: collectisque militibus, ac maximis cõflatis uiribus, bellũ cõparabat. Cæterùm Britãni repẽtino principis aduentu perculsi, auditoque tantas cõtra se parari copias, legatos ad eũ de pace, ac seipsos expurgatum miserũt. At Seuerus moras de industria nectens, ne Romã uacuo sibi redeũdum foret, cupidus uictoriæ cognominisque Britãnici, legatos quidem re infecta domũ remittit: ipse quæ bello usui forent, magna solertia cõparabat. Sed in primis tamẽ curẹ habuit, pontib. occupare paludes, ut stare in tuto milites possent, atque in solido præliari. Siquidẽ Britanniæ pleraque loca, frequentib. Oceani alluuionibus paludescũt. Per eas igitũ paludes barbari ipsi natant, excursantque ad ilia usque demersi, ac pleraque corporis nudi cœnũ contemnũt. Neque enim uestis usum cognoscũt, sed uentrẽ atque ceruicẽ ferro incingũt: ornamentũ id esse, ac diuitiarũ argumentũ existimãtes, perinde ut aurũ cæteri barbari. Quin ipsa notãt corpora pictura uaria, & omnifariã formis animaliũ. Quocirca ne induunt quidem, uidelicet picturã corporis ne adoperiãt. Sunt aũt bellicosisſima gens, atque auidisſima cẹdis: tantũ scuto angusto lanceaque cõtenti, prẹterea gladio nudis corporib. dependẽte. Loricẹ ac galeẹ usum penitus ignorãt, impedimentũ id esse transgrediendis paludibus arbitrãtes, quarũ uaporib. æstuque cœlum ibi semper caliginosum. Ad hæc Seuerus nihil nõ cõparabat, quod usui Romano militi, quod detrimẽto barbaris impedimentoque foret. Vbi uerò satis ex sentẽtia, prompta sibi esse ac parata omnia intellexit, iuniorẽ filiũ Getam nomine, in parte insulæ Romanis subiecta reliquit, ut iuri dicundo rebusque ciuilib. administrãdis præesset: eique cõsiliarios ex amicis natu grãdiores reliquit, Antonio secũ aduersus hostes educto.

Restitutio limitis Britannici sub Hadriano.

Rebellio Britãnorũ sub Seuero Septimio.

Situs & qualitas terræ Britãniæ.

Mores & habitus incolarũ Britanniæ, qui postea Picti sunt cognominati.

cto. Transgresso igit̃ Romano exercitu, amnes aggeres'q; eos qui obiecti barba- A
ris, Romanorũ fines distermināt, pugnę quędã tumultuarię fiebant, et excursio-
nes, uictore ubiq; Romano. Subscribit Herodiano Aelius Spartianus in eiusdē
Cæsaris historia: Perijt Eboraci (inquit) in Britannia, subactis gentibus quæ Bri
tannię uidebant̃ infestæ. anno Imperij decimooctauo, morbo grauissimo extin-
ctus, iam senex reliquit filios duos. Hæc eo prolixius adducere uolui, cùm quia
melius describere huiusmodi Britannici limitis restitutionē non poterã: tũ quia
Spartianus limitē Britanniæ nõ per flumina, sed per murũ fuisse distinctum adse
rit. Atq; interlabentib. annis usq; ad Constantiũ primũ hoc nomine Cęsarē, quo
modo is limes fuerit & à quo firmatus, nisi q̃d Constantinũ Constantius Impera
tor, filiũ scilicet, præsidio huic limiti collocarit: ubi et in Imperatorē creatum Eu
tropius memorat, ita scribēs: Constãtius priuignã Herculij Theodorã accepit,
ex qua postea sex liberos Constãtini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani
Valeriã accepit uxorē. Ambo uxores prius habuerãt, sed eas repudiare cõpulit.
Cum Carausio tamē quũ bella frustra tentata essent, cõtra uirũ rei militaris peri-
tissimũ, ad postremũ pax cõuenit. Eum post septenniũ Alectus socius eius occi-
dit, atq; ipse post eũ Britãnias triēnio habuit: qui dolo Asclepiodoti pręfecti prę
torio oppressus est. Ita Britanniæ x. anno receptæ. Et subijciēs filij inauguratio-
nem: Anno ab urbe cõdita M. D. XI. Constãtio mortuo, Constantinus ex obscu
riore matrimonio eius filius, in Britãnia xxxviij. ab Augusto Imperator creatus
est, & vi. Kal. Augusti locũ patris exoptatissimus moderator accessit. Hic dũ iu-
uenculus à Galerio in urbe Roma religionis specie, uice obsidis teneret, fugã ar-
ripiēs, & ad frustrãdos insequentes publica iumēta quacunq; iter egerat interfi-
ciens, ad patrē in Britanniã peruenit. Et fortè eisdē diebus, ibidē Constantiũ pa-
rentē fata ultima perurgebãt. Quo mortuo, cũctis qui circa eum erant adnitenti B
bus, sed pręcipuè Alemanorum rege Eroco, auxilij gratia Constantiũ comitato,
Imperiũ capit. Hæc ille. Atq; ab eo tempore inuenio Pictos iterũ, Scotos'q; atq;
Saxones, huic limiti insidias struxisse: quē postea sub Honorij filio Valētiniano,
omnino occuparũt. Vnde Marcell. lib. 27. quũ Valētiniani primi historiã retexe
ret: Profectus itaq; ab Ambianis, Treuiros'q; festinãs, nuncio percellit̃ graui, qui
Britannias indicabat barbarica cõspiratione ad ultimã uexatas inopiã, Nectari-
dium'q; comitē maritimi tractus occisum, et Bulchobaudē ducē hostilib. insidijs
circũuentũ. Quibus magno cũ horrore cõpertis, Seuerũ etiam tũ Domesticorũ
comitem misit, si fors casum dedisset optatũ, correcturũ secius gesta. Quo paulo
postea reuocato, Iouinus eadē loca ꝓfectus, præuētus idem celeri gradu præmi
sit, adminicula petiturus exercitus ualidi. Id enim instantes necessitates flagitare
firmabant. Postremò ob multa & metuēda, quæ super eadē insula rumores assi-
dui perferebãt, electus Theodosius, illuc ꝓperare disponit̃, officijs martijs felicis
simè cognitus, adscitã'q; animosa legionũ & cohortiũ pube tendebat, præeũte fi-
ducia speciosa. Et significans hostes qui hunc tũ limitē reddiderãt infestũ, sub-
dit: Illud tamē sufficiet dici, q̃d eo tempore Picti in duas gentes diuisi, Dicalido-
nas & Vecturiones: itidem'q; Attacotti, bellicosissima hominũ natio, & Scoti,
per diuersa uagantes, multa populabant̃. Gallicanos tractus Franci ac Saxones,
ijsdē cõfines, quò quisq; erũpere potuit, terra uel mari, prędis acerbis, incēdijs'q;
et captiuorũ funeribus hominũ uiolabãt. Ad hæc prohibenda, si copiam dedis-
set fortuna prosperior, orbis extrema dux efficacissimus petens, quũ uenisset ad
Bononiæ littus, quod à spacio cõtrouerso terrarũ angustijs reciproci distinguit̃
maris, attolli horrēdis æstib. assueti, rursus'q; sine ulla nauigantiũ noxa in speciē
cõplanari camporũ: exinde transmeato lentius freto, defert̃ Rutupias stationē
ex aduerso

Restitutio limitis Britannici facta sub Cõstantio et Constantino.

Nudatio Britannici limitis sub Valentiniano primo.

Procinctus Valētiniani primi in Britannias.

A ex aduerso tranquillam. Vnde cum consecuti Bataui uenissent, Iouijq; & Heruli, & uictores fidentes uiribus numeri, egressus tendensq; ad Lundonium uetus oppidum, quod Augustam posteritas appellauit, diuisis plurifariam globis, adortus est uagantes hostium uastatorias manus, graues onere sarcinarum. & properè fusis qui uinctos homines agebant, & pecora, prædã excussit, quam tributarij perdidere miserrimi. Et subdit: Denique edictis propositis, et impunitate promissa, desertores ad procinctum uocabat, & multos per diuersa libero commeatu dispersos. Quo monitu ut rediere pleriq;, incentiuo percitus, retentusq; anxius curis, Ciuilem nomine recturum Britannias pro præfectis ad se poposcerat mitti. Idem libro xxviij. quid Theodosius, cuius filius postea imperauit, egerit in Britannia, declarat: Theodosius uerò dux nominis inclyti, animi uigore collecto, ab Augusta profectus, quam ueteres appellauere Lundoniũ, cum milite industria comparato solerti, uersis turbatisq; Britannorũ fortunis, opem maximam tulit, opportuna ubique ad insidiandum barbaris præueniens loca, nihilq; gregarijs imperans, cuius non ipse primitias alacri capesceret mente. Et clarissimè huius limitis inuasionem ostendens paulo pòst: Erupit (inquit) Augustis ter cõsulibus, Saxonum multitudo: & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento, sæpe nostrorum funeribus pasta. Cuius eruptionis primæ procellam Nannenus sustinuit comes, regionibus eisdem appositus, diuturno bellorum labore compertus: sed tunc ad mortem destinatæ plebi congressus, quum milites quosdam ruisse, & se uulneratum imparem fore certaminibus aduerteret crebris, docto Imperatore quid agi deberet, id est adeptus, ut peditum magister Seuerus opitulatum rebus dubijs adueniret. Et tandem Romanorum uictoriam & Saxonum cladem recensens, subdit: Exin

Theodosij senioris expeditio in Britanniam cõtra Saxones, Pictos, & Scotos.

B cõcursum infestius, firmatisq; pectoribus hinc inde incumbentes Romani, clausos hostes eductis gladijs obtruncabãt: nec quisquã eorum genitales reuisere potuit lares, ne uno quidem cædibus cõcorporalium superesse permisso. hactenus Ammianus. Atque hæc prima Saxonum in eam insulam incursio fuit, classe littori aduectorum. Quos tamen cum Theodosij auspicijs Valentinianus primus uictor repulisset, limitem Romano etiamnum nomini tum retinuit, legionibus ibidem præsidio locatis, quas Marcellinus enumerat, Iouiam Victorum Herulorum & Batauorum. Quem rursus tamen sub Honorio adorta maiori classe eadem Saxonũ gens, parum abfuit quin expugnassent. Id quod Claudianus poeta significans, eam retenti limitis gloriam Honorio Cæsari tribuens, in Panegyrico tertij Consulatus sic canit:

Prima Saxonum in Britanniã incursio.

Ille leues Mauros, nec falsò nomine Pictos
Edomuit, Scotumq; uago mucrone secutus,
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas,
Et geminis fulgens utroq; sub axe trophæis,
Tethyos alternæ refluas calcauit arenas.

Honorius Imperator Britãniam à Saxonibus liberauit.

Idem in quartum Consulatum Honorij:

Quid rigor æternus? cœli quid sidera prosunt?
Ignotumq; fretum? maduerunt Saxone fuso
Orcades, incaluit Pictonum sanguine Thule,
Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

Tribuit eandem & Stiliconi Honorij genero laudem, et legionis ex Britannia accersitæ mentionem facit, in belli Gothici periphrasi:

Venit

Stilico Vandalus Britannicũ limitem à Saxonibus liberauit, & restituit imperante Honorio.

Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena duci: ferroq; notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Repetit idem in secundo Stiliconis Panegyrico:

Inde Caledonio uelata Britannia monstro,
Ferro picta genas, cuius uestigia uerrit
Cærulus, Oceaniq; æstum mentitur amictus.
Me quoque uicinis pereuntem gentibus, inquit,
Muniuit Stilico, totam cum Scotus Hibernam
Mouit, & infesto spumauit remige Thetys,
Illius effectum curis, ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne littore toto
Prospicerem dubijs uenturum Saxona uentis.

Post ea tempora, Romana indies cùm uirtute tum potentia decrescēte, præcipuè cum tot iterum tyrannis Respublica nobilis dissiparetur, (quorum in Italia Glicerius Orestes Nepos & Augustulus, in Gallijs Eugenius Maximus & Seuerianus, ad se quisque rerum summam traheret, & omnes quasi Valentiniani ignauiæ insultarent, quod antea Galieno contigerat, nudatis ea propter limitibus, in isto bellorum ciuilium tumultu, arrepta iterum occasione, Saxones, Angli, Scoti, Pictiq; Britannicum limitem inuaserũt: quem haud multo pòst, citra laborem, utpote præsidio nudatum, in potestatem redegerunt. Id quod Supplementum ex Græcis Annalibus, quod Eutropio iunctum est, ita refert: Interea Valentinianus non solum Britanniam & Galliam & Hispaniam saluare nequiuit, sed & Occidentalem Libyam, quæ uidelicet regio uocatur Aphrorum, amisit. Et subdit: B Britanni itaque, de quibus præmissum est, quum rursus Pictorum Scotorumq; incursionibus premerentur, mittunt Aetio epistolam lachrymis erumnisq; plenam, eiusq; quantocyus auxilium efflagitant. Quibus dum Aetius minimè annuisset, & quòd contra uicinos hostes occupatus existeret, quidam Britannorum strenuè resistentes, hos abigunt: quidam uerò coacti hostibus subijciuntur. Denique subactam Picti extremam eiusdem insulæ partem, eam sibi habitationē fecere, nec ultra exhinc ualuerunt expelli. At uerò residui Britannorum, dum continuò Scotorum impetus formidarent, ultro iam de Romanorum præsidio diffidentes, Anglorum gentem cum suo rege Vertigerno ad defensionē suæ patriæ inuitauere: quos tamen Amiciali societate exceptos, uersa in contrarium uice hostes pro adiutoribus, impugnatoresq; sensere. Sequenti deinceps tempore gens Anglorum siue Saxonum Britanniam tribus longis nauibus aduehitur. Quorũ dum iter prosperari, domi fama retulisset, mittitur nihilominus exercitus multiplex, qui sociatus prioribus, primùm hostes, propter quos petebatur, abigit: deinde in Britones arma conuertit, conficta occasione, quasi pro eis militantibus minus stipendia præparassent: totam propè insulam ab oriente usque ad occidentalem eius partem incendio & gladio subegit. Hæc eo fusius ad fidem rerũ ex Historijs repetere uoluimus, ut, quo auspicio et quando Angli Britanniam occuparint, ubi adhuc rerum potiuntur, diligens lector cognoscat. Ad quam mutationem eo in limite, adludit Sidonius Apollinaris libro viij. Epistolarum ad Namatium: Nuncius constanter asseuerauit, nuper uos classicum in classe cecinisse, atque inter officia nunc nautę, modò militis, littoribus Oceani curuis inerrare contra Saxonum pondos mioparones: quorũ quot remiges uideris, totidem te cernere putes archipiratas: ita simul omnes imperãt, parent, docent, discunt latrocinari.

Occupatio Britanniæ postrema.

Qua occasione Angli Saxones, Britanniam occuparint.

Loca Sidonij de Anglorum Saxonum Scotorumq; in Britanniam procinctu.

A cinari, ut nũc etiã, ut quàm plurimũ caueas, causa successit maxima monendi. Hostis est omni hoste truculentior. Improuisus adgreditur, prouisus elabitur: spernit obiectos, sternit incautos: si sequitur, intercipit: si fugiat, euadit, &c. Quæ omnia nimirum de Saxonum, Scotorum, Pictorumq; aduersus Britanniam procinctu, & non de alio quodam sunt accipienda. De quo itidem hoc carmen est intelligendum, eiusdem ad Maiorianum Augustum, in Panegyri:

Tot maria intraui duce te, longeq; remotas
Sole sub occiduo gentes, uictricia Cæsar
Signa Calidonios transuexit adusq; Britannos,
Fuderit & quanquam Scotum, & cum Saxone Pictum, &c.

FINIS LIBRI PRIMI COMMENTARIORVM Reipublicæ Romanæ, autore Vuolfgango Lazio, &c.

COMMENTARIORVM REIPVBLICAE ROMANAE IN PROVINCIIS BELLO ACquisitis extra Italiam constitutæ, Liber secundus: De prætorijs, magistratibusq; & muneribus omnis generis, quibus illæ Prouinciæ Huic populo pace belloq; administrabantur multis seculis: authore Vuolfgango Lazio Viennensi Austriaco Medico, & Regio Historico.

B 

D HVNC igitur modum limitibus constitutis, & in ijs legionibus pro hostiũ qualitate numeroq; collocatis, ut essent, unde omnia ceu à capitibus moderarentur, quòd Augusti omnibus simul limitibus adesse nequirent, Prætoria in his erexere: quibus, in re militari exercitatissimos, & iam omnib. propè honoribus perfunctos præfecerunt: uti uidelicet instar comitatus Augustalis, omnia ministeria complecterentur, Scrinia haberẽt, Procuratores, Quæstores, Annonæ præfectos, curatores ciuitatum prouinciarumq; Augustorũ ipsorum auspicijs tenerent, atq; usurparent atq; adeò, uti tam in re ciuili iureq; dicundo, quàm in belli administratione omnibus regula essent, ad quos tanquam ad sacram anchoram omnes prouinciarum prouocationes fierent: quas seorsim utroq; itidẽ in iure pro ratione nobilitatis ignobilitatisq;, Proconsules, Proprætores, Legati, Pręsides, Quęstores, Duces, Tribuni administrare solebant. Qui tametsi Augustorũ auspicijs gubernabant omnes, Præfecti tamen prætorio iussis ac dicto, tanquam sub Prætore constituti, perpetuò audiebant. Non dissimile Austriæ principes ante patrum memoriam excogitauere. Quorum res quũ quotidie prouinciarum accessione cresceret, nec iuri dicundo defendendisq; singulis ex comitatu illorum satisfacere possent, tria ad postremum Prætoria excitarunt, quæ Regimenta uocamus, quibus & præfectos prouinciarum subiecere, & plenum uicis suæ ius concesserunt, quam Præsentialem præfecturam codex Marciani

Prætoriorum sedes primæ.

Administratio prouinciarũ.

Austriæ principes Romana prætoria imitati.

Præsentialis præfectura.

ciani appellat. Ita nimirum sub prætorio, siue Regimento Viennensi gubernant A prouincias, Marescalcus Austriam sub Aniso: Banus, Vuindorum Marcham: reliquæ prouinciæ Capitaneos habēt, hoc est præsides, Austria supra Anisum, Styria, Carinthia, Carniola, Goritium, & Istria. Non aliter Regimentum quod est apud pontem Oeni constitutum, iura dare solet, qui illi ex formula subijciuntur superioris Austriæ prouinciarum præsidibus: Capitaneo Tyrolensi, Capitaneo Veldkirchensi, & Engadinorum Sueuię Vogto, Hegouiæ Vogto, Burgouiæq;. Vt transeam tertium prætorium, quod in Alsatia hi principes apud Ensishaymā excitarunt: à quo prouinciæ pendent, Alsatia, Sundgouia, Brisgaudia, Nigra sylua, & comitatus Habsburgensis. Quemadmodum igitur, ut exemplo rem declarem, omnes qui ita sub Prætorijs prouincias regunt Austriadum nomine, Præfecti sunt, cęterùm dignitate & nomine differunt: ita qui sub Romanis prętorijs in limitibus excitatis administrabant prouincias, nomenclaturis & subsellijs distinguebantur. Atq; ut in limite Istri, siue Illyrici Occidentalis maneamus (intra quē eiusq; intercapedinem omnes penè Austriacæ prouinciæ inferiores sitæ cernuntur) parebant huic prætorio, quod quidem Italiam, Africamq; ijsdem auspicijs administrabat, Proconsul Pannoniæ inferioris siue secundæ, Corrector Pannonię Sauiæ, Consularis Pannonię primæ, Legatus Dalmatiarum, Dux Valerię, & utriusq; Norici præsides, de equestri genere: de quibus suo loco copiosius tractabimus. Atq; de prouincijs subiectis prætoriorū diœcesibus tantum dixisse suffecerit. Nunc de initijs prætoriorum differendum nobis est, quomodo & quando hæc in limitibus, & quo auspicio posita fuerint. Quod ut plenius fiat, rem de prætura paulo altius repetemus. Quemadmodum igitur Prætorium à prætura nomen accepit, ita Prætura à prætore, qui à præeundo (ut Varroni & Ciceroni tertio de Legibus placet) denominatus fuit. Qua re factum est, ut prætores dicerentur B Romanis, non solum qui aut ius in urbe dicerent, aut prouincias administrarent: uerùm etiam qui ærario, qui tutelis pupillorū, qui exercitibus denicq; erant à Romano Senatu uel Augustis præstituti. Vnde passim in scriptionibus atq; authorum classicorum monumentis, Prætorum ærarij, Prætorum tutelariorum, Prætorum fideicōmissariorum, & Prętorum exercituū mentio occurrit. Quam rem ut dilucidè tradamus, Præturam Romanam distinguemus in Præturam Senatus Romani ante constitutum Imperium, & in præturam Augustorum constituto imperio. Quæ prætura Romani populi ante constitutum imperium à Senatu dabatur, duplex erat: in urbe, & extra urbem. VRBANA prætura multiplex dabatur. Iuris dicundi, qui uices consulum absentium gerebant, & Senatum conuocandi ius habebant, si quando Consules præstò non erant. De cuius origine scribit Liuius lib. 7. Decad. 1. ab initio: Cum de industria omnia, ne quid per plebeium consulem ageretur, præferrentur, silentium omnium rerum ac iustitio simile ocium fuit: nisi quòd non patientibus tacitum tribunis, quòd pro consule uno plebeio tres patricios magistratus curulibus sellis prætextatos tanquā consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset, Prętorem quidem etiam iura reddentem, & collegam consulibus, atq; ijsdem auspicijs creatum: uerecundia inde imposita est Senatui, &c. Hæc ille. Dabatur & prætor ærario: alius item in urbe prætor tutelaris constituebatur, qui tutoribus pupillorum præficiebatur. Erat Romæ & prætor quispiam fideicōmissarius cognominatus, qui mortuorum uoluntates tuebatur, & fideicommissis dicebat, à Claudio Cæsare constitutus. Denicq; cum Romanorum esset extra Italiam imperium propagatum, nec iuri dicundo urbanus sufficeret, qui cōsulum uices gerebat, creatus est & Peregrinus prætor, qui populorum causas in urbem delatas, aut eorum qui ex numero externorum

Prætoriorum exordia.

Prætoris nomen latè patet.

Duplex prætura ante Imperium.

Vrbana prætura.

Prætorum urbanorū discrimina.

Peregrini prætoris origo.

rum

A rum in urbe degebant, querelas distinguebat. De quibus omnibus seorsim dicemus. Ne uerò aliquis dubitet, plures etiam in urbe Romanis fuisse prætores, colligitur illud ex his Titi Liuij uerbis lib. 1. Decad. 5. Postero die prætores facti, P. Aelius Tubero iterum, C. Quintius Flauius, C. Numisius, C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Leuinus: Tuberoni Vrbana iurisdictio, Quintio Peregrina euenit, Numisio Sicilia, Mummio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem prouincia consularis facta. Gracchus eam sortitur, Istriam Claudius, Scipio & Leuinus Galliam in duas diuisam prouincias sortiti sunt. Et iterum: Prætores inde facti, M. Popilius Lænas, P. Licinius Crassus, M. Cornelius Scipio, L. Papirius Mazo, M. Aburius, L. Aquilius Gallus. Et rursus: Prætores inde facti, Cn. Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Crassipes iterum, A. Attilius Serranus iterum, C. Cluuius Saxula iterum. Quum itaq; plures fuerint Prætores, de ijs singulis dicendum erit, exordio sumpto à Prætore iudiciali, qui & maior dicebatur, ut est Pomponius Iureconsultus author de Origine iuris. Is ex uerbis XII tabularum non semper iudicabat, sed iudicare ius erat. Præerat enim sortitioni iudicum, & subsortitioni: hoc est, per sortem & fortuitum euentum. Designabant quippe ex decurijs & ordinibus eos qui quoquo tempore iudicarent, illorumq; nomina in Albo suo scribebant. Vnde sortiri forum, sortiri iurisdictionem, sortiri effectum, Iureconsulti distinguunt. Arbitror uerò eundem fuisse, qui & Prætor ærarij, & Prætor tutelaris dicebatur, eo quòd muneri eius cura ærarij, tutelarum atq; ædium, ludorumq; incumbebat. Atque quòd ludos illi dare unà cum ædilibus curulibus soliti fuerint, ex his uerbis T. Liuij libro septimo, Decadis tertię aduertitur: Ludi Apollinares, Q. Fuluio, Appio Claudio Coss. à P. Cornelio Sylla Prætore urbis primùm facti erant. Inde omnes deinceps Prætores urbani fecerunt. Quæ cõsuetudo usq; ad inclinantis Imperij tempora mansit. Vnde Marcellinus libro XXVII. tractans Valentiniani principatum: Aduenit post hunc (inquit) urbis moderator Lampadius ex Præfecto prætorio. Et subdit, ut prætorem urbis sub Præfecto prętorio fuisse intelligamus: Hic quum magnificos prætor ludos ederet, & uberrimè largiretur, plebis nequiens tolerare tumultum. Ita rursus, quòd ædium curam ijdem Prętores urbani iudiciales habere soliti fuerint, idem Liuius ostendit libro sexto, Decadis quintę: Ea regis legatio grata Senatui fuit. Decreuerunt, ut Cn. Sicinius Prætor ædes instructas locaret, ubi filius regis comitesq; eius habitarent. Et Thracum legatis apud se disceptantibus, & societatem amicitiamq; petentibus, & quod petebant datum est, & munera binûm millium æris summę in singulos missa. Ex quibus liquet, & munera Prætores dare solitos legatis, ex ærario uidelicet sumpta: ut dubium nullum sit, Aerarij prætores fuisse eosdem, qui I. D. erant. Quod & quinto eiusdem Decadis libro ostendit: Responsum à Senatu est (inquit) Antiochum rectè atq; ordine fecisse, quòd legatis paruisset: gratum id esse S. P. Q. R. Regibus Aegypti, Ptolemæo Cleopatræq;, si quid per se boni commodiq; euenisset. Id magnopere Senatum lætari: daturumq; operam, ut regni sui maximum semper præsidium positum esse in fide populi Romani ducant. Munera legatis ut ex instituto mittenda curaret, C. Papyrio prætori mandatum. Porrò ærarij curam habuisse Pretores unà cum Quæstoribus, ærarijq; præfectis ac scribis, refert Cor. Tacitus libro XIII. Historiæ Augustæ: Dein princeps curam tabularum publicarum à Quæstoribus ad Præfectos transtulit. Variè habita, ac sæpe immutata eius rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos: dein ambitu suffragiorum inspecta sorte, ducebantur ex numero Prætorum qui præessent. Et sic intelligendæ sunt

Maior Prætor.

Prætor ærarij & Tutelaris.

Pretores ærarij ludos curabant.

B

Prætores Vrbani ædes curabant.

Prætores Vrbani legatis dabant munera.

Prætores Vrbani curabant ærarium.

A

inscriptiones Vetustatis, quæ Salonæ in Dalmatijs extant:

ARGIVAE VICTOR HERCVLES DONVM HOC TIBI VRBANVS PRAETOR.

P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVIAE FILIIS CONSI. ET DIDIAE NEPOS BARDI ET DVRICIAE PRONEPOS SCAVRA QVAESTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDARVM TRIB. PLEB. AEDIL. CVRVLIS, IVDEX QVAESTIONIS, PRAETOR AERARII, PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINVIT.

Prætores dabant pupillis tutores.

Similiter uerò & tutores à Prætoribus dabantur pupillis, ut ex libro nono T. Liuij, Decadis quartæ, elicitur: Quin eò processerunt consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à Tribunis & Prætore petito, cum testamentum faceret, unum Ebutium instituerit hæredem. Et sic intelligendus est locus Capitolini in Mario: Iudiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit, fastis dies iudiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusq; disceptandis constitueret. Prætorem tutelarem primus fecit, cum antè tutores à Consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. Ex quo patet, posterius peculiarem tutorem factum, ad tutores dandos pupillis destinatum, liberato iam ea molestia urbano Prætore. Præterea id muneris prærogatiuæq; urbani Prætores habebant, ut nõ solum seruis libertatem publicè darent, uerùm etiam populos in libertatem iussi à Senatu uel Augustis restituerent. Id quod ex hoc T. Liuij loco, qui est libro secundo, Decadis quintæ, intelligitur: Ibi cum laceratus iurgijs multorum esset, S.C. factũ est, ut qui Ligurum post Q. Fuluium L. Manlium Coss. hostes non fuissent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius, Prætores in libertatẽ restituendos curarẽt, agrumq; his trans Padum Cos. C. Popilius daret. Pertinebant ad hæc, omnia ad Prætoris munus fideicommissa, in adeundis hæreditatibus, ut mortuorum uoluntates tuerentur. Erant autem fideicommissi ex eo appellati, quòd testatores fidei committebant eorum qui capere ex testamento poterant hæreditatem. Ad quod alludit Suetonius in Claudio: Iurisdictionem de fideicommissis quotannis, & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atq; etiam per prouincias potestatibus demandauit. Meminerunt huius quoq; rei Iureconsulti in explicatione Senatusconsultorum, Aproniani, Aemiliani & Rubriani, in L. si eum seruum. §. si quis. ff. de fideicommiss. libert. Denique quod summum erat Præturæ urbanæ decus, absentibus Consulibus Prætores conuocandi Senatum facultatem habebant. Vnde T. Liuius scribit libro secundo, Decadis quintæ: Priusquam proficiscerentur Coss. C. Cicereio Prætori ad ædem Bellone Senatus datus est. Sic Cor. Tacitus libro XVII: Vocat Senatum Prætor urbanus, certant adulationibus cæteri magistratus. accurrerunt patres, decernitur Othoni Tribunitia potestas. Atq; hęc de Prætura urbana. Cui proxima erat Peregrina prætura, quę duplex fuit: intra urbem, & extra urbem in prouincijs. Cuius originem Victorinus ex Pomponio Iurisconsulto his uerbis repetit: Notare debemus, omnes magistratus Prætores appellatos. Sed patres, quo tẽpore L. Sextius primus ex plebe consul creatus, Furium Camillum primum Prætorem urbanum, qui ius in urbe diceret, creauerunt. mox unico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem uenirent, alius creatus est Peregrinus: eo quòd plerunq; inter Peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, alijsq; Prouincijs, totidẽ Prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouin-

Libertatis restitutio penes Prætores.

B

Hæreditatis cõsequẽdæ ratio penes Prætores.

Fidei cõmissi.

Prætores uicarij Consulum.

Prætura peregrina.

Origo prouincialium Prætorum.


LIBRI SECVNDI REI PVBLICAE ROM: ICONES
DOMVS PRAETORIA LIMITANEA VEL
PRAETORIVM PEREGRINVM
PRIMI SCRINIA
PRAEF: ANNONAE
AEDILIS
PROCVRATOR PROVINCIAE
MGR SCRINI: MGR MEMOR
VEXILLA ARGENTEA PRAETORIS
LICTORES CVM FASCIBVS
MGR MEMOR PRAEFECTVS
PRAETOR PRESES VEL DVX LIMIT
TELONARIVS
COMENTARIENS MVNIA ET MINISTERIA MILITARIA
MILITIA PALATINA ET MINISTERTALIVM

A prouincialibus præessent. Porrò Pomponius Iureconsultus lib. Digestorū primo refert, quū consules euocarentur bellis, neq; esset qui in urbe ius diceret, creatum urbanum: ea tum ex necessitate Prætorum fuisse. Post aliquot deinde annos Romana iam ditione tot prouinciarū accessione locupletata, multos cœpisse esse Prætores. Hic uerò notandū, quatuor generum Prætores peregrinos extitisse. Primum, qui peregrinorum in urbe populorumq; externorū causas tractabat, & semper in urbe manebat. Secundū, qui iurisdictionē iudicandi inter peregrinos ciuesq; habebat coniunctā. Tertium, qui extra urbē constitutus, in prouincia ius dicebat. Quartū, qui & propriè Pręfectus pretorio dicebatur, cōstituto primum Imperio creatū: qui pluribus simul prouincijs, hoc est integro limiti, uel pluribus limitibus nomine Romanorū Augustorum præsidebat, à quo prouocari non poterat, & qui præter ciuiles criminalesq; causas belli quoq; armorūq; administrationē tractabat. Atq; id ita esse ut proponimus, plures peregrinos uidelicet Prętores non solum initiante Imperio, uerùm ante illius exordia adhuc fuisse, colligitur ex his uerbis T. Liuij, quę ab initio libri secundi, Decadis quintæ legūtur: Ad hos mille (inquit) & D. pedites Romani cū centum equitibus scribi iussi, cū quibus Prætor cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transgressus gereret bellum: interim M. Attilius uetus Prætor prouinciā obtineret Sardiniam. Prætores deinde prouincias sortiti sunt, A. Attilius Serranus urbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos, Cn. Fabius Buteo Hispaniā citeriorē, M. Matienus ulteriorē, M. Furius Crassipes Siciliā, C. Cicereius Sardiniā. Quo loco triū Peregrinorū prætorū mentio fit: uidelicet Attilij Serrani, qui ius in urbe diceret inter peregrinos: C. Cluuij Saxulæ, qui inter ciues & peregrinos iudicabat intra urbē: reliqui extrà in prouincijs Hispanijs, Sicilia atq; Sardinia, eo munere fungerentur. Por-

Quatuor generum Prætores peregrini.

Origo Præfecti prætorio.

B rò Iureconsulti in cōstitutionibus suis, XVIII Peregrinorū prætorū in urbe mentionem faciunt. Erat itaq; Prætor peregrinus urbanus, qui peregrinorū in urbe existentiū causas distinguebat: alius ab urbano, qui inter Romanos duntaxat ciues iudicabat. Meminit huius Liuius lib. 7. Decadis quartę: Et mulctę ex iussu populi remissæ. ira prouinciæ ereptæ Prætorē magistratu abdicare se conantē, patres authoritate sua deterruerunt, & ut ius inter peregrinos diceret decreuerūt. quę ostendunt, diuersa nomina fuisse Prætoris urbani & peregrini. Ita eodē loco scribit Liuius: Prætores deinde sortiti sunt, Sp. Posthumius Albinus urbanā: & inter peregrinos, M. Sēpronius Tuditanus Siciliā, Q. Fabius Pictor flamē Quirinalis Sardiniā, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypseus Hispaniam citeriorem, L. Bebius Diues Hispaniā ulteriorem. Sic lib. Decad. quintę primo: Comitia deinde habita. Cōsules creati, C. Claudius Pulcher, Tib. Sempronius Gracchus. & postero die Prætores facti, P. Aelius Tubero iterum, C. Quintius Flaminius, C. Numisius, C. Mumius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Leuinus. Tuberoni urbana iurisdictio, Quintio peregrina euenit, Numisio Sicilia, Mumio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinē prouincia Cōsularis facta, Gracchus eam sortitur. Histriā Claudius, Scipio & Leuinus Galliā in duas diuisam prouincias sortiti sunt. Et iterū: Consules prætoresq; prouincias sortiti sunt. Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petilio obuenerunt. Prætores, L. Papirius Maso urbanā, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniā ulteriorē, L. Aquilius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in prouincias irent, M. Popilius in Sardiniā. Gracchū eam prouinciā pacare, & T. Ebutiū Prætorem adiutorē ab Senatu datum esse. Idem lib. 2. Decad. eiusdem: Siciliā C. Caninius Rebillius est sortitus, L. Furius Philus Sardiniā, L. Canuleius Hispaniam, C. Sulpitius Galba urbanam iurisdictionē, L. Iunius Annalis inter peregrinos.

Prætor peregrinus urbanus.

Et rursus lib. 4. eiusdem Decad. Prætores, Cn. Bebius urbanam, L. Anitius peregrinam, & si quò Senatus censuisset, Cn. Octauius classem, P. Fonteius Hispaniã, M. Ebutius Siciliã, C. Papirius Sardiniam est sortitus. Possem adhuc alia multa eiusdem authoris loca recensere. Sed satis esse ea arbitror, ex quibus appareat, peregrinũ alium in urbe fuisse, aliũ qui extrà in prouincijs ius dicebat. Præterea in urbe alium iudicasse solum inter peregrinos, alium iurisdictionẽ urbanam peregrinæ simul habuisse coniunctã, atq; æquè inter ciues atq; peregrinos iudicasse. De quibus omnibus non desunt loca apud authores. Liuius lib. 5. Decad. tertię: Et Prætores prouincias sortiti sunt, P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quę duorũ antè sors fuerat: Cn. Fuluius Flaccus Apuliam, Claudius Nero Suessulam. Et lib. 9. Decad. quartę: Prætores prouincias sortiti sunt, T. Mænius urbanam, M. Licinius Lucullus inter ciues & peregrinos: C. Aurelius Scaurus Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quintius Crispinus Hispaniam citeriorem. Idem lib. 2. Decad. quintæ, ab initio: Interim M. Attilius uetus Prætor prouinciã obtineret Sardiniã. Prętores deinde prouincias sortiti sunt, A. Attilius Serranus urbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos, Cn. Fabius Buteo Hispaniam citeriorẽ, M. Matienus ulteriorẽ. Et iterum: Belli administratio ad nouos Cõsules reiecta est: in præsentia tamen Cn. Siciniũ prætorem, cuius inter ciues & peregrinos iurisdictio erat, scribere milites placuit. Ex his nemo nõ colligit, aliũ fuisse prætorẽ urbanũ, qui inter ciues iudicabat: & alium peregrinũ in urbe, qui inter peregrinos in urbe existentes: alium præterea cui utraq; sors iuncta erat, ut causas tam ciuiũ quàm peregrinorũ distinguendi facultatẽ haberet: alios deniq; prouinciales extitisse Peregrinos prætores, qui eo munere extra urbẽ in prouincijs fungebãtur. De quo seorsim mentio fit subinde Liuio, ueluti in lib. 4. Decad. tertiæ: Itaq; prouinciæ atq; exercitus diuisi: bellum undecunq; cum Hannibale à Consulibus mandatum est, & exercitus unus quem ipse Sempronius habuerat, alter quẽ Fabius Consul. Hæ binæ erant legiones. M. Aemylius prætor, cuius peregrina sors erat, iurisdictionem Attilio collegæ prætori urbano mandauerat, ut lacerã prouinciam haberet, legionesq; duas, quibus Q. Fabius, qui tum Consul erat, prætor præfuerat. Huc pertinet & locus qui est lib. 9. Decad. quartæ: Hispaniæ extra sortem prioris anni, prætoribus cum suis exercitibus seruatę. Pretores ita sortiri iussi, ut flamini Diali utiq; altera iurisdicẽdi Romę prouincia esset. Et rursus lib. 4. Decad. 5. Additus est his tertius L. Anitius prætor, cuius inter peregrinos iurisdictio esset. Eum in prouinciã Illyricum circa† Licindũ Appio Claudio succedere placuit. Atq; hactenus de Prætore peregrino prouinciali, ut is ante constitutũ imperium, uni tantũ prouinciæ dabatur. Nam postea multa mutata sunt, & prætoria in limitibus passim cõstituta, pluresq; sub se prouincias cõplecti cœperunt. Vnde tam prouinciales prętores, quàm proconsules, proprętores, legati, quæstoresq; & præsides prouincias moderabantur. Quibus qui præsidebãt, Præfecti prætorio uocabantur, qui ante imperiũ constitutũ non fuerant. Mittebantur aũt ea tempestate prætores in prouincias eas ferè, Siciliam, Hispaniam, Hetruriã, Apuliam, Tarentũ, Thessaliam, Achaiã, Illyricũ, Mysiam, Syriã, Comagenensem prouinciã, Libyam, & oram maritimã propè Genuã: de quibus prolixè egimus capite huius libri quinto, quũ prouinciarum discrimina tractamus. Accipiebant præterea Proprætores, qui sine imperio administrabant, altera Hispaniarũ, Mœsia, Dacia, Mauritania, Africa, Asia, Britãnia, Germania, & aliæ quædam prouinciæ: de quibus modò citato capite ad plenũ attigimus. De eiuscemodi peregrino prætore, & eius castris, locus Marcellini est intelligendus, lib. XVI. Et diebus postea paucis ductus ad comitatũ Imperatoris, missusq; exinde Ro-

Multorum generũ Peregrini prætores.

† Lycnidum

Quæ Prouinciæ prætores habuerint ante constitutum imperium.

Quæ prouinciæ proprætores habuerint.

A de Romam, in castris quæ in Cælio monte sunt, ueterni morbo consumptus est.

Sed placet quod de Prætore peregrino adduximus ex historiarũ authoribus, paradigmate quodam inscriptionis Romanæ confirmare.

Augustæ Rhœtiæ.

MERCVRIO CVIVS SE DES A TERGO SVNT AP. CLAV. LATERA NVS XVIR SACR. FA CI. VN. LEG. AVG. PR. PR. LEG. IIII. ITAL. V. S. L. L. M.

Auximi in Italia.

Q. OPPIO C. F. VEL. SABINO IVLIO NE POTI M. VIBIO SOLENNI SEVERO COS. ADLECTO. A SACRATISS. IMP. HADRIA NO INTER TRIBVNITIOS PRAETORES PE REGRIN. CANDITO AVG. LEGATO PROVIN CIALIVM BACTICAE CVR. VIAR. CLODIAE ANIMAE CASSIAE PIMINOE TRIVM TRA IAN. AR. ET AMERINO LEG. LEGION. XICL.

Illud adhuc ad Peregrini prętoris explicationẽ pertinere uidetur, quod Suetonius in Augusto memorat: Appellationes (inquit) quotannis urbanorũ quidẽ litigatorum Prætori delegabat urbano: at prouincialiũ cõsularibus uiris, quos singulos cuiusq; prouinciæ negocijs præposuisset, in urbe apud Senatũ atq; Principem curabat. Ex quibus apparet, Peregrino prætori, posterius constituto imperio iunctos fuisse in laboris societatẽ Consulares quosdã uiros: exempli gratia, si Græci cuiusdã ad talem Peregrinũ prętorem res esset deuoluenda, suus cõsularis adhibebatur. Et ita de Illyricis, Asiaticis, cęterisq; prouincijs. Huc referendũ est, q; Cor. Tacitus lib. 2. scribit, de Prætoribus extra ordinẽ: Bona inter accusatores diuiduntur, & Præturę extra ordinẽ datæ his qui senatorij ordinis erãt. Nunc de Prætoribus alijs, quod superest, dicã. Et nondum attingã præturã, siue prætorium limitis, cuius gratia uniuersa hic dicuntur. Erant extra urbem aliæ præturæ quædã, uidelicet exercitus Romani, classis & comitatus Augustalis. Atq; harum quidem postrema incœpit cũ Imperio, reliquæ & ante & post Imperiũ fuerunt. De prætura exercitus Rom. locus extat M. Tullij Ciceronis, quinta Philippica: Demus (inquit) Imperiũ Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellũ geri non potest. Proprętorẽ faciamus, qui honos quanquã est magnus, illi ætati tamen ad necessitatẽ rerum gerendarũ, non solum ad dignitatẽ ualet. Sic Trãquillus in Augusto: Iussisq; cõparato exercitui pro prętore pręesse, ac cũ Hircio & Pansa qui consulatũ acceperãt, Decio Bruto opẽ ferre. De huiusmodi Prætore intelligẽda sunt & hæc Appiani Alexandrini loca, lib. 3. Ciuilis belli: Vt quia nouum Cæsarẽ in primis uererentur, ne secũ Antonium coniungeret, prætorem eum denuò in Antoniũ satis indecenter cũ Decimo crearũt. Et lib. 2. Id aũt machinatus est Pompeius, ut legionẽ ab eo eriperet, quã post Titurij Cottæq; Cæsaris prætorum recens acceptã cladem Cæsari accõmodauerat. Et iterũ: Quo in loco Petreio & Afranio Pompeij prætoribus occurrẽs, inferior illis à Pompeio uisus est extitisse. Et rursus eodem lib. De exercitu adhuc in armis cõsistente, Imperatorẽ tamẽ se nominari uoluit. Est enim hæc appellatio prætoribus nõ mediocris apud milites authoritatis, quasi ipsis testificantibus, eundẽ imperatorio nomine haud indignũ esse. Atq; hæc de Prætore in exercitu Rom. à quo Prætoriũ in castris, & porta Prætoria cognominata fuere: de quibus quarto huius operis copiosius disseremus. Fuisse legitur & in classe Prętor, à quo Prętoria insignior in classe nauis denominata fuit. Ad quẽ adludit T. Liuius, 7. Decad. 4. Prætores deinde sortiti sunt, Spurius Posthumius Albinus urbanã & inter peregrinos, M. Sẽpronius Tuditanus Siciliã, Q. Fabius Pictor flamẽ Quirinalis Sardiniã, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypsæus Hispaniã citeriorẽ, L. Bebius Diues ulteriorẽ.

B (margin letter beside "rium limitis")

Cõsulares Prætori peregrino iuncti.

Præturæ contra ordinem.

Præturæ extra urbem.

Prætores exercitus Romani.

Prætoriũ in castris.

Prætor classicus.

Idē lib. 4. Dec. 5. His decretis, Cōsulib. Italia & Macedonia: Prætorib. per duas iurisdictiones in urbe classis, & Hispania, & Sicilia, & Sardinia prouinciꝫ nominatꝫ sunt. Consulū Aemilio Macedonia, Licinio Italia euenit. Prꝫtores, Cn. Bæbius urbanā, L. Amitius peregrinā, & si quò Senatus censuisset: Cn. Octauius classem, P. Fōteius Hispaniā, M. Ebutius Siciliā, C. Papirius Sardiniā est sortitus. Et rursus: Tum ex omnibus Trib. mil. uti L. Aemilius in duas legiones, in Macedoniā, quos eorum uelit eligat: & ut solenni Latinarū perfecto, L. Aemilius consul, Cn. Octauius prætor, cui classis obtigisset, in prouinciā proficiscantur. Sequitur Prætor Comitatus Augustalis, qui & Palatinus dicebatur, & Præfectus prætorij Augustalis, qui in aula ius dicebat, quo hodie munere in curijs Principum funguntur, qui gentilitio nobis sermone Marescalci uocantur. Atq; hunc Præfectum etiam prꝫtorio uidebatur Tacitus libro XVII appellare, quū Othonis cladem describeret, ac necem: Qui procul astiterant, tendere manus, & proximi prehēsare genua, promptisimo Plotio firmo. is Prætorij præfectus erat: identidē orabat, ne fidissimum exercitū, ne optimè meritos milites desereret. Porrò adludit ad huiusmodi Prætorē Spartianus in uita Hadriani: Septitio Claro præfecto prꝫtorij, & Suetonio Tranquillo epistolarū magistro, multisq; alijs qui apud Sabinā uxorem iniussu eius familiarius se tunc egerant, quàm reuerentia domus aulicæ postulabat, successores dedit. Huc pertinet & quod Plinius scribit lib. XXXVI Historiæ naturalis, M. Scaurū ornamenta prætoria in uillam Tusculanā transtulisse. Hæ aūt, tabulæ egregiæ, & ex arte pictæ erant. Intelligenda de hoc Prætorio, quꝫ Suetonius de Prætorio in uillis memorat, & Spartianus de Prætorio in municipijs, qui in historia Aureliani sic nominatim scribit: Forū nominis sui in Hostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea prætoriū publicum constitutū est. Sic Trāquillus in Tito, prætoria uidetur eas uillas uocare, quibus Imperator Titus, aut eius pater Flauius Vespasianus morabatur: Vrbis incēdio (inquit) nihil nisi sibi perijsse testatus est: publicè cuncta prꝫtoriorū suorum ornamenta, operibus ac tēplis destinauit. Meminit huiusmodi prætoriorū apud iurisconsultos Vlpianus, de Verborum significationibus, in L. Vrbana: Sed etsi fortè stabula sunt (inquit) uel alia meritoria in uillis, in uicis, uel si prꝫtoria uoluptati tantū deseruientia: quia urbanum prædiū non locus facit, sed materia. Ad huiusmodi deniq; prætoria & eius præfectos alludit inscriptio, quæ apud Transyluanos in Schesburgo est eruta:

Prætor Comitatus Augustalis. *Prætoria in uillis.*

A B

Q. MARILIO TVRBONI FRONTONI PVBLICIO SEVERO PRAEFECTO PRAET. IMP. CAES. TRAIANI HADRIANI AVG. P.P. COLON. VLPIA. TRAIAN. AVG. DACICA SARMIZGETVSA.

Cæterùm ornamenta hic Prætoria nō ea intelligenda sunt, à quibus Prætorij uiri nominati sunt, certa cōcessa genera uestimentorū, curulis & fasces, de quibus decimo lib. huius Operis tractamus: uerùm Prætoriorū ornamenta, de quib. his locis cùm Plinius, tum Trāquillus loquūtur, accipiendꝫ sunt tabulæ pictꝫ, & tapetia, quibus aula, siue consistoriū in parietibus ornabatur, ubi Prætor ius dicebat: qualem nostro etiā tēpore morē perseuerare uidemus, in publicis urbiū Senatorijs, prouinciarūq;, ubi ius dicitur, domibus. Porrò Prætor Augustalis in aliquibus, urbano, Romꝫ prætori, siue præfecto prætorio subiectus erat. Vnde habetur apud Iureconsultos lib. Digestorū primo, omnia crimina sibi Præfectū urbis uendicare, non tantū ea quæ intra urbem, uerùm omnia etiā quæ extrà per Italiā committebantur. Atq; ab huiusmodi Prætore, siue Prætorio, Prætoriani milites, siue cohortes Prætorianæ nominatæ sunt, quibus Imperatoris prætorium & comitatus inclinante potisimum Imperio sepiebatur. Quæ florente Imperio, Romæ sem-

Ornamenta Prætoria complura. *Origo Prætorianorum militum.*

A mæ semper, pro custodia Imperatoris, ubi is aderat, uel pro urbis tutela, unà cum cohortibus urbanis excubabant: habebantq; Romæ castra muro circumdata, in quibus, extincto Imperatore, alium de ipsorum arbitrio Senatusq; confirmatione subrogandi facultatem habebant. quales apud Turcas hodie sunt, qui Ianizari appellantur. Ipsa uerò tam castra prætoria, quàm cohortes prætoriæ, ab uno quopiam regebantur, qui Præfectus prætorianorum uocabatur, magno apud Romanos loco magistratus, alius omnino à Præfecto cùm prætorio, tum urbis: de quibus sub finem huius libri copiosius agemus. Illud præterea non est surda aure transeundum, quòd Suetonius in Augusto tradit, Octauianum Augustum clauso Iano administrationem prouinciarum talem fecisse, qui alias sibi retinuerit, alias Senatui permiserit moderandas. Et suas quidem prouincias barbaris propiores per Prætores nouos administrabat, quibus Proconsules ac Prætores, Præsides Ducesq; & Tribuni parebant. In suas uerò, Senatus populusq; Romanus latè à limitibus separatas, utq; Italiæ propiores, Proconsules, Prætores ueteres, Peregrinos, Legatosq; mittebant. Et hæc est prima ac genuina origo Prætoriorum, in limitibus constitutorum: quorum erant insigniora quatuor, uidelicet Viri perfectißimi Cardinalis, Præfecti prætorio per orientem, cuius in Syria sedes prætoria: item Viri clarißimi Præfecti prætorio per Illyricum orientale, cuius erat apud Thessalonicam sedes: Viri Illustrißimi & Spectabilis Præfecti prætorio Italiæ, ad quod præter Italiam uniuersa Africa & nouem Istri prouinciæ, in tractu Illyrici occidentalis sitæ pertinebant: his iungebatur Prætorium Galliarũ, & sedes Viri perfectißimi Præfecti prætorio utriusq; Hispaniæ. Atq; hæ sedes Prætoriæ tanti momenti fuere, ut nõ liceret ab his ne ad Augustos quidem prouocare. Liquet ex his rursus causa, quamobrem cùm in authorum,

Præfectus prætorianorum.

Origo Prætoriorum in limitibus constitutorum.

B tum inscriptionum ueterum monumentis, prouinciarum Italiæ proximarum, ut Hetruriæ, Apuliæ, oræ Tarentinæ, oræ maritimæ prope Genuam, Siciliæ, Sardiniæ, Celticarum, partisq; Hispaniarum, præturas, & non proconsulatus legimus, multo minus præsidiatus & præfecturas. quòd uidelicet istæ Italiæ propiores essent, quæ à Senatu regebantur, neq; opus habebant exercitu limitaneo, aut tantam defensionis curam exigebant, atq; hæ prouinciæ quæ procul apud Barbaros limitibus contiguæ, Augusti præsentiam & ampli semper exercitus præsidium postulabant. Et sic intelligenda est inscriptio antiquitatis, quæ apud nos in Hungaria eruta est, & literas habet AVG. PR. PR. Id est, Augustalis præfecturæ prætorianæ.

Prouinciæ proximæ Italiæ præturas habebant.

Budæ in Hungaria.

DIIS CONSERVA-
TORIBVS GE-
NIVS CAPELLIA
NVS LEG. AVG.
PR. PR. SOD. TI-
TIVS.

Vaciæ in Hungaria.

L. ANNIO FABIANO III. VIRO CAPI-
TALIVM TRIB. LEG. II. AVG. QVAEST.
VRB. TRIB. PLEBIS PRAETORI CVRA-
TORI VIAE LATINAE LEG. AVG. PR.
PR. PROVINC. DACIAE COL. VLP.
TRAIAN. SARMISGE.

Hæc cum ita sint, tot iam aucta limitibus republica Romana, quum Imperatores ubiq; esse non possent, uicarios ipsi suos in limitibus paßim fecerunt. Quibus & comitatum & familiam, ornamentaq; ceu in Imperio consortibus largiebantur, concessa purpura, curuli sede. Et ut nihil ad splendorem deesset, loco diadematis Imperatorij infulas capitibus illorum gestandas dederunt, titulosq; amplißimos expresserunt, quibus uiri Clarißimi, Perfectißimiq;, atque Illustres nominabantur. Quorum titulorum atque cognominum, authores historia-

Infulæ præfectorum prætorio.

Dignitas Præfectorum prætorio. storiarũ monumentaq́ inscriptionum referta sunt. Et sic intelligitur locus Lampridij, in Alexandro: Præfectis prætorio suis Senatoriam addidit dignitatem, ut uiri clarissimi & essent & dicerentur. quod antehac uel rarò fuerat, uel omnino non fuerat, eò usq;, ut si quis Imperatorum successorem Præfecto dare uellet, laticlauiam eidem per libertum submitteret. Alexander autem idcirco Senatores uoluit esse Præfectos prætorio, ne quis non Senator de Romano Senatore iudicaret. Huc pertinet illud Herodiani libro septimo, contexentis Maximini Thracis historiam: Quocirca legationes undiq; ad Rectores prouinciarum mittebantur, electis Senatorio Equestriq́ ordine clarissimis hominibus, cum literis, quibus Senatus populiq; Romani mens exprimebatur. Meminit huius tituli V. C. & Marcellinus libro XXVIII. Super his etiã Terentius Bassus, postea urbi præfectus, & frater eius Camenius, & Martianus quidam, & Eusaphius, omnes clarissimi, accersiti in crimen. Sic Plinius libro septimo Naturalis historiæ, loquẽs de Senatoribus: Vestilia (inquit) Corditij, ac postea Pomponij atq; Orphiti, clarissimorum uirorum, coniunx. Hinc Clarissimatus & Perfectissimatus, dignitatis titularis nomina orta, inclinante Imperio, de quibus multa Iureconsultis extant, & cuius formulam hisce uerbis describit Cassiodorus libro septimo Variarum: Constat iucundum esse rerum bonarum saporem, & utilem ambitum laudis, qui appetitur per augmenta uirtutis. Hoc nos studium proinde liberalitatis infundimus, ut maior sit cultus morum, dum crescunt desideria præmiorum. Clarissimatus igitur honoris ornamenta, iudicij nostri regia tibi largitur authoritas, quòd præbeat & exactæ uitæ testimonium, & futuræ prosperitatis polliceatur augmentum. Quapropter nihil iam obscurum agere patiaris, qui clarissimatus dignitate resplendes. Sic libro XII Codicis, Cõstantinus Imperator: Codicillis (inquit) Perfectissimatus fruentur, qui impetrauerũt, si abhorreant à conditione seruili, aut fisco uel curiæ obnoxij non sint. Et rursus lege secunda, titulo, de his qui uen. impetra. Senatores (inquit) apud grauitatis meæ officiũ de suis moribus perdoceant. Perfectissimi apud Vicariam præfecturã, Equites Romani & cæteri apud Præfectum uigilum, Nauicularij apud Præfectum annonæ.

Clarissimatus & eius formula.

Perfectissimatus.

Illustris titulus. Huc referenda sunt, quæ de Illustris titulo apud authores historiarũ eos præcipuè leguntur, qui florente iam Imperio scripserunt. Nam ante Imperium, & eo primùm constituto, Equestri ordini is modò proprius erat: qui posterius præfecturis etiam, & Prætorianis, & quæ sub illis erant præsidiatibus, communis esse cœpit: propterea quòd tum non ex Senatorij ordinis uiris solummodo, sed passim Romanis Equitibus ista officia supplebantur. Vnde Herodianus libro septimo historiæ: Postquam autem Maximinus plurimas illustriũ uirorum familias ad egestatem redegit. Et postea, quæ familiæ illæ fuerint explicans: Igitur quamplures exercitibus aut prouincijs præpositos Consulares, Triumphalesq; uiros, leuissima tenuissimaq́ calumnia attractos, corripi de improuiso iubebat. Et iterum: Senatui & populo Romano gratum futurum Principem, qui præterquam quòd erat illustri ortus genere, etiam per honores plurimos quasi per gradus ad Imperij culmen ascendisset. Meminit huius tituli in Præfecturis Fla. Vopiscus in Aureliano, & Cassiodorus libro sexto Variarum cognitionum: Quando (inquit) hic uicinus est honor Illustribus, dum alter medius nõ habetur, delectet te illos imitari, quos proximitate cõtingis. Et iterũ libro primo Variarũ: Auus enim Cassiodorus, Illustratus honore præcinctus, qui eius generi non poterat abnegari, à Vandalorum incursione Siciliam Brutiosq; liberauit, ut meritò primatum in illis prouincijs haberet, quos à tam sæuo & repentino hoste defendit. Quæ omnia cõfirmantur à Sidonio Apollinari, inclinantis Imperij autore, qui

Illustratus.

A qui libro primo Epistolarum ad Montium: Nam uacante aula, turbataque republica, solus inuentus est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius quàm codicillis ausus accingi, mensibus multis tribunal illustrium potestatum spectabilis præfectus ascenderet, anno peracto militiæ extremæ terminum circuit, uix honoratus numeratoriorum more, id est, supernumerarij. Et rursus libro quinto Epistolarum: Si quid omnino bene Pragmatius Illustris inter reliquas animi uirtutes optimè facit, quòd amore studiorum te singulariter amat. Et iterum: Hic uir Illustris Filimatius, ut est illud Mantuani poetæ, Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem, Sphæristarum se turmalibus constanter immiscuit. Idem libro octauo Epistolarum, ad Audacem: Tu uerò inter hæc macte, qui Præfecturæ titulis ampliatus, licet hactenus è prosapia Illustris computarere. Huc arbitror referendũ, quod apud autores inclinantis Imperij obseruatur, propriè Præfecti urbis Romæ illustrem titulum fuisse peculiarem. Hinc libro primo Cassiodorus, Artemidorum illustrem uirum urbanę præfecturę appellat. Et iterum libro tertio: Proinde (ait) felicibus auspicijs illustrem Argolicum Præfecturę urbanę dignitate promouemus. Et iterum in epistola Theodorici ad eundem Argolicum: Proinde illustris sublimitas tua spectabilem uirum Ioannem nos direxisse cognoscat. Atque hæc de titulis Præfecti prætorio, quos inclinante potissimum imperio ita primùm expressos existimo. Sunt autem qui Constantinum illum Magnum, qui primus Christi doctrinam admisit, authorem huiusmodi titulorum existiment, quum is gentiles ex Barbaris homines passim ad prouinciarum prefecturas uocaret: quibus ut essent digni, qui scilicet nomine Romano administrarent, quia nullus Romæ his locus esset, huiusmodi Latinis titulis condecorarit. Sed placet fidei ergò monumenta quædam Vetustatis adferre, in quibus
B huiuscemodi tituli literis representantur, V. C. V. P. P. P. hoc est, Vir clarissimus. Et iterum, Vir Perfectissimus Præfectus prætorio.

Præfecti urbis Illustres.

De titulo Clarissimi, in Hispanijs apud Tarraconem eruta extant monumenta.

Clarißimi titulus.

FORTISSIMO ET CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AVR. CARO. INVICTO AVG. P. M. P. P. COS. II. P. P. PROCONSVLI M. AVRELIVS VALENTINIANVS V. C. P. P. HISP. CIT. LEG. AVG. Id est, Vir Clarissimus Præfectus prætorio Hispaniæ Citerioris.

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI IVVENTVTIS M. AVR. CARINO NOBILISS. CAES. COS. PROCOS. M. AVR. VALENTINIANVS V. C. PRAESES PROVINCIAE HISP. CIT. LEG. AVG. PR. D. N. M. EIVS.

De titulo Perfectissimi, itidem in Hispanijs apud Tarraconem.

Perfectißimi titulus.

PIISS. FORTISS. FELICISS. D. N. CONSTANTINO MAX. VICTORI SEMPER AVGVSTO BALDVS MACRINVS V. P. PP. HISP.

PIO ATQ. INCLYTO DN. CONSTANTINO NOBILISSIMO AC FORTISSIMO CAESARI BALDVS MACRINVS V. P. PP. H. T. NVMINI MAIESTATIQ. EIVS SEMPER DEVOTISSIMVS.

DEVICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARARVM ET SVPRA OMNES RETRO PRINCIPES PRVDENTISSIMO IMP. CAES. M. ANTONIO VERO INVICTO AVG. P. M. T. P. PR. COS. II. PROCOS. VAL. IVLIANVS V. P. P. P. HISPAN. TARRACON. MAIESTATI NVMINIQ. EIVS SEMPER DICATISS. A

Porrò hi tituli non modò Pręfectis prætorio, illis inquam generalibus, ut ita dicam, administratoribus, qui pluribus prouincijs ac integro interdum limiti nomine Romano præfuerunt, peculiares erant, uerùm præsidibus etiã singularum Prouinciarũ concedebantur. Vnde legitur in monumento Vetustatis, quod ipse apud Celeiam Styriæ reperi, Vir præfectissimus Præses Norici Mediterranei.

D. N. F. L. CONSTANTINO CLEMENTISS. ATQVE VICTORI AVGVSTO MARTINIANVS V. P. PR. NORICI MEDITERRANEI

Deniq; ut eminentiam Præfectorum prætorio, & quo loco Romanis fuerint, lector intelligat, illud satis constat, ad hoc munus non nisi maximis officijs perfunctos, utpote Consulatu, Prætura, Quæstura, alijsq; insignioribus, fuisse uocatos. Vnde Ammianus libro XX. Vtq; id facile formido intentatorũ efficeret, ueluti magnis uiribus fretus, in locum Florentij Præfectum prætorij Nebridium tum quæstorem eiusdem Cæsaris promouerat. Et iterum libro XXII. Iniquitate simili Florentius tunc magister officiorum, Nigrimani filius, contrusus est in insulam Dalmatiæ Boas. Alter enim Florentius ex Pręfecto prætorio Consul etiam tum, B rerum mutatione subita territus, cum coniuge periculis exemptus diu delituit. Huc pertinet, quod diuus Ambrosius libro septimo Epistolarum ad Titianum scribit: Ruffinus ex magistro officiorum (inquit) factus est in cõsulatu Præfectus prætorio, ac per hoc plus posse cœpit. Sed placet Cassiodori ad hanc rem testimonium coniungere, qui libro sexto Epistolarum de Præfecti prætorio dignitate ita scribit: Potestati Præfecti prætorio nulla dignitas est æqualis, uice sacra iudicat: nullus ei miles fori authoritate præscribit, excepto officiali magistro militum. Curiales etiã uerberat, in officio suo ius retinet singulare: ac talibus tantisq; noscitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere: militia perfunctis Tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites suos illis exęquat: gratanter implet Imperator, quæ ille constituit. Videtur facere ad dignitatem Præfectorum Prætorij, & iste postremò Lampridij locus, in Alexandro: Præsides prouinciarum, quos uerè, non factionibus laudari comperit, & in itinere secum semper in uehiculo habuit, & muneribus adiuuit. Deniq; ut nihil deesse uideatur ad splendorem & magnificentiam Præfecti prætorio declarandam, inuenio hunc ipsum titulum Augustos perinde ut Consulis, Proconsulis, Tribunitiæq; potestatis usurpasse. Id quod pius lector ex hisce inscriptionibus Vetustatis, apud Transyluanos intra fines Veteris Dacię inuentis, deprehendet, quas fidei ergò subiecimus. In quibus P. P. Præfectum prætorio insinuat.

Officium & dignitas præfecti prætorio.

Titulum Præfecti Prætorio ipsi etiã Cæsares usurpabãt.

In Varhellio, ruderibus uidelicet ueteris Vlbiæ Traianæ Sarmiz Getusæ.

M. VLP. HAD. F. DIVI TRAI. NEPOT. DIVI NERVAE PRO-

NEP.

A NEP. AEL. HAD. ANTONINO AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. V. COS. IIII. P.P. Q. AVRELIVS Q. F. TERTIVS PAP. SARM. DEC. COL. OR. HONOR FLAMONI ET HS. LXXX. N. AP. ANNONAM DEDIT L. D. D. D.

Salesburgi Iuuauiæ ruinis.

SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX ARAB. PARTHICVS, ET L. ANTONINVS PIVS AVG. LEGION. SVMP. MIL. CAES. AVG. P. P.

In eodem Varhellio.

IMP. CAES. DIVI TRAI. PARTHICI FL. IVL. NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONTIFICI MAXIMO, TRIB. POTESTA. II. COS. II. P. P. COL. VLPIA TRAIANA AVG. DACIAE SARMIZ.

CAP. SECVNDVM, DE SEDIBVS PRAETORIOrum, quæ & Diœceses uocabantur: & quomodo ad religionis Christianæ administrationem posterius accommodatæ hæ uoces fuerint.



VID Prætorium igitur fuerit peregrinum, in limitibus constitutum, dictum à nobis ex fide historica abundè fuit. Nunc quot fuerint Romano populo, florente Imperio, prætoria, & rationes illorum omnes explanabo. Et quia factũ est posterius, Christianismo posito, ut administratio huiuscemodi Prætoriana, accõmodata & ecclesiis fuerit, nomenclaturis eò etiã ueteribus detortis: ratio instituti nostri exigere uidetur, ut quibus nominibus huiuscemodi administrationes prætoriorum B appellatæ fuerint, doceam. Inuenio igitur, istas penè nomẽclaturas Prætorijs attributas: Sedes Prætorianæ, Præfecturæ Prætorianæ primæ & secũdæ, Potestates celsæ, Potestates sublimes, Ministeria principalia, Magistratus curules, Sacræ sedes & diœceses. Quorũ omniũ subinde mentio apud autores Historiarum occurrit. Primũ omniũ de sedibus Prætorianis, Symmachus lib. I. Epist. ad Theodosium Augustũ: Cùm omnis quæstio (inquit) ex precibus Marciani dudũ protectoris & uestræ clementiæ largitate descendens, sacro potius auditorio ex prouocatione competeret, accedente etiam proxima sanctione, quæ indiscretas huiusmodi appellationes, sedi quæ uicem Principum tuetur, prisco iure cõmisit. Et iterum alia Epistola: Siquidem Valerianus V. C. cui Lar in Epiro esse suggeritur, neq; rescriptorũ ueneratione, neq; legum seueritate, uel pactionum fide, aut iudiciorũ reuerentia permouetur. Qui primò in examen Prætorianæ sedis iussus acciri, ad supplicationẽ V. C. Iunioris, uim rescripti, statum percelsæ potestatis elusit. Et iterum, alia ad eundem Epistola: Ne Commodo PR. ciuitas, quæ lauacris publicis digna, & calcem reparandis mœnibus subministrat, defectu subito exhausta succumberet, V. M. & DCC. mod. Puteolan. municipibus derogatos, Terracinensium usui deputauit, & amplissimæ Prætorianæ sedi statuta & defuncta suggessit. Et rursus alia Epistola: Secuta est prouocatio iudicantiũ, ubi uentũ ad Sacræ sedis examen, & eadem constitutio à Faustino hærede Acholij curatoris rursus ingesta est. Ad huiusmodi sedes alludit hoc carmine Claudianus in Theodori Manlij Consulatum:

Sedes Prætorianæ.

Sacræ sedes.

Amplissimæ sedes.

Mox undare foro uictrix opulentia linguæ,
Tutariq; reos, ipsa hæc amplissima sedes
Orantem obstupuit, bis laudatura regentem:
Hinc te pax Libyæ moderantem iura probauit: &c.

m Et

A

Et iterum de nuptijs Honorij & Mariæ:

Hic ille est Stylico, sic te testatur & offert
Celsa potestatis species, non uoce feroci,
Non alto simulata gradu, non improba gestu.

Primæ Præfecturæ. Atq; hæc de Sedibus. Nunc de Pręfecturis primis, quod & ipsum erat Pętorij honorificũ nomen. Meminit autẽ Marcellinus lib. XXII: Inter hæc recreandarũ exordia Galliarũ (inquit) administrante secundam adhuc Orphito pręfecturam, obeliscus Romæ in circo erectus est. Huc pertinet quod idem scribit libro decimosexto, de primo Præfecto: Inter ordinarios (inquit) iudices Ruffinus primus Præfectus prætorio, & inter militares Equitum magister Arbetio, Præpositusq; cubiculi Vrsicinus. Adludit ad hoc cognomentum & Trebellius Pollio in historia Claudij Cæsaris, in textu epistolæ Imperatoris Valeriani ad Muræнam Præfectum prætorij: Desine autem conqueri (inquit) quòd adhuc Claudius est Tribunus, nec exercitus ducis loco accepit, unde etiam Senatũ & populum conqueri iactabas. Dux factus est, & dux totius Illyrici, habet in potestatem Thracias, Mœsos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus. Vir ille summus, nostro quoque iudicio speret consulatum, si eius animo accõmodum est: quando uolet, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam. Sanè scias tantum ei à nobis esse decretum salarij, quantum habet Ægypti præfectura. Sic Aurelius Victor in Tito: Namque Præfecturam prætorianam (ait) patre imperante adeptus, suspectum quemq; & oppositum sibi, immissis qui circa theatra ac castra iactantes ad pœnam poscerent. Addit Iulius Capitolinus in historia Pij Cæsaris: Successorem uiuenti bono iudici nulli dedit, nisi Orphito Præfecto urbis, sed petenti. Nam Grauius Maximus Præfectus prætorio, usq; ad uigesimum annum sub eo peruenit, uir serenissimus, cui Tacitus Maximus successit. Adludit ad huiusmodi prętorianam limitis præfecturam, & Cor. Tacitus lib. XVII. Omnia deinde arbitrio militum acta, prætorij Præfectos sibijpsi legere. Sic Ammianus libro XXVIII. Anhelans flatu superbo Maximinus, etiam tum præfectus annonæ, nactusq; audaciæ incitamenta non leuia, tendebat adusque Probi contemptum, uiri summatum omnium maximi, iureq; præfecturæ prætorianæ regentis prouincias. Et iterum: Post hæc progresso Leone, acceptoq; successore ad principis comitatũ Maximinus accitus, actusq; præfectura prætoriana nihilo leuior fuit. Porrò ut reliquæ nomenclaturæ prætoriorum pariter confirmentur, meminit celsarum sublimiumq; potestatum subinde hoc significatu Ammianus Marcell. nam lib. XV. Aegrè ferebat (inquit) Syluanus, ad Consulatum potestatesq; sublimes elatis indignis, se & Vrsicinũ solos, post exudatos magnos pro repub. labores & crebros, ita fuisse despectos. Idem lib. XVI. Accesit huic alacritati plenus celsarũ potestatũ assensus, maximeq; Florentij præfecti prætorio, periculose quidẽ, sed ratione secunda pugnandũ esse consentientis, dum instarent barbari conglobati. Huc pertinent quæ à Velleio Paterculo scribuntur de ministerijs principalibus: Post cuius obitum Agrippa, qui sub specie ministeriorum principalium profectus in Asiam, ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offensiones, & Q. Sulpitium Seruij filium, Galbam, qui nullum ante curulem magistratũ gessisset. Atq; hæc hactenus. Nunc Diœceses quæ fuerint, expediam: ita districtus præfecturæ prætorianę uocabantur. Quam uocem, ne aliquis existimet Ecclesię duntaxat propriam fuisse, audiat hęc Marcellini uerba, libro decimoseptimo Historiæ Augustæ: Quosdam domorum inclinata fastigia intrinsecus ferebant intactos, angore & inedia consumendos, inter quos Aristænetus affectatam regens diœcesim, curans uicaria potestate, quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiæ

Celsæ & sublimes potestates.

Ministeria principalia.

Diœceses prætorianæ.

Diœcesis uox uetus.

B

A sebiæ pietatis cognominarat, &c. Præterea ne quis nouum esse Diœcesis uocabulum, & ditioni duntaxat episcopali attributum existimet, imò quamuis Præsidialem hoc nomine ditionem olim nominatam fuisse, docet Marcus Cicero tertia ad Appium epistola: Vt me omnium illarum diœcesium (inquit) quæ cis Thiuriũ sunt, omniumq́; earũ ciuitatũ magistratus legationesq́; conueniant. Idem libro tertio ad Seruilium: Cui scis (ait) τρεῖς διοικήσεις Asiaticas attributas esse. Et rursus libro quinto ad Atticum: Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris, per magistros scripturæ & portus, & nostrarum diœcesiũ.

Denique hoc nomen in Ecclesia etiamdum primitiua fuisse auditum, apparet ex Sidonio Apollinari, qui sub primo Leone, mox post interitũ Athilæ floruit. qui libro septimo Epistolarum ita scribit: Ita populos excessu pontificum orbatos, tristis intercisę fidei desperatio premit: nulla in desolatis cura diœcesibus parrochijsq́;. Atque tantum dicere potuimus de nominibus prætoriorum. nunc quot horum fuerint huic populo in exteris prouincijs, elucidabo. Inuenio igitur Prætoria (siue Prætorianas sedes, aut Diœceses dicere mauis) omnino septem: uidelicet, Prætorium urbis Romæ, quæ etiam Vrbis æternæ uocabatur præfectura: Prætorium Italiæ, ad quod uniuersa Africa, Dalmatia, Pannoniæ, Noricum, & Rhœtiæ pertinebant: Prætorium Orientis: Prætorium Constantinopolitanum: Prætorium Thessalonicense, siue prætorium Illyrici orientalis: Prætorium Galliarum: & Prætura Hispaniarum. de quorum singulis ordine à nobis dicetur, sumpto initio à PRAETORIO VRBIS AETERNAE, hoc est Romæ. Cui qui præsidebat, Præfectus prætorio urbis uocabatur. Erat uerò is diuersus à Præfecto urbis, & Præfecto Prætorianorum. Siquidem Præfecti urbis constituebantur à Senatu: Præfecti uerò prætorio, & Prætorianorum, à Principe dabantur, quorum ille ciuilem administrationem habebat,

Catalogus prætoriorum omnium.

Prætorium Romanæ urbis.

B hic militarem. Diuersa uerò fuisse hæc munia, Præfecturam scilicet Prætorianam, & Præfecturam urbis, ex eo apparet, quòd Cornelius Tacitus, Cornelij Laconis Præfecti prætorio, & Ducennij Gemini Præfecti urbis seorsim mentionem facit, cum libro decimoseptimo scribit: Omnia deinde arbitrio militum acta, prætorij Præfectos urbisq́; sibi legêre. Et iterum libro XIIII. Pari ignominia Valerius Ponticus afficitur, quòd reos, ne apud Præfectum urbis arguerentur, ad Prætorem detulisset. Et iterũ libro XVIII. Id ei Plotius Varus prætura functus ex intimis Dolabellæ amicis, apud Flauium Sabinum Præfectum urbis obiecit. Huc pertinent & alia loca autorum. Iulij Capitolini in Antonino Pio: Primus constituit, ne pœnę causa legatum relictum maneret. Successorem uiuenti bono iudici nulli dedit, nisi Orphito Præfecto urbis, sed petenti. Nam Grauius Maximus Præfectus prætorij, usque ad uigesimum annum sub eo peruenit. Sic Trebellius Pollio in Censorino tyranno: Censorinus (inquit) uir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis Consul, bis Præfectus prætorio, ter Præfectus urbi, quartò Proconsul, tertiò Consularis, Legatus prætorius secundò. Adludit ad huiusmodi distinctionem & Marcellinus libro XXVII. quum Symmachũ Aproniano successisse, urbis Præfecto, scriberet: Aduenit post hunc urbis moderator Lampadius, ex Præfecto prætorio. Quòd porrò Præfecti urbis à Senatu, & Præfecti prętorio ab Augustis dari soliti fuerint, ostẽdit Aelius Lampridius in Alexandro: Præfectos Prætorio sibi ex Senatus autoritate constituit, Præfectos urbi à Senatu accepit. Alterũ Præfectũ prætorio fecit, qui ne fieret, etiã fugerat: dicens, inuitos, nõ ambientes in rempub. collocandos. Cæterũ originem Præfecti prætorio accepimus abusq́; primis temporib. regibus adhuc administrantibus rempub. Quo tempore iudicio & militibus, siue apparitioni Re-

Præfectus prætorio urbis diuersus à Præfecto urbis.

Præfecti urbis à senatu, et præfecti prætorio urbis ab Augustis dabantur.

A

giæ præfuisse, gubernasseq́ circa palatium principis cohortes prætorianas constat. Bello quoq; incidente, in militiam exiuisse, tametsi nomine mutato Equitum magister tum diceretur. Atqui posterius, posteaquam Romanorum opes creuissent, distincta esse horum officia cœpere, ut alter excubias in urbe ageret, ad tuendam principis salutem: alter uerò cōtra hostes imperium tueretur. Dicebat uerò ius in criminosis Præfectus urbis, non solùm in urbe, uerùm etiam per totam Italiam. Vnde libro primo ff. Iureconsultus scribit, omnia crimina sibi Præfectū urbis uendicare, non tantùm quæ intra urbem cōmittuntur, uerùm etiam quæ extrà per Italiam fierent. Adludit porrò ad urbis præfecturam Symmachus libro primo Epistolarum ad Theodosium: Nam si eum testem contumeliarū (inquit) quas pertuli, non haberem, quis dubitaret, eam præfecturam quę Romę superior est, cæteris turbidam alioquin pro potestate fecisse, qui semper amicus est ueritatis, & famam bonorum temporum colit. Idem in epistola altera ad Theodosium Augustum, ex Proconsulibus solitum urbis legi prefectum, ostendit: Reperit apud uos meditata iudicia, Domine Imperator. Augustum est igitur, ut æternitati uestræ pro solo honore quem cæpi, gratias agam. Præfectos sæpe fecistis, & immensa ætate facietis, sed quos adsiduitas & usus ingesserit. Me dudum Proconsularem uirum, cedentem iamdiu potentiū moribus, antè capere magistratū quàm expectare uoluistis. Et ut omnes cognoscant, quanta magnificentia præfectus urbis utebatur (ut ferè hodie pontifices Romani facere solent) subdit: Falsò creditum est, quòd urbanæ fastigium potestatis, peregrini ac superbi uehiculi usus attolleret. Hæc enim ratio sola nouum statutum benigno tuo persuasit ingenio, ut ueterem magistratum diues pompa gestaret. Recusat istiusmodi decus honor sobrius, quem nunquam pœnitet sui: cui, si quid patimur accidere, fatemur hactenus defuisse. Itaque oculi ciuitatis, quærunt priuati uehiculi nobilem modum, & degenerem præfecturam populus Romanus existimat, quę posteriora traxit exempla: absit ut moderator urbis liberè, atque adeò deuotè, tanquam Salmonæus alius inuehatur. Nihil moramur externa miracula: irritamentum superbiæ Roma uestra non patitur, memor scilicet bonorum parentum, quos Tarquinij fastus & ipsius Carnisi currus offendit. Adludit ad huiusmodi urbanā pręfecturam idem Symmachus: Quum ad præfecturam urbanam ciuiliū rerum summa pertineat, minoribus officijs certa quædam membra credūtur, quibus regendis industrios & priuatos oportebat adhiberi, ut suum quisq; munus inculpata felicitate promoueat. Et iterum, prouocari solitum ab urbis Præfecto, docet his uerbis: Nam cum inter proximos Emphasii v. c. itemq́ hæredes scriptos, qui olim beneficio pretoris corporibus deferuntur, super testamenti iure actio uerteretur, & sententiam de possesione impatienter exigerent: quibus ab intestato bonorum possessio minimè competebat, quòd hæredibus scriptis secundum tabulas, docebatur indulta: Priscianus & Polemonianus ad denunciationem dilato negocio prouocarunt. Et de huiusmodi Præfecto urbis ista etiam loca intelligenda sunt autorum. Capitolini, in historia Antonini Pij: Auus Titus Aurelius Fuluius, qui per honores diuersos ad secundum consulatū & præfecturam urbis peruenit. Spartiani, in Hadriano: Tantum autem statim clementiæ studium habuit, ut cum sub primis Imperij diebus ab Tatiano per epistolas esset admonitus, ut & Bebius Macer Præfectus urbis, si reniteretur eius imperio, necaretur. Huc pertinent & illa Marcellini lib. xv. Vrbem æternam Leontius regens, multa spectati iudicis documenta præbebat: in audiendo celer, in disceptādo iustissimus, natura beneuolus, licet autoritatis causa seruādæ acer quibusdam uidebatur, & inclinatior ad amandum. Prima igitur ars seditionis in eum concitandæ uilissima fuit, & leuis. Philoromum

Præfecti urbis officium.

Præfecti urbis magnificentia.

B

A Præfecto urbis prouocabatur.

A romum enim aurigam rapi præceptum, secuta plebs omnis ueluti defensura proprium pignus, terribili impetu præfectum incessebat ut timidum: sed ille stabilis ac erectus, immissis apparitorib. correptos aliquot, uexatosq; tormentis, nec strepente ullo, nec obsistente, insulari pœna mulctauit. Idē lib. XXVI. Inuisior Cleandro, quem agentē sub Cōmodo Imperatore præfecturam, sublata uecordia diuersas legimus uexasse fortunas: & onerosior Plautiano, qui Pręfectus itidem sub Seuero, ultra mortale tumens cuncta confuderat, ni gladio perisset ultore. Ex quibus omnibus liquet, quantus fastus, & quæ magnificentia urbis tum præfecturę extiterit. Deinde, præfecturam Romæ triplicem fuisse: urbanā scilicet, à qua instar principis cuncta pendebant, & cui cohortes urbanæ subiectæ fuerant: præfecturam prætorianam, quæ & prætura dicebatur, & iurisdicundi facultatem habebat: & præfecturam prætorianorū, à qua cohortes prætorianæ leges & iussa accipiebant, ita uidelicet, quòd sicut is Romanam in urbe militiam regebat, ita Prætor urbis iudicia cōplebat, præcipuè in criminalibus, & ludos dare solebat. Præfectus deniq; urbis, qui & cæteris eminētior fuerat, totius Romanæ ditionis tam intra urbem quàm extra, per aliquot loca Italiæ summam tenebat: & in ciuilibus, cùm inter ciues, tum inter peregrinos, qui eò confluebant, facultatem discernendi causas plenam habebat. Et ita est locus Lampridij in Cōmodo intelligendus, ubi trium is præfectorū Romæ mentionē facit, his uerbis: Præfectus etiam Ebutianus inter hos est interemptus: in cuius locum ipse Cleander cum alijs duobus, quos ipse delegerat, præfectus est factus. tuncq; primū tres præfecti pretorio fuere, inter quos Libertinus, qui à pugione appellatus est. Porrò sub præfectura urbis fuerūt regiones urbis, uiciq; & uiæ quæ ex urbe ducebāt, quibus singulis proprij seorsim præfecti imperabant. Hinc est illud Iulij Capitolini in uita Marci Cæ-

Discrimē inter Præfectū urbis prætorij, & prætorianorū.

Regiones urbis sub Præfecto urbis.

B saris: Dedit præterea curatoribus regionū ac uiarū potestatem, ut uel punirent, uel ad Præfectum urbis puniendos remitterent, eos qui ultra uectigalia quidquā ab aliquo exegissent. De regionib. urbis quot fuerint, Tacitus lib. XV. in historia Neronis: Quippe in regiones quatuordecim (ait) Roma diuiditur, quarū quatuor integræ manebant, tres solotenus deiectæ, septem reliquis pauca tectorū uestigia supererāt lacera & semiusta. Erant uerò curatores regionū urbis sub Præfecto urbis constituti. Vnde legitur in monimento quodam Romæ: TITVS IVLIVS FEROX CVRATOR ALVEI ET RIPARVM. Itaq; posterioribus seculis, cum iam Christiano nomini Romani essent uendicati, quemodmodū cæteris in prouincijs limitibusq; extra urbem ciuilis reipub. administratio ad Ecclesiam translata fuit: ita Romæ iam quoq; præfecturæ uicem, sacræ & ipsius sedis, pontificatu Christianorū accipiente, loco curatorum regionū episcopi siue presbyteri, diaconiq; regionū, qui in his religionē salubrē & suscitarent & tuerent, esse cœperunt: qui postea honoris gratia, Præsidum Asiæ cognomentū asciuerūt, & Cardinarij, siue Cardinales uocati sunt. Idq; primis temporibus etiā, ut ex decretis Symmachi, Hormisdę, Gelasij, ac Gregorij Magni elucescit: dum nō tantę adhuc autoritatis forent, post Italiæ episcopos literis primū subscripsisse legunt. Ita traditur in decretis Symmachi papæ, qui sedit circa annū Domini 495: Cyprianus diaconus sanctæ Rom. ecclesiæ regionis septimæ, his subscripsi & cōsensi synodalibus cōstitutis, atq; in hac me profiteor manere sententia. Et rursus: Anastasius diaconus regionis primæ subscripsi, Citonatus diaconus regionis quintæ subscripsi, Ioannes diaconus regionis secundę subscripsi, Tertullus diaconus regionis quartę subscripsi. Ita similiter legit in Concilio Romæ à Syluestro sub Constantino Magno habito, ut è Græco in Latinū sermonē uersum est. Cum mentio fieret, episcopum nō nisi à LXXII episcopis posse iudicari, subijcit: Diaconus aut cardine cō-

Curatores regionū urbis.

Regiones urbis quot fuerint.

Origo Diaconorum & Cardinalium regionum urbis.

stitutus urbis Romæ, nisi à trigintaseptem nō condemnabitur. Et iterū: Et ut dia A
coni nō essent plures per parochiarū examen, nisi duo: & Cardinales urbis Roma
næ septem, ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & pallia Lenostina læua eorū tege
rent. Et rursus: Alia autē die uenerūt omnes presbyteri urbis Romæ, & diaconi,
& omnes episcopi CCLXXXIIII, intra thermas Domitianas, quæ nūc Traianæ
uocantur: & sedit in sede sua in eodem loco, ubi & fecit septem regiones, & diui-
sit diaconibus. Erant autē diacones isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Arcidamus,
& Iulius. Ordinauit quoq; & alios duos, Priscum & Theodorū. Porrò meminit
& Cassiodorus lib. VII Variarum, principis Cardinalis urbis, in formula princi-
patus urbis: Quū in urbe, inquit, Roma plurima fieri censeamus, & necesse sit ibi
potestatem esse Comitiati officij, ut utilitates publicæ uideantur impleri, nostro
more prospeximus, ut quia principē Cardinalem ne in urbe Roma solenniter de-
beas cōtinere, quatenus & ille priuatus suis laboribus perfruatur, & tu in alterius
honore possis discere, quid in tuo debeas feliciter exhibere. Atq; hęc est origo
uera Cardinaliū, ex antiquitate pręfecturæ Romanę desumpta. Cæterū factū est
posterioribus temporibus, ut se nō amplius à regionib. quibus præerant, sed pas-
sim à templis, martyrūq; memoria seu tumulis, ab ædificijs deniq; & patrimonijs
sedi legatis, discriminis causa uocarent. A' templis quidē parochialibus urbis Ro
mæ in regionibus cōstitutis, quemadmodū in decretis Symmachi papæ (qui cir-
ca annū floruit 490) legūtur subscripsisse: Epiphanius titulo Apostolorū, Petrus
titulo S. Clemētis, Cyprianus titulo S. Marci, Andreas titulo S. Matthæi, Paulus
titulo S. Laurentij, Gordianus titulo S. Pammachij, Valens titulo S. Sabinæ. Sic
à legatis bonis denominati diacones eisdē legibus dignoscunt subscripsisse: titu-
lo Iulij tres, Paulus, Marcellinus, & Septimius: titulo Equitij item tres, Felix, Se-
bastianus, & Adeodatus: titulo Marcelli, Timotheus & Venātius: titulo Vizan- B
tis duo, Agatho & Asellus: titulo Caij, Benedictus: titulo Damasi, Proiectitius: ti-
tulo Cyriaci, Martinus: & Redemptus, titulo Chrysogoni. Reperio præterea ex
collationib. matronarū nō solū Romanā fuisse ecclesiā ditatā, ut Marcellinus etiā
lib. XXVII refert, uerū etiā diacones cardinarios suos titulos accepisse, ut quiq; in
talibus domib. donatis habitabat. Quare in prædictis decretis cōsensisse apparet
Iouinū & Dionysium titulo Aemilianæ, Opilionē titulo Vestinæ, Dominicū &
Vincemalū titulo Crescentianæ, Bonifaciū titulo Ceciliæ, Petrū titulo Praxedis,
Epiphaniū titulo Fasciolæ, & Romanū titulo Tigridæ. Porrò in cōstitutionib.
Gregorij Magni pontificis, quū ordine episcopi Italię se subscripsissent, mox post
Sinderiū episcopū ex Hispania, Sediliū ex Scotorū, & Fergustū ex Pictonū genti
bus, sequunt nomina presbyterorū Romanorū: Sisinnus humilis presbyter S. Ro
manæ ecclesiæ, titulo S. Laurētij, qui appellatur Lucinæ, his constitutionib. à no
bis propositis subscripsi: Ioannes presbyter S. Romanę ecclesiæ, titulo S. Ceciliæ,
huic promulgationi subscripsi: Sisinnus presbyter S. Rom. ecclesię, titulo S. Ciria
ci, his canonibus subscripsi: Ioannes presbyter, titulo S. Marcelli, subscripsi: Ioan-
nes presbyter humilis, titulo S. Susannæ, his canonib. subscripsi: Eustratius humi
lis presbyter S. Rom. ecclesiæ, titulo S. Anastasiæ, subscripsi: Gregorius immeri-
tus presbyter S. Rom. ecclesiæ, titulo S. Dei genitricis, quæ appellat Calisti trans
Tyberim, huic cōstitutioni à nobis ꝑmulgatę subscripsi: Marinus humilis presby
ter S. Rom. ecclesiæ, titulo S. Sabinæ, his cōstitut. subscripsi: Cōstantinus presby-
ter S. Ro. ecclesiæ, titulo S. Ciriaci, his promulgationib. subscripsi: Gregorius hu-
milis presbyter S. Rom. ecclesiæ, titulo S. Clementis, his constitut. subscripsi: Epi
phanius presbyter humilis S. Ro. ecclesię, titulo S. Laurētij, quę appellat Damasi,
huic cōstitutioni à nobis promulgatæ subscripsi. Hæc quidē propterea fusius à
nobis

Origo titulorum quos Cardinales urbis usurpant.

Tituli à templis.

Tituli à legatis bonis.

Tituli à collationib. matronarum.

Cardinalium subscriptio qualis.

A nobis explicata sunt, ut initia Cardinalitiæ dignitatis omnibus innotescat, quod à Romana præfectura, quam & ipsam Sacram sedem appellatam suprà demõstrauimus, ecclesia CHRISTI posterius suscitata, multa sumpserit: simul quia à locis ueterum templorum, uel etiam à templo cui præsidebant, prædijsq; unde uiuebant, cognomina talia presbyteri Romani sub pontifice constituti iam inde usurparint. Quemadmodũ, exempli gratia, in his diui Gregorij constitutionibus, Sysinnus presbyter, quum templo S. Laurentij, & regioni in qua hoc templum erat constitutum præesset, distinctionis gratia uetus ethnicũ uocabulum Lucinæ habet adiectum: ita Thalassius, alter parochus urbis Romę, quia regioni præerat in qua templum Dei genitricis erat situm, ob alia templa similiter inscripta, se cùm à prædijs unde uiuebat, tum à loco Calisti trans Tyberim, nominabat. Deniq; Epiphanius, quum & ipse S. Laurentij templo præesset, ad distinctionẽ alterius, quæ in ruderibus Lucinæ fani fuerat, addit Damasi: hoc est, locum prædiorum significans, in quibus redditus erant legati ad subleuationem talis parochiæ à Damaso papa. & ita de alijs. Sed placet præfecturam urbis, de qua nobis hactenus sermo fuit, inscriptionib. Vetustatis quæ Romæ extant includere, quibus & Clarissimatus huic muneri titulus tribuitur:

Tituli à fanis Ethnicis.

Titulorum distinctio ob uaria eiusdem sancti templa.

Romæ in thermis Constantini:

FABIVS HONORATVS, T. ANNAEVS PLACIDVS, AMPLIFICATORI VRBIS ROMAE DOMINO NOSTRO CONSTANTINO MAX. PIO FELICI VICTORI AC TRIVMPHATORI SEMPER AVG. ANITIVS PAVLINVS
B IVNIOR V. C. CONSODOMVS PRAEF. VRBIS ET IVDEX SACRARVM CONSTITVTIONVM PIETATIS EIVS SEMPER DICATISSIMVS.

HERCVLI INVICTO POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS V. C. PRAEF. VRBIS N. D. D. FELICITER.

Monumenta de Præfectis urbis

In theatro S. Pauli:

PETRONIVS MAXIMVS V. C. PRAEFECTVS VRBIS CVRAVIT.

Atq; hæc à nobis ex fide historica de prætorio urbis æternæ dici potuerunt. Sequitur nũc, quod & loco & dignitate proximũ fuit, Prætoriũ Italiæ: quod omniũ latissimam ditionẽ habebat, nõ modò per uniuersam Italiam, uerũ totam insuper, quanta erat, Aphricam, subiectam habebat, cum septem Illyrici occidentalis prouincijs, ipsisq; Rhœtijs, Sardinia & Sicilia. Quarũ singulæ per suos præsides muniere, non dignitate nominibusq; æquales, illius de qua loquimur prætorij auspicio gubernabantur. Id quod nõ solùm ex Codice notitiarũ orientis & occidentis, quẽ Scotus quidam declinante Imperio de Romanis præfecturis congessit, uerũ ex his etiã Ammiani uerbis colligitur, quæ lib. 26 extant: Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit: & orientem quidem regebat potestate Prefecti Salustius, Italiam uerò cum Africa & Illyrico Mamertinus. Idem lib. 21: Habita est eisdem diebus etiam Florentij ratio, è Gallia nouitatis metu digressi: & Anatolico recens mortuo, Præfecto prætorij per Illyricum ad eius mittitur locũ. Cumq; Tauro itidem Præfecto prætorio per Italiam, amplissima suscipit insignia magistratus. Describit diœcesim huius amplissimi prætorij, quod scilicet præter Italiam & insulas mediterranei maris per nouẽ Danubij prouincias, totamq; Africam patebat, Claudianus poeta in Panegyrico ad Manlium Theodorũ, huic scilicet prætorio ab Imperatore Honorio præfectum:

Prætorium Italiæ.

Italiæ prætorium latissimè patebat.

Sic fatus, tradente dea suscepit habenas,
Quatuor ingentis iuris temone refusas.

Prima Padum, Tyberimq́; ligat, crebrisq́; micantem
Urbibus Italiam: Lydos, Pœnosq́; secunda
Temperat, Illyrico se tertia porrigit orbi.
Ultima Sardiniam, Cyrnon, trifidamq́; retentat
Sicaniam, & quicquid Tyrrhena funditur unda, *Vel gemit Ionia.—*

Idem in secundo Panegyrico Stiliconis poeticè Africanum cum Italico tribunali coniungit:

Qui mihi Maurorum penitus lachrymabile nomen
Ignorare dedit: post hæc Oenotria lentis
Vitibus intorquens hederas, & palmite largo
Vina fluens: si uos adeò Stilicone curules
Augeri flagratis, ait, quas sola iuuare
Fama potest: quanto me dignius incitat ardor,
Ut præsente fruar, conscendentemq́; tribunal
Prosequar, atq́; anni pandentem claustra salutem.

Idem in Panegyrico in laudes Olibrij & Probini:

Non mihi centenis resonent si uocibus ora,
Multifidusq́; ruat centum per pectora Phœbus,
Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
Rexerit, ad summi quoties fastigia iuris
Venerit, Italiæ latè cum frena teneret,
Illyricosq́; sinus, & quos arat Africa campos.

Cōsulares prætorij Italici. Porrò sub hoc prætorio fuerūt in Italia (ut nihil interea de Africa & Illyrico dicā) quatuor Consulares, qui inclinante Imperio Correctores appellati sunt: uidelicet Tusciæ, Lucaniæ, Campaniæ, & Apuliæ, siue Calabriæ. Meminit uerò Consulariū huius prætorij, qui quidem intra fines Italiæ gubernabāt, Ælius Spartianus in historia Hadriani: Quatuor (inquit) Consulares per omnē Italiā iudices constituit. Subscribit Iul. Capitolinus in uita Pij Cæsaris: Inter quatuor Consulares, quibus Italia cōmittebatur, electus est ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimum possidebat. Meminit & Symmachus, inclinantis Imperij autor, & sub Theodosio iuniore urbis præfectus, lib. I. epistola XXXIX: Sed diu Iuliano moderante rempub. quum Lupus consulari iure Campaniæ præsidens, Terracinensium cōtemplaretur angustias. *Correctores quatuor Italiæ.* Quòd uerò ijdem Correctores pariter sint appellati, ex eo quòd unà cum Præfecto prætorio Italiæ regerent scilicet, operamq́; ipsi suam locarent, uidetur ex loco quodā Fla. Vopisci, qui est in uita Aureliani, colligi posse, cum ait: Tetricum triumphatum Correctorem Lucaniæ fecit, filio eius in Senatu manēte. Sic Trebellius Pollio in historia triginta tyrannorū, Correctoris Campaniæ & Vmbriæ, necnon Apuliæ mentionē facit his uerbis: Pudore tamen uictus uir nimiū seuerus, eum quem triumphauerat Correctorē totius Italiæ fecit: id est, Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorū, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, Vmbriæ, Piceni & Flaminiæ annonariæ prouinciæ. Extat & apud Ammianum Marcell. inclinantis Imperij autorem, Tusciæ correctoris nomen. Scribit enim lib. XV. *Correctoris etymon.* Dynamius uerò ut præclaris artibus illustratus, cùm Correctoris dignitate abijt, necnō corrigere iussus est Tuscus reliquā principis creduli militiā. Et rursus lib. 27. Hoc tēpore, uel paulo antè, noua portenti species per annonariā apparuit Tusciam, idq́; quorsum euaderet prodigiū rerū periti penitus ignorarūt. In oppido enim Pistoriensi prope horā diei tertiā, spectātib. multis, asinus tribunali ascenso, audiebatur destinatius rugiens. Et stupefactis omnibus qui aderāt, quiq́; diceret referen-

B

A referentibus aliis, nullo cõiectante uentura, postea quod portendebatur euenit. Terentius enim humili genere in urbe natus, & pistor, ad uicem præmij, quia peculiatus reum detulerat, officium ex Præfecto, hanc eandem prouinciam Correctoris administrauerat potestate. Tales consulares Correctores inclinante Imperio adhuc, & à Gothis presso mansisse, ex Cassiodoro colligitur, qui & Campaniæ Consularis, & Lucaniæ Correctoris nominatim meminit. nam lib. tertio Variarum, inserit epistolam Theoderici regis Gothorum, ad Ioannem v. s. Consularem Campaniæ. Et subdit: Restat nunc ut assumptũ impleas Consularitatis officium, & te utilitatibus publicis sedulus ac deuotus impendas. Eodem libro extat eiusdem regis epistola ad Venantium v. s. Correctorem Lucaniæ & Bruttiorum. Sed placet, quod hic scribimus de Consularibus & Correctoribus, monumentis uetustatis confirmare, quæ Romæ extant:

BETTIO PERPETVO ARZYCO V. C. CONSVLARI TVSCIAE ET VMBRIAE, OB SINGVLARIA ERGA PROVINCIALES BENEFICIA ET OB MODERATIONEM PRO DOCVMENTO ETIAM POSTERIS RELINQVENDAM AETERNAM, STATVAE MONVMENTVM TVSCI ET VMBRI PATRONO PRAESTANTISSIMO COLLOCARVNT.

RELLIGIOSISSIMO Q. C. COENIO RVFFIO VOLVSIANO V. C. CORR. ITALIAE PER ANNOS OCTO PROCOS. AFRICAE COMITI DN. NOSTRI CONSTANTINI INVICTI AC PERPETVI SEMPER AVG.

Atque hæc de Consularibus & Correctoribus ad prætoriũ Italiæ pertinentibus.
B Spectabant porrò ad idem prætorium, & alij nõ solùm Consules Correctoresq́ꝫ, uerùm etiam Proconsules, Præsides atqꝫ Duces prouinciarum. Exempli gratia, Consulares duo Pannoniæ primæ & Dalmatiarum: Correctores uerò item duo Pannoniæ, Sauiæ & Sebasticæ, siue Augustanicæ prouinciæ prope Aegyptum. Parebant præterea huic prętorio tres Proconsules, Africæ, Pannonię inferioris, & Rhœtiarum. Duces itidem quatuor Valeriæ, siue Pannoniæ ripariensis, Pannoniæ primæ, Alexandriæ in Aegypto, & Rhœtiarum ad ortus Rheni & Danubij. Reliqui præsides erant Equestris generis, utpote triplicis Mauritaniæ, Libyę utriusqꝫ, duplicis Norici, Siciliæ atqꝫ Sardiniæ. Quæ omnia fusius deinceps explicabuntur, ubi ex professo de Proconsulibus, Consularibus, Correctoribus, Ducibus, Præsidibusq́ꝫ nobis sermo erit. Iam uerò, ne quis addubitet, Rhœtias in tractu Illyrici occidentalis ad ditionem prætorij Italici pertinuisse, docere uel inscriptiones hoc possunt ad Augustam Rhœtiæ erutæ, quibus cunctis legionũ Italicarum tertiæ & quartæ mentio fit: ex quibus unam fidei ergò subieci. Confirmant hoc pariter inscriptiones in Pannonia Interamnensi, hoc est Valeria, apud Celeiã & Pætouionẽ urbes Styriæ, utpote intra tractum Illyrici occidentalis erutæ, quę Varij Clementis Mauritaniæ Africæq́ꝫ, item Rhœtiarum Procos. mentionem faciunt, qui idem Equitatui Pannonico præfectus fuerat. Quarũ itidem unius rhapsodiam, apud Celeiam repertæ, subieci. Qua de re copiosius Scotus in libris Noticiarum orientis occidentisq́ꝫ disserit, omnino Rhœtias Italiæ subijciens.

Catalogus præfectorũ ac præsidum sub prætorio Italiæ.

Rhœtiæ sub prætorio Italiæ.

Apud Celeiam Styriæ:

TITO VARIO CLEMENTI PROCOS. PROVINC. BELGICAE GERMANIAE SVPERIORIS ET INFERIORIS RHOETIAE MAVRITANIAE CAESARIEN-

Augustæ Vindelicũm in ædib. Peuntingeri:

MERCVRIO CVIVS AEDES A TERGO SVNT

RIENSIS LVSITANIAE CILICIAE, PRAEF. EQ. AL. BRIT. MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSOR. PRAEF. EQ. ALAE II. PANNO. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF. COH. II. GALLOR. MACEDONIAE CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHOETIA CONSISTENTES.

SVNT APIVS CLAVDIVS LATERANVS COS. DESIGN. XV. VIR SAC. FAC. LEG. AVG. PR. PR. LEG. III. ITAL. V. S. L. L. M.

A

Illyrici quoque prouincias cęteras, quas nominauimus, Pannonias uidelicet primam, secundam, Sauiamque, Dalmatiam, Valeriam, & duplex Noricum, Africano Italicóue prætorio attinuisse, docere uel hoc monumentum potest, quod Veronæ in Italia legitur, in parietibus balneorum Calderij:

V. IVNONI SACR. F.
PETRONIO PROBO VE. TOTIVS ADMIRATIONIS V. PROCOS. AFRICAE ET PRAETORIO ILLYRICI PRAEFECTO GRAECIAE, GALLIAE II. PRAEF. PRAETORIO GALLIAE ATQ. AFRICAE PR. FF. VERONE. III. CONS.

Atque de eiusmodi prætorio, eiusque Præfectis, intelligenda sunt uetustatis monumenta, in quorum altero Legati prætorij in Africa, in altero Illyrici est mentio expressa. Sunt uerò ambo reperta prope Viennam, qui tractus Illyrico occidentali quondam adnumerabatur, & ad diœcesim prætorij Italici spectabat. Sed placet rhapsodias subijcere:

Viennæ Austriæ, utpote Pannoniæ primæ tractu.

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT REPENTINO ADLECTO INTER TRIBVNITIOS LEGAT. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE PRAETORI LEG. PR. PR. PROVINCIAE ASIAE LEG. AVG. LEG. X. G. C. IVLIVS MAGNVS DEC. COL. HARN.

In castro supra Leybnizam Styriæ in Valeria.

B

M. CAVIS MAXIMO PRAEF. PRAETOR ILLYRICAN. SECVNDVS P.P.P. RA. O.S. LEG. GR. V. PROC. AVG. AMICO.

Atque hæc de prætorio Italico, siue etiã Illyricano aut Africano, si partis appellationem pro toto accipere libet. Nũc quomodo istud prætoriũ ecclesiasticã administrationẽ acceperit, simulatque ditiões illius salubri fuissent doctrina imbutæ, docebo. Siquidẽ ut ab initio huius capitis de Sacris sedibus, siue primis à prætorio ad ecclesiã Christi translatis, dictũ est, & quòd Diœcesis uocabulũ Ciceroni etiã usurpatũ, Præfectorũ iurisdictionẽ significarit: sic quoque Præsulis uox, quę hodie episcopo tribuitur, olim Præsidũ erat propria. Vnde Cassiodorus lib. III. Variarum, in epistola Theoderici ad Adeodatũ: Datis itaque precibus alijs isti uiri spectabilis Venantij, Lucaniæ, & Brutiorũ præsulis, odiorũ te acerbitate cõpressũ.

Præsules olim Præsides uocabantur.

Cęterũ id nũc repetendũ nobis obiter est, accidisse cùm alibi, tum potissimũ in prouincijs Italiæ prætorio subiectis, ut dignitatẽ præsidum, sediumque Præsidialium, ipsi postea locorũ episcopi fuerint secuti. Quemadmodũ igitur in hãc diẽ, Romanũ episcopũ, ut uniuersalis Ecclesiæ, cuncti cæteri agnoscunt: ita olim & Africani episcopi, Illyricani etiã atque Rhœtici, præter Italicos, eius iussis parebãt. accesseruntque postremò & Galliæ, Hispaniæ, Britanniæque episcopi. Et ne aliquis obijcere queat, quod multi nostro seculo faciũt, nullo quondã loco Episcopales sedes

Episcopi Christiani dignitatẽ discrimenque Præsidum Romanorum secuti.

Romani Episcopi dignitas.

A sedes fuisse, sed instar uulgariũ parochiarũ habitas: is audiat Suidam, qui tradit Cyrũ Panophyten Consularẽ patriciũ factũ fuisse Præfectũ urbis & prætorij sub Theodosio, & demũ episcopũ Phrygiæ consecratũ in Cotyeo, in quo episcopatu usq; ad Leonis tempora manserat. Simile, ni fallor, Sidonio Apollinari euenit, qui ex Comite & Præfectorio uiro clarissimo, Aruernorũ episcopus fuit inauguratus, id quod de se ipse gloriat̃ in epist. ad Polemiũ: Si te hactenus philosophantem noua subitò ob iurisdictionẽ gloria cæpit, & nos aliquod nomẽ decusq; gessimus. At si uidet̃ humilitas nostrę professionis habenda cõtemptui, quia Christo res humanas uitasq; meditaturo, patriũ cõscientiarũ ultrò squalens ulcus operimus (quod & in nostri ordinis uiris, si adhuc aliquid de negligẽtia foret, nihil iam tamẽ de superbia tumet) noueris uolo, nõ ut est apud Præsulem fori, sic esse apud iudicẽ mundi. & cõcludẽs: Proinde si futura magni pensitas, scribe clerico: si præsentia, scribe collegæ. Idem in epist. ad Papianillam, lib. v. Epist. suã prosapiam ex præfectoria ad patriciam sublimatã refert, ac gratulatur posteris suis ac nepotib. hoc nomine. Et rursus lib. VIII. epistola ad Nummatiũ: Audiui enim adolescẽs, atq; adhuc nuper ex puero, cum pater meus Præfectus prætorio Gallicanis tribunalibus præsideret. Deniq; de seipso, quòd Comes fuerit, ostendit lib. I. epistola ad Montiũ, cùm Maiorani Augusti conuiuiũ describeret: Et uir illustris Gratianensis, Multis (inquit) satyricis iurgijs campus aperitur. Hic Imperator ad me ceruice reflexa, Audio (inquit) Comes Sidoni, q̃d satyrã scribas. Ita porrò & Proconsulũ titulus, Spectabilis scilicet, episcopis, primis etiãdum temporib. fuit concessus. Vnde idẽ Sidonius lib. VII. Epist. ad Euphroniũ Papã: Et quia Simpliciũ uirũ spectabilẽ, episcopũ sibi flagitat populus Biturix. Et rursus ibidẽ Senatores creatos episcopos ostendit: Hæc omnia prætermisit, sperãs cõgruentius tuũ salue pontificũ q; Senatorũ iam nominib. adiungi: censeatis iustius fieri, si inter præ-

B fectos Christi, q; inter præfectos Valentiniani cõstituẽre. Hæc ille. Quãobrem dubiũ nullũ est, isthic primas sedes Episcopiorũ initiante Ecclesia fuisse constitutas, ubi olim prætoria uel Proconsulum sedes extiterant. Sic Aurelius episcopus Carthaginensis, qui Africano concilio sub Honorio & Archadio præfuit, contra Donatistas habito, in epist. ad Bonifaciũ, urbis Romæ episcopũ, unà cũ reliquis episcopis qui Concilio interfuerũt, ita scribit, tanq̃ ad superiorẽ: Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius Valentinus primæ sedis prouincię Numidiæ, & cæteri qui præsentes adfuimus, ducenti & sedecim ex omni concilio Africano, salutẽ. Sed placet Diœceses ueteres Episcopales huius prætorij enumerare, ut illi in decretis Symmachi Romani pontificis subscripserũt, qui Romæ sedit circa annũ salutis CCCCXC. Recitantur autẽ isthic primũ Episcopi orę maritimæ Italiæ, qui à Calabria uersus urbem per Campaniam, Samnium, Vmbriam, Lucaniam & Tusciam ecclesiis præfuere, ubi quondam quatuor consulares siue correctos gubernabant. Deinde recensentur Episcopi, qui in agro Ligurum à Mediolano, uersus oram maritimam Genuensem administrabãt, ubi olim Celticarum prouinciarum prætorium fuerat.

Episcoporũ in Ecclesia primitiua dignitas ac locus.

Patricij & Præfecti prætorio facti Episcopi.

Episcopi ueteres spectabiles.

Senatores facti Episcopi.

Catalogus ueterum Italiæ sediũ episcoporũ

DIOECESES EPISCOPALES.

A' Calabria Romam uersus.	A' Pado & Liguribus Insubribusq; Romam uersus.
Celius Rusticus Meturnensis	Laurentius Mediol. metropol.
Celius Bonifacius Belitinensis	Petrus Rauennateñ. metropol.
Mensenius Camarius	Felix Teranensis
Vitalis Fundanus	Amantius Potentinus

Ruffinus Aemilia.

Ruffinus Camisinus
Cresconius Tudertinus
Clarus Allifanus
Basilius Tollenatis
Decius Triutabernensis
Innocentius Mibanatis
Valentinus Amiterninus
Bassus Ferentinus
Vitalis Fauestris
Vitalianus Rosellanus
Maximus Bleranus
Constantinus Capuanus
Benignus Aquæuiuensis
Paschasius Viturnensis
Seuerinus Tundaritanus
Felix Artellanus
Rusticus Buxentinus
Mercurius Grauinatis
Aprilis Lateranensis
Proculeianus Sepinatis
Asellus Popolenensis
Colonicus Foroclaudensis
Vindemius Anteatinus
Ioannes Tarritanus
Valentinus Anniterinus
Iucundus Augustanus
Rogatus Tauromontanus
Seruus Dei Ferenensis
Viticanus Celiniensis
Probus Carneianensis
Ioannes Ariminensis
Venerius Pallensis
Fortunatus Suessanus
Dulcitius S. Antonij
Adeodatus Syluæ candidæ
Gaudentius Vulsinensis
Vrsus Stabianus
Propinquus Tibriensis
Saturninus Herdonitanus
Bellator Hostiensis
Innocentius Tyrentiũ Tyberis.

Æmilianus Suranus A
Maximus Ticinensis
Cassianus Mutinensis
Gerontius Ficudensis
Stephanus Beansinus
Romanus Numentanus
Vrsus Reatinus
Innocentius Minatis
Cresconius Tudertinus
Eustasius Cremonensis
Laurentius Bergomatis
Innocentius Forosempronienſis
Fortunatus Suessanus
Palladius Submontanus
Vindemius Aneatinus
Constantius Vtriculanus
Ioannes Ariminensis
Germanus Pisaurensis
Martyrius Terracinensis
Candidus Tiburtinus
Laurentius Tribensis
Vitalianus Narnensis
Iustus Acerontinus
Serenus Numentanus
Adeodatus Cerrensis B
Stephanus Nursinensis
Dulcitius Subinensis
Fortunatus Anagninus
Paschasius Vulturnensis
Epiphanius Beneuentanus
Ioannes Spoletinus
Maximianus Perusinus
Salustius Amerinus
Serenus Nolanus
Ioannes Viuonensis
Lucianus Tarquinensis
Florentius Blesanus
Molensis Centumcellensis
Maximinianus Subaugustanus
Castus Portuensis
Victor Lunensis
Chrysogonus Albanensis
Stephanus Neapolitanus
Gaudentius Salernitanus
Adeodatus Formiensis
Aucupius Puteolanus
Rosarius Surrentinus
Quintus Teanensis

Atque

A Atq; hæc de Diœcesibus Prætorij Italici, per Italiam. Nunc quæ fuerint per Africam, & Illyrici occidentalis tractum (de cuius amplitudine gloriatur Ausonius hoc carmine:

Ipse nec affectans, nec detrectator honorum
Præfectus magni nuncupor Illyrici.)

quæ & ipsæ prætorij Italici iurisdictioni suberāt, libet paulo altius repetere. Notum est autem, antequam adhuc CHRISTI doctrina ab Afris fuisset recepta, Romanum proconsulem apud Carthaginem habitasse, & per Numidias, Lybiasq; utrasq; Imperiū habuisse, quum in reliquis præsides sederent, Mauritanijs Pentapolitana, Bizazena & Thebaide, & apud Alexandriā dux administraret (nam de Aegypti præside ex Illustri equitū ordine constituto, & à ditione huius prætorij exempto, hic nihil addam.) Hanc regendi rationē, simulatq; salubris in Africa doctrina doceri cœpta esset, secuti sacerdotes Dei, ijdē sua in republica excogirunt, ut apud Carthaginem & Alexandriam scilicet Metropolitani sederent, qui cæterorum locorum episcopis iura dabant. Non multū dissimilis in Illyrici prouincijs occidentalibus, Romanis iam CHRISTO uendicatis, in Ecclesia reipublicæ administratio extitit. Siquidem secuti proconsulatum Pannoniæ inferioris, apud Syrmium illius ciuitatem Metropolitanā sedem excitarunt, ac posuerunt: & aliam apud Laureacum, coloniam scilicet Norici Ripensis. cæteris locis, & præcipuè colonijs, episcopos præfecerunt: in Norico mediterraneo apud Soluensem coloniam, Celeiamq;. Similiter in Pannonia Sauia, ubi Corrector præsidebat, episcopos constituerunt, uerbi diuini doctores, apud Pætouionem in ripa Draui, apud Sisciam ad ripam Saui, & ad Danubium, interq; hoc ipsum fluentum & Sauum, apud Cibalas, Segestanū, Carpensem, Singidunensem, Mursianum,
B Curtensem, Suburiensem, Carnuntensem, ac Vindobonensem, ubi est hodie Vienna Austriæ.

Africæ ueteres diœceses. *Illyrici occidētalis diœceses.* *Veteres Pannoniarum episcopales sedes.*

EPISCOPALES DIOECESES ARCHADIO ET HOnorio imperantibus,

Africæ.

Ab metropolitano Carthagiensi iura ecclesiastica accipiebant,

1 PROVINCIAE CARTHAginensis quinq; episcopi:

Hipponensis beatus Augustinus
Vticensis Callomanus
Aquensis Maximinianus
Siciliensis Prætextatus
Abyritanus Candidus.

2 MAVRITANIAE CAESARIENsis IIII Episcopales diœceses:

Rusguriensis Numerianus
Icositanus Laurentius
Muznensis Rufinianus
Rusiuirrensis Niuellus.

3 MAVRITANIAE STIfensis IIII episcopi:

Stifensis Lucianus

Obten-

Illyrici Occidentalis.

A' Sirmiensi metropolitano per Pannonias episcopi iura capiebant,

1 PANNONIAE INFERIORIS V diœceses Episcopales:

Mursiana, cuius Valens in Tripartita historia episcopus celebratur.
Singidonēsis Vrsatius, ibidem refertur.
Cibalensis Donatus sub Decio traditur.
Carpensis secundus, eodem tempore.
Curtensis Crescens, ibidem.

2 PANNONIAE SVPERIORIS uel primæ tres Episcopi:

Sabariensis
Sacarbantinus, ubi sedit Quirinus sub Philippo.
Vindobonensis Mamertinus sub Iustiniano, ubi est hodie Vienna Austriæ.

3 PANNONIAE SAVIAE TRES:

Aemonensis, Istriæ proximus locus, ubi Maximus in Aquil. Synodo celebrat.

n Nonidu-

Obtensis Leontius
Stifensis Notanus
Syluanus Seuerinus.

4 NUMIDIAE TRES episcopi.

Thegusensis Alipius
Culanensis Posidius
Placentiensis Restitutus.

5 BIZAZENAE PROVINciæ IIII episcopi:

Tigenensis Pentadius
Suffetulensis Iocundus
Horreicellorum Hilarinus
Venustianus Crescentius.

6 TRIPOLITANAE Prouinciæ duo episcopi:

Varensis Quoduult deus
Tripolitanus Dulcitius.

7 NOVAE GERMANIAE SINE TItulis episcopi, Carthaginensi Synodo interfuerunt:

Xantippus Senex
Posidius
Samsucius
Candidus.

8 THEBAIDOS TRES dioeceses:

Mempheos Antiochus
Mnetheos Caius
Tanthites Tiberius.

9 AEGYPTI.

Tametsi hæc prouincia à prætorio Italico foret exempta, immediatè Augustis subiecta est: unde & Alexandria Patriarchæ sedes facta fuit.

Alexandrinus, qui Patriarchę ius adeptus est, instar equitis Romani per Aegyptum regentis.
Heracleos Potacion
Pelusinus Boritheus
Ptolemedes Secundus
Alphocranensis Alphogration
Parisseos Philippus
Cynonensis Adamantius.

Nouidunensis
Siscianas Marcus in Sardicēsi, & Castus in decretis Decij papæ numerantur.

Porrò in ruderibus Sisciæ ueteris, quæ hodie Sisek appellantur, ad ripam insulæ Segesticæ, hodie Zyzya, reperta est antiquitatis ita nominatim inscriptio, quæ declarat Christianorum isthic primis tēporibus ecclesiā extitisse: HVIC ARCHAE INEST SEVERILLA FAMVLA CHRISTI, QVAE CVM VIRO SVO VIXIT NOVEM CONTINVIS ANNIS, CVIVS POST OBITVM MARCELLIANVS HANC SEDEM VIDETVR COLLOCASSE MARITVS.

4 VALERIAE DVAE DIOECESES:

Petouien. Valēs in Aql. Synodo recēset
Celeiana, Tenax in Aquileiēsi memorat.

5 NORICI VTRIUSQVE QUAtuor dioeceses:

Laureacēsis, is postea Metropolitanum ius est cōsecutus à Symmacho papa. In qua sede reperio Maximilianum sub Diocletiano, sub Iustiniano Constantinum: fuitq; primus Archiepiscopus Theodorus, & ultimus Piligrinus sub Othone secundo. B

Ouilabensis haud procul à Laureaco, claruit Moderatus sub Iustiniano.

Iuuauiensis, Maximus eodem tempore floruit. Hæc Metropolitanum ius est cōsecuta sub Othone secundo, quod adhuc hodie retinet Salzeburgensis ecclesia: hoc est, uetus Iuuauia.

Soluensis, in mediterraneis, ubi hodie Carinthia sita est. claruit ibidē S. Modestus, sub Pipino rege Francorum.

6 VINDELICIAE ITEM quinq; sedes:

Patauiensis, ubi S. Valentinus sub Zenone sedit. huic Laureacensis ditio est cōiuncta sub Henrico sancto, manetq; hodie ad cōfluentes Oeni & Danubij.

Quintaniēsis, Syluinus sub Iustiniano floruit.

Tiberiensis, S. Paulinus eodem tempore ibidem claruit.

Augustana, infra Monacum, S. Fortunatus sedit. Ciuitatis nouæ: hæc Ratisponam, ut locum proximum, à beato Bonifacio sub Pipino translata fuit.

Atq;

A Atque hactenus de Italici prætorij diœcesi, quæ per totam Italiam, Aphricæque prouincias, Siciliam, Sardiniam, uniuersumque illum terræ tractum patebat, intra quē hodie maiorem Hungariæ partem, Sclauoniam, Croaciam, Dalmatiam, Carniolam, Styriam, Carinthiam, Austriam utramque & Bauariam, amplissimas prouincias excurrere uidemus. Sequitur nunc Orientis prætorium, quæ & Prætura orientis, & Præpositura, & Ducatus, & à Marcellino lib. 18 Magisterium orientis dicebatur. eratque dignitate & amplitudine Italico proximū: cui qui præfectus erat, præter clarissimatus perfectissimatusque & illustris titulos, Cardinarius appellabatur, & Catholicus ob eminentiā. De quo prætorio Suetonius in Tiberio ita scriptum reliquit: Caium (inquit) Orienti præpositū, cum uisendi gratia traiecisset Sauum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lolij Comitis & rectoris eius. Sic Tacitus apud Vopiscū, qui postea ad Imperij apicē cōscendit, totius orientis Ducatū Aureliano decernit: alludēs nimirū ad illud ipsum, de quo nobis sermo est, prætorium. Refert & Ammianus lib. 21. Philagriū notarium Orientis Comitem, Vadomariū Alemanorum regem in captiuitatē adseruisse, & Rectori prouinciæ custodiendum tradidisse. Ad huiusmodi Præfectos prætorij adludit Marcellinus in historia Constantij, Iuliani & Valentiniani, lib. 15. sub finē: Domitiano crudeli morte perempto, Musonianus successor Orientē prætoriani regebat potestate præfecti. Et iterum lib. 16. Musonianus tamen Præfectus prętorio, multis (ut antè diximus) bonis artibus eruditus, sed uenalis, & flecti à ueritate pecunia facilis. Et rursus: Et ille literis gratanter acceptis Sirmiū uenit, comitatibus socijs: libratisque diu super pace cōsilijs, quā fundari posse cū Persis Musonianus retulerat, in orientē cum Magisterij remittitur potestate. Idem lib. 19. Datum est negocium Modesto, cōmissum etiam tum per orientē Comiti apto adhæc, & similia. Hermogenes enim Ponticus ea tempestate Præfectus prętorio, ut leuioris B ingenij spernebatur. Et rursus lib. 26. Valentinianus Mediolanū, Constantinopolim Valens discessit: & orientē quidem regebat potestate præfecti Salustius. Alludit ad idem prætorium lib. 17. in epistola Constantij Imperatoris ad Saporem regem Persarum: Accipe igitur ueritatem opertam præstigijs, sed perspicuā, nullisque minis inanibus perterrendā. Præfectus prætorio meus Opinatus, aggredi negociū iussus publicæ utilitati conducens, cū Duce tuo per quosdā ignobiles me inconsulto sermones cōseruit super pace. Porrò huius Prætorij caput & sedes sacra apud Antiochiā constituta fuit. Qua de causa, quū in hoc limite salubris CHRISTI doctrina pullulasset, Patriarchæ est habitatio facta, cuius erat iurisdictio supra omnes Oriētis, Asię, utriusque Syriæ, Armeniæ, Phœniciæ, Palęstinę & Arabiæ, prouincias. Ipsum porrò præfectū huius prætorij in codice præfecturarum Marinianus tradit, Catholicū nominatū fuisse, & eius diœcesianos pręsides Cardinales, ut est in lib. Officiorum quoque Theodosij animaduersum. Hinc extat Iurisconsultis titulus de Catholicianis. erant aūt apparitores Prætorij orientalis. Atque Antiochiā quidem caput & sedem primā, siue locū prætorij fuisse, etiā nondum Christi religione in Asia diffusa, ex his uerbis Dionis in Hadriano elucesit: Erat Hadrianus, quādo Imperator declaratus fuit, Antiochiæ, quæ est metropolis Syriæ. Sic Aelius Spartianus in eiusdem historia: Et circumiens quidē prouincias, procuratores & præsides pro factis supplicio affecit, ita seuerē, ut accusatores per se crederetur immittere. Antiochenses inter hæc ita odio habuit, ut Syriā à Phœnice separare uoluerit, ne tot ciuitatū metropolis Antiochia diceret. Itaque causa hæc fuit, quamobrē Antiochensis ecclesia, non solum ius metropolitanū, uerùm etiā Patriarchatus cathedrā in Christianismo postea meruerit, cui reliquæ omnes per uniuersum Asiam subiectæ ecclesiæ fuerunt. Et quemadmodū Catholici

Amplitudo Italici prætorij.

Prætorium orientis.

Tituli orientalis prætorij.

Magisterium orientis.

Antiochia sedes prætorij orientalis.

Tituli Asiæ episcoporum.

Catholiciani.

Antiochia sedes prima orientis.

Antiochiæ patriarchatus.

Catholicus episcopus Antiochensis.

lici titulũ Præfectus prætorio orientis habebat, ita hunc postea Patriarcha ecclesiæ Antiochenæ usurpabat. De quo Procopius: Christianorum (inquit) episcopus Catholicus dicitur, qui unus omnibus præsit accolis in regione quæ Persarũ est emporiũ, & à Theodosia iter octo dierũ distat. Atq; hæc de Catholico episcopo Christianorũ in Oriente, ob Præfecturæ prætorianę dignitatẽ ita nominato, qui in hanc usq; diem manet, sed procul in India sedet, & quotidie se à Persarũ Turcarũq; potentia defendit, uocatq; Presbyterũ Ioannem catholicũ, sub cuius ditione & Georgiani sunt in Armenijs Christiani, quondã Hiberi dicti. Habet is Catholicus (nam & hoc nomine per excellentiã uocatur) plenã potestatẽ tam in mundanis secularibusq;, quàm in spiritualibus. Cæterùm sacræ sedi Antiochenæ subiectę erãt alię sedes & diœceses episcopales, ut sequit̃ ex cõcilio Chalcedonẽsi.

Presbyter Ioannes catholicus.

A

DIOECESES PRAETORIO ORIENTIS SVBIECTAE.

1 PRAETORIA SYRIA:
Laodicensis Pegasius
Beriensis Acatius
Apamensis Ioannes
Seleucensis Bizas,
Epiphanensis Eusebius
Seleucobelitanus Martianus
Arisensis Palophilus
Partensis Seuerus
Chalcedonensis Eusebius
Gaballensis Domianus
Thamsotanus Theodoretus
Cerupolitanus Ioannes
Zeugmatensis Gerunianus
Neocæsariensis Ruffinus
Dulicis Eolcius
Resanensis Basilinus.

2 PHOENICIA CONSVL.
Sidonensis Damianus
Tyricensis Photius
Adrianopolitanus Eustathius
Botriopolitanus Porphyrio
Sitrocidensis Bosporus
Paneados Thomas
Damascenus Theodorus
Eleopolitanus Iosephus
Anparudensis Alexander
Eubreopolitanus Thomas
Laodicensis Valerius
Eunensis Uranius
Philressaracensis Constantius
Arabiensis Iordanus.

3 PALAESTINAE PRIMAE Consularis,
Ubi postea Patriarcha Hiero

1 PROCONSVLARI Asia:
Ephesinus Stephanus
Smyrnensis Ethericus
Clazomenus Eusebius
Cilocomenus Thomas
Magnesias Leontius
Phocensis Quintus
Palaspolitanus Basilicus
Enasotanus Olympius
Epitrinensis Esperios
Myrneus Petronius
Perepetronitanus Paulinus
Metropolitanus Marcellinus
Hipepotanus Iulianus
Briulonitanus Ruffinus
Neasliletanus Philippus.

2 BITHYNIA PROCON.
Sic Lenicij archiepiscopi Bithyniæ fit mẽtio in Chalcedonen.
Nicodonensis Eunomius
Apamenus Lubinicus
Chalcedos Eleuthericus
Coi Iulianus
Niceas Anastasius.

3 GALATIAE PRIMAE:
Ancyranus Eusebius
Tabianos Iulianus
Iuliopolitanus Molisthogus
Aspanatomensis Hyperetius
Minsitanus Leucadius
Galatinensis Euphrasius
Cimutanus Arabius.

GALATIAE SECVNDAE:
Mirecetinensis Helpidius
Pismontensis Theoctistos

1 PROCONSVL. CILICIA:
Sic Theodori metropolitani Ciliciæ in Chalcedon. fit mentio.

CILICIAE PRIMAE:
Tharenenius Theodorus
Pompeiopolitanus Matronianus
Sebastensis Alexander
Zephicensis Hypatius
Adanensis Philippus
Coruicotanus Salustius
Mullutanus Chrysippus
Augustas Theodorus.

B

CILICIAE SECVNDAE:
Anazarbensis Quirillus
Hipponopolitanus Iudenus
Claudiopolitanus Theodorus
Flauiados Ioannes
Monipiensensis Basianus
Seleucesis Basilius
Derupolitanus Iulianus
Diucæsariensis Ioannes
Titupolitanus Mampræus
Philidelphionus Natalis
Lemnutonensis Aelianus
Cilestoregenus Epiphanius
Anagnostu Danahelius.

2 PAMPHILIAE PRIMAE:
Bergensis Epiphanius
Lisanensis Diodorus
Poglonensis Paulus
Codroelonensis Maras
Syndonensis Marcellinus
Adrastu Theophilus.

PAMPHILIAE SECVNDAE:
Suerdronensis Caius

Ellelonensis

A *solymitanus constitutus est.*
Hierosolymitanus Ioannes
Cæsariensis Cyclon
Ascalonitanus Leontius
Diospolitanus Photinus
Agathupolitanus Heracleos
Abiadensis Pancratius
Anepatrensis Polychronius
Iannensis Stephanus.

PALAESTINAE SECVNDAE:

Sentopolitanus Seuerianus
Capitoliados Amianus
Pellesitanus Zebinos
Gaderensis Ioannes.

PALAESTISENAE TERTIAE:

Eliensis Berillus
Elusitanus Aretus
Diotanus Marcianus
Gazes Marcianus.

4 ARABIAE:

Philodelphiensis Eulogius
B *Adraonensis Hormisda*
Euphratiensis Augustus
Ieraspolitanus Stephanus
Camotascensis Theorosus
Cicrasotenus Flaccus
Bostron Constantinus.

Endoxiados Aquilas
Trachnanensis Quiriacus
Petinissensis Pius
Ammorinensis Mysterus
Orcyssa Longinus.

4. ISAVRIAE:

Seulecensis Symposius
Irenopolitanus Philotheus
Philadelphius Ipsistius
Celendoritanus Musonius
Olbitensis Eusebius
Selmontinensis Næon
Tyriopolitanus Arthemius
Dasidonensis Marinus.

5 PHRYGIAE SALVTARIS:

Smalidensis Marianus
Balandensis Myros
Lyciados Philippus
Durileu Eusebius
Ieraspolitanus Abyrtus
Eucarpensis Quiriacus
Mardanensis Epiphanius
Polybatensis Strateius.

PHRYGIAE PACATIANAE:

Cadonensis Danahelus
Sebestensis Dodestus
Sibriensis Eulalius
Dionysiopolitanus Charis
Armonensis Gennadius
Tauesianensis Matthias
Laodicias Numethius.

Ellonensis Eudoxius
Corollensis Marcianus
Cottinensis Eusebius
Olymponensis Aristodites
Chanurensis Eudoxius
Myrcensis Romanus
Coracæsiensis Obremius
Capodulensis Pallidius
Pabrensis Cyrinus
Thelmismensis Zenodotus
Barbarensis Philippus
Antipolenus Theodorus
Panormitanus Cratinos
Bobonensis Romanus
Acrassatanus Nicellos.

3 MESOPOTAMIAE DVcalis prouinciæ:

Amidensis Symeon
Martinopolitanus Zibennos
Suphronensis Eusebius
Cephonensis Noth
Azetimensis Marus.

4 OSDROENOS prouinciæ:

Marcupolitanus Gauinias
Maredupolitanus Danahelus
Callinupolitanus Damianus
Castrocirconensis Abrahamus
Celasaledensis Nonicus
Sarracenus Ioannes.

5 EVPHRATENS. prouinciæ:

Laodiensis Maccarius
Onesatensis Maras
Pultibensis Sabas
Zyrnensis Theodosius.

Atq; hæc de Orientis prætorio. Sequitur Prætoriũ Illyricanũ, cuius ditio per Thracias, Pontũ, Dacias, Mœsias, totam'q; Græciã exporrigebatur, duplici sede metropolitana conspicuũ, Constantinopoli uidelicet, & Thessalonica. In quorũ priore tamẽ, inclinantis imperij Augusti, ob loci dignitatẽ, atq; Constantini Magni memoriã, proprium atq; peculiare prætorium cõstituerunt, quã nouę Romę sedẽ uocarunt. Secuti sunt hanc reipublicæ rationẽ sacerdotes Christi, Patriarchã Constantinopoli & primatẽ apud Thessalonicã subrogantes. Atq; de huiusmodi Prætorio Cor. Taciti loca intelligenda sunt, lib. 1. historię Augustæ sub finẽ: Prorogata Poppeo Sabino prouincia Mœsia, additis Achaia & Macedonia. Idem libro quinto: Lætus præsentibus, & inanium spe, quum auditum id Poppeo Sabino. Is Macedoniæ tum intentus, Achaiam quoq; curabat. Et iterũ Thracias eidem Sabino subijciens, lib. 4. ita scribit: Sabino contusis Thracum gentibus, qui montium æditis inculti, atq; eo ferocius agitabant, causa motus super hominum

Prætorij Illyricæ diœceseos periphrasis.

Constantinopolis noua Roma.

Patriarchæ Cõstantinopolitani.

Primas Thessalonicensis.

Achaia & Macedonia sub prætorio Illyrici.

ingenium. Huc pertinent & loca Ammiani Marcellini, quippe qui lib. 26. inter præfectū Constantinopoleos Cæsarium, Comitem Thraciæ Iulium, & Præfectū prætorio Illyrici Nebridiū, distinguere uidetur his uerbis: Cōfestim Nebridius in locum Salustij Præfectus prætorio, factione Petronij recens promotus, & Cæsarius Constantinopolitanæ urbis præfectus, in uincula cōpinguntur: Et iubetur ciuitatem curare solita potestate Phronemius, cumq́ eo magister officiorum Euphrasius, ambo Galli, institutis bonarum artium spectatissimi. Et administratio castrensium negotiorum Gomoario & Agiloni reuocatis in sacramentum committitur inconsultè, ut docuit rerū exitus proditor. Quia igitur Iulius comes per Thracias, copijs militaribus præsidens, oppressurus rebelles si comperisset conata ex propinquis stationibus timebatur, cōmentum excogitatum est ualidum. Et quasi iussu Valētis seria super barbaricis motibus tractaturus, Nebridij literis adhuc clausi uiolēter expressis accitus Cōstantinopolim, strictius tenebatur. Hacq́ callida fraude bellatrices Thraciæ gentes sine cruore acquisitæ, adminicula ausis tumultuarijs maxima compararūt. Post quæ ita euentu lætiore cōpleta, Araxius ex ambita regia Prætorio præfectus accessit. Adludit ad huiusmodi prætorium & Claudianus poeta, in Panegyri in Theodori consulatum:

Discrimē inter præfectū Prætorio Illyrici, præfectum Cōstantinopolitanum, & Comitem Thraciæ.

Inde tibi Macedum tellus & condita Pellæ
Mœnia quæ famulus quondam ditauit Hydaspes:
Tantaq́ commissæ reuocasti gaudia genti,
Noctibus arbitrijs quantum bellante Philippo
Floruit, aut nigri cecidit cum regia Pori.

Præfecti prætorio Illyrici orientalis.

Cæterùm huic prætorio inuenio præfuisse, sub Claudio Cæsare Iunium Brochū, sub Valeriano Claudium & Aurelianum, sub Galieno Ingenuū, sub Iuliano Anatoliū, & sub Valentiniano primo Probum quendā: ut ex his authorū locis liquet, quæ omnia de hoc prætorio intelligenda sunt. Trebell. Pollio in historia Claudij Cæsaris: Desine aūt cōqueri, quòd adhuc Claudius est tribunus, nec exercitus ducem loco accepit, unde etiā Senatū & populū cōqueri iactabas. Dux factus est, & dux totius Illyrici: habet in potestatē Thracias, Mœsos, Dalmatas, Pannonios & Dacos exercitus. Sic Vopiscus in Aureliano Vlpij Criniti ducis Illyricani limitis & Thracij mentionem facit. Et postea in epistola Claudij: Flauius (inquit) Claudius Valerio Aureliano salutē. Expetit à te munus solitū nostra respub. aggredere, quid moraris? tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu tribunos. Gothi oppugnandi sunt, Gothi è Thracijs amouēdi. Eorū enim pleriq́ Hæmimontē Europamq́ uexāt, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricanos, totumq́ limitē in tua potestate cōstituo. Quo ex loco scilicet apparet, ea tēpestate trium limitū unicum prætorium fuisse: hoc est, Pontici, Thracij, & Illyrici orientalis. De Iunio Brochio, meminit Trebellius Pollio in Claudij uita: Hunc cū omnibus familijs Romano seruitio deputauit, ut docet eiusdē epistola, quā ad Iunium Brochum scripsit, Illyricū tuentē. Sic Marcellinus lib. 19, de Cōstantij imperio loquens: Simili spe fidenter in effectus animabatur prosperos: quodq́ Anatolio regente tunc per Illyricum præfecturā, necessaria cuncta uel ad tēpus coacta, sine ullius dispendijs affluebāt. Idem lib. 21, de Iuliani agens principatu: Tunc ut securitatē trepidis rebus adferret, & obedientium nutriret fiduciā, Mamertinum præfectum prætorio per Illyricum designauit consulem, & Næuitam. Adludit ad præfectos eiusdem prætorij idem lib. 30, scribens de Carnunto, superioris Pannoniæ colonia: Vrente irarum nutrimēto, hinc officiorum magistro Leone (prò nefas) ipso quoq́ præfecturā, si celsiore scopulo caderet, affectāte. Quam si adeptus rexisset, præ his quæ erat ausurus, administratio Probi ferebatur in cœlum.

Prætorium Illyrici orientalis, hos limites comprehendebat.

A coelum. Agens itaque apud Carnuntum Imperator, per continuos tres menses aestiuos arma parabat & alimenta, si qua sors secundasset, peruasurus opportunè Quados, tumultus atrocis autores. In quo oppido Faustinus filius sororis Viuentij Praefecti praetorio, notarius militãs, Probo spectante negocium, carnificis manu interemptus est post tormẽta. Atque haec de praetorio Illyricano, cuius sedes apud Thessalonicã Macedoniae fuerat, ut ex libro praefecturarũ Scoti colligitur. Ad quam Liuius adludit lib. 5. Decad. quintae, his uerbis: Deinde in quatuor regiones diuidi Macedoniã: unam fore & primã partẽ, quod agri inter Strymonẽ & Nessum amnem sit. accessurum huic parti trans Nessum ad orientem uersum, quà Perseus tenuisset uicos, castella, oppidáque, praeter Oenum & Maronaeam & Abdera. trans Strymona autem uergentia ad occasum, Bisalticã omnem cum Heraclaea, quam Synticen appellant. Secundã fore regionem, quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, praeter Synticen, Heraclaeam & Bisaltas: ab occasu, quà Axius terminaret fluuius, additis Paeonis, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu cingunt, ad septentrionem Bora mons obijcitur. Adiecta huic parti regio Poeoniae, quae ab occasu, praeter Axium amnem porrigitur. Edessa quoque & Berea eòdem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum, ubi concilia fierent, primae regionis Amphipolim, secundae Thessalonicen, tertiae Pellam, quartae Pelagoniam fecit. Haec ille. quę tametsi de statu Thessalonices ante constitutum Imperium intelligenda sint, constat tamen eo constituto, pariter & praetorij Romani ibi sedem positam, tanquã loco praeter caeteros celebri. Et postea cum doctrina Christi saluberrima ibidem diuorum Andreae & Pauli auspicijs propagata extitisset, cathedrã primae

Thessalonica sedes praetorij Illyrici orientalis.

Diuisio Macedoniae.

In Thessalonica Christi doctrina maturè administrata.

B & principalissimae sedis fuisse auspicatam, mirũ non est: à qua nimirum secundũ districtũ ueteris praetorij, dioeceses & clerus per omnes Graeciae prouincias, Macedoniae, Epiri, Achaiae, Daciae, & Moesiae, iura atque iussa in spiritualibus capiebant. Et quemadmodũ Praefecto praetorij Thessalonicensi, Procons. Achaiae & Macedonię parebãt: ita Primatis Thessalonicensis iussis, Metropolites Epiri & Corinthiorũ audiebãt. Quare in Chalcedonensi cõcilio, Zenobius metropolitanus de Epiro, & Petrus de Corintho introducunt. Quod uerò huiuscemodi metropolitanis, Thessalonicẽsis primas praefuerit, id ex epistola Leonis papae primi ad Anastasiũ Thessalonicensem facile potest animaduerti, in qua quidẽ epistola nominatim haec uerba legunt: De persona aũt cõsecrandi episcopi, & de cleri plebisque consensu, Metropolitanus episcopus ad fraternitatẽ tuam referat. Quódque in prouincia bene placuit, scire faciant. Et subdit: Metropolitano uerò defuncto, quũ in locũ eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad metropolim cõuenire debebunt. Ex quo tandem liquet, Primatẽ Thessalonicensem, ditionẽ ecclesiasticam habuisse per tractum uniuersum Illyrici orientalis: cui quemadmodum in administratione seculari praefecturae Thessalonicensi proconsules, consulares, praesidésque totius Graecię, Moesiarum, Dacię & Thracię parebant, ita reliqui eiusdã hactenus metropolitani obtemperabant episcopi. Et ne aliquis Metropolitani uocẽ duntaxat usurpatã eo significatu in ecclesia Christi autumet, admonendus is mihi erit, & ante Christianismum, primarijs ciuitatibus prouinciae hanc uocẽ fuisse inditã: ueluti & ex proximè adducto T. Liuij loco, & hisce Transyluanię inscriptionibus liquidò apparet, quibus qui praefuerãt, siue Procos. siue Praetores Consularésque, & ipsi graecè Metropolitę nuncupabantur.

Primas Thessalonicẽsis in ecclesia Christi.

Metropolitani per Graeciam.

Thessalonicensi omnes Graeciae episcopos paruisse.

Metropolitani uox antiqua.

C. TERCENIVS INGENVVS AVG. COL. SARMIZ ME-

M. COMINIVS PONTIF. BIS COL. SARMIZ ME-

 TROP.

TROP. VIX. AN. XXX.
PETILIA VICTORINA
MATER POSVIT.

TROP. ET QV. SACER-
DOS ARAE AVG. SORO-
RI PIENTISSIMAE PE-

A

Sub Thessalonicensi prima sede erant Metropolitani, ut in Sardicensi subscripserunt, ubi Etij Thessalonicensis fit mentio.

Adrianopolitanus in Thracijs, sub quo Diœses erant:
1 Thraciæ III diœcesʃ.
Heracliensis Quiriacus
Eudoxiopolitanus Romanus
Bizes Lucianus.
Thraciæ secundæ,
Maximiniopolitanus Cerenius
Philippensis Sozon
Philippolitanus Phociō
Barlaanēsis Dardanus
Eumutos Marius.
Thraciæ tertiæ,
Thessatanus Anopatus
Thessaloniensis Anastasius
Diuerutanus Eusebius.
2 Hemi montis.
Serriēsis Maximinus
Beroensis Epictetus
Strobiensis Nicolaus
Traianopolitanus Basilius.

Epirensis, sub quo Diœceses episcopales,
1 Epiri ueteris VIII episcopi,
Nicopolitanus Atticus
Adrianopolitanus Eutitios
Ascianensis Claudius
Prutinensis Ioannes
Dodonensis Furteus
Cercyrensis Solyncus
Fincenus Peregrinus
Eurias Marcus.
Epiri nouæ IIII.
Bostroensis Zenobius
Darociensis Lucas
Apolloensis Eusebius
Ethiniensis Petrus.
2 Thessaliæ III episc.
Demetrias Constantius
De Pharetu Iuuencus
De Claris Alexander.
3 Mœsiarum IIII episcopi,
Vlpianus
Vnimatiensis
Marcianopolitanus
Ancialensis.

Corinthiacus, sub quo Diœceses:
1 Achaiæ IX diœceses,
Serdicensis Protogenes
Aquæripensis Vitalis
Naissensis Gaudentius
Macarthensis Triphan
Mazarensis Aloisus
Patrensis Protarcus
Elidensis Dionysius
Secirensis Irenæus
Cepensis Alexander.
2 Helladis VIII diœceses,
Chortiacus Petrus
Megarensis Niceta
Messanensis Ioannes
Opontuensis Athanasius
Naupontuensis Iremius
Pateonensis Donnus
Algusanus Ouesimos
Getheas Ophelinus.

Cretēsis, sub quo diœceses, ut olim sub cōsulari præfecto eiusdē prouinciæ,
1 Cretæ insulæ IIII episcopi,
Lampensis Demetrius
Subretanus Cyrillus
Enessitanus Gennadius
Gorgirensis Martyros.
2 Cypri insulę, ubi etiam consularis regebat.
Constātiensis Olympius
Amathuntos Elodorus
Theodosianēsis Sotyros
Lapidensis Didymus
Archenoensis Petrus
Camisensis Epaphroditus.

B

Diœceses Metropolitanæ Thessalonicensi subiectæ.

Porrò habebat primas Thessalonicensis, pręter iam dictarū diœcesium metropolitanos, etiā peculiares Diœceses episcopales, per Macedoniam iure ecclesiastico subiectas, & quarū uidelicet ipse metropolites fuerat. Quemadmodū in Sardicensi synodo sub Etio Thessalonicensi recēsentur per Macedoniam salutarem primam & secundam, episcopi eidem concilio subscripsisse:

Stupensis Pargorius
Diuernensis Palladius
Brebensis Gerontius.
Parthanis Ionas
Diocletianopolitanus Bassus
Vlpianensis Macedonius
Aquiniensis Marcellus.

Prætorij Gallicani periphrasis.

Atque hæc de Diœcesi Prætorij Illyricani, quod per duos limites exporrigebatur (ut diximus) Thracicū & Illyrici oriētalis, siue Macedonicū. Et quia sequētes limites Illyrici occidentalis siue Istri, & Rhœticus, ad præturā Italię pertinebant, ideo his omissis, ad prętoriū Gallicanū me cōfero. quod amplissimā itē iurisdictionē obtinebat, per quatuor Galliæ partes, & illarū sectiones Primæ ac secundæ nominibus nūcupatas, extentū: Belgicas uidelicet utrasque, Lugdunēsem quadruplicē, Narbonēsem & Aquitaniā similiter diuisas, quibus partibus singulis Procōsules

aut

A aut Consulares uiri præsidebant: Maximam Sequanorum, Nouempopulanam, & duas Germanias. unde salubri Christi doctrina in Gallijs inualescente, sedibus eiusdem ubi Proconsules legatiq; Consulares regebant, metropolitani episcopi cleri rempublicã administrauere: in Belgicis quidem, apud Treuiros & Remos: in prouincia prӕterea Lugdunensi, apud Lugdunũ & Visontionẽ: in Aquitania, apud Burdegalam & Turonũ: & in Narbonensi deniq; prouincia, apud Bituriges & Viennã. Porrò de hoc Galliarũ prætorio loca hæc authorũ historiarũ accipienda sunt. Marcellinus lib. 17. scribẽs de Cõstantij imperio: Statimq; ad comitatũ Augusti sunt missi, ad quos eximẽdos periculo multitudo Francorũ egressa, quum captos comperisset asportatos, nihil amplius ausa, repedauit ad sua castra. Hisq; perfectis, acturus hyemẽ reuertit Parisios Cæsar. Quia igitur plurimæ gentes in maiori collatura capita sperabãt, dolum bellorũ coniectãs sobrius Rector, magnis curarum molibus stringebatur. Dumq; per inducias, licet negociosas & breues, erumnosis possessorũ damnis mederi posse credebat, tributi ratiocinio dispensauit. Quumq; Florentius Præfectus prætorio ferri non posse clamaret, se repentè factũ infidum, cui Augustus summã cõmiserat rerum. Idem lib. 20. Vtq; id facile formidatio intentatorũ efficeret, uelut magnis uiribus fretus, in locũ Florentij Præfectum prӕtorij Nebidrium tum quæstorẽ eiusdem Cæsaris promouerat, & Fœlicem notarium magistrum officiorũ, & quosdam alios. Cunnobarium enim successorem Lupicini, antequam sciretur huiusmodi quicquam, magistrum prouexit armorum. Ingressus itaq; Parisios Leonas, susceptus est ut honoratus & prudens. Et rursus lib. 23. Iulianus uerò dum moratur apud Cercusiũ, ut per naualem Aboræ pontem exercitus & omnes sequelę transirent, literas tristes Salustij Galliarum præfecti accepit. Idem lib. 27. Hisq; tali casuum diuersitate peractis, milites ad hyberna, imperatores Treuiros reuerterunt. per hæc tẽpora Vul-
B catio Ruffino absoluto uita, dum administrant, ad regendam Præfecturã prætorianã ab urbe Probus accitus, claritudine generis & potentia & opum amplitudine. Et rursus lib. 30. Ob hæc & similia cõcordi consensu dehortãtibus multis, maximeq; Modesto Prӕfecto prætorio, regiorũ arbitrio spadonũ exposito. Vocat porrò idem author prætoriũ Galliarũ Magisteriũ lib. 16. At Cæsar exacta apud Senonas hyeme, Germanicis undiq; circunfremẽtibus minis, secundis omnibus motus, Remos properauit alacrior, magisq; lętus, quòd exercitum regebat Seuerus, nec discors nec arrogans, sed longa militiæ frugalitate compertus: & eum rectà euntem secuturus, ut dictorum morigerũ miles. Parte alia Barbatio post Syluani interitum promotus ad peditum magisterium, ex Italia iussu principis cum 25 millibus armatorũ Rauracos uenit. Idem lib. 17, secundæ uidetur Galliarum præfecturæ meminisse, insinuans nimirum uel uicariam præfecturam, uel præsides sub prætorio primo regentes: Inter hæc (inquit) recreandarum exordia Galliarum, administrante secundam adhuc Orphito præfecturam, obeliscus Romæ in circo erectus est maximo. Adhæc describit hanc præfecturam adfabrè Claudianus in Panegyrico ad Theodorum consulem:

Catalogus præsidum Galliæ.
Episcopi Galliarum metropolitani.
Loca authorũ de Prætorio Galliarum.

Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium, cunctaq; dedit tellure regendos
Rectores: Hispana tibi, Germanaq; Tethys
Paruit, & nostro diducta Britannia mundo:
Diuersoq; tuas doluerunt gurgite uoces,
Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & diues Hiberus.
O quoties doluit Rhenus, quà Barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.

Deniq;

A

Denique meminit huius prætorij & Sidonius Apollinaris in epistola ad Polemium: Biennium propè clauditur (inquit) quo te Præfectum prætorio Galliarũ non nouit nostra dignatio, sed nostro affectu adhuc ueteri gaudemus. Idẽ in epistola ad Aquilinum: In principatu Valentiniani Imperatoris, unus Galliarũ præfuit parti, alter soliditati. Et lib. 8. ad Numatium: Audiui enim adolescẽs, atque adhuc nuper ex puero, cum pater meus Præfectus prætorio Gallicanis tribunalibus præsideret, sub cuius uidelicet magistratu consul Asterius anni sui fores uotiuum trabeatus aperuit. Sed placet etiam uetustatis inscriptiones adferre, in monumentis apud Comum lacum supra Rhœtos & Heluetios erutis, in quibus huius quoque prætorij obiter mentio occurrit:

Romæ in æde S. Chrysogoni iuxta Campanile.

P. RANTIFANVS PP. GALL. CYRINICOS PISIS VIX. ANN. XXIII MILITAVIT ANN. V. IN COH. VIIII. PR. SAEL. VI BT ASSI. H. S. E.

T. ANNIO T. F. QVIR. MAXIMO POMPONIANO FLAM. DIVI AVG. AVGVRI PRAEF. ALAE MIL. PR. V. CONT. PRAEF. ALAE PR. PRAETOR. GAL. LEG. MINER.

L. CALPVNIVS L. F. O. V. F. FABATVS VIVIR IIII. I. D. PRAEF. PRAET. M. TRIB. LEG. XXI. RA. TAC. PRAEF. COH. VII. LVSITAN.

Hic iam quæstio occurrit, cum Metropolitanas sedes respublica Galliarum ecclesiastica habuerit, quas uidelicet paulo antè enumerauimus, an primatẽ itidem habuerit, & quo is loco sedem habuerit, in locum uidelicet Præfecti prætorio ab ecclesia expressum: quod in cæteris cunctis prætorijs accidisse nimirum ostendimus. Quo quidem in dubio quum diu hærerem, tandem eò diuerti, ut putem diœceses Gallicanas Romanæ sedi immediatè fuisse subiectas. Id quod colligi potest ex epistolis Sidonij Apoll. quum Claudiani episcopi epitaphium describeret, & eundem uicem gessisse Mamerti metropolitani, fratris germani quoad carnem, ostenderet: apertè insinuans ibi, Galliarum metropolitanos à Romano episcopo, primis etiam Ecclesiæ temporibus iura accepisse. Ita enim in Epitaphio canit: B

Galliæ metropolitani immediatè Romanæ sedi subiecti.

Antistes fuit ordine in secundo,
Fratrem fasce leuans episcopali.
Nam de Pontificis tenore summi
Ille insignia sumpsit, hic laborem.

Sedes Prætorij Galliarũ Lugduni fuerunt.

Equidem aliàs, quoad sedem secularis dignitatis, eam Lugduni fuisse, uel ex Pacato & Trepano Panegyricis liquere potest. ad quod adludens Sidonius in epistola ad Thaumastum: Neque quicquam, Deo propitiante, nocitura, si modò quamdiu præsens potestas Lugdunensem prouinciam regit, nostrum suumque Germanicum, præsens Agrippina moderetur. Porrò Metropolitanorum hæ erant diœceses:

Sub Romana sacra sede, ut uniuersali, & in Gallijs uicem primatis fungente,

Belgicarum duæ Metropolitanæ, Treuirensis & Rothomagensis.	*Lugdunensis utriusque, ubi Lugdunẽsis & Remigensis Metropolitani erant.*	*Aquitaniæ, cuius erant Metropolitanæ Turonẽsis, & Burdegalensis: in quorũ prima Iniuriosus*

r Au-

A BELGICAE PRImæ,

Ambianẽsis Beatus in v Aurel. Con.

Valentinensis Gallus, eodem Concilio

Niuernensis Clementinus, ibid.

Naumetensis Eumerius, eodẽ

Sennonensis Constitutus, ibidẽ

Telonensis Cyprianus, ibidem

Elosensis Aspasius, eodem

Glandectensis Basilius

Tornacensis

Mocinensis.

BELGICAE SEcundæ,

Tungrensis Domitianus, eadẽ synodo

Trecensis Ambrosius, ibidem

Metensis

Obruncensis Pegasius in v Aurel.

GERMANIAE PRIMAE & secũdæ, cuius erat Me-
B tropolitana sedes apud Borbetomagum, ubi est hodie Vuormacia Vangionum. ad hos scripsit Hilarius contra hæreses, propter Eufratẽ Agrippinensem Arrianum.

Agrippinensis

Moguntinensis

Argentinensis

Nemetensis.

Augustudinensis Nectarius, in v Aurel. concili o.

Lingonensis Tetricus, eodem

Cabillonẽsis Agricola 1. Aurel.

Cathelaninẽsis Lupus, Aurel. 1.

Tullensis Valerius, v Aurel.

Virdunẽsis Desideratus, 1. Aur.

Antisiodorens. Eleutherius, in 1.

Luxouiensis Sabaudius, in v.

Diniensis Arcadius, in v. Aurelian.

Parisiensis Saphiranus, ibidem: & Reginbodus in Matisc. con.

Aurolanensis Pacidius, v Aurel. & Eusebius, Matisc. con.

Auxitanæ Nicasius, Matisc.

NARBONENSIS, CVius erant metropolitanæ Viennẽ. Massiliensis & Byturicensis.

Arelatẽsis Aurelius, in v Au.

Auinionẽsis Ioannes, in Matisc.

Vineariensis Sauinus, in Matisc.

Petrogoriensis Cartarius, ibidem

Brigoritanus Aemilius, ibidem

Gratianopolitanus Esitius, ibidẽ

Syluanestensis Fridigernus, v. Aurelian.

Ebroicensis Valerius, ibidem

Ebrodunensis Gallicanus, ibidem

Xanctonensis Eusebius, ibidem

Octodurensis Ruffus, in v Aur.

Tarantasiensis Martianus, in Matisc.

Agennensis Antidius, in Matiscon.

Vapiniensis Aridius, ibidem

Gebennensis Cariato, ibidem

Sedunensis Elledorus, ibidem

Vicoiuliensis Rusticus, ibidem

Regiensis Vrbicus, ibidem

Sasturiensis Piligrinus, ibidem

Arauicẽsis Vindemialis, v Au.

Sagiensis Passinus, ibidem

Ausciensis Proculianus, ibidem

Carducensis Leucadius, eodem

Lactoriensis Faustus, ibidem

Conuenarũ Ruffinus, Matisc.

v. Aurel. subscripsit, in secunda

Birothranius in Matiscon. con.

Aruerniẽsis Gallus, in 1. Aur.

Rhutenensis Dalmatius, eodem

Carnotensis Aetherius, eodem

Lemouicensis Ruritius, ibidem

Lingouicensis Gregorius, eod.

Gaballitanus Hilarius, eodem

Lotonensis Deuterius, eodem

Cenonianẽsis Baidigliscus, Matiscon.

Cauellicensis Veranius, ibidem

Caturicensis Vrsinus, eodem

Ventiensis Deuterius, ibidem

Carpentoracensis Boethius, ibid.

Tolosanus Meginulphus

Autupolitanensis Euarius, in Aurel.

Vassensis Alitius, in Aurel.

Vassatensis Orestes, in Matisc.

MAXIMAE SEQVANOrum, uel Sequanæ Galliæ, cuius erat apud Visontionem metropolitana sedes, quo nomine Vrbicus in v Aurel. & Syluester in Matisconen. subscripserunt.

Vindonissensis Grãmaticus, in v Aurel.

Auenticorum Superius, 1 Aurelian.

Rauracẽsis, quæ postea sedes Basileam locum proximum est translata.

Constantiensis Lauto, in v Aurel.

Curiensis.

Prætorij Galliarũ periphrasis.

Atq; hactenus de Galliarum patentissimo prætorio. Superest ultimũ, quod in Europa Romani habebant, prætorium Hispaniæ, à quo duplex Hispania ulterior & citerior gubernabatur: ita uidelicet iam ante constitutũ Imperiũ distincta, ut suprà in eius explicatione limitis præfati sumus. Meminit uerò huius prætorij T. Liuius libro tertio Decadis quintæ: Quum & alia indigna quererentur, manifestum autẽ esset, pecunias captas, L. Canuleio prætori, qui Hispanias sortitus erat, negocium datum est, ut in singulos, à quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine Senatorio daret. Huc pertinent & illa Cæsaris libro primo Belli ciuilis: Cęsarisq; in se beneficia exponit, quę erant maxima, quòd per eum in collegium Pontificum uenerat, quòd prouinciam Hispaniæ ex Prætura habuerit. Adludit ad idem Prætorium & Cor. Tacitus libro quarto: Iisdem Consulibus facinus atrox in citeriore Hispania admissum, à quodam agreste nationis Thermestinæ. Is Prætorem prouinciæ L. Pisonem pace incuriosum, ex improuiso ex itinere adortus, uno uulnere in mortem affecit. Ad idem prætorium pertinent hi uersus Claudiani, in Panegyri dicta Olibrio & Probino:

Ut pigeat meminisse Probi, quo iudice totam
Uidimus Hesperiam, fessasq; resurgere gentes.

Deniq; fit eiusdem prætorij mentio in his uetustatis monumentis, quorum alterum Tarracone, alterum Dianij, utrunq; uerò in Hispanijs erutum extat: in quorum altero nomen prouinciæ Hispaniæ citerioris per solas literas H & C exprimitur: in altero pluribus literis HISP. CIT. item nomen Præfecti prætorio in altero per literas PPP, id est, Perfectiss. Præfectus prętorio: in altero, PR. PR. id est, Præfectus prætorio.

FORTISSIMO ET CLEMENTISS. IMP. CAES. M. AVR. CARO INVICTO AVG. P. M. PP. COS. II. PP. PROCOS. M. AVRELIVS VALENTINIANVS V. C. P. P. HISP. CIT. LEG. AVG.

M. PORTIO CATONI XVVIR S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQVE.

Tergesti in Histria.

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII. FLAM. ET LEG. I. ADIV. VICT. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVG. GERM. PROVINC. HISPANIAE CITER. ASTVRIAE ET CALETIARVM FLAM. DIVI CLAVDII DEDIT: IDEMQVE DEDICAVIT.

Metropolitani Hispaniæ.

Vnde Castilia dicta.

Porrò quo loco sedes prætorij Hispanici posita fuerit, diuinare non possum. Equidem Christi posterius in ea prouincia religione propagata, quatuor in Hispanijs metropolitani Episcopi constituti sunt: duo uidelicet in citeriore, Toletanus & Narbonensis: & duo in ulteriore, hoc est, Lusitania & Gallicia, Emeritensis & Bracharensis: qui immediatè iura sua à sacra Romana sede accipere soliti erant. Atqui Castuli urbis, unde Castilia postea Gothorum regnum in Hispanijs fuit cognominatum, meminit Liuius libro quarto Decadis tertiæ. Ad Galliciæ uerò regnum alludit Claudianus poeta, in laudibus Serenæ, hocce carmine:

Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Diuitijs undasse Tagum, Calletia risit
Floribus, & roseis formosus Duria ripis.

Sedes

A SEDES METROPOLITANAE.

Citerioris Hispaniæ,		Vlterioris Hispaniæ,	
Narbonensis, cui Nigatius in tertia Toletana synodo.	*Toletana, cui Euphanius in tertia Tol. synodo.*	*Emeritensis in Lusitania, ubi quidã Monsonas in tertia Toletanã.*	*Braccarensis per Galiciã, ubi Pentadius in tertiã Toletanã.*

Barcinonensis Vngas in tertio Tolet.	Hispalensis
Terraconensis Stephanus, ibidem	Olisiponensis Paulus, in 3 Toletan.
Cæsaraugustanus Simplicius, ibidem	Portugallensis Argiouitrus, ibidem
Pompilonensis Lilteolus, ibidem	Ilerdensis Polybius, ibidem
Cordubensis Agapius, ibidem	Ilibertanus Petrus, ibidem
Valentiæ Vuilligisclus, eodem	Segontinus Protogenes, ibidem
Castulonensis Theodericus, ibidem	Segobriensis Proculus, ibidem
Ansoniensis Aglinus, ibidem	Gerundensis Alitius, ibidem
Salamanticensis Eleutherius, ibidem	Oscensis Gabinius, ibidem
Derthosensis Froybiscus, ibidem	Tudensis Gardingus, ibidem
Ergauicensis Petrus, ibidem	Palintinensis Tomantius, ibidem
Carcossanensis Sergius, eodem	Bastitanensis Theodericus, ibidem
Arcobricensis Thallasius, ibidem	Asturicensis Egitinius, ibidem
Mentesanensis Ioannes, ibidem	Agrabensis
Egerensis Stephanus, ibidem	Calagurritanus Mummius, ibidem
Lucensis Berilla, ibidem	Auzensis Arterius, eodem
Vrgellensis Simplicius, ibidem	Ilipensis Basilius, eodem
B Vellensis Ioannes, eodem	Labrionensis Eruaricus, ibidem
Agathensis Nebridius, ibidem	Segobiensis Petrus, ibidem
Lunecensis Philippus, ibidem	Lotonensis Agrippinus, eodem
Cauriensis Laquinius, ibidem	Iriensis Dominicus, ibidem
Eluensis Benenatus, ibidem.	Malacitanus Theodulplus, 4 Tole.
	Tucitanus Velotius, tertia Tolet.

CAPUT TERTIUM, DE ORNAMENTIS ET INsignibus prætorij Romani limitanei.



PRAETORIA igitur Romanis quæ fuerint, & ubi fuerint, ad fidem historiæ dictum à nobis abunde est. Nunc ornamenta illius, & quibus insignibus, à cæteris Præsidum Proconsulumq; atq; Ducum & Legatorum prouincialium sedibus discernebantur, enarrandum porrò est. Quemadmodum enim Primatum in ecclesia nũc sacræ sedes maioribus infulis pallio ac crucis ferculo, atq; adeò iure Metropolitanorũ condecorantur à Romano præsule: ita suos Augusti Prætorij præfectos, infulis & certo genere uestimentorum, scipioneq; eburneo, sella ciuili, iure prætorio, & alijs quibusdam ornamentis adornauerãt. id quod ex his etiam T. Liuij uerbis, libro secundo Decadis tertiæ aduertitur, ubi Eumeni regi Asiæ, Proconsulis & prætoris insignia concessa scribit: Eumeni uerò (inquit) conspiratio aduersus eum, fauorẽ apud Romanos fecit. Ita omnes ei honores habiti, donaq; quàm amplissima data, cum sella curuli, atq; eburneo scipione. Huc alludit & Cornel. Tacitus libro 15, quum de Corbulone Syriæ præfecto ageret, apud cuius scilicet tribunal, Tyridates Parthorum rex diadema acciperet; Dein paucis

Ornamẽta ac insignia prætoriorum, quemadmodum & primarũ in ecclesia sedium.

cis diebus interiectis (inquit) magna utrinque spe, inde eques compositus per tur- A
mas & insignibus patrijs, hinc agmina legionum steterunt, fulgentibus aquilis si-
gnisque & simulacris deûm in modum templi, medio tribunal, sedem curulem, &
sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tyridates, cęsis ex more
uictimis sublatū capite diadema imagini subiecit. Et iterū lib. 17. Sed haud secus
discrimine Senatus que suo territus, & prefectos pretorio ad mitigādas militū iras
statim miserat, & abire properè omnes è conuiuio iussit. Tum uerò passim magi-
stratus proiectis insignibus, uitata comitum & seruorū frequentia. Huc pertinet
quod scribit Marcellinus lib. 25, de Iouiano imperatore: Prudentique consilio Ma
larichum ex familiaribus negocijs agentem etiā tum in Italia, missis insignibus, Io
uiano iussit succedere, armorum magistro per Gallias. Hinc est illud Lāpridij in
historia Alexandri: Qui si quē Præfectum prætorio facere uellet, eidem laticlauiā
per libertum submitteret. (erat uestis insigne Præfecto prætorio peculiare, & se-
natori Romano.) Refert in eundem modum & Procopius, Anastasiū imperato-
rem, quū Francos sibi uellet cōciliare, Clodoueo ipsorum imperatori bracteā tu-
nicam misisse, & eundē patricium Romanū & Præfectum prætorio nuncupasse.
Ad huiusmodi ornamenta prætoria alludit & Sidonius Apollinaris lib. 1. episto
larum ad Vicentiū: Quibus actis, proripit sese, atque in cōuicia subita prorumpēs:
Abite degeneres (inquit) & præfectorijs patribus indigni. Et iterū: Offertur pre
fectorijs ante propositionis exordium ius sedendi. Et alio loco ad eundem: Cōse
stim priuilegijs geminæ præfecturæ, quā per quinquennium repetitis fascibus re
xerat, exauctoratus. Et sic intelligitur etiā locus apud Vlpianum iurecōsultum,
in titulo de Senatoribus, quum docet feminæ consulari utique consularē uirum
sine dubio præferendum esse: sed uir præfectorius, an feminæ cōsulari præferat,
uidendum esse. Copiosius de his ornamentis disserit Cassiodorus lib. 6. epistola B
rum. Sed placet ordine ornamentorū illorum genera explicare, quorum inuenio
decē: uidelicet, Ius prætorium, Fasces, Curulem sellā, scipionem, Ius claui figen-
di, uestimenta prætoria, Prætextā, Latumclauum & Trabeā, adhæc infulas capiti
impositas, ius gladij gestandi, uehicula denique, animalia publica, & apparitorum
comitatum. IVS PRAETORIVM duplex erat, ordinariū, & extra ordinē. Primū
quidem dabatur à senatu Rom. De quo accipienda loca Taciti lib. 2. Contrà Do-
mitius Celer, ex intima eius amicitia disseruit, utendum euētu, Pisonē, nō Sentiū
Syrię præfectū, huic fasces & Ius prætoris, huic legiones datas, si quod hostile in-
gruat, quē iustius arma oppositurū, qui legati authoritatē & propria mādata acce
perit. & iterū: Comagenis Q. Serenus præponit, tūc primò ad ius Pretoris trāsla
tis. Huc adludit & Trebellius Pollio in Tetrico, his uerbis: Quare quū Aurelia
nus nihil simplex neque mite aut tranquillū facile cogitaret, Senatorē pop. Rom.
eundemque cōsularem, qui iure præsidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum
duxit. De altero uerò extraordinario iure loquit Cor. Tacit. lib. 13. Romę prætor,
per prouincias qui pro Pretore aut Consule esset, iura aduersus publicanos extra
ordinē redderent. Huc pertinet & illud Fla. Vopisci in Probo: Accepto igitur
hoc senatuscōsulto, oratione promisit prætoribus, ut etiā magnorū iudicū appel
lationibus ipsi cognoscerent proconsules, crearent legatos consulibus, ius præto
rium præsidib. darent. IVS GLADII ad nostra usque tēpora peruenit. Quippe
ducib. etiādum, quos scilicet Franci loco presidū Rom. prouincijs passim prefece
runt, strictus in hunc usque diē gladius præfertur, atque in feudis ab Imperatore tan
quam ducale insigne traditur, quo cū in ueteribus etiā picturis representatur. Et
ut à magnis magistratibus ad inferiores descendamus, manet adhuc illud præto-
rij urbani apud nos ornamentū, sequiturque prætorē puer gladiū uagina inclusum
gestans.

Catologus & numerus insignium prætoriorum.

Ius prætoriū.

Ius prætorium cōtra ordinē.

Ius gladij.

A gestans. Ad quod alludere uidetur Iulius Capitolinus in Gordianis, quum senioris inaugurationem recenset: Posthæc uentum Carthaginē cum pompa regali & fascibus laureatis, filiusq; legatus patris exēplo Scipionū, ut Deuxippus Græcæ historię author est, gladij potestate succinctus est. Sic Lāpridius in Alexand. Honores iuris gladij nunquā uendi passus est, dicēs, Necesse esse, ut qui emit, uendat.

Huc pertinet & illud quod de Plautiano Præfecto prætorio Septimij Seueri Herodianus lib. 3 scribit: Ad hæc habitus, quo in publicum prodibat. Siquidem latum clauum perpetuò habebat, atq; in secundis cōsularibus numerabatur. Ensem præterea gestabat, cæteraq; omnia supremæ dignitatis insignia. Non multo diuersum est quod Liuius lib. 4. Decad. 5. ius gladiatoriū appellat, & quod Honorariū iurisconsulti dicunt. De quo multa Vlpianus scribit, cum docet, præsidē habere maius omnibus imperium in prouincia, post principes. Atq; ad illud ius gladij uidetur alludere Sidonius Apoll. in Panegyri Maioriano Augusto dicta:

Si præfecturæ quantus moderetur honorem
Vir quæras, tendit patulos qua Gallia fines,
Vix habuit mores similes, cui teste Senatu
In se etiam tractum commiserat Vlpius ensem,
Qui dictat Gallis modò iura. —

Huc pertinet & illud Claudiani, in secundo Panegyrico Stiliconi dicto:

Loricas galeasq; renitentes hyacinthis,
Gestatosq; patri scapulis radiantibus enses.

Porrò notandum hic obiter, aliud fuisse Romanis gladiatorium appellatū genus pœnæ, his qui aliquem gladio interfecissent inflictę. Quod & ipsum Franci à Romanis mutuarunt. De quo hæc inter leges Saliquas legitur: Si quis hominem ad domum propriā cum Arraida interfecerit, aut triplici Vuerigeldo mulctetur, & tres priores XC sol. cum iudicetur, & quantum ei sanguinem funderent unusquisq; Vuerigeldum cōponat. Et quantacunq; post authorem & sanguinē effusuris, uel post tres priores fuerint, unusquisq; XV sol. mulctetur, & quicquid ibidem talauerint restituant. Si quis uerò Vuerigeldum soluere, acceperit bouem cornutum, uidentem & sanum pro uno solido tribuat, equum uidentem & sanū pro sol. tribuat, equā uidentem & sanā pro trib. sol. Spatam cum scugilo pro VII sol. Spatam absq; scugilo pro tribus solidis. Bruma bona pro XII sol. Galeam tricto pro VI sol. Bainabirgas bonas pro VI sol. Atq; hæc ex legibus Saliquis Francorum. Lege Vlpianum in lege tertia, de Iurisdict. omniū iud. FASCES Præfecto prætorio, ueluti & Imperatori ac Consuli, Proconsuli'ue prę ferebantur. Imperatori quidem duodecim fasces, lauro cincti: Cōsuliq; totidem, sed sine lauro: Præfecto deniq; prætorio, uti & Procōsuli, sex modò fasces præferebantur. Sed hæ auratæ fuerant, quales Consules in urbe usurpabant. Licebat præterea his in uictorię euentu laureatis uti, quemadmodum Augustis, sed numero duntaxat dimidiato. Adludit uerò ad huiusmodi præfectorios fasces Appianus Alex. lib. 5. Belli ciuilis, de Antonio Aphricæ proconsule scribens: Eo loci Antonius depositis Imperij signis, atq; apparatibus, priuato habitu, uictuq; trāsegit hyemē. Et iterum, de eodem loquens: Quæ enim ab exercitibus missa fuerant, solum tetulere: ipse simplicitate quadā priuati cultus, principatus loco usus est. Nam ueste quadrangula, calciamento Attico usus est: ante fores solitudo & quies. Et egressus eius pari modo seruabantur, nullis præcedentibus signis, duobus solum amicis comitatus, subsequentibus totidem seruis, ad præceptorum contubernia aut recitationes ferebatur. Porrò huiusmodi fasces præsidiales, extraordinarios uidetur appella-

Gladiatorium pœnæ genus.

B

Vuerigeldum Francorum.

Fascium insignia.

appellare Cicero in oratione pro Domo sua: Neq; enim ullus locus (inquit) toto orbe terrarum uacuus extraordinarijs fascibus atq; imperio Clodiano fuisset. Vtebatur autem duorum generum fascibus Præfecti, inauratis (ut dictum est) & in uictoriæ euentu laureatis, ueluti imperatores. Vnde Cicero in libello de Diuinatione, Mariũ cum fascibus laureatis incessisse refert. Sic Cæsar lib. 3. Ciuilis belli: Sed neq; in fascibus insignia lauri prætulit. Adludit ad huiusmodi fasces præfectorios Sidonius Apollinaris libro octauo Epistolarum ad Naumatium: Tunc enim qui regit prouincias fascibus Niceciano regeretur præfectura cõsilio. Et iterum epistola ad Vincentium: Confestim priuilegijs geminæ præfecturæ, quam per quinquenniũ repetitis fascibus rexerat, exauctoratus. Quæ satis ostendunt, inclinante etiamdum Imperio fascium insignibus Præfectos pretorio fuisse usos. Id quod subinde à Claudiano cõmemoratur. Sic enim lib. 2. in Eutropium canit: A

Extraordinarij fasces.
Inaurati et laureati fasces.

Omnes supplicio dignos, lethoq; fatentur,
Qui se tradiderint famulo, Stilicone relicto.
Mutati stupuere diu, sensuq; reducto
Paulatim proprij mirantur monstra furoris,
Auertuntq; oculos: proiectis fascibus horret
Lictor, & infames labuntur sponte secures.

Idem auratarum fascium mentionem facit, in sextum Consulatum Honorij:

— Agnoscunt rostra Curules
Auditas quondam proauis, discretaq; cingit
Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor,
Et sextas Getica præuelans fronde secures, &c.

Horum postremus uersus de laureatis fascibus est accipiendus, ad quas etiam alludit in quartum Consulatum Honorij: B

Iam trabeam Bellona gerit, parmamq; remouit,
Et galeam, sacras humeris uectura curules.
Nec te laurigeras pudeat Gradi'ue secures
Pacata gestare manu. —

Idem in secundo Panegyrico Stiliconis, Præfecto prætorij & magistro militiæ ob deuictos hostes laureatos fasces attribuit hoc carmine:

— Lictorq; Metus, cum fratre Pauore,
Barbara ferratis innectunt terga catenis,
Velati galeas lauro, propiusq; iugales
Formido ingentem uibrat succincta securim.

Curulis sellæ insigne.
Curules magistratus.

CVRVLIS SELLA ex ebore erat, insigne commune Præfecturæ prætorianæ cum Imperatoribus, Consulibus, Procoss. Prætoribus, & omnibus maioribus muneribus: qualia erant, Aedilitas, Tribunatus plebis. unde Curules magistratus authoribus historiarum subinde pro altioribus cõmemorantur. De quibus Liuius libro sexto Decadis tertiæ, quum de exactione in bello Punico secundo cõstituendo loqueretur Consul: Itaq; ut classem habeat, quam ornare uolumus, populus Romanus, priuatos sine recusatione remiges dare nobismetipsis primum imperemus: aurum, argentum, æs signatum, omnes Senatores crastina die in publicum cõferamus, ita ut annulos sibi quisq; & coniugi & liberis, & filio bullam: & quibus uxor filiæ'ue sunt, singulas uncias auri pondo relinquant, argenti, qui curuli sede sederunt, equi ornamenta, &c. Et iterum libro decimo eiusdem Decadis: Latum ad populum est, ne Cneo Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui sella curuli sedisset, uim, cum id ignoraret, Tribunus plebis atq; Aedilis fecisset.

A Itaque rectè Romani Eumeni Asiæ regi, cum illi ornamenta consularia atque prætoria decerneret Senatus, ob fidem egregiam in bello Macedonico exhibitã, sellam curulẽ pariter inter cætera adiecerunt. De cuius origine, utpote à Latinis, ipsoque rege Latino Aeneæ socero, ita Maro in undecimo Aeneidos cecinit, cum rebus desperatis, ex cõcilio publico Latini oratores censuissent mittendos ad Aeneam & Troianos aduectos:

Præterea qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos,
Munera portantes, aurique eborisque talenta,
Et sellam regni, trabeamque, insignia nostri:
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

Cæterùm mentio huius ornamenti subinde apud authores historiarum occurrit. Tacitus lib. 1. historiæ Augustæ: Nec patrum (inquit) cognitionibus satiatus, iudicijs adsidebat, in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret. Idem libro 15. quum Corbulonis Syriæ præfecti prætorio sessionem & magnificentiam describeret, in Tyridatis Parthorum regis inauguratione: Tum placuit (inquit) Tyridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regiũ, nec nisi manu Neronis resumere: & colloquiũ osculo finitũ. Deinde paucis diebus interiectis, magna utrinque specie eques cõpositus per turmas, & insignibus patrijs: hinc agmina legionũ stetere, fulgentibus aquilis, signisque & simulachris deûm, in modum templi, medio tribunal, sedem curulem, & sedes effigiem Neronis sustinebat. Porrò alludit ad hanc sellam præfectoriam Cæsar lib. 3. Ciuilis: Iisdem temporibus Romæ M. Cælius Ruffus pretor causa debitorum suscepta, initio magistratus tribunal suum iu- B xta C. Trebonij Prætoris urbani sellam collocauit, & si quis appellauisset de æstimatione & de solutionibus, &c. Respexit ad hanc sellã curulẽ præfectoriã & Appianus Alex. lib. 2. Belli ciuilis: Appellatus est & Pater patriæ (inquit) & Dictator in omnẽ uitam electus, Consulque ad decennium. Corpus eius sacrum & intemeratum habitum. Ius ab aureo solio eburneoque dicebat. Atque hoc genus ornamenti in Prætorijs passim usque ad inclinationẽ Imperij mansisse, ex eius seculi authoribus elucescit. quorũ Ammianus lib. 25. ita scribit: Paratis ad pompam pro tempore necessitatibus Consulatum inijt, adhibito in societatem Trabeæ Varroniano filio admodum paruulo, cuius uagitus pertinaciter reluctans, ne in curuli sella ueheretur, ex more, id quod mox accidit, portendebat. Huc pertinent quæ Sidonius Apollinaris scribit libro 7. epistola ad Ferreolum: Isset per auitas tibi stylus noster patricias curules, nihilominus infulas enumeraturus, non tacuisset triplices præfecturas. Et iterum lib. 8. ad Syagriũ, trabeatas uocat: Licet tu deductum nomen à trabeis, atque eboratas curules, & gestatorias trabeatas, & fastos recolis purpurissatos. Sic Ausonius in gratiarum actione ad Gratianũ Augustum: Supremus ille imperij (inquit) consiliorumque tuorum Deus conscius & arbiter & author, indulsit & sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis. Et iterum in Protreptico ad Hesperium filium:

Maioresque putat nostros Augustus honores,
Quos mox sublimi maturus protulit actu,
Quæstor ut Augustus patri natoque crearet,
Ut præfecturam duplicem, sellamque curulem,
Ut trabeam, pictamque togam, mea præmia, Consul
Indueret: —

Sic Claudianus in tertia Panegyri ad Stiliconem: A

Totus adest oculis, aderat qui mentibus olim
Spe maior, fama melior. Venerare curulem,
Quæ tibi restituit fasces: complectere dextram,
Subiuga quæ Pœnos iterum Romana redegit.
Excipe magnanimum pectus, quo frena reguntur Imperij. —

Scipionis eburnei insigne. SCIPIO eburneus erat, uti Cõsuli & Prætori urbis, ita extra urbẽ in prouincijs Præfectis prætorio concessus, quo maior apud prouinciales metus ac reuerentia esset. Manet adhuc umbra eius ornamẽti apud nos in his baculis, quo prouinciarũ præfecti, ciuitatumq́ prætores in publicis iudicijs utunt̃, potißimũ ubi de sontibus sentẽtia est dicenda. Quod genus scipionis lignei publicè quotãnis talibus magistratibus à Senatu Regio traditur quadam solennitate, uocãtq́ nostri, **Mit dem stab/ban vnd acht verleihen**: hoc est, areã siue campũ, in quo suppliciũ de sontibus sumere queat, & proscriptionis facultatẽ. Meminit T. Liuius lib. 5. ab Vrbe: M. Papirius, unus ex his qui dicitur Gallo barbã suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcẽti, scipione eburneo in caput incusso, irã mouisse. Alludit ad huiusmodi genus insigniorũ & Claudianus poeta libro secundo Gildonici belli:

Proh dolor, in Bocchi regnum sudauit uterq;
Scipio: Romano uicistis sanguine Mauri.
Ille diu miles populus, qui profuit orbi,
Qui trabeas & sceptra dabat, quem semper in armis
Horribilem gentes, placidum sensere subactæ.

Infularum ornamenta. INFVLAE capitis ornamẽta erant, sacerdotibus duntaxat, & Præfectis prætorio, Præsidibusq́ usurpata: & quę uirgines ac matronæ in publica necesꝭsitate, ueniam ab hoste impetraturę, gestare tanquã sacra ac inuiolata solebant. Erãt aũt (si meam cõiecturam aperire audeo) paulo diuersæ ab infulis, quibus episcopi, qui in loca uidelicet præsidũ successerũt, hodie utuntur. Sumq́ planè in ea opinione, pileũ Pontificis Maximi in urbe, ueteris infulæ siue Præfecti prætorio urbis, siue Italiæ, uestigiũ esse. Adiectasq́ tres esse coronas, ad triplicis regni demonstrationẽ, Italię uidelicet, Aphricę, & Illyrici occidentalis, quę ad ditionẽ huius Prætorij pertinebant. Videtur præterea & pileus Ducalis Venetus ueteris nobis infulę præfectoriæ imaginẽ referre. Tametsi aũt & episcopis diœcesiũ præsidialiũ infulæ cõcessæ fuerint, ob id quòd præsidũ loca ac dignitatẽ fuerint sortiti: hæ tamen duplicis apicis sunt, & à Iudaica nõnihil antiquitate trahũt. Meminit uerò huiusmodi infularũ præsidialium Aelius Spartianus in Hadriano: Audito deinde tumultu Sarmatarum & Alanorum, præmißis exercitibus, Mœsiam petijt. Martiũ Turbonem post Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum, Pannoniæ Daciæq́ ad tempus præfecit. Huc pertinent & illa Trebellij Pollionis in Galieno uerba: Milites uerò ita doluerunt, ut nõ multo pòst uicẽ redderẽt Galieno & Saturnino Coss. Odenatus rex Palmyrnęorũ obtinuit totius orientis imperiũ, idcirco præcipuè, q̃ se fortib. factis dignũ tãtę maiestatis infulis declarauit. Adludit ad huiusmodi infulas præsidiales & Ammianus lib. 15. Sed asserebat factum Syluani constanter, id eum cogitasse, quod inijt non cupiditate, sed necesꝭsitate cõpulsum, argumento euidenti demonstrans. Causam enim probabilem ponebat in medio, multorum testimonijs claram, quòd die quinto, antequã infulas susciperet principatus, donatum stipendio militem Constantij nomine allocutus est. Et sic intelligenda sunt loca Casꝭsiodori lib. 3 Variarũ, in epistola ad Importunũ: Tot igit̃ parentum laude decoratus, tot etiam morum luce cõspicuus, sume post consulares fasces

Origo infulæ Papalis.
Origo pilei ducalis Veneti.
Infulæ episcopales unde.
B

A fasces emeritos patriciatus insignia, tuarum munus plenarum dignitatum, & cani honoris infulis adultam cinge cæsariē. Et iterum in epistola ad Argolicum urbis præfectum: Hoc mansuetudinis nostræ glorioso præposito, quē gratia generalitatis patrio fouemus affectu, per indictionem quartam Præfecturæ urbanæ infulas tibi copiosa liberalitate largimur. Cæterùm metaphoricè aliorū quoq; munerum infulæ pro insignibus dicuntur Cassiodoro, ut lib. 3. in epistola ad Senatum urbis: Accedit etiam prouecti nobilissimus pater, qui Comitiuę priuatarum infulas nullius acerbitate calumniæ profanauit. Et iterum libro primo, in epistola ad Magistrum officiorū: Sume igitur magisterij infulas, dignitatis usurus omnibus priuilegijs, quæ tuos habuisse constiterit decessores. Meminit huiusmodi infularum & Sidonius lib. 7. Epistolarum, ad Ferreolum: Isset per auitas tibi stylus noster patricias curules, nihilominus infulas enumeraturus, nec tacuisset triplices præfecturas. Idem in Panegyrico Anthemio Augusto dicto:

Mandatas fert inde preces, quas diua secuta
Apparat ire uiam, laxatos torua capillos
Stringit, & inclusæ latuerunt casside turres,
Infula laurus erat, bullis hostilibus asper
Applicat à læua surgentem baltheus ensem,
Inseritur clypeo uictrix manus, &c.

VESTIMENTA PRAEFECTORIA fuerūt, prætexta, latus clauus, & trabea. Quarū hęc quintuplex erat, Regia, Auguralis, Cōsularis, Senatoria, & Equestris. Et quia etiā latus clauus initiante Imperio senatorū propria fuerat, uti & trabea, adeò ut adiectiuo inde cōposito Trāquillus senatores laticlauios appellet, conuenienter factū arbitror, ut posterius iam cōstituto Imperio, quo tēpore Senatores *Latus clauus proprius Senatoribus et præsidibus.*
B ad prouincias administrādas passim mittebāt, eius ordinis uestimēta officio huiusce modi cōfirmarētur. Deinceps uerò inclinante Imperio, cū non amplius Senatores, sed equites ac externi quidā homines, quibus ciuitas data nō erat, ad gubernandas prouincias ab Augustis accirentur: trabea, peculiaris uidelicet equitū ordini uestitus, pro lato interdum clauo usurpari cœptus est. His ob muneris dignitatem cætera magistratuum indumenta fuerunt adiecta, toga uidelicet prætexta, chlamydes: & nondū cōstituta Imperij forma, paludamentū. De quibus tametsi septimo huius libro prolixè tractamus, tamen libuit capita rerū hic interim, quantum ad præsens uidetur negociū pertinere, repetere. *Trabea inclinantis Imperij præsidum uestitus.* LATVS CLAVVS igitur, *Latus clauus.* ut Festus interpretatur, uestimentū clauis intextū erat aureis, uel coccineis, eisq; uel paruis siue angustis, uel magnis siue latis. Quare T. Liuius 9. ab Vrbe memorat, in publica mœstitia ob clades Punici secūdi belli, cū annulis aureis clauos etiā latos ex uestimētis positos fuisse. Ex quibus liquet, genus uestimēti succinctioris fuisse, & supra quod toga poterat inijci, ut ex Herodiano, Lampridio, & alijs colligitur: quales maiores nostri ferè usurparunt, & apud Hungaros adhuc in usu est, qui talē in pectore clauorum ordinem & in brachijs gerunt, ijs tunicellis quæ expeditiores breuioresq; corporis struem exprimūt. Nam & clauos in pectore Romanos eo in genere uestimēti gestasse, hoc Horatij carmen ostendit: — Et latū diuisit pectore clauū. Cæterū non in tunicis modò, uerumetiā calciamētis, ut est Festus author, & in mappis mātilibusq; erāt, ubi uidelicet diuisa cōiungebant: q̊d etiamnū nobis extat. Quare Lāpridius in historia Alex. Cæsaris: Conuiuiū neq; opimū, neq; nimis parcū, sed nitoris summi fuit: ita tamē, ut pura mātilia mitterentur, sępius cocco clauata, aurata uerò nunq;. Huc pertinet uersus Epigrāmatarij: Et lato uariata mappa clauo. Deinde uerò uestis hoc genus de quo agimus, in laterib. fuisse apertū, & clauis aureis uel inauratis, siue etiā coccineis iterū cōiunctū,

 non

Latusclauus quid fuerit. non multum diuersæ formæ ab his uestimentis, quibus ante patrum memoriam Duces & Principes, nec non Medici & Cardinales in uetustiorib. picturis repræsentantur, ostendunt hæc Varronis uerba, lib. 2. de Analogia: Si quis tunicam in usum ita consueret, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia. Huc pertinet illud Plinij lib. 8: Tunica laticlaui in modum gausape tunc primùm incœpit. Videtur porrò hoc insinuare & Silius Italicus in tertio Punicorum, loquens de sacerdotibus Herculis: A

Discinctis mos thura dare, atque è lege parentum
Sacrificam lato uestem distinguere clauo.

Atque hæc omnia eiusmodi sunt, quæ delineare nobis laticlaui tunicam, uidelicet illam Senatoriam & præsidialem, possunt. Sumque omnino in ea opinione, ut existimem à Romana republica ad Francos peruenisse unà cum cęteris multis, & tunicas illas ex duabus plagulis instar gausape connexis, & clauis aureis côuinctis, quibus in uetustioribus picturis Duces & Principes repræsentantur. Quando illud constat, quòd nunquam non probamus, duces suos, Francorum reges in locũ uicemque Præsidũ prouincijs substituisse. Nunc illud superest, ut præter Senatorium ordinẽ, sacerdotiumque, latumclauũ Pręfectis prætorio pręsidibusque prouinciarum peculiarem extitisse, ex authorum lectione cõfirmemus. Quorum Aelius Lampridius in historia Alexãdri Cæsaris nominatim ita scribit: Præfectis prætorio suis Senatoriam addidit dignitatem, ut uiri clarissimi & essent & dicerentur: quod antea uel rarò fuerat, uel omnino non fuerat, eò usque, ut si quis imperatorum, successorẽ Præfecto prætorio dare uellet, laticlauiam eidem per libertũ submitteret. Idem in uita Commodi Cęsaris: Paternum autem & huius cædis authorem, & quantum uidebatur patratę cædis Commodi cõscium & interuentorem, ne coniuratio latius puniretur, instigante Tigidio, per laticlauiam, à præfecturarum administratione submouit. Huc pertinet & illud Symmachi carmen, qui Præfectus urbis sub Theodosio & Valentiniano iunioribus erat: B

Attica palla tegit socerum, toga picta parentem:
Præfuit iste sacris, hic dixit iura Quiritis.
At mihi castrensem quòd mordet fibula uestem,
Auroræ in populis Regum prætoria rexi.
Si fasces pictura tacet, tu respice fastos.

Trabeæ uestimentum. TRABEAM porrò Præfectis prætorio proprium fuisse genus uestimenti, Ammiani Marcellini hæc uerba dilucidè ostendunt, quæ lib. 26. ita leguntur: Valentinianus Mediolanẽ. Constantinopolim Valens discessit. Et orientem quidem regebat potestate præfecti Salustius, Italiã uerò cum Africa & Illyrico Mamertinus, & Gallias prouincias Germanus. Agentes itaque in memoratis urbibus Principes, sumpserunt primitùs trabeas consulares. Huc pertinet & illud Ausonij in Panegyri ad Gratianũ, à quo præfectus prætorio Illyricano fuerat: Vt sellam, ait, curulem, cuius sedem frequenter ornabis, ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, ut trabeam non magis auro suo quàm munere tuo splendidam, quę ab Illyrico sermonis dignitas honestauit, apud Gallias illustriora præstes. Idem in Protreptico ad Hesperium filium:

Ut præfecturam duplicem, sellamque curulem,
Ut trabeam, pictamque togam, mea præmia Consul
Induerer. —

Adludit ad idem uestimenti præfectorij genus, Claudianus poeta libro secundo belli Gildonici:

Ille

A *Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,*
Qui trabeas & sceptra dabat, quem semper in armis
Horribilem, gentes placidum sensere subactæ.

Idem in Panegyrico secundo in laudem Stiliconis:

Pro quibus innumeræ trabearum insignia terræ
Certatim petiere tibi. —

Et iterum in tertio Panegyrico:

Te duce Romana tandem se uindicat ira,
Ipsa iubet signis, bellaturoq́ togatus
Imperat, & spectant aquilæ decreta senatus.
Ipsa tibi trabeas ultro dedit, ipsa curulem
Obtulit. —

Cæterùm si quis quærat, cuius formæ hoc genus uestimenti fuerit, tametsi fuse & ex professo de isto & alijs pluribus libro huius Operis septimo agamus, tamẽ paucis interim huic respondebimus, quantũ præfectura postulare uidetur: Trabeam breuioris togæ instar fuisse, habuisseq́ purpuram circundatam, & subtegmen puniceum ab aureis insuper fibulis connexum, ut existimem, facit, quod canit Vergilius primo Aeneidos, *Quale uestimentum Trabea fuerit.*

Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Refert præterea idẽ, hoc genus ornamenti à Latinis ad Romanos peruenisse, à quibus nimirũ ad Francorũ Gotthorumq́ posteritatẽ Romanis in Italia & Germania cõmixtis defluxit. Equidem conijcio, nõ multum dissimilem hanc uestem extitisse ab ea, qua maiores nostros præcipuè in ordine ciuiũ nobiliumq́ expressos in antiquis picturis uidemus: & qua adhuc publicè apud Venetos, qui insigniores sunt ciues & ordinis senatorij utuntur, cingulo illã suffarcinantes. De qua re longiorẽ sermonẽ in libro huius Operis septimo instituimus. Atq́ hactenus de toga. Recipio me ad PALVDAMENTVM, quod ante cõstitutum Imperiũ à Consulibus Proconsulibusq́ in prouincias exeuntibus induebatur, uti Liuius lib. 2. Decad. 5. testatur: Ad frumentum classi exercituiq́ coemendum in Apuliã Calabriãq́ tres legati missi, Sextus Digitius, T. Iuuentius, M. Cæcilius, ad omnia preparata: Cnæus Sicinius Prætor paludatus ex urbe profectus, Brundusium uenit. Et iterum: Per tres fortè dies P. Licinius cõsul, uotis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Sequitur nunc PRAETEXTA TOGA, quæ cũ omnibus magistratibus familiaris extiterit, mirũ non est, si ad Pretoria quoq́ demum fuerit translata. Scribit namq́ Valerius Maximus lib. 9, hunc morẽ Romanis fuisse, ut Prætor, qui Iudex quæstionis & quæsitor rerum capitalium dicebatur, non antè sententiã in reum noxæ capitalis pronunciaret, q̃ prætexta exuta. Huc pertinet & illud Cornelij Taciti lib. 19. Sed ubi Cecinna prætexta & lictoribus insignis, dimota turba Consul incessit, exarsere uictores. Et sic intelligitur illud etiã Trãquilli in historia Dictatoris: At nihilominus permanere in magistratu, & ius dicere ausus, ut cõperit paratos, qui ui ac per arma prohiberẽt, dimissis lictoribus, abiectaq́ prætexta, domũ clam refugit. Huc alludit Vopiscus in Probo: Sanè quod præterire non potui, cũ imago Probi in Veronensi sic fulmine icta esset, ut eius prætexta colores mutaret. Quare Ausonius gratias agens Gratiano Augusto de prefectura Illyrici cõmissa, in hec uerba erũpit: Supremus ille imperij & consiliorũ tuorum Deus, cõscius & arbiter & author indulsit, ut sedẽ curulẽ, cuius sedes freq̃tior ornabis, ut prætextã meã purpuræ tuæ luce fucatã, ut trabeam nõ magis auro suo quàm munere tuo splendidã, quæ ab Illyrico sermonis dignitas

B

Paludamentũ præfectoriũ.

Prætexta toga præfectoria.

dignitas honestauit, apud Gallias illustriora prestes. Ad huiusmodi genus uestimenti prætorij adludit Appianus Alexand. lib. 2. Ciuilis belli: Dum hęc illi loquerentur, quidã prætorum uestes in contradicentium deceptionẽ ultro exuunt, ut cum cæteris illas assumentes, iustiori impetu efferri uiderentur. Huc respexit Claudianus, ita canens in Panegyrico quarto ad Honorij consulatum: A

Tempus erit, quum tu trans Rheni cornua uictor
Arcadius, captæ spolijs Babylonis onustus
Communem maiore toga signabitis annum.

Adludit nimirum ad prætextã, quæ maior erat toga, hoc est dignior, & magistratibus peculiaris: ubi excluduntur unico cõparatiuo omnes minores cùm togę tum prętextę, hoc est, fusa, arcta, puerilis & militaris. Porrò prætextã genus uestimẽti fuisse sine manicis, q̃d humeris inijciebat̃, penè ut nostro seculo cappę illæ sunt Italicę, hodie nobis etiã Germanis frequẽti in usu, libro huius operis octauo cõfirmamus. Habebat uerò à purpura prætexta hoc nomẽ, ꝙ in extremitatibus & limbis purpura prætegeret̃ instar fimbriæ. Id quod ipsum hac tẽpestate adhuc in cappis Italicis obseruat̃, quæ uidelicet ex uilloso aut alio genere serici, fimbrias prætextas habẽt. Confirmãt coniecturã meã de prætexta, hæc uerba Spartiani in Hadriano: Signa mortis hęc habuit. natali suo ultimo, quũ Antoniũ cõmendaret, prætexta spõte delapsa, caput ei operuit. Huc referẽda sunt & hæc T. Liuij lib. 3. Decad. 3. secundi belli Punici, de Pacuuij Calanij adolescentis consilijs, de interficiẽdo Capuę Hãnibale uerba: Ante solis occasum patrẽ Calaniũ ex cõuiuio egressum, secutus filius, ubi in secretũ (hortus erat posticis ædiũ partibus) peruenerũt: Cõsilium (inquit) adfero, pater, quo nõ ueniã solũ peccati, quo defecimus ad Hannibalẽ, impetrare à Romanis, sed in multo maiori dignitate ac gratia simus Capani, q̃ unquã fuerimus. Quũ mirabundus pater, quid nã id esset consilij quæreret, toga reiecta ab humero, latus succinctũ gladio nudat. Hæc ille. qui locus de toga prætexta omnino est intelligendus. Deniq; hoc genus prætextę ita familiare fuit præfectorijs, ut cõmuni tritóq; penè uocabulo Præfecti omnes prætextati dicerentur: idq; postremò nomẽ in familiã trãsierit. Hinc Marcellin. lib. 27. Hæc inter Prætextatus præfecturã urbis sublimius curãs, per integritatis multiplices actus & probitatis, quib. ab adolescentię rudimẽtis inclaruit, adeptus est: id quod rarò cõtigit. Huc pertinet & illud Symmachi, urbis præfecti, in epistolis ad Theodosium & Archadiũ: Lætarum rerũ index esse metuerã, D. D. Imperatores, sed ratio officij publici necessitatẽ mihi nunc ij tristis imposuit. Prætextatus uester, prætextatus honorũ antiquę ꝓbitatis adsertor, inuida morte subtractus est, uir omniũ domi forisq; uirtutũ. Porrò ꝙ intelligendus loco illo sit Præfectus pretorio, sub uoce Prętextati, sequẽtia uerba declarãt: Et ille quidẽ functus est lege naturę, nos uerò socios animi sui, uestriq; iudicij, tãto dolore cõfudit, ut ocij remediũ postulemus. Sileo cætera quę me nõ sinũt præfecturã ferre patiẽter. uel hæc una consortis amissio, iusta est ad impetrandã uacationẽ. Et iterũ in epistola ad Valentinianũ Aug. excellentiã huius muneris ostendens: Et tamẽ (inqt) officij publici necessitate cogẽte, excessum uiri illustris crudo adhuc dolore nõ sileo. Vectiũ pretextatum ueterib. parẽ uirtutũ omniũ, fata rapuerũt, summo patrię gemitu, cui decus insigne pręstabat. Ad hæc, ex prætextatis, hoc est præfectorijs uiris, Cõsules solitos creari, ex epistola eiusdẽ Symmachi ad Theodosiũ & Archadiũ, clarũ euadit. Certè ille est (ait) Prætextatus, quẽ iurè Cõsulẽ feceratis, ut facti memores celebre nomẽ extenderent. Et iterum: Suggestionibus (inquit) uiri excellentis, & de rep. benemeriti Prætextati præfecti prætorio abusus existimes. Et subdit: Per uices mensiũ singulorũ ad perennitatis uestræ scripta Senatus & populi acta mittunt̃, quæ B

Quid fuerit prætexta.

Loca de Prætextato præfecto prætorio.

A quę poterunt indicare, quid uir præcelsæ illustrisq́ memorię Prætextatus uel ad amplisśimũ ordinẽ, uel ad deuotũ nobis populũ pro seculi uestri cõmendatione pertulerit. Atq; hęc breuiter repetita sufficiãt, quę libro huius operis quinto prolixè sumus prosecuti. VEHICVLA PVBLICA, ET ANIMALIA PVBLICA, quæ Præfecto prætorio sumptu publico Augustorũ populiq́; Rom. alebantur. De quorũ primo Appiani locus extat lib. 4. Belli ciuilis: Pomponius pretor in forũ seipsum adornauit, & seruos ministrorũ more similiter cõponens, ciuitatẽ ut Prætor lictoribus stipatus pertransiuit, seruis illũ circũstantibus, occulentibusq́; ne ab ullo dignosci posset: demũ iuxta portas currus publicos ascẽdẽs, peragrata Italia, suscipientibus illũ cunctis, præmittẽtibusq́; ut Prætorẽ à triumuiris missũ, ad inducias ineundas cũ Pompeio, publica etiã triremi ad eum pertransiuit. Meminit porrò huiusmodi publicorũ Præfecturę prætorianę uehiculorum subinde Marcellinus lib. 14: Inde alijs supra alias urgentibus literis exire, & decẽ uehiculis publicis, ut pręceptũ est, usus, relicto palatio omni, pręter paucos thori ministros & mensæ, quos aduexerat secũ squalore cõcretus, celerare gradum cõpellebatur. Et iterum lib. 21. Quo cognito, mœrore diffusus Constantius, solatio uno sustentabatur, quòd intestinos semper superauerat motus, re tamen magnã difficultatẽ ad capessendũ consilium adferente, delegit potisśimũ, ut uehiculis publicis impositum paulatim pręmitteret militẽ, imminẽti casus atrocitati uelocius occursurũ. Idẽ lib. 29: Euenisset profectò tũ inexpiabile scelus, numerandũ inter probrosas rei Romanę iacturas. Paulo enim abfuit, quin filia caperet Constantij, in publica uilla, quã appellant Pistrensem, cũ duceretur Gratiano nuptura, ni fauore propitij numinis præsens Messala prouinciæ rector, iudiciali carpento impositum, ad Sirmiũ uicesimosexto lapide disparatã, cursu reduxisset effuso. Adludit ad huius-

B modi uehicula & Symmachus, urbis pręfectus, in epistola ad Theodosiũ Augustum: Is cũ à me in sequenti tuitionis auxiliũ poposcisset, & unius nomenclatoris, ut in urbe pacata, adminiculo fretus incederet, post uehiculum præfecturæ iussu Fulgentij per Gaudentiũ & uictores agentes in rebus. Et iterum: Sperabã uerò Cõsulari & illustri officiorum magistro subditis gestorum exemplaribus intimari, licet uehiculo publico cum cæteris quæ ex more mittunt omnia necesse sit rursus ad serenitatẽ tuã animalia publica. Meminit huiusmodi curruum siue uehiculorum publicorum Sidonius Apollinaris lib. 7, epistola ad Ferreolum: Prætermisit, Attilam Rheni hostẽ, Thorismundum Rhodani hospitẽ, Ethium Ligeris liberatorẽ, sola te dispositionum salubritate tolerasse. Propter quæ, prouidentiã tantam, prudentiãq́;, currum tuum prouinciales cum plausuũ maximo accentu spontaneis subisse ceruicibus. Atq; hæc ex historia de uehiculis publicis. Sequunt ANIMALIA PVBLICA, siue iumẽta publica, de quib. extat locus apud Ammianũ Marcellinum sub finẽ libri 21, cum Constantij mores describeret: Eratq; super his adimere facilis quæ donabat, Christianã religionem absolutã & simplicem anili suspectione confundens, in qua scrutanda perplexius quàm cõponenda grauius, excitauit dissidia plurima, quę progressa fusius aluit concertatione uerborum, ut cateruis antistitum iumentis publicis ultro citroq́; discurrentibus, per synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum conantur trahere arbitrium, rei uehiculariæ succideret neruos. Et rursus libro 25, animalium tribunorum mentionem facit, quod & ipsum fortasse ad hunc locum posset referri. Atq; hactenus insignia Præfecturæ prætorianæ elucidauimus. Supersunt adhuc cõsuetudines quædam Romanæ explicandæ, quæ in designatione cùm Præsidum prouincialium, Prætorum, Proconsulum, Propretorum, Legatorum, Consularium, Ducumq́;, tum præcipuè cũ Præfecti prætorijs his dabatur, quæ capite superiore enu-

Vehicula publica.

Vehicula publica.

Animalia publica.

Animalia tribunorum.

Cõſuetudines præſidum. re enumerauimus, Auguſtis, Romanoq́ꝫ ſenatui obſeruabantur. Erant aũt illę, ut ordine recenſebũtur. Prima: profecturi in prouincias, Auguſtis obſides dare cogebãtur, futuræ ſcilicet fidelitatis firmamẽta. Cuius rei meminit Herodianus lib. 3 hiſtor. Auguſtæ: Mos fuerat Cõmodo, retinere apud ſe liberos eorũ, qui in regendas prouincias cum imperio proficiſcerentur, quaſi obſides quoſdam beneuolentiæ illorum, fideiq́ꝫ. Igitur Seuerus quum primũ eſt Imperator appellatus, ſuperſtite adhuc Iuliano, miſsis furtim qui ſuos liberos ex urbe ſubduceret, ne in alterius eſſent poteſtate. Cæterùm ipſe quum primũ Romam ingreſſus eſt, comprehenſos omnes Ducum liberos, cæterorumq́ꝫ item quicunq́ꝫ munus publicũ in oriente Aſiaq́ꝫ tota obirent, atq́ꝫ in cuſtodiã datos, ſecum retinebat, quo per ea quaſi pignora Nigri ducibus perſuaderetur, ut illum deſiderio ſalutis liberorum proderẽt: aut certè, ſi in fide manſiſſent, liberũ ſibi relinquerent, cęde filiorũ quos uellet ulciſci. Præſides carebant uxore. Secunda erat cõſuetudo, quæ tamẽ haud cõfirmata, neq́ꝫ ſemper in uſu Romanis fuit: quia ſcilicet profecturi in prouincias, aut carere uxore, aut ſi haberẽt, in urbe relinquere cogebantur, ut cœlibes uidelicet, curis domeſticis nõ auocati, cũ maiori emolumento pręeſſe prouincijs poſſent. Ad quẽ morẽ uidetur adludere Cor. Tacitus lib. 3. hiſtoriæ Auguſtæ: Et de Africa decretũ, ut Cæſar legeret cui mandata foret. Inter quæ Seuerus Cecinna cenſuit, ne quẽ magiſtratuũ, cui prouincia obueniſſet, uxor comitaretur: multũ antè repetito, concordẽ ſibi uxorẽ, & ſex partus enixã: ſeq́ꝫ, quæ in publicũ ſtatueret, domi ſeruauiſſe, cohibita intra Italiã. Et iterũ: Cogitarẽt ipſi, quoties repetundarũ aliqui arguerẽtur, plura uxoribus obiectari: his ſtatim adhæreſcere deterrimũ quemq́ꝫ prouincialium: ab his negocia ſuſcipi, tranſigi: duorum egreſſus coli, duo eſſe pretoria, peruicacibus magis & impotentibus mulierũ iuſsis, quæ Oppijs quondã alijsq́ꝫ legibus cõſtrictæ, nunc uinclis exolutis domos, fora, iam & exercitus regerẽt. Cæterùm iſtum fuiſſe poſtea morẽ inuerſum, quæ ſequunt uerba demõſtrãt, in oratione Meſſalę: Placuiſſe quondã Oppias leges, ſic temporibus reipub. poſtulantibus, remiſſum aliquid poſtea & mitigatũ, quia expedierit: fruſtra noſtrã ignauiã alia ad uocabula transferri. Nam uiri in eo culpam, ſi femina modum excedat. Porrò ob unius aut alterius imbecillum animũ, malè eripi maritis cõſortia rerum ſecundarum aduerſarumq́ꝫ. Simul ſexũ natura inualidũ deſeri, & exponi ſuo luxu cupidinibus alienis: uix præſenti cuſtodia manere inlæſa cõiugia. quid fore, ſi per plures annos, in modum diſcidij obliterentur? Sic obuiã irent his quæ alibi peccarentur, ut flagitiorũ urbis meminiſſent. Addidit pauca Druſus de matrimonio ſuo. nam principibus adeunda ſæpius longinqua Imperij. Quoties diuum Auguſtũ in occidentem atq́ꝫ orientẽ meauiſſe, comite Liuia? ſe quoq́ꝫ in Illyricum profectum: &, ſi ita conducat, alias ad gentes iturũ: haud ſemper æquo animo, ſi ab uxore chariſsima, & tot cõmunium liberorum parente diuelleretur. Sic Cecinnę ſententia eluſa eſt.

Conſuetudo prouidendi præſidibus. Tertia erat cõſuetudo, quòd expletis annis præfecturæ, Auguſti præſidibus de cõmodo genere uitę diſpiciebant, unde cõmodè ſuſtentare ſeq́ꝫ ſuamq́ꝫ familiam poſſent. Quem adhuc feliciſsimũ morem apud Auſtriæ Principes manere uidemus, à Romana uidelicet repub. ad Francorũ adminiſtrationẽ deuolutũ, ut ſæpe meminimus: tum uerò pręcipuè apud Maieſtatẽ tuam, REX INVICTISSIME, is quaſi peculiari quodã ſidere fulget: qui tuo ſeruitio obnoxijs, ubi uel ætate confecti, uel morbis uel precibus dimittuntur, certæ pecunię annuo reditu prouidere benignè ac liberaliter cõſueuiſti. Meminit uerò illius Lampridius in Alexandro: Præfectis autẽ ſemper detulit, aſſerẽs eum qui mereatur iniuriã pati ab imperatore, dãnandum eſſe, nõ dimittendum. Si unquã alicui pręſentium ſucceſſorẽ dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit reſpub. eũq́ꝫ muneratus eſt ita, ut priuatus

pro

A pro loco suo posset honestè uiuere, his quidē muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, impendijs ad faciendam domū, marmoribus ad ornandā, & operibus quæ ratio fabricæ requirebat. Aurū & argentū rarò cuiquā, nisi militi, diuisit: nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum uerteret, id quod prouinciales dedissent. Huius rei meminit etiam Casiodorus lib. 7 Variarum, in cap. de Formula præsidiatus: Contraq; fructus est, opinione prædicabili per confines ire prouincias, ibi inuenire uerissimam laudem, ubi non imperas potestate. Additur, quòd irremunerati non relinquimur, si egisse probabiliter audiamur. Atq; ita capiti huic colophonem indimus.

CAP. IIII. DE MINISTERIO ET FAMILIA Prætorij, uel Præfecturæ prætorianæ.



SVPERIORIBVS capitibus, quanto loco Prætorium fuerit in limitibus, & quotuplex in his omnibus extra Italiā prouincijs extiterit, quæ Romanis Augustis parebant, ostensum est. Quia uerò Augustorū hi uices ibidem sustinerent, Comitatū quendam, instar penè Comitatus sacri, & ministeria, quib. officiū suū tam excelsum exercebant, habuisse animaduerti. Nam cum ciuilem hi & criminalē administrationē, castrensi atq; militari cōiungerent, absurdum prorsus foret, neque facilè poterat quisq; res tantas perficere, nisi adiunctos laboris socios & operæ participes usurparent, qui exciperēt, qui respōderent de iure, qui edicta uulgarēt, qui codicillos proponerent: præterea qui eundem Præfectū deducerent, & ab iniurijs hominū tuerenī, qui partes in consistoriū admitterent, & qui rursus excluderent. Si enim, ut est apud Scotum in codice præfecturarū, uel præses quisq; habebat principem B ex officio corniculariū, tabellarios duos, cōmentariensem unū ab actis, adiutorē, subadiuuas, & exceptores: quanto maiorem necessum est familiā Præfectus prætorio habuerit, qui præsidibus iura dabat? Inuenio uerò, duplici ministerio Præfectum fuisse prætorio usum: officiorū scilicet, quæ illi ab Augusto in participatū laboris erant iuncta (qualia fuerūt, uicariatus, magistri scriniorum, magistri memoriæ, tabulariorū & rationalium) & familiæ, quæ illi ob dignitatē inseruiebat: ut erant admissionales, protectores, stipatores, apparitores, lictores, uiatores, agasones, cōci, &c. Ac de prioribus quidem, ut celsioribus præfecturæ ministerijs, meminit Ammianus lib. 29: Igitur cum Præfecto prætorio, summatibus quæsitis in unum, quibus cognitiones cōmissæ sunt, intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & uerberibus, resultabant omnia truculentæ uocis horroribus, inter catenarū sonitus, Tene, claude, comprime, abde, ministris officiorum tristium clamitantiū. Quo loco per summates prætorij, celsiora (ut diximus) ministeria præfecturæ intelligimus. Idem lib. 14. ordinarias dignitates appellare uidetur: Ruffinus (inquit) ea tempestate Præfectus prætorio, ad discrimē trusus est ultimum. Ire enim ipse compellebatur ad militem, quem exagitabat inopia simul & feritas, & alioquin coalito more in ordinarias dignitates asperū semper & sæuum, ut satisfaceret atq; monstraret, quam ob causam annonæ cōuectio sit impedita. Adludit ad huiusmodi ministeria præfecturarum, & quod à Palatinis Comitatus Augustales, militaribusq; differant, Sidonius Apollinaris lib. 1. epistola ad Filimatium, testatur: Cui pater, socer, auus, proauus, præfecturis urbanis, prætorianisq; magisterijs, Palatinis, militaribusq; micuerunt. Atq; hæc de officijs principalibus, quæ in ministerio prætorij erant, testimonia adducta sufficiant. Superest, ut familiā certā Præfectū prætorio habuisse, ex eadem fide historica corroboremus. Extat uerò ea de re autoritas nō uulgaris Trebellij Pollionis in Clau-

Duplicia ministeria in prætorijs limitum.

Summatū ministeria.

Ordinariæ dignitates.

Discrimen inter ministeria Palatina, prætoria, & militaria.

Familia præfe-ᴄti prætorij. in Claudio Cæsare: cũ uidelicet ipsi Claudio, tribuno ac duci prouinciali Asiæ annonã & omnia necessaria exprimit à præfecto prętorio assignãda: cocũ quẽ refundat, unũ: mulionẽ, quẽ refundat, unum: mulieres speciosas ex captiuis duas: subsericam unã, cum purpura subcubitanea: subarmale unũ, cum purpura Maura: notariũ, quem refundat, unum: structorẽ, quẽ refundat, unum: uenatores, qui obsequantur, duos: carpentariũ unum, curionẽ prætorij unum, aquariũ unum, piscatorem unũ, dulciariũ unum: ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quantũ fuerit, & ubi fuerit: coctiliũ quotidiana batilla quatuor: balneatorẽ unũ, & ad balneas ligna: sin minus, lauetur in publico. Ex quibus apparet, nõ solùm in ministerio præfecti prætorio, uerumetiã prǫsidis & ducis, tribuniq́;, etsi multo inferiorũ dignitatũ, fuisse præter stipatores, apparitores, & lictores, notariosq́;, pistores etiã, balneatores, carpentarios, cocos, aquarios: deniq; habuisse illos instar principiũ & structores in mensis, & uenatores ad uoluptatẽ. Insuper in eadẽ epistola Valeriani Augusti, Claudio annonam decernit ad ducatũ suum, & qua *Annona ducalis, uel prætoriana.* in familia sua sustentanda utatur. Vt appareat, si Ducatus tanti momẽti Romanis fuerit, multo amplioris & dignitatis & ministerij & annonã quoq; uberiorẽ accepisse Præfecturam prætorianã. Incipit autẽ epistola ita: Claudiũ Illyricianę gentis uirum, Tribunũ Martiæ quintæ legioni dedimus, uirũ de notißimis quibusq; ac fortissimis ueterũ præferendum. Huic salarium de nostro priuato ærario dabis, annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millia, uini ueteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centũ quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios uiginti, cæræ pondo centũ quinquaginta: fœni, paleæ, aceti, holeris, herbarũ quantum satis est. Pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos sex, equos annuos tres, camelos annuos decem, mulas annuas nouẽ, argenti in opera annua pondo quinquaginta, Philippeos nostri uultus annuos centũ quinquaginta, & in strenis quadragintaseptẽ, & trientes centũ sexaginta, item in caueos & sciphos põdo undecim. Atq; hactenus de ministerijs prætorianis, cùm principalib. tum seruilibus, in genere à nobis ex historica fide dicta sint. Nunc adeò specialius atq; ordine horũ singula, quæ sub modò enumeratis generib. cõprehendunt̃, autorũ classicorũ locis illustrabimus. *Vicaria præfectura.* VICARIATVS, siue uicaria præfectura atq; potestas, quod officiũ quisquis sustinebat, adiutor quoq; prætorij nuncupabat̃, & munus ipsum præfectura secunda, cuius umbra apud nos quædam manet in Austriæ Illyricianis prouincijs, potissimũ in quib. sub Præfecto prætorio siue capitaneo constitutũ cernit̃ officiũ, quod uernacula lingua **Verweserampt** appellat̃, ubi causæ iudiciales magis q̃ apud prętorẽ di*Adiutor prætorij, uel uicarius.* stinguunt̃, & de iure certis anni temporib. tractatur. Adiutorẽ uerò quendã prętori datũ, etiã ante constitutũ Imperiũ, docet T. Liuius lib. 1. Deca. 5. Prætores, L. Papirius Muso urbanã, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginẽsis Hispaniã ulteriorẽ, L. Aquilius Gallus Siciliã habuit. Duo deprecati sunt, ne in ꝓuincias irent: M. Popilius in Sardiniã: Gracchũ eã prouinciã pacare, & T. Ebutiũ prætori adiutorẽ ab senatu datũ esse. Adludit porrò ad eiusmodi uicariatũ præfecturæ prætorianæ, Flauius Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris, cũ de eius in Gallia præsidatu ageret. Huius epistola militaris ad uicariũ suũ data huiusmodi est: Si uis Tribunus esse, imò si uis uiuere, manus militũ cõtine. Et iterũ, loquens de Vlpio Crinito Illyricani limitis præfecto: Tũc em̃ Vlpius Crinitus publicè apud Byzantiũ sedenti Valeriano in thermis, egit gratias dicẽs: Magnũ de se iudiciũ habitũ, q̃d ei uicariũ Aurelianũ dedisset. Et rursus: Hoc igitur q̃d Cocceius Nerua in Traiano adoptando, q̃d Vlpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & cæteri deinceps, ꝓposita suggestiõe fecerũt, iam in

A iam in arrogando Aureliano, quem mihi uicariū iudicij tui autoritate fecisti, censui esse referendū. Huc pertinent loca Marcellini lib. XVI. Inter ordinarios iudices Ruffinus primus Præfectus prætorio, & inter milites Equitum magister Arbetio, præpositusq; cubiculi, & Vrsicinus Equestris ordinis præfectus. Vbi notanter ad differentiā secūdæ præfecturæ & uicariæ potestatis, primus Præfectus prætorio memorat. Meminit uerò secūdæ præfecturæ Ammianus lib. 17. Inter hæc recreandarū exordia Galliarū, administrante secundā adhuc Orphito præfecturā, obeliscus Romæ idcirco erectus est. Idem lib. 27. His ex sentētia rectorū & militū ordinatis, uix dies intercessere pauci, cū Mamertinū Præfectū prætorio ab urbe regressum, quò quędā perrexerat correcturus, Auitianus ex uicario peculiaris detulerat reū. Huc referendum est quod scribit Sidonius Apollinaris lib. I. epistola ad Filimatiū: Et ecce Gaudentius meus hactenus tantū Tribunitius, oscitantem nostrorū ciuium desidiam Vicariano apice transcendit. Describit huiusmodi uicariam præfecturam & Symmachus, urbis quondam Præfectus, libro Epist. I. ad Theodosium Augustum: Interiectis diebus, cum Romā V. C. laudabilis Vicarius cōmeasset, Causidicus fori mei Celsus, socius eius qui debitū refudit impendium, tuitionē contra me & annonæ præfectum clarissimū uirum de sede uicaria postulauit. Et iterum: Hunc illicò V. C. & laudabilis uicarius, ut subscriptio libelli indicat, adesse præcepit. Et addit: At ille crastina luce, ut gesta mōstrabunt, aduersus cautionis fidem, uicariæ potestati tradendus abducit. Hoc ubi princeps officij cōperit, paucis comitatus excurrit, retinet Felicē celebri urbis loco, nec tamen eripit. Itaq; Fulgentius, qui se simulat uerberatū, manu ualidiore legib. repugnauit. Interea Felix à militib. uicariæ potestatis abducit. Et iterū: Qui, ut res indicat, conscientia hominis subornati, à quo uicariæ potestati libellus oblatus est, do-

B mesticè cōfectus, apud eundē factus, ausus est appellare, ne apparitores eius, quos ob discessum litigatorū custodia carceris iusserat attineri, iniurię subiaceret. Porrò & Adiutoris sedis prefectorię nomē apud Symmachū extat, in epist. ad Theodosiū Augustū: Ad hæc Fulgentius, uir clarissimus, Tribunus & notarius, cōuentos adiutores urbanæ sedis adseruit, ne Memorius nauigaret. Ad hęc urbani adiutoris officiū per Felicē sibi à V. C. Fulgentio mandatū esse respōdit. Et iterum in eisdē epistolis, Præsentiæ uicariatus mentionē facit, ita scribēs: Allegata erat præceptione diuina, primò cognitionē totius negocij speciatim mihi trāquillitatis uestræ delegatione mandatā, V. C. uicarij præsentiæ reseruaui. Atq; hæc de uicaria tu, siue adiutore præfecturæ prætorianæ. Nunc per exēpla descensurus, in omnibus prætorijs huiusmodi extitisse uicarios docebo. Primū omniū, Romanæ sedis uicariatū luculenter describit, & eius magnificentiā, Cassiodorus lib. 8. Variarum: Vices agentiū mos est, sic iudicū uoluntatib. obedire, ut suas nō habeant dignitates, splendēt mutuo lumine, nituntur uiribus alienis: & quædā imago in illis uidetur esse ueritatis, qui proprij nō habēt iura fulgoris. Tu aūt Vicarius diceris, & tua priuilegia nō relinquis, quādo propria est iurisdictio quæ datur à Principe. habes enim cum præfectis aliquā portionē. partes apud te sub pretoriana aduocatione confligunt, uice sacra sententiā dicis. Et subdit: Additur, quòd nos salutare te sine chlamyde iura noluerunt, scilicet ut sub ueste militari semper uisus, nunq; credaris esse priuatus. Sed hæc omnia ad præfecturæ gloriam iudicamus esse concessa, ut qui tantæ sedis uicarium diceret, umbratile nil uideret. Considera qualia de te præstes, qui tanta autoritate subueheris. Exuendus à crimine, nō uidetur ab innoxia facultate. Nam quid tibi debere possit, si minimis suis imputet quod euasit? Ad similitudinē quippe Summorū carpēto ueheris, intra quadragesimū sacratissimę urbis iura custodis. Pręneste ludos ædis: inuicē cōsulis, in honorē positus, digni-

Secunda præfectura, & prima.

Vicaria potestas.

Adiutor sedis præfectoriæ.

Præsentia uicariatus.

Vicarij in omnibus prætorijs fuerunt.

Vicariatus Romæ officiū qualе fuerit.

Vicarij uestitus qualis.

Vehicula uicarij urbis.

Ludos uicarij urbis curabat.

dignitatemq; Senatoris adquiris. Et illa tibi panduntur atria, quæ summatibus probantur esse collata. Meminit eiusdem officij Marcellinus libro 17. Dum hæc ita aguntur Romæ, Artemius curans Vicariam præfecturã, pro Basso quoq; agebat, qui recens promotus urbis Præfectus, fatali decesserat sorte. Et iterũ ab initio libri 28: Maximus regens quondã Romæ uicariã præfecturã, apud Sopianas Valeriæ oppidũ obscurissimè natus est, patre tabulario præsidialis officij. Et iterũ eodẽ: Post hanc gestorũ seriẽ Hymetius ad oppidũ ductus Otriculũ, audiẽdus ab Ampelio urbis Præfecto, & Maximo uicario, confestimq; perdendus, ut apparebat, data sibi copia, rectius Imperatoris præsidiũ appellauit. Et subdit: Et quãlibet tempestiuũ est ad ordinẽ redire, cæterũ tamẽ nihil impediturus temporũ cursus, immorabimur paucis, quæ per iniquitatẽ curantiũ uicariam præfecturã in urbe, cõtraq; oportuerat gesta sunt. Huc alludit & Cassiodorus lib. 4 Variarũ, in epist. Theoderici regis ad archiatrum Ioannẽ: Quapropter in abolitũ missa sententia, quæ à uicario urbis Romæ super hac parte noscitur emulgata. Videtur pertinere ad huius muneris dignitatẽ, quod refert Marianus in Codice præfecturarũ Rom. sub dispositione spectabilis uiri Vicarij urbis Romæ fuisse Correctores Apuliæ, Calabriæ, Brutiorũ & Lucaniæ: & Præsides quatuor, uidelicet Samnij, Sardiniæ, Corsicæ, Valeriæ: prouincias quoq; Consulares quatuor ab illo iura petijsse, hoc est, Campaniã, Tusciam, Picænos suburbicarios, & Siciliam. Deniq; ad iussa eius descendisse, principẽ de schola agentiũ in rebus ducentiũ, corniculariũ, numerarios duos, cõmentariensem, adiutorẽ, ab actis, curatorẽ epistolarũ, subadiuuas & exceptores. Atq; hæc de Vicaria urbis sede. Sequitur Vicaria Italiæ præfectura, in eo prætorio quod præter Italiã, Africã, Illyriamq;, & Rhœtias moderabatur. ad quã inscriptio ista alludit, quæ Romæ extat: Cranio Eusebio v.c. Æmilia addita prædictæ prouinciæ, cõtuitu uigilantiæ & iustitiæ eius: & Rauennatensiũ ciuitas, quæ antea Piceni caput prouinciæ uidebatur, Vicario Italiæ, quæ potestas suprà dicto uiro ob testimoniũ anteacti honoris est attributa, petitione Senatus, cõtemplatione uitæ, atq; eloquentiæ eius, ab inuictissimis principib. est delata. Extat porrò apud Marianũ uicarij Asianæ diœceseos mentio, ad quẽ alludens Marcellinus, uicariæ sedis Asiæ meminit lib. uidelicet 29: His addebat idem Fidustius, excarnificatus iam ad interitũ, omnia quæ prædixit, se indicante Theodorũ per Eusebium didicisse, uirũ præstabili scientia literarũ, abundeq; honoratũ. Asiam quippe paulo antè pro præfecto rexerat. Porrò codex Scoti uicario Asianæ diœcesis subdit prouincias, Pamphiliã, Lydiã, Cariã, Lyciã, Lycaoniã, Pisidiã, Phrygiã Pacatianam, & Phrygiã salutarẽ, cum agentib. in rebus ducennarijs, corniculario, cõmentariensi, & alijs id genus. Meminit idem & uicariatus Africæ eodẽ lib. Proinde ab Arelatis secundis egressus auspicijs, emensoq; mari cum classe, quã ductabat, nullo de se rumore progresso, defertur ad Sitifensis Mauritaniæ littus, quod appellãt accolæ Igilgitanũ. Ibiq; inuentũ casu Romanũ leuiter allocutus, misit ad uigilias ordinãdas & pretenturas, parũ super his quæ uerebatur increpitũ. Quo ad Cæsarẽ scilicet digresso, Gildonẽ Firmi fratrẽ & Maximũ misit correcturos Vicentiũ, qui curans Romani uicẽ, inciuilitatis eius erat particeps, & futurorũ. Idem sub finẽ libri 28, loquẽs de Illyrico, & illic uicariæ præfecturæ meminit hisce uerbis: Doctoq; super nefanda fraude Gratiano Imperatore, Fidentius (Valentinianus enim obierat) ad Hesperiũ Proconsulẽ, & Flauianũ Vicariũ, audiendi sunt missi. Memorat preterea & Hispaniæ uicariã præfecturã, idem ab initio libri 23: Et Apronianum Romæ decreuit esse Præfectum, Octauianũ Proconsulem Africæ, Venusto Vicariam cõmisit Hispaniæ. Adludit deniq; & ad Britannici limitis, siue pretorij Vicariam præfecturã, lib. 27: Quo monitu ut rediere pleriq; Incentius percitus, retentusq;

Vicariatus Italiæ. Vicaria sedes Asiæ. Vicariatus Africæ. Vicariatus Illyrici. Vicaria Hispaniæ.

A B

A tentusq; anxijs curis, Ciuilem nomine recturũ Britãnias pro prefectis ad se popo scerat mitti, uirũ acrioris ingenij, sed iusti tenacem & recti. Et iterum lib. 29. Ecce autẽ Alipius quoq;, ex uicario Britanniarũ, placiditatis homo iucundæ, post ocio sam & repositam uitã. Scotus huic uicario subijcit duos Consulares, Maximæ Cesariensis, & Valentiæ: & Præsides tres, Britanniæ primæ, Britanniæ secundæ, & Flauiæ Cæsariensis. Denique ad huiusmodi præfecturã secundam alludit hoc carmine Ausonius in Mosella:

Vicarius Britanniæ.

Quippe suas rexere urbes, purumq; tribunal
Sanguine, & innocuas illustrauere secures,
Præfecturarum titulo tenuere secundo.

Nõ possum hic præterire, quòd Codex præfect. in Illyrico orientali tres obiter uicarios recenset, Pontice uidelicet, Thraciarũ & Macedonie. Et uicario quidem diœceseos Thraciarũ subijcit prouincias, Europã, Thraciã, Hæmimontanã, Rhodopam, Mœsiã secundã, & Scythiã: Ponti uerò uicarij obsequio attribuit prouincias, Bithyniã, Galatiã, Paphlagoniã, Galatiã salutarẽ, Paphlagoniã primã & secũdam, Armeniã primã & secundã, Hellespontũ, & Pontũ Polemoniacũ. VICARIA PRAEFECTVRA Galliæ cõmemorat à Cassidoro lib. 3. Variarũ, in epist. ad Gemellũ comitẽ V. S. Hinc est quòd præsenti tempore in Gallias nobis Deo auxiliãte subiectas, uicariũ te præfectorũ nostra mittit autoritas. Et in alia epist. Theoderici regis ad prouinciales Galliarũ: Ideo enim uobis præfecturæ uicariũ direximus, ut cum tanta dignitate & ciuilẽ uideamur regulam destinasse. Huiusmodi uicariam prefecturã Franci, cum rerum cœpissent in Gallijs potiri, retinuerũt, à Romanis uidelicet desumptam: atq; adeò ipsos uicarios rectorũ gentilitia lingua Razenburgios nominabãt, ut in legibus Saliquis legitur. Sequitur PROPRAETVRA, initiantis Imperij uocabulũ & officium: quod à uicariatu præture in hoc differebat, quòd nõ uti uicarius præsente præfecto prætorij is munere suo fungebat, nec de ministerio præfecturæ fuerat. Maioris quippe dignitatis, à reuocato in urbem, uel alio præfecto prætore dabat, qui locũ interim suũ expleret: & nomine solum, nõ re, à uero pretore, uel pretorij prefecto differebat. Vnde M. Tullius Cic. in Philip. 5. Demus, inquit, Imperiũ Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bella geri nõ possunt. Proprætorẽ faciamus: qui honos quanq; est magnus, illi ætati tamẽ ad necessitatẽ rerũ gerendarũ, non solũ ad dignitatẽ ualet. Huc pertinet illud T. Liuij lib. 4. Dec. 3. Prorogatũ deinde imperiũ omnib. qui ad exercitus erant, iussiq; in prouincijs manere, T. Gracchus Lucerie, ubi cum Volonum exercitu erat, C. Terẽtius Varro in agro Piceno, M. Pomponius in Gallico: ex Prætorib. prioris anni Proprætor Q. Mutius obtineret Sardiniã. Sic Cor. Tacitus lib. 13. Romæ prætor per prouincias, qui proprætore aut cõsule essent, iura aduersus publicanos extra ordinẽ redderẽt. Et quanq; omnes poterant pretores prouinciarũ proprætores designare, sicubi auocabant, aut alibi impediti morbo, uel sublati morte forẽt, inuenio tamen hos præcipuè incipientis Imperij proprætores autorib. peculiariter celebrari, Sardiniæ, Siciliæ, Thessaliæ. Illyrici, Mœsiæ, Daciæ, Mauritaniæ & Britanniæ. De Siciliæ quidẽ proprætore, Liuij is extat locus lib. 2. Dec. 3. Aliæ insuper ex Sicilia literæ allatæ sunt à T. Octacilio proprætore, regnũ Hieronis classe Punica uastari. Sic Cæsar lib. 3. Ciuilis belli, proprætoris Thessaliæ mentionẽ facit: Itaq; (scribit) Androsthenes proprætor Thessaliæ, cum se uictoriæ Pompeij comitẽ esse mallet. Idem lib. 4. eiusdem belli, Illyrici propretoris meminit: Sub idem tẽpus, inquit, in Illyrico est incõmodum acceptũ, quæ prouincia superiorib. mensibus retenta, non tantũ sine ignominia, sed etiã cum laude erat. Namq; eò missus est æstate cum duabus legionibus Q. Cornificius, Cæsaris quæ-

Vicarij Macedoniæ, Põti & Thraciæ.

Vicaria præfectura Galliæ.

B

Razenburgij Francorum.

Propræturæ.

Proprætor Siciliæ.

Proprætor Thessaliæ.

Proprætor Illyrici.

quæstor proprætore. Ita quoq; Cor. Tacitus lib. 2. historię Aug. Mœsiæ propretorē recitat ita scribens: Eas literas Latinius Pandus proprætore Mœsiæ cum militibus, queis Cotyis traderetur, in Thraciam misit. Huc pertinet & illa inscriptio: A

Proprætor Mœsiæ.

T. PLANCIO M. FILIO A. N. SYLVANO AELIANO PONTIF. SODAL. AVG. IIIVIR. A. A. A. F. F. Q. T. CAESARIS LEGAT. LEG. V. IN GERMANIA PR. VRB. LEGATO ET COMITI CLAVDII CAESARIS IN BRITANNIA COSS. PROCOS. PROPRAET. MOESIAE.

Proprætor Daciæ.

Fit præterea & Daciæ propretoris mentio in monimento apud Transyluanos Seuenburgenses reperto, quo tractu uidelicet Dacia uetus fuerat:


I. O. M.
ROMVLO PARENTI MARTI AVXILIATORI FELICIBVS AVSPICIIS CAES. DIVI NERVAE TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA DACICA SARMIZ PER M. SCAVRIANVM EIVS PROPRAET.

Proprætor Mauritaniæ. *Proprætor Britanniæ.* *Proprætor Germaniæ.*

Memorat porrò & Mauritaniæ proprætorem Appianus Alex. lib. 2. belli Ciuilis: Cæsar Iubæ regnū Romanis sub tributo cōtulit, cui Crispus Salustius proprætore fuit. Idem de Britanniæ proprætore Cor. Tacitus lib. 12. refert: At in Britannia P. Ostorium proprætorem turbidæ res excepere, effusis in agrum sociorū hostibus. Traditur deniq; & Varus Quintilius, qui ab Arminio & Germanis in Teutoburgensi saltu cæsus est, Germaniæ proprætore fuisse. Scribit namq; in Augusti uita Aurelius Victor: Huius tempore trans Rhenum uastatus est Romanus exercitus, atq; Tribuni & proprætor cæsus. quod in tantum accidisse perdoluit Augustus, ut crebrò ualido incursu parietem pulsaret, ueste capilloq; & reliquis lugentium indicijs deformis esset. Sequuntur nunc SCRINIA PRAETORII, quibus præsidebant magister & aliqui notarij, uti apud nos Cancellarius & Scribæ cancellariæ. Atqui Augustorum scrinia Principem habebant, & Tribunum, ipsaq; Scrinia sacra nominabātur, & alia uoce Palatina. De quibus Symmachi est ille locus accipiendus, in epistola ad Theodosium & Arcadium: Hæc omnia fide actorum comprehensa subieci, unum illud adijciens, ut me perennitas uestra necessitate inquisitionis eius absoluat, cuius autoritatem referri ad scrinia Palatina iussistis. Porrò Codex præfecturarum Rom. quinq; scriniorū genera sub magistro officiorū cōmemorat, uidelicet Scrinium epistolarū, scrinium libellorū, scrinium memoriæ, scrinium dispositionū, & scrinium uestimentorū. Idem quinque primiscrinia recenset, uidelicet beneficiorū, canonū, securitatum, largitionum, & totius officij. His laterculum maius & minus cōnumeranda sunt, quæ sub dispositione ac cura principis notariorum erant codices, in quos acta omnia, decreta epistolæq; principum describebantur, ad posteritatem B

Scrinia prætorij. *Princeps scriniorū, & Tribunus scriniorum.* *Scrinia Palatina.*

Laterculum maius.



A ſteritatẽ memoriamq́; tranſmittenda, quòd ibi laterent arcana, ſic dicta: quorum maioris iconem hic damus. De his ſcrinijs locus eſt accipiendus Lampridij in Alexandro: Nam & conſiliarius Alexandri, & magiſter ſcrinij Vlpianus fuiſſe perhibetur. Et iterum: Poſt meridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarũ ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis, & à libellis, & à memoria ſemper aſsiſterent: nonnunq́; etiam, ſi ſtare per ualetudinem nõ poſſent, ſederent, relegentibus cuncta librarijs, & ijs qui ſcrinium gerebãt. Ad huiuſmodi ſcrinia adludit & Sidonius Apollinaris, in Panegyrico dicto Maioriano Aug. *Magiſter ſcrinij.*

Pellitus rauum præconem ſuſcipit hoſtis:

Quid loquar hic illum, qui ſcrinia ſacra gubernat?

Porrò ſcrinia non modò in comitatu Auguſtorum, uerùm etiam in prouincijs paſſim & præfecturis prætorianis extitiſſe, uel hæc Fla. Vopiſci uerba abundè cõfirmare poſſunt, in hiſtoria Aureliani ita ſcribentis: Eiuſdem Valeriani alia eſt epiſtola, quæ illius laudes continet, quam ego ex ſcrinijs præfecturæ urbanæ protuli. Ad hæc liber Præfecturarũ Scoti, multa ſcrinia diſtinguit. Enumerat enim primicerium ſcrinij totius officij, primicerium ſcrinij canonis frumentarij, primicerium ſcrinij exceptorũ. Item alia ſcrinia ueſtimentorum recenſet, ſiue ueſtiarij ſacri, magiſtro largitionum ſubiecta: de quibus in l. ultima, uerſ. At quatuor, de ſcrinio ueſtiarij ad baphias Phœnices. C. de ueſtib. oloſeric. cuius idẽ Codex præfecturarum mentionem facit. Iam uerò, quia ſcrinijs notarij præfuere, de his dicendum paulo altius eſt. Equidẽ Codex Mariani Scoti, ſub diſpoſitione uiri ſpectabilis Primicerij notariorum (ſub quo erat omnium adminiſtrationũ cùm militarium tum ciuilium notitia) enumerat ſcholam notariorum, magiſtrum memoriæ, magiſtrum epiſtolarum Latinarum, & magiſtrum epiſtolarum Græcarum. *Scrinia etiã in prætorijs fuerunt.* *Scriniorum diſcrimina.* *Notarij.*

B Gradus quippe quoſdam fuiſſe inter notarios, inſinuat Ammianus lib. 29. Atque cunctantibus quiſnam ea tempeſtate, omnibus uigore animi anteſtaret, uiſus eſt alijs excellere Theodorus, ſecundũ inter notarios iam adeptus gradũ. Sic itaq́; & idem ille Ammianus, & alij hiſtoriarum autores claſsici, ſubinde mentionẽ faciũt principis notariorũ, Tribuni notariorũ, notarij prouincialis, notarij militãtis, & notarij ſecretorum, quemadmodum legitur 25 eius hiſtoriæ libro: Ibi tunc ueſpera tenebrante receptus à cœna Iouinianus, primus inter notarios omnes, quẽ obſidione ciuitatis Maiozamatho per cuniculum docuimus euaſiſſe. Huc pertinet & illud Lampridij in Alexãdro: Negocia & cauſas prius à ſcriniorũ principibus, & doctiſsimis Iuriſperitis, & ſibi fidelibus, quorũ primus fuit Vlpianus, tractari ordinariq́;, atq́; ita referri ad ſe præcepit. Porrò Marianus in Codice præfecturarum, ſub diſpoſitione uiri illuſtris primicerij notariorum, collocat omniũ dignitatum & adminiſtrationũ notitiam, tam militariũ quàm ciuilium, ſcribens hunc pariter ſcholas & miniſtros tractare. Habuiſſeq́; adiutores de ſchola notariorũ magiſtrum Latinarum epiſtolarũ, & magiſtrum Græcarum, & memoriæ magiſtrũ. Magiſter epiſtolarum legationes ciuitatum audiebat, conſultationesq́; & preces tractabat. Qui Græcis præerat, aut ipſe dictabat Græcas, aut Latinè dicta uertebat in Græcum. Quod ſi ad noſtra tempora referre ſcrinia uelimus, arbitror principem fuiſſe notariorum, quem modò in aulis prætorijsq́; prouinciarum Cancellarium uocant: quem ab epiſtolis & libellis Spartianus in Hadriano, & Aurelius Victor in Claudio nuncupauere. An uerò princeps notariorum idem fuerit, quẽ Iureconſulti, l. in agr. §. de acquir. iur. do. de ſcrinijs Palatinis, principem laterculi uocãt, & quẽ nunc magiſtrũ notariorũ, nũc tribunũ Ammianus dicit, nõ equidẽ auſim affirmare. Hinc laterculũ apud Iuſtinianũ in cõſtit. 17. cui titulus eſt, Præcepta præſidũ: Eadẽ mandata, inquit, in libris legũ tranſcribere, & in ſacro laterculo deponi *Gradus notariorum.* *Primus notariorum.* *Primicerius notariorum.* *Magiſtri epiſtolarum.* *Cancellarius ex numero notariorum.*

deponi præcipiat. Porrò si de meo sensu dicere audeo, fortè Tribuni notariorũ fuere, qui modò Secretarij nominantur. Meminit autem eius uocis Marcellinus lib.17. Post paucissimos dies secutus est Prosper, Comes, & spectatus Tribunus, & Notarius. Sic Symmachus in epist. ad Arcadium Aug. Itaq; adhibito V.C. Tribuno & Notario Aphrodisio. Ad talem Tribunũ pertinere uidentur & hæc uerba Cassiodori lib.7 Variarum: Atq; ideo Tribuni chartariorũ suggestione comperta, penes quem officij præfectum est digna reuerentia, ab illa die Chartarij te uolumus nomen adipisci. Alludit ad huiusmodi Notariorum Tribunum inscriptio Claudiani poetæ, quæ Romæ extat: A

Tribunus notariorum.

CLAVDII CLAVDIANI:
CLAVDIO CLAVDIANO V.C. TRIBVNO NOTARIOR. INTER CAETERAS INGENTES ARTES PRAEGLORIOSISS. POETARVM DD. N.N. ARCADIVS ET HONORIVS FELICISS. AC DOCTISS. IMPP. SENATV PETENTE STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT.

Magister scriniorum.

De magistro scriniorũ extat locus apud Spartianũ in Ælio Vero: Nam cum de prouincia Ælius rediisset, atq; orationẽ pulcherrimã, quæ hodie quoq; legitur, siue per se, siue per scriniorũ aut dicendi magistrũ parasset. Huc pertinet & quod Sidonius lib.9 Epist. scribit: Suscipe libẽs, q̊d quũ temporib. Augusti Maioriani, rogatu cuiusdã sodalis ad cœnã conueniremus, in Petri librum magistri Epistolarũ subitò prolatũ. Cæterùm scriniorũ magistri legebantur ex ueteranis, & illi comitiua primi ordinis designabantur, ut ex Cassiodoro elicitur lib.6. Variarũ, de Formula magistri scrinij, quę danda est comitiario. Notarij quoq; ipsi quãto fuerint quondam Romanis loco, ut hodie adhuc uenerari scribas atq; Secretarios cancellorũ uidemus, uel ex eo apparet, quòd ad summos magistratus ex hoc ordine uel gradu sustollebantur. Sic Marcellinus lib.28, Consules refert & Præfectos pętorij ex notarijs creatos: Vtq; celeritas, inquit, effectũ negocij faceret tutum, per Syagrium tũc notariũ, postea Pręfectũ & Consulem, Aratorẽ monuit ducem, ut cũm undiq; actum esset silentiũ, id arripere conaretur. Et iterum lib.26: Statuitq; nusquã interim extra confinia mouere Gallorũ, adusq; Remos progressus, solicitusq; super Africanũ perrumperetur: Vulturiũ postea consulem, tum notariũ, ad eam tuendam ire disposuit. Et iterũ: Hos omnes Sophronius uiuacissimo cursu prætergressus, tunc Notarius, Præfectus postea Cõstantinopoleos. Sic Vopiscus in Caro refert, à Caro Imp. factũ esse Præfectum urbis unũ ex cancellarijs suis. Huc referendum est illud Symmachi, lib.1 Epist. ad Theodosiũ Aug. Ad hæc Fulgentius uir clarissimus, & notarius, cõuentos adiutores urbanæ sedis asseruit. Atq; hæc de Notarijs in genere, quæ tamẽ de principe uel tribuno notariorũ rectius possent intelligi. Nũc reliqua Notariorũ discrimina explicabimus. Erãt uerò inter reliquos Notarios, qui MILITANTES uocabantur, & castra sequebantur, magistrorũ militię scrinia curabãt: quales & hodie extãt, atq; Secretarij castrenses, siue bellorũ dicuntur, uulgò Kriegßsecretarij. De quibus mentionẽ facit Ammianus lib. 29: Tunc & Bassianus procerũ genere natus, notarius militãs, inter primos quasi prænoscere altiora conatus. Et iterũ lib.30. loquens de Carnunto, superioris Pannoniæ colonia: In quo oppido Faustinus, sororis Viuentij filius, notarius militãs, Probo spectante negocium, carnificis manu peremptus est. Ad huiusmodi militantem Notariũ alludit & Sidonius in epistola ad Aquiliũ: Principi Honorio Tribuni Notarijq; militauere, tanta charitate peregrinantes, ut inter eos nimia fuerit causa concordiæ. Vegetius libro secundo, cap. 7. hos uidetur Librarios uocare, ita scri- B

Magnificentia & locus Notariorum.

Notarij militantes.

A ita scribens: Librarij, ab eo quòd in libros referãt rationes ad milites pertinentes. Erant ad hęc Notarij DECVRIONVM in municipijs & colonijs, itemq́; Romano in Senatu, qui scribæ Censuales uocabant: quales hodie adhuc in ciuitatib. passim habent, qui Archigrãmatei uel Scribæ urbium nominant, uulgò Stattschreiber. Suetonius in Claudio, cum Drusi mortẽ describeret: Corpus per municipiorũ coloniarumq́; primores suscipientib. obuijs scribarũ decurijs ad urbem deuectum. Sic Capitolinus in Gordianis, cum loquitur de Senatuscõsulto tacito, & clàm aduersus Maximiũ Cæsarẽ facto, in quo senatores ipsi, quo res occultaret, sine scribarũ adminiculo senatus decreta adnotarũt: Vel si nollent ad amicos aliqua permanare, Senatusconsultũ tacitũ fieret, ita ut nõ scribæ, nõ serui publici, nõ censuales illis actibus interessent, senatores exciperẽt, senatores omniũ officia censualiũ scribarumq́; cõplerent. Ne uerò dubitetur, & in prouincijs fuisse Notarios, nõ solũ qui in ciuitatib. senatui ministrabant, uerumetiã qui prefecturæ prætorianæ scrinia gubernabant, quos hodie Cancellarios regimentorũ dicere solemus, cõfirmare scilicet nobis hic Marcellini locus abundè potest, qui est lib. 17. historiæ Augustæ: Hocq́; exinde claruit, fraude potius q̃ tenacitate cõmitti, q̃d cum idem Cæsar petenti ex usu gregario cuidam ut barbas detonderet, dedisset aliquid uile, cõtumeliosis calumnijs adpetitus est, Gaudentio tũc Notario ad explorãdos actus diu morato per Gallias: quẽ postea ipse interfici iussit, ut suo monstrabitur loco. Deniq́; ut originẽ Secretariorũ æquus lector capiat, extat locus apud Flauiũ Vopiscum in historia Aureliani, qui sic habet: Incidit autẽ, ut se res feliciter agunt, ut Mnestheũ quendam, quem pro Notario secretorũ habuerat, libertũ (ut quidã dicunt) suũ, infensiorẽ sibi minando redderet, quòd nescio quid de quodam suspicatus esset Mnestheus, qui sciret Aurelianũ neq́; frustra minari solere, neq́; si minaretur, ignoscere, breue nominũ conscripsit, mixtis ijs quibus Aurelianus uerè irascebatur.

Notarij decurionum.

Notarij prætoriorum.

Secretariorum uox antiqua.

B Alludit ad huiusmodi secreta Notariorũ, & magnificentiam illius muneris prolixè describit, Cassiodorus lib. 6. Variarum, in formula Notariorũ: Non est dubium ornare subiectos principis secretũ, dum nullis æstimant necessaria posse cõmitti, nisi qui fuerint fide magna solidati. Publicum est quidem omne quod agimus, sed multa nõ sunt antè scienda, nisi cum fuerint Deo auxiliante perfecta: quæ tanto plus debent occuli, quanto amplius desiderãtur cognosci. Regis consilium solos decet scire grauissimos: imitari debent armaria quæ cõtinent monumenta chartarũ, ut quãdo ab ipsis aliqua instructio quæritur, tunc loquantur. Totum autẽ dissimulare debent, quasi nesciant scientes. Et addit, ad quæ Notarij expectabant: Sed quãdo te probatis moribus institutũ, uenatrix bonę cõuersationis sollicitudo nostra respexit, ab illa indictione Notariũ te nostrũ esse censemus, ut ordine decurso militiæ, ad primiceriatus feliciter peruenias summitatẽ: honor qui efficit senatorẽ, cui patrũ aula reserat. Additur etiã perfuncti laboris aliud munus, ut si quo modo ad illustratũ uel uacantẽ meruerit peruenire, omnib. debeat anteponi, qui codicillarib. illustratib. probant ornari. Atq́; de Notarijs ex fide historica abũdè nos dixisse uidebimur, si etymon atq́; initia uocis quoq́; Cancellariorũ explicauerimus: quo nomine hodie & ipse princeps Notariorũ, & ipsa domus ubi hodie Notarij habitãt, appellant. Sunt qui à cancro hãc uocẽ per diminutionẽ deducãt, propterea quòd scribæ seorsim distincta cõclauia habeãt, transennis quibusdã separata ex ferro, quę instar cãcrorũ minorũ plagulas fenestratas habere solẽt, quę Grecis ἀναβάθρα dicunt. Hinc Varro lib. 3. de Re rust. Certũ huius edificij parietes intrinsecus multos esse palos, ubi aues assidere possent: præterea è perticis inclinatis ex humo ad parietẽ, & in eis transuersis gradatim, modicis interuallis, perticis annexis ad speciẽ cãcellorũ scenicorũ ac theatri. Ex quib. uerbis liquet,

Secretariorum & Notariorũ officium quale fuerit.

Etymon & initia uocis Cancellariorum.

liquet, cancellos fuisse, quibus miscellanea turba in theatris emouebat: quales & A hodie ex ferro uel aurichalco in scriniorũ cõclauibus, & interdum ex ligno fiunt. Meminit & Plinius huius uocis metaphoricè: Elephanti (inquit) cancellata cutis, & inuitãs id genus animaliũ odore. ergo cũ extenta cute recepere examina, arctatis in rugas repētè cãcellis cõprehensas enecãt. Huc pertinet illud Ouidij carmen,

Cancellis Cancelli.

Cancellis primos imposuisse pedes. Ex quibus uerbis iterũ apparet, cancellos fuisse abacos sedentarios, ad sessionem accõmodatos. Qua significatione usurpat Vlpianus Iurecõsultus in Digestis, quod ui aut clàm: Si clauis uel speculariũ uel cancellus sit ablatus. Porrò de cancellis scriniorum, uel conclauiũ plagulis, meminit ibidem Sidonius Apollinaris in epist. ad Agricolam, Theoderici Gothorũ regis administrationẽ describens: Circumsistit sellam comes armiger, pellitorũ turba satellitũ, ne obsit admittitur, ne obstrepat eliminatur, sicq́ pro foribus immurmurat, exclusa uelis, inclusa cancellis. Porrò minoris quondã dignitatis, saltem apud Francos, cancellarij fuerunt, ita quòd omnes passim scribæ in cancellis scribentes, siue publicis siue priuatis, Cancellarij nominabant. Id quod ex hac lege Saliqua colligitur: Si quis in posterũ hoc refragare uel falsare uoluerit, à testibus cõuincatur: aut Cancellarius cum sacramenti interpositione, consimili numero, quorũ roborata est & uitiata restituat. Qui si charta in iudicio perforata & uitiata fuerit, tunc ille qui causam prosequit, duplici repetitione culpabilis iudicet, & insuper ad partẽ Cãcellarij XLV solidis culpabilis iudicet, & unicuiq́ de testibus XV solidis componatur, & ipsum testamentũ inuiolatũ permaneat ac perseueret. Si autẽ testamentum falsatum fuerit, tunc illè qui causam sequitur, rem quo repetit LX sol. recipiat, & insuper Cancellario pollex dextræ auferat, aut eum quinquaginta solidis redimat. Et unusquisq́ de testibus XV solidis mulctet. Deniq́ ne quis omnino dubitet, Cancellarios, hoc est primarios Notarios habuisse & præsides (qua B de causa huic capiti inserere hanc uocem uoluimus) placet locum Cassiodori adferre, inclinantis Imperij autoris, qui lib. I. Variarũ, in epistola Theoderici ad Faustum præpositum: Et ideo frumenta publica (ait) quæ de Calabro atq́ Apulo littoribus per Cancellarium uestrum æstatis tempore consueuerant destinari, nec autumno uenisse modis omnibus permouemur. Et hæc de Notarijs atq́ Cancellis præfecturarũ dicere uoluimus, quæ uno aut altero monumento uetustatis (ut solemus subinde) confirmabimus.

Cãcellarij uox apud Francos minoris dignitatis.

In Gratio Styriæ, de Notarijs ab epistolis:

T. ARRIO CLEMENTI AB EPISTOLIS AVGVST. PROC. PROVINC. BELGICAE ET VTRIVSQVE GERMANIAE RHOETIAE, MAVRITANIAE CAESARIENSIS, LVSITANIAE, CILICIAE PRAEFECT. EQ. ALAE BRITANN. NIC. MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSO.

Romæ, in quo cancellorum mentio:

EX AVTORITATE TVRCI APRONIANI V. C. PRAEFECTI VRBIS.
RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE DIMICANDI SVBMOTA SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE QVAM DIGITIS CONLVDENTIBVS TRADERE: ET APPENSO PECORE CAPITE, PEDIBVS, ET SEVO LACTENTE, ET SVB GVLARI LANIO CEDENTIBVS RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI SVB CONSPECTV PVBLICO FIDE PONDERIS COMPROBATA VT QVANTVM CARO OCCISI PECORIS APPENDAT, ET EMPTOR NORIT ET

A MISSORVM PRAEF. EQ. ALAE II. PANNON. TRIB. LEG. XXXV. VL. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACEDONIAE CIVITAS TREVIRORVM PRAESIDI OPTIMO.

ET VENDITO A COMMODIS OMNIBVS ET PRAEDA DAMNATA, QVAM TRIBVNVS OFFICIVM CANCELLARIVS ET SCRIBA CAPERE CONSVEVERANT, DE PECVARIIS QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO PERPETVO CVSTODIENDAM MANDATVR.

Atque hęc de Notarijs ex fidedignis historijs deprehendere potuimus. Nunc de scribis omnis generis, qui scrinijs seruierunt, sermonem finiemus. De quibus locus Iureconsultorum est accipiendus XII Codicis, lege ultima, de Muneribus & honoribus, de duodecim primarijs uiris qui in scrinijs adnotarũt. Erant autem (ut summam rerum complectar) EPISTOLARES, hodie Copistæ, qui formam epistolarum concipiunt. De quibus Iustinianus in lege finali, §. in his autẽ. C. de temp. appell. qui & SCRIPTVRARII, & Græcis γραμματεῖς, qui simpliciter describebant concepta ab alijs, quos hodie Grossistas Cancelli uocant. *Epistolares. Scripturarij.*

LOGOGRAPHI, qui scribebant in libro rationum, hodie Taxatores. LOGISTAE, qui scripta in libros reddi curabant, quos hodie Cancelli expeditores appellant. MEDIOGRAMMATEI, quos scribæ consulebant: hodie Correctores, qui Græcis ἀπὸ τοῦ διαστέλλειν, id est, distinguendo, Diastolæ pariter uocabantur. *Logographi. Logistæ. Mediogrammatei.*

SYMBOLOGRAPHI, quos nunc appellamus Registratores, qui ordinem Cancellorum tenent. SVBADIVVAE, qui Græcis ἀντίγραφοι dicuntur, hodie passim Gallica lingua Contrarotularij, qui ex opposito ob maiorem fidem acta transcribunt: in omnibus penè officijs, ubi pecunia uel recipitur uel expenditur, B apud nos constituti. BOETHI, ab auxiliando, quòd alijs in scribendo adsistũt: unde Seuerinum Boethium denominatum fuisse uerisimile est. FORMVLARII, qui formam scripti concipiebant: quos nostra ætate Copistas appellant. Meminit Suetonius in Domitiano: Pari arrogantia cum procuratorũ suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit. Porrò de formula Tributorum extat locus apud T. Liuium libro nono Decadis tertiæ. CHARTVLANI, quorũ meminit Codex præfecturarum, ostendens illis non licuisse ad aliam militiam transire, sine aduocatione principalis clementiæ. Idem, sub officio post tabularios Dominicos Augustorum, tabularios Augustarum, & adiutores chartularum cõmemorat. ACTVARII, qui acta & actiones describebant ueloci stylo, eaq; mox descripta recitabant, ut hodie ferè Secretarij cancellorũ facere cõsueuere. ad quos alludit Tranquillus in Dictatore: Orationes aliquot reliquit, inter quas temerè quædam fertur pro Q. Metello, quam non immeritò Augustus extenuabat, magis ab Actuarijs exceptã, malè subsequentibus uerba dictantis, quàm ab ipso editam. Meminit & Trebellius Pollio in Victorini tyranni historia: Tunc interfecto etiam Loliano, solus Victorinus in Imperio remansit. Qui & ipse, quòd matrimonijs militum & militarium corrumpendis operam daret, à quodam Actuario, cuius uxorem stuprauerat, composita factione Agrippinę percussus est. Huc pertinet quod Seneca scribit: Multum (inquit) uiua uox facit, non quidem quæ alienis uerbis cõmendatur, & actuarij uice fungitur. Alludit ad hoc genus scribarum & Satyricus isto carmine: *Symbolographi. Subadiuuæ. Boethi. Formularij. Chartulani. Actuarij.*

Quas daret historico, gratum daret acta legenti.

Codex præfecturarum inter illustria officia præfecturæ prætorianæ, post principem, cornicularium, adiutorem & commentariensem, unum ab actis recenset.

EXCEPTORES, scribæ erant, qui priuilegia scribebant: ad quod munus & hodie pe- *Exceptores.*

die peculiares sunt in cancellis destinati, qui Taxatores uocãtur, & insigniorũ expeditores. Porrò ipsum munus, priuilegiaq́ ipsa, Eucteria nominabãtur. Meminit Tertullianus in Apologetico, cap. 15: Risimus & inter ludicras meridianorũ crudelitates Mercurium mortuos eucterio examinasse. Extat & Iureconsultis ea de re lex, tit. ex quibus causa maior. Porrò in Eucterijs leges, orationes, actaq́ prouinciarum continebantur: ut hac lege nõ solùm censeantur immunitates, quæ in libris publicis continentur reuocatæ, sed etiam si quæ nondum in libros relatæ essent, stabant tamen in Grammatophylacio, Eucterioúe. PROCHIRI, & composita dictione mesoprochiri, scribæ manu expeditiores erant, & qui scitè depingere literas nouerant. de quibus Iureconsultis lex est in libro duodecimo Codicis, in l. iubemus uenalitiũ. HYPOPNEVMATOGRAPHI, quos instituisse Augustum Strabo scribit, Ægypto in formam prouinciæ redacto. Cicero lib. 15. Epistolarum: Multam (inquit) mihi opem in scribendis Hypopneumatis. Meminere huius uocis & Iureconsulti in l. Si quos spontinos. Erant adhuc alia nõ quidem genera, sed nomina potius scribarum, librarij, ab epistolis, ab ephemeride: de quibus omnibus monumenta hæc sunt Vetustatis reperta Romæ, Auxinij, & alibi cùm in Italia, tum intra Norici fines.

Eucteria. *Prochiri.* *Hypopneumatographi.* *Ab ephemeride, & exceptores, librarijq́.*

A

Pætouione Styriæ:

MAMMONIA MAT. TRIV. V. F. SIBI ET C. SEMPRONIO SECVNDINO MAR. D. SOL. ET C. SEMPRO. SECVNDINO FIL. LIBR. COS. AN. XVIII.

Auxini in Italia:

L. AVRELIO MARCIANO AVG. LIB. EXCEPTORI AVXIMATIS. D. D.

Ibidem:

C. OPPIO C. F. VELINO BASSO P. C. PR. AVXIMO LEG. III. FEL. FL. EVOCAVG. AB ACTIS FORI. PR. PR.

Romæ:

THEOPRAEPEN. AVG. LIB. PROC. DN. N. M. AVR. SEVERI ALEXANDRI PII FEL. AVG. PROVINCIAE ACHAIAE ET EPIRI ET THESSALIAE RAT. PVRPVRAR. PRO. AB EPHEMERIDE DE PROC. Á MANDATIS PROC. ET Á PRAEDIA GALLICANA.

B

Regerendarij & singularij.

His generibus scribarum iungi possunt, quos Marianus connumerat: uidelicet singularij, & regerendarij, in omnib. prætorijs præsidatibusq́ ab eo enumerati. Atq́ hactenus de scribarũ generibus. nunc scriptorum discrimina expediemus, quorũ & nostra ætate multa sunt in cancellis genera. Inuenio uerò, si à generibus rerũ ad species transire uelimus, quadruplicẽ horũ differentiã extitisse: aut enim libræ signatæ erant & clausæ, aut cõsulta excepta & in libros transcripta, aut mãdata aperta & publicè affixa. Sub primo genere fuerũt literæ sacrę, epistallina, & breues siue breuiaria. Sub secundo genere continebanť exemplaria librorũ, cõmentarij & tabulæ. Sub tertio genere fuère porrò Senatusconsulta tacita, rescripta cõdicta militaria, cognitiones prę fectoriæ. Sub quarto deniq́ genere celebrabanť decreta siue præcepta sacra, libera mandata, annua edicta, perpetua edicta, eulogia, progrãmata, & edictorũ reuocationes. LITERAE triplices erant cancellis celebratæ, Romana repub. integra existente: sacræ, duplicatæ, & laureatæ. SACRAE literę, siue honorarię, quę & codicilli dicebanť, & inclinãte Imperio indictiões fuerũt, quæcũq́ ab ipso Imp. & eius Comitatus cãcellis edebanť, subscriptæ & signatæ, quas hodie uulgò appellant Credentzbrieff. Meminit Symmachus lib. 2. Epist. Cresconio amico meo amorem meũ multa conciliant, primò quòd sacras literas, quibus consulatus mei designatio tenetur, exhibuit. Huc alludit & Ammianus libro

Scriptorũ Romanorum genera. *Literarũ Romanarũ discrimina.* *Literæ sacræ, siue codicilli.*

A libro XXV. de Iouiniano Imperatore scribens: Hinc Procopius alter notarius, & Memorius militaris tribunus, ad tractus Illyricos mittuntur, & Galliarum, nunciaturi Iuliani mortem, & Iouinianum post eius obitum ad culmen Augustũ euectum. Quibus mandauerat princeps, ut Lucillianum socerum suum, post depositum militiæ munus digressum ad ocium, morantemque eo tempore apud Sirmiũ, oblatis Magisterij equitum & peditum codicillis, quos eisdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent, res firmaturum ancipites: & quod magis metuebatur, si casus quidam noui exurgerent, opponendum. Quibus secretiores alias addidit literas, Lucillianum itidem monens, ut quosdam lectos exploratæ industrię fideique duceret secum. Quo loco & per literas secretiores, & per codicillos, sacræ intelligendæ sunt, quibus passim & honores atque magistratus muniaque deferebãtur ab Augustis. Vnde Sidonius in epistola ad Papianillam: Rauenna ueniens Quæstor Licinianus, cum primùm tetigit, Alpe transmissa, Galliæ solum, literas aduentus sui pręuias misit: quibus indicat, esse se gerulum codicillorum, quorum in aduentu fratri etiam tuo Herditio honor patricius accedat. Idem libro primo, epistola ad Montium: Nam uacante aula, turbataque republica, solus inuentus est qui ad Gallias administrandas fascibus prius, quàm codicillis ausus accingi, mensibus multis tribunal illustrium potestatum spectabilis præfectus ascenderat. Et de hoc genere literarum intelligendus est locus Eusebij in uita Constantini: Inde quasi agmine quadrato diuinitùs ad eum ducturus, agere conuentum orbis terræ, frequentiam Episcoporum honorarijs literis comparare atque eniti, &c. Porrò huiusmodi codicillos, sumpta metaphora ab edictis publicis, Cassiodorus uidetur uocare indictiones, libro quinto Variarũ, in epistola Theoderici regis ad Cyprianum, comitem sacrarum largitionum: Sume igitur per indictionem tertiam *Indictiones quæ fuerint.*
B sacrarum largitionum Deo propitio dignitatem, utere cõgruis tuis natalibus institutis: meruisti hactenus, ut honorum fastigia crederemus. Meminit autẽ idem codicillorum ad uacantes dignitates, quibus qui erant insigniti, Supernumerarij uocabantur, quales hodie sunt literæ quas uocant Consiliaratus. Sic enim scribit libro VIII Variarum: Neque enim absurdè leges sacratissimæ censuerũt, eos quos bonæ opinionis fama commendat, codicillis uacantibus tales quęrere summates: quos etsi facultas in tanti honoris apparatu desereret, uirtus conscia non celaret. Animati sunt ad talia, qui de sua uidebanẽ desperare fortuna: hos & ualidissimi ad labores, hos & imbecilli corpore merentur ad laudes. Nam omnes sub diuersitate prædicantur, quos huius nomẽ honoris amplectitur: atque ideo præsentibus codicillis, ab illa indictione illud tibi propitia diuinitate defende, ut considerata ratione præsentis temporis, adepti honoris ordine potiaris: ita tamen, ut illi modò omnibus præferantur, qui sudore maximo nostris aspectibus affuerunt. LITERAE DVPLICATAE, Græcis ἀπὸ τοῦ διπλοῦ, id est, à duplo, aliàs diplomata dicta. Erant uerò à principe uel Prefectis pretorio, ad publici cursus usurpationem literæ concessæ, ad parochorum scilicet mansiones, ut equorum dispositorum, in re acceleranda, perferenti, sine mora copia fieret. Meminit huiusmodi literarũ Cicero, scribens ad Titum: Diploma statim nomine est datum, & mox Pansa recepit celeriter se ablaturum diploma. Suetonius in Augusto: In diplomatibus libellisque & epistolis signandis initiò Sphinge est usus, mox imagine magni Alexandri, nouissimè sua, Dioscoridis manu sculpta. Huc pertinent & loca Cor. Taciti libro XVIII: Hilarius Cæsaris libertus detulerat, nunquã audito Vitellij & Othonis principatu propriam ipse potentiam & possessionem Hispaniarum tentasset, eoque diplomatibus nullum principem prescripsisset. Et iterum: Intererat consilijs frater eius L. Vitellius, seque iam adulantibus offerebat, quum repentè Cænus libertus

Literæ Consiliaratus.

Literæ duplicatæ.

Diplomata.

bertus Neronis atroci mendacio uniuersos perculit, affirmans, superuentu decimæ quartę legionis, iunctis è Brexillo uiribus cæsos uictores, uersam partium fortunam. Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuncio reualescerent. Sic Plinius in epistola ultima ad Traianum, qui scripserat, diplomata, quorum præterijsset dies, negligenda. respondet Cæsari Plinius: Vsque in hoc tempus domine, neq; unquam diplomata commodans. Indicatq; Plinius eadem epistola, se uxori suæ usum diplomatum nomine Imperatoris cōmodasse, uolenti ad amitam excurrere. Ex quibus liquet, cursum publicū Romanis etiam per uehicula fieri solitum. Huc referendum est illud Capitolini in Pertinace: Deinde Præfectus cohortis à M. Aurelio Imperatore & præside Syriæ, quod sine diplomatibus cursum usurpauerat, ab Antiochia ad legatū suum ire coactus est. Meminit huius generis literarum & Venuleius Iureconsultus, in l. continuis. De uerborum obligationibus: Non debet (inquit) diplomate cōtinuare iter omni tempestate contempta. Vbi etiam refertur, quòd is qui Ephesi daturum se spoponderat, ut neq; diplomate, id est diebus & noctibus, & omni contempta tempestate iter continuare cogatur: & mox, quasi eo diplomate aut felici nauigatione maturius quàm quisquam peruenerit Ephesum, obligatus est. Et de ijsdem literis intelligendus est & is Herodiani Græci historici locus, qui est libro septimo historię eiusdem, cum de Gordianorum in Imperio auspicijs scriberet: Siquidem suspectans, ne ille suis incœptis fortiter resistendo, cęteros quoque metu perterritos à se auerteret, mittit prouincię Quæstorem, adolescentem corpore ualidum, atque ætate florentem, promptumq; ad omne periculum pro se suscipiendum: traditis centurionibus ac militibus nonnullis, cui etiam literas dedit obsignatas duplicibus tabellis, per quas arcana occultaq; negotia significare Imperator consueuerat. Eusebius in uita Constantini: Hoc ipsum (ait) differebat in scriptis tum Græco tum Romano ore diplomatis ubique gentium dimisis. Alludit ad huiusmodi literas Sidonius Apollinaris, in Panegyrico socero dicto: A B

Rumor succinctè referens diplomate, Auitum
Iam Geticas intrare domus, positaq; parumper
Mole magisterij, legati iura subisse.

Sed & Vegetius easdem intellexit, lib. 2. cap. 3. cum ait: Deinde cōtubernalibus completis stipendijs per testimoniales ex more dimissis, non sunt alij substituti. Porrò manet hodie diplomatis nomenclatura solum in curia Romani episcopi, cum is indulgentias aut prærogatiuas largitur: effectus autem & res huiuscemodi literarum apud Turcas recepta uisitur, in quorum ditione nemo externorum sine literis diplomatum, uidelicet à Præfectis prouinciarum cōcessis, aut usurpare aut ingredi iter audet. Sequuntur LITERAE LAVREATAE, quæ uictoriæ indices, uel à Præfectis ad Augustos, uel ab his ad senatum Rom. lauro inclusæ, significatione quadam uictoriæ, ueteri ritu mittebantur, aliàs etiam Tabellę laureatæ nuncupatæ. De quibus T. Liuius in quinto ab Vrbe c. Literę à Posthumio laureatæ (inquit) sequuntur uictoriam populi Romani, esse Equorum exercitū deletum. Sic Cor. Tacitus libro XIX. in historia Vitellij: Iulianus (scribit) ad L. Vitellium perductus, & uerberibus fœdatus, more eius iugulatur. Fuere qui uxorē L. Vitellij Triariani incesserint, tanquam gladio militari cincta, inter luctum cladesq; expugnatæ Terraconæ, superbè sæueq; egisset. Ipse lauream gestæ prosperæ rei ad fratrē misit. Huc referendum est quod Tranquillus de Domitiano scribit: De Cattis (ait) Dacisq; post uaria prælia duplicem triumphum egit, de Sarmatis modò lauream Capitolino Ioui retulit. Huc alludit & Plinius in Panegyrico Tra-

Literæ laureatæ.

A co Traiano dicto, cum ait: Adlata erat ex Pãnonia laurea, id agentibus dijs, ut inuicti Cęsaris exercitũ uictoriæ insigne decoraret. Hanc Imperator Nerua in gremio Iouis collocarat. Meminit huius generis literarum & Iul. Capitolinus, in historia Maximi & Balbini sic scribens: Statim dimissis Germanorum auxilijs, quę sibi contra hostem parauerat, Romam laureatas literas misit, quæ in urbe ingentem læticiam fecerunt, ita ut omnes per aras, & templa, & sacella, & loca religiosa gratias agerent. Sic Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Actæ sunt res feliciter in Mauritania Tingitana per Furium Celsum, & in Illyrico per Variũ Macrinum affinem eius, & in Armenia per Iunium Palmatum, atq; ex omnibus locis tabellæ laureatæ sunt perlatæ. Refert & Marcellinus, Constantium Cæsarem arroganter elatum, misitasse literas laureatas ad prouinciarum præsides, quoties eo agente in Italia dux quidam fortiter egisset, nullius facta in literis laureatis mentione, ut solus dimicasse & solus uicisse uideretur. Meminere huius generis literarum & poetæ. Persius ad Domitiani Cæsaris ignauiam adludens, qui de deletis legionibus triumphauerat:

——Missa est à Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis.——

Claudianus in bello Gildonico:

Iam domitus Gildo, nullis uictoria nodis
Hæsit, non spacio terræ, non obice ponti,
Congressum, profugum, captum, uox nunciat una,
Rumoremq; sui præuenit laurea belli.

Idem in Panegyri in Sextum Honorij Consulatum:

B *At tibi causa patris rerum coniuncta saluti*
Bellorum duplicat lauros, ijsdemq; trophæis
Reddita libertas orbi, uindicta parenti. Et iterum:
Nunc præsens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? Sedes'ne capacior ulli
Tantæ laudis erit?——

Idem in Panegyrico Styliconis primo:

Et calidis thalami successit laurea sertis,
Sumeret ut pariter princeps nomenq; mariti,
Victorisq; decus: Libyæ post prælia crimen,
Concidit Eoum, &c.——

EPISTALLINA, siue potius Epistalmata, à mittendo literæ fuerant appellatę, quas modò patentes uocant: quarum mentionem facit l. Bene à Zenone. §. Quæ omnia. Cod. de quadriennij præscriptione. BREVIA, literæ erant, sic ob exiguitatem dictæ, uel tabellæ, in quibus nomina modò adnotabantur. Mansit hoc nomen unà cum alijs Romani episcopi cancellis, ubi literulę prerogatiuarũ quarumdam ecclesiasticarum hoc nomine conficiuntur. Meminit T. Liuius libro 9. Decadis quartę: Erant autem de rebus singulis in breue coactæ causæ, ut alia fecisse se secundum decreta legatorum doceret. Sic Ælius Lampridius in Alexandro Seuero: Milites suos sic ubique sciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum & tempora militantium: semperq; cum solus esset, & rationes eorum, & numerum, & dignitates & stipendia recenseret, ut esset ad omnia instructissimus: denique cum inter militares aliquid ageretur, multorum nomina dicebat. De promouendis etiam sibi adnotabat, & perlegebat cuncta pictatia: & sic faciebat, diebus etiam

Epistallina.
Breuia.

tiam pariter adnotatis, & quis & qualis esset, & quo insinuante promotus. Et iterum: Eum Notarium qui falsum causæ breuem in consilio imperatorio retulisset, incisis digitorum neruis, ita ut nunquam posset scribere, deportauit. Huc pertinet & illud Flauij Vopisci in Aureliano: Mnestheus, qui sciret Aurelianum neque frustra minari solere, neque si minaretur ignoscere, breue nominum scripsit, mixtis ijs quibus Aurelianus uerè irascebatur, cum ijs de quibus nihil asperi cogitabat. De huiusmodi literarum genere extat Iureconsultis lex ultima de conuent. fisci debit. libro decimo Codicis. l. inter chartulas confiscati, &c. EXEMPLARIA literarum quæ fuerint, facilè ex hoc Cornelij Taciti loco, qui est libro uigesimo, elucescit: Ordeonius (inquit) exemplaria omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamq; & Hispanias auxilia orabat, exercitui recitabat. RESCRIPTA uocabantur id genus epistolæ, quibus Imperatores uel Præfecti prætorio, consulentibus eos respondebant, quæ constitutionibus Iuris passim sunt inserta, & quæ posterius in Pontificatu Romano Decretales nominabantur. Meminit Vlpianus Iureconsultus de Appellationibus: Quæsitum est, an aduersus rescriptum principis prouocari posit, si fortè Præses prouinciæ, uel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptum. Tacitus libro quinto: Immiti rescripto uenas resoluit. Sic Capitolinus in historia M. Cæsaris: Fuit in iure non incallidus, adeò ut statuisset omnia rescripta ueterum Principum tollere, ut iure, non rescriptis ageretur: nefas esse dicens, leges uideri Commodi & Caracalli, & hominum imperitorum uoluntates: cum Traianus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas facta præferrentur, quæ ad gratiam composita uiderentur. Huc pertinent & loca Symmachi, urbis præfecti, in epistolis ad Theodosium Augustum: Vetus enim quæstio, & cognitionibus præfecturæ frequenter agitata, usque ad inclyti semperq; uerendi genitoris uestri cucurrit arbitrium: qui Iuuentij, clarissimi & illustris memoriæ uiri, tunc præfecti urbis, insinuatione consultus, quadam rescripti parte signauit. Et iterum alia epistola, ad Theodosium & Archadium: Quare insitam diuinis sensibus uestris oro iustitiam, ne aduersum diui Gratiani definitionem, aduersum rescripta tot principū, qui præfectis debita emenda mandarant, aduersum relationem, quæ uberiorem summam docuit exolutam: reliquam uerò secundum rectorum literas exculpendam ab innoxijs intimauit. Et iterum alia epistola ad Theodosium: Sed idem mulierem casus etiam rescripti humanitate fraudauit. Siquidem mensium quatuor delata curriculis, summo die temporis impetrati excidit cognitor, eamq; successor adueniens præmisso interdicto, potestate priuauerat. Extat in hoc significato, & diuo Ambrosio mentio, in epistola quadam ad Valentinianum Augustum: Romæ autem à fratre clementiæ tuæ Augustæ memoriæ Gratiano, fidei ueræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis, ne quæso uel fideliter statuta conuellas, uel fraterna præcepta rescindas. Eusebius in uita Constantini: Rescriptum ad eos potissimum attinebat, qui similes iniurias erant perpessi. At de illorum bonis planè interdictum fuit lege. Et iterum: Hæc omnia rescripta singulari, sed infinita generis huiusce dedit, Diarium per epistolam misit. Tales rescriptorum literæ, à ducibus olim euulgatæ, magna apud nos in Austria existimatione & summi penè iuris uice habentur, uocanturq; die Landtsbreüch/die Landtuest. Cæterùm non inconueniens uidetur, si ex Aulo Gellio addidero discrimen inter legem, priuilegium, plebiscitum, & rogationem. Libro quippe Noctium Att. decimo, capite uigesimo: Lex, inquit, est generale iussum populi aut plebis rogante magistratu. Ea definitio si probè facta est, neque de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæstio, neq;

Exemplaria literarum. *Rescripta & decretales.* *Municipalia.*

A neq; alia id genus populi plebis'ue iussa, leges uocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neq; de uniuersis ciuibus, sed de singulis concepta. Quocirca priuilegia potius uocari debent, quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. Quo uerbo Lucilius in primo Satyrarum libro usus est:

Abdomina thynnia uenientibus priua
Dabo, cæphaleamq; carnem.——

Plebem autem Capito, in eadem definitione seorsim à populo diuisit. Quoniã in populo omnis pars ciuitatis, omnesq; eius ordines cõtineantur; Plebs uerò ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non insunt. Plebiscitum igitur est, secundũ eundẽ Capitonẽ, lex, quã plebs, non populus accipit. Sed totius huius rei iurisq;, siue cum populus, siue cum plebs rogatur, siue quod ad uniuersos pertinet, caput ipsum & origo, & quasi fons rogatio est. Ista enim omnia uocabula censentur continenturq; rogationis principali genere & nomine. Nam nisi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest. Hæc Gellius. Porrò nostra tempestate, ista quæ diximus, penè cuncta abolita sunt: & quæ Principes statuũt, leges sunt, quas uulgo politias appellant. Sequuntur TABELLAE, quæ & ipsę à literis nõ ita plurimum uariabant. Erant autem, quoad formam & figuram, materiæq; diuersitatem, unde conficiebantur, hęc ferè discrimina: Sigillares, Pugillares, Eboreæ, & Citreæ. Erant & duplices, triplices, & quintuplices, à numero foliorũ sic nominatæ. Hinc Suetonius in historia Augusti, cap. De gestis per eum in officijs: Et Q. Gallum Prætorem in officio salutationis tabellas duplices ueste tectas tenentem, suspicatus gladium occultè. Huc alludit Ouidius in Amoribus: *Tabellæ.* *Discrimina tabellarum.* *Tabellæ duplices.*

Tunc ego uos duplices rebus pro nomine sensi,
Auspicij numerus non erat ille boni.

B Alludit autem hoc loco Naso ad literas præscriptionis, siue diplomata, Ouidio in exilium destinato obiter accelerandum concessa. Porrò SIGNATAE tabellæ quæ fuerint, docet T. Liuius libro VII Decadis quartæ: Vltro citroq; nuncij cursare: nec fides ante Pausistrato facta est, quàm coram nuncio eius Polixenidas sua manu scripsit, se ea quæ pollicitus esset, facturũ, signoq; suo impressas tabellas misit. Eo uerò pignore ueluti autoratum sibi proditorẽ ratus est. Meminit tabellarũ signatarum & Cæsar lib. V. Ciuilis belli: Præfectisq; quod peterent, præceperat: neq; ut more ipsius consuetudo superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore his perlectis, locum certum peterent uniuersi: quod minimè Cæsarẽ fefellerat. TABELLAE, siue Tabulæ contractus erant, quemadmodum nostro seculo qui Syngraphi & Chirographi nominantur. Hinc est illud A. Gellij lib. 13. Noct. Att. cap. 2. Probari apud me debere, inquit, pecuniã datam cõsuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testium intercessione. Ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti iam sanè oportere, & aduersarium de calumnia dãnari. TABELLAE PROSCRIPTIONIS, ad quas & Ouidius libris de Amoribus, carmine superius citato adludit, quum infelici auspicio duplices se re pro nomine sensisse, ostendit. Ad quas & alludit hoc carmine Claudianus poeta in Panegyri secunda Stiliconis, cum huic ille uiro eam laudem tribueret, quòd ex proscriptorum bonis non esset ditatus: *Tabellæ signatæ.* *Tabulæ contractus.* *Tabellæ proscriptionis.*

——Non indecores æraria lassant
Expensæ, paruo non improba littera libro
Absentum condonat opes.——

TABELLAE AERARII, à quibus Tabularij ærarij nomen acceperunt, in quibus omnium hominum nomina referebantur, & ubi prima quisq; accipere nomina *Tabellæ ærarij.*

consueuerat: in quas & census omnes, uectigalia, mulctæ, senatusq́ consulta, memoriæ ergò scribebantur. de quibus locus est Cor. Taciti accipiendus lib. 13. Burrus quanquam reus inter Iudices sententiam dixit, exiliumq́ accusatori irrogatũ, & tabulæ exustæ sunt, qui obliterata ærarij monumenta retrahebat. TABULAE CENSUALES erant, quibus tributorum rationes & census omnis referebantur, appellabaturq́ hæc formula Tributorum: ut Liuius libro nono Decadis tertiæ meminit. apud nos Austriacos huius generis libri in usu adhuc habentur, nominanturq́ Die Einleg. ubi quantum quisq́ in prouincijs, ciuitatibus, ac per castella & uicos, annui uel tributi uel exactionis conferre teneatur, iuxta substantię qualitatem adnotatur. Sed placet uerba Liuij audire: Ex hoc senatusconsulto accitis Romam magistratibus, primoribusq́ earum coloniarum, Consules quum milites stipendiumq́ imperassent, alij alijs magis recusare, reclamare, negare tantum militum effici posse, uix si simplum ex formula imperetur. Deniq́ tabularum Censualium fit mentio in monumento Romano, quod apud Terraconam est Hispaniæ erutum, cum tali inscriptione: A

Tabellæ Censuales. Formula tributorum.

C. VAL. ARABINO FLAVIANI F. BERGO. DO. F. OMNIBVS
HONOR IN REPVB. SVA FVNCT. SACERDOTI ROMAE
ET AVG. P. H. C. OB CVRAM TABVLARII CENSVALIS FIDELITER ADMINIST. STATVAM INTER FLAMINALES VIROS POSITOS EXORNANDAM
VNIVERS. CENSVERE.

Hinc Censuales, scribæ censuum & redituum, Iureconsultis x Codicis uocãtur. TABELLAE uel tabulæ Consulares, in quibus nomina Consulum quotannis scribebantur: erant ex ære, aut ebore. Quales superioribus annis multæ Romæ in ruderibus, opera Cardinalis Farnesij repertæ sunt. Meminit Claudianus in Panegyrico tertio Stiliconis, adludens ad ludos pariter Circenses & ostensionales, in auspicijs consulatus habitos: B

Tabellæ Consulares.

Tum uirides pardos, & cætera colligit Austri
Prodigia, immanesq́ simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas, auroq́ micantes,
Inscripti rutilum cælato Consule nomen,
Per proceres & uulgus eant. ——

Tabulæ matrimoniales.

TABVLAE MATRIMONIALES, aliàs Codicilli, quales hodie literæ scribuntur, & in sponsalibus passim concipiuntur, quæ matrimonij contractum dotemq́ exprimunt, uulgò Heyradtsbrieff/Vermachbrieff. Meminit Cor. Tacitus lib. undecimo, cum Sillij & Messalinæ Augustę nuptias describeret: Et iam erat in aspectu (inquit) Messalina, clamitabatq́, audiret Octauię & Britannici matrem, cum obstreperet accusator, Sillium & nuptias referens, simul codicillos libidinum indices tradidit. TABVLAE TESTAMENTORVM, qui & Codicilli Iureconsultis dicuntur. Hodie literis consignatis testamenta scribuntur. Meminit Cor. Tacitus lib. 14. Igitũ Fabianus tabularijs quos memoraui, & alijs minus illustrib. obsignat. Et iterum lib. 15. Tabulas testamenti sępius à se & in custodia, dierum obseruatione signatas: pecunias & libertates seruis & antè dono datas, sed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari, & instantibus creditoribus, testamẽto diffideret. Atq́ hæc de tabulis, siue tabellis. Sequuntur nunc Edicta, siue mandatorum genera, quorum reperio apud probatos autores, Decreta siue præcepta sacra, Libera mandata, Annua edicta, Perpetua edicta, Programmata, Eulogia, & Edictorum

Tabellæ testimentorum. Codicilli Iurisconsultorum.

reuoca-

A reuocationes: de quibus singulis dicendum est. SACRA PRAECEPTA, siue edicta, siue Diuales sanctiones, quæ ab Augustis solum, & non à Præfecturis prætorianis euulgabantur. Meminit Symmachus in epistola ad Theodosium: Quorum unus agenti in rebus, eo mortuo, ad quem sacri præcepti executio pertinebat, affectum se à Valeriano grauibus iniurijs indicauit. Et iterum in alia epistola ad eundem: Nam & uir spectabilis decessor meus, quum mulctam didicisset exactam, quam decreto sacri auditorij appellatio præiudicialis agnouerat, statuit causam criminis ad se debere transferri. Quod si libet coniectare, fortè decreta honoratissima, quorum meminit T. Liuius libro septimo Decadis tertiæ, eius generis fuerunt: Senatus (inquit) quàm poterat honoratissimo decreto allocutus eos, mandat Consulibus, ut ad populum quoq; eos producerent. Meminit porrò Diualium sanctionum in hoc significatu, Cassiodorus libro quarto Variarum, in epistola ad Dudam Saionem: Vt coram partibus positis, te imminente, quod forma continet sanctionum diualium, censeatur. EDICTA TRIPLICIA Iureconsultis distinguuntur, Honoraria, annua, & perpetua. Honoraria prætorum erãt, quæ in dealbatis tabulis scribebantur, quod Album dicebatur. hinc Prætoriæ actiones, quæ & Honorariæ, quòd ab ipso Prætore ex iurisdictione, uel adiuuandi uel supplendi, uel corrigendi Iuris ciuilis gratia fuerint introductæ, propter publicam utilitatem: ut est apud Iurisconsultos in l. Ius autem ciuile. §. Ius prætoriũ. ff. de iust. & iure. Annua prætorum quoq; erant, quæ ipsi in albo proponebant, ubi functi magistratu fuissent. De quibus Iureconsulti l. secunda. ff. de statu hominum. l. edita. C. de edendo. De perpetuis uero edictis tractant Iureconsulti in l. secunda. ff. de statu hominum. Et in l. prima. §. Eum quoq;. ff. de edendo. cuius titulos atque ordinem se imitari Hermogenianus ait. Et in l. Edita. Cod. eodem.

Sacra præcepta. *Decreta honoratißima.* *Edicta triplicia.* *Edicta honoraria.* *Album unde.* *Edicta annua.* *Edicta perpetua.*

B Mutari (inquit) & corrigi actionem conuenit, prout edicti perpetui monet autoritas. Huius edicti occasio atq; origo eò fuit. Quum alius Prætor alteri succederet, & ex ambitione & odio alter alterius edicta cassaret, lege Cornelia cautũ est, ut Prætores edictis suis perpetuis Ius dicerent, ut scribit Pedianus Ciceronis interpres. Cæterùm tempore Hadriani principis, Saluius Iulianus Iureconsultus patria Mediolanensis (ut scribunt Dion & Spartianus) omnia prætorum edicta in unum collegit, & perpetuauit. Vnde Eutropius: Didius (inquit) Iulianus rempublicã inuasit, uir iure peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub Hadriano perpetuum composuit edictum. Equidem putarim, & talium nobis adhuc edictorum umbram manere, tametsi nomen cum cæteris Latinæ linguæ uocibus abiuerit, appellamusq; uulgò Die Landsordnung/den Stattbrauch/oder ordnung. Fuerunt & Edicta uulgaria, ad quę alludens Prudentius ita canit: Edicta latè mundũ in omnem miserat Christum negaret quisq;, &c. Porrò Edicti euocatio quæ fuerit, ostendit T. Liuius libro quinto Decadis quintæ: In Achaiam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius, & Cneus Domitius, ut ipsi edicto euocarent. Id duabus de causis factum: una, quòd fiduciæ plus animorumq; esse Achæis ad non parendum credebant, & forsitan etiam in periculo fore Callicratẽ, & cæteros criminum autores, delatoresq;: altera, cur præsentes euocarent, causa erat, quòd ex alijs gentibus principum literas deprehensas, commentarijs regijs habebant. Extant sanè huiusmodi edicti literæ in hanc usq; diem, ubi bellum imminet, uulgo apud nos appellant Auffbott generall.

Edicta uulgaria. *Euocatio per edicta.*

Porrò illud transeundum silentio non est, quod apud autores inclinantis Imperij INDICTIONES alio significatu pro edictis sumuntur, nõ pro impositione tributorum. Hinc est illud Cassiodori li. 5. Variarũ, in epist. Theoderici ad Decoratũ: Thomas V. C. inter Apuliã Calabriamq; prouincias, de Siliquatici titulo indictionum

Indictio quid fuerit.

ctionũ octauo, nono, undecimo, primæ, secundæ & quintædecimæ: quas ad conductionem suam pertinuisse commemorat, nonnullos maximam pecuniæ quantitatem redhibere conqueritur. Idem lib. 3. in epist. ad Argolicum urbis præfectũ: Hoc mansuetudinis nostræ glorioso proposito, quem gratia generalitatis patrio fouemus affectu, per indictionem quartam præfecturæ urbanæ infulas tibi copiosa liberalitate largimur. Idem lib. 3. in epistolis ad Simeonem Comitem V.S. Proinde sinceritatem animi tui per præclara documenta noscentes, Siliquatici titulum, quem fide dominicatus iure dederamus, discessionem indictionis primæ, secundæ, uel tertiæ per prouinciam Dalmatiam, ordinatio tibi nostra cõmittit. A

Programata. Erant præterea inter genera publicatorum edictorum & PROGRAMMATA: usurpaturq́ passim autoribus Programa figere, pro eo quod nos dicere solemus, Edictum chartaceum ualuis portarum urbis siue templi adfigere. Meminit uerò Vulcatius Gallicanus in historia Auidij Casŝij: Nec fefellit de se iudicium habitum. nam statim & ad signa edici iussit, & programa in parietibus fixit, ut si quis cinctus inueniret apud Daphnẽ, discinctus rediret. Programmatũ sæpe fit mentio Cassiodoro lib. 1. Variarum cognitionũ, in epistola Theoderici regis ad populum Romanum: Atq; ideo edictali programmate definimus, ut si atroces iniurias in quempiam senatorum uox iniusta præsumpserit, nouerit se à præfecto urbis legibus audiendum. Et iterum lib. 2. in epist. ad senatum urbis Romæ: Hoc etiã edictali programate in cunctorũ noueritis prouincialium notitiã pertinuisse, ut liberè prorũpat in publicũ, qui se alienæ functionis põdere nouit oppressum. Idem lib. 5. eiusdem operis, secunda epistola ad Stabularium, Titulum appellat: Ideoq; causam tali credimus remedio minuendã, ut uniuersam substantiã supradicti thematis sub hac conditione fixis titulis publico debeas applicare. Et iterũ in sequenti epist. ad Iohannem: Thomatis debitores adiecimus, quem pridem nostro nomine fixis titulis fecimus uendicari. Idem li. 7. Variarũ: Atq; ideo edictali programmate definimus, ut quicunq; cõtra uiolentas insidias, &c. B

Edictale programma.

Condicta. CONDICTA erant eadem quæ programmata, quod in cõmune dicta ac decreta sint, hac uoce nuncupata scilicet: ut Festus scribit. Spartianus in Hadriano, Condictorũ militarium meminit his uerbis: Laborabat præterea, ut cõdicta militaria diligenter agnosceret, redditus quoq; prouinciales solerter explorãs, ut si alicubi quidpiã deesset, exploret.

Mandata libera. MANDATA LIBERA, literæ erãt patentes & signatæ, quibus uices rei gerendæ alteri demandabant: hodie uulgò Vollegwaltsbrieff. Meminit illius uocis Liuius lib 8. Decad. 4. Quum in hoc statu res ad Ambraciã esset, legati ab Ætolis Phaneas & Damoteles cũ liberis mandatis decreto gentis ad Consulẽ uenerũt.

Elogia. ELOGIA literis & uerbis dabant, erantq́; testificationes de aliquo honoris uel uituperij, & omnino simplex de aliqua re sententia, etiam iudicatoria: uulgo hodie apud nos appellant, Ein beschlußlich befelch / Ein endturtel. Atqui hãc uocẽ generaliter & metaphoricè usurpauit Cic. pro laude, lib. 2. de Fin. Non elogia monumentorũ (inquit) id significant, ueluti hoc ad portũ uno ore, cui plurimæ consentiunt gentes populi primariũ fuisse uirum. Et iterum in Catone: Solonis quidem (inquit) sapientis elogiũ est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorũ lamentisq; uacare.

Elogium metaphoricè. In eodem significatu generali utitur & Quintil. secũdo Declamationum: Non est iudices (ait) quod putetis, ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogiũ, quia de scelere constaret. Sueton. in uita Claudij: Nec contentus elogiũ tumulo eius uersib. à se cõpositis insculpsisse. Sic Lampridius in historia Alexãdri Seueri: Nanos, nanas, moriones & uocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donauit. Qui aũt usui nõ erant, singulis ciuitatib. deputauit alẽdos singulos, ne grauarẽtur specie mendicorũ. Eunuchos, quos Heliogabalus

A & in consilijs turpibus habebat, & promouebat, donabat amicis, addito elogio, ut si non redijssent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicij. Huc pertinet & illud Aurelij Victoris in Claudio Cæsare: Pallas ab epistolis dominum se gerens ipsius Domini, Pallasq́ prætorijs ornamentis sublimatus, adeò diues, ut causante eo inopiam lepidissimè famoso elogio uulgatum sit, abundè ei pecuniam fore, si à duobus libertis in societatem reciperetur. Alludit ad huiusmodi literas & Marcellinus lib. XV. Cuius rei finis arduus uidebatur, erat enim cautius obseruandum, ut appetitus opportunitati obtemperarent, nec pręcurrentes eam, nec deserentes. Qui si eluxissent intempestiuè, constabat nos omnes sub elogio uno, morte mulctandos. Et rursus lib. XIX. Simplicius Philippi filius ex præfecto & consule reus, hac gratia postulatus, quòd super adipiscendo interrogasse dicebatur imperio, perq́ elogiū principis torqueri præceptus: qui in his casibus nec peccatum aliquando pietati dederat, nec erratum. Et iterum lib. XIX. Huius suffragatori magistro Equitum Theodosio id petenti, sub agresti uerbo responderat: Abi (inquit) Comes, & muta ei caput, qui sibi mutari prouinciam cupit. Et hoc elogio perijt homo disertus, ad potiora festinans, ut multi. Meminere huius uocis inter literarum genera & Iureconsulti, ff. de re militari: Desertorem (scribit Modestinus) ad suum ducem cum elogio pręses mittet. id est, cum uituperatione. lingua uernacula, mitt einem bösen beuelch vnd widercommendacion. COMMENTARII PRINCIPALES quales fuerint, ex his Taciti uerbis libro XX. elucescit: Signo ultionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauricius, ut commentariorum principalium potestatē Senatui faceret, per quos nosceret, quem quisq́ accusandum poposcisset: consulendū tali super re, Princeps respondit. BREVIARIVM, VEL SVMMARIVM alia uoce, Cōmentarij & libri erant, in quibus sum- *Commentarij principales.* *Summarium.*

B ma quædā & rationes cōtinebantur. Id quod ex illo Suetonij capite postremo in Augusto aduertitur: Tertio breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis ubiq́ esset, quantū pecuniæ in ærario, & fiscis & uectigaliorū residuis. Idem de claris Grāmaticis lib. X. Alterum breuiario rerum omnium Romanarū, ex quibus quas uellet, eligeret. Plin. lib. XVIII. Vt pariter (inquit) totius culturæ quoddam breuiariū porrigitur. Huc pertinet quod Seneca tradit lib. V. Epist. breuiarium uulgarē esse parumq́ latinam uocem. scribit enim: Cum latinè olim loqueremur, summariū uocabatur, id quod nunc uulgò breuiarium dicimus. Huc alludit Eusebius in uita Constantini: Testamentum inde conscripsit, simul liberis instar chori lectum cingentib. ex cōmentario distribuit hæreditatem. DIARIVM: Euseb. in uita Constantini: Diariū per epistolā misit, atq́ placita senatus in se confirmata obsignauit. Hinc placiti uox apud Francos pro cōsultationibus arguētib. SENATVSCONSVLTVM TACITVM, Capitolino in Gordianis nuncupatur, quod nunc hodie in principū aulis uocamus Consilium arcanū, uulgò Gehaimen Rhatt. Verba Capitolini hęc sunt, cum de Maximini Thracis abrogatione loquitur: Iunius Cordus (ait) istud senatusconsultum fuisse tacitum: quod quale sit, aut quare sic appellatum, breui exponā. Omnino exemplum senatusconsulti taciti nō aliud est hodie, q̄ quod uestra clementia cōuocatis ad interiora maiorib. ea dispo nit, quæ nō sunt omnib. publicanda. De quibus adiurare etiā soletis, ne quis ante rem cōpletam, quidquā uel audiat, uel intelligat. Hunc aūt morē apud ueteres necessitates publicę repererunt. Vt si fortè aliqua uis ab hostib. immineret, quæ uel cogeret humilia captare consilia, uel aliqua constituere quæ non prius oporteret dici quàm effici, uel si nollent ad amicos aliqua permanare, senatusconsultum tacitum fieret. Scitum est, & silentio non transeundum, quod A. Gellius Noctium Atticarum decimoquarto, capite 7. refert, duobus modis fieri senatusconsultum: aut *Senatusconsultum tacitum.*

aut per discessionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas. quo casu singuli rogabantur gradatim, incipiendo à principe senatus, ab hoc ad Consulares secundum ætatem & dignitatem procedendo. CONSILIA ORDINARIA quæ fuerint, forsitan ex hoc loco T. Liuij Decadis tertiæ libro septimo apparebit: qui ubi ad consulem peruenerunt, literęq; lectę per interpretem sunt, & ex captiuis percunctatio facta, tum Claudius, non id tempus esse reipublicæ ratus, quo consilijs ordinarijs prouinciæ suæ quisq; finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret. Cæterùm ab instituto non alienum est, hoc loco & Matriculę mentionem inserere, qui liber erat, in quo ordo militiæ annotari solebat: qua uoce adhuc albi Academiarum uocatur. Meminit Vegetius libro primo de re militari. Atque hactenus de scrinijs atq; notarijs. Superest nunc ut reliqua Pręfecturę ministeria, quę quidem maiora sunt, explicemus. Quorum nō in postremis erat MAGISTRI MEMORIAE officium, eius scilicet qui omnes adnotationes dictabat & emittebat, precibusq; singulorum respondebat. Idem principi aut Pręfecto pętorio suggerebat res obeundas, & quę erāt gerenda, subinde in memoriam reuocabat: quod hodie uidemus Magistro epistolarum officium coniunctum esse. Meminit huius Suetonius in Tiberio Claudio: Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus: quo decreto quoque senatus non pręmijs modò ingentibus, sed Quęstorijs Pętorijsq; ornamentis ornari libenter passus est. Lampridius in Alexandro: Post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper operam dedit, ut ab epistolis & libellis & memoria semper adsisterent. Sic Spartianus in Pescennino Nigro: Deinde ne noui ad regendam rempublicam accederent, pręter militares administrationes, administrauit, ut adsessores, in quibus prouincijs assedissent, in his administrarent. Quod postea Seuerus, & deinceps multi tenuerunt, ut probant Pauli & Vlpiani pręfecturę, qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim pręfecti sunt facti. Huc pertinet illud Vopisci in Caro: Iunius Calphurnius (inquit) qui ad memoriā dictabat, talem ad pręfectum urbis super morte Cari dedit epistolā. Meminit magistri à memoria & Trebellius Pollio in historia Claudij Cęsaris: Extat ipsius epistola (inquit) ad senatū, legenda ad populum, qua indicat de numero Barbarorū, quę talis est: Senatui populoq; Rom. Claudius princeps (hanc aūt ipse dictasse perhibetur) ego uerba Magistri memorię non requiro. Alludit ad huiusmodi officiū & Herodianus lib. 4. Sed Patroclum desiderās aliquem, quippiā huiusmodi fecit: Libertorū omnium charissimus Festus, à memoria, dum ad Iliū moratur, uita defunctus est. Huc referenda sunt loca Ammiani lib. 15. Lampadio præfecto & Eusebio ex comite rei priuatę, cui cognomentum erat inditum Mattiocobę, & Aedesio ex magistro memoriæ, quos ad Consulatum ut amicos iunctissimos idē curarat subitò suffragari. Idem lib. 27. Inter hęc Valentiniano magnitudine quassato morborum, agitanteq; extrema, conuiuio occultiore Gallorum qui aderant in cōmilitio principis, ad Imperiū Rusticus Iulianus, tunc magister memorię, poscebat. Et iterū: His dictis solennitate omni firmatis, Eupraxius Cęsariensis Maurus, magister ea tēpestate memorię, primus omniū exclamauit. Idem lib. 29. Festinus quidā Tridētinus, ultimi sanguinis & ignoti, in nexū Germanitatis à Maximino delectus, ut sodalis & cōtogatus, decernentib. fatis ad Orientē trāsgressus est, ibiq; administrata Syria, magisterioq; memorię peracto, bona lętitudinis & reuerētię reliquit exēpla. ADMISSIONALES, & eorū magister, qui ianuę cōsistorij senatusq; atq; cōclauis Augustalis curā gerebant, partes intromittebant & reducebant: qui hodie Ianitores uulgo, siue lingua uernacula Türhütter nuncupantur.

Meminit

Consilia ordinaria. Magister memoriæ. Admissionales. A B

A Meminit Ælius Lampridius in Alexandro: Cum amicis tam familiariter uixit, ut communis esset consessus: iret sæpe & ad conuiuia eorum, aliquos autem haberet quotidianos, etiam non uocatos: salutaretur uerò quasi unus de senatoribus patente uelo, admisionabilibus remotis, aut solis his qui ministri ad fores erant, quum antea salutare principem non liceret. Flauius Vopiscus in historia Aureliani: Et quoniam etiam de arrogatione aliqua me dixeram positurum, quæ ad tantum principem pertinerent, quæso ne odiosior uerbosior'ue ea re uidear, quã fidei causa inserendam credidi ex libris Achilij, qui magister admisionum Valeriani principis fuit. Extat & mentio magistri admisionum apud Marcellinum libro XV. Quumq; nulli ad eligendum quid agi deberet, mens suppetere posset, aut lingua submissis uerbis perstringebatur: fit mentio & consilij rei bellicæ præstantissimi, frustraq; graui iniuria lacessiti: & per admisionum magistrum, qui mos est honoratior, accito eodem, ingresso consistorium, offertur purpura, multo quàm antea placidius. APPARITORES, ab apparendo cognominati sunt lictores: eo quòd uocati à magistratu, cui semper ut lictores stipatoresq; præstò erant, apparerẽt subinde, iussa excepturi. Vnde Liuius libro octauo Decadis tertiæ: In prætorio tetenderunt Albius & Atrius: classicum apud eos cecinit, signum ab illis petitum est, sederunt in tribunali proconsulis Scipionis, lictor apparuit, submouente eo incesserunt, fasces & secures prælatæ sunt. Sic Cicero ad Q. Fratrem: Sit lictor non suæ, sed tuæ licentiæ apparitor, maioraq; præferant fasces illi ac secures dignitatis, insigniaq; potestatis. Erant uerò & apparitorum discrimina sua. Qui enim paludatum in prouinciam exeuntem Proconsulem sequebantur, lictores Paludati fuerunt cognominati: de quibus Liuius libro quinto Decadis quintæ abundè. Fuerunt & alia genera apparitorum. Siquidem constituto B imperio, & limitibus Romani populi propagatis, alij apparitores Augustorum & Cæsarum fuerunt, alij Præfecturarum prætorij, itemq; alij Præsidum prouinciarum. Habuerunt & suos hoc nomine Prætores, duces & tribuni prouinciarum, Comites largitionis, reiq; priuatæ & rei alimentariæ præfecti, & qui ædificijs denique præsidebant: quorum omnium sua autorum testimonia non desunt. AVGVSTALES apparitores penè Romanis erant, ut hodie sunt apud Turcarum tyrannum qui appellantur Zauzij, qui nomine principis uocatos accersunt uel ad necem, uel ad honorum gradus. Meminit Marcellinus libro decimoquarto: Quibus subscribebat non adeò uetus exemplum, quòd Diocletiano & eius collegæ, ut apparitores Cæsaris non resides, sed ultro citroq; discurrentes obtemperabant. Huc alludit & Symmachus libro primo epistolarum, capite trigesimotertio: Quid quod proxima apparitio cogendis prouinciarum iudicibus admota specie debitis eruendis fecisse suggeritur. Sic T. Liuius primo ab urbe, apparitorum regiorum nominatim meminit. De huiusmodi apparitoribus intelligenda est & hæc Cassiodori epistola libro 2. Variarum, quæ à Theoderico rege Gothorum scribitur ad Ioannem apparitorem, cui cõmittit ut loca quædam concedat suo nomine, aquis lutosa, duobus Romanis Domitio & Spei. ita enim concludit: Proinde deuotio tua præfatum Domitium moderata executione conueniat, ut aut cœptæ rei sedulus operator immineat, aut si hoc sibi sumptuosum esse crediderit, propriam cedat supplicantibus portionem. Porrò huiusmodi obedientia comparendi uocabatur APPARITIO, & APPARITVRA: itemque ipsa Comitiua apparitorum nominabatur. Vnde Cicero ad Thermum, lib. XIII epistolarum: Ego cùm antè studiosè commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quòd in longa apparitione singularẽ, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq; cognoui. Suetonius

Apparitores.

Paludati lictores.

Augustales apparitores.

Apparitio.

Suetonius de claris Grammaticis: Orbilius (inquit) apparituram magistratibus fecit. In alia uerò significatione utitur Marcellinus lib. XV. Illuc de industria pergens Præfectus, ab omni toga apparitioneq; rogabatur anxius, ne in multitudinem se arrogantem immitteret. Et iterum libro XVIII. Ibiq; principis scripta suscepimus, turbulenta omni causatione posthabita, reuerti Mesopotamiã, sine apparitione nullam expeditionem curaturi periculosam. Qui omnino locus de comitatu lictorum est intelligendus. Secundum genus Apparitorum erant PRAEFECTORII, qui Prætorio præfectum comitabantur, & ad eius iussa uocabant quos ille præceperat. Meminit Marcellinus lib. XVII. Iniquè inusitato exemplo id petendo Cæsar impetrauerat à Præfecto, ut secundæ Belgicæ multiformibus malis oppressæ, dispositio sibi committeretur, ea uidelicet lege, ut nec præfectianus nec præsidialis apparitor ad soluendum quenquam urgeret. Et iterum libro XXV. Salustius præfectus actus in exitium præceps, & opera sui apparitoris ereptus. Et libro XXVIII. Quæ per iniquitatem curantium uicariam Præfecturam in urbe contrà quàm oportuerat gesta sunt: quæ ad initium Maximini & uoluntatem ijsdem ministris uelut apparitoribus gerebantur. Et iterum ibidem: Sed ut solent insperati casus aggrauare miserabiles clades, Appandulus nomine seruus Anepsiæ, uerberatæ coniugis dolore perculsus, negotium ad Simplicium detulit, noctu pergressus: missiq; apparitores, indicatos è latebris abstraxerunt. De huius generis apparitoribus & Symmachi extat epistola ad Theodosium Augustum: Nam quum & actione ciuili & criminali accusatione premeretur, statutis inciuiliter repugnauit, ut apparitores præfecturæ urbanæ partim notarijs, partim suggestione significarunt. Porrò extat hoc genus apparitorum in hanc usq; diem in Prætorijs prouinciarum Austrię, quæ Regimenta uocamus, & uulgo Profosij dicuntur, quibus lictores parent, Steckenknecht à baculo nominati, quem manibus pictum gerunt. His uerò præest quidam qui ad comprehendendum sontes, qui extra urbem sunt, præsertim nobiles & aliquo loco natos, à prætorio mittitur, quem Marescalcum inferiorem appellant: cui fortasse uel officio uel dignitati cõparare principem apparitionis præfecturæ prætorianæ possumus, de quo extat locus Marcellini lib. XV. E' quorum numero Gaudentius (inquit) magnis in rebus mente præcipiti stolidus, rem ut seriam detulerat ad Ruffinum, apparitionis Præfecturæ prætorianę tunc principem, ultimorum semper auidum hominem, & coalita prauitate famosum. Et rursus libro XVI. Indefensum inde Ruffinus elu serat, quo indicante, quædam cognita per Gaudentium, agentem in rebus Consularem Pannoniæ, tunc Africanum, cum retulissent, Præfectum apparitionis Prefecturę prætorianæ. Talem præfectum apparitorum Vlpianus Iureconsultus eleganter latrunculatorem, à comprehensis latronibus uocat, in l. solemus. de iudicijs. tradens, quòd talis in re pecuniaria iudicare non possit. PRAESIDIALIS APPARITOR minoris erat, quàm Prefectianus apparitor, loci: quemadmodum Preses quoq; à Prefecto pretorio, ut multo inferior dignitate, differebat. Id quod ex hoc loco Marcellini libro XVII deprehenditur, quem suprà adduximus. Huc pertinet & illud Marcellini libro XXVIII. His in hunc modum ac talibus exactis, Hesichia quędam matrona ob intentatum crimen in domo apparitoris, cui custodienda est tradita, multa pertimescens & sæua, fulcro plumbeo uultu contracto incubuit, & animam occluso narium spiramento effudit. Et iterum: Namq; & testiculam de fenestra prętorij quadam amota dicitur semper habuisse suspensam, cuius summitas quandã ueluti tamusam colligaret, nullis quidem iudicijs fulta, sed nocitura insontibus multis. Et Mutianum Barbarumq; apparitores aliquoties discretim tradi iubebat, ad fallendum aptissimos. Meminit huius generis apparitorum

A

Apparitores præfectorij.

In Austria etiã Apparitores præfectiani ueteres.

B

Latrunculator Iureconsultorum.

paritorum

A paritorum & Symmachus Præfectus urbis, lib. I. epistola XXXI. ad Theodosium Augustum: Quin ut res indicat, cōscientia hominis subirati, à quo Vicariæ potestati libellus oblatus est, domesticę cōfectus apud eundem factus, ausus est postulare, ne apparitores eorū quos ob discessum litigatorū custodia carceris iusserat attineri, iniuriæ subiacerent. Et iterum alia epistola: His ita positis, Prænestini, in quorum finibus Cæsariana possessio iacet, missis apparitoribus exhibendum.

Porrò manet & hoc genus apparitorū in Presidatibus prouinciarū tuarū, REX INVICTISSIME, quos uulgò appellant Vueispodos, hoc est albos nuncios, siue tabellarios: quanquam numerus decreuerit. Manent & in Viennensi iudicio qui uulgò Vicarij iudicis dicuntur, quos & ipsos referre ad hoc genus quispiam posset. habent uerò & ipsi custodiā, qua ære alieno adstricti, & creditores qui soluendo non sunt, attinentur. Non abludit ab instituto, quod A. Gellius scribit lib. 10. Noctiū Attic. cap. 3. Cum Hannibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas populus Rom. aduersas pugnauisset, primi totius Italiæ Brutij ad Hannibalem desciuerunt. Id Romani ægrè passi, postquam Hannibal Italia decessit, superatique Pœni sunt, Brutios ignominiæ causa nō milites scribebāt, nec pro socijs habebant: sed magistratibus in prouincias euntibus parere, & præministrare seruorū uicem iusserunt. Itaque ij sequebantur magistratus, tanquam in scenicis tabulis qui dicebantur Lorarij: & quos erant iussi, uinciebant, aut uerberabant. Hinc illud est Catonis, eodem loco Gellij citatum: Dixit à Decemuiris parum sibi bene cibaria curata esse. Iussit uestimenta detrahi, atque flagro cædi. Decemuiros Brutiani uerberauere, uidere multi mortales. APPARITORES MILITARES, Tribunitij uel Ducales, erant instar satellitum comites munerū illorum, penè eius generis satellitum, quos uulgò Trabandos nominamus. Horum extat mētio apud Lampridiū

B in Alexandro: Seueritatis autem tantæ fuit in milites, ut sæpe legiones integras exauctorarit, ex militibus Quirites appellans: nec exercitum unquam timuerit, idcirco quòd in uitam suam dici nihil posset, quod unquam Tribuni uel duces de stipendio militum quidquam accepissent: dicens, Miles non timet nisi uestitus, armatus, calciatus & satur, & habens aliquid in zonula: idcirco quòd mendicitas militaris ad omnem desperationem uocaret armatū. Apparitores denique nullos passus est: Tribunis & ducibus, nisi milites anteire uoluit: iussitque ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante Legatum decem. Meminit quoque illius generis Liuius, antiquioris seculi autor, qui libro 8. Decad. I. ita scribit, loquens de seditione militum aduersum L. Papirium dictatorem: Quum præ strepitu ac tumultu nec ipsius Dictatoris nec apparitorum eius uox audiretur. Idem lib. 8. apparitores quoque comprehendisse ostendit, ita scribens: Cum apparitor uerecundia maiestatis Posthumium laxè uinciret: Quin tu, inquit, adducis lorum, &c. APPARITORES LARGITIONVM, magistro largitionum inseruiebant, quorum meminit Marcellinus libro 26. Atque ita turmarum antesignanus umbratilis, comprehensus suorum manibus. Quæ dum hoc modo procedunt, Venustus quidam largitionum apparitor sub Valente, multo ante Nicomediam missus, ut aurum susceptum stipendij nomine militibus per orientē diffusis uiritim tribueret. APPARITORES RATIONALIVM, hoc est, satellites, & officij illius ministri, de quibus idem Marcellinus libro 18. Nobis (inquit) apud Samosatam, Comageni regni clarissimam sedem, parumper morantibus, repentè noui motus rumoribus densis audiuntur, & concretis, quos docebit orationis progrediens exitus. Antoninus quidam ex mercatore opulento Rationarius apparitor, Mesopotamiæ ducis tum protector. Porrò defluxit illius seruitij siue muneris umbra quædam, & manet nostra etiamdum tempestate, in Came-

Vueispodi & Vicarij iudicis unde originem trahant.

Apparitores militares.

Trabandi nostri ex genere apparitorum.

Apparitores largitionum.

Apparitores rationales.

ris (quas uocant) rationalibus Principum: Tum uerò Maiestati tuæ, REX INCLYTE, certi quidam aluntur ex nobilium genere, qui ad pecuniam hincinde colligendam & asportandam à Cameræ tuæ consultis mittuntur, qui Romanis apparitores rationales fuissent. A

Apparitores rei alimentariæ. APPARITORES REI ALIMENTARIAE, siue annonæ, nobis similiter adhuc extant, quos uulgò Expeditores profiandos appellant. Meminit uerò & illorum Ammianus libro uigesimotertio: Pari sorte hic quoque omen illætabile uisum est, apparitoris cuiusdam cadauer extentum, carnificis manu deleti, quem præfectus Salustius præsens ea re suppli cio capitali damnauerat, quòd intra præstitutum tempus alimentorum augmen tum exhibere pollicitus, causa impediente frustratus est.

Apparitores ludorum. APPARITORES LVDORVM, qui homines ad ludum pertinentes conuocabant: quales hodie etiamdum in ludis & scenis habentur. Meminit uerò Titus Liuius libro quarto Decadis quintæ: Iuuenes etiam quidam Romani ludicro Circensi ad usum belli uerso, partem humillimam muri cæperunt. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentium circum complendi, uaria spectaculorũ conquirere genera, nec semel quadrigis, semel desultore misso, uix unius horę tempus utrumq; curriculũ complebat. Inter cætera sexageni fermè iuuenes, interdum plures, ab apparitoribus ludi armati inducebantur.

Apparitores ædificiorum. APPARITORES AEDIFICIORVM, qui & redemptores alia uoce nuncupabantur, si controuersia inter uicinos fuisset orta, ad uulgò uocatas reuisiones destinabantur, de quibus mentio extat apud Symmachum in epistolis ad Theodosiũ Augustum: Itaq; exactis aliquot diebus, & adhuc pendente operis examine, apparitio quæ Auxentio fuerat deputata, per notarium mihi fecit indicium, deseruisse clarissimum uirum susceptorum curam locorum.

Apparitores ædilium. APPARITORES ædilium quoque fuisse, uiatores uidelicet, ab apparendo nuncupatos, testatur Liuius lib. 9. Decad. primæ: Eodem anno C. Flauius Cnei filius scriba, patre libertino, humili fortuna ortus, cæterùm callidus uir & facundus, ędilis curulis fuit. Inuenio in quibusdam annalibus, cum appareret ædilibus, fieriq; se pro Trib. ædilem uideret, &c. B

STIPATORES PRAEFECTVRAE PRAETORIANAE, qui aliàs Satellites & Laterones, quod latera principis uel præfecti stiparent, id est densarent. Vnde & stipatores, Græcis à custodia corporis σωματοφύλακες appellati. Quanquã non desunt qui à stipe, id est mercede, deriuare conantur, ut Festus: Atteius Capito, inquit, stipatores à stipe denominati sunt, quam in mercedis nomine accipiunt custodes corporis. Meminit Cicero lib. 2. Offic. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in uestimentis telum occuleretur, exquirerent. Idem quinta in Verrem: Apronius stipatores uenereos secum habebat, ducebat eos circum ciuitates. Idem pro lege Agraria: Ianitores ex equestri loco ducẽtos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Huc pertinet locus Herodiani, qui est lib. 8. loquentis de Maximini Thracis imperio: Ipse in planum deductis militibus, iubet armatorũ acies quadrato agmine incedere, ut ab ijs quamplurimũ campi occuparetur: cunctisq; in mediũ coactis impedimentis, ipse cum suis stipatoribus ueluti subsidio sequebatur, alijs utrinq; discurrentibus cataphractorum equitum. Meminit huius generis satellitum & Ælius Lampridius in historia Alexandri Seueri: Deniq; etiam signa stipatores, & hi qui imperatorem circumdederant, in castra retulerũt. Arma collecta populus ad palatium tulit. Huc alludit non semel & Iulius Capitolinus, insignis in re Romana historicus, cum Gordiani res gestas explicaret: Literarũ exemplum tale Iunius Cordus dicit: Referet ad te stipator meus Tyrãnius, quæ gesta cognoui uel in Africa, uel Romæ. Referet, quæ sint militũ mentes. Idem in Maximinis: Post

hoc ex

A hoc ex equo Seuerus descendit, & recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari iussit. tum ille more solito septem fortissimos, uno sudore uicit: solusque omnium à Seuero, post argentea præmia, torque aureo donatus est, iussusque inter stipatores corporis sui semper in aula consistere. Sic Trebellius Pollio in serie epistolæ, quam Claudius Augustus Regillano Illyrici duci scripserat: Pertulerunt (inquit) ad me Bonitus & Celsus, stipatores principis nostri, qualis apud Scupos pugnando fueris, quot uno die prælia, & quanta celeritate confeceris. Meminit huius generis satellitum & Marcellinus libro XXIIII: Ex quibus duo (ait) conspectiorem habitu principem gladijs petiere districtis. Sed occurrit ictibus erectum latius scutum, quo contectus magna elataque fiducia unius lateri ferrum infixit: alterum stipatores multiplicatis ictibus occiderunt. Idem libro uigesimo (ubi & apertè stipatores alios ab apparitoribus fuisse aduertitur) Præfectos prætorio æquitate & meritis uotis tua nobis dabit Clementia: residuos ordinarios iudices, militiæque moderatores, promouendos arbitrio meo concedi est consentaneum, itidemque stipatores. Stultum enim, cum antè caueri possit ne fiat, ad latus Imperatoris adsciscí, quorum mores ignorantur, & uoluntates. Denique satellites fuisse, qui & stipatores, ex his T. Liuij uerbis secũdo ab Vrbe aduertitur: Quum concursu ante clamorem facto comprehensum regij satellites retraxissent ad tribunal regis. Plinius lib. XII: Sed præter hos, & custodes, satellitesque & ostiarij, & ministri populariter. LICTORES, alios extitisse cùm ab apparitoribus, tum à stipatoribus, eo quòd lictores de sontibus etiam supplicium sumebant, ut hodie carnifices solent, ex hoc loco T. Liuij lib. 5. Deca. tertiæ aduertitur: Et Fuluius id ita esse ratus, acceptas literas, neque resolutas, cum primò reposuisset,

Satellites & stipatores ijdem.

Lictores qui fuerint.

B præconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet. Ita de his quoque qui Calibus erant, sumptum supplicium. Et iterum: Missique lictores ad sumendum suppliciũ, nudatos uirgis cædunt, securique percutiunt. Plautus in Asinaria: Vbi sæpe ad langorem tua duritia, dederis octo ualidos lictores ulmeis affectos lentis uirgis.

Hinc est quòd lictores fasces ferebant, stipatores uerò hastulas. Erant autem in fascibus uimineæ uirgæ securi coniunctæ, & in unum fasciculum colligatæ: quem quoties iussi erant, soluebant, & uirgas expediebant, securique utebantur. Quare non ineptè à ueteri uerbo Licio, hi nomenclaturam acceperant. Erant autem lictorum discrimina penes eos quos sequebantur, uidelicet Consulares, Proconsulares, prætorij, paludati & laureati. Consulem quidem lictores duodecim præcedebant, Proconsulem sex, & Legatum quatuor. Vnde Herodianus lib. 7. historiæ suæ: Verùm (ne quid magis ridiculum dixerim) Carthaginenses insaniunt, atque sene infelicissimo & extremo iam ætatis delirante, dubium suaso an coacto, quasi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu, quum apud eos Proconsulis ministerio lictores satisfaciant. Porrò prætorem duo saltem lictores, uti & præsidem prouinciæ, præcedebant, sed sine fascibus. Meminit Cicero libro II. de lege Agraria: Deinde ibant lictores non cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. Huc pertinet & illud Plautinum in Epid. Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum. Hic notandum est, Consules Romanos lictores per uices mutuò usurpasse, ut quisque duodecim semper haberet. Id qđ sumitur ex hoc loco Liuij, qui est lib. 8. Decad. 1. Et postque senatus finire imperiũ consulibus cupiens, Dictatorẽ aduersus rebellantes Latinos dici iussit, Aemilius, cuius tùm fasces erant, collegam Dictatorem dixit. Pertinet ad hanc tractationem, ut quod lictorum officium fuerit explicemus. Erat autẽ non solùm, preferre fasces, & supplicium sumere de sontibus: uerùm etiam, in incessu Dictatoris Consulum Proconsulumque turbam submouere, uulgò dicimus Ein platz machen. Meminit

Quare lictores fasces ferebant apud Romanos.

Lictores unde dicti.

Lictores proconsulares.

Lictores prætorij.

Lictorum officium.

minit Liuius libro 8. Decadis primæ: Vocato extemplò senatu, cùm maximè conquereretur apud Patres uim atque iniuriam Dictatoris, repentè strepitus ante curiam lictorum submouentium auditur, & ipse infensus aderat. Idem lib. 9. Solennibusque Senatusconsulti perlectis, de pace Candina retulerunt, & Publius, penes quem fasces erant, &c. Huc alludit & T. Liuius lib. 3. Decadis tertiæ: Lætoque iuueni promissis, equum eximium dono dat, bigatosque quingentos Quæstorē numerare iubet: lictoribus imperat, ut eum se adire quoties uelit patiantur. Ex quibus apparet, lictores custodiam etiam corporis, ac prætorij in castris curam habuisse. A

Lictores paludati. Sequuntur PALUDATI LICTORES, qui cum Consulibus uel Proconsulib. prætoribusque paludatis ex more in prouincias exibant. De quibus T. Liuius lib. 1. Decad. quintæ: Qui cum milites consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent, cum is more maiorum secundum uota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus ab urbe esset, furens ira, uocatum qui pro Quæstore Manlij erat, catenas poposcit, uinctos se Iunium Manliumque minitans, Romā missurum. Et iterum libro quinto Decadis eiusdem: Consul proficiscens, Prætorum paludatis lictoribus, in prouinciam, & ad eosdem deos quibus uota nuncupauit, merita dona populi Rom. traducit. *Laureati lictores.* LAUREATI LICTORES in uictorijs memoria dignis Consulem, Proconsulem, Prætorem aut Legatum præcedebant, cum fascibus lauro cinctis. De quibus Cicero ad Atticū lib. 7. Subitò consiliū capit, ut antequam luceret exirent, ne qui conspectus fieret, aut sermo lictoribus, præsertim laureatis. Huc alludit Cor. Tacitus lib. 13: Nero quo componeret diuersos, sic euulgari iusserat, ob res à Quadrato & Corbulone prosperè gestas, laurū fascibus imperatorijs addi. Cæsar lib. 3. Cōment. ciuilis belli: Sed neque in literis quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia lauri prætulit. Capitolinus in Maximo, cum de Gordiani inauguratione tractat: Et appellatus ab omnibus Afris Augustus, cum filio, apud oppidum Tisdrum, inde Carthaginem uenit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. Huc pertinet & carmen illud Claudiani, in quartum consulatum Honorij: B

Iam trabeam Bellona gerit, parmamque remouit,
Et galeam, sacras humeris uectura curules:
Nec te lauriger as pudeat Gradiue secures
Pacata gestare manu. ——

Mos lictorum, cum Consules præcedebant. Non possum hic silentio transire consuetudinē, cuius meminit T. Liuius lib. 6. Deca. 1. qui ingredientes ante Consulem aut Prętorem, Proconsulemque, lictores, uirga percutere solitos limen domus testatur. Erat illud insigne, ac instar magnificentiæ cuiusdam. Verba Liuij hæc sunt: Fortè ita incidit, ut in Serui Sulpitij Tribuni militum domo sorores Fabiæ, cum inter se, ut fit, sermonibus tempus tererent: lictor Sulpitij, cum is de foro se domum reciperet, forē, ut mos est, uirga percuteret. Cum ad id moris, eius insueta expauisset minor Fabia, risu sorori fuit, miranti ignorare id sororem. *Viatores.* VIATORES, medij erāt inter lictores & stipatores. non enim fasces gerebant, ut lictores: nec spicula, ut stipatores: sed uarijs armis instructi, ad custodiam ex prouincijs pro rei necessitate accersebantur. Vnde à uia, qua insistebant, & procedebant ad magistratus, uiatores nuncupabantur. Vnde Columella in Præfatione: Illis temporibus (inquit) proceres ciuitatis in agris morabantur, & cūm consilium publicum desiderabatur, à uillis accersebantur ad senatum: ex quo, qui eos uocabant, uiatores nominati sunt. Subscribit Cicero in Catone: A' uilla ad senatum accersebantur Curius & cæteri senes, ex quo qui eos accersebant, uiatores nominati sunt. Liuius octauo ab Vrbe: Quibus in forum delatis, &

A tis, & ad uiginti matronis, apud quas deprehensa erat, per uiatorē accitis. Idem lib. 2. Dec. tertiæ: Ipse uia Flaminia profectus obuiam Consuli, exercituiq́;, quum ad Tibrim circa Otriculū prospexisset agmen, Consulemq́; cum equitibus ad se progredientē, uiatorem misit qui Consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad Consulem ueniret. Plinius libro 15. uidetur confundere uiatores cum lictoribus: Virgæ quoq; eius gestatæ uiatori prosunt, in longo itinere pediti. Sic Liuius lib. 6. Decadis primæ, uiatores etiam comprehendisse tradit, cum ait: Negantē arbitrio inimicorum se locuturum, in uincula duci iussit, acceptus à uiatore: Iupiter, inquit, optime maxime, Iunoq́; regina, &c. Et sic intelliguntur loca poetarum: Vergilij quarto Georgicorum, Viatores alij ab lictorib.

Quum uenit, & terram sicco spuit ore uiator.

Ouidij tertio Amorum:

—Cautus præcingitur ense uiator.

Porrò uiatores omnes magistratus habebant, utpote famulos, quorū ministerio in mittendo utebantur, ut hæ duæ inscriptiones testantur:

Romæ:

Q. LVCRETIO Q. L. GEMELLO VIATORI QVAESTOR. AB AERARIO Q. LVCRETIVS Q. L. CHRESTVS VIATOR QVAESTORIS AB AERARIO PATRONO F.

Romæ in ædibus Prosperi de S. cruce:

T. CLAVDIO ONESSIMO VIATORI COLLEGII MAGNI CLE. Z. MIRNA CONIVX.

Sic & Consules, ultra lictores, uiatores habuisse, testatur Liuius lib. 8. Deca. 1. Quibus in forum delatis, & ad uiginti matronis apud quas deprehensa erat, per B uiatorē accitis, &c. loquitur autē de Consulibus ueneficia inquirentibus. His suffragatur & A. Gellius lib. 12. Noct. Atticarum, cap. 3. Valgius Ruffus (scribit) in secundo librorū quos inscripsit de Rebus per epistolam quæsitis, lictorem dicit à ligando appellatū esse: quòd cum magistratus pop. Romani uirgis quempiā uerberari iussissent, crura eius & manus ligari uinciriq́; à uiatore solita sint. Isq́; qui ex collegio uiatorū officiū ligādi haberet, Lictor sit appellatus. Vtiturq́; ad eam rem testimonio M. Tullij, uerbaq́; eius refert ex oratione quę dicta est pro C. Rabirio: Lictor, inquit, colliga manus. Hæc ita Valgius: & nos sanè cum illo sentimus.

ARMIGERI, qui sequebantur Præfectum, Præsidemq́;, eorumq́; gladios uel pila, aliáue tela gerebāt. Erantq́; hi in omnibus militaribus muneribus: durantq́; in hanc usq; diem, quanq; magna ex parte pueri, hastasq́; dominorū suorum gestantes ante aciem, cum ducibus pręcedētes. De quibus Cicero pro Domo sua: Quid est Sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis? Sic Plinius lib. 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum festinantē, & ei galeam poscenti armigerum porrigentē. Meminit & Liuius lib. 2. Deca. tertiæ: Subditisq́; calcarib. equo, per confertissimā hostium turbam impetum facit: obtruncatoq́; prius armigero, qui se infesto uenienti obiecerat, Consulem lancea transfixit. Ex quo apparet, & Consules & Prætores armigeros sequētes habuisse, præter apparitores, stipatores & lictores. Marcellinus lib. 24: Statimq́; diuersorum missilium nube exagitatus, oppetijsset tormento murali, ni uulnerato armigero, qui lateri eius hærebat, & ipse scutorum densitate contectus, euitato magno discrimine discessisset. Huc alludit Maro poeta libro secundo Æneidos: Armigeri.

—Et equorum agitator Achillis

Armiger Automedon.—

CAP. V. DE PROVINCIARVM DISCRIMINE, earum quæ sub Prætorio erant constitutæ. A



ROMOTIS limitibus, & eorũ formula facta, prætorijsq; ibidẽ cõstitutis, atq; suis ministerijs (uti diximus) firmatis, cũ regiones sub his constitutæ, & iam in prouinciarũ formã redactæ, nõ omnes nobilitate & magnitudine, prouentuũq; ubertate essent æquales, sed ex alijs plus reditus, ex alijs minus: item ex alijs metalla, ut Macedonia: ex alijs aurũ & argentũ, ut ex Hispania & Dacia: ex alijs rursus salis uectigal, ut ex Pæonia: uiniq; magnũ prouentum ex alijs, ut Illyrico haberent: ex Aegypto deniq; frumentũ, stuppam, Romani, & linum colligerẽt: factum est propterea, ut nõ eosdem Pręfectos omnes, eiusdemq; dignitatis nanciscerentur: sed ijs quidem procoss. illis prætores pręessent: alijs præterea Consulares, quęstores, & id genus præsides. Cæterùm ad prouinciarum discrimen, & earum prouentũ, quem quæque Romano populo dabant, alludit hoc carmine Claudianus in laudem Serenæ Stiliconis uxoris exarato:

Quæ quibus prouentib. prouinciæ Romanum Imperium iuuerunt.

Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, uarios aptantur in usus
Imperij. Phariæ segetes, & Punica messis,
Castrorum deuota cibo: dat Gallia robur
Militis: Illyricis sudant equitatibus alæ.
Sola nouum Latijs uectigal Iberia rebus
Contulit, Augustos: fruges, æraria, miles
Vndique conueniunt, totoq; ex orbe leguntur. B

Et rursus in Panegyri secunda in laudes Stiliconis:

Restituit terras, & opacum uitibus Istrum
Conserit, & patrium uectigal soluere gaudet. Et iterum:
Inq; suos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

Prouinciarum discrimina.

Atq; hæc de discrimine prouinciarũ, q̃d præsidũ quoq; discrimen fecit, ut diximus, ut aliæ essent prouinciæ proconsulares, consulares aliæ, prætorianæ & quęstoriæ. Accesserũt mox & aliæ differentiæ, quæ partim à præsidiario exercitu, partim sumebant ab alijs euentib. Ita nimirũ prouinciæ classicæ, prouincię regiæ siue dynasticæ, prouinciæ liberæ, prouinciæ extraordinariæ, prouinciæ extra sortẽ, distinctę scilicet Romanis fuerũt. Cuius quidem rei paulo altius repetenda nobis sunt exordia. Ac primã quidem distinctionẽ ante constitutũ adhuc imperiũ reperio, qua in urbanam & peregrinas prouinciæ secabantur, erantq; ambæ tum prætoriæ. Cuius rei meminit T. Liuius lib. 7. Decad. tertiæ: Cæteræ prouinciæ ita diuisæ prætoribus, P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo peregrinæ, & quò Senatus cẽsuisset: S. Iulio Cæsari Sicilia, Q. Claudio Flaminio Tarentum. Idem lib. 5. Decad. quintæ: His prętoribus duæ urbanæ prouinciæ sunt decretæ, duæ Hispaniæ, Sicilia ac Sardinia.

Prouinciæ urbana & peregrinæ.

Secunda diuisio prouinciarũ facta est, & ipsa ante Imperium cõstitutum, qua prouinciæ scilicet in Consulares, Prætorias, classicas, & extra sortem prouincias diuidebãtur. Hinc Cæsar libro primo Ciuilis belli: Prouinciæ priuatis decernuntur, duæ cõsulares, reliquæ prætoriæ. Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia. Philippus & Marcellus priuato consilio prætereuntur. neq; eorum sortes dejciũtur, in reliquas prouincias prætores mittuntur. Porrò prætorias prouincias enumerans Liuius libro quinto Decadis quintæ: Prætorum (inquit) sortes fuere, Q. Casfij urbana, M. Iuuencæ Taluæ inter pere-

Prouinciæ cõsulares, prætoriæ & classicæ

A ter peregrinos, T. Claudij Sicilia, Cnei Fuluij Hispania citerior, C. Licinij Neruæ ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obuenerat. Et adijciens Illyricũ etiam & Macedoniam, prætorias fuisse significat: Q. Aelio, M. Iunio Coss. de prouincijs referentibus, censuere patres duas prouincias Hispaniam rursus fieri, quæ una per bellum Macedonicum fuerat. Et sequitur (ut quæ prouinciæ tum Consulares extiterint, sciamus:) Consulibus, ait, Pisæ & Gallia decretæ sunt, cum binis legionibus peditum, & equitum quadringentis. Et Galliam fuisse consularem prouinciam, antequam limite ad Rhenum constituto, præfectura in eo prætoriana fuisset suscitata, sequentia Liuij uerba ostendunt: Moniti dein Consules à patribus, ut quoniam alterum ex his succedere C. Licinio, qui Legatus nominatus erat, in Galliam oporteret, primo quoque tempore prouincias aut compararent inter se, aut sortirentur. Sortiti sunt, M. Iunio Pisæ obuenerunt (quem, priusquã in prouinciam iret, legationes quæ undique Romam gratulatum conuenerunt, introducere in Senatum placuit) Q. Aelio Gallia. Sic libro primo eiusdem Decadis: Inde Consules Prætoresq; prouincias sortiti, Pisæ Cneio Cornelio, Ligures Petilio obuenerunt. Prætores, L. Papirius urbanam, M. Ebutius inter peregrinos sortiti sunt. Ex quibus apparet, tres tum consulares prouincias extitisse, uidelicet Galliam, Liguriam, & Pisanam in Italia. Porrò hic notandum est, alias fuisse consulares proconsularesq; prouincias ante constitutum Imperiũ, dum adhuc Senatus in eas mitteret præsides: alias rursus iam constituto Imperio, quum præficiendi ius ad se Augusti traxissent. Appellabantur enim Cõsulares tum prouinciæ, quas Consules actu administrabãt, urgente belli summa necessitate. Quales fuisse finito bello Macedonico, Pisanam, Liguriam & Galliam, puta Cisalpinam, ex Liuio iam antè ostendimus: & quales fuisse in secundo Punico bello Bru- *Consulares & procoss. prouinciæ duplices.*
B tios & Campaniam, ex eodem autore apparet. De quibus idem libro primo Decadis quintæ: Numisio (inquit) Sicilia, Mumio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem prouincia consularis facta, Gracchus eam sortitur. Atq; tales fuerunt consulares prouinciæ ante constitutum Imperium. posterius uerò, cum Augusti iam cœpissent rerum summam tenere, prouinciæ Consulares nuncupatæ fuerunt, quæ semper à Consularibus uiris regebantur: hoc est, qui aut Consules aliquando fuerant, aut ab Augustis ornamentis consularibus erant ob merita decorati: quemadmodum Corn. Tacitus libro 1 & 22 historiæ Augustæ: Achaiam proconsularem, Macedoniam uerò consularem recenset. Et quemadmodũ Tranquillus in Vespasiano, Syriam consularem, Ciliciam uerò proconsularem appellat. Et ueluti rursus Sextus Ruffus, cum sex Africæ prouincias enumerasset, in his unam cõsularem, puta Carthaginensem, appellat. Similiter & Codex ꝑfect. qui est sub Honorio ex formula limitum scriptus, cum multas per Orientem prouincias recensuisset, Consulares nominat, Syriam, Ciliciam, Phœnicen, Cyprum, & Palæstinæ regiones quinq;. Ita per Asiam minorem, multis nominatis, tres duntaxat, Pamphiliam, Lydiam, & Hellespõtum, Consulares uidetur uocare. Eadem ratione per Pontũ duas, Bithyniam & Galatiam: per Thraciæ prouincias, duas: per Illyricum deniq; quatuor consulares distinguit, uidelicet Macedoniam, Pannoniam superiorem, Daciam mediterraneam, & Cretam. Haud aliter & Dion Cassius in Hadriano Cõsulares correctores factos in Italia quatuor ab Hadriano refert, Thusciæ, Lucaniæ, Campaniæ & Vmbriæ. Huc pertinet & quod Tacitus scribit libro secundo: Tum leuari idem in tempus tributis, mittiq; ex Senatu placuit, qui præsentia spectaret, referrétque. Delectus est Marcus Aletus ex prætorijs, ne Consulari obtinente Asiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Et iterũm lib. 5: Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore

defuncto recitantur Cæsaris literæ, quibus incusabat egregium quemq;, & regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus, seq; ea necessitudine ad preces cogi, per quas consulariũ aliqui capessere prouincias adigerent. Eadem fuit in proconsulibus utriusq; reipub. uarietas. nam primis temporibus dum adhuc senatus daret præfectos regionibus, Proconsulares prouinciæ appellabant omnes, in quascunq; exacto consulatu iam exconsules mittebantur. Qualis fuit & in Hispania & in Africa Scipio Africanus, & paulo antè in Hispanijs pater illius & patruus. qualis præterea in Asiam posterius missus erat L. Scipio Africani frater. Et fuit quidem semper Hispania ante constitutum adhuc Imperium, Consularis prouincia. Vnde Titus Liuius libro quinto Decadis quintæ: Prætores ambo in eadem uerba iurarunt, M. Titinius & T. Fonteius Procoss. manere cum eodem imperij iure in Hispania iussi. Et iterum lib. nono Decadis quartæ: L. Manlius proconsul ex Hispania redierat. cui postulanti ab senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. Cæterùm ex eodem autore liquet, eodemq; tempore, fortè Hispaniarum alteram prætoriam fuisse. Vnde proximè citato loco Liuius: Sub hunc nuncium (inquit) ex Tigustinis uulgatum, literæ ex Hispania mistam gaudio tristitiam afferentes, recitatæ sunt. C. Catinius, qui biennio antè prætor in eam prouinciam profectus erat, cum Lusitanis in agro Astensi signis collatis pugnauit. Sic & Cor. Tacitus libro quarto historiæ Augustæ: Iisdem consulibus facinus atrox in citeriore Hispania admissum à quodam agresti nationis Thermestinæ. Is prætorem prouinciæ L. Pisonem, pace incuriosum, ex improuiso in itinere adortus, uno uulnere in mortem affecit. Idem tamen rursus eodem libro, proconsulis Hispaniæ meminit ita scribens: Et Vibius Serenus proconsule ulterioris Hispaniæ de republica damnatus, ob atrocitatem temporum in insulam Amorgum deportatur. Et ne aliquis dubitet etiam de citeriore Hispania, ubi prætorem locat Tacitus, idem autor libro decimoseptimo pariter proconsulem describit his uerbis: Dum uigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit Proconsul, Africam moderatè iam senior, citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit. Ita nimirum Cæsar in Sicilia nunc Prætoris, nunc Proconsulis meminit, quippe lib. 5. Ciuilis belli ita nominatim scribit: Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit. Et iterum eodem libro: Allienus interim proconsul è Lilybæo in naues onerarias imponit legiones. Sic quoq; in Pannonia nunc quidem Proconsulis, nunc uerò Prætoris, Spartianus mentionẽ facit. qui in historia Seueri ita scribit: A Gallis ob seueritatem & honorificentiam & abstinentiam tantum, quantũ nemo, dilectus est: deinde Pannonias proconsulari imperio rexit. Idem in uita Hadriani: Adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum inuitis omnibus, eumq; Ælium Verum Cæsarem appellauit: ob cuius adoptionẽ ludos Circenses dedit, & donatiuũ populo ac militibus expendit: quem prætura honorauit, ac statim Pannonijs imposuit.

Hispania consularis prouincia — *Hispania altera prætoria fuit.* — *Hispania etiã una proconsularis.* — *Germania proconsularis.* — *Sicilia procos. & prætoria.* — *Pannonia procos. & prætoria.*

A — B

Ad eundem modum Achaiæ & Proconsulem & Prætorẽ legimus. Et ut nihil addam de Cęsare, qui lib. 3. Ciuil. belli Rutilij Lupi Achaiæ proconsulis meminit, sanè Cor. Tacitus lib. 1. hist. Aug. Poppei Sabini Achaiæ prætoris, & Antidij Gemini lib. 4. mentionẽ facit, qui tamen libro eodem ita scribit: Achaiam & Macedoniam onera deprecantes, leuari in præsens proconsulari imperio, tradiq; Cæsari placuit. Atq; tales fuerunt ante Imperiũ, imò etiam cõstituto Imperio, qui à senatu dabantur Proconsules. Atqui posterius, quũ Augusti prætoria noua in limitibus constituissent, & prouincias ibidẽ, utpote hostibus propiores, administrandas desumpsissent: Proconsules nõ hi duntaxat dici cœpti sunt, qui excõsules iam in annũ prouincias gubernare, autoritate senatus, missa sorte & uotis nũcupatis,

Achaia procõsularis & prætoria.

erant

A erant adgreſsi: uerū eſſe iam tum & Proconſulare imperiū titulariū cœpit, ut proximo capite fuſius dicetur. Et ſic erūt procōſulares poſtea factæ prouinciæ, uidelicet quibus ſemper, aut maiore ex parte Auguſti ſenatores proconſularibus ornamentis decoratos præficere cōſueuerāt. Quales celebrant autoribus præcipuè inclinantis Imperij, prouincia Carthaginēſis & Mauritania in Africa, Syria, Cilicia, & Bithynia: in Aſia ac orientis limite, Achaia, Macedonia, Creta, & Dacia alpeſtris in orientalis Illyrici prætorio. præterea Pannonia inferior, Rhœtia, Thuſcia & Vmbria in prætorio Italico: & in limite Gallicano, utraq; Germania, & Belgicæ. Id quod non ſolum ex Codice præfect. ſed ex autoribus paſsim qui claſsici in hiſtorijs habent, licet deprehendere: quemadmodū proximo à nobis cap. ad fidē rerum prolixius dicetur. Hinc eſt quòd Appianus Alexādrinus lib. 1. Ciuilis belli, Italiæ proconſulum mentionē facit: Ex his quidam (inquit) quū adoleſcentē ex Aſculi urbe obſidem datum, & ad aliam delatū urbem intueretur, ſtatim Seruilio procōſuli circa ea loca præſidenti notū facit. Erant quidē, ut uidetur, Italiæ proconſules per partes præſidentes, quos multo deinde tēpore initiatus Hadrianus, cum priuatus extitiſſet, Romanis innouare ſtuduit: qui ordo poſt illū breui permanſit. Atq; hæc de Conſularib. & proconſularib. prouincijs nondū cōſtituto Imperio: quo tempore plures etiā prætoriæ prouinciæ fuerūt, quę poſtea magna ex parte in præſidiales ſunt mutatæ, cum iam Prætoris dignitas inaucta, ad multarum prouinciarum gubernacula fuiſſet extracta. Porrò prętorias prouincias has ferè in hiſtorijs primorū temporum obſeruauimus. In Oriente quidem, Syriā alteram & Comagenam: in Africa, Libyam, & Mauritaniam alteram. In Italia porrò Hetruriam, Apuliam, Tarentinorū regionem, & oram Italiæ prope Genuam: In Illyrico orientali, Theſſaliam & Mœſiam: ad Hiſtrum, Pannoniam alteram, B Rhœtiā alteram: ad Rhenum deniq;, Germaniam alteram, Lugdunenſem & Britanniam. Quibus, ex inſulis, Sicilia ac Sardinia adijciuntur. Quæ ne ex uano hauſta quiſpiam ſuſpicetur, autorum claſsicorum locis ordine corroborabimus.

Prouinciæ proconſulares conſtituto Imperio.

Prouinciarum prætoriarū catalogus.

SYRIAM ſuperiorem itaq; fuiſſe prætoriam prouinciam ante & poſt conſtitutum Imperium, antequam Auguſti ius conſtituendi præfectos omnino adhuc ad ſe traxiſſent, teſtatur Appianus Alex. libro quarto Ciuilis belli: Cæſari quoque ad inuicē per mare copias tranſuexit. Ac Syriæ prætor electus ſub Antonio prouinciæ præfuit, in eaq; deceſsit. Et iterum lib. 5. Pompeio deinde Syriam Romanis uendicante, & Scaurum prætorem in eo ſtatuente, ſenatus poſt Scaurū Prætores alios conſtituit, & Gabinium, qui Alexandrinos bello adgreſſus eſt, impoſuit: Gabinij diſceſſu, Craſſus ei prouinciæ præfuit, qui habito cum Parthis prælio uita exceſsit. Hunc Bibulus prætor inſecutus eſt. Huc pertinet & illud Taciti lib. quinto: Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto, recitantur Cæſaris literæ. COMAGENENSEM, quæ & Auguſtofretenſis, & Auguſtanica ſiue Sebaſtica barbaris nominabatur, prætoriam ſimiliter extitiſſe prouinciā, docet idem Tacitus lib. hiſtoriæ 2. At Cappadoces in formā prouinciæ redacti, Q. Neranium legatum accepere, & quædam ex regijs tributis diminuta, quo mitius Romanum Imperium ſperaretur. Comagenis Q. Serucius, tum primū ad ius prætoris translatis, datus eſt: cunctaq; ſocialia proſperè compoſita, nō ideo lætū habebant Germanicum ob ſuperbiam Piſonis (loquitur autē ibi de imperio Tiberij.) Sic Libyam in Africa prouinciam & ipſam prætoriam extitiſſe, coarguit locus Appiani Alexandrini libro tertio belli Ciuilis: Clàm itaque ad Brutum & Caſsium, à ſe ipſis, Lucium & Panſam, ueluti ad ſpectaculum in Græciam proficiſcentes miſerant, poſcentes, ut quoad liceret, ex tribus legionibus duas quas Sextius agebat, & tertiam Cornificio ab eo dari poſtularent, alterius Libyæ

Syria prætoria prouincia.

Comagenenſis prouincia prætoria.

Libya prætoria prouincia.

Libyæ prætori, & qui senatui obsequebatur. Idem libro secundo belli Ciuilis, A
Mauritania prætoria altera. præturæ MAVRITANIAE alterius, fortè Stifensis, mentionem facit. nam Cæsariensis & Turgitana à Proconsule moderabantur. Verba Appiani sic habent: Cæsar Iubæ regnum Romanis sub tributo contulit, cui Crispus Salustius pro prætore fuit. *Hispania citerior prætoria.* HISPANIAM CITERIOREM fuisse prætoriam, quum ulterior proconsularis esset, patet ex his uerbis Liuij libro quinto Decadis quintæ: Prætorũ sortes fuere, Q. Cassij urbana, M. Iuuencæ Taluæ inter peregrinos, T. Claudij Neronis Sicilia, Cnei Fuluij Hispania citerior. Subscribit Cor. Tacitus lib. quarto: Iisdem Consulibus facinus atrox in citeriore Hispania admissum, à quodam agreste nationis Termestinæ. is prætorem prouinciæ L. Pisonem, pace incuriosum, ex improuiso in itinere adortus, uno uulnere in mortẽ affecit. *Achaiæ prætura.* De prætura ACHAIAE alterius scribit Cor. Tacitus libro quarto: Idem regis Antigoni, idem Imperatoris Mumij iudicium. Sic Milesios permisso publicè arbitrio, postremò Antidium Geminum prætorem Achaiæ decreuisse. Fuit & THESSALIA prouincia prætoria, ut Cæsar libro tertio belli Ciuilis scribit: Itaq; Androsthenes prętor Thessaliæ, quum se uictoriæ Pompeij comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris in rebus aduersis, omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorũ in oppidum cogit. *Mœsia prætoria.* DE MOESIAE prætura extat locus apud Tacitum libro uigesimo historiæ Aug. Eas literas Latinius Pandus proprætor Mœsiæ, cum militibus, queis Cotyis traderetur, in Thraciam misit. Et iterum libro quarto: At Sabinus donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo è Mœsia prætor cum legione. Huc pertinet & ista inscriptio:

T. PLAVTIO M. F. A. N. SYLVANO AELIANO PONTIF. SODAL. AVG. IIIVIR. A. A. A. F. F. Q. T. CAES. LEGAT. LEGIONIS V. IN GERMANIAM PRAET. VRB. LEGATO ET COMITI CLAVDII CAES. IN BRITANNIA COS. PROCOS. PROPRAETOR MOESIAE. B

Dacia Ripensis prætoria. Præterea fuisse & Daciæ alteram, uidelicet ripensem, prætoriam prouinciam, cùm ex illo loco Ælij Spartiani in Hadriano animaduertitur: Romam uenit, Dacia Turboni credita titulo Ægyptiacæ præturæ, quo plus autoritatis haberet. tum uerò potissimum hæc coarguit inscriptio, intra Daciæ ueteris fines apud Transyluanos eruta:

I. O. M.
ROMVLO PARENTI, MARTI AVXILIATORI, FELICIB. AVSPICIIS CAESARIS DIVI NERVAE TRAIANI AVG. CONDITA COLONIA DACICA SARMIZ PER. M. SCAVRIANVM EIVS PROPRAETOREM.

Rhœtia secunda prætoria. Inuenio & RHOETIAM SECVNDAM, quæ & Vindelicia, prætoriã fuisse, quo hodie tractu Bauariæ ducatus extenditur, ut docet fragmentũ Vellej à nobis repertum: Dum hæc circa Rhenũ geruntur, in Noricorum finib. graue uulnus Ro. populus accipit. Nam Germanorũ gentes quæ Rhœtias occupauerant, non longè ab alpibus, tractu pari patentibus campis, ubi duo rapidissimi amnes inter se confluunt, in ipsis Norici finibus, ciuitatem non quidem muro, sed uallo fossáque cinxerunt, quam appellabant Cisara, ex nomine deæ Cisæ, quam religiosissimè colebant: cuius templum quoque ex lignis barbarico ritu constructum, postquam eò colonia Romana deducta est, inuiolatum permansit: ac ue-

A ac uetustate collapsum, nomen colli seruauit. Hanc urbem Annius prætor ad arcendas barbarorũ excursiones Cal. Sextilib. exercitu circumuenit. Ad meridianam oppidi partẽ, quæ sola à cõtinenti erat, prætor ipse cum legione Martia operosissimè cõmuniuit. Sic Cor. Tacitus lib. 30. Infesta Rhœtia, cui Portius Septimius prætor erat, incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cum ala Auriana & octo cohortibus ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rhœtos Noricosq́ꝫ interfluit, missus est. Quæ omnia de Vindelicia, hoc est secunda Rhœtia intelligenda sunt, quæ uidelicet Norico ac Oeno flumini proxima est. Cæterùm in monumentis Celeiæ Styriæ erutis, fit mentio Proconsulatus Rhœtiæ, fortè primæ Rhœtiæ, quæ magna ex parte eisdem auspicijs cum Germania & Mauritania administrabatur. Hinc Taciti est illud libro decimoseptimo: Africa ac legiones in ea interfecto Clodio Macro, contentæ qualicunqꝫ principe, post experimentum dominij minoris. Duæ Mauritaniæ, Rhœtia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur. Et iterum libro XVIII: Accessere partibus, Valerius Asiaticus Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum asciuit: & Iunius Blesus, Lugdunensis Galliæ rector, cum Italica legione, & ala Auriana Lugdunum tendentibus: nec in Rhœticis copijs mora, quo minus statim iungerentur. Quare credendum est, Proconsularem posterius factam fuisse Rhœtiam, quòd eisdem auspicijs & sub eodem prętorio cum Mauritania consulari regeretur. Atque idcirco in monumentis Celeianis proconsulatus isti iunguntur, quorum unum sic habet: Tito Vario Clementi præt. prouinciarum Belgicæ Germaniæ superioris, Germaniæ inferioris, Rhœtiæ, Mauritaniæ Cæsariensis. Vel dicendum est cum Iureconsultis, Prætores uocatos fuisse etiam Proconsules: ut habetur in l. patri pro filio. §. 1. ff. de minoribus. Et in l. in hæredem, ff. de dolo malo. & in l. secunda. §. deinde cum placuisset. uers. cumq́ꝫ Consules auocarentur. Cæterùm huius præturæ Rhœtiarum meminere ijdem Iureconsulti in l. Riuall. libro histor. Iuris ciuilis secundo. Traditur enim P. Ælius Pertinax, qui postea ad Imperium peruenit, sub Marco Rhœtias habuisse ex prætura. Ad hæc, cum Germania superior & inferior Proconsules habuerint: reperitur tamen, Germaniam secundam, minorem scilicet, quę à Moguntiaco iuxta Rheni ripam proxima Galliæ Rauracos usqꝫ extenditur, prouinciam prætoriam extitisse. Fuerunt & in Italia præturæ, Hetruriæ, Apuliæ, & oræ maritimæ Italiæ, de quibus Titus Liuius libro septimo Decadis quartæ: Prioris anni magistratibus, C. Lelio cum suo exercitu prorogatum in annum imperium: prorogatum & P. Iunio proprętori in Hetruria cum eo exercitu, qui in prouincia esset: & M. Tuccio proprætori in Brutijs & Apulia. Idem libro quinto Decadis tertiæ: Sed prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusq́ꝫ opprimendi occasionem imminebat. Cneum Fuluium Prætorem Apuli legati nunciabant primò, dum urbes quasdam Apulorum, quæ ad Hannibalem defecissent, oppugnaret. Et iterum libro septimo Decadis tertiæ: Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Hetruriæ defectione fuit. principium eius rei ab Aretinis fieri, Caius Calpurnius scripserat, qui eam prouinciam proprætor obtinebat. Et rursus: Cæteræ prouinciæ ita diuisæ Prætoribus, Pub. Licinio Varro urbana, P. Licinio Crasso Pontifici Maximo peregrina, & quò senatus censuisset: Sex. Iulio Cæsari Sicilia, Q. Claudio flamini Tarentum. Prorogatum Imperium in annum est Q. Fuluio Flacco, ut prouinciam Capuam, quæ T. Quintij Prætoris fuerat, cum una legione obtineret. Prorogatum & C. Hostilio Tubulo est, ut proprætor in Hetruriam ad duas legiones succederet. Et rursus eodem libro: Comitijs perfectis, ludisq́ꝫ factis, Dictator & magister

Altera Rhœtia Procos.

Prætura Rhœtia apud Iureconsultos.

B

Germania minor prætoria.

Prætoriæ prouinciæ in Italia.

magister Equitum magistratu abierunt: C. Terentius Varro in Hetruriam Propraetor missus, ut ex ea prouincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret. Idem lib. 9. Decad. 4. Magnus motus seruilis eo anno in Apulia fuit: Tarentū prouinciam L. Posthumius praetor habebat. Deniq; & in maritima Italiae ora Praetoris meminit idem libro eodem his uerbis: Literis de more Propraetoris recitatis, senatus censuit mittendum qui ad Lunae portum C. Calpurinum praetorem consequeretur. Alludit ad Hetruriae praeturam, quae adhuc fuit sub Traiano, Spartianus in Hadriano: In Hetruria (ait) praeturā Imperator egit. His accedunt insulae maris mediterranei, quae omnes pretoriae fuerunt. Et Siciliam quidem Cicero autor est, primū omniū in formam fuisse prouinciae redactam, & praetorem accepisse. Sed libet è multis locis unicū de Siciliae praetura ex T. Liuio afferre, qui est lib. 4. Decad. tertiae: Ex Praetoribus prioris anni, Propraetor Q. Mutius obtineret Sardiniam: M. Valerius ad Brundusium orae maritimae intentus, aduersus omnes motus Philippi Macedonū regis praeesset: P. Cornelio Lentulo praetori Sicilia decreta prouincia, T. Octacilio classis. Et iterū lib. 2. Deca. 3. Aliae insuper ex Sicilia literae allatae sunt à T. Octacilio propraetore, regnum Hieronis classe Punica uastari. Sic lib. 7. eiusdē Decadis: Quod in L. Veturio, idem in Caio Aruncule io decretum ab senatu, latumq; de prorogando Imperio ad populum est, ut Praetor Sardiniā cum duabus legionibus obtineret. Atq; tantū de pretorijs prouincijs, quae nondum constituto Imperio maiori in usu fuerant. Quo tempore & CLASSICAE prouinciae erant insulae ferè omnes, & maritimae partes Italiae, Africaeq; & Graeciae, ad quas uidelicet classes nauiū cum exercitu appellebant, & ad has defendendas urgente necessitate ablegabantur. Vnde T. Liuius lib. 4. Decad. quintae ab initio: Per eos dies & C. Martius Figulus praetor, cui classis prouincia euenerat, Brundusium uenit, simul ex Italia profecti Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniae portū tenuerunt. Et iterum: Praetores, Cn. Bebius urbanam, L. Anitius peregrinam, & si quò senatus censuisset, Cn. Octauius classem. Idem lib. decimo Decadis tertiae: Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui classis prouincia erat, Senatusconsulto intercessit. LIBERAE PROVINCIAE, quae scilicet à tributis fuerant exemptae, quales fuisse legimus Macedoniam & Illyricum maritimū ante constitutū Imperiū, ut est author T. Liuius lib. 5. Decad. quintę: Omniū primū liberos esse placebat Macedonas atq; Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma populi Rom. nō liberis seruitutē, sed cōtrà seruientibus libertatē adferre: & ut in libertate gentes quae essent, tutam eam sibi perpetuamq; sub tutela esse: & quae sub regibus uiuerēt, & in praesens tempus mitiores iustioresq; respectu populi Rom. habere se. Et si quādo bellum cum populo Rom. regibus fuisset suis, exitum eius uictoriam Romanis, sibi libertatē allaturum crederent. Metalli quoq; Macedonici q̄d ingens uectigal erat, locationesq; praediorū rusticorū tolli placebat. Nam neq; sine publicano exerceri posse: & ubi publicanus est, ibi aut ius publicū uanum, aut libertatē socijs nullam esse. Et haec de liberis per tractum Illyrici prouincijs. Fuerūt uerò tales posterius & in Asia constitutae à Traiano, de quibus Dion Cassius in historia Traiani his uerbis meminit: Imò uerò prae taedio bellorum & magnitudine curarum coactus est aliqua parte gētes, quas subegisset, liberas facere. Nam dum & Oceanū nauigat, indeq; remeat, populi ferè omnes qui ad ditionem compulsi fuerant, facilè desciuere.

DYNASTIAE, uel prouinciae regiae, uel à regibus adsertae, ut Mauritaniarū altera à Iuba: uel regibus gubernandae cōmissae, qualis Galilaea in Palaestinis: tales erant itidem Comagenensis, Trachaea, & pars Ciliciae. Meminit Suetonius in Vespasiano: Vbi Trachaeam (inquit) Ciliciam & Comagenensem ditionis regię usq; ad id

Sicilia praetoria.

Vide Liuiū Decad. 3. lib. 3.

Sardinia praetoria.

Fuit etiā Cōsularis, propter belli magnitudinem sub Tib. Sempr. Gracchos. Liu. lib. 1. Decad. 5.

Prouinciae classicae.

Prouinciae liberae.

Prouinciae regiae.

A ad id tempus in prouinciarum formam redegit. Subscribit Eutropius, eandem historiam retexens: Thraciam, inquit, Ciliciam Tracheam, & Commagenem, quæ sub regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit. Sic Aurelius Victor in eadem historia: Syria, Palæstina, nec non Cilicia, Trachea & Commagene, quã Augustofretensem nominamus. Talis nimirum prouincia fuit Asia illa, quam testamento Attalus populo Romano legauerat. Meminere denique huius generis prouinciarum Iureconsulti XII Codicis, de ueste militari, & tit. de diuersis officijs. PROVINCIAE EXTRA ORDINEM, uel quæ adijciebantur alijs per senatum Augustos'ue concessis, uel quas ipsi Proconsules Præfectique sine aliqua autoritate populi senatusque Romani urgente necessitate interim administrandas usurpabant, donec senatus uel Augustorum autoritatem fuissent adepti. Meminit subinde T. Liuius, potissimum libro quarto Decadis tertiæ: Interim prærogatiua suffragiũ init, creatique in ea Consules, Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium, eosdem Consules cæteræ cẽturiæ sine uariatione ulla dixerunt: & Prætor unus refectus, Q. Fuluius Flaccus nonum. alij creati, T. Octacilius Crassus iterũ, Q. Fabius Consulis filius, qui tum Ædilis Curulis erat, P. Cornelius Lentulus. Comitijs Prætorum perfectis, S.C. factum est, ut Q. Fuluio extra ordinem urbana prouincia esset: ijsque potissimum ad bellum profectis, urbi præesset. Et iterum libro sexto Decadis tertiæ: Et Romæ senatui populoque post receptam Capuam, non Italiæ iam maior quàm Hispaniæ cura erat, & exercitum augeri, & Imperatorem mitti placebat: non tamen quem mitterent, satis constabat: quoniam illic duo summi Imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet extraordinaria cura deligendus esset. Huc pertinet & locus ille Taciti: Accusatio tamen apud patres, asseueratio est eadẽ peracta: iurauitque Tiberius, *Prouinciæ extra ordinem.*

B petiturum se uitam quamuis nocenti, nisi uoluntariam mortem properauissent. Bona inter accusatores diuiduntur, & Præturæ extra ordinem datæ his qui Senatorij ordinis erant. Et iterum libro quarto: Censuitque Vibius Marcus, ut M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet. PROVINCIAE EXTRA SORTEM, hoc est, quum nulla sortitio inter Prætores uel Proconsules fieret, & ipsi inter se amicè de suscipiendis prouincijs conuenirent. Quæ sortitio quomodo fieri solita sit, docet Appianus Alex. libro tertio Ciuilis belli, quum altercationem Dolabellę & Antonij pro Syria describeret: Increpante deinde illum senatu, quod à Cæsare decreta dissoluere tentaret, bellum contra Parthos sub Cæsare statutum minimè priuatum esse ait: Cassium Syriæ administratione dignum habitũ, qui Cæsaris acta in primis oppugnaret: fortes preterea plurimis impenderet, qui uigesimum ætatis annum nondum attigissent. Se maximè erubescere, quum Dolabella esset ad Syriæ administrationẽ Cassio minus dignus habitus. Ob hæc senatus Tribunum quendam Aspränam nomine, in creatione pro duobus significantem, iussit illudere, sperãs Antonium ad id quippiam allaturum esse, Consulem existentem, ac signorũ sacerdotem, & iam discordem cum Dolabella habitum. Antonius sortione facta, cum Aspræna duo significari retulisset, idque nefastum esse diceret (quippe mos fuit, alios subinde eligere) iratus Aspręnæ mendacio, tribus de Dolabella sententiam iussit efferre. In hunc modum Dolabella Syriæ præficitur, & belli cõtra Parthos pretor designatur. Huc pertinent loca T. Liuij libro tertio Decadis tertiæ: Prætoresque Fuluius Flaccus, qui antea Consul censorque fuerat, urbanã, M. Valerius Leuinus peregrinam sortem in iurisdictione habuit. Idem libro sexto eiusdem: Postulatũ à Consule est, ut de permutandis prouincijs senatum consulerent. Marcellus, si inauditi à senatu Siculi essent, aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam dicere: nunc, *P. extr. so.*

s ne quis

ne quis timore frenari eos dicere posśit,quo minus de eo liberè querantur, in cu- A
ius poteſtate mox futuri ſint,ſi collegæ nihil interſit, mutare ſe prouinciam paratum eſſe,deprecari ſenatus præiudicium. Nam quum extra ſortem collegæ optionem dare prouinciæ iniquum fuerit,quanto maiorem iniuriam,imò cõtumeliam eſſe,ſortem ſuam ad eum transferri? Et iterum libro octauo eiuſdem: Quartodecimo anno Punici belli, P.Cornelius Scipio, & P.Licinius Craſſus Conſulatum inierunt.nominatæ Conſulibus prouinciæ ſunt:Sicilia Scipioni,extra ſortem concedente collega,qui cura ſacrorum Pontificem Maximum in Italia retinebat. Et iterũ: Tum de republica,de exercitibus ſcribendis,de prouincijs relatum: quum Africam nouam prouinciam extra ſortem P.Scipioni deſtinari, homines fama ferrent. Idem libro ſecundo Decadis V. Inter Conſules magis cauillatio, quàm magna contentio de prouincia fuit. Caſsius ſine ſorte ſe Macedoniam oppugnaturum dicebat,nec poſſe collegam ſaluo iureiurando ſecum ſortiri. Prætorem enim,ne in prouinciam iret,in contentione iuraſſe. Idem libro 8. Decadis quartæ: P.Africanum tantum paternas ſuperaſſe laudes,ut fidem fecerit,nõ ſanguine humano, ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe: L.Scipionem, de quo agatur, ut quæ in Hiſpania,quæ in Africa,cum legatus fratris eſſet,geſsiſſet,prætereantur, Conſulem & ab ſenatu dignum uiſum, cui extra ſortem Aſia prouincia & bellum cum Antiocho rege decerneretur. Præterea meminit eiuſdẽ diſtinctionis generiſq; prouinciarum,pleriſq; in locis Cor. Tacitus,libro decimoquinto:Percrebuerat (ait) ea tempeſtate prauiſsimus mos, quum propinquis comitijs aut ſorte prouinciarum,pleriq; orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios,Præturaſq; & prouincias inter pares ſortiti,ſtatim emitterent manu quos adoptauerant. Et iterum libro uigeſimo huc alludens ſcribit: Cæterùm eo Senatus die, quo de imperio Veſpaſiani cenſebant, placuerat mitti ad Principem legatos. Hinc inter Heluidium & B
Eprium acre iurgium. Priſcus eligi nominatim à magiſtratibus iuratis, Marcellus urnam poſtulabat: quæ conſulis deſignati ſententia fuerat. Sed Marcelli ſtudium proprius rubor excitabat, ne alijs electis poſthabitus crederetur. paulatimq; per altercationem ad continuas & infectas orationes prouecti ſunt,querente Heluidio, Quid ita Marcellus iudicium magiſtratuum paueſceret? Eſſe illi pecuniam & eloquentiam, queis multos anteiret, ni memoria flagitiorum urgeretur:ſorte & urna mores non diſcerni. Atq; hactenus de prouinciarum diſtinctione ante conſtitutũ Imperium. Quo per dictatorem incœpto, & Auguſti fortuna confirmato,quædam in prouinciarũ diſcrimine mutatio acceſsit. Siquidem tum limites conſtituti procul ſunt,quibus ut recentioribus ab Italia, ſimul ut paulatim monarchiæ hi ſpeciem inferrent, ſuas ſibi prouincias quaſdam exemptas ab authoritate Senatus, Cæſares adminiſtrandas retinuere:in quas Prætores, Præfectos prætorio, Præſides de equeſtrium genere, qui nondum etiam Curuli ſediſſent,aut in urbe magiſtratum nullum geſsiſſent,miſerunt:uicinioribus ſcilicet Italiæ urbiq; prouincijs Senatui permiſsis,in quas ipſi non niſi Senatores, & magna ex parte Exconſules & Exprætores dirigebant,& ad minus uiros patricios. Qua de re loca libet quædam ex hiſtoriarum autoribus adferre, quorum Appianus Alex. libro ſecundo belli Ciuilis, de Dictatore Iulio ſic ſcriptum reliquit: Cæſar Romam reuerſus trepidante adhuc populo, neque Senatu aut Conſule illum eligente,ſeipſum Dictatorẽ nominauit. Verùm,ſiue ut inuidiam dilueret,ſiue quod magiſtratu minimè indigeret,per undecim ſolum dies illi præfuit: (ſic enim nonnulli adſerunt)Conſulem ſe in futurum deſignauit, Pompeium quoq; Iſauricum ſibi collegam adſumpſit. Prætores uerò ad prouincias, prout libuit, aut miſit à ſe, aut immutauit. In Hiberia M.Lepidum, in Sicilia Aulum Albinum, in Sardinia

Diſtinctio & adminiſtratio prouinciarum Senatus alia, & Auguſtorũ alia.

Sextum

A Sextum Peduceum delegauit: Galliæ nuper adeptæ Decium Brutum præsidere iussit. Secutus est patris exemplum Octauianus, ut est Tranquillus in eius historia author, his uerbis: Valores, inquit, & quas cuiuis magistratuum imperijs regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: cæteras Proconsulibus sortitò permisit, & tamen nonnullas commutauit. Ad quod & Strabo in fine alludere uidetur, Augustum (scribens) clauso Iano imperium bifariam diuisisse, aliasque sibi retinuisse prouincias, si quæ proximæ barbaris essent: alias populo & Senatui reliquisse, quæ à limitibus distabant, Italiæque & urbi propiores erant, & ad regendum accommodatiores. Ipse in suas (addit) Proconsules, Prætores ac Præsides mittebat: populus item in suas, Consules ire & Imperatores iubebat. Et quia omnibus penè prouincijs, excepta Sardinia & Africa, Augustus morabatur, non mirum, si tot per limitem etiam Illyricanum siue Istri, Pronsulares, Consularesque & Prætoriæ fuerint distinctæ regiones. Inquit enim Tranquillus: Non est, ut opinor, prouincia, excepta duntaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. Eandem rationem administrationis simul cum Imperio & Tiberius postea suscepit, ut est apud Cor. Tacitum libro primo historiæ Augustæ, sub finem: Igitur censuit Asinius Gallus, ut libri Sibyllini adirentur. Renuit Tiberius, perinde diuina humanaque obtegens, sed remedium cohercendi fluminis Atteio Capitoni & L. Arruntio mandatum. Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes, leuari in præsens Proconsulari imperio, tradique Cæsari placuit. Et iterum libro secundo: Igitur hæc & de Armenia, quę suprà memoraui, apud patres disseruit, nec posse motum orientem nisi Germanici sapientia componi. nam suam ætatē uergere, Drusi nondum satis adoleuisse. Tum decreto patrum permissæ Germanico prouinciæ, quæ mari diuiduntur, maiusque imperium quoquò adijsset, quàm his qui sorte aut iussu principis obtinerent. Sed Tiberius dimouerat Syriā Creticum Syllanum, per affinitatem connexum Germanico, quia Syllani filia Neroni uetustissimo liberorum eius pacta erat, præfeceratque Cn. Pisonem. Et sic intelligitur quod à Tacito refertur libro primo, de prouincijs publicis, quæ non nisi à Consulibus iudicabantur. Præterea eodem tempore, quum ita designandi Præfectos prouinciarum curam facultatemque Augusti sibi usurpassent, multi equestris ordinis cœpti sunt præfici, qui neque Senatoriæ dignitatis forent, neque ullum in urbe magistratum gessissent. Quod cum in omnibus penè prouincijs secus limites obseruaretur, tum præcipuæ tres fuere prouinciæ ex professo nominatæ Romanis EQVESTRES, ut quibus inter initia etiam Imperij non nisi equites solebant Romani præfici, Aegyptus scilicet, Cappadocia, & Iudæa. DE AEGYPTO quidē, quòd equestris prouincia fuerit, immediatè Augustis & nullo Prætorio subiecta, ostendit multis locis Cornelius Tacitus, libro secundo præcipuè: Nam Augustus (inquit) inter alia dominationis arcana, uetitis nisi permissu ingredi, Senatoribus, equitibus Romanis, illustribus, seposuit Ægyptum. Et rursus libro duodecimo: Nam diuus Augustus apud Equestres, qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent: mox alias per prouincias, & in urbe pleraque concessa sunt, quæ olim à Prætoribus noscebantur. Et iterum libro decimoseptimo: Ægyptum copiasque quibus coerceretur, iam inde à diuo Augusto equites Romani obtinent loco Regum, ita uisum expedire, prouinciam aditu difficilem, annona fœcundam, superstitione ac lasciuia discordem & mobilem, insciam legum, ignarā magistratuum, domi retinere. Huc pertinet & illud Flauij Vopisci in Firmi Cæsaris historia: Nihil est Romulei Quirites, quod timere possitis. Canon Ægypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer ueniret, si uobis esset cum Senatu concordia,

Prouinciæ Equestres.

Aegyptus Equestris.

B

cordia, cum equestri ordine amicitia, cum Prætorianis affectio. Porrò CAPPADOCIAM in Asia, quam Germanicus Cæsar in formam prouinciæ redegerat, equestrem posterius factam à diuo Vespasiano prouinciam, Tranquillus in historia eiusdem Cæsaris est autor. De IVDAEA dubium nullum est, quando non modò equites, sed liberti Cæsarum etiam huic fuerint prouinciæ præstituti: quales fuerunt, Pilatus Pontius sub Tiberio, Felix sub Claudio, & sub Nerone Festus Florus & Albinus. Cæterùm quæ causa Romanis fuerit, quòd hanc prouinciam peculiariter per ordinẽ equestrem administrarũt, docet Trebellius Pollio in uita Aemiliani tyranni: Tacendum esse non credo, quod cum de Aegypto loquor, uetus suggesśit historia, simul etiam Galieni factum: qui cum Theodoto uellet Imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt, fasces consulares ingredi Alexandriam non licere. cuius rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, meminisse satis nouimus. Denique non extat memoria rei frequentatæ. Quare scire oportet, Herennium Celsum uestrum parentem, dum Consulatum cupit, hoc quod desiderat non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptijs esse literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam uenissent Romani fasces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum, sui temporis uirum doctissimum, cum de peregrinis religionibus loquitur, inuenitur. Erant & QVAESTORIAE prouinciæ, quibus non nisi Quæstores præficiebantur. qualis erat Hostiensis, Gallia & Cyprus. Hinc Cicero in oratione pro Murena, refert Hostiensem prouinciam non esse tam gloriosam & illustrem, quàm negotiosam. Et quamuis Augustum Octauiũ Suetonius referat à Quæstorijs ad Prætorias prouincias transtulisse: tamen idem in Claudij historia autor, huius adhuc prouinciarum cognominis meminit, ita scribens: Detractaq́ꝫ Hostiensi & Gallica prouincia, curam ærarij Saturni reddidit. subintellige Quæstoribus, qui peculiariter in æde Saturni Romæ ærarium curabant. Quod uerò & Cyprus fuerit, & pars Syriæ, Quæstoriæ, docet Velleius Paterculus: Seruatus regi honor imperij (ait) sed multato ingenti pecunia, quæ omnis, sicuti Pompeio moris erat, redacta in Quæstoris potestatem, ac publicis descripta literis, Syria, aliæq́ꝫ quas occupauerant prouinciæ ereptæ, & aliæ restitutæ populo Romano: aliæ tum primùm in eius potestatem redactæ, ut Syria, quæ tum primùm facta est stipendiaria. Et iterum: Reliquias legionũ C. Caśsius, atrociśsimi mox autor facinoris, tum quæstor conseruauit: Syriamq́ꝫ adeò in populi Romani potestate retinuit, ut transgressos in eam Parthos felici rerum euentu fugaret atq́ꝫ funderet.

Cappadocia equestris prouincia. *Iudæa equestris prouincia.* *Prouinciæ quæstoriæ.* *Hostiensis prouincia quæstoria.* *Cyprus quæstoria.* *Syriæ pars quæstoria.*

CAPUT SEXTUM, DE PROCONSULAtibus prouinciarum.



NON temerè in titulo, Proconsulatus prouinciarum mentionem præmisimus, insinuantes uidelicet, hoc latiśsimè imperiũ patuisse. Nam præter Titularios proconsules, quo titulo primi etiam tẽporis Augusti gaudebant, historiæ autoribus paśsim celebrantur Proconsules ordinarij, Extraordinarij, Augustales, Tribunitij, Adlecti, Ducẽnarij, & Adiutores, de quibus ordine dicemus, sumpto initio ab huius & nominis & magistratus siue muneris primordijs. Equidẽ constat, Consules ante constitutũ Imperium defunctos annuo munere, ob officij dignitatem, ne subitò honore omni caderent, missos paśsim in celebriores populi Romani prouincias fuisse, Exconsules iam: & ne nominis etiã subitò prærogatiua periret, simili penè nomine Proconsules appellatos, quòd scilicet in prouincia

Discrimina proconsulum.

A uincia uicem Consulum in urbe supplerent, & ijdem extra urbem in suis quique prouincijs essent, eodemq; loco quo paulo antè habiti Romæ erant. Atque de huiusmodi proconsulibus ubique est T. Liuius intelligendus, & alij uetustiores historiarum authores. Qui cum in prouincias profectionem parabant, ceremonijs quibusdam id faciebant. Omnium primùm enim duplex erat illorum missio, quæ sorte, & quæ electione fiebat: idq; ordine, uel extra ordinem. Deinde uotorum nuncupatio adhibebatur, & postremò ad portum usq; à senatu deducebantur, ipsiq; paludati cum lictoribus paludatis egrediebantur. Porrò ad duplicem missionem istam, per sortem aut per electionem, adludere uidetur Tranquillus: Consul duabus legionibus urbi præpositis, octo cum L. Pinario prætore diuisis, memor paternæ uirtutis, Gallicum sibi bellum extra sortem sumit. Et rursus in Galba his uerbis: Africam Proconsul biennio obtinuit extra sortem electus, ad ordinandam prouinciam, & intestina dissensione & barbarorum tumultu inquietam. Huc pertinent & ista Cornelij Taciti loca libro quarto historiæ Augustæ: Censuitq; Vibius Marcus, ut M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet: & quia Lepidus ipse deligi se per modestiam abnuebat, Valerius Naso è prætorijs sorte missus est. Et rursus libro decimoquinto: Percrebuerat ea tempestate prauissimus mos, cum propinquis Comitijs, aut sorte prouinciarum plerique orbi, fictis adoptionibus adsciscerent filios, Prætutasq; & prouincias inter patres sortiti. Meminit huiusmodi duplicis missionis in prouincias, & Appianus Alexandrinus libro secundo Ciuilis belli: Alio constanter admodum dicente, ex duobus alterum eligendum esse: aut Cæsarem scilicet tyrannum profiteri, aut hos uiros ex misericordia saluos facere: hoc solum reliqui admittentes, sortes ad hæc tradendas postu-

Proconsules ex consulibus facti.

B larunt, ut de Cæsaris iureiurando inter se scrutarentur: sententiam quàm sincerissimè ab illis ferri posse, nihil ad sortes necessitate latas intuentibus, neque ut prius de seipsis solicitis, atq; ferētibus defuncto Cæsare, sub quo nihil sponte egissent, Pompeio exempto rebus humanis, ac post Pompeium infinitis alijs: Antonius eos cōtemplatus, cum insidias adstrueret, in sermonum materiam haud inopem, & quæ ambiguitatem auferret, eos incidisse uidens, quod animo conceperat, domestico quodam pauore ac sollicitudine illis aperit: & Senatorum multitudine conspecta, qui partim ad urbanos magistratus atque sacerdotia, partim ad prouinciarum exercituumq; præfecturas à Cæsare in futurum creati fuerant. Et iterum libro tertio eiusdem belli: Qui uerò sub Cæsare prouinciarum curam sibi assumpserant, ad eas se contulerant, Decius quidem Brutus ad finitimam Italiæ Celtarum gentem, Trebonius in Asiam quæ circa Ionium sita est, Tullius Cimber Bithyniam: Cassius uerò & M. Brutus, quibus Senatus plurimum fauebat, & ipsi sub Cæsare ad prouinciarum regimen in sequente anno electi dicebantur, ut Syriæ Cassius, Brutus Macedoniæ præesset. Sed cum urbani prętores adhuc essent, ex necessitate sub mandato tenebantur, sortilegisq; adulabantur maximè, & alijs quoscunque suspicabantur suffragia ad se uendicantes uenundare, lege prohibente, ne cui intra uigesimum annum prouinciæ administratio conferri posset. Præterea quo pacto ritúq; sors illa à tribubus & Decurijs iaci solita Romanis fuerit, & de Vrnæ ratione, prolixè libro huius Operis nono, in capite de Decurionibus egimus, quem consulere locum diligens lector poterit. Fit uerò huius missionis per sortem mentio interdum in monumentorum inscriptionibus, quorum duas fidei ergò subiecimus.

Electio per urnam qualis fuerit.

Arimini in Italia:

A

C. MARIVS COS. VII. PATER TRIB. PLEB. Q. AVG. TRIBVNVS MILITVM EXTRA SORTEM BELLVM CVM IVGVRTHA REGE NVMIDIAE GESSIT, EVM COEPIT TRIVMPHANS IN SECVNDO CONSVLATV, ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT.

Salonæ in Dalmatia:

P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVAE FILIVS CONSI. ET DIDIAE NEPOS BARDI ET DVRICIAE PRONEPOS, QVAESTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDARVM TRIB. ELE. AEDILIS CVRVLIS IVDEX QVAESTIONIS PRAETOR AERARII PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINVIT. VIAR. CVR. EX VRB. EX S. C. IN QVINQVE COS. ITERVM EXTRA SORTEM AVCTORITATE CAIVS CAESAR: ET S. C. MISSO AD COMPONENDVM STATVM IN RELIQVVM PROVINCIAE CYPRI FECIALI CONSOBRINVS.

Ordinarij proconsules qui fuerint.

Atq; hæc de missione per sortem plebis, uel electionem per Senatum factam. Nunc illud adhuc superest, qui ordinarij fuerint proconsules, uel qui extraordinarij: hoc est, qui ordine maiorum obseruato prouincijs præponebantur, & qui ex accidenti quodam. Sanè ordine mittebantur, quicunq; consulatu erant perfuncti, & uel sorte plebis, uel electione senatus eam missionē impetrauerāt. Extra ordinem uerò præficiebantur prouincijs Proconsules, quicūq; sine præuio Consulatu ab Augustis præfecturæ talis forent dignitatem adepti, uel qui in loca mortuorum substituebantur, aut qui adiutores deniq; atq; optiones dabantur proconsulibus ægris, uel ad Comitatum alio'ue ab Augustis uocatis. Quare quemadmodum ante constitutum Imperium ordine obseruato magis, semper proconsules prouincijs præponebantur: ita constituto Imperio, ubi non à Senatu modò, uerùm ab ipsis etiam Augustis missio fieri cœpta est, extraordinarij Proconsules plures prouincijs præsidebant, quàm ordinarij. Adeò ut quæcunq; prouinciæ Augustales essent in limitibus, & ex his potissimum in oriente Syria, Bithynia, Cilicia: in Africa prouincia Carthaginensis, & Mauritania Cæsariensis: in limite præterea Illyricano Achaia, Macedonia, Pannonia inferior, & Rhœtiarum altera, ad Rhenum denique utraque & Germania & Belgica, omnes uidelicet proconsules, & quidem perpetuò acciperent, non eos solùm qui consulatu fuissent perfuncti, uerùm etiam qui uel urbem nunquam uidissent, atque curuli nunquam sedissent, nomenclatura scilicet muneris indignitatem prouinciæ transeunte. Cæterùm quæ adhuc prouinciæ Senatui Romano in Italia & proximis insulis, Sicilia, Sardinia, Corsica'que & Creta, siue Cypro manserant, hæ omnes magna ex parte ordinarios proconsules à Senatu Romano accipiebant. Quanquam & hæc posterius prærogatiua mutata ab Augustis fuerit, & incœperint Cæsares denique hisce suos proconsules de Equitum genere, uel exter-

Extraordinarij proconsules.

Proconsules titularij.

Quæ prouinciæ ordinarios proconsules habebant.

B

nos,

A nos, etiam Græcos barbarosq; præficere, de quibus postea fusius sermonem instituemus. Atque de ordinarijs proconsulibus consulibus'que, item'que extraordinarijs, non desunt classicorum historicorum testimonia. Suetonius in Othone: Vrbanos honores, proconsulatum Aphricæ, & extraordinaria imperia seuerissimè administrauit. Et iterum in Vitellio: Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramq; gessit. Cornelius Tacitus libro secundo: Bona inter accusatores diuiduntur, & Præturæ extra ordinem datæ, his qui Senatorij ordinis erant. Huc pertinet & illud Lampridij in Alexandro: Consulatum ter inijt, tantum ordinarium, ac primo nundino sibi alios semper suffecit. Et iterum: Consules, Proconsules, quoscunque uel ordinarios uel suffectos creauit, ex Senatus conscientia nominauit. Videtur alludere ad huiusmodi ordinarios & extraordinarios Consulatum Proconsulatumq;, & Sidonius libro primo in Epistola ad Montium: Postridie iussit Augustus, ut epulo suo Circensibus ludis interessemus: primus iacebat cornu sinistro Consul ordinarius. Ad huiusmodi extraordinariam misionem alludit Liuius libro septimo Decadis primæ: Scipione graui morbo implicito, Gallicum bellum populo extra ordinem datum. Et sic intelliguntur monumentorum uetustorum inscriptiones, quorum rhapsodiam subiecimus:

Loca autorum de ordinarijs & extraordinarijs procoss.

Beneuenti in Italia:

FABIAE ACONIAE PAVLINAE CE. FILIAE ACONIS CATVLLINI V. C. EX PRAEF. ET CONSVLE ORDINARIO.

Carinthiæ in Norico mediter.

LVBENTIVS CELSVS PRO MAGIST. SVBSCRIPS. III. NOVEMB. ANITIO POLLIONE COS. ORD. SEVERO ET SABINO COS.

B

Treueris, apud S. Paulinum:

H. IACET ELIVS CONSTANTIVS VIR CONSVLARIS COMES ET MAGISTER VTRIVSQ. MILITIAE ATQVE PATRICIVS ET SECVNDO COS. ORDINARIVS.

Atque hactenus de ordinarijs & extraordinarijs Proconsulum siue magistratibus, siue misionibus eorum in prouincias. Nunc quæ fuerit uotorum nuncupatio, quam solenni quodam ritu profecturi in prouincias tam Proconsules quàm Coss. prius in urbe faciebant, in Capitolio scilicet palàm, uel ludos uel templa, uel dona populo, si reuerterentur, uouētes, quæ illis absentibus in tabulas referebantur, quæ Nominata & Testificata ab eo euentu appellabatur. Ad quam consuetudinem alludit T. Liuius libro secundo Decadis quintæ: Eo die decreuit Senatus, C. Popilius Cos. ludos per dies decem Ioui Opt. Max. uoueret: donaq; circa omnia puluinaria dari, si respublica decem annos in eo statu fuisset. Ita ut censuerant in Capitolio, uouit Cos. ludos fieri, donariaq; dari, quanta ex pecunia decreuisset Senatus, quum centū & quinquaginta non minus adessent, preeunte uerba Lepido Pontifice Maximo, id uotum susceptum. Huc referenda sunt & alia loca Liuij, libro 1. eiusdem Decadis: Nam cum concione aduocata fugam è castris A. Manlij aduersis auribus militum, quippe qui primi ipsi fugissent, iactasset, ingessissetq; probra M. Iunio, quòd se dedecoris socium collegæ fecisset, ad extremum utrumq; decedere prouincia iussit. Quòd cum milites Consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent, quum is more maiorum secundum uota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe esset. Et rursus ibidem: Consu-

Votorum nuncupationis ritus.

Consules etiam uotis in Capitolio nuncupatis, in prouincias profecti sunt. Idem libro primo Decadis tertiæ: Et nunc comitia prætorum & Capitolium & solennem uotorum nuncupationem fugisse, ne die initi magistratus Iouis Opt. Max. templum adiret: ne Senatum inuisus ipse, & sibi uni inuisum uideret: consuleret' que, ne Latinas indiceret, Iouiq; Latiali solenne sacrum in monte Albano faceret: ne auspicatò profectus in Capitolium ad uota nuncupanda, paludatus inde ad prouinciam iret: lixæ modo, sine insignibus, sine lictoribus profectum clam, furtim, haud aliter quàm si exilij causa solum uertisset, magis pro maiestate uidelicet imperij Arimini, quàm Romæ magistratum initurum: & in diuersorio hospitali, quàm apud Penates suos prætextam sumpturum. Idem libro secundo quintæ Decadis, huius nuncupationis mentionem facit, ita scribens: Per hosce dies, P. Licinius Cos. uotis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac maiestate geritur: præcipuè conuertit oculos animosq;, quum ad magnum nobilemq; aut uirtute aut fortuna hostem, euntem Consulem prosequuntur. Contrahit enim non officij modò cura, sed etiam studium spectaculi, ut uideant ducem suum, cuius imperio consilioq; summam populi Romani tuendam permiserunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli casus, quàm incerti fortunæ euentus communisq; Mars belli sit, aduersa secunda, quæ' que inscitia & temeritate clades sæpe acciderint, quæ contrà bona prudentia & uirtus attulerit. Quem scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ Cos. ad bellum mittant: triumphante' ne mox cum exercitu uictore scandentem Capitolium, ad eosdem Deos à quibus proficiscatur, uisuri, an hostibus eam præbituri læticiam sint. Meminit huiusmodi uotorum nuncupationis & Cornelius Tacitus, sub finem libri duodecimi: Vocabatur interim Senatus, uota' que pro incolumitate principis Consules & Sacerdotes nuncupabant. Et iterum libro decimoquinto: Iam Senatus interim uterum Poppeæ commendauerat dijs, uotáque publicè susceperat, quæ multiplicata exolutáque, & additæ supplicationes, templumq; Fœcunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum. Huc alludit & libro sequenti his uerbis: Quin & illa obiectabat, principio anni uitare Thraseam solenne iusiurandum, nuncupationibus uotorum non adesse. Quamuis quindecemuirali sacerdotio præditum, nunquam pro salute principis aut cœlesti uoce immo lauisse. Huc pertinent & illa Suetonij, qui in historia Augusti, cap. de Ostentis: Quo animaduerso (inquit) uota quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. nam se, quanquam conscriptis paratisq; tabulis, negauit suscepturum, quæ non esset soluturus. Idem in uita Neronis: Votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia uix repertæ Capitolij claues. Et iterum in Tiberio: Ad extremum uota pro itu & reditu suo suscipi passus. Huc spectat & illud Plinij secundi in Panegyrico: Nuncupare uota, & pro æternitate imperij, & pro salute ciuium: imò pro salute principum, ac propter illos pro æternitate Imperij solebamus. Et sic intelligitur hic Horatij uersus:

Voto prosequitur Cæsarem,
Profectionem parantem in ultimos
Britannos.——

Votorum nuncupatio inclinatis Imperij.

Porrò mansisse consuetudinem uota nuncupandi Consulibus, profecturis in prouincias, & Senatui populoq; Romano pro æternitate imperij, saluteq; Augustorum, usq; ad tempora scilicet inclinationis Imperij, aduertitur ex hoc Claudiani carmine, in panegyrico Olibrio & Probino dicto:

Est in

A *Est in Romuleo procumbens insula Tybri,*
Quà medius geminas interfluit alueus urbes,
Discretas subeunte freto, pariterq́ minantes
Ardua turrigeræ surgunt in culmina ripæ.
Hic stetit, & subitum prospexit ab aggere uotum:
Unanimes fratres iunctos stipante Senatu
Ire forum, strictasq́ procul radiare secures,
Atq́ uno biiuges tolli de limine fasces.

Loquitur autem de Consulatu à duobus fratribus Olibrio & Probino inito. Sed placet, quod proponimus de uotorum nuncupatione, monumentorũ Rom. inscriptionibus confirmare, quæ in Vrbe sunt eruta:

I. O. M.
VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE AVG. GERM. PONTIF. MAX. TR. POT. D. VETVRIVS ANTIGONVS D. VETVRIVS SP. F. PHILO D. VETVRIVS ALBINVS PATER CVM FIL. POSVIT.

DEAE SYRIAE SACR. VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE D. VETVRIVS ANTIGONVS D. VET. S. P. F. PHILO D. VETVRIVS ALBANVS PATER CVM FIL. POSVIT.

Atq; hæc quidem monumenta eiusmodi uotorum nuncupationis mentionem faciunt, quæ à Consulibus profecturis in prouincias fiebat: quòd uerò itidẽ Proconsules profecturi in prouincias, eundem ritum obseruarint, testantur hæ inscriptiones Vetustatis, quæ intra limites Norici ueteris mediterranei, apud nos erutæ hisce annis sunt, quæ fidei ergò subijcere uolui. Ibi literæ V. S. L. L. M. explicandæ: Votum soluit, locum legit memoriæ.

B

In Carinthia ex ruderibus Soluensis coloniæ, uulgo am Solueldt:

D. M.
L. AVRELIO AVGG. LIB. BVRANO PROC. XXIII. PRAEF. ORTE V. S.

Styria inferiori, in Celeiæ reliquijs:

ET BALBINO COS. CELEIAE.
P. AELIVS VERANVS B. T. PROC. PRO SE ET SVIS.
V. S. L. L. M.

Carniolæ limitibus, in ruderibus Metulli loco Troiæ:

I. O. M.
C. ANTONIVS IVLIANVS PROC.
P. P. X. V. S. L. L. M.

In uilla Tustein apud Transyluanos Hungariæ, haud procul ab Auraríjs, quibus proconsul præerat:

I. O. M. IVNONI REGINAE MINERVAE OMNIBVS DIIS IMMORTALIBVS Q. AXIVS AELIANVS PROC. AVG. ET AELIA ROMANA EIVS.

Cæterùm procedente Imperio, huiusmodi uota nuncupandi morẽ Romanis ita familiarẽ factum reperio, ut passim uel pro Imperatorũ, aliorumq; magno loco existentium præfectorum & magistratuum, uel pro sua suorumq; salute, uota quiuis, nullo etiam publico munere constitutus, susceperit. Ad quam consuetudinem alludit lib. quarto Tacitus Cornelius: Cethego & Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumq; exemplo cæteri sacerdotes, cum pro incolumitate principis uota susciperẽt, Neronem quoq; & Drusum ijsdem dijs cõmendauere, non *Votorum nuncupatio popularis.*

non tam charitate iuuenum, quàm adulatione. Præterea huius quidem rei plena sunt, & ubiq; referta Vetustatis exempla, quæ quotidie cùm alibi, tum præcipuè apud nos in Pannonijs & Norico eruuntur, in quibus sub finem istæ semper literæ leguntur: V. S. L. L. M. hoc est, Votum soluit, locum legit memoriæ. Sed placet è multis paucas recensere rhapsodias. A

DE VOTO PRO SALVTE IMPERATOrum nuncupato.

Viennæ Austriæ:

I. O. M.
PRO SALVTE IMP. L.
SEPTIMII SEVERI PII
PERTINACIS AVG. ARA
BICI ADIABENI PARTHI
CI MAXIMI ET IMP. M.
AVRELII ANTONINI
AVG. ET L. QVIRINA-
LIS MAXIMVS TRIB. MI
LIT. LEG. X. GERM.
P. F. V. S. L. L. M.

Pætouione Styriæ:

PRO SALVTE ET IN-
COLVMITATE PL. VAL.
TIB. MARCIANI IV-
NIOR. P. VAL. MARTI-
ANVS MIL. DVPL. LEG.
X. GEM. ANTONINIA-
NAE ADIVT. PRAE-
TER ET GRAECINIA
P. FIL. PRISCIL-
LA PARENT.
V. S.

PRO SALVTE
ET VICTORIA
IMP. CAES. LV-
CI SEPTIMII SE
VERI PERTINA
CIS AVG. DO-
MINI INDVL-
GENTISS. IVNI
ANVS LIB. AD-
IVT. TABVL. P. P.
SV. EX VOTO.

DE VOTO PRO SALVTE SVORVM.

Municipalis: Viennæ Austriæ: B

DEOR. PROSPE-
RITATI G. MARC.
C. MARTIANVS
DEC. MVNI. VIN
DO. VATES AE-
DIL. IIVIR ET
PRAEF. COH. FA
BI. V. S. L. L. M.

Auguris: Sabarię in limitibus Austriæ & Hungariæ:

HERCVLI SACR. CA
NENIVS AVGVR V.
S. L. L. M.

Ad sanctum Paulum Carinthiæ:

LATOBIO AVG. SACR.
L. CAESERINVS AVI
TVS V. S. L. L. M.

Militis: Geresdorfio castro Austriæ:

I. O. M.
VLP. VALEN-
TINVS VET.
LEG. X. G.
VO. SOL. LE.
LI.
M. G. S.

Regionis: Solueldio Carinthiæ:

GENIO NO-
RICORVM MA
SCILLVS MA
SCELLINVS
ET SECVN-
DINIVS VL
BIANVS. V.
S. L. L. M.

Fit & mentio subinde deorum, quibus uota erant nuncupata, ut in hisce rhapsodijs monumentorum intra fines Daciæ, ubi est hodie Transyluania Hungariæ, erutorum:

Deorum catalogus, quibus uota nuncupabantur.

Ioui, in Engedino, Transyl.

IOVI STA-
TORI Q. A-
BVRNVS
CAEDICLA
NVS LEG.
AVG.

I. O. M.
CAETERIS Q.
DIIS CŌTIBVS
M. OPELLIVS
ADIVTOR IIVIR
COL.

Iunoni apud Albam Iuliam:

I. O. M. ET IVNONI REGIN. PRO SA-
LVTE M. AVR. ANTONINI PII AVG.
MATRIS AVG. M. VIP. MVCIANVS LEG.
XIII GEM. HOROLOGIO ℞ TEMPLVM
A SOLO DE SVO EX VOTO FE
CIT FALCONE ET CIR-
RO COS.

Mercurio

A Mercurio in Filesia Transyl.

MERCVRIO SACRVM MARONO GATANVS PRO SALVTE SVA ET SVORVM EX SVIS.

Herculi:

Varhel ruderibus Vlpiæ Traianæ:

DEO HERCVLI PRO SALVTE IMP. DIVI TRAIANI AVG. ET MARCIANAE SORORIS AVG. COLONIA DACICA SARMIZ.

In Mulenbacho:

DEO HERCVLI IVLIA MAXIMINIA VOTI SVI COMPOS HERCVLI CONSERVATORI GEMIN. AELIANVS LEGATI. V.L.S.

Ioui Opt. Max.

Varhel, hoc est, ruderibus Vlpiæ Sarmiz Getusæ:

IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAES. NERVAE TRAIAN. AVG. COL. SARMIZ.

IOVI STATORI HERCVLI VICTORI M. VLP. NERVA TRAIANVS CAESAR VICTO DECEBALO DOMITA DACIA VOTVM SOLVIT.

Isidi:

DEAE ISIDI PRISCIAN. AVG. COL. SARMIZ METROL. ET AVRELIA FORTVNATA LIBERTA.

Nemesi, Albæ Iuliæ:

DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE PISTORIVS V.C. LEG. XIII. G. GORD.

Dianæ, ibidem:

DIANAE SACR. PRO SALVT. A. TAPETI ANTONINI TENAX V. S. L. L. M.

Atq; tantũ de ceremonijs uota nuncupandi, cùm à Consulibus, tum à Proconsulibus obseruatis. Supersunt adhuc aliæ quædam ceremoniæ in Proconsulum B missione adhibitæ, quòd ipsi paludamento uidelicet induti, cum lictoribus etiam paludatis erant egreßi, qua de re loca T. Liuij paulo suprà adducta sufficiunt. Cæterùm de ea consuetudine, quòd ad portam usq; à senatu deducebantur, meminit Liuius libro secundo Decadis quintæ, in hæc uerba: Per hos fortè dies P. Licinius Cos. uotis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac maiestate geritur: præcipuè conuertit oculos animosq;, cum ad magnum nobilemq; aut uirtute aut fortuna hostem euntem Consulem prosequuntur. Et subdit: Persę autem regi, aduersus quẽ ibatur, famam, & bello clara Macedonum gens, & Philippus pater, inter multa prosperè gesta Romanę etiam nobilitatis bello, prębebat: tum ipsius Persei, nunquam, ex quo regnũ accepisset, desitum belli expectatione celebrari nomen. Cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiscentem Consulem prosecuti sunt. Et rursus libro quarto eiusdem Decadis: Inde & Consul & Prętor Cn. Octauius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriæ, maiore quàm solita frequentia prosequentium Consulem celebratum. Et sic intelligitur locus Suetonij in Augusto: Sanxit eas, ut de bellis triumphisq; consuleretur hic Senatus, prouincias cum imperio petituri huc deducerent. Atq; hactenus de proconsulari imperio ante constitutũ Imperium, uel circa. Iam, qualis nam hic fuerit magistratus progrediente Imperio, cum Proconsules inciperẽt fieri, uel qui prouinciæ nulli præessent: uel si præficerentur hoc nomine & potestate, Consules tamen antè anno elapso tantum non fuerint, ut etiam nunquam eo magistratu functi forent. Hinc proconsulare Imperium ortum est, cuius titulum non modò usurpabant prouinciarum præfecti, uel qui aliàs ornamentis augustioribus fuerant condecorati: uerùm ipsi adeò Augusti tali paßim titulo gaudebant, in Vetu-

Ritus deducendi proconsules ad portam.

Proconsulare imperium titulotenus.

in Vetustatis monumẽtis passim uidere est, in quibus post Imperatoris titulum, A & Pontificis Maximi, Consulis, Tribunitia potestas ac Proconsulatus sequũtur, hisce literis expressa: IMP. CAES. III. PON. MAX. COS. V. TRIB. PO. VI. PROC. Quæ literæ sic explicantur: Imperatori Cæsari tertiùm, Pontifici Maximo, Consuli quintùm, Tribunitiæ potestatis sextùm, Proconsuli. Sed placet, quod proponimus, exemplis uetustatis confirmare, his præcipuè quæ intra fines Norici & Pannoniæ sunt eruta.

Intra Pannoniam, Gumpendorfo, pago ad primum lapidem à Vienna Austriæ, in pariete sacelli, fracto lapide:

ISAR. DIV. V. NERV.
TRA. VS. AVG. NICVS
DACICVS VICTO DECE. PONTIF. MAX.
POT. IIII. COS.
V. PROC.

Sabariæ, finibus Austriȩ & Hungariæ, in templo diui Martini:

CAESARI NERVAE AVGVST. I C. DAC. PO.
MAXIM. ET POTESTATIS PROC. O.S.V. PA
NIRIVS AVGVR SACERD. EX COLONIA
SAVARIA.

Norici tractu, ciuitate Styriæ, uersus Salisburgum, Rachstadio:

IMP. CAES.
PIVS SEVERVS PER. AVG.
TRIB. POTES. IX. IMP.
XII. COS. II. P.P. GOF.
IMP. CAES. MAR. AVRE. ANTONIVS PIVS
FELIX AVG. ARAB. GER.
MAX. TRIB. POTES. P.
P. PROCON. AT. M. L. III.

Taurini in Hungaria, Pannoniæ superioris tractu:

HADRIANO AVG. P.
P. TRIB. POT. XXI.
COS. III. IMP. II.
LELIVS CAES. FIL.
TRIB. POT. COS.
PR. PROCOS. VIVIR
SACRIS FACI. VII.

Apud Vindelicos, in uilla Vrsingen:

IMP. CAESAR LVCIVS SEPTIMVS SEVERVS B
PIVS PERTINAX AVG. ARABICVS ADIAB. PARTHICVS MAX. PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT.
VIIII. IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET IMP.
CAESAR MARCVS AVRELIVS: ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. ET IMP. P.
SEPTIM. GETA ANTON. VIAS ET PONTES
REST. AB AVG. M. P. XXXXI.

Cæterùm ut appareat huiusmodi Proconsulares titulos non Imperatores solum usurpasse, uerùm alijs item ob merita excellentibus uiris collatos ab Augustis extitisse, tametsi prouinciȩ nullam præfecturam haberent, ex probatorum autorum locis elucescit: quæ priusquã adducemus, quod proposuimus de Proconsulari imperio Augustorum, lectione historiarum corroborabimus. Meminit uerò illius in primis Cor. Tacitus libro historiæ Augustæ duodecimo: Et Cæsar adulationibus Senatus, liberis cessit, ut uicesimo ætatis anno consulatum Nero iniret, atq; interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet, ac Princeps iuuentutis appellaretur. Huc pertinent & quæ Capitolinus in historia Macrini scribit: Deniq; statim Macrino & Proconsulare imperium, & potestatẽ Tribunitiam detulerunt. Et rursus in historia Maximi & Balbini: Decretis ergo omnibus imperatorijs honoribus atq; insignibus, percepta Tribunitia potestate iure proconsulari, Pontificatu Maximo, Patris etiam patriæ nomine meruerunt imperium. Et rursus in historia Antonini Pij: Adoptatus est v. Cal. Martias die, in senatu gratias agens, quòd de se ita sensisset Hadrianus: factusq; est patri & in imperio Proconsulari & in Tribunitia potestate collega. Similiter Iulius Capitolinus

A linus in historia Maximi & Balbini: Decretis ergo omnibus imperatorijs honoribus atque insignijs, percepta tribunitia potestate, iure proconsulari, Pontificatu maximo. Huc alludit & Lampridius in historia Alexandri Seueri: Accepit imperium, quum antè Cæsar à Senatu esset appellatus, mortuo scilicet Macrino: Augustumq; nomen idem recepit, addito eo, ut & Patris patriæ nomen, & ius proconsulare, & tribunitiam potestatem, & ius quintæ relationis, deferente Senatu, uno die assumeret. Et iterum: Et post acclamationes, Aurelius Alexander Cæsar Augustus: Gratias uobis P. C. non nunc primùm, sed & de Cæsareo nomine, & de uita seruata, & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, & proconsulari imperio, quæ omnia nouo exemplo uno die in me contulistis. Porrò si quis quærat, quamobrem imperium Proconsulatus fuerit dictum: huic ostendam locum Liuij libro secundo Decadis tertiæ, ex quo liquet, exacto consulatu extra urbem cum imperio, Proconsules in prouincias esse missos: ut dubium nullum sit, hinc tituli originem esse. Scribit enim dicto loco Liuius: Hoc statu rerum in Hispania Pub. Scipio in prouinciam uenit, prorogato post consulatum imperio. Iam uerò ut constet, hoc Proconsulare imperiū titulare alijs pariter collatum fuisse, præter Augustos, ab ipsis scilicet Augustis, his uiris qui aut loco aut præclaris meritis eminerent, confirmare unus Tacitus abundè poterit, qui libro decimotertio historiæ Augustæ ita scribit: Baiarum suarum piscinas excolebat, cum meis consilijs adoptio, & proconsulare ius, & designatio consulatus, & cætera adipiscendo Imperio prepararentur. Subscribit Trebellius Pollio in historia Æmiliani, qui unus ex tyrannis fuerat, qui contra Galienum imperium inuaserant: Tacendum esse non credo, quod quum de Ægypto loquor, uetus suggesit historia: simul etiam Galieni factum, qui cum Theodoto uellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est

Quare & unde proconsulatus imperiū nominabatur.

Proconsulare imperiū etiam alij usurpabāt ab Augustis.

B prohibitus. Meminit & Aelius Lampridius in Alexandro Seuero: Præsides uerò proconsules & legatos nunquam fecit ad beneficium, sed ad iudicium uel suum uel senatus. Huc pertinet & illud Ammiani libro uigesimoprimo: Tunc & memoriam Constantini, ut nouatoris turbatorisq; priscarum legum, & moris antiquitùs recepti, uexauit, eum apertè incusans, quòd barbaros omnium primus adusque fasces auxerat, & trabeas consulares, ac proconsulares. Itaque inuenio bifariam Proconsulare imperium Romanis conferri solitum: uel à Senatu, uel ab Augustis. Præterea Senatus rursus non una ratione conferebat. aut enim constituto Imperio titulotenus hunc honorem Augustis, ueluti consulatum, tribunitiam potestatem, atq; pontificatum maximum, decernebat: aut Consulibus iam perfunctis magistratu, & ad gubernandas prouincias destinatis, is exprimere solebat proconsulatum. Quæ tametsi semper consuetudo durauerit usque ad inclinantis Imperij tempora, maiori tamen Romanis usu nondum cœpto Imperio extitit: quando non sine ceremonijs, ut dictum est, missione duplici, uotorumq; nuncupatione præmissis, id fieri solebat. Cæterùm qui ab Augustis Proconsules dabantur, itidem bifariam, aut titulotenus sine administratione prouinciæ insigniebantur, aut ex prouinciæ dignitate id nominis sortiebantur: hoc est, qui Præsides ad regendas prouincias consulares adlegabantur. Quales diximus fuisse in oriente Syriam, Bithyniam, & Ciliciam: in Africa, Carthaginensem prouinciam, & Mauritaniam Cæsariensem: per tractum porrò Illyrici, Achaiam, Macedoniam, Daciam alpestrem, Pannoniam inferiorem, & Rhœtiæ alteram: & ad Rheni limitem deniq; utramq; Germaniam, & ambas Belgicas, de quibus suo loco mox dicemus. Atq; de his Augustalibus proconsulibus intelligendæ sunt hæ monumentorum ueterum inscriptiones:

Procōsules Augustales qui fuerint.

t Leybni-

Leybnitio Styriæ, tractu Norici:	Celeiæ Styriæ tractu Valeriæ:	Transsyluania, Daciæ tractu:
M. CAIVS MAXIMO PRAEFECT. PRAET. ILLYRICAN. SECVNDVS PP. RAOS LECRE. PROC. AVG. AMICO.	T. VARIO CLEMENTI CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE, MAVRITAN. CAES. LVSITANIAE, CILICIAE: & quæ sequuntur.	FORTVNAE AVG. C. AVRELIVS ATILIANVS PROC. AVG. Ibidem in Varhelio: FORTVNAE REDVCILLARI ROMAE AETERNAE. Q. AXIVS AELIANVS PROC. AVG.

A

Proconsules inclinantis imperij. Iam uerò huiusmodi Proconsules inclinante ac penè desinente Imperio, à Romanis Augustis creari solitos, & in prouincias mitti: & quod sub Præfecto prætorio fuerint, inferioris scilicet dignitatis, tametsi quàm Præsides loco maiore haberentur: ex his locis authorum eorum seculorum deprehenditur. Marcellinus libro uicesimooctauo: Post hunc urbem rexit Ampelius, cupidus ipse quoque uoluptatum, Antiochiæ genitus, ex Magistro officiorum ad Proconsulatum geminum, indeque multo postea ad Præfecturæ culmen euectus. Et iterum sub finem libri: Doctóque super nefanda fraude Gratiano Imperatore fidentius (Valentinianus enim obierat) ad Hesperium proconsulem & Flauium uicarium audiendi sunt missi. Huc pertinet illud Symmachi, urbis Præfecti sub Theodosio & Valentiniano iunioribus, in epistola ad Theodosium Augustum: Qui primò in examen Prætorianæ sedis acciri ad supplicationem V. C. iunioris uim rescripti statu præcelsæ potestatis elusit: dehinc Proconsularibus euocatus edictis, leges pari arte frustratus est. *Proconsulum tituli.* Porrò quantæ dignitatis fuerit Proconsulatus prouinciarum, uel tituli ostendunt, quòd similiter uti Præfecti prætorio, Clarissimi hi uiri nominarentur. Vnde in Constitutionibus iuris Seuerus: Si tabulas, inquit, testamenti uir clarissimus Proconsul est sequutus. Inuenio denique peculiarem proconsulibus Spectatissimi fuisse titulum, ad quem adludit Herodianus libro octauo: *Spectabilitatis titulus.* Etenim uiros Consulares cum lectissimis ac spectatissimis uiris ex Italia tota miserat Senatus. Plinius libro quinto Epistolarum: Adhibui in consilium duos, quos ciuitas uestra spectatissimos habuit, Cærelium & Frontinum. Vlpianus Iureconsultus Speciosos uidetur appellare, quum ait: Speciosas personas accipere debemus, clarissimas personas utriusque sexus, item eorum qui ornamentis senatorijs utuntur. Atqui penè desinentis Romanæ maiestatis authores, non spectatissimos, uerùm Spectabiles appellant. Sic Cassiodorus libro tertio Variarum, Venantium correctorem Lucaniæ & Brutiorum, qui erat instar proconsulis V. S. uocat. Quapropter Isidorus libro nono Etymol. capite quarto: Primi ordines (scribit) Senatorum illustres, secundi spectabiles, tertij clarissimi. *Illustris titulus* Ex quibus patet, longè aliter titulos inclinante Imperio usurpatos, quàm eo primùm constituto. quo tempore illustres duntaxat Equestris ordinis uiri nuncupabantur, qui titulus declinante Imperio ad summum penè fastigium conscendit. Siquidem ut ex quadam Theodosii & Valentiniani constitutione Iuris apparet, illustris propriè Præfectus urbis uocabatur. *Spectabilitatis titulus minor quàm illustris.* Atque ut appareat, spectabilis titulum minoris fuisse dignitatis quàm illustris, potest illud colligi ex his uerbis Cassiodori lib. sexto Variarum cognitionum: Spectabilitas (ait) clara, & consistorio nostro dignissima, inter illustres ingreditur, inter proceres aduocatur. Et iterum libro secundo: Hinc est quòd spectabilitatis honorem, quem militiæ sudore detersit iusta deputauit Antiquitas, præsenti tibi autoritate conferimus.

B

A conferimus. Et iterum libro septimo Variarum, formulam Spectabilitatis describit: Optamus Deo auxiliante subiectos uaria dignitatum prærogatiua gloriari, desideramus probabile genus hominum impressa gratia dignitatis ornare, ut laudabilius unusquisque posit uiuere, quum se honores reuerendos cognouerit accepisse. Sic enim & ad uirtutis studia decenter ascenditur, & à bonis ciuibus Respublica plus amatur. Atque ideo te spectabilitatis honore decoramus, ut sententiam tuam in conuentibus publicis spectandam esse cognoscas, quum inter nobiles decorus assederis. Huc pertinent & illa Sidonij Apollinaris loca, qui libro quarto Epistolarum: Nuper rogatu (inquit) Germanici spectabilis uiri, Cantillensem ecclesiam inspexit. Et iterum libro octauo ad Nammatium, ita distinguere uidetur inter titulos: Flauius Nicetius, uir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris. Subscribit Marcellinus libro uigesimotertio: Iisdem diebus legatos ad se missos ab urbe æterna, clarè natos, meritisq́ probabilis uitæ compertos Imperator. Ex quibus liquet, Clarissimi titulum penè fuisse, qualis est apud nos Germanos **Hochgeborn**/& **Wolgeborn**: Spectabilis uerò, quod nobis Germanis est, **Genädig**: Illustris, qualia sunt nostratibus uocabula gentilitia, **Streng**/**Edel**, &c. Equidem ex his titulis manserũt nobis Germanis, sed mutata uice, Illustris & Clarissimus. Qui enim olim Clarissimi uocabantur, nunc illustres sunt: quem solenni more principibus & comitibus titulum tribuere. Clarissimi uerò dignitas ita decreuit, ut iam artibus modò & disciplinis sit relictus. Denique Spectabilis titulo adhuc Vngari, ueteri penè significatu & loco utuntur. Apud hos enim, Comites, Baronesq́, & regionum præsides, Spectabiles nominantur. Atque hæc de proconsulari dignitate. Nunc quæ prouinciæ fuerint proconsulares, expediam. Erant autem non unius semper numeri, per omnes Imperij ætates. Siquidem incipiẽte Imperio, reperio uigintitres

Formula spectabilitatis.

Discrimen inter titulos, spectabilis, clarissimus & illustris.

B Proconsulares prouincias, hoc est, in quas soliti erant cum Imperio ex urbe Proconsules mitti: uidelicet quatuor per Asiam, proconsulatum Asiæ minoris, qui usque ad inclinationem Imperij mansit: procons. Syriæ, procons. Bithyniæ, proconsul. Ciliciæ, proconsul. Galatiæ & Ponti. Per Africam item tres: hoc est, Africæ in genere, siue Libyæ, Carthaginensis prouinciæ, & Mauritaniæ Cæsariensis. Per Europam decem & tres: Achaiæ, Macedoniæ, Daciæ Aurariarũ, Pannoniæ inferioris, Thusciæ, Vmbriæ, utriusq́ Rhœtiæ, utriusq́ Germaniæ, utriusque Belgicæ, Galliæ Narbonensis & Hispaniæ. His tres insulares proconsul. adijciebantur, Siciliæ, Cypri, & Cretæ. Cæterùm florente atque progrediente Imperio ad quindecim erant contracti: uidelicet Asiæ, Africæ, Achaiæ, Macedoniæ, Bithyniæ, Ciliciæ, Mauritaniæ Carthaginensis, Pannoniæ, Germaniæ, Belgicæ, Galliæ Lugdunensis, Hispaniæ, Cypri & Cretæ. Hi rursus inclinante Imperio ad duos redacti sunt, quorum fit in libro Præfecturarum Mariani mentio, qui rempublicam Romanam sub Arcadio & Honorio describit, Asiæ scilicet & Achaiæ. Atq́ hæc ita esse ut proponimus, libet classicorum historiæ authorum locis confirmare, exordio sumpto ab Oriente. Vetustissimus itaque omnium, & qui diutissimè permansit, usque ad inclinantis Imperij tempora, fuit PROCONSVLATVS ASIAE, uidelicet minoris. cuius meminit Cornelius Tacitus, à Tiberij imperio usque ad Vespasiani tempora, his ordine locis. libro quarto: At Fonteius Capito, qui proconsul Asiam curauerat, absoluitur, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenum. Idem ab initio libri decimitertij: Prima nouo principatu mors Iunij Sillani proconsulis Asiæ, ignaro Nerone per dolum Agrippinæ paratur. Et rursus libro decimosexto: Sed initium detegendæ sæuitiæ præbuit interuersis patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, asci-

Catalogus prouinciarum proconsularium.

Proconsulatus Asiæ.

tus, ascito Claudio Demiano, quem ob flagitia uinctum à uetere Asiæ Proconsule, exoluit Nero in præmium accusationis. Et iterum eodem libro: At Baream Soranum iam sibi Torius Sabinus eques Romanus popoſcerat reum ex proconsulatu Asiæ, in quo offensiones principis auxit iustitia atque industria. Et rursus ibidem: Atque interim Torius Sabinus Sorani accusator ingreditur, orditurq́ue de amicitia Rubellij Plauti, quodq́ue Proconsul Asiæ Soranus pro claritate sibi potius accommodatum quàm ex utilitate communi egisset, alendo seditiones ciuitatum. Meminit proconsulatus Asiæ & Flauius Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris: Denique id tertiò factum est, ita ut per sex menses Imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnésque iudices hi non permanerent, quos aut Senatus aut Aurelianus elegerat, nisi quòd proconsulem Asiæ Falconium Probum in locum Aurelij Fusci delegit. Porrò quod proconsulatus Asiæ manserit ad inclinantis Imperij tempora, id ex Ammiano Marcellino, eius seculi authore, facilè elucescit. qui libro historiæ Augustæ uicesimosexto ita scribit: Statimq́ue Hormisdæ maturo iuueni, Hormisdæ regalis illius filio, potestatem proconsulis detulit, & ciuilia more ueterum bella recturo, qui agens pro moribus lenius, à militibus, quos per deuia Phrygiæ miserat Valens, subito corripiendus incursu, tanto uigore euasit. Et rursus libro uicesimonono: Quibus post hæc cognita sequestratis, Eutropius Asiam proconsulari tunc obtinens potestate, ut factionis conscius, accersitus in crimen, abscessit innocuus.

Et iterum ibidem: Apud Proconsulem Asiæ Dolabellam Smyrnea materfamiliâs filium proprium & maritum uenenis necasse confessa. Et subdit: Festinus quidam Tridentinus ultimi sanguinis & innoti, in nexum germanitatis à Maximino dilectus ut sodalis & contogatus, decernentibus fatis ad orientem transgressus est, ibiq́ue administrata Syria, magisterioq́ue memoriæ peracto, bona lenitudinis & reuerentiæ reliquit exempla: unde regere Asiam proconsulari imperio exorsus, uelificatione tranquilla (ut aiunt) ferebatur ad gloriam. Huc pertinet inscriptio monumenti, quod Tarraconæ apud Hispanos est erutum, cuius rhapsodia hæc est: B

Q. EDIOLFO POL. RVFFO LOLLIANO GENIANO AVGVRI
COS. PROCOS. ASIAE GNSFORI PROV. LVGD. ITEM VGDI
NENS. C. M. T. SEVRI ET ANTON. AVG. G.
TER. LEG. XX. G. PRO. H. C. ITEM
CENS. H. C.

Proconsulatus Africæ.

PROCONSVLATVS AFRICAE factus & incœptus est primùm omnium ab Augusto, mutatus à Caio Cæsare, & posterius rursus prouinciæ restitutus. Meminit Cornelius Tacitus libro uicesimo Augustæ historiæ: Sub idem tempus Lucius Piso proconsul interficitur. Ea de cæde quàm uerissimè expediam, si pauca suprà petiero, ab initio causisq́ue talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliáque tutandis Imperij finibus sub diuo Augusto Tiberióque principibus proconsuli parebant. Mox Caius Cæsar turbidus animi, ac Marcum Syllanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. Aequatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis utriusque mandatis discordia quæsita, auctáque prauo certamine, legatorum ius adoleuit, diuturnitate officij, uel quia minoribus maior æmulandi cura, Proconsulum splendidissimus quisque securitati magis quàm potentiæ consulebant. Itaque rectè idem author Tiberij principatus initia describens libro secundo

A cundo historiæ suæ, proconsulis Asiæ his uerbis nominatim mentionem facit: Mazippa leui cum copia incendia & cędes & terrorē circumfert: cōpuleranto͡q; Cinithios, haud spernendā nationē, in eadē, cum Furius Camillus procōsul Africæ, legionē, & quod sub signis sociorū, in unū conductos ad hostē duxit. Idem lib. 4: Cæsar post res à Bleso gestas, quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nouā legionem iusserat: nec proconsul eius anni P. Dolabella retinere ausus erat, iussa principis magis quàm incerta belli metuens. Et rursus libro duodecimo, quo Claudij Cæsaris res adnotauit: At Claudius sæuissima quæque promere adigebatur eiusdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum opibus illustrem, hortis eius inhians, peruertit, accusante Tarquinio Prisco. Legatus is Tauri, Africam proconsulari imperio regentis, postquam reuenerant, pauca repetundarum crimina, cæterùm magicas superstitiones obiectabat. Idem libro decimotertio, Neronis imperium retexens: Reos (inquit) ex prouincia Africa, qui proconsulare imperium illuc habuerunt, Sulpitium Camerinū & Pomponium Syluanum, absoluit Cæsar. Et iterum libro decimoseptimo, quum de Galbæ administratione disserit: Dum uigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit. Proconsul Africam moderatè, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit. Et rursus eodem: Proconsulem Vitellium Syllani in Africa habuerant: mox à Nerone, ut in Ægyptum præmitterentur, exciti. Idem libro decimotertio, in Vitellij historia, atque Othonis: In Africa legio cohortesq; delectæ à Clodio Macro, mox à Galba dimissæ, rursus iussu Vitellij militiam recepere: simul cætera iuuentus dabat impigrè nomina. Quippe integrum illic ac fauorabilem proconsulatū Vitellius famosum, inuisumq; Vespasianus egerat. Atque hactenus ex Tacito. Meminit uerò huius proconsulatus & Velleius Paterculus, in rerum à Tiberio gestarum explicatione: Quo quidem tempore ut pleraque ignauè Germanicus, ita

B Brutus qui à patre in idipsum plurimo igne emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaq; seueritate usus, ancipitia sibi tam re quàm exemplo perniciosa, & his ipsis militum gladijs quibus obsessus erat, obsidentes coercuit: singulari adiutore in eo negocio usus Iunio Bleso, uiro nescias utiliore in castris, an meliore in toga: qui post paucos annos proconsul in Africa, ornamenta triumphalia cum appellatione Imperatoria meruit. Mentionem faciunt huiusce proconsulatus florentis Imperij authores. Iulius Capitolinus in historia Clodij Albini, qui cōtra Septimium Seuerum imperium inuaserat: Patre Ceionio Posthumio, matre Aurelia Messalina, primus suis parentibus fuit, cum exceptus utero, quo contra consuetudinem puerorum qui nascuntur, & solent rubere, esset candidissimus, Albinus est dictus. Quod uerum esse, patris epistola ad Aelium Bassianum tunc proconsulem Africæ data designat, affinem (quantum uidetur) eorum ipsorum. Idem in historia Gordianorum: Ipse ex consulatu quem egerat cum Alexandro, ad proconsulatum Africæ missus est, ex Senatusconsulto.

Huc pertinent & Trebellij Pollionis loca in historia Celsi tyranni, qui aduersus Galienum imperium inuaserat: Afri quoque authore Vibio Passieno proconsule Africæ, & Fabio Pomponio duce limitis Libyci, Celsum Imperatorem appellauere. Idem in uita Claudij Cæsaris, qui post Galienum imperauit, in textu epistolæ Valeriani Cæsaris: Sanè scias, tantum ei à nobis decretum salarij, quantum habet Aegypti præfectura: tantum uestium, quantum proconsulatui Africano detulimus. Extat huius proconsulatus mentio quoque apud Spartianum in uita Iuliani Cæsaris, eius qui contra Septimium Romæ à prætorianis fuit creatus: Fuit consul cum Pertinace, & in Proconsulatu Africæ eidem successit. Cæterùm inclinante Imperio durauisse hunc proconsulatum, uel ex Marcellino subin-

de animaduertitur, qui libro uicesimoquarto ab initio ita nominatim scribit: Et Apronianum Romæ decreuit esse præfectum, Octauianum proconsulem Africæ, Venusto uicariam commisit Hispaniæ. Et rursum libro uicesimoseptimo: Inter hæc Valentiniano magnitudine quassato morborum, agitanteque extrema, conuiuio occultiore Gallorum, qui aderant in cōmilitio Principis, ad Imperium, Rusticus Iulianus tunc Magister memoriæ poscebatur, quasi afflatu quodam furoris, bestiarum more, humani sanguinis auidus: ut ostenderat, cum proconsulari potestate regeret Africam. Idem libro uicesimooctauo: Eodem tempore etiā Hymetij, præclaræ indolis uiri, negocium est actitatum, cuius hunc nouimus esse textum. Cum Africam pro consule regeret, Carthaginensibus uictus inopia iam lassatis, ex horreis Romano populo destinatis frumentum dedit. Sed libet quę adduximus de Africæ proconsulatu, monumentis Antiquitatis confirmare. Verùm hic non possum præterire, quod scribit Scotus, in Præfecturis & Republica Arcadiana proconsuli Africę paruisse Consularē, Legatos duos, & Principem de schola agentium in rebus, ducennarium, corniculariū, numerarios duos, cōmentariensem, primiscrinium, adiutorem, subadiuuas, & exceptores. A

ROMAE:

L. RAGONIO L. F. PAP.
VRMACIO LARTIO QVIN
TIANO COS. SODALI HA
DRIANI LEG. XIIII. GEM.
DONIS MILIT. DONAT.
AB IMP. COMMODO AN
TONINO AVG. PROC.
PROV. AFR. SEVIR M.
ANITIVS ENNIVS
SERGIANVS
AMICO.

RELIGIOSISSIMO
Q. C. CEIONIO RV
FIO VOLVSIANO
V. C. CORR. ITA
LIAE PER ANNOS
OCTO PROCONSV
LI AFRICAE CO
MITI D. N. CON
STANTINI INVI
CTI AC PERPE
TVI SEMPER AVG.

Romæ nuper à cardinale Farnesio erutum:

L. CORNELIVS
P. F. BALBVA
PROCOS. A. D.
DCCX. XXIV.
EX AFRICA SE
XTO CALEN
DAS APRI
LIS. B

Proconsulatus Carthaginensis.

PROCONSVLATVS CARTHAGINENSIS, incœpit secundo Punico bello, fuitque primus in eam prouinciam procons. cum imperio missus Scipio Africanus, qui Hannibalem debellauit, ut est T. Liuius author libro octauo Decadis tertiæ. Meminit Cornelius Tacitus libro XVIII historiæ Augustæ: Idem Africæ obsequium, initio à Carthagine orto, neque expectata Vipsani Aproniani proconsulis autoritate. Et rursus lib. XX. Centurionemque percunctans, postquā quæsitū sibi crimen, cædemque comperit, animaduerti in eum iussit, haud perinde spe uitæ quàm ira in percussorē: quòd idem ex interfectoribus Clodij Macri, cruentas legati sanguine manus ad cædem proconsulis retulisset. Anxio deinde edicto Carthaginēsibus increpitis, ne solita quidem munia usurpabat. Huc pertinet inscriptio Vetustatis, quæ Romæ in ædibus Baptistæ Iacobi Matthæi extat:

D. M.
BASSIO AVG. LIB. PROX. AB EPISTOLIS GRAECIS PROC.
TRACTVS CARTHAGINENSIS FABIA Q. F. PRISCILLA MA
RITO PIISSIMO ITEM CLAVDIVS COMON. PATRI
BENEMERENTI FECERVNT.

Proconsulatus Mauritaniæ Cæsariensis.

PROCONSVLATVS MAVRITANIAE CAESARIENSIS, à Iulio Cæsare dictatore est institutus, Iuba rege in acie uicto, ut ipse Cæsar lib. V. Ciuilis belli testa

tum

A tum reliquit: P. interim Sitius pulso exercitu Saburę præfecti Iubæ, ipsoq́ue interfecto, cum iter cum paucis per Mauritaniam ad Cæsarē faceret, fortè incidit in Faustum Afraniumq́ue, qui eam manū habebant, qua Vticam diripuerant, iterq́ue in Hispaniam tendebant, & erant numero circiter M. D. Et subdit: Cæsar interim Zamæ auctione regia facta, bonisq́ue eorum uenditis qui ciues Romani contra populum Rom. arma tulerant, præmijsq́ue Zamensibus, qui de rege excludendo consilium cæperant, tributis uectigalibusq́ue regijs irrogatis, ex regnoq́ue prouincia facta, atq́ue ibi Crispo Salustio populi Rom. proconsule cum imperio relicto. Meminit eiusdem historiæ & proconsulatus Appianus Alex. lib. II belli Ciuilis: Iuba & Petreius perceptis his quæ gesta fuerant, cum nec fugam aut salutem ulterius sperare possent, inedia uulneribusq́ue se inuicem tandem cōfecere. Cæsar Iubæ regnū Romanis sub tributo contulit, cui Crispus Salustius pro consule præfuit. Sed placet hoc idem monumentis Antiquitatis confirmare, ijs quæ in ducatu Styriæ intra fines Valerię ueteris eruta sunt. Non sum tamen nescius, decrescente repub. illa nobili, proconsulatū huiusmodi contractū fuisse, & dignitate diminutū. Vnde Scotus sub Arcadio & Honorio præsides tantum nominat Mauritaniæ Cæsariensis, Mauritaniæ Stifensis, & Tripolitanæ.

In castro Grazij metropolis Styriæ:

T. VARIO CLEMENTI AB EPISTVLIS AVGVST. PROC. PROVINCIAR. BELGICAE ET VTRIVSQ. GERMANIAE RHOETIAE
B MAVRITANIAE CAESAR. LVSITANIAE CILICIAE: PRAEF. EQVITVM ALAE BRITANN. MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. IN MAVRETAN. TINGITANAM EX HISPANIA MISSORVM CIVITAS TREVIRORVM PRAESIDI OPTIMO.

Celeiæ oppido Styriæ inferioris in castro:

T. VARIO CLEMENTI CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE MAVRITANIAE CAESARIENSIS, LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. EQ. AL. II. PANNONIORVM, TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAEF. COH. II. GALL. MACEDON. VALER. VRBANVS LICIN. SECVNDINVS DECVRIONES ALAR. PROVINC. MAVRITAN. CAESARIENSIS.

PROCONSVLATVS HISPANIAE VLTERIORIS, nam altera citerior prætoria fuerat, ut hæc uerba Liuij arguunt lib. v. Decadis quintæ: Prætorū sortes fuere, Q. Casij urbana, M. Iuuentij Taluæ inter peregrinos, T. Claudij Neronis Sicilia, Cn. Fuluij Hispania citerior. Porrò proconsulatus ulterioris secundo Punico bello à Scipionibus exordium sumpsit. Nam Publius & L. Scipiones, qui cum exercitu ab Asdrubale deleti sunt, primi in eam prouinciam Procoss. missi erant: & successit tertius Scipio Africanus, qui Hannibalem debellauit, alterius filius. de quo hæc uerba Liuij accipienda sunt lib. 8. Decadis tertiæ: In prætorio tetenderunt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab ijs petitum est, sederūt in tribunali proconsulis Scipionis, lictor apparuit, submouente eo incessērunt, fasces & secures prælati sunt. Idem lib. 9. Decad. 4. Romæ nulla belli Macedonici suspicio erat, L. Manlius proconsul ex Hispania redierat: cui postulanti ab Senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. Et rursus libro primo Decadis quintæ: Id ubi in P. Licinio ita statutum est, & abs se uti iusiurandum acciperent, Marcus Cornelius postulauit, ne in Hispaniam ulteriorem iret, Prætores ambo in eadem uerba iurauerunt: Marcus Titinnius & Titus Fonteius proconsules manere cum eodem imperij iure in Hispania iussi. Huc pertinent illa Cæsaris in Commentarijs Ciuilis belli

Proconsulatus Hispaniæ ulterioris.

bellí loca libro quarto: Literas ad regem Bogudem in Mauritaniam, & ad Marcum Lepidum proconsulem in Hispaniam ulteriorem mittit, subsidio sibi, prouinciæq; Cæsaris causa. Et iterum: Lepidus eodem itinere, Marcellusq; Cordubam cum suis proficiscitur: Narbonam sub idem tempus Trebonius ad prouinciam obtinendam uenit. Huc adludit & Velleius Paterculus, qui Tiberij primi Cæsaris res adnotauit: Eadem tempestate Caluinus Domitius, cum ex consulatu obtineret Hispaniam, grauissimi comparandiq; antiquis exempli autor fuit. A

Meminit præterea huius proconsulatus subinde in historia Augusta Cornel. Tacitus. libro enim quarto ita nominatim scribit: Et Vibius Serenus proconsule ulterioris Hispaniæ de ui publica damnatus, ob atrocitatem temporum in insulam Amorgum deportatur. Et iterum libro decimoseptimo: Dum uigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit: proconsul Africam moderatè, iam senior Hispaniam pari iustitia continuit. Cæterùm ex Flori fragmentis supra Liuium colligitur, hanc partem Hispaniæ redactam posterius ad præturam, & iterum ob Viriathi rebellionem procōsularem dignitatem fuisse nactam. Vnde Florus capite LII: Viriathus primùm ex pastore uenator, & ex uenatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, uniuersam Lusitaniam occupauit, Marcū Vetulium prætorem fuso eius exercitu cæpit: post quem Caius Plautius prætor nihilò felicius rem gessit: tantumq; timorem is hostis intulit, ut aduersus eum consulari opus esset & duce & exercitu. Vbi per Consularem ducem, quis alium quæso, quàm proconsulem accipiet? Quare idem Florus sequentibus cap. Q. Cecilius, inquit, Metellus proconsul Celtiberos cęcīdit: à Q. Fabio proconsule, pars maxima Lusitaniæ, expugnatis multis urbibus, recepta est. Et iterum: Q. Fabius proconsul rebus in Hispania prosperè gestis, labem imposuit, pace cum Viriatho æquis conditionibus facta. Sed placet, quòd subinde in more habemus, super ea re testimonia quoq; Antiquitatis adferre. B

Celeiæ Styriæ ante portam erutum ingens saxū cum hac inscriptione, ubi præter cætera Lusitaniæ proconsulatus mentio fit:

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVINCIARVM BELGICAE GERMANIAE SVPERIORIS GERMAN. INFERIORIS RHOETIAE MAVRETANIAE CAESAR. LVSITANIAE CILICIAE, & quæ plura sequuntur. Sequitur sub finem: CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHOETIA CONSISTENTES.

Romæ auspicio cardinalis Farnesij nuper inuentæ triumphorū tabulæ:

COR. L. F. N. DOLABEL. PROC. A. DCLV. EX HISP. VLTER. DE LVSITANIA V. CAL. FEBR.
P. LICINIVS M. F. P. N. CRASSVS PROC. AN. DCLX. DE LVSITANIIS PRIDIE D. IVN.

Proconsulatus Galliæ Narbonensis.

PROCONSVLATVS GALLIAE NARBONENSIS, hoc est, eius Galliæ sectionis quæ à mari mediterraneo Italiæ coniungitur, & ad Rhodanum terminabatur. Quam prouinciam (quod adhuc hodie nomen manet) proconsulem meruisse, testatur illud Cornelij Taciti libro decimooctauo: Et Claudius postero die soli omnium Iunio fictilibus ministrari iussit. Sed Iunius proconsulatu Galliam Narbonensem seuerè integréque rexit. Sic Capitolinus in Maximo, & in Balbino: Inde proconsulatum Bithyniæ egit, ac deinceps Græciæ, ac tertiò Narbonæ. Ad huiusmodi sine dubio proconsulatum alludit Sidonius, epistola ad Montium, libro primo: Recumbente post se Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis pariter ornauerat proconsulatum. Porrò constat,

A stat, inclinante Imperio & in Lugdunensi Gallia proconsulem fuisse, quæ incipiente Imperio rectorem duntaxat habuerat, testante Cornelio Tacito libro decimooctauo: Accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicæ prouinciæ legatus, quẽ mox Vitellius generum asciuit, & Iunius Blesus Lugdunensis Galliæ rector.

PROCONSVLATVS BELGICAE ET GERMANIAE, uel duplex duarum prouinciarum erat, uel coniunctus, & progrediente primùm Imperio factus. neque mentionem huius proconsulatus alibi, quàm in monumentis Epitaphiorum legimus: quorum unum Neapoli, reliqua in Styria sunt eruta. Incipiente quippe Imperio, per legatos passim atque proprætores fuisse administratas hasce prouincias, Cornelij Taciti nobis lectio suggerit. Primùm omnium enim legati Belgicæ prouinciæ meminit libro decimooctauo his uerbis: Accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum asciuit. Et rursus libro decimoseptimo, Procuratoris Belgicæ nomen commemorat: Paucis post Calend. Ianuarias diebus, Pompeij propinqui procuratoris è Belgico literæ afferuntur, superioris Germaniæ legiones rupta sacramenti reuerentia Imperatorem alium flagitare. Sic lib. XVII, de superioris Germaniæ legato consulari ita scribit: Sub ipsas superioris anni Calend. Decembris, Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hyberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, alleuatæ notæ: plura ambitione, quædam iudicio: in quibus sordem & auaritiam Fonteij Capitonis, adimendis assignandis' ue suæ militiæ ordinibus integrè mutauerat: nec consularis legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. Et iterum: At in superiori exercitu (inquit) quarta & duodeuicesima legiones eisdem hybernis tendentes, ipso Calend. Ianuar. die dirumpũt imagines Galbæ. Ac subdit: Spectator flagitij Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat. Hæc ille. Equidem talem fuisse imperante Traiano legatum Plinium Secundum existimo, ut ex eius epistolis colligitur. Talis legatus Germaniæ superioris fuit quoque Quintilius Varus sub Augusto, à Germanis cum tribus legionibus deletus. Idem lib. tertio, inferioris Germaniæ legati meminit his uerbis: Turonij legionario milite, quem Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus miserat. Porrò de inferioris Germaniæ prætura quoque, idem sub finem libri quarti ita scriptum reliquit: Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, uexilla legionũ è superiore prouincia, peditumq́ & equitum auxiliariũ delectos acciuit. Sed placet monumenta Vetustatis adferre, quibus horum ipsorum proconsulatuum fit mentio.

Marginal note: *Proconsulatus Belgicæ & Germaniæ.*

B

Celeiæ Styriæ inferioris:

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVINC.
BELGICAE GERMANIAE SVPERIORIS
GERMANIAE INFERIORIS RHOETIAE
MAVRETANIAE CAESARIENSIS LVSITANIAE CILICIAE PRAEF. EQ. AL. BRITAN
NIC. MILIAR. PRAEF. AVXIL. IN MAVRI
TANIAM TINGITANAM EX HISPANIA
MISSORVM PRAEF. EQ. ALAE II. PANNO
NIOR. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF.
COH. II. GALLORVM MACEDONICAE,
CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN
RHOETIA CONSISTENTES.

Neapoli:

P. AELIO P. F. AGRIP
PINO CORNICVLA
RIO PROC. PROVIN
CIAE BELGICAE FRA
TRI CHARISSIMO ET
AELAAE AMABILI MA
TRI PIISSIMAE VI
CTORINVS AVG.
LIB. FECIT.

PROCONSVLATVS CALABRIAE, hic in Italia proconsulatus fuit, & primis

Marginal note: *Proconsulatus Calabriæ.*

mis temporibus à Correctoribus Consularibus administrabatur, ut capite huius libri secundo ostendimus, quum de Italiæ prætorio ageremus. Qua de re tametsi (quod equidem sciam) authores historiarum non meminerint, sunt tamen nomenclaturæ in Antiquitatis exemplis expressæ, ut sequitur. A

Neapoli:

M. BASSAEO M. F. PALLAXIO PATR. COL. CVR. R. P. IIVIR. MVNI. PROC. AVG. VIAE. OST. ET CAMP. TRIB. MILIT. LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALABRIC. OMNIBVS HONORIBVS CAPVAE FVNCT. PATR. COL. LVPIENSIVM PATR. MVNICIP. HVDRVNTINOR. VNIVERSVS ORDO MVNICIP. OB REMPVB. BENE AC FIDELITER GESTAM HIC PRIMVS ET SOLVS VICTORES CAMPANIAE.

Proconsulatus Siciliæ. PROCONSVLATVS SICILIAE, tametsi & prætoria fuerit, eius tamen obiter meminit Cæsar libro quinto Ciuilis belli: Allienus interim proconsul è Lilybæo in naues onerarias imponit legiones XIII & XIIII, & equites Gallos DCCC funditorum. Huc alludit & Spartianus in historia Seueri Septimij: Post hoc Siciliam proconsulari sorte meruit, suscepitq; Romæ alterum filium. In Sicilia, quasi de imperio uel uates uel Chaldæos consuluisset, reus factus apud præfectos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, iam Commodo in odium ueniente absolutus est. Ex quibus uerbis rursus apparet, Proconsules præfectos prætorio paruisse. Ad proconsulatum hunc pertinet illud Symmachi, urbis præfecti, in epistolis ad Theodosium & Valentinianum iuniores (ut appareat hunc ad inclinantis Imperij tempora proconsulatum mansisse) Neagoram V.C. Siciliæ fascibus functum, sub custodia adesse iussisti. B

Proconsulatus Pannoniæ. PROCONSVLATVS PANNONIAE, utra fuerit, incertum. Liber sanè Præfecturarum Scoti, Rempublicam inclinantis Imperij comprehendens, Consularis Pannoniæ primæ mentionem facit, & proconsulis ducisq; limitanei Pannoniæ secundæ, siue inferioris. Meminit Ælius Spartianus in historia Seueri Septimij: A' Gallis ob seueritatem & honorificentiam, & abstinentiam, tantum quantum nemo dilectus est. Deinde Pannonias proconsulari imperio rexit. Post hoc Siciliam proconsularem sorte meruit, suscepitq; Romæ alterum filium. Sed placet, quod solemus, rhapsodijs Epitaphiorum ueterum proconsulatum hunc confirmare: quorum ex his quæ apud Transyluanos intra fines Daciæ eruta sunt, adducere possumus quædam.

FORTVNAE REDVCI LLARI VLALI ROMAE AETERNAE Q. AXIVS AELIANVS PROC. AVG.

D. M. P. MACR. MACR. PROC. AVG.

Proconsulatus Daciæ Aurariarum. PROCONSVLATVS DACIAE AVRARIARVM, tametsi nulla eius historiarum autoribus mentio fiat, tamen liber Præfecturarum consularis Daciæ mediterraneæ meminit. Et puto Consularem inclinante Imperio fuisse, qui antea fuit Proconsul. Monumenta uerò, quod proponimus, duo testantur, apud Transyluanos intra Daciæ fines reperta:

Albæ Iuliæ in Xenodochio:

I. O. M. E. AVIANO ET DIIS DE AB-

Schlatnæ, ubi adhuc aurariæ supersunt:

D. M. M. VLPIO AVG. LIB. HERMIAE PROC.

A ABVSQ. PRO SALVTE VICTORIS DOMINE N. SANTIS. AVIANVS AVG. LIB. SVB PROC. AVRARIAR. V. S. M.

PROC. AVRARIARVM CVIVS RELIQVIAE EX INDVLGENTIA AVG. N. ROMAM LATAE SVNT.

Porrò fuisse hunc Proconsulatum Augustalem, hoc est immediatè sub Augustis, & sub nullius prætorij ditione existentẽ, arguit inscriptio Vetustatis quæ in Tustein, uicino Zaladnæ Transyluaniæ, hoc est Aurarijs loco, est eruta:

I. O. M.

IVNONI REGINAE MINERVAE OMNIB. DIIS IMMORTALIBVSQ. AXIVS AELIANVS VET. PROC. AVG.

PROCONSVLATVS MACEDONIAE, antiquus fuit, mox à bello Macedonico Perseo uicto institutus, de quo Cornelius Tacitus libro quarto, Pompeij Sabini Macedoniæ & Achaiæ proconsulis Tiberio imperante meminit. Cæterùm ante constitutum Imperium, Romani ex prætura duntaxat administrabant Macedoniam. Vnde est illud Flori super Liuium, in Argumentis, cap. L. Pseudophilippus in Macedonia cæso cum exercitu M. Iuuentio prętore, à Q. Cęcilio uictus captusq; est, relicta Macedonia. Idem & Quæstoris Macedoniæ meminit, capite Argumentorũ LIIII: Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quæstore cum exercitu cæsus est. Sed placet Macedoniæ proconsulatũ exemplo quodam uetustatis & confirmare & adornare, quod Viterbij in Italia extat: Proconsulatus Macedoniæ.

TRIB. MIL. LEG. VIII. BIS. AVGVST. Q. VRBANO PROVINC.
B CRETAE ET CYRENARVM AEDILI PL. PR. LEGATO DIVI VESPASIANI LEG. XIII. GERMANIAE PROCOS. PROCOS. PROVINCIAE MACEDONIAE P. TVLLIVS VARRO OPTIMO PATRI.

Atqui inclinante Imperio proconsulatus ille in Præsidatũ consularem est mutatus. Vnde author Præfecturarum codicis, in enumeratione prouinciarum Illyrici orientalis, Consularem Macedoniæ commemorat.

PROCONSVL ACHAIAE procedente Imperio primùm institutus est, cum eam prouinciam Romani antea ex prætura administrassent, quemadmodum Cæsar lib. tertio belli Ciuilis in ea Rutilij Lupi meminit, & Tacitus libro primo Pompeij Sabini. qui rursus libro quarto historiæ Augusti, nominatim ita scribit: Sic Milesios permisso publicè arbitrio, postremò Atidium Geminum prætorem Achaiæ decreuisse. Porrò procõsulatus Achaiæ meminit Trebellius Pollio in Gallienis: Idem Macrianus Pisonem unum ex nobilibus principibus Senatus ad Achaiam destinauit ob hoc, ut Valentem, qui illic proconsulari imperio rempublicam gubernabat, opprimeret. Et iterum in historia Valentis, qui unus ex tyrannis sub Galieno fuerat: Hic uir militaris, simul etiam Ciuilium uirtutũ gloria pollens, proconsulatum Achaiæ, dato à Galieno tunc honore, gubernabat. Atq; huius & Marcellinus quoq;, inclinantis Imperij autor, apertè his uerbis mentionem facit: Aderat his omnibus Pretextatus, præclaræ indolis grauitatisq; priscæ senator, ex negocio proprio fortè repertus apud Constantinopolim, quẽ arbitrio suo Achaiæ proconsulari præfecit potestate. Commemoratur is proconsulatus & à Mariano in Noticijs orientis & occidentis, cum Illyrici orientalis limitem describit. Huc spectat inscriptio Vetustatis, cuius est isthæc rhapsodia: Proconsulatus Achaiæ.

THEO-

THEO. PRAE. PEN. AVG. LIB. PROC. DOMINI NOSTRI M. AVRELII SEVERI ALEXANDRI PII FEL. AVG. PROVINCIAE ACHAIAE ET EPIRI ET THESSALIAE RAT. PVRPVRARVM PROC. AB EPHEMERIDE PROC. A' MANDATIS PROC. ET A' PRAEDIA GALLICANA. PROC. SALTVS. DOMITIANI TRICLINI ARCHA. IN PRAEPOSITVM A' FIBLIS, PRAEPOSITVS A' CHRISTALLINIS, HOMINEM INCOMPARABILEM TYSANDER AVG. LIB. OFFICIALIS. A

Proconsul Cretæ. PROCONSVL CRETAE: huius proconsulatus Corn. Tacitus meminit libro tertio historiæ Augustæ: Et Ancharius Priscus (inquit) Cæsium Cordium proconsulem Cretæ postulauerat repetundis, addito Maiestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat. Et iterum libro 15. Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur cæteris criminibus, ut solent præualidi prouincialium, & opibus nimijs ad iniurias minorũ, una uox eius usq; ad contumeliã Senatus penetrauerat, quòd dictitasset in sua pietate situm, an Proconsulibus qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. Is proconsulatus inclinante Imperio in Præsidiatum consularem est mutatus. Vnde liber Præfecturarum, cum Macedoniæ sex prouincias describit, sub prætorio Illyrici orientalis constitutas, inter reliquos recenset Cretæ Consularem.

Proconsulatus Cypri. PROCONSVLATVS CYPRI, cuius quidem in nullo authore historiarum nouimus nos mentionem legisse, excepta hac sola uetustatis inscriptione, quæ Salonæ in Dalmatia est eruta, in arca quadam lapidea:

P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVIAE FILIVS CONSI. ET DIDIAE NEPOS BARDI ET DVRITIAE PRONEPOS, SCAVRA QVAESTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDARVM TRIB. PLEB. AEDILIS CVRVLIS, IVDEX QVAESTIONIS, PRAETOR AERARII, PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINVIT. VIAR. CVRAN. EX VR. EX S. C. IN V. COSS. ITERVM EXTRA SORTEM AVCTORITATE CAIVS CAESAR ET S. C. MISSO AD COMPONENDVM STATVM IN RELIQVVM PROVINCIAE CYPRI. B

Proconsulatus Syriæ. PROCONSVLATVS SYRIAE, alterius uidelicet, ut existimo, inferioris, siue ulterioris, quæ Armeniam contingit. nam altera à Prætore gubernabatur, quæ in Palæstinam Phœniciamq; excurrit, de qua capite proximo abundè est dictum. Alludit uerò, præter cæteros, ad huiusmodi proconsulatum, Cicero libro Epistolarum ad Atticum primo, his uerbis: Pisonem Consulem nulla in re consistere unquam sum passus, desponsam homini iam Syriam ademi. Meminit huius proconsulatus etiam Herodianus libro secundo historiæ suæ, loquens de Nigro Pescennino, qui aduersus Seuerum Septimium à legionibus orientis Imperator erat declaratus. Is Niger consulatum gesserat, ac tum Syriæ præerat uniuersæ, qui honos ea tempestate multo maximus erat. Præter hæc de Syriæ proconsulatu reperire nihil potui. nam Syriæ præturæ & propræturæ, multo magis apud authores historiarum mentio occurrit. Qui si de meo sensu dicere debeo, autumo eam partem Syriæ, quæ antea habuerat Proconsules, postea per legatos Consulares gubernatam. Qua de re proximo cap. copiose dicetur.

PROCON-

A PROCONSVLATVS CILICIAE, meminit præter cæteros Fla. Vopiscus in Aureliani historia, his uerbis: Aurelianus filiam solùm reliquit, cuius posteri etiam nunc Romæ sunt. Aurelianus namque proconsul Ciliciæ, senator optimus, sui uerè iuris, uitæque uenerabilis. Huc alludit & Dion Casʃius in historia Adriani, de parente suo ita scribens: Cæterùm pater meus Apronianus, qui tum Ciliciæ præerat, de illo pleraque comperta mihi narrabat. Huc pertinet & locus Marcellini libro decimoquarto, ubi de origine huius Proconsulatus ita refert: Superatis Tauri montis uerticibus, qui ad solis ortum sublimius attollitur, Cilicia spacijs porrigitur latè distentis, diues bonis omnibus terra: eiusque lateri dextro adnexa Isauria, pari sorte ubere palmite uiret. Et subdit: Hæ duæ prouinciæ bello quondam piratico cateruis mixto prædonum, à Seruilio proconsule missæ sub iugum, factæ sunt uectigales. Continet uerò & huius Proconsulatus nomen monumentum Vetustatis, quod apud Celeiam Styriæ inferioris castri parieti insertum cernitur, cum hac inscriptione: *Proconsulatus Ciliciæ.*

T. VARIO CLEMENTI T. F. CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE MAVRITAN. CAESARIENSIS LVSITANIAE CILICIAE: & quæ plura sequuntur, quæ suprà adducta sunt.

PROCONSVLATVS BITHYNIAE, de quo Cornelij Taciti locus libro decimosexto Augustæ historiæ, loquentis de C. Petronio: Proconsul tamen Bithyniæ (ait) & mox Consul, ingentem se ac parem negocijs ostendit: dein reuolutus ad uitia, seu uitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni adsumptus est. Meminit eiusdem & Velleius Paterculus, quum Cæsaris à piratis captiuitatem describeret: Lætusque (inquit) nocturnæ expeditionis triumpho, ad suos reuersus est: mandatisque custodiæ quos cæperat, in Bithyniam perrexit, ad Proconsulem Iunium. Huc pertinet locus Dionis Casʃij in historia Adriani: Seuerum deinde debellatis Iudæis in Bithyniam misit Adrianus, non quidem ad bellum, sed indigebat prouincia præside & gubernatore iusto, sapiente, & qui in dignitate fuisset, autoritatemque haberet, quæ omnia in eo inerant. Hic res Bithyniorum tam priuatè quàm publicè ita disposuit & correxit, ut omnes Bithyni in hunc usque diem semper eius memoriam faciamus. Commemorat hunc Proconsulatum & Iulius Capitolinus in historia Maximi & Balbini: Attamen militaris tribunus fuit, & multos egerat numeros, & postea Præturam sumptu Pescenninæ Marcellinæ, quæ illum loco filij susceperat & aluerat: inde Proconsulatum Bithyniæ egit, & deinceps Græciæ, ac tertiò Narbonæ præfuit. Cæterùm qui Appianum Alexandrinum è Græco uertit, Præturæ, & non Proconsulatus in Bithynia meminit, hisce uerbis libro quarto Ciuilis belli: Et hic quidem cum Pompeio unà redijt, alter sub Bruto in Bithynia prætor fuit: & Bruto in Macedonia deuicto, Bithynia Antonio præbita, domum redijt. *Proconsulatus Bithyniæ.*

B

PROCONSVLATVS PONTI THRACIARVM ET GALLIAE, meminit unus (quod equidem sciam) Iulius Capitolinus in historia Maximi & Balbini, hisce uerbis: Balbinus nobilisʃimus, & iterum Consul, rector prouinciarum infinitarum. Nam & Asiam & Africam, & Bithyniam & Galatiam, & Pontum, & Thracias & Gallias ciuilibus administrationibus rexerat. Corroborat hanc Capitolini authoritatem monumentum quod Mediolani in templo sancti Ambrosij extat, cuius est hoc initium: *Proconsulatus Ponti & Thraciarum.*

u C. PLI-

C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR. LEGAT. PROC. PRO. PROVINCIAE PONTI CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM MISSVS: & quæ sequuntur. A

CAPVT SEXTVM, DE CONSVLARIBVS *Legatis prouinciarum.*

AMETSI prima fronte huius uideatur uocis etymon, legati Romano populo qui fuerint, intelligi: crescente tamen paulatim Romana Republica factum est, ut dilatarentur & nomina siue uoces rerum. Primùm enim legatos satis constat fuisse, qui ad res inspiciendas à Senatu, siue cum mandatis ad Reges externos mittebantur, indicturi bellum, uel ad pacem adhortaturi dubitantes. Vnde refert Liuius libro nono Decadis tertiæ, quum Scipio esset Romæ accusatus, decem ex urbe missos fuisse legatos, qui causam delati Scipionis cognoscerent: Marcum Pomponium (inquit) prætorem, cui Sicilia prouincia sorte euenisset, triduo proximo in prouinciam proficisci: Consules decem legatos, quos ijs uideretur, ex Senatu legere, quos cum prætore mitterent, & duos tribunos plebis, atque ædilem: cum eo consilio prætorem cognoscere, si ea quæ Locrenses facta quererentur, iussu aut uoluntate Publij Scipionis facta essent. Et de huiusmodi legatis alter locus eiusdem & authoris & Decadis libro primo est accipiendus, quum initia belli Punici secundi recenseret: Consules tunc Romæ erant, Pub. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus, qui cum legatis in Senatu introductis de Republica retulissent, placuissetq; mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas: quibus si uideretur digna causa, & Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis socijs populi Romani abstineret. Tales legatos denique illos fuisse credendum est, de quibus Capitolinus in Maximo & Balbino hoc refert: Maximo igitur (ait) ad bellum profecto, Senatus per omnes regiones Consulares, Prætorios, Quæstorios, Aedilitios, Tribunitios etiam uiros misit, ita ut unaquæq; ciuitas frumentum, arma & propugnacula & muros pararet. Hic itaq; mos cum diu durasset, factum est posterius Imperio extra Latium propagato, ut qui exercitum populi Romani educebāt, iniurias uindicaturi, Consules, Proconsules, aut Prætores, suos quoque sibi Legatos adsciscerent, quorum opera non solùm in legionibus gubernandis utebantur, uerùm etiam ad legationes obeundas, & uices interdum supplendas, ubi uel diuidere atque separare exercitum esset opus, uel auocari Romam Imperatorem contingeret. Atque tales rursus iuxta ordinem dignitatemq; distinguebantur. Erant enim Augustales, qui in comitatu Augusti, & ijs exercitibus quos Imperatores ipsi ducebant, eo munere fungebantur.

Legati prima significatio. B

Legatorum discrimina.

Erant legati Proconsulares, legati Prætorij, legati Tribunitij, legati expeditionis: quæ nomina subinde & apud authores historiarum, & in monumentis Vetustatis occurrunt. Huc referenda est Legatio libera, prima & secunda: de quorum singulis suo loco dicetur, si authorum prius locis hoc secundum legatorum genus corroborauerimus, explicauerimusq;. Adludit ergo ad huiusmodi legatos militares primus omniū M. Tullius Cicero, libro secundo Epistolarum ad Atticum: A' Cæsare (inquit) ualde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi ut sim legatus. Sic Titus Liuius libro ab Vrbe condita XXXV: Ex decem legatis, si dijs placet, quod consilium dispensandæ cohonestandæq; uictoriæ imperatoribusq; maiores dederint nostri. Tales legati fuerunt sub Cæsare contra Gallos pu-

A los pugnante, Cicero legatus legionis decimæquartæ, & Roscius legionis decimætertiæ. Et in hac significatione intelligenda sunt loca innumera apud Cæsarem, libro quarto Gallici belli: Cæsar postero die T. Labienum legatum, cum his legionibus quas ex Britannia reduxerat in Morinos, quòd rebellionem fecerant, misit. Et iterum libro quinto eiusdem: Tres in Belgio collocauit, his M. Crassum quæstorem, & L. Munatium Plancum, & C. Trebonium legatos præfecit. Vnam legionem, quam proximè trans Padum conscripserat, & cohortes quinque in Eburones, quorũ pars maxima est inter Mosam & Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis & Catiuulci erant, misit. His militibus Q. Tiburium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottum legatos præesse iussit. Et iterum: Iubet media nocte legionem proficisci, celeriterque ad se uenire. exijt cum nuncio Crassus, alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Attrebatium fines legionem adducat. Similiter libro tertio Ciuilis belli: Loquuntur ambo ex nauibus cum M. Acilio & Statio Murco legatis, quorum alter oppidi muris, alter præsidijs terrestribus præerat. Et iterum: Neque ullum interim telum per pactiones colloquentium trajciebatur. Mittit P. Vatinium legatũ ad ripam ipsam fluminis, qui ea quæ maximè ad pacem pertinere uiderentur, ageret. Huc pertinet & illud Spartiani in Adriano: Vsus Plotinæ quoque fauore, cuius studio etiam legatus expeditionis Parthicæ tempore destinatus est. Sed de his plena sunt ubique historicorum uolumina. Nunc quę fuerint legationes liberæ primæ & secundæ, expediam. *Legati legionum.*

LEGATIONES LIBERAE erant titulares, quando quispiam solo nomine legati uelut ornamento quodam decoratus, ab urbe discedebat, & nõ magis in hac prouincia quàm in illa legati munere fungebatur, dabanturque tales legationes magna ex parte uoti causa, quas Tacitus uidetur libro quarto Supernumerarias dixisse. Hinc Cicero libro secundo Epistolarum ad Atticum: A Cæsare ualde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi ut sim legatus, atque etiam libera legatio uoti causa datur. Sed hæc & præsidij apud furorem pulchelli non habet satis, & à fratris aduentu me ablegat. Et iterum libro decimoquinto: Habent, ut opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest. bella est autẽ huius iuris quinquennij licentia. Idem in Oratione pro Flacco scribit, legationes liberas multos sæpe bonos uiros sumpsisse, uoti exigendi causa. Et iterum in prima Antoniniarum refert, se habuisse liberum ius legationis. Idem in Oratione contra Rullum: Legatos nostros, homines authoritate tenui, qui rerum prouinciarum causa legationes liberas obtinent, tamen exteræ nationes ferre uix possunt. Graue est enim nomen Imperij, atque id etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd uestro, non suo nomine, quum hinc egressi sunt, abutuntur. *Legationes liberæ quæ fuerint.* B

Extat etiam epistola Decij Bruti ad Marcum, in Epistolis Ciceronis familiaribus, libro undecimo, ubi ista uerba legimus: Cum in his angustijs uersarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi reliquisque nostris, ut aliqua causa proficiscendi honesta quæreretur. Huc pertinet & illud eiusdem Tullij libro tertio de Legibus: Omitto quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas prosequuntur. in hominibus est hoc fortasse uitium. Sed quæro quid re ipsa sit turpius, quàm sine procuratione senator, legatus sine mandatis, siue ullo Reipublicæ munere? Porrò manserunt horum legatorum uestigia Romana in ecclesia, à qua Legati, nati in prouincijs, titulotenus sunt constituti: qualis est in Hungaria Strigoniensis, in Germania Salczeburgensis & Moguntinus. Petebantur huiusmodi liberæ legationes à Senatu, non solùm honestamenti causa, uerùm etiam quibus negocia priuata essent in prouincijs, aut qui hæreditates prosequebantur, aut legata: aut qui nomi

na exigere uolebant in prouincijs, legatorum personis acceptis commendabiliores cōtrouersias haberent. Quamobrem lege XII tabularum id uetitum erat, his uerbis: Rei suæ ergò ne quis legatus esto. Sic Plutarchus in Gracchis tradit, Senatum Scipioni Nasicæ liberam legationem in Asia decreuisse, cum ob mortem Tiberij Gracchi, cuius author fuerat ipse Nasica, uideret plebem aduersus illum malè animatam. Meminit & Tranquillus in Tiberij historia, capite de Patientia: Prætor designatus liberam legationem impetrauit. Huc referendum est quod Tacitus libro quarto scribit: Censuitq; Vibius Marcus, ut M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, supra numerū legaretur, qui templi curam susciperet. Et quia Lepidus per modestiam abnuebat, Nasio è prætorijs sorte missus est. Et sic intelligitur inscriptio, quæ apud Iuliam Albam in Transyluanis Hungariæ extat: A

MINERVAE TIB. IVLIVS NOVIANVS LIBR. LEG. POSVIT.

Legati qui fuerint.

Differebant igitur liberi legati à prolegatis, quòd hi semper in castris adesse cogebantur, utpote adiutores & optiones uerorum legatorum, ut propratores prætorum: illi uerò poterant uel adesse, uel non, & quandocunque placebat in castra ueniebant, ac munere suo fungebantur. Ac de prolegatis huiusmodi extat locus apud Cornelium Tacitum libro decimoquinto: Die pacta Tiberius Alexander, illustris eques Romanus, minister bello datus, & Viuianus Annius gener Corbulonis, nondum senatoria ætate, sed prolegato Quintæ legioni impositus, in castra Tyridatis uenere. Huc referendum est & illud Paterculi: Cæsar ad alteram belli Dalmatici molem animum atq; arma contulit. in qua regione quali adiutore legatoq; fratre meo Magio Celere sit usus, ipsius patrisq; eius prædicatione testatum est.

Legatio prima & secunda.

Sequitur nunc LEGATIO PRIMA ET SECVNDA, cuius mentio fit Marcellino libro XXVIII: Ideoq; rursus (inquit) ad Africam cum Iouino postremò omnium legatorum mittitur (Pancratius enim decesserat apud Treuiros) ut cum uicario ipse merita legationis quoque secundæ spectaret. Et rursus libro sequenti XXIX: His ita cum lætitia possessorum dispositis, ad Tubusuptum progressus, oppidum Ferrato contiguum monti, legationem secundam Firmi repudiauit, quæ obsides, ut antea statutum est, non duxerat secum. Cæterùm fuerunt & alia discrimina, de quibus paulo pòst eodem Capite agemus. B

Legatus unus pluribus legionibus præfuit.

Illud porrò notandum est, legatos interdum tales militares pluribus legionibus præfuisse, imperfectis uidelicet, & Gemellis. Vnde Tacitus libro uicesimo: Vbi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batauorum insula Romanū nomen trepidi nuncij afferebant, Mummium Lupercum legatum (is duarum legionum hybernis præerat) egredi aduersus hostem iubet. Sic Cæsar libro quinto Gallici belli: Sed meridie, quum Cæsar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset. Meminit & Velleius: Reddatur uerum L. Asprænati testimonium, qui legatus sub auunculo suo Varo militans, naua uiriliq; opera duarum legionum, quibus præerat, exercitū immunem seruauit. Porrò tales legati, qui pluribus legionibus præerant, propriè Præfecti appellabantur. de quibus extat locus apud Tacitum libro decimooctauo: Vulnerato Iulio Martiali tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum ruentibus obsistunt. Et sic est intelligenda inscriptio Vetustatis, quæ Albæ Iuliæ apud Transyluanos Hungariæ est eruta, cuius talis est rhapsodia:

P. AELIAE IVLIANAE MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI E. QVR. FLAM. ET IIVIRAE CL. APVL. ET ADOPTIVAE P. AEL. MARCELLI V. ET EX PRAEFECTO VII. CL. ET I. ADIVT. DADES ET FILETVS ACTOR.

Porrò

A Porrò de talibus legionum scilicet legatis, sæpe mentionem faciunt cùm authores historiarum, tum præcipuè Vetustatis monumenta: quorum quædam fidei ergò adducere uolui, ex his quæ quotidie apud Transyluanos eruuntur, intra Daciæ ueteris fines:

Albæ Iuliæ:	ALBAE Iuliæ:	Ad ripam Maurusij flu.
DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE PISTORIVS V.C. LEG. LEGIONIS XIII. G.	PRO SALVTE DN. NOSTRI SANCTISS. ANTONINI PII AVGVSTI NIMPIS NOVIS SACRVM RVFF. SVLPITIA LEG. LEG. XIII. CAL. OCTOB.	TENACI VINDICI LEG. LEG. XXIII. PRINC. CIVITATIS NICOPOLITANOR: P. TENAC. S. GEMELLINVS AVG. COL. APVL. LIBERTVS L. P. C. D. DDD.

In Filesia, ubi fortè ueteris Marcodanæ rudera sunt:

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITALIVM TRIBVNO LEG. II. AVG. QVAESTORI TVRBANTVM TRIB. PLEB. PRAETORI CVRATORI VIAE LATINAE, LEGATO LEGIONIS XI. FRETENSIS LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMARVM VLPIANARVM. & quæ sequuntur.

Tales itaque legati sub Imperatoribus Proconsulibusq; uel Prætoribus missi cum exercitu foràs, ad bellum, quia in prouincijs ab iniuria hostili tutandis morã B faciebant, imò quasi perpetuò excubias cum legione quisque sua agere cogebantur, factum est labente & Imperio & tempore, uti ijs prouincijs qui unica poterant legione defendi, uel ad summum duabus, pro præsidibus confirmarentur legati: atque adeò, ut si in prouincia unus decessisset, mox legioni alter subrogaretur, qui non solùm legioni, uerùm prouinciæ etiam, in qua legio excubabat, iura atque iusta dare solebat. Quales extitisse perpetuo quodammodo ordine temporum Imperijq; per omnes ætates reperio, Syria, Armenia, Phœnicia, Palæstina, Creta, Thessalia, Dalmacia, Pannonia superiori, Thuscia, Vmbria, Germania altera, Belgica altera, Gallia Lugdunensi, Aquitania, Britannia, & Betica Hispaniæ portione. Et de huiusmodi legatis prouincialibus accipienda sunt loca autorum. Titus Liuius libro nono Decadis tertiæ: Quintus Pleminius legatus missus est cum præsidio ad recuperandos à Carthaginensibus Locros, & cum eodem ibi relictus est præsidio. Idem libro octauo Decadis quartæ: Quum Lucius Scipio accusatus & damnatus sit pecuniæ captæ ab rege, Legatum in Hetruria fuisse Africanum tradunt. Et iterum libro quinto Decadis quintæ: Ex Illyrico duo legati Caius Licinius Nerua & Publius Decius nunciarunt, exercitum Illyricorum cæsum. Sic Cornelius Tacitus libro duodecimo, Hostorium ac Didium quum legatos dixisset, postea Proprætores prouinciæ Britanniæ appellat: At in Britannia (inquit) P. Hostorium proprætorem turbidæ res excepere, effusis in agros sociorum hostibus. Et mox cum pugnam subiecisset, ea ex populatione commissam subijcit: Qua pugna filius legati M. Hostorius, seruati ciuis decus meruit. Et iterum de Didio: At Cæsar cognita morte legati (Hostorium intelligit) ne prouincia sine rectore foret, Aulum Didium suffecit. Is properè uectus, non tamen integras res inuenit legionis pugna. Et sequitur: Finis lætior fuit, neque dispari euentu pugnatum à legione, cui Cesius Nasica præerat. Nam Didius senectute

Legati prouinciales ac rectores, & eorum origo.

 grauis,

grauis, & multa copia honorum, per ministros agere, & arcere hostem satis habebat. Hæc quanquam à duobus Hostorio Didióque proprætoribus plures per annos gesta coniunxi, ne diuisa haud perinde ad memoriam sui ualerent. Et de tali legato præside intelligendus est & alter eiusdem libri locus, qui habet: Nec Claudius, quanquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio profugium promittens, si pelleretur. Scripsítque Publio Attilio Histro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem, ipsáque è prouincia lecta auxilia pro ripa componeret, subsidio uictis, & terrori aduersus uictores. Meminit huiuscemodi legatorum regentium prouincias, Aelius Spartianus in uita Septimij Seueri: Legioni (inquit) quartæ Scythicæ præpositus est, circa Massiliam. Posthæc Athenas petijt studiorum sacrorúmque causa, & operum ac uetustatum. Vbi quum iniurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus, minuendo eorum priuilegia, iam Imperator factus, sic ultus est. Deinde Lugdunensem prouinciam legatus accepit. Iulius Capitolinus in Gordianis: Nam cum temporibus Maximini, hominis sæui atque truculenti, proconsul Africam regeret, eíque legatus filius esset à Senatu datus, quumq; quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum sæuiret quàm Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia uendicans, retunsus deinde à proconsule, eiúsque legato, cum nobilibus & consularibus uiris ipse minaretur. Et iterum in historia Maximi & Balbini: Missus præterea legatus, Sarmatas in Illyrico contudit: atque inde translatus ad Rhenum, rem contra Germanos satis feliciter gessit. Huc pertinet & illud Lampridij in Diadumeno: Nam quum quidam defectionis suspicionem incurrissent, & eos Macrinus sæuissimè punisset, filio fortè absente, atque hic audiuisset authores quidem defectionis occisos, quorum tamen unus dux Armeniæ erat: & item legatos Asiæ atque Arabiæ ob antiquam familiaritatem dimissos, his literis conuenisse patrem dicitur. His igitur legatis ut nihil deesset foris ad authoritatem, Augusti consularia ornamenta addere solebant. Vnde & Consulares prouinciæ uocabantur, quorum sæpe Scotus in Præfecturis meminit. Quos egregiè describit Cassiodorus libro sexto Variarum, in Formula consularitatis: Secures enim & fasces, quos illi dicauit genio antiquitas, tuis uidentur phaleris deputata: ut iurisdictio concessa, uel tacita possit admonere prouincias. Sed quale tibi debet esse, quod curules inclytas probatur ornare? Vultus quinetiam regnantium geniata obsequij pompa præmittit, ut non solùm summi iudicis, sed & dominorum reuerentia cumulatus orneris. Et subdit: In aliquibus adhuc prouincijs ornatus penula, carpenti etiam subuectione decoraris, ut multis declaretur iudicijs, per expressas imagines, rerum uices te præcelsæ gerere dignitatis.

Et subdit: Quapropter opinionis tuæ laude pellecti, per illam indictionem in illa prouincia consularitatis te præcipimus agere dignitatem, ut tibi non sit acceptum, quod legibus probatur inimicum. Illa magis dilige, quæ æquitatis iura commendant. Nomen tuum actionibus proba: consule fessis, & tunc uerè diceris Consularis. Sed & omnia æquabili moderatione pensentur, iustitiæ pecunias non quæres, & agnosces munera tibi copiose prouenire. Hæc ille. Cæterùm quia nobis consuetudo est, omnia non solùm locis authorum, uerùm etiam monumentis Vetustatis confirmare, placet de hoc genere legatorum, inscriptionem adferre apud Transyluanos intra ueteris Daciæ fines repertam, cuius rhapsodia hæc est: ubi per literas LEG. AVGG. PR. PR. intelligimus, Legatus Augustalis prætorij peregrini.

Albæ

A Albæ Iuliæ in pariete diui Ioannis, in quadam basi triangula:

FORTVNAE AVG. SAC. P. CALPVRNIVS PROCVLVS LEG. AVGG. PR. PR.

Augustæ Vindelicûm, in ædibus Peutingerorum:

MERCVRIO CVIVS SEDES À TERGO SVNT APIVS CL. LATERANVS XV VIR SAC. FAC. COS. DESIG. II. LEG. AVG. PR. PR. LEG. III. ITAL. V. S. L. A. M.

In uilla Dyod, prope Aurarias Zlatna.

DIANAE AVG. PRO SALVTE IMP. CAES. TITI AELII HADR. ANTONINI AVG. PII P. P. M. STATIVS PRISCVS LEG. AVG. PR. P. V. S. L. M.

Budæ, in Hungaria:

DIIS CONSERVATORIBVS GENIVS CAPELLIANVS. LEG. AVG. PR. PR. SOD. TITIVS.

Cæterùm huiusmodi legatos prouinciales, siue præsidiales, quanquam à militaribus originem duxerint, fuisse tamen diuersos ab his, multa sunt apud historiarum authores quæ confirmant. Siquidem Cornelius Tacitus libro decimooctauo, Primi Antonij legati septimæ legionis Galbianæ præsidium in Pannonijs agentis mentionem facit. item Sestij Iuliani septimæ Claudiæ Mœsicæ legionis. Et tamen eodem mox folio subiungit, Titum Fabianū Pannoniæ presidem. Idem commemorat eodem loco, Marcum Apronium in Mœsia præfectum, ac simul Titum Iulianum ac Numisium Lupum legatos Misiæ recenset: inter quos præsidem quidem, quòd rem feliciter contra Sarmatas gessisset Cesar triumphalibus ornamentis, & legatos consularibus tum condecorauerat. Et quia isthic Tacitus legatos consularibus ornamentis donatos refert, repetendum hoc nobis paulo altius erit. In primis sciendum est, omnes penè tales legatos, regentes prouincias, consulares extitisse: hoc est, ornamentis consularibus honoratos ab Augustis, tametsi Consules hi nunquam extitissent. Sunt enim apud Iurisconsultos, qui hoc discriminis inter prouinciarū præfectos animaduertunt, quòd prætores dicant à populo prouincijs, à Senatu procoss. & ab Augustis fuisse datos legatos: qui quidem, omissa dictione priore cōsulares simpliciter Scoto, qui librum Præfecturarum siue Noticiarum orientis & occidentis (ut Reipublicæ Romanæ status fuit Arcadio & Honorio imperantibus) scripsit, nominantur: uidelicet per prouincias Armeniam, Phœniciam, Palæstinam, Cretam, Thessaliam, Macedoniam, Dalmaciam, Pannoniam primam, Thusciam, Vmbriam, Germaniam alteram, Belgicam alteram, Lugdunensem prouin. Britanniam & Beticam. de quibus & hæc accipienda inscriptio erit, quæ Veronæ in Italia extat:

Discrimen inter legatos legionum & prouinciales.

B

Consulares legati prouinciarum.

L. OCTAVIO L. F. PVB. SEVERIAN. LEG. QVI VIXIT ANNOS XXI SEVERVS ET TRATORIA SEVERIA PARENTES INFELICISSIMI FILIO DESIDERATIS.

Atqui cum & legatorum Augustalium, proconsularium, prætoriorum, proprætoriorum & tribunitiorū, in monumentis & exemplis uetustatis crebrò mentio fiat, dicam de his paulo altius. Equidem omnes penè differentias legatorum prouincialiū, quo ad honorum gradus, paucis uerbis comprehendit Trebellius Pollio in historia Censorini, qui erat unus ex tyrannis qui imperium sub Galieno inua-

inuaserant. Censorinus (inquit) uir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis Consul, bis Præfectus prætorij, ter Præfectus urbi, quartò Proconsul, tertiò Consularis legatus, legatus prætorius, secundò ædilitius, tertiò quæstorius, extra ordinem quoq; legatione Persica functus, etiam Sarmatica. Ex quibus liquet, omnia hæc quidem discrimina siue cognomina legatis militaribus exercitus Romani fuisse familiaria, non autem prouincialibus, qui solummodo aut Augustales, aut consulares, aut consulares & Augustales simul fuerunt. Atq; ut de militarium discriminibus pergamus, erant potissimum (qui aut Consulem, aut Proconsulem, aut Prætorem, siue etiam proprætorem, atque etiam tribunos in castris sequebantur, legiones ductantes) consulares, proconsulares, prætorij, proprætorij, & tribunitij. Quanquã & in monumentis quibusdam Augustales in hoc genere obseruarim, quorum subijcere placuit quædam: A

Varhelio Transyluaniæ, ubi Vlpiæ Traianæ rudera:

HYGIAE IMP. VA.
XLVII. AVGVSTALIS
EORVNDEM CONIV-
GIBVS M. P. ET IPSE
HIC SITVS EST
VAL.

Albæ Iuliæ, apud Transyluanos:

VICTORIAE ANTONINI AVG. L.
ANNIVS ITALICVS HONORATVS
LEG. AVG. LEG. XIII. G. ANTONI
NIANAE PRAEF. AERARII MILITA-
RIS SODALIS HADRIANALIS CVM
GAVIDIA TORQVATA SVA ET AN
NIS ITALICO ET HONORATO ET
ITALICA FILIIS.

Prope Strigonium in Hungaria, intra fines Pannoniæ secundæ:

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITOLIVM TRIB. LEG. II AVG. B
QVAESTORI TVRBANTIVM TRIB. PL. PRAETORI CVRATORI
VIAE LATINAE LEG. LEG. X. FRETENSIS AVGVSTALI.

CONSVLARES legati castrenses ante constitutũ Imperiũ præcipuè erant, qui legionibus sub Consulibus in prouincias uel cõtra hostes egressis, legiones ducebant. De quibus Cicero epist. ad Q. Fratrem prima, gratulatur duobus illi nominibus: primũ ut Asiæ proconsuli, deinde quòd tres optimos legatos legerit, uidelicet Tuberonem, Halienum, & Gratidium. Sic T. Liuius libro 17 ab Vrbe: Quos petierat (inquit) ad consulem tres missi legati, Sextus Iulius Cæsar, Licinius Pollio, L. Cincius Halymetus. Idem libro 2. Decad. tertiæ, cum de Cn. Seruilio, prioris anni consule loqueretur, quo tempore Fabius Maximus contra Hannibalem dictaturam acceperat: Marcũ (inquit) Attilium ætatem excusantem, Romã miserunt, Cn. Seruilium in minoribus castris legioni Romanę, & socium peditũ equitumq; duobus millibus præficiunt. Et rursus lib. nono Decadis quartæ, in Hannibalis moribundi oratione, cum apud Antiochiũ regem sibi mortem cõsciuisset: Liberemus, inquit, diuturna cura P. R. quando mortem senis expectare longũ censent, nec magnam, nec memorabilem ex inermi proditoq; Flaminius uictoriam feret. Mores quidem populi Rom. quantum mutauerit, uel hic dies argumẽto erit. Horum patres Pyrrho regi hosti armato exercitum in Italia habenti, ut à ueneno præcaueret, prædixerunt. Hi legatum consularem, qui autor esset Prusiæ per scelus occidendi hospitis miserunt. Execratus deinde in caput regnumq; Prusiæ, & hospitales deos uiolatæ ab eo fidei testes inuocans, poculum exhausit. Huc pertinet illud Vetustatis exemplum, quod apud Albam Iuliam Transyluanię est erutum, cum tali inscriptione:

A AESCVLAPIO ET HYGIAE CAETERISQ. HVIVS LOCI SALVTARIB. C. IVLIVS FRONTONIANVS VET. EX COS. LEGAT. LEG. V. MACED. P. REDDITIS SIBI LVMINIBVS. & quæ plura sequuntur.

Atque hæc de Consularibus legatis. Sequuntur PROCONSVLARES, qui talem operam moderandi legiones, proconsuli in expeditionem uel prouinciam exeunti nauabant. Quorum meminit Iulius Capitolinus in Gordianis: Nam cum temporibus Maximini, hominis sæui atque truculenti, proconsul Africam regeret, eiq́ legatus filius esset à Senatu datus: quumq́ quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum sæuiret, quàm Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia uendicans, retunsus deinde à proconsule atque legato, cum nobilibus & consularibus uiris ipse minaretur. Sic Ælius Spartianus in uita Septimij Seueri: Acta igitur quæstura Sardicensi, legationem proconsulis Africæ accepit, in qua legatione quum eum quidam suorum Lepidanus, præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio eiusdem præconis cæcidit: Legatum populi Romani homo plebeius temerè amplecti noli. Ex quo factum est, ut in uehiculo etiam legati sederent, qui antè pedibus ambulabant. Porrò quia de fascibus mentio facta est, quos etiam legati usurpabant, quærendum erit, quot numero uel fasces, uel lictores hi præcedentes habuerint. Hoc uerò docere uidetur Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Apparitores denique nullos esse passus est. Tribunis aut ducibus nisi milites anteire uoluit, iussitq́ ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem sex, ante legatum decem, hiq́ ad domos se suas reciperent. Atque hæc quidem de numero apparitorum. At lictores quot hi habuerint, nondum definitum est. Sed placet, quod ex authoribus de legatis proconsularibus adduximus, monumentis pariter Vetustatis confirmare.

Legati proconsulares militantes.

B

Sagunti ruinis in Hispania:

L. VALERIO LEGATO PROCOS. NOVO OMNIBVS HONORIBVS IN R. P. SVA FVNCTO: ADIECTO IN V. DECVRIAS FLAMINI P. F. C. GANNIVS ET TROPHINVS V. F. PATRONO OPTIMO ET INDVLGENTISSIMO.

LEGATVS PRAETORIVS, militaris erat, qui prætorem contra hostem à S. P. Q. R. missum, aut sorte in prouinciam exeuntem, cum sua legione sequebatur, eiusq́ iussa & mandata excipiebat. de quo Cornelius Tacitus in historia Iulij Agricolæ: Quippe legatis quoque Consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec Legatus prætorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio, ita successor simul & ultor electus. Meminit & Ælius Spartianus in uita Hadriani: Prætor factus est sub Sura Seruiano iterum COS. quum sestertiûm uicies ad ludos edendos à Traiano accepit: Legatus postea prætorius in Pannoniam inferiorem missus, Sarmatas compresit. Atque ad hoc genus legati alludit inscriptio Vetustatis, quæ Veronæ ad Athesim sic legitur:

Legatus prætorius.

M. NONIO M. F. PROB. MVTIANO P. DELPHIO PEREGRINO TRIBVNO MIL. LEG. X. FRETENS. ET QVAESTOR. AED. PR. LEG. PROPR. PROVINCIAE AFRICAE PATRONO D. D.

LEGA-

Legatus Propraetorius. LEGATVS PROPRAETORIVS: meminit Cornelius Tacitus libro duodecimo Ostorij & Didij Britanniæ legatorum, quos eosdem Proprætores nominat: At Cæsar cognita (inquit) morte legati, ne prouincia sine rectore foret, Aulum Didium suffecit. Et subdit: Hæc quanquam à duobus Ostorio Didioque proprætoribus plures per annos gesta coniunxi. Huc facit & inscriptio quæ extat Brixiæ in Italia, in domini Martinengi ædibus: A

D. M.

C. PONTIO C. PALIGNO TRIB. M. LEG. X. GEM. CVR. LOCORVM PVBLIC. ITERVM AEDIL. CVR. LEGATO PROPRAE. ITERVM EX S. C. ET EX TIB. CAESARIS D.

Legatus tribunitius. LEGATI TRIBVNITII quales fuerint, nescio: nisi quòd horum in unico monumento Vetustatis mentio fit, quod apud nos Viennæ extat, & parieti collegij Archiducalis insertum cernitur, cum hac inscriptione. Quin, si de meo sensu dicere debeo, arbitror fuisse legatos Tribunitios, eos in exercitu tribunos, qui Legatorum absentium uicem sumebant: uel quum mortuo aut auocato Legato, potior Tribunus, cohortis uidelicet millenariæ, gubernandæ legionis iura subisset. Sed placet rhapsodiam monumenti recensere, quam diximus Viennæ Austriæ haberi:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT. REPENTINO ADLECTO INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE PRAETORIO LEGAT. PR. PR. PROVINCIAE ASIAE. B

Atque hæc quidem de Legatorum militarium gradibus, siue cognominibus. Legati prouinciales. Superest, ut etiam dicamus de Legatis prouincialibus, quot generum aut dignitatum hi fuerint. Equidem, ut antè dictum est, quicunque legati ius administrandi Romanas prouincias habebant, aut Consulares hi fuerunt, hoc est, ornamentis consularibus ornati: aut ultra ea ornamenta, Augustales erant, hoc est, Augustalibus prouincijs præsidebant, quarum sibi administrationem Cæsares Augusti Prouinciæ Augustales. absque consensu uel decreto Senatus populiq; Romani retinebant: quales erant, Syria, Cappadocia, Pontus, Hispania maior, Dalmatia, Germania inferior, & Pannonia superior uel prima. Quæ omnes erant Augustales, & simul Consulares: hoc est, quòd non nisi à Legatis consularibus ornamentis condecoratis administrabantur. At cæteræ, Gallia Lugdunensis & Aquitania, Belgicarum altera, Britannia, Betica, Mœsia, Phœnicia, Palæstina & Armenia, cum non nisi à Con- Prouinciæ ambiguæ. sularibus legatis gubernaretur, indiscriminatim tamen hosce præsides uel ab Augustis, uel à Senatu populoq; Romano accipere solebant. Qua de causa Consulares simpliciter prouinciæ erant, & non item Augustales. De quibus est hic Iulij Capitolini locus accipiendus in Gordianis, quum de inauguratione Gordianorum in Africa loqueretur: Quocirca si placet, quoniam non longè est nobilissimus proconsul cum filio consulari legato, quorum utique mortem pestis ista minata est. Sed placet ordine per prouincias ire, quæ tales legatos loco præsidum accipiebant, initio sumpto ab his quæ non nisi ab Augustis tales rectores accipiebant: quarum suprà nominauimus octo, uidelicet Syriam, Cappadociam, Pontum, Daciam mediterraneam, Dalmatiam, Pannoniam primam siue superiorem, Germaniam inferiorem, & Hispaniam alteram. Hic autem offendi diligens Lector non debet, quòd unam eandemq; prouinciam nunc prætoriam, procon-

A proconsularem, consularemq; facio. Quippe distinguendæ sunt primùm omniũ prouinciarum diuisiones atque partitiones, deinde & Imperij obseruandæ ætates erunt, quibus in Romana republica pleraque mutata sunt. Accidit enim ferè, ut omnes prouinciæ quæ nõdum facto Imperio Proconsules habebant, aut Prætores: eædem ipsæ, florente Romani Imperij maiestate, non amplius proconsules, sed legatos duntaxat consulares acciperent. quales erant, Syria ulterior, Pontus, Dacia, Germania tam inferior quàm superior, & Hispania citerior. Quibus prouincijs superiore capite omnibus proconsulatus constituimus: intellige, uel incipiente uel florente Imperio. Et nunc easdem Consulares hocce capite facimus, intellige sanius, decrescente Romani nominis Republica. Quare & titulum hi Proconsulum Spectabilitatis usurpabant. Sic Cassiodorus libro tertio, Ioannem Consularem Campaniæ V. S. uocat. Et libro quinto, Euphemij consularis Dalmatiæ meminit, sub eodem titulo V. S. Itaque SYRIAM utique maiorem, Cappadociam, Pontum, & Thraciam, prouincias fuisse consulares, & à legatis consularibus ornamentis honestatis administratas, docent cùm loca uetustiorũ autorum, tum uerò istæ nominatim monumentorum inscriptiones:

Præsidũ diuersitas iuxta ætates Imperij.

Tarraconæ apud Hispanos:

Q. ATRIO CLONIO LEG.
AVG. PR. PR. PROVINCIARVM THRACIAE CAPPADOCIAE SYRIAE MAIORIS HISPANIAE CITERIORIS CLAVDIVS
B IVSTVS LEG. III. GEM. P. F.
SEVERIANAE ALEXANDRINAE
PRAESIDI ABSTINENTISS.

Mediolani in templo sancti Ambrosij:

C. PLINIVS L. F. O. V. F.
CAECILIVS AVGVR LEG.
PROC. PROVINCIAE PONTI CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG.
GERMAN.

Atque de SYRIA quidem, uidelicet maiore siue ulteriore, quòd Consularis fuerit, & à legato administrata, constituto semel Imperio, multa sunt apud Cornelium Tacitum loca quæ declarant. Scribit enim libro historiæ Augustæ undecimo: Exin ualidissimas præfecturas inuasit, & recuperare Armeniam parabat, ni Vibio Marso Syriæ legato bellum minitante cohibitus foret. Et rursus libro duodecimo: Vt nisi Pharasmanem bello absteruisset, T. Vinidium Quadratum præsidem Syriæ doceret, quo in statu Armeniæ forent. Idem de Cappadociæ legato, libro quarto historiæ Augustæ: At Cappadoces in formam prouinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepere. Huc attinet quod scribit Marcellinus libro uicesimo: Itineribus itaque emensis, quum ad Pylas uenisset, qui locus Cappadoces discernit, & Cilicas, osculo susceptum rectorem prouinciæ nomine Celsum, &c. Sic Tranquillus in Vespasiano: Cappadociæ propter assiduos barbarorum insultus legiones addidit, Consularémque legatum imposuit. Meminit præterea Syriæ legati & Dion Cassius in historia Hadriani: Legatus Syriæ belli Parthici tempore præpositus fuit. Sic Spartianus in eiusdem Hadriani uita: Quinto Iduum Augusti die, legatus Syriæ adoptionis literas accepit, quando & natalem adoptionis celebrari iussit. Confirmat hæc omnia Marcellinus, decrescentis Imperij author, ut qui sub Valentiniano primo lucubrauit. cuius hæc sunt de consulari Syriæ loca, libro decimoquarto: Sed consularem Syriæ Theophilum propè adstantem, ultima metuenti multitudini dedit, adsiduè replicando, quòd inuito rectore nullus egere poterit

Syria consularis prouincia.

Octo consulares in limite Asiatico inclinante Imperio. re poterit uictu. Et rursus sub finem libri decimiquinti: Quod nefandum est, A & in totum lucrandi auiditate sordescens, ut inter alia multa euidenter apparuit, in quæstionibus agitatis super morte Theophili Syriæ consularis, ob proditionem Cæsaris Galli, impetu plebis promiscuæ discerpti. Atque hic quidem consularis fuit tam incipiente quàm inclinante Imperio. Nam postremis temporibus plures fuere in limite orientis Consulares, si Codici præfecturarũ credimus: uidelicet Syriæ, Palæstinæ, Ciliciæ, Phœnicis, Cypri, Lydiæ, Pamphiliæ, & Hellesponti.

PONTO quoq; consularem administrasse Scotus testatur, qui in Codice præfecturarum, per Ponticam duos consulares, uidelicet Galatiæ & Bithyniæ: & per Thracias itidem duos commemorat, Europæ uidelicet & Thraciæ.

Dacia consularis. DACIAM prouinciam consularem Marianus in libro Præfecturarum sub dispositione uiri Spectabilis, Illyrici orientalis Præfecti prætorio, recenset. Sed hic rursus quæres, quî fiat, ut cum nuper Daciam inter prouincias proconsulares enumerauerimus, & Proconsulẽ Aurariarũ in ea collocauerimus, nunc adeò eam rursus à legato consulari administratam dicamus? Distinguendi sunt tibi, Lector candide, tractus, siue partitiones Daciarum. Vt enim author Præfecturarum, Consularem in Dacia mediterranea collocat, ubi nunc Transyluania Saxonum & Zaculorum extenditur: ita rursus ducem limitaneum & præsidem in altera Dacia describit, quæ inter ripas Danubij & Tibisci, Mari, Cusiq; excurrit, quam & Ripensem cognominat (ubi hodie Vngaria ulterior Tisciensis, siue Singidonensis cernitur) Proconsulis uerò Daciæ tametsi nullus historiæ author meminerit (quod equidem sciam) occurrit tamen nomen illius in monumentis quæ ad Zalatnam & locis uicinis eruuntur, ubi in hanc usque diem Aurariæ non ignobiles supersunt. Qua de re capite superiore dictum est abundè. Nunc inscriptiones Vetustatis intra fines Daciæ ueteris mediterraneæ apud Transyluanos erutas, quibus huiusmodi legatorum consularium Augustalium nomen exprimitur, fidei ergò subijciemus: B

In Engedino Transyluaniæ:

IOVI STATORI Q. ABVRNVS
CAEDICIANVS LEG. AVG.

Vaciæ Hungariæ prope Budam:

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVAESTORI VRBANO TRIB. PLEB. PRAETORI, CVRATORI VIAE LATINAE LEG. X. FRETENSIS LEG. AVG. PR. PR. PROVINC. DAC. COL. VLP. TRAIAN. SARMAT.

In Mulenpacho Transyluaniæ:

PEVRIO SATVRNINO LEGATO AVGVSTALI PRAEPOSITOQVE CONSVLARI COLONIAE DACICAE SARMATICAE ITEM PRIMO PRAEF. PROVINCIAE DARCOLAMARVM VLPIANARVM TRAIANARVM SARMATICARVM:
& quæ sequuntur.

Macedoniæ consularis. MACEDONIAE, ut opinor, minoris cõsularis à Mariano recensetur. Nam maior proconsulem sortiebatur.

Dalmatia consularis. DALMATIAE legatus consularis nõ solũ tribuitur à Scoto, qui Reipub. Romanæ formulã ut fuit sub Arcadio & Honorio, descripsit, uerũ etiam autores passim huius generis præsidis mentionem faciũt, qui sunt ætate Arcadiana uetustiores. Ac primùm omniũ Velleius Paterculus, qui Tiberij Cæsaris primi res gestas adnotauit, incipiẽte primũ Imperio, eius rei sic meminit: Magna in bello Dalmatiæ experi-

A experimenta uirtutis in multos ac difficiles locos præmissus Germanicus dedit, celebris etiam opera diligenti, quibus Iulius Posthumius uir consularis, præpositus Dalmatiæ, ornamenta meruit triumphalia. Sic Aelius Spartianus in uita Didij Iuliani: Cattos etiam debellauit, inde Dalmatiam regendam accepit, eamq́ à confinibus hostibus uindicauit. Huc adludit & Tranquillus in Claudio Cæsare: Bellum ciuile mouit (inquit) Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, uerùm intra quintum diem oppressus est. Fuisse huiusmodi consularem inclinante Imperio sub Zenone, ex Cassiodoro colligitur libro quinto Variarum cognitionum, ubi Theodericus rex epistolam scribit ad Epiphanium v. s. consularem prouinciæ Dalmatiæ. Porrò legatum huiusmodi Dalmatiæ fuisse non modò consularem, uerumetiam Augustalem in prætorio peregrino uidelicet Italiæ, hoc est, non nisi ab Augustis huic prouinciæ solitum præfici, confirmat exemplum Vetustatis quod apud Tarraconē Hispaniẹ cum tali inscriptione est erutū:

L. DOMITIO GALLICANO PAPINIANO C. V.
LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE GERMANIAE
INFERIORIS LEG. AVG. PR. PR. DALMATIAE
COS. DEVOTISSIMO ET INNOCENTISSIMO AV-
RELIVS IVLIENVS PATRONO INCOM-
PARABILI.

GERMANIAE inferioris itaq; quia iam adducta inscriptio legati Augustalis consularis mentionem facit, uidendum est, talem'ne ea pars Germaniæ, & qua ætate Imperij habuerit: & hoc magis, quòd capite superiori ex monumentis Styriæ Proconsulatum Germaniæ inferioris constitueramus. Equidem si de meo B sensū dicere debeo, quando consularem Germaniæ inferioris paulo uetustiorem inuenimus, autumo, qui primis temporibus Imperij fuerat Legatus consularis Augustalis, eundem posterius proconsulem extitisse: cuius quidem nominis seu tituli præter T. Varium Clementem nullum obseruauimus, neq; in authoribus historiarum, neq; in monumentis Antiquitatis. Atqui legati siue consulares Germaniæ inferioris antiquissimi reperiuntur. Siquidem Hadrianum postea Cæsarem fuisse legatum Germaniæ, Spartianus scribit: quod de Antonio quodam imperante Nerone Tranquillus adnotauit. Et nominatim clariusq; commemorans Cor. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Turonij (inquit) legionario milite, quem Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus miserat, oppressit. Idem libro decimoseptimo: Inferioris Germaniæ legiones diutius sine consulari fuere, donec iussu Galbæ Vitellius aderat. Et iterum libro decimooctauo: Sub ipsas superioris anni Calendas Decemb. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hyberna legionum cum cura adierat, redditi plerisq; ordines, remissa ignominia, alleuatæ notæ, plura ambitione, quædam iudicio, in quibus sordem & auaritiam Fonteij Capitonis adimendis assignandisq; suæ militiæ ordinibus integrè mutauerat. Nec consulares legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. Huc pertinet & illud Spartiani in Iuliani historia: Prætor eiusdem suffragio fuit: post præturam legioni præfuit in Germania uigesimæsecundæ Primigeniæ: inde Belgicam diu ac sanctè rexit. Ibi Cauchis Germaniæ populis, qui Albim fluuium accolebant, erumpentibus, restitit tumultuarijs auxilijs prouincialium: ob quæ consulatum meruit, testimonio Imperatoris. Sed hic locus æquè, & quidem potest magis de Germania superiori intelligi. Atqui constat & illam consulari legato administratam, ut Tacitus multis locis ostendit libro 12: Iisdem temporibus (inquit) in superiori Germania trepidatum, aduentu Catto-

Germaniæ inferioris consularis.

rum, latrocinia agentium. Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangionas & Nemetes, addito equite Alario, monuit ut anteirent populatores. Et rursus libro decimoseptimo: Superior exercitus legatum Hordeoniũ Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum inualidum, sine constantia, siue authoritate, ne quieto quidem milite regimen, adeò furentes infirmitate retinẽtis ultro etiam accendebantur: inferioris Germaniꝫ legiones diutius sine consulari fuere. Et iterum libro decimooctauo, de eodem Hordeonio sermonem continuans: At in superiori exercitu (inquit) quarta ac duodeuicesima legiones ijsdem hybernis tendentes, ipso Calend. Ianuarij die dirumpunt imagines Galbæ. Et subdit: Spectator flagitij Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat. Huc pertinet & illud Taciti eodem libro, de Vitellij imperij auspicio loquentis: His (inquit) auspicijs urbem ingressus, quam gloriam ad principatum attulit, nisi occisi Obultronij Albini & Marcelli in Hispania, Berinchilonis in Gallia, Fonteij Capitonis in Germania, Clodij Macri in Africa. Huc adijciendum est quod idem Tacitus scribit sub finem libri tredecimi: Auitus scripto ad Curtilium Mantiam superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma à tergo ostẽderet. Atq; hæc de consulari Germaniæ utriusq;.

Consularis Pannoniæ superioris. Sequitur LEGATVS CONSVLARIS, idemq; AVGVSTALIS, PANNONIAE primæ siue superioris, cuius nõ solum liber Noticiarum orientis & occidentis Scoti Mariani nominatim mentionem facit, uerùm etiam insinuare apertè uidetur Cor. Tacitus libro decimooctauo historiæ Augustꝫ, his uerbis: Iuncti inde Mœsici ac Pãnonici exercitus Dalmaticum militem traxere, quanquam consularibus legatis nihil turbantibus, Titus Fabianus Pannoniam, Pompeius Syllanus Dalmatiam tenebant. Meminit huius consularis & Ammianus Marcellinus libro decimosexto historiæ suæ: Indefensum inde Rufinus eluserat. Quo indicante quædam cognita per Gaudentium, agentem in rebus Cõsularem Pannoniæ tunc Africanum, cum retulissent Præfectum apparitionis Præfecturꝫ prætorianꝫ. Et iterum libro uigesimoprimo: Vbi Victorem apud Sirmium uisum scriptorem historicum exinde uenire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit. Porrò hunc Pannoniæ primæ siue superioris consularem legatum (ubi nunc Austria inferior, siue tractus Viennensis excurrit) fuisse dignitate Augustalem pariter, hoc est, non nisi ab Augustis dari solitum, coarguit hoc monumentum quod Viennæ apud nos parieti collegij Archiducalis insertum cernitur, cum hac inscriptione:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT REPENTINO ADLECTO INTER TRIBVNICIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE PRAETORI LEG. PR. PR. PROVINCIAE ASIAE, LEG. AVG. LEG. X. G. C. IVL. MAGNVS DEC. COL. KARN. EQVO PVBLICO EX V. DECVR DIGNISSIMO L. ƆƆƆ.

Legatus consularis Hispaniæ. LEGATVS CONSVLARIS AVGVSTALIS HISPANIAE citerioris, ubi quondam ante cõstitutionem Imperij Prætura fuerat (de qua abunde dictum est capite huius libri quinto) florente atq; labente Imperio legatus consularis Augustalis, Augustorũ solummodo authoritate atq; auspicio gubernare cœpit. Qua de re Suetonius in Tiberio sic scribit: Regressus in insulam, reipublicꝫ quidem curam usq; adeò abiecit, ut postea non decurias equitum unquam suppleuerit, non tribunos militum, præfectosq;, non prouinciarum præsides ullos mutauerit, Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis haberet. Meminit & Cor. Tacitus libro decimooctauo: Vectius Bolanus nunquam satis quieta Britan-

A Britannia, & uterq; ambigui. Neq; ex Hispanijs properabatur, nullo tum ibi con sulari. Huc referendum est quod Marcellinus scribit libro uigesimooctauo: Et iussus ad eius comitatum duci, de fumo (ut aiunt) flammam, traditus Phalangiæ Beticæ consulari, cecidit funesta carnificis manu. Adludit ad huiusmodi legatum consularem Augustalem, Hispaniæ inscriptio Vetustatis, quæ Auximi in Italia extat:

M. VIBIO SOLEMNI SEVERO COS. ADLECTO A SACRATISS. IMP. HADRIANO INTER TRIBVNITIOS PR. PEREGRIN. AVG. LEG. PROVIN. BACTICAE. LEG. LEGION. XI. CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVINC. LVSITANIAE PATRONO COL. LEONAS LIB. ACCENSVS PATRONI ET IN DEDIC. STATVAE COLONIS COENAM DEDIT.

Hic non possum silentio transire, inclinante republica, ut sub Archadio & Honorio fuerat, & Scotus in Præfecturis memorat, consulares Hispaniæ tres fuisse, Beticæ, Lusitaniæ & Calleciæ. Atq; hæc de Cõsularibus Augustalibusq; legatis, qui prouincias Romanas iure præsidiali administrabant: qui quidem & ipsi non minus quàm proconsules præsidesq;, præfecti prætorio in limite, dicto audiebãt. Vnde additas subinde in inscriptionibus cernes, PR. PR. quę literę Præfecturam prætorianam denotant. Superest ergo nunc, ut reliquos Consulares legatos explicemus, qui non erant Augustales: hoc est, promiscuè nunc quidẽ ab Augustis, nunc uerò prouincijs à Senatu populoq; Romano dabantur. Erant uerò (quantum eruere ex continua historiarum lectione licuit) Tusciæ & Vmbriæ, B Gallię Lugdunensis & Aquitaniæ, Belgicæ secundæ, Britanniæ, Mœsię, Palæstinæ & Armeniæ. quæ ita esse, ut proponimus, locis authorum & exemplis Antiquitatis abundè confirmabimus.

LEGATVS TVSCIAE ET VMBRIAE Consularis qui fuerit, ostendit Aelius Spartianus in historia Hadriani: Quatuor (inquit) consulares per omnem Italiã iudices constituit. Subscribit Iul. Capitolinus in uita Pij Cæsaris: Inter quatuor cõsulares quibus Italia cõmittebatur, electus est ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimũ possidebat. Meminit & Symmachus, inclinantis Imperij author, & sub Theodosio iuniore urbis prefectus, libro primo, epistola 39: Sed diu Iuliano moderante rempublicam, cum Lupus consulari uiro Campaniæ præsidens Terracinensium contemplaretur angustias. Meminit huiusce consularis etiam Procopius libro primo belli Gothici: Vnde huic animo inerat, Iustiniano Thusciam prodere. Cuius rei ob gratiã, ubi primùm uim magnam pecuniarum & consularem dignitatem ab eo in præmium retulisset. Huc pertinet & monumentum quod Romæ apud S. Basilium extat: *Legatus Tusciæ & Vmbriæ.*

BETITIO PERPETVO ARZYCO V. C. CONSVLARI TVSCIAE ET VMBRIAE OB SINGVLARIA ERGA PROVINCIALES BENEFICIA ET OB MODERATIONEM PRO DOCVMENTO ET IAM POSTERIS RELINQVENDAM AETERNAM, STATVAE MONVMENTVM TVSCI ET VMBRI PATRONO PRAESTANTISS. COLLOCARVNT.

Codex præfecturarum præter modò dictos, plures cõsulares Italię enumerat, uidelicet Venetiæ & Istriæ, Aemiliæ, Campaniæ, Liguriæ, Flaminię, Annonarij, Tusciæ, Piceni Siciliæ, & Piceni Suburbicarij.

Legatus Galliæ Lugdunensis. LEGATVS GALLIAE LVGDVNENSIS PRIMAE, nam cæteræ præsides modò habebant, cuius etiam apud Cæsarem mentio extat libro primo ciuilis Belli: Prouinciæ priuatis decernuntur, duæ consulares, reliquæ prætoriæ: Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia. Meminit quoq; Aelius Spartianus in historia Seueri Septimij: Deinde Lugdunensem prouinciam legatus accepit. Et subdit: A' Gallis ob seueritatem & honorificentiam & abstinentiam tantum, quantum nemo, dilectus est. Huc adludit & Trebellius Pollio in historia Tetrici senioris: Quare cum Aurelianus nihil simplex neq; mite aut tranquillum facile cogitaret, Senatorem populi Romani, eundemq; consularē, qui iure præsidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit. Huc pertinet quod de Aquitaniæ pręside Cor. Tacitus refert in uita Iulij Agricolæ: Breui deinde Britannia Consularem accepit. Et subdit: Reuertentem ab legatione legionis, diuus Vespasianus inter patricios asciuit, ac deinde prouincię Aquitaniæ præposuit, splendidæ in primis dignitatis administratione ac spe cōsulatus, cui destinarat. Scotus in codice Præfecturarum, præter Lugdunensem, Germanię & Belgicarum cōsulares, pręsides sub dispositione uicarij Galliarum, & Viennensem consularem commemorat. A

Legatus consularis Belgicæ. LEGATVS BELGICAE CONSVLARIS, alterius uidelicet (nam in altera Proconsulem superiori capite delineauimus) meminit Cornelius Tacitus libro decimotertio, cum de fossa Drusiana in Belgis ducta loqueretur: Inuidit operi Helius Gracilis Belgicę legatus, deterrendo Vetere, ne legiones alienæ prouinciæ inferret. Et iterum libro proximo: Quia Iulius Clasicianus successor Cato missus, & Suetonio discors, bonum publicum priuatis simultatibus impediebat, disperseratq;, nouum legatum opperiendum esse. Meminit & Spartianus in Didio Iuliano: Post præturam legioni præfuit in Germania uicesimæ secundæ Primigeniæ, inde Belgicam sanctè ac diu rexit. Idem libro decimooctauo: Accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicæ prouincię legatus, quem mox Vitellius generum asciuit. B

Legatus consularis Palæstinæ. LEGATVS CONSVLARIS PALAESTINAE. Meminit Tranquillus in Vespasiano: Percrebuit oriente toto uetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Iudæę profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano postea euentu patuit: prędictum Iudęi ad se trahentes, rebellarunt. Cęsoq; præposito, legatum insuper consularem fugientem recepta aquila fugarunt. Extat huius Consularis mentio cùm in libro Præfecturarum Scoti, tum in Cōcilijs passim, eorumq; canonibus & subscriptionibus in literas redactis, pręcipuè quę Nicææ & apud Chalcedonem sunt constituta, ubi Palęstinę primę consularis fit mentio semper.

Legatus consularis Armeniæ. LEGATVS CONSVLARIS ARMENIAE recitatur à Spartiano in historia Adriani: Armenijs regem habere permisit, cum sub Traiano legatum habuissent.

Legatus consularis Numidiæ. LEGATVS CONSVLARIS Numidię in codice Pręfecturarum Romanarum sub dispositione uiri Spectabilis uicarij Aphricę citatur, seculo deçedentis Imperij.

Legatus consularis Phœniciæ. LEGATVS CONSVLARIS PHOENICIAE, à Mariano Scoto in libro Notitiarum orientis & occidentis enarratur. Adludit ad huiusmodi consularē Marcellinus libro decimoquarto: Quæ dum ita instruuntur, indicatum est, apud Tyrum indumentum regale textum occultè, incertum quo locante, uel cuius usibus apparatum. Et ideo Rector prouincię tum, pater Apollinaris, eiusdem nominis, ut conscius ductus est.

Legatus consularis Mœsiæ. LEGATVS CONSVLARIS MOESIAE, incipiente Imperio fuit: quanquam liber Præfecturarum eius rei non meminerit. Id uerò colligitur ex his

uerbis

A uerbis Taciti libro decimooctauo: Postquam id Romæ cõpertum, M. Aponius Mœsiam obtinẽs, triumphali statua: Fuluius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numisius Lupus, legati legionum consularibus ornamentis donantur. Huc pertinet illud Capitolini in Pertinace: Cassiano motu composito, è Syria ad Danubij tutelam profectus est, atq; inde Mœsicæ utriusq;, mox Daciæ regimen accepit.

LEGATI CONSVLARES Scoto in codice Pręfecturarũ Roman. in uicariatu Hispaniæ citantur tres, Beticæ, Lusitaniæ & Gallecię.

LEGATVS CONSVLARIS BRITANNIAE meminit subinde Cor. Tacitus libro duodecimo de Ostorij præsidis Britanniæ morte loquens: Ac Cæsar cognita morte legati, ne prouincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Idem libro decimooctauo: Ne in Britannia quidem dubitatum. præerat Trebellius Maximus, per auaritiam & sordes cõtemptus exercitui, inuisusq;. Accendebat odium eius Rescius Cælius legatus uicesimæ legionis olim discors. Et subdit: Et aggregantibus se Cælio cohortibus, alisq; desertus Trebellius, ad Vitellium perfugerat: quies prouinciæ quanquã remoto cõsulari mansit. Et rursus sub finem libri: Hordeonius Flaccus suspectus iam Batauis, anxius proprio iam bello Vectius Bolanus, nunquam satis quieta Britannia, & uterq; ambigui, neq; ex Hispanijs properabatur, cõsulari trium legionum legati pares, iure & prosperis Vitellij rebus certaturi ad obsequium. His adde locum eiusdem in historia Iulij Agricolę: Breui deinde Britannia consularem Petilium Cerealem accepit. Huc adludere uidetur & Iulius Capitolinus in Antonino Pio: Nam & Britannos per Lollium Vibicum legatum uicit, alio muro cespitio submotis barbaris ducto. Cæterum non solum qui ornamentis consularibus decorati fuerant, huic prouinciæ præfecti, uerùm etiam qui Exconsules ad regendas prouincias post consulatum urbis

Legatus consularis Britaniæ.

B mittebantur. Id quod ex loco Taciti in uita Agricolæ colligitur: Minus trienniũ in ea legatione detentus, ac statim ad spem cõsulatus reuocatus est, comitante opinione Britanniã ei prouinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par uidebatur: haud semper errat fama, aliquando & eligit. Consul egregiæ tum spei filiam iuueni mihi despondit, ac post consulatum collocauit, & statim Britanniæ præpositus est, adiecto pontificatus sacerdotio. Deniq; intelligit huiusmodi Consularem Marcell. libro 23, ab initio: Ambitiosum quondam apud Hierosolymas templum, quod post multa & interneciua certamina obsidente Vespasiano, posteaq; Tito, ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negociumq; maturandum Alipio dederat Antiochensi, qui olim Britãnias curauerat pro præfectis. Huiusmodi consulares legati manserunt usq; ad seculum deficientis reipublicæ. Vnde Scotus uicario Britanniarum subijcit cõsulares duos in Britannia, Maximæ Cæsariensis & Valentiæ. Atq; hactenus de Legatorum cognominibus, siue discrimine cùm eorũ qui prouincias iure præsidiali administrabant, tum qui in exercitu Romano legiones ducebant. Superest unum adhuc, quo minus statim colophon huic capiti imponatur, nempe locũ & dignitatem huius generis, siue ordinis, siue muneris, ex historica fidei uti demonstrem. Equidem primum omnium Clarissimi titulus Legatis, uti & Præfectis pretorio, cõcedebatur: deinde uerò maiori altioriq; loco quàm uulgares pręsides habebantur. Quare Ambrosius libro septimo Epistolarum: Antiochius (inquit) v. c. id est, uir clarissimus. Hoc confirmat & exemplum Vetustatis, quod apud Transyluanos intra fines Daciæ, in ruinis ueteris Sarmiz getusæ cernitur, cum hac inscriptione:

Legatorum titulus qui fuerit.

DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE PISTORIVS V. C. LEGATVS LEG. XIII. G. GORDIAN.

Præterea Illustris quocp titulum consularibus additum, docet Spartianus in Seuero Septimio: Horum igitur tantorum ac tam illustrium uirorum, nam multi in his cõsulares, multi prætorij, omnes certè summi uiri fuere, &c. Denicp diuersos fuisse legatos à Præsidibus, ex his uerbis Iulij Capitolini in Pij historia liquet: Mauros ad pacem postulandam coegit, & Germanos & Dacos, & multas gentes: atcp Iudæos rebellantes contudit per Præsides & legatos. Cæterùm loci maioris Legatos prouinciales quàm præsides extitisse, ex Lãpridio colligitur, qui in historia Alexandri Seueri, refert legatum præcessisse decem apparitores, præsidem uerò & ducem sex modò. A

CAPUT VIII. DE PRAESIDATU PROuinciarum, & Præsidibus ex equæstri ordine præfectis.



QVANQVAM Præsidis nomen generale, ac omnibus penè ijs officijs commune fuerit, quæ ad prouinciarum administrationem pertinere uidebantur, adeò ut non solum Legatus & Proconsul Præsides Romanis uocarentur, sed ipse subinde hoc nominis acciperetur Præfectus prætorij: tamen si distinctius paulo uelimus loqui (quod hocce opere ex sedula lectione authorum cum primis obseruauimus) Pręsides propriè Romano populo, utique cõstituto iam Imperio, fuerant, qui ex Equestri ordine uel externi homines ad prouinciarum administrationem deligebantur, non à Senatu, uerùm ab Augustis: & earum quidem præcipuè uocabantur, quæ minoris dignitatis essent, nec tantæ amplitudinis forent ut magna possent regna constituere. Quales liber Præfecturarum Roman. enumerat, in Asia octo, uidelicet Galatiam, Pisidiam, Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, Cariam, Lycaoniam, Phrygiam, Pacatianam & Salutarem, addita Iudæa. Per Africam uerò tres recensentur, Aegyptus, Cyrenaica, & Mauritania Stifensis. nam Cæsarea proconsularis erat, & Tingitana prætoria. Erant uerò eius generis & sex in Ponto prouinciæ, uidelicet Præsidiales, quæ non nisi à communi præside moderabantur, qui non modò aut consularis legatuscp populi Romani fuerat, sed ne patricius quidem ac Senator unquam extitisset, ex solo Augusti arbitrio ascitus: Ponti Polemoniaci, Hellesponti, Ponti Honoriados, Hæmi montis, Rhodopes, & Sesthiæ. Erant & sex per Illyrici tractum, Epiri ueteris & nouæ, Macedoniæ alterius, uidelicet Salutaris, Præualitanæ, Dardaniæ, Thessaliæ, & Mysiæ alterius. Per Celticas denicp gentes præsidatus quatuor celebres tum erant, uidelicet utriuscp Norici, mediterranei & ripensis, Germaniæ nouæ, Marcomaniæ, & Phrisiæ. de quorum singulis suo loco à nobis dicetur. Iam uerò ne aliquis putet nouum esse Præsidis uocabulum, & non ante etiam constitutum Imperium usurpatum, is audiat Liuium libro quinto Decadis quintæ, cum finem Macedonici belli sub Perseo gesti describeret: Demetriadem cum reuertit, in itinere sordidata turba Aetolorum occurrit, miranticp ac percunctanti quid esset? refertur, quingentos & quinquaginta principes ab Lycisco & Tisippo, circumsesso senatu per milites Romanos missos, à Bebio præside interfectos, alios in exilium actos. Huc pertinet & alter eiusdem locus libro septimo Decadis tertiæ, de Hostilio præside siue præfecto Campanorum loquentis: Ibi (inquit) ex utriuscp exercitu electa peditum quadraginta millia, duo milia & quingenti equites, quibus Consul aduersus Hannibalem rem gereret: reliquas copias Hostilius Capuam ducere iussus, ut Q. Fuluio

Præsides qui propriè.

Præsidatuũ rei publicæ Romanæ catologus. B

A Fuluio proconsuli traderet. Ex quibus uerbis præterea liquet, Præsides sub proconsulibus interdum fuisse constitutos: ut minus mirum sit de Præfectura prætoriana. Vt autem diligens lector intelligat, quanto loco Præsidatus fuerit, tametsi infrà cùm legatos tum proconsules extiterit, facile declarant ea, quòd ius Prætorium præsides æquè ac præfecti prætorio, proconsulesq́ & legati accipiebant, sellaq́ eadem sedebant, salarium amplissimum merebantur: Immò nullus ad præsidatum unquam admittebatur, nisi qui quadraginta stipendia fecisset. Et semel præses constitutus prouinciæ, non leuiter mutabatur, uerùm ad septem uel nouem annos continuabatur in officio. Quæ omnia historicorum locis corroborare possum. De prætorio iure, quod non minus præsidibus quàm Præfectis prætorio ab Augustis concedebatur, meminit Cornelius Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Contrà Domitius Cæsar ex intima eius amicitia disseruit, utendum euentu: Pisonem, non Sentium Syriæ præpositum: huic fasces & ius prætoris, huic legiones datas. Et iterum: Comagenis Q. Seuerus præponitur, tunc primùm ad ius prætoris translatis. Huc pertinet & illud Vopisci in uita Probi: Accepto igitur hoc Senatusconsulto, secundum orationem permisit patribus, ut ex magnorum iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus darent, ius prætorium præsidibus darent. Ad huiusmodi præsidatum cum iure prætorio adludit & Trebellius Pollio in historia Tetrici, qui unus ex his tyrannis erat, qui imperium aduersus Gallienum inuaserant: Interfecto (inquit) Victorino, & eius filio, mater Victoria, siue Victorina, Tetricum senatorem populi Romani, præsidatum in Gallia regentem, ad Imperium hortata est. Et iterum: Quare cum Aurelianus nihil simplex neque mite aut tranquillum facile cogitaret, senatorem populi Rom. eundemq́ Consularem, qui præsidiali iure omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit. Cæterùm presides ius prætorium à Magistro officiorum inclinante Imperio accipiebant. Vnde Cassiodorus libro sexto Variarum, de formula Magisterij: Hic etiam laboribus æstimatis, potestatem maximam huic decreuit antiquitas, ut nemo iudicum per prouincias fasces assumeret, nisi hoc & ipse decreuisset. Subdidit eius arbitrio aliena iudicia, ut ad ipsum rediret quod alter uisus esset præstitisse.

Præsidis magnificentia.

Ius prætorium.

B

Non possum hic silentio præterire, quod Franci in administranda prouincia per Præsides à Romanis legibus paululum sunt digressi. Quippe Comites cum rem militarem in prouincijs administrarent, seorsim iudicia iudices complebant. de qua re legitur constitutio Saliqua talis: Vt placita fiant per Calendas aut post dies quindecim, si necesse est, ad causas inquirendas, ut sit pax in prouincia, & omnes liberi conueniant constitutis diebus, ubi iudex ordinarius: & nemo ausus sit contemnere uenire ad placitum, qui infra illum constitutum manet: siue regis iussus, siue ducis fuerit, omnes ad placitum ueniant. Et qui neglexerit uenire, damnetur quindecim solidis. Comes uerò secum iudicem habeat, qui ibi constitutus est iudicare, & librum legis habeat, ut super rectum iudicium iudicet. Quo loco satis liquet, & præfectis prætorio Præsidis nomen fuisse additum: adeò latè hæc uox Romanis patebat, adeoq́ honorificũ erat, uel si eques illo fungebatur. Ad quod uidelicet, ut diximus, nemo admittebatur, nisi qui stipendia quadraginta populo Romano fecisset: hoc est, tot annis militiam exercuisset, castraq́ Romana fuisset secutus. qua de re Cornelius Tacitus scribit libro historiæ Augustæ tertio: inter quæ Seuerus Cecinna censuit, ne quem magistratum, cui prouincia obuenisset, uxor comitaretur: multum antè repetito, concordem sibi coniungem, & sex partus enixam: seq́ quæ in publicum statueret, domi seruauisse, cohibita intra Italiam, quanquã ipse pluris per prouincias qua-

Quot stipendia fecisse Præses cogebatur.

Stipendiũ præsidum quantũ fuerit.

draginta stipendia expleuisset. Præterea præsidum stipendium quantum fuerit, ostendit Lampridius in Alexandro Cæsare: Iudices (ait) cum promoueret, exemplo ueterum, ut Cicero docet, & argento & necessarijs instruebat, ita ut præsides prouinciarum acciperent argenti pondo uicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos: & si uxores non haberent, singulas concubinas, quòd sine his esse non possent: reddituri deposita administratione mulos, equos, muliones, & cocos: cætera sibi habituri, si bene egissent: in quadruplum reddituri, si malè. Qui sanè locus nullo modo uel de præfecto prætorio, uel proconsule, legatóue intelligi potest, ut quorum quilibet maiorem & familiam & stipendium maius habebat, ut ab initio huius libri abundè est dictum. Relinquitur ergo, locum istum de præside communi equestris ordinis esse accipiendum: qui non temerè Augustis mutabatur, sed multos per annos in prouincijs continuabatur. Idq; iam inde ab initio Romano populo in usu fuit. A

Præsides Romani diu continuabantur.

Vnde T. Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Prorogatum deinde imperium omnibus qui ad exercitus erant, iussiq; in prouincijs manere. Subscribit Liuio Tacitus sub finem libri primi: Prorogatur Poppeo Sabino prouincia Mœsia, additis Achaia & Macedonia. Id quoq; morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac plerosq; ad finem uitæ in eisdem exercitibus aut iurisdictionibus habere. Causæ uariæ traduntur, alij tædio nouæ curæ, semel placita pro æternis seruauisse: quidam inuidia, ne plures fruerentur. Sunt qui existiment, ut callidum eius ingenium, ita anxium iudicium: neq; enim eminentes uirtutes sequebatur, & rursum uitia oderat: ex optimis periculum sibi, sibi à pessimis dedecus publicum metuebat. Qua hæsitatione postremò eò prouectus est, ut mandauerit quibusdam prouincias, quos egredi urbe non erat passurus. Huc pertinet illud Capitolini in Pio: B Fuitq; ea constantia, ut septenos & nouenos annos in prouincijs bonos præsides detineret.

Inclinante imperio quotannis præsides mutabantur.

Cæterùm inclinante Imperio, si Cassiodoro creditur, recturæ prouinciarum duntaxat in annum continuabantur. unde libro sexto Variarum: Locis (ait) suis uniuersos ordines continere iudicamus, illi comitiuam Neapolitanam Deo iuuante largitos, ut iudicibus annua successione reparatis uobis solennitas non pereat actionis. Idem libro septimo, de formula Præsidatus: Prudenter omnimodis inspexit antiquitas, prouinciarum dignitates annua successione reparari, ut nec diutina potestate unus insolesceret, & multorum profectus gaudio reperirent. Annus uniuersus & ad declaranda conscientiæ bona sufficit, & facilius se ab errore custodit. Sit in uestro proposito, administrationem unius anni suscipere: nostrum est, merentibus tempus augere. Atq; hactenus de munere, ipsoq; præsidum loco.

Tituli præsidum.

Quibus & illud addendum est, Clarissimi Perfectissimiq; hos titulis non minus quàm Legatos, Præfectosq; prætorio, conspicuos extitisse, ut sæpe in monumentis occurrit: & mox in transcursu sermonis patebit per literas V.C. & V.P. quæ in monumentorum inscriptionibus de his, & non de alijs titulis sunt interpretandæ. Huc pertinent cùm ad titulum, tum ad magnificentiam præsidis, quæ Cassiodorus scribit lib. 6 Variarũ, in formula Rectoris prouinciarũ: Tuũ nomen in subscriptionibus iusserũt honoratis prouincialibus anteferri. Quid de te æstimatũ sit, datur aduerti, cui tot uidẽtur nobiles potuisse postponi. Addit, quòd à principe frater uocaris, ut nobilitate preciosi nominis à uilitate criminũ tollereris.

Discrimina præsidum.

Præfectorũ siue præpositorum prouinciarum discrimina.

Erãt uerò sua penes nomina prouinciarũ, uarietatemq; præsidũ, discrimina. Alij enim erant præsides simpliciter dicti, nullo alio cognomẽto addito, ijs uidelicet prouincijs quas ab initio capitis recẽsuimus. Deinde erãt præfecti prouinciarũ: quorũ rursus alij fuerãt Augustales, alij Subaugustales. Primi

generis

A generis erãt,Præfecti orientis,& Alexãdriæ in Aegypto:secũdi generis aũt,Mauritaniæ Tyngitanæ,Galliæ,& prouinciæ Darcolomarum in Dacia. Erãt ad hæc rectores præsides prouinciarũ,uidelicet Narbonensis,Britaniæ littoralis,& Tyri oppidi in Phœnicia. Fuerũt deniq; & Correctores, hoc est,qui cũ rectoribus regebãt,in prouincijs istis,Italia,Pannonia,Sauia,Paphlagonia,Istria,& tractu Venetiarũ, & Augustanica Aegypti prouincia. De quib. inter initia huius libri suo loco est dictum.Huc pertinet inscriptio, quæ Romæ est eruta,in hæc uerba:

RELIGOSISS. Q. C. CAEIONIO RVFFIO VOLVSIANO CORR. ITALIAE PER ANNOS VIII. PROCON. AFRICAE COMITI D. N. CONSTANTINI INVICTI AC PERPETVI SEMPER AVGVSTI PRAEF. VRBIS IVDICI SACRAR. COGNITIONVM, CONSVLI.

Porrò Rectorum & Correctorum munera describit Cassiodorus lib.8.Variarum, in capite De formula Rectoris prouinciæ:Omnino prouidè decreuit Antiquitas,Iudices ad prouinciã mitti, ne possit ad nos ueniendo mediocritas ingrauari. Quis enim latronũ ferret audaciam, si longè positam cognoscũt disciplinã? Absolutè poterat uis promissa crassari,si quærens tardius crederetur audiri.Sed quãto melius in ipsis cunabulis adhuc mollia reprimere, quàm indurata crimina uindicare? in compendium mittimus mala,si præsentia facimus esse iudicia. Quis enim audeat peccare,cum supra ceruices suas districtionem cognouerit imminere? Et ideo te illi prouinciæ Rectorem,per illam indictionẽ nostra mittit electio, ut reuera corrigere nitaris,quos tibi cõmissos esse cognoscis. Chlamydis tuæ procul dubio inter alia clauos intende,quos scias nõ inaniter positos. Hinc fit,ut cum B publicum agentes purpurã cernerent, de uigore semper principes admonerent. Et subdit:Constat esse tuæ fidei cõmissum, Principi renunciare, quod in prouincijs probatur emergere. Tu etiam Senatorem ibidem residentem iuberis audire: tu in præfectorum militem cum ipsius tantum conscientia uindicare: tuum nomen in subscriptionibus iusserunt honoratis prouincialibus anteferri. Cæterùm de reliquis, aliorumq; & nominum & ordinum præsidibus, ne quis ex uano hausta redarguere possit,ad fidem rerum ex historijs dicemus. Atq; ASIAE quidem prouinciarum præsides, ita uti proposuimus, Marianus in libro Notitiarũ orientis & occidentis recẽset quindecim: uidelicet Palæstinæ Salutaris,Palæstinæ secundæ,Phœnicis,Libani, Euphratensis,Syriæ Salutaris,Osroenæ,Mesopotamiæ,Ciliciæ secundæ,Pisidiæ,Lycaoniæ, Phrygiæ Pacatianæ,Phrygiæ Salutaris,Lyciæ,Cariæ & insularum. Quæ confirmans Cornelius Tacitus libro 18. Gliscentem indies famã (inquit) fors discussit,Galatiam ac Pamphiliam prouincias Calphurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Hic notandũ est, Iudææ præsidẽ propriè Præpositũ fuisse appellatũ, ex eo quòd Iudæa nõ esset integra prouincia, quia barbari reges non minimã ipsius partem sub tributo retinuerant. Hinc est illud Taciti lib. 12. Ituræiq; & Iudæi defunctis regibus Suhenno atq; Agrippa, prouinciæ Syriæ additi. Et iterum: At non frater eius, cognomento Fœlix, pari moderatione agebat, iampridem Iudææ impositus. Et subdit: Atq; interim Fœlix, intempestiuis remedijs delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars prouinciæ habebatur, ita diuisis, ut huic Galilæorũ natio, Fœlici Samaritæ parerent. Meminit & Suetonius in Vespasiano: Iudæi id ad se trahentes rebellarunt, cæsoq; præposito, legatum insuper Syriæ consularem suppetias ferentẽ rapta aquila fugarunt. Hunc Rectorem appellare uidetur Marcellinus lib. decimoquarto: Verũ has quoq; regiones pari sorte Pompeius Iudæis domitis &

Formula rectoris prouinciæ.

Præsides Asiæ qui fuerint.

Præpositus Iudææ.

tis & Hierosolymis in prouinciarum speciem, rectori delata iurisdictione formauit. Meminit etiam ab initio libri 23. Atq; hæc quidem administratio fuit Palęstinæ, incipiente Imperio. Quippe decrescente repub. nobili, ut sub Archadio & Honorio fuerat, ob Christi saluatoris natale solũ maior Iudæę honor deferebatũ. Vnde codex Noticiarũ, consularis Palæstinę meminit: sub cuius ille dispositionẽ Cõmentariensem, Cornicularĩu, Adiutorẽ, Numerarĩu, ab actis Exceptores, & cęteros Chartalinos, quibus nõ licebat ad aliã militiã trãsire sine annotatione Clementię Principalis, cõmemorat. Atq; tantũ de pręsidibus Asię. In AFRICA uerò pauciores erant præsidatus, incipiente præcipuè Imperio: uidelicet Mauritanię Stifensis, Cyrenaicarũ, & Augustanicę prouinciæ. Cæterùm deficiente paulatim Imperio, plures per hunc limitẽ præsides equestris ordinis cõstituti sunt, quos enumerat Scotus in codice Pręfecturarũ, ac reip. illius seculi: memorat ordine pręsidem Mauritanię Stifensis, præsidẽ Tripolitanię, præsidẽ Libyę superioris, præsidem Libyæ inferioris, præsidem Thebaidos, præsidem Aegypti, præsidẽ Arabiæ, & præsidem Numidiæ. Arbitror uerò, quem ille Aegypti præsidẽ uocat, primis fuisse temporibus præfectum Alexandrinũ, de quo posterius seorsim dicetũ.

Africæ præsidatus.

Præsidatus Mauritaniæ.

De PRAESIDATV quidem Mauritanię Stifensis (nam Cæsariensis proconsulem accipiebat) quod ab equestri ordine, utpote cõmunibus præsidibus administrabatur, mentionẽ facit Tacitus lib. 14: Fine anni Vrbius Secũdus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarũ damnatur, atq; Italia exigitur. Ad huiusmodi pręsidatũ alludit Marcellinus lib. 28. Ideoq; tribunus & notarius Palladius mittitũ, ut & militi disperso per Africam pręberet stipendiũ debitum, & gesta per Tripolim fide cõgrua scrutaretur. Et subdit: Quibus per Palladiũ regressum cognitis, Valentinianus ad acerbitatem procliuior, Iouinũ quidem ut authorẽ, Celestinum uerò, Concordiumq; & Luciũ, ut falsi conscios & participes puniri supplicio capitali pręcepit: Ruricium aũt præsidem, ut mendacẽ morte multari: hoc quoq; accendente, q in relatione eius uerba quædã, ut uisum est, immodica legebantur. Et Ruricius quidẽ apud Sitifum cæsus, reliqui apud Vticã sententiæ uicarij Crescentis addicti. Adludit ad Cyrenaicarũ præsidatũ Appianus Alex. lib. 3. Belli ciuilis: Neq; uicissim Casio & Bruto Macedoniã & Syriã eripuissent, si nullas alias prouincias ad securitatẽ eorum prębuissent. necesse quidem erat pro illis alias tradere: sed quales pro quibus dederint, cogitate, exercitu uacuas, Cyrenem scilicet & Cretã, quas hostes ueluti inutiles eis futuras cõtempserũt. Deniq; Alexandrini præsidis, qui & Præfectus uocabatur, & Augustalis fuerat, aliosq; duos sub se habebat uicarios Libyæ & Pentapolitanę prouinciæ, mentionẽ facit Cor. Tacitus lib. 12. Augustæ historię: Eodem anno audita uox principis est, parẽ uim rerum habendã à procuratoribus suis iudicatarũ, ac si ipse statuisset. Nam & Augustus apud equestres qui Aegypto pręsiderent lege agi, decretaq; eorũ perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani cõstituissent. Huc adludit Marcellinus lib. 18. Suppliciorũ feraliũ ciuitas Palæstina Scythopolis gemina ratione uisa magis omnibus opportuna, q secretior, & inter Antiochiã Alexandriamq; media: unde multi plerũq; ad crimina trahebantur. ductus est itaq; inter primos Simplicius Philippi filius, ex Præfecto & Consule reus, hac gratia postulatus, quòd super adipiscendo interrogasse dicebatur imperio: perq; elogium principis torqueri præceptus, qui in his casibus nec peccatum aliquando pietati dederat, nec erratum, fato quodam arcente, corpore immaculato fuga damnatus est. Deinde Parnasius ex præfecto Aegypti, homo simplicium morum, eò deductus est.

Præses Alexandrinus.

Idem libro uigesimonono, de huiusmodi Augustali Alexandrinæ ditionis præfectura: ubi alludit præterea ad Augustanicæ prouinciæ, quæ inter Palæstinam

A læstinam & Arabiam mediat, Correctorem, his uerbis: Proinde ab Arelate secundis egressus auspicijs, emeatoq; mari cum classe quam ductabat, nullo de se rumore prægresso, defertur ad Sitifensis Mauritaniæ littus, quod appellant accolæ Igilgitanum. Ibiq; inuentum casu Romanum leniter allocutus, misit ad uigilias ordinandas, & prætenturas, parum super his quæ uerebatur increpitum. Quo ad Cæsariensem digresso, Gildonem Firmi fratrem & Maximum misit Correctores. Huc referendum est præterea, quod idem Ammianus scribit libro uigesimosecundo: Tunc & Artemius ex duce Aegypti Alexandrinis urgentibus atrocium criminum mole supplicio capitali mulctatus est. Atq; hæc habuimus, quæ de Africæ præsidibus potuimus adferre. Sequuntur ordine PONTI PRAESIDES, quorum inuenio reipublicæ Romanæ fuisse undecim, uidelicet Ponti Polemaici, Hellesponti, Honoriados, Aemi montis, Rhodopes, Cappadociæ primæ & secundæ, Armeniæ primæ & secundæ, Galatiæ salutaris, & Scythiæ: de quibus codex Mariani in libris Noticiarum orientis & occidentis abundè. *Præsides in Ponti limite.* Atqui ILLYRICI præsides erant, præter Proconsules, Legatos, Ducesq;, hi ferè: Macedoniæ Salutaris, Epyri ueteris & nouæ, Dardaniæ Præualitanæ, Thessaliæ, & Mœsiæ primæ, Macedoniæ Salutaris, & Daciæ ripensis. *Præsides per limitem Illyrici.* Macedonia uerò Salutaris Daciam attingebat: quorum item Marianus prolixè meminit. *Præses Mœsiæ.* Ad Mœsiæ uerò præsidem alludere uidetur Cor. Tacitus libro decimooctauo: Ita tres Mœsicæ legiones per epistolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti uim parabant. In eo motu Aponius Saturninus Mœsiæ rector pessimum facinus audet. Huc pertinet & illud Capitolini in Pertinace: Cassiano motu composito, è Syria ad Danubij tutelam profectus est, atq; inde Mœsiæ utriusq;, mox Daciæ regimen accepit. Supersunt adhuc postremi præsidatus per Celticas Ger- *Præsides per limitem Rheni ac Rheticū.*
B manicasq; nationes, quarum erant quatuor, qui & noui fuerant, & non semper manserant, uidelicet Norici utriusq; mediterranei & ripensis, Marcomaniæ, Germaniæ nouæ & Phrisiæ. *Præses Norici.* NORICI quidem præsidatum commemorat Scotus in Noticiarum codice, & confirmat historia S. Floriani ac Maximiliani, quorum alter apud Laureacum in Norico ripensi, alter in mediterraneo apud Celeiam, martyrij coronam tulit: fitq; in altera mentio Aquilini præsidis, in altera Maximi. Testantur quoq; præsidatum hunc monumenta, quæ intra fines huius Norici in Carinthia & apud Celeiam sunt eruta, quorum rhapsodiam inferius subijciemus. Cæterùm Noricum, antequam à Tiberio & Druso in prouinciæ for- *Noricum olim regnum.* mam fuisset redactum, regnum fuisse, uel ex Cæsare & Velleio Paterculo liquet. quorum ille quidem libro primo ciuilis Belli, sic scriptum reliquit: Cohortesq; ex nouis Galliæ delectibus uiginti duæ, equitesq; à rege Norico circiter trecenti, quorum aduentu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. Paterculus uerò eius regni sic meminit: Sentio Saturnino mandatum, ut per Cattos excisis continentibus Hercyniæ syluis, legiones, Boiohemum (id regioni quam incolebat Maroboduus nomen est) ipse à Carnutho, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, &c. Hic iam quæstio oritur, de eius siue regni siue prouinciæ *Norici ueteris limites atq; fines.* limitibus atq; finibus. Siquidem alij Celeiam & Petouionem non in Norico, uerùm potius in Valeriæ tractu collocant. Atqui cum his ipsis locis monumenta de hoc præsidatu potissimum sint eruta, & cum Marcellinus libro decimoquarto referat, Gallum Cæsarem ad Petouionē fuisse exutum imperio: quod in Norico factum, libro postea decimoquinto asserit, fortasse res nō indigna quæstione est.

Sed placet Ammiani uerba ab initio libri decimiquinti adducere: Nondum apud Noricum exuto penitus Gallo, Apodemius quoad uixerat, igneus turbarū incentor, raptos eius calceos uehens, equorum permutatione ueloci, ut nimietate co-

te cogendi quosdam extingueret, præcursorius index Mediolanum aduenit. A Huc pertinet Taciti locus libro decimooctauo: In alpe Graia ipse paululũ cunctatus, num Rhœticis iugis in Noricum flecteret. Et rursus libro 19: Igitur Sextilius Fœlix cum ala Auriana & octo cohortibus, ac Noricorum iuuentute, ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rhœtos Noricosq; interfluit, missus est. Ex quibus omnibus liquet, intra fines ueteris Norici utriusq;, uidelicet mediterranei & ripensis, hodie sitas prouincias esse, Austriam supra Anasum cognominatam, ditionem archiepiscopatus Saltzburgensis, Ducatusq; Carinthiæ & Styriæ. Qui uniuersus quondam tractus à duobus præsidibus equestris ordinis regebatur: ripense quidem Noricum, quod Austriam hodie & partem episcopatuum Saltzeburgensis, Patauiensisq; comprehendebat, à præside Laureacensi, cuius erat prætorium, ubi est hodie Ensium Austriæ superioris: mediterraneum uerò Noricũ pręsidem suum habebat apud Soluensem coloniam habitantem, cuius erat iurisdictio per uniuersam Styrię Carinthiæq; ditionem, & partem Saltzeburgensis episcopatus. Sed placet monumentorũ ueterũ inscriptiones adferre.

Quæ prouinciæ in Norico positæ sint.

In ruderibus Soluensis coloniæ, ubi est hodie ecclesia S. Marię in Solio propè S. Vitũ Carinthiæ:

GENIO NORICORVM MASCILLVS MASCILINVS ET SECVNDINVS VIBIANVS. V. S. L. L. M.

Apud Celeiam Styriæ, in confinibus Carniolę & Carinthiæ, in circuitu templi Franciscanorum:

D. N. FL. CONSTANTINO CLEMENTISS. ATQVE VICTORI AVG. MARTINIANVS V. P. PRAESES PROVINCIAE NORICI MEDITERRANEI. B

Præses Marcomaniæ.

PRAESIDIS Marcomaniæ unicus Iulius Capitolinus mentionẽ facit, in Marco Aurelio philosopho: Voluit Marcomaniam prouinciam, uoluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset, nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodem in Oriente. Erat autem Marcomania ab Albis scaturigine usq; ad ripam Danubij propagata, qua is Noricum præterfluebat: qua hodie intercapedine Morauiam & Austriam ulteriorem sitas prouincias cernimus. Supersunt adhuc in Austriæ eo quem diximus tractu, eius nominis uestigia in Marca fluuio, & Marckfeldinis campis. Cæterùm hic modò sub Marco Cæsare præsidatus mansit. Qui enim Marco successit Commodus filius, is non ita multo postea eam Romani nominis prouinciam amiserat. PRAESIDIS Germaniæ superioris nomen & mentio extat apud Tranquillum in Domitiano: De Dacis Cattisq; (inquit) post uaria prælia duplicem triumphum egit, de Sarmatis modò lauream Capitolino Ioui retulit. Bellum ciuile motum à L. Antonio superioris Germaniæ præside, confecit absens felicitate mira. Meminit & Vopiscus in historia Probi: Germanica captiua præbent nostris colla cultoribus. Pascuntur ad nostram alimoniam gentium pecora diuersarum. Equinũ pecus nostro iam fœcundatur equitatu. Frumento barbarico plena sunt horrea. Quid plura? illis sola relinquimus sola. Nos eorum omnia possidemus. Volueramus Patres conscripti Germaniæ nouum præsidem facere, sed hoc ad pleniora uota distulimus. Quod quidem credimus conferre, cum diuina prouidentia nostros uberius fœcundarit exercitus. Hactenus ille. Ex quibus colligimus, duos diuersis temporibus Germaniæ fuisse præsides, primis temporibus Imperij: qualem Antoniũ sub Domitiano extitisse diximus. Is consularis legatus erat, qui Germaniæ erat minori præfectus, quæ secus utramq; Rheni ripam

Præses Germaniæ superioris.

Duo diuersi Germaniæ præsides.

in Sicam-

A in Sicambros, Bructeros, Vbios, Buccinobantes, Vangiones & Nemetas expor rigebatur, & primis temporibus à Druso & Germanico in prouinciæ formam fuerat redacta: alter uerò fuit præses Germaniæ magnæ, de Equestri ordine, quem Vopiscus Probũ uoluisse facere, interioris Germaniæ magno tractu subiugato, scribit. Ea quæ dico, confirmantur à Iureconsultis, apud quos Macer l. 3. ff. de officio assessorum, qui duorum scilicet Germaniæ præsidum meminit. Fuit denique peculiaris tertius Phrysiæ præses.

PRAESES Maximæ Sequanorũ, in libro Præfecturarũ inter triginta & unum præsides enumeratur, quos Romani in Occidente habebant. Is hodiernam Sundgauiam & partem Alsatiæ usque in Lothoringiam administrabat: habebatque sedem suam apud Vesontionem, subiectus uiro Spectabili septem prouinciarum, cum illi dux Olynensis pareret. *Præses Maximæ Sequanorum.*

PHRISIAE præses, de quo Cor. Tacitus hæc scribit lib. 13. Cæterùm continuo exercituum otio fama incessit, ereptum ius legatis ducendi in hostem. Eoque Frisij iuuentutem saltibus aut paludibus, imbellem ætatem per lacus admouere ripæ, agrosque uacuos & militum usui sepositos insedere, autore Verato & Malorige, qui nationem eam regebant, in qua tum Germanici regnabant. Iamque fixerant domos, semina aruis intulerant, utque patrium solum exercebant, cum Dubius Auitus accepta à Paulino prouincia, minitando uim Romanam, nisi abscederent Frisij ueteres in locos, aut nouam sedem à Cæsare impetrarent. Huc pertinet & illud Iulij Capitolini in Clodio Albino: Deinde per Commodum ad Gallias translatus, in qua fusis Frisijs transrhenanis, celebre nomen suum & apud Romanos & apud barbaros fecit. Atque hæc potuimus de præsidibus communibus Equestris generis, ex receptis historiarum authoribus reperire. PRAESIDES Britanniæ B tres, sub dispositione uiri spectabilis Vicarij per Britãnias, Scoto in descriptione reipub. ruentis citant, uidelicet Britãniæ primæ, Britanniæ secundæ, & Flauiæ Cæsariensis. PRAESIDES Galliarum undecim, sub dispositione uiri spectabilis Vicarij & prouinciarũ à Scoto depinguntur, quo tempore Archadius & Honorius ad clauum reipub. nobilis sedebant, hoc est Alpium maritimarum, alpium Pæninarum & Graiarum, Maximæ Sequanorum, Aquitanicæ primæ, Aquitanicæ secundæ, Narbonensis primæ, Narbonensis secundæ, Lugdunensis secundæ, Lugdunensis tertiæ, Lugdunensis Sennoniæ, & Nouem populorum. PRAESIDES Hispaniarum Scoto quoque enumerantur, sub dispositione uiri spectabilis Vicarij Hispaniarum, uidelicet Tarraconensis, Carthaginensis, Tingitaniæ, insularum Balearum, Calleciæ, Lusitaniæ & Beticæ, quorũ tres postremi Consulares erant. *Præses Phrisiæ.*

PRAESIDES ITALIAE in Codice præfecturarum decrescentis reipub. ut sub Archadio & Honorio fuerat, enumerantur octo numero, uidelicet Venetiæ & Istriæ, Æmiliæ, Liguriæ, Flaminiæ, Tusciæ, Vmbriæ, Campaniæ, Siciliæ, Piceni, & Piceni suburbicarij. Erant autem Consulares isti, potius inter Consulares legatos referendi. Reliquum est, ut eos etiam explicemus, qui cum præsides erant.

CORRECTORES peculiariter nominabantur: quorum potiores inuenio, uidelicet Italiæ, Sauiæ, Istriæ, Paphlagoniæ, & Augustanicæ. de quibus hæc apud authores loca leguntur. De Italiæ quidem Correctore dictum est abundè capite huius libri secundo. Pannoniæ uerò Sauiæ, quo hodie tractu ducatus Carniolæ cum regno Sclauoniæ situs est, Correctorum meminit Marcellinus libro decimoquinto historiæ suæ: In prouincia Africani Pannoniæ secundæ Correctoris apud Sirmium, poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adesse nullum existimantes, licenter imperium præsens ut molestissimum incusabant. Meminit huius Correctoris & liber Præfecturarum, qui cæterarum quo- *Corrector Italiæ.* *Corrector Sauiæ Pannoniæ.*

Correctores Paphlagoniæ & Augustanicæ. que prouinciarũ,uidelicet Paphlagoniæ,Istriæ & Augustanicæ, quæ inter Ægy- A ptum & Arabiam media est,mentionem facit. Cæterùm codex Præfecturarũ sub *Præfectus Augustalis Aegypti & Augustanicæ.* dispositione uiri spectabilis præfecti Augustalis, prouincias enumerat,Libyã superiorem,Libyam inferiorẽ,Thebaidem,Ægyptum, Arcadiam & Augustanicã.

CAPVT NONVM, DE DVCATV PROVINciarum, & Ducibus regentibus prouincias.



Ducum discrimina. VAnquam Ducis generale Romanis uocabulum fuerit, quo cuiusq; hominum multitudinis ductorem significabant:tamen reperio trium generum præcipuè Duces huic populo in usu extitisse: uidelicet militarem,qui Græcis est χιλίαρχης,prætorium,& limitaneum. Quorum duo postremi prouinciarũ erant, tertius exer- *Dux militaris qui fuerit.* citus,quem & maioris fuisse quàm Tribunũ dignitatis, ista Lampridij in Alexandro uerba ostendunt: Apparitores deniq; nullos esse passus est, tribunis aut ducibus nisi milites anteire noluit,iussitq; ut ante tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem sex. Porrò ad hanc ducum diuersitatem respexit Spartianus in Hadriano,cum ait:Nec prouinciæ quidem,cui præpositus erat,defuit. Nam bene gestis rebus,uel potius feliciter, etsi non summi, medij tamen obtinuit ducis famam. Ita uidelicet Marcellinus ab initio libri XXX,duorum Ducum meminisse in Oriente uidetur, Perchæ & Terentij. Cæterùm quanto loco *Titulus Ducũ.* duces Romanis fuerint,uel hinc colligitur,quòd hi pariter Clarissimi titulum, nõ minus quàm legati præfectiq; prætorio merebantur. Vnde Marcellinus libro 21. de Constantino Cæsare loquens:Nec quisquam(inquit)sub eo Dux cum Clarissimatu prouectus est. tanquam diceret,Constantium nullum Ducem ex ordine Senatorio fecisse. Sed placet ordine genera Ducum explicare. quorum qui MILI- B *Duces militares qui fuerint.* TARES erant,exercitũ populi Romani ducebant,ueluti campiductores:erantq; maioris quàm tribuni loci,qui cohortes duntaxat ducebant:minoris tamen,inferiorisq;,quàm Legati,qui legionibus imperabant. De qua dignitate hæc sunt loca authorum accipienda. Tacitus libro primo historiæ Augustæ:Ac ni aquilifer Calpurnius uim extremã arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani,Romanis in castris sanguine suo altaria Deûm commaculauisset:luce demũ postquam dux, & miles & facta noscebantur, ingressus castra Germanicus, perduci ad se Plancium imperat. Huc pertinet & illud Spartiani in Pescennino:Ordines diu duxit,multisq; ducatibus peruenit,ut exercitus Syriacos iussa Commodi regeret. Et iterum: Pescenninum fortem uirum noui, & ei Tribunatus iam duos dedi,Ducatum mox dabo,ut per senectutem Ælius Corduennus rempublicam recusauerit. Et subdit:Fuit ergo miles optatus, Tribunus singularis, Dux præcipuus,legatus seuerissimus,Consul insignis. Quibus uerbis, quanquã perpaucis,ordo munerum militarium præcipuorum elucescit. Meminit ducis militaris & Capitolinus in Maximino: Sed cum eum quidam Tribuni reprehenderent: Quid tantum laboras, cum eius loco iam sis, ut Ducatum possis accipere?

Idem in Pertinace: Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod tum uacuum erat,quia Commodus in Vitellianis occisus est, petenti signum primo die Tribuno dedit,Militemus:exprobrans ubiq; segnitiem temporum superiorum, quod quidem etiam in omnibus ducatibus dederat. Huc referri possunt & loca Cæsaris lib.3.Belli ciuilis: Neque uerò diutius,qui in uallo constiterant, multitudinẽ telorum sustinere potuerunt:sed confecti uulneribus, locum reliquerunt, protinusq; omnes ducibus tribunisq; militum in altissimos montes,qui ad castra pertinebant,confugerunt. Et iterum:Quorum quũ paruulæ sæpe causæ uel falsæ suspicio-

A spicionis, uel terroris repentini, uel obiectæ religionis magna detrimenta intulissent, quoties uel culpa Ducis uel Tribuni uitio in exercitu esset offensum. Huc alludit & Flauius Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris: Quid enim in illo non clarum? quid non Coruinis & Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor, ille dux magni totius exempli. Sed placet ea quæ diximus, exemplo uetustatis confirmare, quod iuxta oppidum S. Viti in Carinthia est erutum, in hæc uerba:

VEPONIVS AVITVS VIV. FEC. SIBI ET DIACOXIAE MELITYMAE CON. KARISSIMAE ET VEP. QVARTAE MIL. LEG. HITAL. P. F. ET AN. XXXV STIP. IIII BELL. DVC.

Illud porrò aduertendum est, huiusmodi Duces militares Græcis χιλιάρχους appellatos, quòd mille uidelicet homines ducerent. Vnde Iosephus lib. tertio Iudaici belli refert, milites cōuenisse ad Centuriones, & illos rursus ad Chiliarchos. Atq; hæc de duce militari. Sequitur nunc DVX PROVINCIALIS, Græcis Metropolites. Generalis uox, ad Præfectos prætorio & proconsules extenta, ita ut quicunq; iustum exercitum regeret uel in limite, uel pretorio, Dux nominaretur. De quo genere Ducis est intelligendus is locus Herodiani, libro tertio historiæ suæ: Hoc intellecto, dux Asiæ Æmilianus, cui summam Niger totius belli, maximumq; imperium tradiderat, & ipse Cyzicum proficiscitur. Huc pertinet & ille locus Trebellij in Claudio: Desine autem conqueri, quod adhuc Claudius est tribunus, nec exercitus ducem loco accepit. Vnde etiam Senatum & populum conqueri iactabas, quòd dux factus est, & dux totius Illyrici: habet in potestatē Thracias, Mœsos, Dalmatios, Pannonios, Dacos exercitus. Vir ille summus nostro quoq; iudicio, speret consulatum, si eius animo accommodum est, quando uoluerit, accipiet Prætorianam, accipiet Prefecturam. Sanè scias, tantum ei à nobis decretum esse salarij, quantum habet Ægypti præfectura: tantum uestium, quātum proconsulatui Asiæ detulimus: tantum argenti, quantum accipit curator Illyrici. Sic Vopiscus in Probo, epistolam ipsius Taciti Augusti inserit: Tacitus Augustus Probo salutem: Me quidem Senatus Principem fecit, de prudenti exercitus uoluntate. Attamen sciendum tibi est, tuis nunc humeris magis incubuisse rempublicam, qui & quantus sis omnes nouimus, scit Senatus. Adesto igitur nostris necessitatibus: tuæ familiæ adsere, ut soles, rempublicam. Nos tibi decreto totius orientis Ducatu, salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminauimus, Consulatum in annum proximum nobiscum decreuimus. Te enim manet pro uirtutibus tuis Capitolina palmata. Atque de huiusmodi Duce intelligendæ sunt inscriptiones, quarum una Veronæ, altera apud Tarraconam Hispaniæ est eruta, in hæc uerba: *Dux prouincialis.*

B (marginal letter beside "quoq; iudicio")

M. PORTIO CATONI XVVIR: S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQ. ADVERSVS REBELLES H. H. P. P. ITEM ASIAE ITEM NORICAE DVCI: & quæ sequuntur.

Veronæ in Italia, in porta Bursariorum:

COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALENIANA VALERIANO II ET LVCILIO COSS. MVRI VERONENSIVM FABRICATI EX DIE III. NON. APRIL. DEDICATI NONIS PRIDIE DECEMB. IVBENTE SANCTISSIMO GALIENO AVG. N. INSISTENTE AVR. MARCELLINO V. P. DVC. DVC. CVRANTE IVLIO MARCELLINO.

Atq; de huiusmodi pariter prouinciali Duce intelligenda sunt hæc Ammiani loca, qui sub finem libri XXIX ita scribit: Inter hæc fortunæ dispendia tristioris, dux Mœsiæ Theodosius iunior, prima etiamtum lanugine iuuenis, Princeps postea perspectissimus, Sarmatas liberos ad discretionem seruorum rebellium appellatos, collimitia nostra ex alio latere inuadentes aliquoties expulit, & afflixit. Et rursus ab initio sequentis libri trigesimi: Inter has turbarum facultates, quas Percha dux, rege Quadorum excitauit occiso, per scelus dirum in Oriente committitur facinus. Atq; hæc quidem de Duce prouinciali. Sequitur DVX LIMITANEVS, Grecis λιμενάρχης, & Germanis siue Francis Marggraue, qui in prouincia limitem Romanæ ditionis attingente, Præsidi in laboris societatem erat adiectus. qualis erat in tractu Illyrici occidentalis, siue limitis Istrici, dux Pannoniæ primæ, dux Valeriæ, & dux Rhœtiæ. quales recenset præterea codex Præfecturarum in limite siue prætorio Orientis, ducem Armeniæ, ducem Mesopotamiæ, ducem Bithyniæ, & ducem Phœniciæ: item per Aphricam, ducem Alexandrinum: per Illyricum orientale, siue diœcesim Græcam, Macedonicam'ue, ducem Daciæ, & ducem Scythiæ. Denique quales fuerunt ad Rheni limitem, dux Moguntiacensis, dux Belgarum, dux Narbonæ, & dux limitis Britannici: de quo quidem genere ducis accipienda sunt loca autorum ista Lampridij in Alexandro: Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus ac militibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent. Huc pertinet & illud Iulij Capitolini in Gordiano iuniore à Philippo occiso: Denique quum se uideret minorem haberi, petijt ut æquale saltem inter eos esset imperium: nec impetrauit. Dehinc petijt, ut loco Cæsaris haberetur: nec id obtinuit. Petijt etiam, ut præfecti loco esset Philippo: quod & ipsum negatum est. Vltimæ preces fuerunt, ut eum Philippus pro Duce haberet, & pateretur uiuere. Adludit præterea ad huiusmodi Duces limitaneos Spartianus in Seuero: Deinde firmatis quas post tergum relinquebat prouincijs, Romam iter contendit, cedentibus sibi cunctis, quacunque iter fecit, cum iam Illyricani exercitus ac Gallicani cogentibus Ducibus in eius uerba iurassent. Sed placet huiusmodi Ducatus limitaneos, ut hi à nobis sunt ex codice Præfecturarum enumerati, aliorum historiҿ authorũ testimonijs confirmare, initio sumpto à limite Orientis.

Dux limitaneus qui fuerit. *Catalogus Ducum limitaneorum.*

DVX LIMITANEVS ARMENIAE, præter Marianum commemoratur à Lampridio in historia Diadumeni: Nam cum quidam defectionis suspicionem incurrissent, & eos Macrinus sæuissimè punisset, filio fortè absente, atq; is audisset autores quidem defectionis occisos: quorum tamen unus dux Armeniæ erat, & item legatus Asiæ & Arabiæ, ob antiquam familiaritatem dimissos.

Dux Armeniæ.

Meminit huius Ducis & Marcellinus ab initio libri trigesimi: Para Armeniorum rege clandestinis insidijs obtruncato, cuius materiæ impio conceptæ consilio hanc primordialem nouimus esse causam. Consarcinabant in hunc etiam tum adultum crimina quædam, apud Valentẽ exaggerantes, malè solertes homines, dispendijs sæpe cõmunibus pasti: inter quos erat Terentius dux, demissè ambulans, semperq; submœstus. Huic duci Scotus tres legiones iungit, primã Ponticam in Trapezunte, duodecimam Fulmineam Melitenæ, & quintamdecimam Apollinarem Sutalæ: cum cohortibus, miliaria Bosphoriana Arauracæ, miliaria Germanorum Sisilæ, cohorte prima Theodosiana Valentiæ, cohorte prima Claudia equitata Sebastopoli, cohorte tertia Vlpia miliaria Petræorum Metitæ, & cohorte Apuleia ciuium Romanorum Ysiporte. Sub eodem merebant (ut idem est author) alæ equitum Rizena Dalearizæ, Theodosiana apud Anaxam, Felicetheodosiana Syluanis, Primaaugusta colonorum Chiacæ, Auriana

A riana Dascusæ, prima Vlpia Dacorum Suissæ, secunda Gallorum Ælianæ, prima Iouia Fœlice Chaszanenicæ, prima Theodosiana Pithiæ ala castello Tablariensi constituto.

Dux Osdruœnæ.

DVX OSDRVOENAE LIMI. recensetur à Marcellino libro uigesimoquarto: Agmina uerò postremò Dagalaiphus cogebat, & Victor, ultimusq; omniũ Osdruœnæ dux Secundinus. Huic duci Scotus subijcit in eius dispositione legionẽ quartam Parthicam Circesio, cum cohorte prima Getulorum Thillaamanæ, & quinq; equitum alis, quas nominat Septimam Valeriam prælectorum Thiliacaniæ, primã Victoriatorum contra Bintha, secundam Paphlagonum Thillaficæ, primam Parthorum Resaiæ, primam nouam Diocletianam inter Thannurim & Orobam, & primam Salutariam duodecimo constitutam. His addit Scotus equites Dalmatas Illyricanos Gallabæ, Mauros Illyricianos Dabanæ, promotos Illyricianos Callinico, promotos indigenas Bunase, promotos indigenas Synę Iudęorum, sagittarios indigenas Orabæ, sagittarios indigenas Medianenses Medianæ, & sagittarios indigenas Rasinenses.

Dux Mesopotamiæ.

DVX MESOPOTAMIAE: de hoc meminit subinde Marcellinus, primùm lib. 16: Musonius tamen Præfectus prætorio multis, ut antè diximus, bonis artibus eruditus, sed uenalis, & flecti à ueritate pecunia facilis, per emissarios quosdã fallendi perstringendiq; gnaros, Persarum sciscitabatur consilia, adsumpto in deliberationes huiusmodi Cassiano Mesopotamiæ duce, stipendijs & discriminibus indurato diuersis. Idem lib. 18: Antonius quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor, Mesopotamiæ ducis tunc protector. Et rursus: Extemplò igitur equites citi mittuntur ad Cassianum Mesopotamiæ ducẽ, rectoremq; prouinciæ tunc Euphronium. Idem libro 25: Et uia sex dierum emensa, cum ne gramina quidem inuenirentur, solatia necessitatis extremæ, dux Mesopotamiæ Cassia-
B nus, & tribunus Mauritius pridem ob hoc missus. Meminit huiusce ducis & libro 30 his uerbis: Ingrauescente post hæc altius cura, Imperator eligere consilia quàm inuenire sufficiens, id conducere rebus existimans, Victorẽ magistrum equitum, & Vrbitium Mesopotamiæ ducem ire properè iussit in Persas. Huic duci Scotus subiectos fuisse refert duas legiones, utpote primam Parthicam Nisibenæ, & secũdam Parthicã Cœphæ, cum cohorte quartadecima Valeriæ Zabdenorũ Maiocariri, cohorte quinquagenaria Arabũ Bethalahe, & equitum alis 3. utpote ala secunda noua Ægyptiorũ Carhæ, ala octaua Francorum Ripaltæ, & ala quintadecima Flauia Carduenorum Caini. Quibus additi erãt equites alij alarum formã amplitudinemq; nõ assecuti, sagittarij indigenæ Arabanensis Carræ, sagittarij indigenæ Thibithenses Thilbismæ, sagittarij indigenæ Thannuri, scutarij indigenæ Pasenses Assuræ, equites promoti Illyriciani Rasaui Theodoscopoli, equites ducatores Illyriciani primi ducatores Amidæ, equites felices Honoriani Illyriciani Constantinæ.

Dux Euphratensis & Palæstinæ.

DVX EVPHRATENSIS, & alter Palæstinæ, enumerantur à Scoto in Codice præfecturarum inter sex duces limitaneos Orientis. Ac sub dispositione quidem ducis Euphratensis, recenset Codex præfecturarum duas legiones, quartam Scythicam in finibus Syriæ ad Oresam, & sextamdecimam Flauiam Firmam Surę in Augustofretensi tractu. Quibus iunctæ erant cohortes: Cohors prima Gothorũ Helelæ, cohors prima Vlpia Dacorum Claudianæ, cohors prima Victorũ Ammaythę, & cohors tertia Valeria Marmarę. Merebant sub eodem duce ad defensionem limitis Syrię, alę equitũ, prima noua Herculea Amudæ, ala prima Iuthungorum Salutarię, equites scutarij Illyrici Syrianę, equites promoti Illyriciani Octaribę, equites sagittarij indigenę Mathanę, equites promoti indigenę Acadanę,

mæ, equites sagittarij Acanathæ, equites Dalmatæ Illyriciani Barbarisso, equites A
Mauri Illyriciani Neocæsareæ, equites promoti indigenæ Rosaphæ. Ita similiter duci Palæstinæ subijcit Codex idem legionē decimam Fretensem, alæ additis cohortibus, duodecima Valeria Afro, decima Carthaginensi Carhæ, prima centenaria Tarbæ, quarta Phrygum præsidio, secunda Gratiana Iehybo, prima equitata Calamonæ, secunda Galatarum Arieldelæ, prima Flauia Moleahæ, quarta Palæstinorum Thamanæ, secunda Cretensi iuxta Iordanem fluuium, prima Salutaria inter Æliam & Hierichunta. Iuuabant in opere has, sub eiusdem ducis dispositione, alæ equitum, prima miliaria Sebastena Asuadæ, ala Antana Dromedariorum Admathæ, ala Constantiana Tolehæ, ala secunda Fœlice Valētiniana apud præsidium, ala prima miliaria Hastæ, & ala Idiota constituta: equites Dalmatæ Illyriciani Berosabæ, equites promoti Illyriciani Menoidę, equites scutarij Illyriciani Chermulæ, equites Mauri Illyriciani Aeliæ, equites Thamudeni Illyriciani Bitsaniæ, equites promoti indigenæ Sabaiæ, equites promoti indigenæ Zodocathæ, equites sagittarij indigenæ Huuanæ, equites sagittarij indigenæ Zoarę, equites primi Fœlices sagittarij indigenę Palæstinæ Saburę, siue Veterocarię, & equites sagittarij indigenæ Mohailæ.

Dux Phœniciæ. DVX LIMITANEVS PHOENICIAE aduertitur ex his uerbis Marcellini libro 14: Post cuius lachrymosum interitum, in unius exitio quisq; imaginem periculi sui considerans, documento recenti similia formidabat. Eodem tempore Serenianus ex duce, cuius ignauia populatam in Phœnice Cęlen antè retulimus, pulsatæ Maiestatis imperij reus iure postulatus à lege est. Meminit eiusdem libro uigesimo primo: In quibus, ut dignum est credere, Vadomarius hæc & similia perpetrabat, ad perstringendū fallendumq; miris modis ab ætatis primitijs callens, ut postea quoq; ducatum per Phœnicen regens ostendit. Cęterùm Scotus in Codice pręfecturarum huic duci republica iam declinante, ut sub Archadio & Honorio floruerat, subijcit duas legiones: primam Illyriciorum Palmyrę statiua habentem, & tertiam Gallicam ad Danabam. Accedebant cohortes, prima Iulia lectorum ualle Alba, secunda Ægyptiorū ualle Diocletiana, prima orientali Thamæ, tertia Herculea Veranocæ, & quinta Pacata Alemannorum Oneuathæ. Iungebantur & alæ equitum, prima Damascena in monte Iouis, prima Alemannorū Neiæ, prima Saxonum Verofabulæ, prima Phœnicū Renę, secunda Salutis Arefæ, & nona Diocletiana Veriaracæ. Sub his erant & cæteri equites, nondū in alas turmasq; redacti: Equites Mauri Illyricani Otharæ, equites scutarij Illyriciani Euharæ, equites promoti indigenæ Saltachæ, equites Dalmatæ Illyriciani Lataui, equites promoti indigenæ Auathæ, equites promoti indigenæ Nazalæ, equites sagittarij indigenæ Abiræ, equites sagittarij indigenæ Casamę, equites sagittarij indigenæ Calamonæ, equites Saraceni indigenæ Thalseæ, & equites sagittarij indigenæ Adathæ. B

Dux Bithyniæ. DVX BITHYNIAE quòd fuerit, uel plures duces in finibus illius prouinciæ, ex his uerbis Marcellini libro XXVI colligitur: Consumpta hyeme festinans ad Syriam Valens, iam fines Bithyniorum ingressus, docetur relationibus ducum, gentem Gothorum ea tempestate intactam, eandemq; sæuissimè conspirantem in unum, ad peruadenda parari collimitia Thraciarum.

Dux limitis Aphricani. DVX LIMITIS AFRICANI, recensetur à Fl. Vopisco in historia Firmi: Firmo patria Seleucia fuit, tametsi plerìq; Græcorum alterum tradant, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos: quorum unus præfectura Aegypti, alter dux limitis Africani, idemq; proconsul. Huc pertinet & locus Trebellij Pollionis in Celso tyranno: Afri quoq; autore Vibio Pasieno proconsule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, Celsum imperatorē appellauerunt. Fortasse ad huius

modi

A modi ducem referendum est, quod Trebellius idem in uita Æmilij scribit, qui itẽ unus ex numero fuit tyrannorum, qui imperium aduersus Gallienum inuaserãt, de Æmiliano duce. Quem locum ad ducatum Ægypti transferemus.

DVX AEGYPTI an idem fuerit cum duce Africani militis, incertum. Meminit uerò Trebellius Pollio in uita Æmiliani, unius ex tyrannis qui contra Galienũ imperium arripuerant: Familiari ergo sibi furore, cum quadam die cuiusdam senis curatoris, qui Alexandriam tum regebat, militariter ab hoc cæsus esset, quod crepidas suas meliores esse quàm militis diceret, collecta multitudo ad domũ Æmiliani ducis uenit. Idem in historia Claudij Cæsaris: Sed dum hæc à Claudio aguntur, Palmyræni ducibus Sabba & Timogene contra Aegyptios bellum sumunt, atq; ab his Aegyptia peruicacia & indefessa pugnandi continuatione uincuntur. Dux tamẽ Aegyptiorum Probatus, Timogenis insidijs interemptus est. Huc pertinent & loca Ammiani Marcellini, qui libro 22, ita nominatim scribit: Iulianus quinetiam ex uicario earundem partium nimius fautor, retracti sub uinculis morte periere pœnali. Tum & Anthemius ex duce Ægypti, Alexandrinis urgentibus, cæterorum criminum mole supplicio capitali mulctatus est. Et rursus libro 23: Cuius atrocitate mali perculsus illico, ut antè cogitauerat, triginta millia lectorum militum eidem commisit Procopio, iuncto ad parilem potestatem Sebastiano comite ex duce Aegypti. Aegyptijs deniq; præcepit, ut intra Tigridem interim agerent uigilanter omnia. Idem libro uigesimoquarto: Deniq; prę se bouem coronatum agentes, quod est apud eos susceptæ pacis indicium, descendêre suppliciter: & statim omni munimento incenso, Pusæus eius præfectus, dux Aegypti postea, honore Tribunatus affectus est. Citatur porrò is dux limitis Aegyptij à codicis præfecturarum Rom. authore: licet in quibusdam exemplaribus B non Dux, sed Comes rei militaris per Aegyptum appelletur. Cuius diœcesi quatuor nominatim legiones subijciuntur, uidelicet legio secunda Traiana Parembole, legio tertia Diocletiana Thebaidos Andro, legio quinta Macedonica Memphi, & legio tertiadecima Gemma Babylonia: adiunctis cohortibus peditum, equitumq; alis, cohorte nempe tertia Galatarum Cefro, cohorte secũda Astarum Busiri, ala Theodosiana nuper cõstituta, ala Archadiana nuper constituta, ala secunda Armeniorum Oasi minore, ala tertia Arabum Thenemuti, ala octaua Vandilorum Neæ, ala septima Sarmatarum Scenis Mandrorum, ala prima Ægyptiorum Sellæ, ala ueterana rasa Gallorum Rinocoruræ, ala prima Herculea Scenis extra ge: ala quinta Rhœtorum Scenis Veteranorum, ala prima Tingitana Thmuensi, ala Apriana Hippone, ala secunda Assyriorũ Sosteos, ala quinta prælectorum Dionysiade: Equitibus Sarracenis Thamudeni Scenis Veteranorum, & equitibus Stablesianis Pelusio.

Dux Aegypti.

DVX ARABIAE limitaneus, in eodem Noticiarum codice, inclinantem rempublicam describente, cõmemoratur post ducem Palæstinæ. Cuius ille obsequio attribuit legiones, tertiam Cyrenaicam Bostrę statiua habentem, & legionẽ quartam Martiam Bethoræ æstiua tenentem, & cohortes legionem complere nõ ualentes, primam miliariam Thracum ad Titha, primã Thracum Asabaiæ, tertiã Alpinorũ apud Arnona, tertiam Arabũ in ripa uadi Apharis fluuij, in castris Arnonensibus. His additæ erant alæ equitum, prima Valentiniana Tamathæ, secunda felix Valentiniana apud Aditha, secunda miliarensis Naarsafari, secunda Constantiana Libonæ, sexta Hispanorum Gomohæ, nona miliaria Auathæ. Et equites qui in alas nõ erant redacti, scutarij Illyrici Animothæ, promoti Illyriciani Triconiæ, Dalmatæ Illyriciani Ziza, Mauri Illyriciani Areopoli, promoti indigenæ Mœsæ, & sagittarij indigenæ Galdæ.

DVX THEBAIDOS à Scoto pariter in sæpe nominato codice cõmemoratur, cui subiectæ erant legiones octo, quæ Thebaicæ passim ab Ammiano nominant: uidelicet prima Valentiniana Copto, prima Maximiana Filis, secũda Traiana Apollonos superioris, secunda Flauia Constantia Thebæorum Cussa, secunda Valentiniana Hermunthi, tertia Diocletiana Thebis, tertia Diocletiana Ambo, & legio tertia Diocletiana Præsentia. His iungebantur cohortes peditum aliquot, & alæ equitum: Cohors prima Apamenorũ Silili, cohors prima Fœlix Theodosiana apud Elefantinẽ, prima cohors Lusitanorum in Theraco, cohors quinta Suentium Suenæ, cohors sexta Saginarũ in castris Lapidariorũ, cohors septima Francorum Diospoli, cohors nona Thanorũ Nitriæ, cohors nona Alemannorũ Burgoseueri, & cohors undecima Chamauorum Peamu. Alæ porrò erant equitum pro hoc limite sub duce excubantes: Ala prima Francorum Apollonos, ala prima Iouia cataphracta Ripampanę, ala prima Abascorũ Oasi maiori, ala prima Quadorum Oasi minori: ala prima Dromedariorum Precteos, ala secunda Herculea Dromedariorũ Psinaula, ala prima Hiberorũ Thmoi, ala septima Herculea Voluntaria contra Lato, ala octaua Abydum Abocedo, ala tertia Dromedariorum Maximianopoli, ala octaua Palmyrenorum Phœnicone, ala secunda Hispanorum Poisartemidos, ala quarta Britonum Isui, & ala Germanorum Pescla. His in laboris societatem dati fuerunt, cuneus equitum Maurorum scutariorum Lyco, cuneus equitum scutariorum Hermupoli, equites sagittarij indigenæ Tentyræ, equites sagittarij indigenæ Copto, equites sagittarij indigenæ Diospoli, equites sagittarij indigenæ Lato, equites sagittarij indigenæ Maximianopoli, equites promoti indigenæ legionis tertiæ Diocletianæ. DVX TRIPOLITANI limitis in Aphrica cõmemoratur à Scoto in reipub. deficientis periphrasi, qui & eidem eiusdemq́ dispositioni præpositos alios minores limitum eiusdem prouinciæ recenset, ut uidelicet prępositum limitis Talalatensis, præpositũ limitis Teuchitani, præpositum limitis Bizerentani, præpositum limitis Tillibarensis, pręposítum limitis Madensis, præpositum limitis Maccomadensis, præpositum limitis Tintiberitani, præpositum limitis Bubensis, præpositũ limitis Mamucensis, pręposítũ limitis Balensis, præpositũ limitis Varensis, & pręposítũ limitis Sarcitani.

DVX, siue ut habent alia codicis Præfecturarũ exẽplaria, Comes prouincię Augustanicæ, habebat sub dispositione sua cohortes peditũ, primã Epireorũ castris Iudæorũ, primã sagittariorum Nacthu, primã Augustam Pannoniorũ Iohu, secundam cohortẽ Thracũ Muson, coh. quartam Narmunthi, cohortem quartam Iuthungorũ Aphrodito. item alas equitũ, secundã Vlpiam Afrorũ Thaubusteos, alam secundã Ægyptiorũ Tacasiri: & principẽ de schola agentũ in rebus, cũ corniculario, commentariensi, numerarijs, exceptoribus, adiutoribus, & à libellis.

DVX MAVRITANIAE Cæsariensis, à Scoto in Noticiarum codice cõmemoratur, cum diœcesi subiecta, Præposito uidelicet limitis Colũnatensis, præposito limitis Vidensis, præposito limitis Fortensis, præposito limitis Muticitani, pręposito limitis Audiensis, præposito limitis Caputcellensis, & præposito limitis Augustensis. DVX LIMITIS Scythici memoratur in historia Aureliani, Saturninus Scythici limitis dux: Cum consedisset (inquit) Valerianus Augustus in thermis apud Byzantiũ, præsente exercitu, præsente etiã officio Palatino, adsidẽtibus Memnio Fusco consule ordinario, Bebio Macro præfecto pretorij, Quinto Ancario præside oriẽtis, adsidẽtib. etiã à parte læua Auulnio Saturnino Scythici limitis duce, & Mæceo Brundusino præfecto annonæ orientis. Huius ducis mentio extat quocp in codice Præfecturarũ Mariani Scoti, qui eius dispositioni subijcit duas legiones, primã Iouiã in Nouioduno Accisso, & secundã Herculeã, Trosmis

Dux limitis Scythici.

&

A & Axiupoli, unà cum auxiliaribus Nauclarijs Flauianæ, superuectoribus Axiupoli, Scythicis Carso, Secundanis Constantinis Trosmis, primis Constantianis Nouioduno, quintis Constantianis Salsouia, & primis Gratianensib. Gratiana. Spectabat quoq; ad obsequiū ducis illius, clasis Musculorū Scythicorū in Plutypegijs, & cunei equitum Solensium Capidauæ, Stablesianorum Cij & Bireo, cataphractariorum Arubio, equitum armigerorum Ægisso, scutariorum Sacidaua, & equitum Arcadum Talamonio.

DVX DACIAE RIPENSIS introducitur quoq; in sæpe nominato codice Præfecturarum. Ad quem ducatum alludere uidetur Flauius Vopiscus in Aureliano: Ac ne multa & friuola procemijs odiosius intexam, diuus Aurelianus ortus (ut plures loquuntur) Syrmij familia obscuriore: ut nonnulli, Dacia ripensi. Potest referri ad eiusdem ducatum & locus Marcellini libro uigesimonono, sub finem: Interfectis plurimis, aucti fiducia, aciem perrupere Pannoniam, disiectam'q; agminis mole, geminatis ictibus omnē penè delessent, ni periculo mortis aliquos citum extraxisset effugium. Inter hæc fortunæ dispendia tristioris dux Mœsiæ Theodosius iunior, prima etiamdum lanugine iuuenis, princeps postea perspectissimus. Porrò codex Præfecturarum inclinantis Imperij rempublicam tractans, ut sub Archadio & Honorio fuerat, sub dispositione uiri spectabilis ducis Daciæ ripensis tres legiones, & eorum præfectos collocat, quintā uidelicet Macedonicam, decimamtertiā Geminam, cum secunda & nona cohortibus, & auxiliaribus aliquot, uidelicet Miliarensium Transalba Daciæ, primorum Daciscorum Drobetæ, Crisputiensium Crispitiæ, Mariensium Oesco, Claustrinorū Luco, Secundorū Daciscorum Burgo zono, & Exploratorum Transdiernis. Idem cuneos equitum eiusdem ducis administrationi subijcit, hoc est, Cuneum equitum Dalmatarum forensium Bononiæ, cuneum equitum Dalmatarum Diuitensium Dortico, cuneum equitum scutariorum Cebro, cuneum equitum Dalmatarum Augustæ, cuneum equitū Dalmatarum Varinæ, cuneum equitū Stablesianorum Almo, cuneum equitum scutariorum Ægetæ, cuneum equitum Constantianorum Vco: & duas classes, Ægetensem & Ratiariensem.

Dux Daciæ Ripensis.

B

DVX LIMITIS ILLYRICI, siue Pannoniæ primæ, ubi nunc est Austria inferior, qui Consulari eius prouinciæ præsidi in laboris societatem iunctus erat. Meminit codex Mariani, quem de Notitijs orientis & occidentis scripsit. Et præter Marianum adludit ad huiusmodi ducem Ælius Spartianus in historia Ælij Cæsaris: Adoptatus autem (inquit) Ælius Verus ab Hadriano eo tempore, quo iam (ut superius dictum est) parum uigebat, & de successore parum cogitabat, statim'q; prætor factus, & Pannonijs dux & rector impositus est. Huc arbitror pertinere, quæ Trebellius Pollio in historia Regillani scribit, qui unus ex his tyrannis fuerat, qui aduersus Galienum conspirauerant: Regillanus deniq; (scribit) in Illyrico ducatum gerens, Imperator est factus, autoribus imperij Mœsijs, qui cum Ingenuo fuerant antè superati. Et iterū: Extat epistola diui Claudij adhuc priuati, qua Regillano Illyrici duci gratias agit ob redditum Illyricum. Meminit huius ducis & Marcellinus libro decimooctauo: Vexati'q; multi nocentes sunt, & innocentes, inter quos etiam Valentinus in primicerio protectorum tribunus, ut conscius inter cōplures alios tortus aliquoties superuixit, penitùs quid erat gestum ignorans. Ideoq; ad iniuriæ periculi'q; compensationem, ducis in Illyrico meruit potestatem.

Dux Illyrici, uel Pannoniæ.

DVX MOESIAE codici Præfecturarū duplex describit, alter primæ Mœsiæ, & alter secūdæ Mœsiæ. Dispositioni primæ Mœsiæ ducis subijcit duas legiones, quartā Flauiam, & septimā Claudiā, unà cum auxiliaribus, Reginensibus contra

Dux Mœsiarum.

Reginam,

Reginã, Tricorniensibus Tricornio, Nouensibus ad Nouas, Margensibus Margo, Cuppensibus Cuppis, Gracianensibus Graciana, Taliatensibus Taliata, & Aureomontanensibus Tricornio. Parebant huic præterea duci primæ Mœsiæ duæ classes, Histrica in Viminatio, & Stradensis in Margo. Et cunei equitum septem: Constantiacorũ Pinco, Promotorum Flauiana, Sagittariorum Tricornio, Dalmatarum aureo monte, Promotorum Viminatio, Sagittariorum Lardenatę, & equitum Dalmatarum Cuppis. Atq; secundæ Mœsiæ duci attribuit is legionem primã Italicam, cum cohorte quintæ pedaturæ superioris & inferioris: & legionem undecimã Claudiam, cum præfectura cohortis quintæ, pedaturæ inferioris Transmariscæ, & præfectura nauiũ Amnicarũ, Auxiliaribus pariter, præuentoribus Ansamo, Constantinorum Trimanio, Daciscorum Mediolano, Tertiorum Nauclariorũ Appiariæ, Nouensium Transmariscæ, Primorum Mœsiacorũ Candidianæ, Mœsiacorum Teglicio, quartorum Constantianorũ Durostdoro, Cimbrianorum Cimbrianis, & Nauclariorum Altino. Ad eius obsequium descendebant & cunei equitum Scutariorũ Securiscæ, Equitum Solensium Duno, Equitum Scutariorum Latris, Equitum Armigerorum Sexagintapristę, Equitum Secundorum Armigerorum Tegræ, Equitum Scutariorum Appiariæ, & equitum Stablesianorum Sucidauæ. A

DVX LIMITIS VALERIAE recensetur in catalogo Ducũ ab eodem autore, eodemq; Noticiarum codice, in limitis Illyricani occidentalis descriptione. Et de eodem intelligendus est hic Marcellini locus lib. 29: Sed Maximus in omne auidus nefas, & genuinos nequiẽs mitigare flatus, quibus Præfecturæ accesserat tumor, increpabat Equitium per Illyricum eo tempore Magistrum armorum, ut peruicacẽ & desidem, necdum opere quod maturari dispositum est, consummando: addebatq;, ut cõsulens in cõmune, quòd si paruo suo Marcelliano deferretur potestas per Valeriam, ducis munimentum absq; ulla causatione consurgeret. B

Dux Dalmatiæ. DVX LIMITANEVS DALMATIAE, ab unico Trebellio memoratur in historia Galienorum: Fuit ijsdem socius in appetendo imperio quidam Ceronius, siue Cecropius, dux Dalmatarum, qui eos & urbanissimè & prudentissimè adiuuit.

Dux Mœsiæ secundæ. DVX MOESIAE SECVNDAE recensetur in codice Præfecturarum, qui rempublicam ab Archadio & Honorio comprehendit.

Dux Rhœtici limitis. DVX LIMITIS RHOETICI, de quo Vopiscus in historia Bonosi: Tribunatus (inquit) egit, & dux limitis Rhœtici fuit. Idem in uita Aureliani, cum enumeraret omnes præfectos præsides'que qui ad Bisantium in thermis consederant, cum Valeriano Cæsare, inter alios etiam Fuluij Boij ducis Rhœtici limitis mentionem facit. Meminit huius generis ducis & Cassiodorus libro primo Cognitionum uariarum, cum epistolam Theoderici regis Gothorum ad Seruatum Rhœtiarum ducem recenset: Decet te (inquit) honorem quem geris nomine, moribus exhibere, ut per prouinciam cui præsides, nullam fieri uiolentiam patiaris, sed totum cogatur ad iustum, unde nostrum floret imperium. Porrò describit formulam huius peculiaris ducatus Cassiodorus idem libro septimo Variarum: Quamuis spectabilitatis honor unus esse uideatur, nec in his aliquid aliud nisi tempus soleat anteferri, tamen rerum qualitate perpensa, multum his creditum uidetur, quibus confinales populi deputantur: quia non est tale pacatis regionibus ius dicere, quale suspectis gentibus assidere: ubi non tantum uitia, quantum tela suspecta sunt. Nec solum uox præconis insonat, sed tubarum crepitus frequenter insultus. Rhœtiæ namque minima sunt Italiæ claustra prouinciæ. Quæ non immeritò sic appellata esse iudicamus,

A iudicamus, quando contra feras & agrestissimas gentes ueluti quædam plagarum obstacula disponuntur. Ibi enim impetus gentilis excipitur, & transmissis iaculis sauciatur furibunda præsumptio. Sic gentilis impetus uestra uenatio est, & ludo geritis, quod nos assiduè feliciter egisse sentitis: ideoq; ualidum te ingenio ac uiribus audientes, per illam indictionem ducatum tibi credimus Rhœtiarum, ut milites & in pace tegas, & cum eis fines nostros solenni alacritate circumeas. Quia non paruam rem tibi respicis fuisse commissam, quando tranquillitas regni nostri tua creditur solicitudine custodiri: ita tamen, ut milites tibi commissi uiuant cum prouincialibus iure ciuili, ne insolescat animus, qui se sentit armatum, quia clypeis ille exercitus nostri quietem debet præstare Romanis. Porrò commemoratur dux Rhœtiæ primæ in codice Noticiarum Rom. & reipub. inclinantis descriptione, quem tradit Stablesianos equites habuisse seniores in Augustanis, & iuniores in Phebianis castris.

DVX LIMITIS GERMANICI, siue Moguntiacensis, recensetur à Marcellino libro uicesimonono: Bitheridum uerò & Hortarium nationis eiusdem primates, item regere milites iussit: è quibus Hortarius proditus opera Florentij Moguntiaci ducis. Huc pertinet & locus Pollionis, in historia Posthumij, qui Imperium aduersus Galienum inuaserat: Si quis sanè Posthumij meritum requirit, indicium de eo Valeriani ex hac epistola quam ille ad Gallos misit, intelliget. Transrhenani limitis ducem & Galliæ præsidem Posthumum fecimus, uirum dignissimum seueritate Gallorum. Sic Capitolinus: Dux (inquit) limitaneus Rheni & Istri fuit, qui cum Balbino imperauit. Meminit & Tacitus libro uigesimo, Valentini Belgarum ducis. Meminit huius ducis & Scotus in codice Præfecturarum, & illi subdit comitem Argentoracensem, cum ipse subesset præfecto Sequanicæ Maximæ. *Dux limitis Germanici.*

B DVX SEQVANICVS recensetur in libro Præfecturarum apud Olynonem castellum, cuius hodie rudera in Holé Sundtgauiæ cernuntur. Parebat autem is præsidi Maximæ Sequanorum, qui inter triginta ac unum præsides quos Romani in occidente habebant, commemoratur, & apud Vesontionem gubernabat. *Dux Sequanæ.*

DVX NARBONENSIS commemoratur à Cornelio Tacito libro decimooctauo: Blandiebatur cœptis fortuna, possessa per mare & naues maiore Italiæ parte, penitus usque ad initium maritimarum alpium, quibus tentandis aggredienbdisq;, prouinciæ Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Nouellum, Æmilium Pacensem, duces dederat. Ad huiusmodi ducem adludit & Marcellinus libro uigesimosecundo, ab initio: Eiq; tandem aruspicinæ peritus Apruncu lus Gallus orator promotus, Rector postea Narbonensis, nunciauit euetus. Porrò credendũ est, hunc, ueluti & qui Germanico limiti Britannicoq; præerat, proconsf. Narbonen. in opere adiuuisse. *Dux Narbonensis.*

DVX BRITANNIAE describitur à Marcellino libro uigesimoseptimo: Profectus itaque ab Ambianis, Treuirosq; festinans, nuncio percellitur graui, qui Britannias indicabat Barbarica conspiratione ad ultimam uexatas inopiam, Nectaridumq; Comitem maritimi tractus occisum, & Bulchobaudem ducem hostilibus insidijs circumuentum. Et iterum libro uigesimooctauo: Theodosius uerò dux nominis incliti, animi uigore collecto ab Augusta profectus, quam ueteres appellauere Lundinium, cum milite industria comparato solerti, uersis turbatisq; Britannorum fortunis opem maximam tulit. *Dux Britanniæ.*

DVX LIMITANEVS tractuum Armoricani & Neruicani, recensetur in codice Noticiarum Romanarum. DVX BELGICAE SECVNDAE, enumeratur ibidem.

DVX

DuxHispaniæ. DVX LIMITIS HISPANICI, qui & ipse Proconsuli legatoq; Consulari Hispaniæ in laboris erat consortium iunctus. Meminit Sidonius Apoll. in Panegyrico socero dicto, cum Gothorũ in Hispanias, Vandalorumq; in Africam transmigrationem descripsisset: A

Tum rex affatur: Dudum dux inclyte culpo,
Poscere te pacem nostram, cum cogere possis:
Quin te Roma caput, sed dij si uota secundant, &c. Et iterum:
Excidij ueteris crimen purgare ualebit
Vltio præsentis, si tu dux inclyte solum
Augusti subeas nomen.——

Confirmat hoc Sidonij, inclinantis Imperij autoris, carmen, inscriptio quæ apud Tarraconam Hispaniæ est eruta:

M. PORCIO CATONI XVVIR. S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQVE.

Deniq; meminerũt huius prouincialis muneris & Iureconsulti, qui itidem Exduces, uti Exconsules, Expræfectos, ubi magistratu abierant, nominant. Qualis est & ille Iulij Capitolini in Gordianis locus: Ex quibus (ait) duo ingressi Capitolium, cum illic senatus ageretur, ante ipsam aram à Gallicano exconsulibus, & Mecœnate exducibus interempti sunt. Atq; hæc quidem ex historijs, de ducibus Romanis obseruauimus: & ijs potissimum, qui prouincias Augustorũ nomine & auspicijs gubernabãt: quorum certo annorum stipendiorumq; numero elapso munus abrogabatur, & quos diximus, Exduces fiebant. Quæ consuetudo nõ ita multo pòst, cum alijs innumeris, à Francis recepta fuit: uel quòd ea gens eandem cum Romanis, à Troiana uidelicet uetustate, originẽ traxerit: uel quòd prouincias secus Istrũ Rhenumq; sitas, à Romanis penitus adsertas, sui hi iuris fecissent. Tales enim prouincijs & ab illorum Imperatoribus siue regibus illis crinitis duces dabantur, quorum non perpetua, ut modò, sed temporaria in regionibus potestas erat, ad libitum uidelicet regum sancita, uel abrogata. Vnde legitur apud Paulũ Diaconum lib. quarto, cap. septimo, historiæ Longobardicæ: Tassilonem à Childeberto rege Francorum apud Boioariam ducem fuisse ordinatũ. Tales Sueuis siue Rhœtijs datos duces extitisse Bultinum & Leutharim, à Theoberto Theoderico & Theobaldo Francorum regibus, magni uidelicet illius Lodouici filijs, Agathius Græcus autor scribit. Fit præterea multa de his ducibus mentio in legibus Francorum, ut illa: Si quis Episcopo aliquam iniuriam homo fecerit, uel plagauerit, uel fustauerit, uel mancauerit, tripliciter componatur, sicut & cæteri, parentes eius compositionem habebunt: ac si melius dicamus, sicut de duce, ita in omnibus cum episcopo. Et si occisus fuerit, sicut & illum ducem, ita soluat, aut regi aut duci, aut Ecclesiæ, ubi pastor fuit. Et iterum alia: Si aliquis homo gentẽ extraneam intra prouinciam inuitauerit, ut ibi præda uastent hostiliter, uel domos incendant, & ille ex hoc probatus fuerit, aut uitam perdat, aut in exilium exeat, ubi dux miserit. Et iterum alia, de ducis imperio ac potestate in prouincia sua: Si quis sigillum ducis neglexerit, aut mandatũ uel signum qualecunq; mandauerit, duodecim solidis sit culpabilis. Et si negare uoluerit, quòd ad illum nuncius non peruenerit, cum quinque nominatis iuret. Quòd autem dux Francis fuerit sub regis imperio, longè maiori quàm nunc est feudi obsequio, utpote ueluti dux prouinciæ apud Romanos sub Augustis fuerat, liquet ex ista lege: Si quis contra ducem suum, quem rex ordinauit in prouincia illa, aut populus sibi elegit ducem, de morte eius consiliatus fuerit, & exinde probatus negare non potest, in ducis potestate

Exduces qui fuerint.

Duces Francorum à Romanis. B

Leges Francorum de ducibus illorum.

A testate sit homo ille, & uita illius, & res eius confiscentur in publico. Et iterũ alia lex habet: Si quis dux habens filium contumacem & malum, qui rebellare conetur patri, uel per stulticiam suam, uel per consilium malorum hominum, qui fortasse uolunt dissipare prouinciam, & is hostiliter surrexerit contra patrem suum, dum adhuc pater eius potens est, & utilitatem regis potest facere, & exercitum gubernare, equum ascendere, utilitatem regis implere, & filius eum uult dishonorare, aut per raptum suum possidere, non obtineat quod inchoauit. Et si pater eum uicerit, & si apprehẽdere potuerit, aut eum exiliet de prouincia, aut eum domino suo regi transmittat. Et de hæreditate paterna amplius ad eum nihil pertineat, quòd inlicitam rem fecit contra patrem suum. Et si fratres habuerit, ipsi fratres inter se per uoluntatem regis diuidant hæreditatem. Deniq; ut magis appareat Ducis ea tempestate uel uilitas uel subiectio, alia lex item sic habet: Si quis autem dux exercitum ordinauerit, & in illo fisco aliquid furatus fuerit, tres nouigeldos soluat: & si iurare uoluerit, secundum qualitatem pecunię iuret. Hæc ex legibus peruetustis Francorũ, quæ Ribuariæ & Alemanicę uocantur. Porrò si quis de numero quęrat, qui tum fuerint Duces sub Regę Francorũ, uel eius liberis, fratribusq;: huic cũ distinctione respondebo, duorum generũ fuisse, quemadmodum & Romanis, alios exercituum in prouincijs habitorum, qui propterea Hertzoge appellabantur, hoc est, si latinè reddas, exercituum ductores. Erant autem octo: primus & nobilissimus orientalium Francorum, secundus Ribuariorum, tertius Alemanorum siue Sueuorum: quibus sub Pipino & Carolo Magno cæteri accesserunt, Aquitaniæ, Hispaniæ, Belgarum, Boiariæ, Carinthiæ & Beneuenti in Italia.

Ducis Francorum munus quod fuerit.

Nota de feudo ueterum ducũ.

Etymon ducis.

Catalogus ducum Francorum.

B Fuerunt deniq; alij Francorum genti Duces limitanei, quales & Romanis, utpote à Romana consuetudine desumpti, qui limites Francorum Imperij tuebantur, potius in Comitum ordine ab illis recensiti, & Marggraue atq; Landgrauij nuncupati: tanquam si latinè dicas, limitum uel regionum Comites. Erant autem potiores decem: Ad Rheni quidem ueterem Romanum limitem Marchgrauius Vuesterriche: & Landgrauius alter Alsatiæ, alter Saxonum. Ad Danubium uerò, Marchgrauius Boiorum regni in Norico ripensi, ubi nunc est Austria supra Anysum: Marchgrauius oriẽtalis, siue (ut Eginhartus uocat) custos limitis Auarici Pannoniciq;, gentilicia lingua Der Marggraue in Osterreich. Fuerunt & aliquot Francis, ijs seculis in mediterraneis & uersus meridiem positi, pro custodia Imperij sui, Duces limitanei, siue Marcharum comites: uidelicet Carnoburgi, Istriæ, Vuyndorum, Taruisij, Veronensisq;. Atq; hæc quę scribo, intelligenda omnia sunt de ijs seculis, quibus Franci adhuc illi ueteres rerum potiebantur, ante Carolum illum magnũ, & paulo post eius ætatem. Nam sequentia secula multa immutarunt de ueteri administratione Francorum siue Romanorum, iam in abusum uersa formula ueteri, pluresq; indies & Duces & Marchgrauij esse cœpti sunt: donec Saxones & Sueui, cum & ipsi rerum ad se summam traxissent, multos uarijs in locis his nominibus iam non præfectos, uerùm principes cum successione stirpis constituerunt, atq; adeò perpetrauerunt. Et tum quidem ducum Saxoniæ, Bohemiæ, Lotharingiæ, Brunsuuigij, Mechlaburgij, Pomeraniæ, Stetiniæ, Meraniæ, Schlauoniæ, Mediolani, Vrbini, Calabriæ, &c. nomina audita sunt. Sunt quoq; tũc Marchgrauij alij celebrari cœpti, Brẽnaburgij, Misniæ, Morauiæ, Styrię, Mantuæ, Ferrariæ, Montisferrati, Vogburgi, Badensis, & alij pleriq;. Ex quibus omnibus apparet, primùm, prosapiã tuã REX INCLYTE, longè nobilissimã, uetustissimamq;, ex primæua Francorũ republica processisse, dum adhuc Romanas leges hæc magis natio exprimeret, utpote à Landgrauijs Alsatiæ & Marchgrauijs Ostenrichiæ siue Austriæ orta. Deinde difficile nobis

Catalogus Marchgrauiorum ueterum.

Abusus in Ducibus & limitaneis comitibus.

haud erit, ut sæpe præfati sumus (qui & scopus noster totius huius Operis est) ostendere, Francorũ leges atq; administrandi prouincias, rationes à Romanis desumptas esse. Quare inter cæteras leges Francorũ scripta & hæc est, quę confirmare abundè hoc poterit quod dicimus: Si quis seruum suum libertum fecerit, & ciuem Romanum, portasq; apertas conscripserit: qui si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam iudicetur. Et iterum: Si autem Regius Romanus aut Ecclesiasticus taliter ageret, cum legitimo numero similiter studeāt adimplere, aut legitimam solutionem restituant. Plura lege in capite huius libri de Quæstura & tabularijs. A

CAPUT X. DE TRIBUNIS ADMINIstrantibus prouincias, & eorum discrimine.



Tribuni pulsis regibus. *Tribuni plebis.*

TRIBUNORUM per gradus Romanæ reipublicæ non idem semper fuit munus. Primùm enim pulsis regibus, tribunorum summus in urbe fuit magistratus, qui loco Consulũ uniuersam rempublicam administrabant: quorum meminit Liuius prima Decade. Deinde cũ consules in urbem rediſſent, is ad plebē est magistratus translatus, ut duo semper à plebe crearentur, qui plebis causam in Senatu contra patricios tuerentur, Græcis Δήμαρχοι appellati. de quibus Liuio posteribus Decadibus fit mētio. Eadem tempestate, quia à tribuendo iure hunc Romani magistratum nuncuparunt, Præfecti paſsim Celerum, ærarij & cohortium militarium tribuni dici sunt cœpti. Hinc de tribunis Celerum legionumq; subinde cùm Liuius, tum uerò Cæsar Tacitusq; sermonem historiæ inserunt: atq; eadem ratione tribunorum ærarij Aulus Gellius libro septimo Noctium Atticarum capite decimo, & Cicero in secundo ad Atticum mentionem faciunt. Atq; de tribunis quidē his, capite huius libri decimoquarto, ubi ex professo de Aerario quæsturaq; agimus, prosecuti sumus. De tribunis uerò legionum proximo libro egimus, qui totius Operis est tertius, & exercitum Romanum muniaq; militaria complectitur. Atq; hæc nondum constituto Imperio, & mox ab eius constitutione, tribunorum ratio discriminaq;, & non plura fuerunt. Atqui progrediente iam & crescente indies Imperij monarchia, uox huius magistratus in abusum uersa est, ut omnes paſsim præfecti, qui soliti erant iura aliquibus reddere, Tribuni appellarentur. Ac primò omnium quidem ipsi Imperatores hunc cœperunt titulum usurpare, quòd iura scilicet populo Romano socijsq; redderent. Quapropter nullus ad imperium fastigiumq; Augustale prouehebatur, nisi iuri proconsulari tribunitiam quoq; potestatem adiecisset. Qui titulus subinde in monumentis, uel positis ab Augustis, uel illis cōsecratis, occurrit hisce literis expressus, TRIB. POT. Præterea ab imperatoribus hoc nomen translatum ad alias est præfecturas. hinc prætoriani milites Romæ tribunũ suum nacti sunt. Similiter prætores in Comitatu Augustali tribunum suum habere cœperunt. Facti sunt tunc quoq; Notariorum in Cancellis tribuni, tribuni Decurionum in municipijs Romanis, tribuni fabrorũ, tribuni armaturarũ in armamentario: deniq; & tribuni stabuli cubiculiq; Augustalis esse cœperunt. quorum tametsi neq; Liuius neq; Cæsar, Tacitus'ue, aut Velleius siue Appianus mentionē faciunt: cōmemorantur tamen subinde ab inclinantis Imperij authoribus, Spartiano, Herodiano, Capitolino, Lampridio, Vopisco, Victore, Pollione, & ipso infinitis penè uicibus Ammiano Marcellino. Ac de tribunis quidem notariorũ, qui nunc Secretarij

Tribuni militares. B

Tribunitia potestas.

Catalogus uariorum tribunorũ inclinante Imperio.

A tarij dicuntur, ab initio huius dictum est copiose, cum scrinia explicaremus: quo cognomine Marcellinus libro decimoquarto, Agilonem quendam celebrat, & libro trigesimo Paulum Cathenam. Ad huiusmodi tribunum alludit etiam Cassiodorus libro Variarum: Pater enim candidati sub Valentiniano principe gessit tribuni & notarij laudabiliter dignitatem. Dicetur uerò & de Tribunis armaturarum in proximo libro, atque de tribunis Decurionum octauo, itemque de tribunis turmarum quinto. Et sic intelliguntur loca Ammiani Marcellini, libro 15. ita scribentis: Post hæc ita digesta, protinus iubetur exire tribunus, & protectores domesticos decem, ut postularat, ad iuuandas necessitates publicas secum duxit. Inter quos ego quoque eram cum Veriniano collega, residui omnes propinqui & familiares. Et iterum libro decimoquarto: Infamabat autem hæc suspicio Latinum domesticorum comitem, & Agilonem tribunum stabuli. Idem libro uigesimo: De scrutarijs autem & gentilibus excerpere quenque promptissimum, & ipse perducere Sintula iubetur, Cæsaris stabuli tunc tribunus. Idem libro decimoquarto: Aduenit post multos Scudilo, scrutariorũ tribunus, uelamẽto subagrestis ingenij. Idem libro uigesimoquinto, in equitum ordinibus tribunorum meminit hisce uerbis: Eodem die Tertiacorũ equestris numerus à legionibus incusatus est, quòd cum ipsæ hostium aduersas irrumperent acies, illi paulatim dilapsi, alacritatem penè totius minuissent exercitus. Vnde ad indignationem iustam Imperator erectus, ademptis signis, hastisque diffractis, omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimenta & sarcinas & captiuos agere iter imposuit: ductore eorum, qui solus fortiter decertarat, aliæ turmæ apposito, cuius tribunus turpiter prælium deseruisse conuincebatur. Abiecti sunt autem sacramento etiam alij quatuor, ob flagitium simile, uexillationum tribuni. Idem au-
B thor libro decimoquarto, inter fabros & in fabricis tribunos commemorat: Prædiximus enim, Montium (inquit) sub ipso uiuendi termino his uocabulis appellatos fabricarum culpasse tribunos. Et iterum libro proximo: Dynamius ut argumento ualidiore, impiè structorum assereret fidem, compositas literas his concinentes quas attulerat principi, per præfectum ad tribunum miserat fabricæ Cremonensis. Idem libro decimoquarto, armaturarum tribuni quoque mentionem facit, qui custodiæ armaturarum erat præfectus, quales hodie uocamus Zeuguuardos, de quibus proximo libro fusius prosequemur. Habet autem locus Ammiani sic: Et cum ibi seruaretur arctissimè, terrore propinquantis exitus, iam præsepultus accurrit Eusebius, cubili tunc præpositus, Pentadiusque notarius, & Mellobaudes armaturarum tribunus. Atque de Tribunis turmarum, ueluti etiam de Tribunis prętorianorũ, dictum à nobis est libro huius Operis quinto: ubi de prætorianis cohortibus tractamus, quæ Palatij curam Augustorumque personæ in urbe gerebant. De quorum tribunis hæc sunt accipienda loca authorum. Capitolini in historia Antonini Pij: Fortunamque auream, quæ in cubiculo Principum poni solebat, transferri ad eum iussit, signumque tribuno æquanimitatis dedit. Idem in historia Pertinacis: Petenti signum primo die tribuno, Militemus, dedit. Sic Spartianus in uita Didij Iuliani: Sed postea quàm in castra uentũ est (loquitur autem de prætorianorum Romę statiuis) cumque clausas ualuas inuenisset, atque illic duos tribunos reperisset, P. Florianũ, & Vectium Aprum, cœperunt cohortari tribuni ut locum arriperet. Idem in Seuero: Iussit deinde signum tribuno dari, Laboremus. Ad eundem tribunum prætorianum pertinent & illa Herodiani libro tertio: Sub hac pactione tribunus digreditur, ac de more totam liberè domum Principis peruadit: cognitoque quàm difficile factu foret, duos ab uno homine principes, & quidem diuersis habitantes cubiculis, obtuncare: adit

Tribuni notariorum.

Quibus libris de quibus ue tribunis agatur.

Loca Marcellini de tribunis inclinantis Imperij.

Tribuni equitum.

Tribuni armaturarum.

Tribuni prætorianorum.

ad Seuerum,& cum ianitoribus agit ut se ad principem intromitterent,adferre se quæ ad salutem illius pertineant. Adludit ad eosdem prætorianos Augustorum tribunos hæc Romæ reperta inscriptio: A

FLAVIO STILICONI ILLVSTRISSIMO VIRO MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQ. COMITI DOMESTICORVM TRIBVNO PRAETORIANO ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARISSIMO MILITIAE AD CVLMEN GLORIAE EVECTO.

Tribuni uoluptatum.

Fuerunt inclinante Imperio & Tribuni uoluptatum, qui spectaculis præsidebant, ut olim prætores. unde Casiodorus libro septimo Variarum: Quamuis artes lubricæ honestis moribus sint remotæ, & histrionum uita uaga uidetur efferri posse licentia: tamen moderatrix prouidit antiquitas, ut in totum non effluerent, cum & ipse iudicem sustineret. Et subdit: Agantur spectacula suis consuetudinibus ordinata: quia nec illi possunt inuenire gratiam, nisi imitati fuerint aliquam disciplinam. Quapropter tribunum te uoluptatum per illam indictionem nostra facit electio, ut omnia sic agas, quemadmodum tibi uota ciuitatis adiungas. Atque hæc quæ diximus hactenus, de tribunis uel militaribus, uel comitatus Augustalis, ciuitatumque, intelligenda sunt. Nunc de tribunis prouincias administrantibus iure præsidiali. Et an similiter fuerint, uti superiores, à iure tribuendo, cum forent scilicet præfecti, appellati (is qui huius capitis scopus est) & qualésnam extiterint, reliquum est ut dicamus. Equidem tales fuisse, non solum inscriptiones passim monumentorum declarant, sed loca ipsa authorum ostendunt, ex quibus illa Trebellij Pollionis sunt in historia Posthumi, qui imperium aduersus Galienum inuaserat: Huius filio (inquit) Posthumo nomine tribunatum Vocontiorum dedi adolescenti, qui se dignum patriæ moribus reddet. Idem in uita Claudij Cæsaris: Fuerunt etiã sorores, quarũ una Constantina nomine, nupta tribuno Assyriorum, in primis annis defecit. Meminit huiusmodi prouincialiũ tribunorum & Marcellinus libro uigesimonono: Vbi tanquam leo ob ceruum amissum, uel capream, morsus uacuos concrepans, dum hostium disiecta frangeret timor, in Macriani locum Buccinobantibus, quæ contra Moguntiacum gens est Alemanna, regem Fraomarium ordinauit. Quem paulo pòst, quoniã recens excursus eundem penitus uastauerat pagum, in Britanniam translatũ, potestate tribuni Alemannorũ præfecit numero, multitudine uiribusque ea tempestate florenti. Et iterum clarius eodem libro: Quem cum rumorem uiri distulissent, prouinciæ rectores, tribunusque Vincentius è latibulis, quibus se cõmiserant, egressi, tandem intrepidi ad Ducem ocyus peruenerunt. Idem libro uigesimosexto: Equitius enim relatione Antonij tribuni accepta, regentis in Dacia mediterranea, militem, qui nihil præter negocium ipsum auditum obscurè significabat. Et rursus libro uigesimoquarto: Denique præ se bouem coronatum agentes, quod est apud eos susceptæ pacis indiciũ, descendere suppliciter: & statim omni munimento incenso, Pusæus eius præfectus, dux Aegypti, postea honore tribunatus affectus est. Adludit porrò ad eosdem tribunos prouinciales T. Liuius libro nono Decadis tertiæ, ubi Locrẽsis loci præsidiũ describit: Summæ rei Pleminius præerat. militum pars sub eo, quã ipse ab Regio abduxerat, pars sub tribunis erat. Et subdit: Victi Pleminij milites, cum ad Pleminium cruorem & uulnera ostentantes, non sine uociferatione & indignatione cõcurrissent, & probra in eum ipsum iactata, in iurgijs referentes: accensus ira, domo se proripuit, uocatosque tribunos nudari, ac uirgas expediri iubet. Ex quib. locis authorũ colligimus, eadẽ ratione

Tribuni rectores prouinciarum.

B

Tribunus Daciæ mediterraneæ.

tribunos

A tribunos cohortiũ prouincijs minoribus scilicet præfectos, Romanis fuisse, qua capite huius libri septimo, legatos legionũ imperasse ostendimus: ubi uidelicet regio uel tã natura munita fuerat, uel ab hostili incursione secura, aut tam parua denicꝫ angustaćꝫ foret, ut unica cohorte posset defendi. Quemadmodũ ex Ammiano iam de Dacia mediterranea, Vocontiorũ regiuncula in Gallis, & Assyria demonstratũ est. Tales nimirũ tribuni fuerũt in confinibus Norici ripensis, & Pannoniæ primæ, ubi est hodie Viennæ Austriacæ situs. Sic Florianus Numeriano imperante, & Mamertinus sub Iustiniano, itemćꝫ quidam Martianus præfectus cohortis Fabianæ, & decurio Vindobonæ (ut habet inscriptio saxi apud nos Viennæ eruti) unde Fabianæ nomenclaturam Vindobonam diximus accepisse, in eo Opere, quod de historia atcꝫ initijs Viennæ nostrę superioribus annis euulgauimus. Atcꝫ de diuo Floriano quidem Cetiensi tribuno, hoc est, castelli sub Cetio monte positi, cuius hodie rudera paulo supra Viennam Ceiesselmurus uocantur: item de Mamertino Fabianæ ciuitatis & tribuno & episcopo, sanctorum historiæ non contemnendæ nobis sunt repertę, in quarum altera refertur, Florianum tribunum Cetiensem, ab Aquilino Norici ripensis præside, cum quadraginta militibus subiectis, qui ob Christi doctrinam salutarem in suspicionem uenerant, Laureacum uocatum. Et cum iussu Numeriani Cæsaris sacrificare dæmonibus recusaret, in proximo fluuio, qui hodie est Ensius, molari collo alligato suffocatum fuisse. in altera uero, Eugippo cuidam memoratur, Felætheum Herulorum atcꝫ Rugorum regem, cum filijs Hainricho & Friderícho, rerum fuisse in finibus Pannoniæ & Norici ripensis potitum: & cum Fabianam ciuitatulam istic positam, quæ nunc maxima omniũ urbs est Viennensis in Austria, unà cum Romano præsidio in fidem accepisset, atcꝫ radices quotidie magis magisćꝫ barbari in B Noricum Pannoniasćꝫ agerent, miseratos eam tum Christiani Romanićꝫ populi cladem fuisse Iustinum Imperatorem, & Gelasium Romanum episcopum: persuasumćꝫ idcirco misisse ad barbarorum animos mitigandos, Christoćꝫ imbuendos, Seuerinum quendam apostolum. Qui suscepto itinere, aditoćꝫ periculo, cum Reges barbaros cum tota Herulorum gente, istic in finibus Norici ripensis & Pannoniæ, Christo lucrifecisset, ne fides deinceps periclitaretur, Mamertinũ tribunum Fabianæ ciuitatis, episcopum loci uidelicet regionisćꝫ Viennæ consecrasse. Quæ historia habetur etiam apud Paulum Diaconum, libro rerum Longobardicarum primo, capite decimonono. De huiusmodi tribuno accipiendus est locus Cassiodori libro quinto Variarũ, in epistola Theoderici regis ad Bacaũdem: Atcꝫ ideo tua supplicatione permoti, designati tribunatus curam in Mediolanensi urbe diligentissimè peragendam ad te decreuimus pertinere. Describit rursus formulam huiusce tribunatus Cassiodorus libro septimo Variarum: Aequitati conuenit, ut unusquisćꝫ ad fructum militiæ emenso tempore debeat peruenire, & laboris recipiat præmium pro compensatione meritorum. Vnde quia priscæ cõsuetudinis ratio persuadet, ut à nobis debeat designari, qui à uobis tribunus esse mereatur: ideo hac authoritate censemus, ut ille quem locus uidetur exposcere, uobis in supradicto honore præsideat, & excubiarum suarum competentia priuilegia consequatur: quia nullum emolumento consueto fraudari desideramus. Sed placet, ex cõsuetudine nostra, totum tractatũ nostrum exemplis uetustatis confirmare: quorũ quædam tribunitiorum præsidum meminere prætorij peregrini, quædam præfectorum cohortium statiua in locis agentium: alia denicꝫ coloniarum tribunorum, & quidem inter decuriones, mentionem faciunt.

Exordia tribunorum prouincialium.

Tribuni Fabianenses in loco Viennæ.

Historia de Floriano tribuno Norici & martyre.

Historia de Mamertino Norici tribuno & episcopo.

Formula ueteris tribunatus prouincialis.

Inscriptiones uetustatis, A

De præfectis cohortiũ, præsidiũ in locis prouinciarum agitantiũ.

Viennæ, in ædibus proprijs, Viennæq; eruta:

DEORVM PROSPERITATI C. MAR. CC. MARTIANVS DEC. MVNI. VINDO. VATES AEDIL. IIVIR ET PRAEF. COH. FABI. V. S. L. L. M.

Tulnæ, tertio supra Viennã miliario, haud procul à ruinis Cetiæ:

P. AEL. GERMANO VETER EX DEC. ET CASSIAE VALENTINAE EIVS, ET PVB. AELIIS SABINIANO ET GERMANO DEC. G. I. D. COLONIAE AQVILEIENSI A MILITIIS ET P. VALENTINAE SORORI EQ. M. P. PAETVS RVFFINIVS DEC. TR. ET IIVIR L. D. AL. CETIENS PERFICI.

Tridenti in confinibus Italiæ & Tyrolis:

C. VALERIO G. F. PAP. MARIANO HONORES OMNES ADEPTO, FLAM. ROM. ET AVGVRI PRAEF. V. AVGVR. ADLECTO ANNONAE LEG. III ITAL. SODALI SACROR. TVSCVLANOR. IVDICI SELECTO DEC. TRIB. DECVR. BRIXIAE CVRATORI REIP. MANT. EQVO PVBLICO PRAEF. FABROR. PATRONO COLONIAE PVB.

De tribunitijs præsidibus peregrini prætorij.

Viennæ in pariete collegij Ducalis:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORATO REPENTINO ADLECTO INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVIN. AFR. & quæ sequuntur.

Auximi, in Italia:

C. OPPIO C. F. VEL SABINO IVLIO NEPOTI M. VIBIO SOLENNI SEVIRO COS. ADLECTO A SACRATISSIMO IMP. HADRIANO INTER TRIBVNITIOS PR. PEREGRIN. & quæ sequuntur.

De Tribunis coloniarum Romanarum, apud Transyluanos in ruinis Vlpiæ Traianæ, loco Varhel:

ANTONINAE BONOSAE VIX. ANN. XXXVIII. AVREL. CONSTATIO EQ. R. DEC. COL. VIM. IN. VIX. AN. VI. P. ANTONIVS VICTOR MIL. LEG. VI VICTRICIS FRVM. VIX. AN. XVIII. P. ANTON. SVPER. INFELIX PATER P. ANTO. TRIB. COL. III. ID. MAIARVM VIX. ANN. XXXIII. INFELIX PATER. B

CAPUT XI. DE COMITIBUS RECTORIBUS prouinciarum.

Comitis nomẽ esse uetus.



ON nouus honor est, nomenq; Comitis, ut quidam autumant, sed apud Romanos etiam Francosq; ante multa secula usurpatum. Hinc Spartianus in Hadriano: Cum iudicaret (inquit) in consilio habuit, nõ amicos suos, aut comites solum, sed iuris consultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluium Iulianum, Neratiũ Priscũ, aliosq;. Subscribit Ammianus libro uigesimoseptimo: Iamq;

A Iamq́ue summatibus proximus, post Constantij obitū in rerum cōuersione ueluti Imperatoris cognatus altius anhelabat, admixtus consortio comitū. Porrò arbitror comitē à comitando, ueluti etiā comitatum esse appellatum. Erat aūt comitatus Romanis, nō quæ hodie est comitis ditio, & terrę portio, talis ordinis homini subiecta, quę apud Francos quondā centū pagis cōstabat: uerùm Principis sequela & comitiua hac uoce nūcupabatur, quę modò aula uel curia dicit̄. Quapropter quicunq́ue primi ordinis uiri Augustum proficiscentē in prouincias comitabant̄, Comites uocabātur: quales hodie ferè sunt cōsiliarij, & ministrantes ad mensam. Hinc rectè Labeo apud iurisconsultos, definit comitem, qui frequentandi cuiusq́ue causa, ut sequeretur, destinatus fuit. Meminit uerò comitatus, comitumq́ue in hac significatione, etiam Titus Liuius lib. 7. Decad. 4: L. Bebium prætorē in prouinciam Hispaniam proficiscentē, ab Liguribus circumuentū, magna parte comitū cæsa, uulneratū ipsum cum paucis, sine lictoribus Massiliā perfugisse. Et rursus lib. 2. quintæ Decadis: Post dies paucos ad constitutū locum uenerunt. Magnus comitatus fuit regius, cùm amicorū, tum satellitum turba stipante. Sic Lampridius in Alexandro: Ipsis deinde tribus, & eos qui militaribus nituntur prærogatiuis purgauit, & Palatium suum comitatumq́ue omnem, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis & infamibus. Huc referri possunt & reliqua authoris eiusdem loca: Species imperatorias superfluas & prædia uendidit, & in suis proprijs fundis uixit uariè, ac pro tēporibus: nec ullas expeditiones obijt, nisi quòd ad agros suos profectus est in Campaniā, dicens grauem esse prouincialibus comitatum Principis, etiā nimis parcum. Huc pertinent loca Marcellini lib. 17. Sub ijsdē ferè diebus Sabinianus adepta repētina potestate sufflatus, & Cilicię fines ingressus, decessori principis literas dedit, hortātis ut ad comitatū dignitate afficiendus

B superiore citius properaret. Idem Marcellinus lib. 28. Nec indicantibus gesta, superfuit quispiā præter Syagrium, qui deletis omnibus ad comitatū reuersus, irati principis sacramento exutus, abijt ad lares. Et iterum: Igitur paulisper morati, cū nec Valentinianus, ut spoponderat, die prædicto uenisset, nec promissorum aliquid aduerterent factum, ad comitatū misēre legatos, poscentes adminicula sibi dari redituris ad sua. Idem lib. 30: Qui adscitis in societatē gentibus, paucis ob flagitia sua suspensis in metum scribendo ad comitatum, adsiduè Cylacis necem replicabat, & Artabanis. Adludit ad huiusmodi comitatū & comitē, Symmachus in epistola ad Theodosium Augustum: Diu nusquam gentium deprehensus, ubi comitatum sacrum numinis uestri adire est iussus, euolauit. Porrò silentio transeundum illud non est, quòd comitum titulus quondam erat Spectabilis. Vnde Cassiodorus libro secundo Variarum, in epistola ad Stephanū primi ordinis comitem: Hinc est (inquit) quòd Spectabilitatis honorem, quem militię honore detersis iusta deputauit Antiquitas, præsenti tibi authoritate conferimus. Sic eodem libro, quandocunq́ue Theodericus ad comites scribit, has literas addit, V. S. Idem uiro spectabili proxima epistola: Adilę V. S. comiti. Et libro tertio: Gemello V. S. Fuere tamen ex comitum ordine, qui etiā Illustris maiorem titulum usurpabant, largitionum uidelicet, sacri patrimonij, & rei priuatę. Vnde idem Cassiodorus lib. 1, Iulianum comitem patrimonij V. I. uocat: & lib. 4, Senatorium priuatarum comitem V. I. appellat. Sed placet, quod subinde facimus, exemplo Vetustatis quod proposuimus confirmare, quod Salonæ in Dalmatijs extat: FL. FIDETIVS EX COMITIBVS HIC EST DEPOSITVS: VIXIT ANNOS XX. Ex quibus omnibus liquet, Comites fuisse, qui in comitatu Augustorum, hoc est, aula fuerunt, primi ordinis uiri. Quorum nominatim reperio octo, uidelicet Comitem largitionum sacrarum, Comitem rei priuatæ,

Comitatus apud Rom. qui fuerit.

Definitio comitis.

Comites & comitatus apud historiarū authores.

Comites spectabiles cognominabantur.

Comitem domesticorum, Comitem protectorum, Comitem sacri patrimonij, Comitem solemniorum, & Comites cùm consistorianos, tum rationales, & huius generis plures alios. Inuenio & uacantis comitis mentionem apud Casiodorum, ea ratione scilicet uocatum, qua tribunus uacans erat nominatus, qui in expectatione ad aliquem comitatuum uocandus erat. Casiodorus libro secundo Variarum, in epistola ad Venantiũ: Hinc est, quòd te magnifici patris meritis æstimato comitiuæ domesticorum uacantis honore prouehimus. Et iterum in epistola ad Senatum urbis: Venantiũ illustrem, tam suis quàm paternis meritis elucentem, comitiuæ domesticorum uacantis dignitate subueximus. Ac de Comite sacrarum largitionum, qui indulgentias dabat, & militibus donatiua atque stipendia, dictum est abundè libro quarto. Is per omnes diœceses potestatem habebat, & suo dicto audiebat iudex sacrarũ cognitionũ. Et habebat is, utpote Augustalis, sub se cæterarum prouinciarum largitionum Comites, uidelicet Comitem largitionum per Illyricum, Comitem largitionum per Orientem, Comitẽ largitionum Africæ, siue titulorum largitionalium per Africam, & Comitem Italicarum largitionum. Præterea eius dicto audiebant, Comites commerciorum per Orientem, per Aegyptum, per Mœsiam, per Scythiam, per Pontum, & per Illyricum. Adhæc obtemperabant comiti sacrarum largitionum, ut refert Marianus, comes metallorum per Illyricum, comes rationalis summarum Aegypti, procuratores Gynæciorum, procuratores Baphiarum, procuratores Bastagarum, procuratores monetarũ, procuratores linificiorum, magister lineæ uestis, & magister priuatæ, comes auri, & comes uestiarij.

Comes sacrarum largitionum.

Comes rei priuatæ.

COMES REI PRIVATAE, siue priuatorum, qui & magister dicebatur, ut nostro seculo est præfectus camerariorum Principis: habebat sub se magistros rei priuatæ, magistros lineæ uestis, procuratores baphiarum, procuratores Gynæciorum. Liber præfecturarum Mariani, sub comite rei priuatæ recenset comitem largitionum priuatarum, comitem patrimonij Gildoniaci, procuratores rerum priuatarũ per diuersas prouincias, qui & Rationales uocabãtur. Huic præterea subdit rationales rerũ priuatarũ, scriniarios, bastagia priuata, præpositos gregum & stabulorum, procuratores saltuum, primicærium totius officij. Præterea prima scrinia beneficiorum, canonum, securitatum, largitionum. item secundocærium officij, ubi tractabantur chartæ, & cætera officia Palatina, ac scriniarios.

Sed placet locum hoc de munere referre ex libro sexto Casiodori: Comitiua priuatarum (inquit) sicut nominis ipsius sentitur insonare uocabulum, per rationalium curã quondam Principum priuatam fertur gubernasse substantiam. Et subdit: Habes quoque per prouincias de perpetuo iure tributorum non minimam quantitatem: Canoniciarios dirigis, possessores admones, & cum alijs iudicibus non modica iura partiris. Caduca bona non finis uacantia: id quod usurpatio potuit inuadere, tu fiscum nostrum facis iustis compendijs obtinere: proximos defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc casu Principis persona post omnes est. Sed hinc non optamus acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere. Depositiuæ quoque pecuniæ, quæ longa uetustate competentes dominos amiserunt, inquisitione tua, nostris applicantur ærarijs: ut qui sua cunctos patimur possidere, aliena nobis debeant libenter offerre. Ex quibus liquet, aduocati fisci magnam partem muneris hos comites possedisse. Idem quoque scribit, se pulchris præsedisse tales comites, & matrimonijs, ne illicitè contra arborem consanguinitatis contraherentur, quod modò est Officialium: Primum tibi (inquit) contra nefarias libidines, & humani generis improbos appetitus, quasi parenti publico decreta custodia est: ne quis se probrosa cõmixtione pollue-

Aduocati fisci sub comitibus priuatarum.

A polluèret, dum uicino sanguini reuerentiam non haberet. Grauitas enim publica proximitatis sanctitatem, & coniunctionis gratiam, habita æstimatione discreuit. Quia longè aliud debetur proximitati naturæ, quàm corporali possumus indulgere licentiæ. Contra hos eligeris unicus & continens inquisitor, ut dum talia probra persequeris, consequaris præconia castitatis. Defunctorum quinetiam sacram quietem, æquabilia iura, tuę conscientię commiserunt: ne quis uestita marmoribus sepulchra nudaret: ne quis columnarũ decorem, irreligiosa temeritate præsumeret: ne quis cineres alienos aut lõginquitate temporis, aut uoraci flãma consumptos, scelerata perscrutatione detegeret: ne corpus, quod semel reliquerat molestias mundanas, humanas iterum pateretur insidias. Nam quia & cadauera, furta non sentiunt: ab omni pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur. Meminit huius officij Capitolinus in uita Macrini: Occiso ergo Antonino Basiano, Opilius Macrinus præfectus prætorio eius qui antè priuatas curabat, imperiũ arripuit. Et iterum: Lectis igitur in Senatu literis, contra opinionem omnium, & mortem Antonini Senatus gratanter accepit, & Opilium Macrinum libertatem publicam curaturum sperans, primùm inter patricios allegit nouum hominem, & qui pauloante procurator rei priuatæ fuisset. Huc alludit Cornelius Tacitus libro decimotertio: Ministri fuere P. Celerius eques Romanus, & Aelius Libertus, rei familiari principis in Asia impositi. Huc pertinent & loca Marcellini libro decimoquinto: Idem Dynamius inquietius agens, ut uersutus, & in fallendo exercitatus, fraudem comminiscitur impiam, subornatore & conscio, ut iactauere rumores incerti, Lampadio præfecto, & Eusebio ex comite rei priuatæ. Idem libro uigesimosecundo: Pari sorte Euagrius comes rei priuatæ, & Sauinus ex cura palatij, & Cyrinus ex notario, transportati sunt in exilium. Adludit ad huiusmodi comites & Symmachus libro primo, in epistolis ad Theodosium: Quæ ubi auditorium sacrum decreto etiam uestræ legis intrauit, rursus eluendi iudicij causa propositum est immane commentum, & ab illustri uiro priuatæ rei comite delegata cognitio de cætero. Præterea meminit & procuratorũ, qui comiti huic erant subiecti, quos paulo antè enumerauimus, Iulius Capitolinus in historia Clodij Albini, cum epistolam Commodi ad Clodium recenset: Quin & super hoc ad procuratores meos misi literas, quas ipse signatas accipies signo Amazonię, & cum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant, cum de ærario uolueris imperare. habebis dandi stipendij usq; ad tres aureos liberam potestatem. Sanè ut tibi insigne aliquid Imperialis maiestatis accedat, habebis utendi coccinei pallij facultatem, me præsente. COMES DOMESTICORVM, qui & Primicærius dicebatur, haud multum diuersi muneris ab eo erat quem hodie aulæ Marescalcum dicimus. Porrò nota, comitem domesticorum propriè fuisse uocatum Illustrem. Casiodorus libro sexto Variarũ, de formulis illustratus: Cape igitur pro fide & laboribus tuis comitiuæ domesticorum illustratum, uacantem, ut & tuis ciuibus decoratus appareas, & quod est dulcissimum mentibus bonis, iugiter proprijs utilitatibus occuperis. Atqui & hodie Marescalcus consiliarijs in aula præsidet. Domesticos autem, qui fuerint, ostẽdit Procopius libro tertio belli Vandalici: Ille se Asparis (inquit) larchanorum omnium socium esse inquit, quem Romani domesticum uocant. Sic liber Pręfecturarũ duplicem comitem domesticorũ distinguit, equitũ domesticorũ, & peditũ domesticorũ. Vnde liquet, si ad nostra tẽpora referre hoc genus honoris uel muneris uelimus, quos nos in aula regis Romani capitaneos uocamus Hartschyrorum & Trabandorũ, posse cõparari huic generi comitũ, quorũ hic pedites domesticos ducit, ille equites. Meminit uerò huius subinde uocis Ammianus Marcel-

Comitis priuatarũ munus supra sepulchrorum curam.

B

Procuratores rei priuatæ.

Comes domesticorum.

Domestici olim qui fuerint.

Marcellinus, qui & Iouinianum imperatorē refert, occiso in Persis Iuliano, ex domesticorum comite fuisse inauguratum. Et Seuerianum quendam hoc titulo celebrat, ad defendendos thesauros missum. Sed placet locos ordine huius authoris inserere, quorum est primus libro historiæ illius decimiquarti: Infamabat autem hæc suspicio Latinum domesticorum comitem, & Agilonem tribunum stabuli, atq; Scudilonem scutariorum rectorem. Et iterum: Venere tamē aliqui iussu Imperatoris administrationum specie diuersarum eundem, ne commouere se posset, neue tentaret aliquid occultè, custodituri, inter quos Leontius erat, postea urbi præfectus ut quæstor: & Lucillianus, quasi Domesticorum comes. Idem libro uigesimoprimo: Latenter prodidisse Veteranionem suum principem audiebat, & Iouio quæsturam, cuius in actibus Magnentij meminimus, & Mamertino largitiones curandas, & Dagalaiphum præfecit domesticis. Et rursus libro uigesimo: Strepituq; immani excubitores perculsi & tribuni, & Domestisticorum comes, excubitor nomine. Idem libro uigesimoseptimo: Quibus magno cum horrore compertis, Seuerum etiam tum Domesticorum comitem misit, si sors casum dedisset optatum, correcturū secius gesta. Et rursus libro uigesimoquinto: Iouianus eligitur Imperator domesticorū ordinis primus, paternis meritis mediocriter cōmendabilis: erat enim Varroniani notissimi comitis filius. A

Et iterum libro sequente uigesimosexto: Hac tristicia cognita, alienum peruidens tempus, Cizycum cum his quæ susceperat, se citius contulit: ubi fortè Seuerianus repertus, Domesticorum tunc comes, missus ad thesauros tuendos.

Domesticorū comes protectoribus præfectus. Cæterùm comitem Domesticorum fuisse protectorum præfectum, de quibus sub finem proximi libri egimus, cū de stipatoribus & speculatoribus ageremus, ex his locis Ammiani elucescit, quorum est primus libro uigesimosexto: Vulterium postea consulem, tunc notarium, ad eandem tuendam ire disposuit, & Masaucionem domesticum protectorem, ea consideratione, quod ibi sub patre Cretione comite quondam educatus, suspecta nouerat loca. Et iterum libro uigesimoquinto, cum antea Iouianum ex Comite domesticorum ad fastigium Imperiale sublimatum ostendisset, ita nomitatim scribit: Ac data dicendi copia quæ sciret, docet Saporem iam propinquantem, extincto quem uerebatur, turbine concitato calonum, ad umbram imperij Iouianum adhuc protectorem ascitum. B

Fuisse Domesticatum etiam apud Gothos, à Romanis sic desumptum, Cassiodorus libro quinto Variarum ostendit, in epistola Theoderici ad Seuerianum, Sueuiæ præfectum: Maiores enim nostri discursus iudicum non oneri, sed compendio prouincialibus esse uoluerunt, domestici comitis Gothorum, nec non & Vicedomini, aliqua dicuntur prouincialibus concinnatis terroribus abstulisse.

Comes solenniorum. COMES SOLENNIORVM fortè non multum diuersus erat magistratus, ab eo quem Magistrum hodie uocamus ceremoniarū. Meminit Marcellinus libro decimoquinto: Mercurius solenniorum appellatus comes, quod ut clam mordax canis, interno uitio submissius agitās caudam, epulis cœtibusq; se crebris inserens, si per quietem quisquam, ubi fusius natura uagatur, uidisse aliquid amico narrasset, id uenenatis artibus coloratum in peius, patulis Imperatoris auribus infundebat. *Comes sacri patrimonij.* COMES SACRI PATRIMONII à Iurisconsultis recensetur, qui Spectabilis huic titulum exprimunt, & Augusti patrimonium curabat, possessiones mensamq; procurabat, unde & procuratores huiusmodi Lāpridius in Cōmodo appellat: Et cū iussu Pertinacis (ait) Liuius Laurensis procurator patrimonij, Fabio Chiloni cōsuli designato dedisset. Meminit subinde huiusmodi comitum Cassiodorus, inclinātis Imperij author, lib. 1 Variarū, ubi epistolā Theoderici regis inserit, ad Iulianū comitē patrimonij. Et lib. 4. Senarium comitē priuatarū ad

A Comitatum sacri patrimonij promouet his uerbis: Cape igitur per indictionem quartam, Illustris comitiuæ nostri patrimonij dignitatem, quam tibi non immeritò tribuit regalis authoritas. Et libro 5. ad Ioannẽ V.C. in qua iubet Thomatis cuiusdã in Apulia bona cõfiscari, addit: Cum ad supradictã diem pecuniam uiro illustri, Comiti patrimonij nostri, quę debetur, intuleris, facultas eius uniuersa, sicut diximus, tuis cõpendijs applicet. Describit hoc officiũ Comitiuę sacri patrimonij luculenter Cassiodorus lib. 6 Variarum: Patrimoniũ siquidem nostrum pro subleuandis priuatorũ fortunis tibi credidimus, non premendis. Et subdit: Querimonias possessorũ sine uenali protractione discinge. Omne siquidẽ iustũ, celeritatis cõmodo transit ad beneficium: & quod debito redditur, tali gratia munus putatur. Possessiones nostræ uel quia sunt immobiles, nõ egredientur terminos cõstitutos: ne conditione cõtraria, quod non potest moueri, malis moribus contingat extendi. Trade etiã militibus tuis, quam sectari delegeris, animi castitatem. Vtere igitur, authore Deo, concesso tibi feliciter priuilegio dignitatis. Incitet te ad bonorum desiderium sæpissimè, quod uideris. Quia in his quę feceris, iudex & testis ero. Nam etsi epulas nostras solicita ordinatione disponas, nõ solum nostro Palatio clarus, sed & gentibus necesse est reddaris eximius. Legati penè ex tota orbis parte uenientes, cum nostris cœperint interesse conuiuijs, admirantur copiosè repertum, quod in patria sua norint esse rarissimum. *Officiũ comitatus sacri patrimonij.*

COMITES CONSISTORIANI, fortè ex quibus cõsistoriũ & iudicium aulicũ cõplebatur, quales sunt qui hodie uocantur Hoffrat. Meminit huius generis, siue ordinis comitum, Marcellinus lib. 15. Hisq́ cognitis statuit imperator, dispicientibus cõsistorianis & militaribus uniuersis, in negocium pręter ea inquiri. Et iterum lib. 16: Inductis quadã solenni agentibus in rebus consistoriũ, ut aurũ acciperent, inter alios quidam ex eorum cõsortio, non, ut moris est, expansa chlamyde, sed utraq́ manu cauata accepit. Adludit ad huiusmodi Comites & Spartianus in historia Hadriani: Cum iudicaret, in consilio habuit non amicos suos, aut comites solum, sed iurisconsultos, & præcipuè Iulium Celsum Saluium, Iulianum Nærätium Priscum, &c. Et iterum idem Spartianus in Pescennino: Præter militares administrationes intimauit, ut adsessores, in quibus prouincijs adsedisset, in his administrarent: quod postea Seuerus, & deinceps alij tenuerunt: ut probant Pauli & Vlpiani præfecturæ, & Papiniano in consilio fuerunt: & postea cũ unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt. Huc pertinet & illud Suetonij in Galba: Cornelius Laco ex assessore præfectus prætorio, arrogantia socordiáq́ intolerabilis. Adludit ad huiusmodi genus comitum & Lampridius in Alexandro: Assessoribus salaria instituit, quamuis sæpe dixerit eos esse promouendos, qui per se rempublicã gerere possunt, non per assessores: addens militares suas habere administrationes, habere literatos: & ideo unumquemq́ hoc agere debere, quod nosset. Meminere huiusmodi assessorum & iurisconsulti, titulo de Assessoribus. Adludit deniq́ ad huiusmodi Comites cõsistoriales inscriptio Romana, in Campo Martio: *Comites consistoriani.*

B

RELIGIOSISS. Q. C. CAEIONIO RVFFIO VOLVSIANO V. C. CORR. ITALIAE PER ANNOS VIII. PROCON. AFRICAE, COMITI D. N. CONSTANTINI INVICTI AC PERPETVI SEMPER AVG. PRAEF. VRBIS IVDICI SACRARVM COGNITIONVM.

Cæterùm Iurecõsulti assessores definiũt, nõ iudices ipsos, sed qui approbaturi iudicis sententiã adsidẽt. De quib. Paulus iurecon. de officio assessorũ in l. Omne officium

officium assessorum. plura lege lib. 10 Codicis, de Decurionibus, in l. omnes. & in titulo de Assess. & cancellarijs. COMITES RATIONALES erant procuratores, qui pecuniã dispensabant. ut ex illis Lampridij uerbis in Alexandro apparet: Et quia de publicanis dispositionibus mẽtio cõtingit, ubi aliquos uoluisset uel rectores prouincijs dare, uel præpositos facere, uel procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorũ proponebat. Capitolinus in Clodio Albino: Habebis prę terea, cũ id feceris, dandi stipendij usq; ad tres aureos, liberã potestatẽ. Quin & super hoc ad procuratores meos literas misi, quas ipse signatas accipies signis Amazoniæ. Et cum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant, cum de ærario uolueris impetrare. Ad hos rationales comites uidetur alludere monumentum illud apud nos repertum: A

Comites rationales.

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITALIVM TRIBVNO LEG. II. AVG. LEGATO LEG. X. FRETENS. LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMAR. VLPIAN. TRAIANAR. SARMATICAR. QVAESTORI TVRBANTVM CIVIS SABINIVS MILES LEG. XIII. G. LIBRES A RATIONALIBVS.

Ex quibus apparet, Comitem rationalem unum fuisse in Dacia, uidelicet proconsuli aurariarũ Daciæ in laboris societatem iunctũ. Meminit & Marianus sub dispositione Comitis sacrarum largitionũ, in decem prouincijs: uidelicet rationales Pannoniæ secundæ, Sauiæ & Dalmatiæ: rationalẽ summæ Pannonię primæ, Valeriæ, & utriusq; Norici: rationalem summarũ Italiæ: rationalem insularũ Siciliæ, Corsicę & Sardinię: rationalẽ Galliarũ, rationalem Britanniarũ, rationalem Hispanię, rationalẽ summarũ Africæ, rationalẽ summarũ Numidiæ, & rationalẽ summarũ in Aegypto. Porrò fuisse rationalem Comitem talem quendã in Africa, ex his uerbis Iullij Capitolini in Gordianorũ historia liquet: Nam cum temporibus Maximini, hominis sæui atq; truculenti, proconsul Africam regeret, eiq; legatus filius esset à Senatu datus, quumq; quidã rationalis acrius contra plurimos Afrorũ sęuiret, quàm Maximinus ipse pateretur, proscribẽs plurimos, interficiẽs multos, & sibi ultra procurationẽ omnia uendicans: retunsus deinde à procõsule atq; legato, cũ nobilibus & consularibus uiris ipse minaretur: cumq; Afri tam insolentes iniurias ferre nequirent: primùm ipsum rationalem, adiunctis sibi plerisq;, occiderunt. Adludit deniq; ad huiusmodi rationales Symmachus, lib. 1. epistolarum ad Theodosiũ Augustum: Annus ferè secũdus est, ut per defensores & rationales Augustissimæ domus, cũ iustitia solẽnis oraculi scripti fatigantur hæredes, licet iam sextus annus à testamenti recitatione numeretur, nouissimè fortuna causę impatibilem scopulum fœdę cogitationis incurrit. Nam cum apud uirũ perfectissimũ, rationalem Bassianũ primum delatos bonorũ secundũ sacra scripta peteret, nouo ausu calcata præscriptio est. COMITES COMMERCIORVM recensentur à Mariano quinq;: unus per Orientẽ, secundus per Aegyptũ, tertius per Pontum, quartus per Scythiam & Mœsiam, quintus per Illyricũ. Qui & undecim primicæria sub se habebat, canonũ uidelicet, tabulariorũ, numerariorum, aureæ massæ, auri ad responsum, argenti anularis, à pecunijs, sacri uestiarij, & à Milacesibus. Meminere iuriscon. lib. 2. Cod. Quę res uend. nõ poss. Porrò quid cõmercium fuerit, docet Vlpianus, ff. de uerberũ obligationibus. Res enim in cõ mercio hominũ dicuntur, & homines rerum habere cõmercium, cum uulgò emi uendiq; possunt, cuiusmodi sunt res profanę. nã sacræ nõ sunt in cõmercio hominum. Plura lege in Institutionibus, in §. idẽ iuris est. Instit. de inutil. stipul. Huc pertinet B

Comites commerciorum.

Commercium quid fuerit.

A pertinet & illud Ciceronis quinta in Verrem: In agro Segestano Panormitanis commercium est. Itaq; commerciorum comites fuisse credendum est, qui locis, ubi commercia erant, & hominibus ad cõmercia uenientibus, præerant, atq; in negociationibus illorum iura ac leges dabant. qualis Viennæ est magistratus quem Handgrauium dicunt, qui commercijs negociatorum, merces in Hungariam portantium, indeq; boues abigentium præest. Meminit commercij loci, & inscriptio quædam Vetustatis in limitibus Austriç & Hungariæ apud nos eruta, in hæc uerba:

IVDICIO PRINCIPALI DN. N. N. N. VALENTINIANI VALENTIS ET GRATIANI PRINCIPVM MAXIMORVM DISPOSITIONE ETIAM ILLVSTRIS VIRI VTRIVSQVE MILITIAE MAGISTRI EQVITIS COMITIS FOSCANVS PRAEPOSITVS LEGIONIS PRIMAE MARTIORVM VNA CVM MILITIBVS SIBI CREDITIS HVNC BVRGVM CVI NOMEN COMMERCIVM A FVNDAMENTIS CONSTRVX.

COMITES THESAVRORVM erant sub Comitibus siue magistris largitionum. Marcellinus libro uigesimonono meminit unius, Thraciç uidelicet thesaurorũ comitis, his uerbis: Eadem die inter quamplura alia, hoc quoq; euenerat triste, quòd Salia thesaurorũ pauloantè per Thracias comes, cũ de uinculis educitur audiendus, & calceo inserit pedẽ, quasi ruina incidentis immensi terroris repentè perculsus, animã inter retinentiũ manus efflauit. Porrò codex Mariani meminit præpositi thesaurorũ oriẽtis, & in occidẽte duodecim cõmemorat, uidelicet præpositum thesaurorũ per Italiam Aquileiç habitantem, præpositũ thesaurorũ Dal- *Comites thesaurorum.*

B matiæ Salonis morantem, præpositum thesaurorum Sauiæ apud Sisciam manentem, præpositum thesaurorũ Pannoniæ Sabariensem, prçpositum thesaurorum urbis Romæ, præpositum thesaurorũ Liguriæ Mediolanensem, præpositũ thesaurorũ Rhœtiæ primæ & secundæ apud Augustam Vindelicã habitantem, præpositum thesaurorũ Belgicarum & maximæ Sequanæ in Argentina manentem, præpositum thesaurorum Galliæ Lugdunensis, præpositum thesaurorum Arelatensium, præpositum thesaurorum Remorum & Triberorum, & præpositum thesaurorum Augustensium in Britannijs.

COMITES HORREORVM Principis curatores fuerunt, habueruntq; mancipia quædam purgandis horreis adscripta, & coquendo pani Principis. horum mentio fit in posterioribus Codicis libris. *Comites horreorum.*

COMITES SCHOLARVM, qui & tribuni scholarũ dicebantur, à scholis Palatinis atq; militaribus ita dicti, qui epulis Imperatoris præerant, & bello ac pace obsonia curabãt. Recensentur in postremis libris Codicis. Tales sunt hodie, quos in aulis principum uocant **die Khuchen maister / die silberkhamerer.** *Comites scholarum.*

COMITES STABVLI, quos Procopius Protospatarios appellat, & Marcellinus lib. 21. Stabuli tribunos uocat, hisce uerbis: De scutarijs aũt & gẽtilibus excerpere quemq; promptissimũ, & ipse perducere Scintula iubet, Cçsaris stabuli tũc tribunus. Meminit huius dignitatis & apud Ireconsultos Iustinianus. Budæus hanc nomẽclaturã ad magistrum militum transfert, & Constabulariũ alia uoce dicit. Ego uerò existimo eundem fuisse, quem magistrum stabuli hodie dicunt. *Comites stabuli.*

COMES METALLORVM recensetur à Mariano, unus per Illyricũ, uidelicet qui Macedoniæ metalla, aurariasq; Daciæ curabat: qualẽ nostra ætate Cameræ grauiũ appellãt, qui in mõtanis Hungariæ metallorũ fossionibus, atq; uectigalib. inde collectis prçest. Porrò de metallorũ prouẽtu, & uectigalib. in tractu Illyrici, *Comites metallorum.*

A utpote

utpote Macedonia, mentionē etiam facit T. Liuius lib. 5. Decad. 5. Metalli quoq; Macedonici, quod ingens uectigal erat, locationesq; prædiorum rusticorū tolli placebat. Nam neq; publicanos exercere posse: & ubi publicanus est, ibi aut ius publicum uanum, aut libertatē socijs nullam esse. Et sic intelligitur inscriptio, quę Veronæ extat in Italia, in æde S. Crucis. CLAVDIAE T. F. MARCELLINAE BELLICI SOLERT. CO. M. ET Q. HORTENSI PAVLINVS ET FIRMVS. A

Comites ludorum. COMITES LVDORVM, quos aliàs latinè designatores, & Symmachus lib. 1. Epistolarū, editores munerum appellat, græcis βραβευτάς. Iurisconsulti, Cod. de Officijs comitis orientalis, Syrarchæ & Lyciarchę mentionē faciunt: per quos intelligunt eos qui ludos in Syria & Lycia curabāt. Est autem hic notandum, Designatores alia significatione fuisse in controuersijs actionum: de quibus Symmachus idem libro primo, epistola decimanona.

Comites laborum. COMITES LABORVM, qui & prępositi laborū dicebantur. Huic mediastini omnes, alijq; domus Imperatoriæ artifices atq; opifices subditi erant. Et sic intelligitur inscriptio quæ Veronæ extat, C. ATISTIVS C. V. L. F. FELIX C. ATISTIVS C. L. GAMVS DE. ET V.

Comites mechanicorum. COMITES ARCHITECTVRAE, ET MECHANICORVM, quo nomine Apollodorū sub Traiano Dion celebrat. Et Symmachus epistola ad Theodosiū sic scribit: Iam quidem rescriptū numinis uestri Cyriades V. C. comes & mechanicæ professor exhibuit. Et subdit: Dedi negocium solicitis quantū arbitror uiris, & Cyriade penè recusante decreui, fabrilis artis magistros, quos aduersario æquiores putabat, æstimationi operis admouendos.

Comes formarum. COMES FORMARVM præerat canalib. & fontibus, fluminibusq;: cuius meminit solū Cassiodorus lib. 7 Variarū: Qua de re per indictionē illam comitiuā tibi formarū sub magna deliberatione credidimus, ut summo studio nitaris efficere, quod tātis ac talibus rebus uidetur expedire. In primis noxias arbores, quę inferūt fabricarū ruinas, dum sunt quidam mœniū importabiles arietes, censemus radicibus amputari. Quia nulla lęsio remouet̄, cuius origo nō tollitur. Si quid aūt cōficiente senio fuerit demolitum, peruigili celeritate reparetur, ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendij. Ductus aquæ fortuna tua est, dum incolumis eris, si illa solidaueris: tantumq; apud nos proficis, quantum te illic studuisse probaueris. Agat ergo peritia fidesq; tua, ut & cōstructio fabricę illibata permaneat, & aquæ distributio nulla se custodum temeritate subducat. Et subdit: In formis aūt Romanis utrunq; præcipuum est, ut fabrica sit mirabilis, & aquarū salubritas singularis. Quòd enim illuc flumina quasi cōstructis montibus perducuntur, naturales credes alueos, soliditates saxorū, quādo tātus impetus fluminis tot seculis firmiter poterit sustineri. At hęc omnia comitū genera fuerunt, cùm in comitatu Augustorū, tum in prouinciarū administratione passim. A' quibus posterius inualescēte quotidie uocū & nominū abusu, comes esse & in administratione rei militaris, & in gubernatione prouinciarū cœpit. Atq; de COMITE REI MILITARIS hęc Ammiani Marcellini loca intelligēda sunt lib. 28: Hac subita clade Leptani perterriti, ante incremēta malorū quæ intēdebat barbaricus timor, præsidium implorauere Romani comitis, per Africā promoti. Idem lib. 26, de comite militari per Thracias: Copijs militaribus præsidens, oppressurus rebelles, si cōperisset, conatu ex propinquis stationibus timebatur. Et iterum lib. 21. Itidemq; opes Orientis magnopere uerebat̄, audiens dispersum per Thracias militē, contra uim subitā citò coactum aduentare Succorū cōfinia, comite Marciano ducēte. Sic de comite militari per utrāq; Germaniā, lib. 27: Horū portioni primæ Carietto tunc per utramq; Germaniā comes occursurus, cū milite egreditur ad bella ineunda, B

Comes rei militaris.

promptissi-

A promptissimo adscito in societatē laboris Seueriano, itidē comite, inualido & longæuo, quod apud Calidona Diuitensibus præsidebat & Tungrianis. Idē lib. 27: Contracta igitur undiq; mole maxima cateruarū, armis & subsidijs rei cibariæ diligenter instructis, accitoq; Sebastiano comite Illyrijs & Italicis numeris, quos regebat. Et rursus lib. 30, loquens de Valentiniani Cęsaris primi initijs: Post dignitatem protectorum atq; tribuni comes præfuit rei castrensi per Africā. Vnde furtorū suspicione contactus, digressusq; multo postea, pari potestate Britannicū rexit exercitū. Marianus, qui remp. sub Honorio & Archadio Impp. est cōplexus, duorum comitū rei militaris meminit, Aegypti & Isauriæ. Inuenio deniq; comites militares fuisse apud Francos etiā, cum illis subiecto exercitu & muneribus, ijs penè nominibus ut Romanis fuerunt celebrata. Quemadodū indicat lex illa Salica: Si quis in exercitu infra prouinciā sine iussione ducis sui per fortia hostilia aliquid prodere uoluerit, aut fœnum tollere, aut granū, uel casas incēdere, hoc omnino testamur ne fiat: & exinde curam habeat comes in suo comitatu. ponat enim ordinationem suam super centenarios & decanos, & unusquisq; prouideat suos quos regit. Et iterum: Comes tamen non negligat custodire exercitum suum, ut non faciat contra legem in prouincia sua.

COMITES RECTORES PROVINCIARVM, Græcis τόπαρχοι, & Francis postea Landgrauij nominati: ad quos alludit Capitolinus in historia Veri: Cōfecto sanè bello regna regibus, prouincias uerò comitibus suis regendas cōmisit. Atq; de huiuscemodi comitibus subinde mentionem facit Marcellinus in sua historia Augusta. Siquidem lib. 14, Nebridium & Honoratum orientis comites commemorat. Rursus lib. 19, Modestū eiusdem orientis comitē recenset. Præterea libris 21, Philagrium orientis, 26 Vitalianum Illyrici, & 27 Nectaridum Britanniæ & *Comites rectores prouinciarum.*

B maritimarum, comites describit. Sed placet, quod dicimus, ex ipso audire potius authore: Post paucissimos dies secutus est Prosper, comes, & spectatus tribunus & notarius, itemq; Eustachius Musoniano suggerēte philosophus & opifex suadēdi, Imperatoris scripta perferētes, & munera, cuius ri apparatū interim Saporis arte quadam suspendere, ut supra humanum modum prouincię numerentur Arctoæ. Idem lib. 19. Datumq; est negocium Modesto, commissum etiamdum per Orientem comiti apto ad hæc, & similia. Et iterum: Ad quos ui & ratione sedandos Lauritius, adiecta comitis dignitate, missus est rector. Vbi autē, & cuius prouincię rector is sit constitutus, uerba præcedentia declarāt: His temporibus Isauri diu quieti, post gesta quæ superior continet textus, tentatumq; Seleuciæ ciuitatis obsidium, paulatim reuiuiscentes, ut solent uerno tēpore foueis exilire serpentes, saltibus digressi scrupulosis & inuijs, confertiq; in cuneos densos, per furta & latrocinia finitimos afflictabant. Idem lib. 21. Hæc ut erant periculosa & dubia, Iulianus in exitiale malum eruptura considerans, in unū omni cogitatione inuenta, ui incautum rapere conabatur, ut securitatem suam prouinciarumq; locaret in tuto, & inijt cōsilium tale. Philagrium notariū, Orientis postea comitem, ad eas miserat partes, cuius prudentiæ fidebat, olim sibi compertę. Et iterum ab initio 23: Clarè natos, meritisq; probabiles, uitæ compertos honoribus diuersis affecit: & Apronianum Romæ decreuit esse præfectum, Octauianum proconsulem Africæ, Venustū uicarium Hispaniarum, Rufinum Arabium comitem orientis in locum auunculi sui Iuliani recens defuncti prouexit. Sic lib. 25 idem autor: Quibus cōpertis (inquit) Valentiniano, qui cum his redierat, regenda scutariorum secunda cōmittitur schola, & Vitalianus consortio domesticorum iungitur, Herculeorū è numero miles, qui multo postea auctus comitis dignitate, malè rem per Illyricū gessit. Idem libro sequente uigesimo sexto: Acta igitur tranquillius hye-

me,concordissimi Principes,unus nuncupatione prælatus,alter honore specie tenus adiunctus,percursis Thracijs,Nessum aduenerũt: ubi in suburbio quod appellatum Mediana,à ciuitate tertio lapide disparatur, quasi mox separãdi,partiti sunt comites. Et Valentiano quidẽ, cuius arbitrio res gerebatur, Iouinus euenit, dudũ promotus à Iuliano per Gallias magister armorũ, & Dagalaiphus,quẽ militiæ rectorẽ prouexerat Iouinianus. In orientẽ uero secuturus Valentẽ ordinatus est Victor,ipse quoq; iudicio principis antedicti prouectus, cui iunctus est Arinthæus. Lupicinus enim pridem à Iouiano pari modo promotus magister equitũ partes tuebatur Eoas. Tũc & Equitius Illyricano proponitur exercitui,nondum magister,sed comes. Et rursus eodem libro: Quia igitur Iulius comes per Thracias,copijs militaribus præsidẽs,oppressurus rebelles si cõperisset conata,ex propinquis stationibus timebatur. Idem lib. 27: Profectus itaq; ab Ambianis, Treuirosq; festinãs,nuncio percellitur graui, qui Britannias indicabat Barbarica cõspiratione ad ultimã uexatas inopiã, Nectaridumq; comitẽ maritimi tractus occisum,Bulchobandem ducem hostilibus insidijs circumuentum. Ex quibus manifestè apparet (id quod de Francis postea docebimus) comites apud Romanos quoq; sub ducibus fuisse, illorumq; iussis audiuisse. Idẽ lib. 28: Hac subita clade Leptitani perterriti,ante incrementa malorũ, quę intentabat Barbaricus tumor, præsidiũ implorauere Romani comitis,per Africã recens prouecti. Et iterũ lib. 29,ab initio,de Saporis Persarũ regis incursu tractans: Contra has copias Traianus comes, & Vadomarius ex rege Alemanorũ, cum agminibus perrexere perualidis. Ad huiusmodi comitẽ prouincialem rectorẽ alludit Cassiodorus pariter lib. 3. Variarũ,in epistola Theoderici regis ad Massilienses: Proinde comitẽ Maradum nobis æquitate cõpertum, ad Massiliensem ciuitatẽ credidimus dirigendum, ut quicquid ad securitatẽ uestram uel utilitatẽ pertinet, Deo iuuante perficiat. Idem meminit duorũ comitum prouincialium,Siculi,siue Africani, & Neapolitani. De primo ita scribit lib. 6. Variarum: Regalis est prouidentię,tales iudicũ personas eligere, ut ad comitatũ necessitatẽ non habeãt ueniendi, quos in longinquis regionibus cõtigerit immorari. Nullũ enim tale negociũ est,quod Siculi itineris tãtas pati possit expensas: dum cõmodius sit causam perdere,quàm aliqd per talia dispendia cõquisiuisse. Nõ enim querelas de Sicilia uolumus uenire,sed laudes: quia grauatur apud nos actio præsidis, si eam tam longinqui potuerint accusare petitores. Falsus enim dolor esse nõ creditur,ubi tanti laboris tædia subeuntur. Et ideo maiori cura tractãda sunt,unde inuidia plus timetur. proinde per indictionem illam,comitiuã tibi Syracusanę ciuitatis propitia diuinitate concedimus. Militum numerus nostris tibi seruit expensis. Redderis inter arma Senatus. processio tua,procinctualis est ornatus. exercitu uteris pacato. Nec pericula belli subis,& armorum pompa decoraris. Verùm inter hæc ciuilem cogita disciplinã. Non permittes milites esse possessoribus insolẽtes. Annonas suas sub moderatione percipiant,causis nõ misceantur externis. Idẽ de cõmitiua Neapolitana sic scriptum reliquit: Exeunt à nobis dignitates relucentes quasi à solis radijs,ut in orbis nostri parte resplendeat custodita iusticia. Ideo tot emolumẽtorum cõmoda ferimus,ut securitatem prouincialium colligamus. Messis nostra cunctorũ quies est, quam non possumus aliter recordari, nisi ut subiecti non uideãt aliquid irrationabiliter perdidisse. Et ideo ad comitiuã te Neapolitanã per illam indictionẽ libenter adducimus,ut ciuilia negocia æquus trutinator examines, tantamq; famã tuã habita maturitate custodias,quantum te illi populo uel in leui culpa facile displicere cognoscas. Vrbs ornata multitudine ciuiũ,abundans marinis terrenisq; delicijs,ut dulcissimã uitã te ibidẽ inuenisse dijudices, si nullis amaritudinibus miscearis.

Officij comitis prouinciarum rationes ac numeri.

Rationes & numeri comitiuæ prouincialis.

A ris. Prætoriana officia repleuit militum turba, custodit Consulis gemmatū tribunal. Sed tot testes pateris, quot te agmina circundare cognosces. Præterea littora usq; ad præfinitū eorum data iussione custodis. Tuæ uoluntati parent peregrina cōmercia. Idem de comitiua Rauennatensi, lib. 7 Variarum: Negociatorum (inquit) curas consuetas, nec nimias exigas, nec uenalitate derelinquas. Sit modus, qui nō potest grauare laborantes, ut cum tot querulosas sine querimonijs egeris, maiora de nostro examine merearis. proinde comitiuam Rauennatem per illam indictionem tibi Serenitas nostra concedit, ut dignitatis tuæ priuilegia subeas, & labores: officium tuum æquitatis cōsideratione moderare. Semper enim & præstandi & lædendi causas inuenit, qui publicis actionibus adhibetur. Idem insularum Curritanę & Celsinæ comitiuæ formulā ibidem describit. Porrò liber Præfecturarū enumerat sex comites rei militaris in Occidēte, inter quos quarto loco Argentoracensis recensetur, & Maguntiacensis tertio, qui consulari Germaniæ primę parebant. Idem comitis Britanniarū meminit, & ei subijcit principē ex officio magistri militū pręsentialiū alternis annis, cū cōmentariensi, subadiuua, adiutore, exceptorib. & numerarijs. Huic proximus ad clauū sedebat, comes littoris Saxonici, per Britannias ab eodē authore citatus. cui ille subdit prępositū numeri Fortensiū Othonę, præpositū militum Tungricanorū Dubris, præpositū numeri Turnacensium Lemannis, præpositū equitū Dalmatarū Braneduno, præpositum equitū Stablesianorū, tribunum cohortis primæ Vetasiorū Regulbio, præpositum legionis secundæ Augustę Rutupis, præpositū numeri Abulcorum Anderidæ, & præpositū numeri exploratorū in portu Aderni. Similiter comes limitaneus Tingitanę prouinciæ in eodē Codice cōmemoratur, sub cuius dispositione fuerunt, referente Scoto, præfectus alę Herculeę Tamuco, tribunus cohor

Comites rectores in Germania.

Comites limitanei, & quarum prouinciarum.

Comes Tingitanus.

B tis secundæ Hispanorum Duga, tribunus cohortis primæ Herculeæ Auluco, tribunus cohortis primæ Ityreorum Castrobariensi, tribunus cohortis Pacatianensis Pacatiana, tribunus cohortis tertiæ hastatorū Tabernis, & tribunus cohortis Friglensis Friglis. Et rursus celebratur ibidem comes limitaneus Aphricę, cuius dispositioni subdūtur, præpositus limitis Thamallensis, præpositus limitis Montensis in castris Leptitanis, præpositus limitis Bazēsis, præpositus limitis Gemellensis, præpositus limitis Tubuniēsis, præpositus limitis Balaretani, præpositus limitis Columnatensis, præpositus limitis Tablatensis, præpositus limitis Caputcellensis, prępositus limitis Secundanorū in castris Tillibarensibus, prępositus limitis Tangensis, præpositus limitis Bidensis, & præpositus limitis Badensis. Inuenio in eodem Codice mentionē fieri & comitis militaris per Isauriā, cui is legionem tertiā Isauriam subijcit: & de quo suprà præfati fuimus, comitis per orientē, cui subijcit prouincias, Palæstinā, Phœnicen, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palæstinam secundam, Palæstinā Salutarem, Phœnicen Libani, Eufratensem, Syriam Salutarem, Osrhoœnā, Mesopotamiā, Ciliciam secundam, & Arabiam, cū principe de Schola agentū ducennario, & cæteris prætoriorū ministerijs. ut appareat, amplissimum hunc fuisse Orientis comitatum, nedum ducatui proconsulatuiq;, uerùm adeò etiam prætorio uel amplissimo cuiq; comparandū. Cassiodorus lib. 7 Variarū: Habes etiā & ferrum nihilominus incruentū. claudantur nexibus cathenarū, quos leuium criminū pulsat inuidia. Cunctator esse debet, qui iudicat de salute. Alia sentētia potest corrigi, de uita transactū nō patitur immutari. Signa tua abactores timeant, fures pauescant, latrones perhorreant: innocentia tantū læta respiciat, dum sibi auxilia uenisse credit, quæ legū disciplina transmisit. Nemo redemptionibus tuum uelle deflectat. Gladius contemnitur, ubi aurum suscipitur. Tu te inermē reddis, si à uirili animo cupiditate recesseris. Quocirca per indictionem

Comes Africanus.

Comes orientis.

nem illam comitiuæ, tibi ab illa prouincia tribuimus dignitatē, ut ad titulos tuos pertinentia ciuitati potius laudabilis exequaris: nec quicquam præsumas furore ausi, quod primatus posis legibus uindicare. Ipsa est enim recta administratio, quæ sua potestate suscipitur. Inuenio & comites fuisse rectores prouinciarum, quorum formulam describit Casiodorus lib. 7 Variarū: Et ideo nō laboretis populis imponere, quod nos cōstat ex propria uoluntate sentire. facile enim sequuntur uestigia uerbi alieni, qui se posse credunt monitore compelli. propterea per illam indictionē in illa ciuitate comitiuæ honorē secundi ordinis tibi propitia diuinitate largimur, ut & ciues cōmissos æquitate regas, & publicarū ordinationum iusiones cōstanter adimpleas. Et iterum, in formula ad honoratos possessores & curules ciuitatis: Itaq; ciuitatis uestræ comitiuā per indictionē illā nos illi largitos fuisse noueritis, cui saluberrimā parientiā cōmoditate, &c. Atq; hactenus de comite prouinciarū rectore dictū à nobis copiose est, quòd is Romanę reipublicę nō minus extiterit, utpote duci subiectus, quàm postea Francorū sub imperio in Austrasia & Vuestrasia frequēs ubiq; in locis cōstitui cœptus fuit, adeò uidelicet (lege Saliqua dictante) ut centum pagi comitē imperantē, comites quinq; ducem suum agnoscerent: singuli deniq; pagi iudices haberent singulos, qui Centenarij uocabantur, hodie Vogti appellati. Qua de re in legibus Salicis uetustis hę leguntur, de Centenarijs, eorumq; comitibus: Vt conuentus secundum consuetudinē antiquā fiat, in omni Centena coram comite, aut suo misso: & corā Centenario ipse placitus fiat, die sabbato, aut qualē diem ipse Comes aut Centenarius uoluerit, de septem in septē noctes, quādo pax parua est in prouincia. Quando aūt melior est, post quatuordecim noctes fiat cōuentus in omni Centena, sicut superius diximus. Et si quis alium mallare uoluerit de qualicunq; causa in ipso mallo publico, debet mallare ante iudicē suū, ut ille iudex cum distringat secundū legem, & cū iusticia respōdeat uicino suo: aut qualiscunq; persona mallare uoluerit, in uno eum placito mallet causam suam: in secundo si uult iurare, iuret secundum constitutam legem: & in primo mallo spondeat sacramentales, & fideiussores præbeat, sicut lex habet, & uuadium suum donet admissum Comiti, uel illi Centenario qui præest, ut in constituto die aut legitimè iuret: aut si culpabilis est, componat, qualiter per neglectam non euadat. Et si euaserit, LX solid. de fredo sit semper cul. Ille autem distringat, ut negligentia non fiat, aut pauperes patiantur iniuriam: nec populus sit sine lege, ne maledicant duci, nec populo terræ, sed in omnibus sit disciplina: qualiter qui repulsi sunt, de malis abstineant: & qui boni sunt, pacem posideant. Si quis autem liber ad ipsum placitum neglexerit uenire, uel semetipsum nō pręsentauerit aut Comiti aut Centenario, aut Misso, Comiti in ipso placito duodecim solidis sit culpabilis, qualiscunq; persona sit. Et subdit: Et si est talis persona, quod Comes ad placitū suum, uel Centenarius, uel Missus comitis distinguere non potest, tunc etiam dux per legem legitimè distringat, ut plus quęrat Deo placere quàm homini, ut illum in anima ducis Deus non requirat. Et ut omnino appareat, in Francorum republica Comites Duci subiectos fuisse, sequitur in eisdem legibus Saliquis: Si autem super hæc in eodem uitio inuentus fuerit, tunc coactus & probatus coram Comite, aut ubi tunc dux ordinauerit, in seruitio tradatur. Atq; hæc de comitibus Francorū, quorum ordinem rationemq; non aliunde quàm à Romanis gens hæc mutuauerat. Erant autem celebriores Comites in limite saltem Orientali, hoc est in Austria, siue Austrasia, eiusq; regno (ut Vuestrasiam omittamus) quorum quilibet centum pagis imperabat. Ad ducis quidem Sueuorum obsequium in Rhœtijs pertinebant Comites ab Aldorf, Veringen, Buochorn, Reichenau, Lentzburg, Algauu, Hillemont, Vrsij,

A — B (margin letters)

Series legum Francicarū.

Catalogus ueterum Comitū per Sueuiā & Bauariam.

A Vrsij, Pfullendorf, Deckh, Deckhenburg, Hailingberg, Dockhenburg, Hasenberg, Furstenberg, Stuelingen, Nellenburg, Hagerloch, Hochberg, Suneberg, Tungen, Nuenberg, Manburn, Seldenburn, Rotl, Sultza, Tubingen, Achalm, Horb, Kalb, Baiblingen, Staufen, Asper, Vuirtēberg, Haydēhaym, Helfenstayn, Falckhenstayn, Leypshaim, Albeckh, Kirchberg, Rockhenburg, Suabeckh, Burgeckh, Khesselberg, Zolern, Tullingen, Khirnberg, Adlsreyt, & alij quidā. Inter quos Palatini fuerunt Tubingenses: Landgrauij uerò, qui titulum ad posteritatē miserunt, Habsburgenses & Nellenburgenses. Porrò audiebant & dicto Boiorum Ducis Comites per tractum Vindeliciȩ & Norici ripensis, dum adhuc Francorum imperiū auspicijs Carolingorū in Austrasia siue Austria florebat, ab Andegs, Bliancæ, Hohēbardt, Roteneckh, Piburg, Mallesdorf, Ebersperg, Scheyrn, Vuitelspach, Vallay, Oringen, Amergau, Lerchsgmyndt, Abēsperg, & Sempta, Sultzbach, Griesbach, Iulbach, Vuolfratzhusen, Regenspurg, Dornberg, Loenstain, Purckhausen, Lebnau, Lunggau, Thruhēdingen, Orlamondt, Trungauu, Lambach, Vuelas, Bogen & Vuimperg, Viebach, Craiburch, Cassel, Styræ, & alij quidā: quorū maiori ex parte ante plures quàm trecentos annos stemmata defecerunt. Inter quos Palatini erāt Schirenses, Vuittelspacenses, & Crayburgenses: reliqui omnes prouinciales fuerūt, quos Landgrauios uocāt, tametsi solus Leuchtenburgensis eius honoris nomen retineat. Eadem ratione qui tertius dux Austriæ siue Austrasiæ regi parebat, Carinthiorū nūcupatus, in sua lata diœcesi per Noricum mediterraneū, Valeriam, & Pannoniæ Sauiæ partē, Comitibus leges dabat, Meraniensi, Vstiloniæ, Goricensi, Sternbergensi, Haymburgensi, Artenburgensi, Marchburgensi, Rhuniæ, Pfanbergensi, Auelacensi, Muentztallensi, Carniolanēsi, Tauriensi, Keltzschacensi, Vriesacēsi, Pilstaynēsi, & alijs quibusdā,
B quorū magna omnes ex parte familiæ interciderūt, & quorū agros Duces ipsi ab Imperio impetrarūt: qui hodie & Duces sunt, & Austriæ reges nobilissimi simul, uetustissimiq;. Fuerunt uerò ex horū numero Palatini, Goricenses & Artenburgenses. Cæteri omnes prouinciales erant, hoc est, rectores prouinciarum & tractuum, de quibus hocce capite dicere uolumus.

CAPVT XII. DE SENATORIBVS, ET *alijs prouinciarum dominiorum prærogatiuis.*



QVanquam Senatores ante constitutum Imperiū, & circa eius constitutionem in Vrbe tantum fuerint, ut Liuius tradit, à censoribus, ex numero Aedilium & Quæstorum, equestriq; ordine passim lecti: tamen accidit, ueluti in cæteris cunctis, progrediente Imperio, ut dignitas & nomen huius ordinis extra urbem in prouincijs limitibusq; Romanis usurparetur, Senatoresq; fierent & in comitatu Augustorum, in ciuitatibus colonijsq; Romanis: qui partim in iudicijs adsidebant, partim uerò uias pontesq; & aquæductus curabāt, & in negocijs ordinis cognoscendis, ut hodie cōmissarij, arbitri uel à præfecto prȩtorio, uel à præside, nec nō Augusto itidē dabantur. De quibus ordine à nobis ex historica fide dicetur, si prius originem & rationē Senatorij ordinis explicauero. Scribit enim T. Liuius: Nam neq; Senatu quenq; moturū ex ijs, quos C. Flaminius & L. Aemilius censores in Senatū legissent: transcribi tantū recitariq; eos iussurū, ne penes unum hominē iudicium arbitriumq; de fama ac moribus Senatoris fuerit: & ita in demortuorū locū sublecturum, ut ordo ordini, nō homo homini prælatus uideretur. Recitato uetere Senatu, inde primùm in demortuorū locum legit, qui post L. Aemilium censores curulem

Senatores alij ante Imperiū, et progrediente Imperio.

Senatorum origo.

rulem magiſtratum cœpiſſent, necdum in Senatum lecti eſſent, ut quiſq; eorum ſenator primus creatus erat. Tum legit, qui Aediles, Tribuni, Prætores, Quæſtoresq; fuerãt: tum ex his qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberẽt, aut ciuicã coronam accepiſſent. Huc pertinet illud Taciti libro undecimo hiſtoriæ Auguſtæ, in oratione Claudij Cæſaris: Omnia, patres cõſcripti, quæ nunc uetuſtiſsima creduntur, noua fuere: plebeij magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, cæterarũ Italiæ gentiũ poſt Latinos. Inueteraſcet hoc quoq;: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Orationẽ principis ſecuto patrum cõſulto, primi Hedui ſenatorũ in urbe ius adepti ſunt. Datũ id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant. Iiſdẽ diebus in numerum Patriciorum aſciuit Cæſar uetuſtiſsimum quemq; è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerant: exhauſtis etiam, quas Dictator Cæſar lege Caſsia, & princeps Auguſtus lege Senia ſublegere: lætaq; hæc in R. P. munia, multo gaudio Cæſaris inibantur. Famoſos probris, quónam modo Senatu depelleret, anxius mitem & recens repertam quandam ex ſeueritate priſca rationem adhibuit, monendo, ſecum quiſq; de ſe conſultaret, peteretq; ius exeundi ordinis. Sic Vlpianus iuriſconſultus lege finali, Cod. de Senatoribus: Senatores (inquit) accipiendum eſt eos qui à Patricijs & Conſularibus uſq; ad omnes illuſtres uiros deſcendũt. Nam ſi aliquis plebeij uel equeſtris ordinis foret in Senatũ adlectus, ius Senatorum ad hæredes non transferebant, niſi qui ornamentis ſenatorum conſularibus & prætorijs quęſtorijsq; fuiſſent ornati. Atq; hæc quidẽ de ſenatoribus Romæ conſtitutis & lectis, qui rempublicam conſilijs ſuis ſalubrius adminiſtrabãt. Atqui extra urbem in prouincijs tales pariter extiſſe per municipia & colonias, qui partim iudicia complebant, partim delegatas cauſas cognoſcebant, itemq; qui uias & aquas curabant, primum omnium ex his uerbis Cæſaris libro tertio Ciuilis belli eluceſcit: Cæſar cum in Aſiam ueniſſet, reperiebat Titum Apium conatum eſſe tollere pecunias Epheſo ex fano Dianæ: eiuſq; rei cauſa Senatores omnes ex prouincia uocaſſe, ut his teſtibus ſummæ pecuniæ uteretur. Subſcribit Cor. Tacitus libro duodecimo Auguſtę hiſtoriæ: Damnatus (ait) ea lege repetundarũ Cadius Ruffus, accuſantibus Bithynijs: Galliæ Narbonenſi ob egregiã in patres reuerentiã datum, ut Senatoribus eius prouincię, non exquiſita Principis ſentẽtia, iure quo Sicilia haberetur, res ſuas inuiſere liceret. Meminit huius generis Senatorũ & Capitolinus in hiſtoria Pij Cęſaris: Multas etiã ciuitates adiuuit pecunia, ut opera uel noua facerent, uel uetera reſtituerent, ita ut & magiſtratus adiuuarẽt, & Senatores ad functiones ſuas. Idem in Marci Cæſaris hiſtoria: Dedit (inquit) curatores multis ciuitatibus, quo latius Senatorias tenderet dignitates. Et iterum, quódnam officiũ fuerit Senatorum peregrinorũ, oſtendit eadẽ hiſtoria: Dedit præterea Curatoribus regionũ & uiarum poteſtatem, ut uel punirent, uel ad pręfectũ urbis puniendos remitterẽt eos, qui ultra uectigalia quidquam ab aliquo exegiſſent. Et ſubdit: De uiceſima hæreditatum, de tutelis liberorum, de bonis maternis, & item de filiorũ ſucceſsione pro parte materna, utq; Senatores peregrini quartam partem in Italia poſsiderent. Idem in Marco: In Senatus autem honorificentiam multis & prætorijs & conſularibus priuatis decidenda negocia delegauit. Huc pertinet & illud Aelij Spartiani in Hadriano: Cauſas Romæ atq; in prouincijs frequenter audiuit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atq; prætoribus, & optimis Senatoribus. De huius generis ſenatoribus intelligenda ſunt & hæc loca Marcellini libro 21: Liteſq; audiens controuerſas, maximè municipalium ordinum, ad quorum fauorem propenſior iniuſtè

Loca authorũ de Senatoribus prouincialibus.

plures

A plures muneribus publicis adnectebat. Ibi Symmachũ repertum, & Maximũ, senatores conspicuos, à nobilitate legatos ad Constantium missos, exinde reuersos honorificè uidet. Porrò arbitror & illum locum libro 28, huc detorquendũ esse, ubi cõsiliariorum prouinciæ meminit: Hocq; comperto Romanus domesticum suum illuc uolucriter misit, & Cæcilium consiliarium in ea prouincia genitum, per quos incertum precio an fallacijs circumuenti, municipes omnes grauabant Iouinum. Atq; hæc quidem de Senatoribus prouinciæ, siue alio nomine uel Assessores uel Consiliarios nominare uelis. Ad quos nimirum respiciens Symmachus, inclinantis Imperij author, epistola ad Theodosium & Archadium trigesimatertia, iudices uocare uidetur: quæ uox posterius & à Francis recepta est, qui in suis Saliquis multa de iudicibus, & Scabinis gentilitio nomine appellatis, habent. Habet autem locus Symmachi sic: Itaq; & à V. C. ac probatissimo Anitio Basso, & Auentio uiro spectabili, frequentata cognitio, & solutam maiorem partem debiti deprehendit, & prouincialium iudicum reperit sponsionem. Ad huiusmodi prouinciæ senatores & prætorij assessores alludit Cassiodorus libro sexto Variarum: Consiliarij quoq; præfectorum cõscientia clari, dictatione præcipui, qui in illo actu amplissimæ præfecturę sic uidentur exercere facundiam, ut ad utilitates publicas expediendas alteram credas esse quæsturam: unde frequenter & nos iudices assumimus, quia eos doctissimos approbamus. Quid ergo de tali honore sentiatur agnosce: quãdo præfecti uiri pro tot laudabilibus institutis, huius inueniunt præmia dignitatis. & meritò cum tanta pompa ceditur, quæ senatorij quoq; ordinis splendore censetur Spectabilitas clara, & cõsistorio nostro dignissima: quæ inter illustres ingreditur, inter proceres aduocatur, ociosi cinguli honore præcincta dignitas, quæ nullum nouit offendere, nullũ cognoscitur ingrauare, & supra omnia bona concitare nescit inuidiã. Quocirca prouocati moribus tuis, comitiuã tibi primi ordinis ab illa indictione Maiestatis famam relargimur, ut consistoriũ nostrum sæpe rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes. Meminit idem postea in Formula rectoris prouinciæ: Tu etiam Senatorem ibidem residentem iuberis audire.

Senatores prouinciarum ad Francos desijsse.

B

STATIONARII, siue Curiosi, qui ex agentibus in rebus eligebantur, & qui publico cursui præfuerãt, qua in re tum delicta militũ præsidumq; atq; reliquorum ministeriorum in prouincijs, defectusq; inspiciebant, atq; ad præfectos prætorij referebant, uel ad principem. De quibus Iureconsulti libro duodecimo Codicis. Multa Scotus ad Theodosium scribit, in officio magistri officiorũ, esse curiosum unum cursus publici. Adludit ad hosce, eorumq; originem, Cor. Tacitus libro decimoquinto his uerbis, Neronis principatum describens: Ergo aduersus nouam prouinciarũ superbiam, dignum fide constantiaq; Romana capiamus consiliũ, quo tutelę sociorũ nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisq; habeatur alibi quàm in ciuium iudicio esse. Olim quidem nõ modò Pretor aut Consul, sed priuati etiam mittebantur, qui prouincias uiserent, & quid de cuiusq; obsequio uideretur referrent, trepidabantq; gentes de æstimatione singulorum. Huc pertinet locus Apuleij de Asino aureo: Non equidem curiosus sum, sed qui uelim scire cuncta, uel plurima, timentibus cum comitibus, præsertim Aristomene, mortem comitis perdere. Adludit ad hosce curiosos & Suidas in uita Chrysostomi, ἑλκυόμενος ὑπὸ κουριόσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει: id est, tractus sub curioso urbis in media ciuitate. De agentibus in rebus, qui per prouincias uariè dispersi, res uarias Augustorum nomine curabant, & qui aucto Imperio per turmas erant dispersi, & alij fuerant Centenarij, alij Ducennarij dicti, tractant iureconsulti. Paulus lege finali, de officio præsidis: Si actor rerum agenti (ait)

Stationarij, qui fuerint.

Agentes in rebus.

(ait) correptus esse uidetur. Marcellinus sæpe horum meminit, & Symmachus A ad Theodosium in epist. Et Venantium, quem v. c. & illustris officiorum magister iusserat exhiberi censui, agenti in rebus Decẽtio. Codex noticiarũ, rempublicam sub Arcadio & Honorio cõtinens, uicario Britanniarum, & uicario Septem prouinciarum in Galliis, subiicit utricꝫ principem de schola agentum in rebus, ex ducennariis: idem in uicariatu Hispaniæ facit.

CAPVT XIII. DE PROCVRATORIBVS prouinciarum, & iis muneribus quæ uectigalia curabant.

Procuratoris nomen latè patet.

Procurator prouincialis.



QVANQVAM Procuratoris nomen latè patet, ut quicuncꝫ causam aliquam susceperit defendendam, aut rem alterius procurat, procurator nuncupetur: tamen ut hic sumus, in historiis prouinciarumq́ꝫ magistratibus & muneribus, PROCVRATOR Romanis prouincialis fuit, siue (ut generalius loquamur) Augustalis, qui tributa uectigaliaq́ꝫ percipiebat, & ea in rationem referebat. Quare legitur, Claudium Cæsarem impetrasse, ut quæ sui procuratores statuissent, eandem uim haberent, ac si ipse statuisset. Si tamen uenditionis uel transactionis uel donationis causa, quasi rem propriam tradant, nihil agant. Non enim alienare rem Cæsaris inuito Principe licebat. Huc pertinet quod scribit Cicero in oratione pro Deiotaro: Nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis utebatur. Et in epistolis ad Atticum: Ad eius procurationem Cæsar uocabatur. Item in libro de Legibus: Huic procurationi certum magistratum præfecerant. Plura lege apud Iureconsultos libro primo ff. ubi Vlpianus: Quæ B acta gesta sunt, inquit, à procuratore Cæsaris, sic ab eo cõprobari, ac si à Cęsare gesta essent. Erant autem diuersi procuratores prouinciarum, ab ipsorum præsidibus: id quod ex his locis authorum historiæ elucescit. Tacitus libro decimoquarto historiæ Augustæ: Igitur ad spectandum Britanniæ statum, missus est ex libertis Polycletus, magna Neronis spe, posse authoritate eius non modò inter legatũ procuratoremq́ꝫ cõcordiam gigni, sed & rebelles barbarorum animos pace componi. Idem libro sequẽti 15: Syriæq́ꝫ executio Cincio, copię militares Corbuloni permissæ, & 15 legio ducente Mario Celso è Pannonia adiecta est: scribitur tetrarchis ac regibus, præfectisq́ꝫ ac procuratoribus, & qui prætorũ finitimas prouincias regebãt, iussis Corbulonis obsequi. Huc pertinet & illud Capitolini in Gordianis: Quumq́ꝫ quidam rationalis acrius cõtra plures Afrorum sæuiret, quàm Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia uendicans, retunsus deinde à Procõsule atcꝫ Legato, cum nobilibus & consularibus uiris ipse minaretur. Sic Spartianus quocꝫ in Hadriani historia: Et circumiens quidẽ prouincias, procuratores & præsides pro factis supplicio affecit, ita seuerè, ut accusatores per se crederetur immittere. Ex quibus liquet, pręsides administrasse rem militarẽ, & tuendi prouinciã curam habuisse: procuratores uerò rem pecuniariam & uectigalia curasse. Quamobrem Capitolinus in historia Pii Cæsaris: Procuratores suos, inquit, modestè suscipere tributa iussit: excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: nec unquam lætatus est lucro, quo prouincialis oppressus est. Contrà procuratores suos conquerentes libenter audiuit. Sic Dion in Adriano: Cæsarem autem & Imperatorem eum, cum Traianus sine liberis è uita excessisset, Tatianus municeps eius, & Cæsaris procurator, factione Plotinæ, quæ illius amore flagra-

Procuratores diuersi à præsidibus.

Procuratoris munus circa tributa.

A re flagitabat, cum uicinus esset & potens, declarauit. Huc adijciẽdus est & locus Capitolini in Clodio Albino: Quin & super hoc ad procuratores meos literas mi si, quas ipse signatas accipies signo Amazoniæ: & cũ opus fuerit, rationalibus dabis, ne te nõ audiant, cum de ærario uolueris impetrare. Præterea procuratores solitos ex equestri ordine allegi, colligitur ex Tacito, qui in uita Iulij Agricolæ: Cneus Iulius Agricola (inquit) ueteri & illustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumq; auum procuratorẽ Cæsarum habuit, quæ equestris nobilitas est. Atq; hæc quidem de ipso procuratoris munere, ex historica fide dicta sufficiãt. Nunc genera, siue species ipsorũ enarrandæ sunt. Inuenio namq; procuratores quadruplices Romanis celebratos, urbis uidelicet Romæ, fisci, comitatus Augustalis, ducennarios & prouinciales, qui (uti diximus) in expensum & acceptum prouinciarum uectigalia ferebant. Atq; de urbis quidem Romæ procuratore mentionem facit Cor. Tacitus lib. 17. historiæ Augustæ: In alpe Graia ipse paululum cunctatus, num Rhœticis iugis in Noricum flecteret, aduersus Petronium urbis procuratorem, qui cõcitis auxilijs, & interruptis fluminũ pontibus, fidus Othoni putabat. Arbitror uerò procuratorẽ urbis fuisse, seu curatorẽ, de quo superiori capite diximus: uel præfectũ urbis, cuius mentionẽ primo huius libri capite attigimus. *Vrbis Romæ procurator.*

PROCVRATOR Castrensis sacri palatij à Scoto in republica uergente celebratur: cui nimirũ is subijcit tabularium Dominicũ, tabularium Augustæ, chartularium cũ scrinio suo, Ministeriales dominicos, & palatinos officiorum, cum curis palatiorum. *Procurator castrensis.*

PROCVRATOR Fisci inter rationales numerabatur, qui fiscum Augustorũ procurabat, uti is augeretur: quẽ aliàs Iurecõsulti aduocatum fisci appellant. Cui liber Præfecturarũ subijcit, persecutores auri publici, quorum etiã decimo Codi B cis mentio fit: & quorum erat munus, iudicio experiri cõtra eos qui reipublicę debebant. Porrò quomodo fiscus & ærariũ differant, proximo à nobis capite dicebatur. Manet hoc genus & dignitatis & muneris in Austria tua, REX INVICTISS. cuius maiores, cum rectam æquitatis rationẽ suscepissent, aduersus sese etiã litigatoribus agendi gentium legumq; iure potestatẽ fecere. Qua in re procuratoris fisci interest, ut Principis partes tueatur: itemq; quæ praui homines, dum rerũ potirẽtur, & essent in magistratibus constituti, in suũ ius fortè transtulissent, procuratores hi tui, accusatos publicè, uel heredes illorũ, ad restitutionẽ cogunt. Tanta æquitas atq; humilitas Austriæ Principum, ut non magis iubere atq; præcipere, cum possent, quàm impetrare sine offensa quæ ipsorum sunt ex iure, uelint. Cæterùm huiusmodi procuratores fisci subinde in authoribus historiarum memorantur. Capitolinus in Maximino: Erat fisci procurator in Libya, qui omnes Maximini studio spoliauerat, hic per rusticanã plebẽ interemptus est, per eos qui rationalẽ in honorẽ Maximini defendebant. Donatum aũt annulis aureis, patrocinante sibi liberto suo Festo, aduocatum fisci factum sub Vero Antonino. Meminit & Fla. Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris: Ita enim seditio intramurana bellum mihi grauissimum peperit. Monetarij authore Felicissimo, ultimo seruorum, cui procurationem fisci mandauerã, rebelles spiritus extulerunt. Huc pertinent & illa Herodiani libro septimo: Quicunq; igitur fisci rem curabant, si modò uiri probi forent, quod perraro eueniebat, aut procuratione exciderant. *Procurator fisci.* *Procurator fisci in Austria.* *Loca ueterũ de procuratione fisci.*

Dignum porrò huic loco est, quod Aelius Spartianus scribit, Hadrianum Cæsarem primum fisci aduocatum instituisse. Describit pulchrè officium procuratoris fisci Cassiodorus libro primo Cognitionũ uariarũ, in epistola ad Marcellum uirũ Spectabilem, fisci aduocatũ: Solida laus est (inquit) regiæ largitatis, quoties cõueniunt indulta iudicijs, nec sibi quę audet casus adscribit, qui bonę dispositionis *Officium procuratoris fisci quale Romanis fuerit.*

nis librat examen. Et subdit: Sume igitur fisci nostri tuenda negocia, in utendis officij tui priuilegijs decessorū exempla secuturus. Ita ergo per mediū iusticię tramitem moderatus incede, ut nec calumnia innocentes graues, nec iustis petionibus retentatores exoneres. Illa enim uera lucra iudicamus, quæ integritate suffragante percipimus. Non ergo quoties superes, sed quantum uincas, inquiramus. Aequitatem, nobis placiturus, intende. Non quæras de potestate nostra, sed potius de iure uictoriam: quando laudabilius à parte fisci perditur, cum iustitia non habetur. Nam si dominus uincat, oppresionis inuidia est: æquitas uerò creditur, si supplices superare cōtingat. Nō enim paruo periculo causas dicimus, quando tum fama nostra proficit, cum se commoditas immissa subducit. Quapropter fit interdum causa mala fisci, ut bonus princeps esse uideretur: maiori quippe cōpendio perdimus, quàm si nobis indebitè uictoria suffragetur. Plura apud Iureconsultos in lege prima, de officijs proc. cæs. A

Catalogus procuratorū Augustaliū. PROCVRATORES COMITATVS AVGVSTALIS multi à Scoto in codice Præfecturarum recensentur: uidelicet Priuatorum, qui & comites rei priuatæ erant dicti, (de quibus cap. 11, cum de Comitibus loqueremur, fusè dictum est) procuratores linificiorum, qui lineos pannos in Augustorum usum emebāt & curabant: procuratores gynæciorum, qui supellectilia & res ad gynecium Augustæ procurabant, & asseruabāt: procuratores bastaigiarum, qui bastaigijs & baiulis, hoc est portitoribus, in profectionibus Augustorum præerant: & procuratores monetarum, de quibus Marcellini illud legitur lib. 28: Pari sorte etiā procurator monetę extinctus est. *Procurator monetæ.* Et iterum libro uigesimosecundo: Cumq; eo Dracontius monetę præpositus, & Diodorus quidā ueluti comes, iniectis per crura funibus, simul exanimati sunt. Adludit ad huiusmodi procuratores & Aurelius Victor in historia Aureliani, & Vopiscus in Aureliano, his uerbis: Fuit sub Aureliano etiā monetariorū bellum, Fœlicissimo rationali authore. Cæterùm codex Marianus sex monetę procuratores recēset, uidelicet Siscianæ monetæ ad Sauū, Aquileiensem, urbis Romæ, Lugdunensem, Arelatēsem, & Treuirorū. B *Procuratores gynæciorum.* Deniq; gynęciorū procuratoris meminit Symmachus urbis pręfectus in epistola ad Theodosiū Augustum: Domine Imperator, ut nunc mihi uenit usus, cū inter Gaudentiū curatorem Martianæ clarissimę, itemq; Liberiū procuratorē amitę eius eodem nomine dum uiueret, nuncupatæ, &c. Codex præfectur. inclinātis reipublicę duos procuratores linificij cōmemorat, linificij Viennēsis Galliarū, & linificij Rauennatiū Italiæ, eosq; comiti sacrarū largitionū subijcit. PROCVRATORES BAPHIORVM, uel baphij, cōmemorantur authori Noticiarum occidentis, nouem: uidelicet baphij Tarenti Calabriæ, baphij Salonitani Dalmatię, baphij Cissensis Venetiæ & Istriæ, baphij Syracusani Siciliæ, baphiorum omniū per Aphricam, baphij Girbitani prouinciæ Tripolitanæ, baphij insularum Balearium in Hispania, baphij Telonensis Galliarum, & baphij Narbonensis. Erant autem Baphia, loca tinctурę, in quibus panni tingebantur, & præcipuè purpura. Et sic intelligitur illud Lampridij in Alexand. cum is scribit Probum fuisse baphijs præpositū. Hinc dibapha, id est, bis tincti panni.

PROCVRATORES siue præpositi Bastagarum, hoc est baiulorum, & eorum qui ad transportationes & uehicula nauesq; onerandas erant Romana in republica constituti: quorum codex Præfecturarū reipublicæ inclinantis Imperij meminit obiter, præpositi uidelicet Bastagæ primæ orientalis & quartæ, præpositi Bastagæ secundæ orientalis & tertiæ, præpositi Bastagæ quartæ orientalis, & præpositi Bastagæ primæ Gallicanorum & quartæ. Et hi omnes comiti sacrarum largitionum suberant. Manet umbra huius quædam muneris in republica Veneto-

A Venetorũ:& apud nos in Austria tales corpus peculiare habent, uulgò der Trager vnd vaßzieher zech.

PROCVRATORES Cynegiorum, hoc est, qui canes uenaticos curabãt, uulgò Jågermeister. Recensentur in Codice præfecturarũ supradicto: Procurator Cynegij Bassianensis Pannoniæ secundæ translati è Salonis, procurator Cynegij Sirmiensis Pannoniæ item secundæ, procurator Cynegij Iouensis Dalmatiæ à Spalato translati, procurator Cynegij Aquileiensis Venetiæ inferioris, procurator Cynegij Mediolanensis Liguriæ, procurator Cynegij urbis Romæ, procurator Cynegij Canusini & Venusini in Apulia, procurator Cynegij Carthaginensis Africæ, procurator Cynegij Arelatensis prouinciæ Viennensis, procurator Cynegij Lugdunensis, procurator Cynegij Remensis Belgicæ secundæ, procurator Cynegij Tornacensis Belgicæ secundæ, procurator Cynegij Triberorum Belgicæ primæ, procurator Cynegij Augustoduni translati è Metis, procurator Cynegij in Britannijs Bentensis. Atq; hi omnes procuratores numerabantur sub dispositione uiri spectabilis comitis sacrarum largitionum. *Procuratores Cynegiorum.*

PROCVRATORES siue præpositi Branbaricariorum, siue argentariorũ, fortè eorum qui probabant argẽtum atq; monetas, recẽsentur in codice Noticiarum à Scoto tres: hoc est, Arelatensium, Rhemensium & Triberorum. *Branbaricariorum.*

PROCVRATORES saltuum Scoto in inclinantis reipublicæ descriptione enumerãtur, sub dispositione uiri spectabilis Comitis rerum priuatarum: sub quo & PROCVRATORES gregum & stabulorum, eidem authori, eodemq; seculo describuntur. *Saltuum & stabulorum.*

PROCVRATORES DVCENNARII, qui ducentesimam (uectigalis id genus erat) de rerum uenditarum ducentesima parte Cæsari procurabãt. Meminit huiusce generis procuratorum Tranquillus in Claudio: Ornamenta Consularia etiam procuratoribus ducennarijs indulsit. Adludit ad hos etiam Apuleius libro septimo: Nam procuratorem principis ducennaria perfunctum, dum forma tristiore decussum oratione finieram adgressus. Notandum hic tamen obiter est, alios hac uoce Romanis ducennarios celebratos extitisse, uidelicet in equitatu, quos adiecisse Augustum decurijs Suetonius scribit. Erant & ducennarij in limite officij principalis principes, quos in schola agentium Marianus ponit. Erãt deniq; ducennarij inter centuriones, qui ducentos ducebant. Atq; hæc de comitatus Augustalis procuratoribus. Sequuntur PROCVRATORES PROVINCIARVM, qui uectigalia & tributa Augustorum in his passim colligebant, atq; ea in expensum acceptumq; referebãt, unde & Rationales sunt dicti, ut ex his colligi potest Capitolini uerbis in historia Gordianorum: Nam cum temporibus Maximini, hominis sæui atq; truculenti, proconsul Africam regeret, eiq; legatus filius esset à senatu datus: cumq; quidam rationalis acrius contra plures Afrorum sæuiret quàm Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, multos interficiẽs, & sibi ultra procurationem omnia uendicans. Subscribit Lampridius in Alexandro: Et quia de publicãdis dispositionib. mentio cõtigit, ubi aliquos uoluisset uel rectores prouincijs dare, uel prępositos facere, uel procuratores, id est rationales ordinare, nomina eorũ proponebat. Et iterũ: Rationales citò mutabat, ita ut nemo nisi annum compleret: eosq;, si boni essent, oderat, malum necessariũ uocans. Huc pertinet & illud Capitolini in Clodio Albino: Habebis præterea, cum id feceris, dandi stipendij usq; ad tres aureos liberam potestatem. Quin & super hoc ad procuratores meos literas misi, quas ipse signatas accipies signo Amazonię, & cum opus fuerit rationalibus dabis. Meminit rationalium prouinciæ subinde Marcellinus, libro uidelicet XXVIII: Quæsitus in unum impiorum globus, imitatus

Procuratores ducennarij.

B

Procuratores prouinciarũ.

Rationales ijdem qui procuratores.

tatus rationalis officium, ipsumq; iudicem uespertinis tenebris, lugubre clamante præcone, ciuitatem ingressi. Et iterum libro XXII: Euenerat ijsdem diebus, ut ad demendum Imperatoris capillum tonsor uenire præceptus, introiret quidam ambitiose uestitus: quo uiso, Iulianus obstupuit: Ego (inquit) non rationalem iussi, sed tonsorem acciri. Idem libro XV: Triclinij rationalis mentionem facit. & T. Liuius libro X Decadis tertiæ, de publicis rationibus ita scribit: Posteaquam redierunt ad Scipionem legati, quæ publica in nauibus fuerant, ex publicis descripta rationibus, Quæstores: quæ priuata, profiteri domini iussi. Atq; hæc de Rationalibus, quos Austriaci hodie Vicedominos appellamus. Superest, ut ordine per exempla prouinciarum procuratores enumeremus, de quibus saltem loca apud receptos historiarum autores extant. PROCVRATOREM ASIAE, uidelicet minoris, Cor. Tacitus his uerbis recenset libro historiæ Augustæ quarto: Ita quanquam nouo homini Censorium funus effigiem, apud forum Augusti, publica pecunia patres decreuere, apud quos etiam tum cuncta tractabantur, adeò ut procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante prouincia causam dixerit. DE SYRIAE procuratore Trebellius Pollio in Claudio sic meminit, epistola Valeriani ad Zosimionem Syriæ procuratorem: Claudium Illyricianę gentis uirum, Tribunum Martiæ Quintæ legioni fortissimæ dedimus. CAPPADOCIAE procuratoris meminit Cor. Tacitus libro XII historiæ Augustæ: Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus, ignaui animi, & de ridiculo corporis iuxtà conspiciẽdus.

Publicæ rationes. *Vicedomini in Austria.* *Procurator Asiæ minoris.* *Syriæ procurator.* *Cappadociæ procurator.*

A

Sic de PONTI procuratore eodem libro autor idem cõmeminit: Nam triumphos de populis regnisq; integris acquiri, traditus post hæc Mithridates, uectusq; Romam per Iulium Colonem procuratorẽ Ponti, ferocius quàm pro fortuna disseruisse apud Cæsarem ferebatur. Meminit & AFRICAE procuratoris Tacitus lib. XVIII: Iisdem diebus accessisse partibus utramq; Mauritaniam, interfecto procuratore Albino, nuncij uenere. Luceius Albinus à Nerone Mauritaniæ Cæsariensi præpositus, addita per Galbam Tingitanæ prouinciæ administratione. Huc pertinet & illud Herodiani lib. 7: Quapropter Africæ procurator, cùm pleraq; alia uiolenter factitabat, tum ab adolescentibus quibusdam nobilibus atq; opulentis, dominatione circumuentis, statim exigere pecuniam intenderat. Et iterum: Procurator erat quidam Carthagini, cui nihil ad extremam uel asperitatem uel sæuitiam deerat. Is damnandis iudicio hominibus, exigendisq; pecunijs fauorem principis aucupabatur. Fuit porrò & peculiaris in AEGYPTO, siue Alexandria procurator, de quo Trebellius Pollio in tyrannorum historia, & Marcellinus libro decimoseptimo ita scribit: Longè autem postea Cornelius Gallus, Octauiano res tenente Romanas, Ægypti procurator exhausit ciuitatem, plurimis interceptis.

Ponti procurator. *Procurator Africæ.* B *Procurator Aegypti in Alexandria.*

Ad PROCVRATOREM rationalem Græciæ, alludit inscriptio ista:

Procurator Græciæ.

THEOPRAEPEN. AVG. LIB. PROC. DN. NR M. AVR.
SEVERI ALEXANDRI PII FEL. AVG. PROVINCIAE ACHAIAE
ET EPIRI ET THESSALIAE RAT.

PROCVRATOR ILLYRICI recensetur à Trebellio Pollione in historia Claudij: Sanè scias tantum ei à nobis decretum salarij, quantum habet Aegypti præfectura: tantum uestium, quantum proconsulatui Africano detulimus: tantum argenti, quantum accipit procurator Illyrici. PROCVRATOR PANNONIAE, de quo Cor. Tacitus libro XVIII: Titus Fabius Pannoniam, Pompeius Sillanus Dalmatiam tenebant, diuites senes: sed procurator aderat Cornelius Fuscus, uigens ætate, claris natalibus, prima iuuenta quietis cupidine senatorum ordinem

Procurator Illyrici. *Procurator Pannoniarum.*

exuerat,

A exuerat, idemq́ pro Galba dux coloniæ suæ, eaq́ opera procurationem adeptus. Porrò colonia Galbiana in Pannonia, unà cum legione VII Galbiana, ab eodem describitur: At in Pannonia (inquit) XIII legio, & septima Galbiana. PROCVRATOR Belgicæ cõmemoratur ab eodem autore lib. 17 historiæ Augustæ: Paucis post cal. Ianu. diebus Pompeij propinqui procuratoris è Belgica literę afferũtur, superioris Germaniæ legiones rupta sacramenti reuerẽtia, Imperatorẽ alium flagitare. Et iterum lib. 18: Pompeius propinquus procuratoris Belgicæ statim interfectus est. PROCVRATOR Britanniæ describitur à Cor. Tacito libro 14: Iam Oceanus cruento aspectu sublabente æstu, humanorum corporũ effigies relictæ: ita Britanni ad spem, ita ueterani ad metum trahebantur. Sed quia procul Suetonius aberat, petiuere à Cato Deciano procuratore auxilium, ille haud amplius quàm ducentos sine iustis armis misit. Commemoratur & HISPANIAE PROCVRATOR, monumento quodam apud Tarraconam Hispaniæ reperto, cuius rhapsodia hæc est:

Procurator Belgicæ.

Procurator Britanniæ.

Procurator Hispaniæ.

Q. CAECILIO L. F. GAL. FRONTONI QVAEST. IIVIR. PROCVRAT. AVG. CN. CORNELIVS EVPELASTVS ET CN. CORNELIVS EVHORMVS OB MERITA OPTIMO AMICO.

Atq́ hactenus de procuratoribus prouinciarum. Nunc rationem officij huiuscemodi uniuersam explicabimus. Versabantur autem circa tria potissimũ, quę curæ illorum commissa erant, uidelicet tributa, uectigalia & reditus. inter quæ discrimen illud erat, quòd tributum pecunia erat certo tempore à prouincialibus contributa, unde & nominis etymon: uectigalia ex uecturis cùm plaustrorũ, tum nauium, itemq́ ijs rebus quę in ciuitatem importantur, exigebatur: Reditus denique
B in annuo prouentu, & fisco addicto, colligebatur: hoc est, uino, sale, metallis, frumento, lino, stuppa, fabricis, mercatoribus, artificibus. De quibus singillatim dicendum est.

Differẽtia inter tributa, uectigalia & reditus.

TRIBVTVM igitur à contribuendo est dictum, quod scilicet prouinciales contribuebant, uel de anno in annum, uel singulis triennijs, & potissimum quidem quinquennijs, in lustris uidelicet, quo omnes in Romana ditione homines censebantur. Contingebat præterea interdum urgente necessitate, ut ab Augustis, nõ elapso solito termino, census uel pensiones imponerentur prouincialibus, capita, iuga, metœcium, & aurum coronarium: de quibus postea suo loco dicetur. Porro regiones ciuitatesq́, quæ huiusmodi pecuniã contribuebant Augustis, in subsidium cùm comitatus Augustalis, tum uerò præcipuè rei militaris, & sustinendis tot in limitibus legionibus, uocabantur stipendiariæ atq́ tributarię ciuitates, ut T. Liuius nominare uidetur libro primo Decadis quintæ: Omnes Sardorum populi qui defecerant, in ditionem redacti, stipendiarijs ueteribus duplex uectigal imperatum, exactumq́, cæteri frumentum contulerunt. Porrò quòd ad certos annos huiusmodi tributi pensio constituta fuerit, ostendit Appianus Alex. Cumq́ exercitum ab Apuleio, quem ipse, ut prædiximus, habebat, ac pecuniarũ sex supra decem millia talenta, quæcunq́ ex tributis Asiæ in unum cumularat, accepisset, in Bœotiam transmisit. Sic de annuis, & quæ triennio pendebantur, Cęsar scribit libro quinto Ciuilis belli: Itaq́ bis mille sestertiûm his imposito, ut per triennium sex pensionibus P.R. soluerent. Huc pertinet & ille T. Liuij locus, qui est libro octauo Decadis quartæ: Argenti probi duodecim millia Attica talenta data intra duodecim annos, pensionibus æquis: talẽtum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendat, & tritici DXL millia modium. Meminit & decennij contributionis Appianus Alexandrinus libro quarto historię Ciuilis: Huiusmodi

Tributũ quid fuerit.

Stipendiariæ & tributariæ ciuitates et regiones.

Triennij pensio.

Decennij pensio.

modi igitur Rodiorum fuere clades, ad quorum curam L. Varius derelictus est: Cassius ob captionis celeritatem, nec minus pecuniarum multitudine lætatus, cæteris Asiæ nationibus decem annorum tributa imposuit, eaq; confestim iussit afferre, quod ab illis seriò perfectum est. Cæterùm communior uulgatiorq; ratio fuit exigendi tributa per singula lustra, hoc est quinquēnijs elapsis. Condidit aūt lustrum hac ratione facto censu primùs omniū Seruius Tullius, quo lustrato exercitu, sue, oue, taurisq;, millia octuaginta lustrauit, siue censuit. Memorabilis & illa est censio, qua CHRISTVS saluator humano generi natus est, imperante Augusto, cuius in Euangelio mentio fit, & de qua Suetonius in Augusto ita scribit: Tribunitiam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atq; iterū per singula lustra collegam sibi coaptauit: recepit & morum legumq; regimen æquè perpetuum. Porrò meminit huiusmodi per lustra censionis, siue impositionis tributorum, T. Liuius lib. 8 Decadis 4: M. Claudius Marcellus censor, fortè superato T. Quintio, lustrū condidit, censa ciuiū capita CCLVIII millia CCCVIII. Et iterum lib. 5 Decadis 5: In quatuor urbanas tribus descripti erāt Libertini, præter eos quibus filius quinquenni maior ex S. C. esset. Eos, ubi proximo lustro censi essent, censeri iusserūt, & eos qui prædium prædia'ue rustica pluris sestertiūm XXX millium haberent, censendi ius factum est. Huc alludit inscriptio Romæ reperta, his uerbis:

Pensio quinquennalis per lustra.

Censio per lustra.

TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA.

Remißio tributorum.

Cæterùm huiusmodi pensiones ad certa tempora, uti diximus, constitutæ, atq; indictæ, interdum certis de causis prouincialibus remittebantur, interdū uerò ad dimidium contrahebantur. DE REMISSIONE quidem tributorum intelligenda sunt hæc Cor. Taciti loca, libro historiæ Augustæ quarto: Factumq; autore eo senatusconsultum, ut ciuitati Cibyraticæ apud Asiam, Æginensi apud Achaiam, motu terræ labefactis, subueniretur remissione tributi in triennium. Idem lib. 12: Tributumq; Apamiensibus terræmotu cōuulsis in quinquennium remissum. Et iterum libro 17: Igitur Sequanis, Heduisq;, ac deinde prout opulētia ciuitatibus erat, infensi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatiū hauserunt animo, secundum auaritiam & arrogantiam præcipua ualidiorum uitia, contumacia Gallorum irritati, qui remissam sibi à Galba quartam tributorū partem, & publicè donatos in ignominiā iactabant exercitus. Meminit & Appianus Alexandrinus libro quinto belli Ciuilis, in oratione Antonij: Nam quæ eidē tributa pendebatis, ultro condonauimus, quousq; insurgentibus in nos ambitiosis quibusdam uiris cum pecunia egeremus, non pro facultatibus & opibus imposuimus uobis onera, sine periculo tributa uendicare cupiētes: uerùm unūquemq; fructuum suorum portionem, ut cum æmulis uestris cōmuniter illis potiremur, afferre iussimus. Qui tamen hæc præter senatus autoritatem, & cum iniuria extorquentes, multo plura à nobis exegerunt: Caius Cæsar tertiam pecuniarum partē, quas illi contulistis, ex tributo dereliquit. Huc pertinet & illud Suetonij in Augusto: Collegia, præter antiqua & legitima, dissoluit: tabulas ueterum ærarij debitorum, uel præcipuā calumniandi materiā, exussit. Sic Hadrianum Dion refert, ad colligendam gratiā, infinitā pecuniam, quæ fisco debebatur, priuatis debitoribus, in urbe, in Italia atq; prouincijs remisisse, syngraphis in foro, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis. Cuius rei meminit in eiusdem Cæsaris uita pariter Spartianus: Latium multis ciuitatibus dedit, tributa multis remisit. Alludit ad huiusmodi tributorū remissiones in historia Pertinacis Aug. Herodianus,

A autor Græcus: Nam primùm quidem, quidquid in Italia aut alibi gentium inculti soli etiam sub regibus uacaret, id totum occupantibus atque colentibus adiudicauit, decemque annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit. Non dissimile est quod Aurelius Victor de Gratiano scribit, argumenta omnia flagitandi publicitùs sustulisse, condonatis tributorum residuis. Iussit enim illas incendi, ex quibus materia calumniandi emergere poterat. Atque hæc de remissione, siue omnimoda tributorum condonatione. Erat uerò & cum dimidiũ tributi condonabatur, cuius meminit T. Liuius libro quinto Decadis quintæ: Omnium primùm liberos esse iubere Macedonas, habentes urbes easdem, agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus. Tributũ dimidium eius quod pependissent regibus, pendere populo Romano. Et sic intelligendus est locus Cor. Taciti libro XVII: Galliæ super memoriam uindicis obligatæ recenti dono Romanæ ciuitatis, & in posterum tributi leuamento. QUADRANS VECTIGALIS, portio tributi dicebatur, quæ interdum propter temporũ iniuriam plebi remittebatur. Eusebius lib. 4 de uita Constantini: Quadrantem uectigalis annui, quod appendi fisco certum est, remisit: ut si rectam rationem ineas, quarto demũ anno reperias immunes uti frui suis legibus. Id lege sancitũ, & translatum interuallo ad hæredes, Imperatorem gratiosum etiam apud posteros fecit. INDULGENTIAE TRIBUTORUM, Marcell. libro XVI: Denique id eum adusque Imperij finem & uitæ scimus utiliter obseruasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariæ rei concideret reliqua. TRIBUTA FISCALIA, quæ à fisco principis exigebantur pro sustentatione ministeriorum. Meminit Cassiodorus libro 3 Variarum, in epistola ad Gemellum: Arelatensibus quoque, qui nostris partibus perdurantes, gloriosæ obsidionis penuriam pertulerunt, per indictionẽ quartam fiscalia tributa, uestra relaxet humanitas. Huc pertinet quod de TITULIS CENSUALIBUS, & pensionum, in Symmacho urbis legitur præfecto, in epistolis ad Theodosium Augustum: Et ut fallacia ista tegeretur, ex alieno argento tantundem censualibus falsis titulis imputatis, quantum duo conferre debuerant, contulerũt. Et iterum: Edita ratio est uectigalium, quę Hispanienses atque Alexandrinos inuehere debuit cõmeatus. expensionum quoque titulos competẽtes officij cura digessit. Atque hæc de Tributis in genere. Nunc ad species rerum descendentes, quædam illorum discrimina, quibus quidem peculiaria nomina extant, ostendemus. Erãt autem, capita, iuga, metœcium, & aurũ coronarium. CAPITA, uel capitationes, tributa quæ pro singulis capitibus exigebantur: quod etiamnum in more habemus, cum aduersus Turcas, principes nostri pecuniam colligunt. Meminit Pacatus Panegyricus: Quid memorem capita diminuta, & uitam ære taxatam? Marcellinus lib. 21: Interrogatus quid haberet ex arte compendij? Vicenas diurnas, respondit: totidemque pabula iumentorum, quæ uulgò dicuntur Capita. Idem libro 17: Iulianus eum sedatus leniens, scrupulose computando & uerè, docuit, nõ sufficere solum, uerùm etiam exuberare capitationis calculum, ad commeatuum necessarios apparatus. Meminere Iurisconsulti in l. unica humanæ capitationis causa. Cod. de colonis Thracensibus, lib. 11. Fuit & Capitatio genus tributi, quod pro unoquoque animalis capite soluebatur. Ab hoc Thessalonicensem ecclesiã speciali priuilegio exemit Carus imperator, l. sacrosancta. C. de sacr. sanct. eccles. Porrò qui huiusmodi causam capitationis exigebant, Peræquatores appellabantur: à quo non solùm Thessalonicenses, sed omnes ciuitates nobiliores, & qui in metrocomijs habitabant, erant exempti. IUGUM, aliàs Temonis iugum, siue iugatio, genus tributi erat, quod de singulis agrorũ iugis præstabatur: eiusque immunitas nisi à principe specialiter concessa esset, nullius momẽti habebatur. Meminerunt

Indulgentiæ.

Tributa fiscalia.

B

Tituli censuales.

Capita.

Peræquatores censuum.

Iugum.

Iurisconsulti in l. immunitates. C. de agricul. & censit. lib. 11. Maioranus tamẽ in Nouellis, Iugũ uidetur mille solidorũ censum appellare, ex quibus bini solidi functionis publicæ nomine exactoribus præstabantur. De qua re Iureconsulti lib. 12 Codicis, l. iubemus uenalitiũ. AERA MILITARIA, tributa erãt ob bellũ instans indicta: quale est quod hodie in bello Turcico uocant Cruciatã. Meminit Liuius lib. 5 Decadis 1: Hoc statu militarium rerum seditio intestina maiore mole coorta, quàm bella tractabantur. Et cum tributum conferri per tribunos non posset, nec stipendiũ Imperatorib. mitteretur, æra quòd militaria flagitaret miles, haud procul erat quum castra quoq; urbanæ seditionis cõtagione turbarentur. Et iterum: Tributum ex affecta re militari pendant, æraq; militaria ueluti fœnore accepta multiplicia reipublicæ reddant. METOECIVM genus tributi, quod μέτοικοι, hoc est extra patriam habitantes pendebant, ut Suidas est autor. Soluebãt autem inquilini summam duodecim drachmarũ, & femina sex. Meminere Iureconsulti in l. 4. Cod. de Iure fisci, libro 19. Charta (inquit Imperator) firma super metœcos data est. Plura sunt apud Pomponium iureconsultum, de Verborum signific at. l. pupillus. Porrò Metœcorum extat apud Aristophanem quoq; mentio his uerbis: οὐ γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω. AVRVM CORONARIVM, tametsi plerìq; existiment fuisse, quod ob peculiaris splendoris fulgorem coronis faciendis aptissimum fuerit, ut est C. de Iudæis. l. Iudæorũ: ego tamen genus fuisse tributi, ex Historica fide collegi, quod uidelicet Augusti sub prætextu renouandæ, aut de nouo conficiendæ coronæ, externis populis indicebant. Siquidem & in historijs passim legitur, gentes externas placaturos uel hostes alienigenos, uel præcipuè Romanos, coronas dono obtulisse. Hinc est illud M. Tullij lib. nono epistolarum ad Atticum: De Reatinorum corona quod scribis, modestè fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. Sic T. Liuius libro octauo Decadis quintæ: C. Heluium cum quatuor millibus peditũ, & quingentis equitibus, Consul præmittit. Huic agmini iam fines ingredienti, legati occurrerunt, nunciantes paratum esse tyrannum imperata facere: orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetq; à populatione agri militem, & in coronam auream quindecim talenta afferebant. Idem libro quarto eiusdem: Secundum Gallos Pamphili legati coronam auream CXXX millibus Philippeorum factam, in curiam intulerunt. Et rursus libro quinto Decadis quintæ: In præsentia deducere ante certam diem, ex Lycia Cariaq; iusserunt præfectos. Hæc Rhodum nunciata, quę per se tristia fuissent, quia maioris mali leuatus erat timor, cum bellum timuissent, in gaudia renunciata uerterunt. Itaque extemplò coronam XX millibus aureorum decreuerunt. Idem libro octauo Decadis tertiæ: Ioui optimo maximo præsidi Capitolinæ arcis, non grates tantum ob hæc agere iussi sumus, sed donum hoc etiam, si nos permitteretis, coronam auream in Capitolium uictoriæ ergò. Huc pertinet & illud Appiani Alexandrini libro secundo Ciuilis belli: Adueniente deinde Cæsare, pauore & pœnitentia ductus, cum per ducenta stadia longius abesset, legatos pro pace ad eum misit, qui coronam deferrent auream. Meminit & Cornelius Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Cum apud regem Nabathæorum coronæ aureæ magno pondo Cæsari & Agrippinæ, leues Pisoni & cæteris offerrentur. Adludit ad huiusmodi coronas & Herodianus libro septimo: Statim igitur Aquileienses Maximum reseratis portis excepere, nullæq; non Italiæ ciuitates legatos mittebant, principes uiros candidatos ac laureatos, & deorum patriorum simulachra aureasq; coronas, si quæ in donarijs fuerant, comportantes. Huc pertinet & illud Flauij Vopisci in Probo, in textu epistolæ Probi ad senatũ, cum Gallias liberasset; Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ ciuitates aureas,

Aera militaria. *Metœcium.* *Aurum coronarium.*

A B

A reas, uestræ P.C. clementiæ dedicaui. Idem in historia Aureliani: Præferebantur coronæ omnium ciuitatum aureę, titulis eminentibus proditæ. Loquitur autem de triumpho Aureliani. Meminit illarum coronarum, & exactionis ad hoc solitæ contrahi, Ammianus libro uigesimotertio, de Iuliano Cæsare scribens: ubi Sarracenorum reguli Gentium, genibus supplices nixi, oblata auri corona, tanquam mundi nationumq; suarum Dominum adorarunt. Et iterum de Iouiano tractans libro uigesimoquinto: Quumq; nihil promoueretur, iurisiurandi religionem principe destinatius prætendente, cum oblatam coronam aliquandiu recusans, coactus deniq; suscepisset. Hæc ille. Quæ propterea prolixius adduximus, ut errorem illum Iureconsultorum ostenderemus, qui aurum coronarium non inter genera tributi, sed inter auri discrimina numerant, ueluti aurum obrizum, aurum bracteatum: cum tamen apertè aurum coronarium inter species contributorum siue donariorum, uetustiores Iureconsulti describant. Libro X Codicis, de auro coron. l. uni. inquit Imperator: Ad collationem auri coronarij placuit, neminem absq; consuetudine esse cogendum. Cæterùm mentionē facit auri coronarij, ut collationis siue tributi, subinde M. Cicero libro primo de lege Agraria: Ex auro coronario, quod neq; consumptum in monimento, neq; in ærarium relatum sit, id ad decemuiros referri iubet. Idem in Pisonem: Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit, quū modò uelles, modò nolles: lex enim generi tuo & decerni, & te accipere uetabat, nisi decreto triumpho. Sic Ælius Spartianus in historia Hadriani Cæsaris: Aurum coronariū Italiæ remisit, in prouincijs minuit, & quidem difficultatibus ærarij ambitiose ac diligenter expositis. Sic ÆliusOmprid. in Alexandro Seuero: Aurum & argentū raro cuiquā nisi militi diuisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum cōuerteret, id quod prouinciales dedissent: aurum negociatoriū & coronarium Romæ remisit. Clarius paulo in hāc sententiam de auro coronario scribit Marcellinus lib. 25. Liberalitatis eius testimonia plurima sunt, & uerissima, inter quæ indicta sunt tributorum admodum leuia, coronariorū indultum, remissa debita multa, diuturnitate cōgesta, æquata fisci iurgia, tum priuatis uectigalia ciuitatibus restituta cum fundis. Hoc uerò transeundum silentio non est, quod A. Gellius aurum coronarium etiam uocauit coronas triumphales. ita enim scribit lib. 6 Noctium, cap. 5: Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: id uulgo dicitur aurum coronarium. TRIBVTA DVPLICIA, quando solita exactio ob uigens bellum geminabatur: quod nobis quoque perpetuò cōtra Turcas bellum gerentibus in more est, uocamusq; gentilitia hoc genus cōtributionis uoce Doppel anschlag. Meminit Appianus Alexan. lib. 5 belli Ciuilis: Mysiam, Galatas qui Asiam incolunt, Cappadociam, Ciliciā, Syriam inferiorē, & Palęstinā, Tureonamq;, & quascunq; alias Syrorū nationes, grauiorib. tributorū oneribus afflixit, quæ separatim regib. & populis imposuit, ut Ariarathi in Cappadocia. Cæterùm huiusmodi tributorū duplicationē Marcellinus lib. 47 eleganter uocat indictionale augmentū. TRIBVTA seruilia, quæ ob seruorū copiā, si qui haberēt, urgēte bello indicebant. De quibus intelligendus est Appiani Alex. locus lib. 5 Ciuilis belli: Cæsare ne sic quidem conciliationē admittente, Antonius ut bellū in eum acceleraret, ob famē hortabatur: obstāte pecuniarū inopia, descriptio in publicū prolata est, eos uidelicet qui seruos posśident, quinq; & uiginti drachmarū precio dimidiū pro quolibet ad onera conferre debere: quod aliàs bello in Cassiū & Brutū gesto factū uidebat. Conferre insuper & sortē cogebant, qui ex testamētis fructū suscepisset. Hāc descriptionē furibūdo impetu turbatus populus statim lacerauit, questus eos qui æraria publica olim exhausissent,

B

Dissensio Iurisconsultorum de auro coronario.

Aurū coronarium secundū Gellium.

Tributa duplicia.

Indictionale augmentum.

Tributa seruilia.

prouincias prædę subiecissent, Italiam ipsam tributis uectigalibus, & bonorũ publicatione oppressissent. Hæc ille. Et quia descriptionis facta est mentio, sciendum, tributi impositionem per descriptionem fieri solitam. Hinc est illud Euangelij: Exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio primũ à præside Syriæ Cyrino facta est. A

Descriptio quid fuerit.

Clarigatio. CLARIGATIO erat tributum ex captiuis exactum, uulgò Schatzung: estq; potissimum apud Turcas in usu. Meminit Liuius libro octauo Decadis primæ: Iussiq; trans Tyberim habitare, ut eius qui cis Tyberim deprehensus esset, usq; ad mille pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære persoluto, is qui cæpisset, extra uincula captum habitaret. Loquitur de Veliternis populis Latinis uictis, ultra Tyberim positis, urbe eorum incensa.

Vectigalia. VECTIGALIA recto ordine tributa sequunt̃, à quibus in hoc differebãt, quòd non ex annuis, uel quæ (uti diximus) triennio quinquenniòq; per ditionẽ Romani imperij præstabantur pensionibus, aut ijs deniq; quæ ad coronæ ornamẽtum conflabãtur prouincialiũ collationibus, uerùm potius ex pecunia constabãt, quæ pro uecturis plaustrorũ uel nauiũ, aut ad ciuitatũ portas pro immittendis uenalitijs à publicanis exigebatur. Germanis nobis clarum inter hæc tria, Tributum, uectigal, & reditus, discrimen extat. Quemadmodum enim tributum appellamus, ein anschlag/ein stewr: ita uectigalia nominare solemus, ein zoll/ein auffschlag/ein dreißigst. Reditus deniq; uocamus passim Jährlich rendt vnd gült/das einkommen/fürstlich obrigkeit. Legitur uerò uectigalia in limitib. Romanis primus instituisse Augustus Cæsar, ad subleuandos milites præsidiarios locorum. Vnde est illud Tranquilli in Augusto, cap. de Ordinatione legionũ: Vtq; perpetuò ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosq; suppeteret, Æriũ militare cum uectigalibus nouis instituit. Porrò duorum generũ uectigalia erant, publica & priuata. B

Discrimen inter tributũ, uectigal & reditum.

Autor uectigalium.

Publica uectigalia. PVBLICA erant, quæ pro mercib. pendebantur, uidelicet quindecimę, octauæ, decimæ, uigesimæ, tricesimæ, quadragesimæ, quinquagesimæ, centesimę, ducentesimæ, portoriæ, naulum ansariũ, & phollis, de quibus postea seorsim dicemus. De huiusmodi publicis uectigalibus intelligendus est locus Ælij Lampridij in historia Alexandri Seueri: Imp. uectigalia publica in id cõtraxit, ut qui decẽ aureos sub Heliogabalo præstiterunt, tertiã partẽ auri præstarent, hoc est, tricesimã partẽ. Tuncq; primũ semisses aureorũ formati sunt. Tunc etiam ad tertiã partem auri uectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quòd minus non posset. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans ut si uectigal cõtrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed cum nõ potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantũ solidosq; formari. Formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiã, atq; amplius, usq; ad bilibres quoq; & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resolui pręcepit, neq; in usu cuiusquã uersari. Atq; ex eo his materiæ nomẽ inditũ est, cum diceret plus largiendi hãc esse Imperatoris causam, si cum multos solidos minores dare posset, dans dẹcẽ uel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centũ dare cogeret.

Numismatum catalogus in uectigalibus panditur.

Priuata uectigalia. PRIVATA uectigalia, quæ ex fructibus & reditibus à ciuiũ singulis fisco pendebantur. Vnde Paulus Iurecõsultus: Cæsæ arundinis (inquit) uel pali cõpendium, si in eodẽ fundo uectigal esse consueuit. Sic uectigales fundi eidẽ Paulo dicunt̃, l. 1. ff. si ager uectigalis. Porrò abusiuè lucrũ ex conductis uectigalib. uel bonis quibusue, uectigal appellabat̃. Erant enim inter publicanos principes quidã, qui quęstus sui causa decimas redimebant, salinasq; & alia huiuscemodi ad fiscum pertinentia uectigalia conducere solebant: unde, quasi sublata manu autores hi contractus essent, mancupes nominabãtur, quales nostro seculo multi adhuc supersunt.

Sequuntur

A Sequuntur PRAEFECTI VECTIGALIVM, meminit horum Tacitus lib.15: Tres deinde Consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminium, Pomponium Paulinum, uectigalibus publicis præposuit, cum insectatione priorum principũ, qui grauitate sumptuũ iustos redditus anteissent: se annuum sexcenties sestertiũ reipublicæ largiri. Ex quibus apparet, præfectos uectigalium fuisse, quales nostra ætate Commissarij sunt à fisco deputati. MANCVPES nominabantur, quales nostro seculo multi adhuc supersunt, uulgo die auffrendt vnd güldt leyhen. de quibus Suetonius in Vespasiano: Non negauerim iactatum à quibusdam, Petronij patrem è regione Transpadana fuisse mancupẽ operarum, quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturam quotannis cõmeare solent. Huc pertinet & illud Plinij: Mancupes præualens annonã flagellat. Meminere & Iureconsulti in Codice, l. si quis. cum de cõmissis disputant. Cæterùm solita Romanis locari uectigalia, ostendit etiam is T. Liuij locus, qui est libro 9 Decadis quartæ: Cato atria duo, Mænium & Titium in latomijs, & quatuor tabernas in publicum emit, basilicamq́ ibi fecit, quæ Porcia appellata est, & uectigalia summis precijs ultro tributa infimis locauerunt. Quas locationes cum senatus, precibus & lachrymis publicanorum uictus, induci, & de integro locari iussisset, Censores edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorẽ locationem erant, omnia eadem paulo imminutis precijs locauerunt. Huc alludit & Cicero lib.1 de Inuẽtione: Nam si Rhodijs turpe nõ est portoriũ locare, nec Hermocreonti quidem turpe est conducere. Sed placet ordine uectigaliorũ genera, publicorũ uidelicet, enumerare: quorum prima & generalia hæc fuerunt. CANON Telonei, instar canonis frumentarij, erat summa certa teloniorum, contracta, & in fiscum redacta. Extat illius apud Cassiodorũ duntaxat mentio, lib.5 Variarũ, in epistola Theoderici ad Ampeliũ: Telonei quinetiã canonem nulla facietis usurpatione confundi, scilicet modum rebus utillimũ, quẽ præstare debent, imponentes, cõmerciandi licentiã æquabili ratione reuocate. PORTORIA erant pecuniæ exactæ ad portas urbiũ, castellorumq́, & in portubus maris, fluminumq́ magnorũ littoribus. Cicero lib.2 epistolarum ad Atticum: Præterea si ulla res est quæ bonorũ animos, quos iam uideo esse cõmotos uehementer, possit incendere, hæc certè est: & eo magis, quòd portorijs Italiæ sublatis, agro Campaniæ diuiso, quod uectigal superest domesticũ, præter uicesimã. Et iterum: Illud tamẽ quod scribit animaduertas uelim, de portorio circumuectionis. Idem: Pisonẽ uectigalem prouinciã singulis rebus quęcunq; uenirent certo portorio imposito, seruis tuis publicanis à te factũ esse meministi. Huc pertinet & illud Cæsaris lib.3 belli Gallici, ab initio: Causa mittẽdi fuit, quòd iter per alpes, quò magno cum periculo, magnisq́ portorijs mercatores ire consueuerũt. Sic T. Liuius lib.8 Decadis 4: Et referente Æmilio, senatusconsultũ factũ est, ut Ambraciensib. omnes suæ res redderentur, in libertate essent, ac legibus suis uterẽtur, portoria quæ uellent terra mariq́ caperẽt, dum eorũ immunes Romani ac socij Latini nominis essent. Et iterum libro 9 eiusdem Decadis: Vectigalia regni nõ fructibus tantum agrorũ portorijsq́ maritimis auxit, sed metalla etiam ac uetera remissa recoluit, & noua multis locis instituit. Meminit portorij libro 19, dum de macello loquitur: Itaq; hercule nullum macelli uectigal maius fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portoriũ mercis huius. Sic Nonius citat illud Lucilij lib.27. Facit idem quod illi, Qui inscriptũ ex portu exportant ne portorium dent. Porrò publicani qui huiusmodi genus uectigalis exigebant, PORTITORES nuncupabantur, id quod ex hoc loco Ciceronis secundo ad Atticum colligitur: In illa causa publicanorũ quantã acerbitatem afferat socijs, intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portorijs Italiæ tollendis, nõ tã de portorio, quàm

Mancupes.

Canon Telonei.

B

Portoria.

Portitores publicani.

quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Et iterum: Magistros scripturæ primores tamē Latini portitores appellant. Adludit huc & Plautus in Asinaria: Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. Huc uidetur posse torqueri, quod Virgilius Charontem apud inferos portitorē dicit, tanquam ærufcatorem & exactorem illarum pecuniarum, quas ex superstitione Ægyptiaca, ore uita functi deferunt. quod subinde in Romanorum monumentis ac sepulchris obseruaui mus: cuius rei Diodorus etiā, Apuleius, Lucianus in tyranno, & Propertius poeta, meminere. Alludit ad huiusmodi superstitionem & Plutarchus, qui nummū huiusmodi quem mortui ore deferebant Charonti portitori, δανάκην appellat. Non ignoro, inclinantis Imperij autores, Marcellinum, Symmachum, Cassiodorum, Sidonium, Euodium, barbarè ac per abusum portitores appellare tabelliones, & literarum baiulos, à portando uidelicet: de quibus nihil ad institutū sermonem. NAVLVM, quod telonarijs, scripturarijs, & scripturæ magistris dari consueuerat, & pro uectigali ac mercium tributo exoluebatur, quæ nauibus ferebantur. Vnde à naue, naulum deductum est. Quanquā Vlpianus Iureconsultus in l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. locati. naulum propriè precium interpretetur, quod nautæ prouectura soluebatur. Huc respicit Iuuenalis, hoc carmine: A

δανάκη nummus.

Portitores, tabelliones, literarum baiuli.

Naulum genus uectigalis.

Furor est post omnia perdere naulum. Et sic intelligitur illud Cassiodori libro v Variarum, in epistola Theoderici ad Liuicitum comitem: Catellum & Seruandū uiros strenuos esse credidimus dirigendos. at quia naucleri ducentos octoginta solidos in triticum, & in naulis septingentos quinquaginta octo solidos accepisse perhibentur. ANSVRIVM, fortè ab ansis uasorum: ut fuerit uectigal ab ijs uasis obsoniorum, butirique collectum, quæ ansis gestabantur. Adludit ad hoc genus uectigalis inscriptio Romæ in uia Salaria:

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. GERMANIC. SARMAT. HOS LAPIDES CONSTITVISSE PROPTER CONTROVERSIAS QVAE INTER MERCATORES ET MVNICIPES ARTE FRANTVTI FINEM DEMONSTRARENT VECTIGALI FOVEVCVLARII ET ANSVRII PER MERCALIVM SECVNDVM VET. LEG. SEMEL DVMDAXAT EXIGENDO. B

Ansurij.

Ansurij itaque erant publicani, qui uectigal à uasis, ansis gestari solitis, colligebant: quales hodie nobis in Austria sunt, qui Absambler gentilitia uoce dicūtur. Cæterùm de ansis Paulus Iurifcon. loquitur in l. in rem actio. §. 2. de rei uendic.

Phollis.

PHOLLIS, ut Alciatus ex Græco interprete explicat, sub Theodosio iuniore, genus uectigalis erat, à multis collectum, & ab eodem Constantinopoli institutū, quod his sibi in bello opus esse diceret. Phollis autē aliud tributi genus est, quod nobiliores quique ciuitatis pendebant, prout secundum habitationes fuerant comprehensi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunā illos perducere debuerat, hoc incōmodi secum adferret: primo quidem tributo auri libræ octo, secundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Vnde Esychous de temporibus historiæ libro 6: Phollis (inquit) pondus est, alio nomine Balantium. trahit aūt donos ducentos quinquaginta, hoc est, libras 322, & uncias sex. Singuli uerò doni librā unam, uncias 12 cōprehendebant. Addit: Est & alius phollis, coactus ex argenteis leptis, qui militibus quos Miliarios uocabant, dabatur. Lepti aūt, ceration unum cum dimidio continent. Ita quod phollis iste argenti contineret ceratia 208, & numos nouem. Porrò meminit phollis tributi & Augustinus libro de ciuitate Dei ultimo. Plura apud Iureconsultos in duodecimo libro Codicis, titul. de Prætoribus & honore præturæ. l. secunda, cum de septem solidorū functione, pholle, claue, & gleba, disseritur. Fit de ijs mentio quoque in codice Theodosij, in legibus nouellis Martiani.

A Vbi Imperator: Quidquid (inquit) ex titulo senatorum phollibus in prouincijs debetur, hoc iubemus remitti. PROMERCALE telonij genus celebratur ab Eusebio in uita Constantini: Ipsæ quidem molestiæ, quibus peccatis resisteres, nisi denegares operam promercalem. SILIQVATICVM, cui qui præerant & Siliquatarij uocabantur, & præfectus comes Siliquatariorum. quod uerò fuerit genus exactionis, ostendit Cassiodorus libro 4 Variarum, in epistola Theoderici regis ad Gemellum: Siliquatici nanque præstationem, quam rebus omnibus nundinandis, prouida definiuit antiquitas, in frumẽtis uino & oleo dari præsenti tempore non iubemus. Et iterum lib. 2: In illa quoque parte fessis clementia se uestra porrigit, ut si pensionẽ huius tituli siliquatario pręstat, monopolium quoque negociator exerceat. Si uerò siliquatarius hunc titulũ negociatoribus iudicat abrogandum, nullam ab eis exigat pensionem. Et rursus eodem libro, in epistola ad Faustum: Præpositum unum ex eis qui sibi uisi fuerint, eligere deputabit, qui ita commerciũ negotiationis exerceat, quatenus nec monopolij, nec siliquatici, nec aurariæ aliquid pensionis impendet, uel quodlibet grauamẽ ex permissa nundinatione sustineat. Idem alibi ad Comitem siliquatariarũ Theodericus rex epistolã scribit, cuius est initium: Si desiderijs nostris cõmercia peregrina famulantur, si prolato auro acquiritur externa deuotio, quanto magis suis bonis abũdare debet Italia, cum nulla in parendo præbetur sentire detrimẽta? Et ideo speciẽ laridi nullatenus iubemus ad peregrina transmitti. Huc refertur & quod idem scribit lib. 3: Simonẽ itaque uirum clarissimũ, cuius fides olim est cognita, uel deuotio cõprobata, ad ordinationẽ siliquatici, nec nõ Ferrariarũ, ad prouinciã Dalmatiam nostra ordinatione dereximus. Atque hæc de quibusque uectigalium generibus, quibus peculiaria nomina extant. Superest, ut addamus Exactiones per numerum solitas,

B cùm fructuũ in agris, tum præcipuè uecturis merciũ pendi: quę adhuc hodie consuetudo manet. BINAE ET TERTIAE, cum media uel pars tertia pendebat, maximũ atque grauissimũ erat exactionis genus. Meminit Cassiodorus, inclinantis Imperij autor, lib. 3 Variarũ cognit. in epistola Theoderici ad Venantiũ Correctorẽ Lucanię: Quapropter illustris uiri Comitis sacrarũ largitionũ suggestione cõperimus, pridem tibi secundum morẽ ueterem, exactionem binorũ & ternorum fuisse delegatã. Et iterum lib. 2: Sed in præstatione, quanti se solidi comprehendant, de tertiarum illationibus, uobis noueritis esse releuandos. Et iterum in alia epistola ad Senatum urbis: Iuuat nos referre, quemadmodum in tertiarũ deputatione Gothorum Romanorumque possessiones iunxerit, & animos. Idem libro primo, in epistola ad Faustum præpositum: Et ideo præcelsa magnificentia tua, quod à Cathaliensibus inferebatur genere tertiarum, faciat annis singulis in tributaria summa persolui. OCTAVAE ET DECIMAE, hoc est, cum octaua uel decima pars de mercibus uel fructibus à publicanis accipiebatur, uel pecunia loco illorum numerabatur à possessoribus, uulgò den Zehent/das zehent. Meminit Cęsar libro quinto belli Ciuilis: Post diem tertium Caraleis in Sardiniam peruenit. Ibi Sulcitanos, quòd Nasidium eiusque classem receperant, copijsque iuuerãt, sestertijs centũ millibus mulctat, & pro decumis octauas pendere iubet, bonaque paucorum uendit. Huc pertinet quod scribit Cicero libro Epistolarũ primo ad Atticum, & quinta oratione in Verrẽ his uerbis: L. Cotta & C. Cotta consulibus, senatus permisit, ut uini & olei decimas, & frugũ minutarũ, quas ante lege Quæstores in Sicilia uendere consuessent, Romę uenderent. Meminit & T. Liuius lib. 1 Decad. v: Commeatus classi legionibusque, ut ex Sicilia Sardiniaque subueherent, pretorib. qui eas prouincias sortiti essent, mundari placuit, ut alteras decimas Siculis Sardisque imperarẽt, utque id frumentũ ad exercitũ in Macedoniã portaretur.

Siliquaticum.

Siliquatici.

Binæ & tertiæ uectigalia

Octauæ & decimæ.

Plura

Plura apud Iureconsultos, cum de responsis agunt: Vlpianus uidelicet in l. 2. ff. de pollicit. si decimas quis bonorum nouit. & Modestinus in l. si quis ob honorẽ, eodem titulo. Hinc decimæ prædiales dictæ, quòd ex prædijs debebantur. Hodie huius generis uectigalia ecclesijs passim & sacris penduntur, ex uinis & frumento, lege ad hoc à Francorum primis principibus lata: id quod olim quoq;, tametsi apud Ethnicos, in more positum fuit. Quare Plautus in Sticho: Hæc uenisse iam opus est, quantum potest, ut decimam partem Herculi. Et iterum: Vt decimas soluerem Herculi. Hinc est & illud Ciceronis quinta in Verrem: Itaque Herculi quisq; decimam uouit. Sic Liuius lib. V Decadis primæ: Camillus identidem omnibus locis concionabatur, haud mirum id quidem esse, furere ciuitatẽ, quæ damnata uoti, omnium rerum potiorem curam, quàm religione se exoluendi habeat: nihil de collatione dicere, stipis uerius quàm decimæ, quando ea se quisq; priuatim obligauerit. Et subdit, eius partem decimam Apollinis sacram esse, ita in æstimatione urbis ager quoq; uenit, pecunia ex ærario prompta. Reperio & Decumã largitionis siue donationis speciem fuisse, ad quã alludit Cor. Tacitus lib. XVIII: Bis & uicies mille sestertiûm donationibus Nero effuderat, appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemq; eorum relicta: at illis uix decuma super portiones erat. Cæterùm ab hoc genere uectigalis appellationem sortiti sunt, agri decumani, decumani publicani, & decemprimi. DECVMANI AGRI, ex quibus decimæ colligebantur. Meminit Cicero V in Verrem: Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est. DECVMANI PVBLICANI, qui decimas colligebant, uulgò die zehentner. Cicero IIII in Verrem: Decumani, hoc est, principes & quasi senatores publicanorũ, remouendos de medio censuerunt. Et rursus V in Verrem: Qui primùm certos instituerit nomine decumanos, reuera ministros ac satellites cupiditatũ suarum. Idem de Finibus bonorum: ô Publi, ô gurges Galloni, es homo miser (inquit) cœnasti in uita nunquam bene, cum omnia in ista consumis squilla, atq; accipensere cum decumanis. Huc alludit & Cassiodorus V Rerum uariarum, in epistola Theoderici ad Capuanum V. S. Sume igitur, auctore Deo, recturam decumanarum, humanorum actuum uerissimum testem. DECEMPRIMI, Græcis δεκάπρωτοι, qui pecuniã uectigalium decimarumq; exigebant, quam ipsi fisco demum numerabãt. quod si morte alicuius reipublicæ illatum damnum fuisset, Decaproti de eo quod receperant, ipsi supplebant. De quibus Iureconsulti agunt libro decimo Codicis, de munerib. patrimonior. in l. nec protostasiæ. Item libro XII Codicis, de domesticis. & protector. l. 2. Budæus existimat decẽprimos fuisse, quos Franci XII pares appellant. Quod si diuinare licet, & hoc nobis genus extat, in his uidelicet qui numerata pecunia, instar pignoris redditus uectigaliaq; possidẽt, uulgò nobis die Pfandtschillinger dicti. DVODECIMAE in eundem sensum dicũtur Spartiano in Hadriano, mercium uidelicet uel fructuum duodecima pars nomine uectigalis data principi. Extant in Hungaria hodie nonæ eadem ratione exactionis, das Neündte. Locus uerò Spartiani sic habet: Liberis proscriptorum duodecimas concessit, maiestatis crimina non admisit. VIGESIMAE, cum uicesima de mercibus uel fructibus pars populo Romano pendebantur. Meminit Cor. Tacitus libro decimotertio historiæ Augustæ: Plebeq; congiarium quadringeni nũmi uiritim dati, & sestertium quadringenties ærario illatum est, ad retinendam populi fidem. Vectigal quoq; quintæ & uicesimę mancipiorũ remissum, specie magis quàm ui, quia cum uenditor pendere iuberetur, in partem precij emptoribus accrescebat. Huc adludit Herodianus, cum de Marco tractat: Repetit idem Iul. Capitolinus in eiusdem Marci historia: Dedit præterea curatoribus regionum ac uiarum potestatem, ut uel puni-

Decimæ sacris etiam apud Romanos solutæ. A

Decuma donationis genus.

Decumani agri.

Publicani decumani.

Decemprimi. B

Duodecimæ.

Nonæ.

Vigesimæ.

A uel punirent,uel ad præfectum urbis puniendos remitterent,eos qui ultra uectigalia quicquam ab alio exegissent,de uicesima hęreditatum, de tutelis liberorum. Huc pertinet quod Iureconsulti tractant de uicena fisco dependi solita, l.ultima. in fine,libro decimo Codicis,de canon.largition. Meminit præterea uicesimarij auri T.Liuius, nimirum ad hoc genus uectigalis respiciens, libro septimo Decadis tertiæ: Cætera expedientibus (ait) quæ ad bellum opus erant Consulibus, aurum uicesimarium,quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruaretur, promi placuit. Meminit huius uectigalis & Liuius quoque libro septimo Decadis primæ: Ab altero consule nihil memorabile gestum,nisi quòd legem nouo exemplo ad Satrium in castris tributim,de uicesima eorum qui manumitterentur,tulit. *Vicesima hæreditatum.* *Vicesimarium aurum.*

TRICESIMAE in regno Hungariæ adhuc frequentissimi genus telonij siue uectigalis,est,quod ex nauigijs potissimum,boumque armetis accipitur: appellamus uulgo Germanica lingua, ein dreissigist. Meminit Ælius Lampridius in historia Alexandri Seueri Cæsaris: Vectigalia publica (inquit) in id contraxit,ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterāt,tertiam partem auri præstarent, hoc est tricesimam partem. QVADRAGESIMA ET QVINQVAGESIMA eadem ratione dicta sunt,tolerabiliora uectigalia. Meminit Suetonius in Vespasiano: Cū adhuc ordines duceret,sacramento solutum per causam ualetudinis tradunt. Publicanum quadragesimæ in Asia egit. Tacitus libro decimotertio: Indixit abolitionem quadragesimæ, quinquagesimæque, & quæ alia ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Huc pertinet & locus Appiani Alex. libro Ciuilis belli quarto: Ex uiris autem qui ditiores haberentur,centum & amplius millia exterorum simul & ciuium libertorumque proscripserunt: inter quos & sacerdotes,& omne genus hominum,nemine omisso, immiscuere: quemadmodum bello Celtico similibus pœnis ac mandatis à Romanis editum olim memorant, ut quinquagesimam facultatum omnium illi mutuò ad belli conferrent impensam,in tributis eiusdem anni subinde computandam. Præterea alludit ad hoc genus uectigalis Symmachus urbis præfectus, in epistolis ad Theodosium Augustum, epistola CXCII: Quadragesimæ portorium (inquit) non rectè poscitur à Senatoribus candidatis,quia nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis nō oportet. CENTESIMAE,hoc est,cum centesima pars ualoris de mercibus in telonijs pendebatur. Meminit Cicero libro primo epistolarum ad Atticum: Opinor ad consilium Axium Selicium confugiendum est. nam à Cecilio propinqui minore centesimis nummûm mouere non possunt. Est hic uerò obiter notandum, centesimam usuræ quoque genus fuisse, cum debitor creditori singulo mense centesimum nummum daret,adeò ut centesimo mense usura sortem æquaret. Sidonius Apollinaris sub finem tertij Epistolarum libri, epistola ad Turnum: Quin cauta (inquit) fœneratori est centesima, quæ per bilustre producta tempus, modum sortis ad duplum adduxit. Hinc est illa usitata apud Iureconsultos quæstio, Centesimis dare spondes? notus loquendi modus Iureconsultis,ex fœneratorum consuetudine ortus, ut Alciato uidetur. Scribit Paulus iureconsultus in l. centesimis.ff.de uerborum obligationibus: Centesimis Calendis dari utiliter stipulamur,quoniam præsens obligatio est. Significat autem, intra octo annos & menses quatuor: licet aliqui centum annos intelligant, sed non rectè. Est hoc scitu dignum, quod Calendis fœnora exigebantur: qua ex re factum progrediente tempore, ut libri rationum Calendaria nominarentur. DVCENTESIMAE meminit Tranquillus in uita Caligulæ: Quod Tiberius suppresserat cum fide ac sine calumnia repræsentata, præsoluit ducentesimam auctionum Italiæ. His itaque quæ nunc recensuimus omnibus & singulis colligendis,Reipublicæ nomine *Quadragesimæ & quinquagesimæ.* *Centesimæ portorium.* *Centesima usura.* *Calendaria.* *Ducentesimæ.*

B

Millenæ. præerant publicani. MILLENAE, cum millesima pars pro portorio uel exactione pendebatur. Meminit Cassiodorus libro secundo Variarum cognitionum in epistola ad Faustum præpositum: Spoletinis ciuibus, ad exhibitionem tertiarum, supra consuetudinem aliam millenam esse deputandam. Hinc millenarij apud eundem, qui tale portorium exigebant. cuius meminit libro quinto ad Guduyn Saionem: Et ideo deuotio tua millenarios prouinciæ Piceni & Samnij, sine aliqua dilatione commoneat. A

Millenarij telonarij.

Publicani. PVBLICANI, qui quamobrem à publico nomenclaturam sortiti fuerint, docet Vlpianus de public. & uectig. Publicani sunt (inquit) qui publico fruuntur, nam inde nomen habent: siue fisco uectigal pendant, uel tributum consequantur. Et omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè uocantur publicani. idem Vlpianus in d. l. 1. §. 1. ff. eod. Et in l. quantæ. eodem titulo. Huc alludit Cicero libro primo Epistolarum ad Quintum fratrem: Non esse autem leuiores in exigendis uectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos. Idem in quinta oratione in Verrem: Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare. Porrò publicanorum munus & facultas exigendi tributa,

Telosphoria. TELOSPHORIA nuncupabantur: ut est in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honor. Licet falso inibi legatur, Elimphoria. Preterea quemadmodum collegia erant fabrorum, centonanorum, nautarum, augurum, decurionũ, pontificum, & corpora inferiorum artificiorum: ita publicanorum conuentus so-

Societas publicanorum. cietas Græcis ἑταιρίαι nuncupabatur. Vnde Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Minimumq́ue iacturæ fuit, quòd præfectus inter cæteros est captus, & tum temerariè pugnæ autor, & antè publicanus, omnibus malis artibus & reipublicæ societatibus infidus atq; damnosus. Quanto deniq; loco atq; honore fuerint Romano populo, uel ex eo apparet, quòd ordinem hi ueluti ciues municipiorum habuerant. (is locus & dignitas huiusce muneris appellabatur.) Quare ordinis pu- B

Ordo publicanorum. blicanorum non minus, quàm ordinis ciuium, in probatis historicis mentio subinde occurrit. Cicero in oratione pro Plancio: Flos enim equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reipublicæ, publicanorum ordine continetur. T. Liuius libro quinto Decadis tertiæ: Ea fraus indicata M. Æmilio prætori prioris anni, ac per eum ad Senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata, quia patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant, populus seuerior uindex fraudis erat. Hic transeundum silentio non est, quòd

Quadruplatores. contemptissimi publicanorum QVADRVPLATORES nuncupabantur. Vnde Asconius: Quadruplatores delatores erant criminum publicorũ, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis quos detulerant, consequebantur. Cicero prima in Verrem: Putant fore, ut si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit per homines honestissimos, uirosq; fortissimos, non imperitos adolescentulos aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciaq; administrentur. Meminit & T. Liuius tertio ab Vrbe condita: Populum Romanum quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum. Seneca libro septimo de Beneficijs, quadruplatores eos appellat, qui magna exiguis uenantur. Huc pertinet & illud Sidonij Apollinaris libro quinto Epistolarum ad Aumastum: Hi sunt, qui inuident tunicatis ocia, stipendia paludatis, uiatica ueredarijs, mercatoribus nundinas, munuscula legatis, portoria quadruplatoribus. De ijs mentionem facit Budæus in l. plurimum. ff. de iur. & fac. ignor. Et in l. si tamen. in fine. ff. de ædil. edict. Sunt uerò dicti Quadruplatores, quòd pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum consequebantur. Extat adhuc hodie hoc genus hominum perniciosum in telonijs publicis, & apud nos uulgò appellant, der draißger überreitter landtrichter. Atq; de uectigalium ratione dictum est ex fide

historica

A historica abundè. Sequitur nunc REDITVS, siue census, quem principes siue Augusti non quidem telonijs, & per publicanos, sed ex annuo prouentu uel uinorum uel frumenti, uel metallis denique, sale, alijsq; rebus percipiebant. Hinc illud Plinij libro decimoseptimo: Maiore singulorum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum. Cui collectioni præerant argentarij, numularij, scripturarij, & dispensatores, de quibus singillatim & ordine dicemus. Est autem illud haudquaquam transeundum silentio, quod Iureconsulti adnotarunt in l. secunda. §. post deinde. & inibi D. Zasius ff. de origine iuris, nomine census olim ueteres comprehendisse, quidquid fortunarum quis habet. Item in Codice, in quib. caus. pig. tac. contrah. l. prima: Et iterum Cod. sine censu uel reliquis fundis. l. rei annonariæ. Vnde Iureconsultis eisdem in titulo Cod. de agricol. & censit. libro undecimo, Censiti nuncupabantur, qui censentur, & censum præbent. Olim autem nonnulli agricolatores censebantur, pro quibus domini prædiorum tenebantur, fiebatq; talis recognitio siue censio per capita, & quantum quisq; haberet in bonis, quod quinto quoq; anno fiebat à censoribus, à Seruio Tullo rege institutum. Vnde censum agere (uerbum peculiare historijs) est recensere hominum facultates, l. de creationibus. Cod. de episc. aud. Huc pertinet illud Cornelij Taciti libro primo historiæ: Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui tum intentum. Huc pertinet & quod Ælius Spartianus in historia Hadriani scribit: Laborabat præterea, ut condicta militaria diligenter agnosceret, reditus quoque prouinciales solerter explorans, ut si alicubi quippiam deesset, expleret. Iam uerò qui fuerint reditus, & ex quibus prouincijs census cuiusque rei præcipui Romanæ reipublicæ extiterint, enarrare libet. Inuenio autem ex alijs quidem maximum ob metalla Romanis Augustis censum accessisse, ut Macedonia: ex Ægypto uerò ob frumentum, stuppam & linum ingens uectigal accepisse: quemadmodum uini in Illyrico prouentus non contemnendus fuerat. Erant denique huic populo non contemnendi reditus partim ex ripis fluminum, partim ex mercatoribus, artificibus, atque adeò etiam meretricibus collectum, de quorum singulis ex probatis autoribus testimonia adferam.

Reditus. *Munia reditus percipiendi.* *Census apud Rom. latè patebat.* *Censiti Iureconsultis.* *Ex quibus reditus Romanis fuerint.*

B

REDITVS EX RIPIS FLVMINVM qui fuerint, colligimus ex his Herodiani uerbis libro secundo: Vectigalia quoque omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerat, in fluuiorum ripis, in urbium portis, perq; uias & itinera, penitus remisit. loquitur autem de Pertinacis imperio. REDITVS EX METALLIS: hunc ex Macedonia ante imperium constitutum, & Tauriscorum fodinis in Norico acceperant. posterius uerò promotis limitibus, aurū quidem ex Hispania & Dacia, argentum uerò ex Germania petebant. De Macedonia quidem T. Liuius libro quinto Decadis quintæ ita scribit: Metalli quoque Macedonici, quod ingens uectigal erat, locationesq; prædiorum rusticorum tolli placebat. De Tauriscorum aurarijs, Strabonis hæc uerba leguntur libro quarto Geographiæ: Polybius scriptum reliquit, suis temporibus aurifodinas in Tauriscis Noricis, maximeq; penes Aquileiam inueniri, adeò à natura optimas, ut cum à superficie terræ ad duos pedes solum detraxeris, fossile confestim aurum inuenias. Fossam autem non ultra pedes quindecim esse. Aurum ipsum per se purum esse, ad fabæ aut lupini magnitudinem, octaua tantum parte decocta, partim uerò maioris indigere digestionis, ualdeq; utilissimæ. Adiuuantibus autem barbaros Italis, bimestri tempore euestigiò auri precium tertia parte carius uenisse totam per Italiam. Quod ubi Taurisci senserunt, eiectis adiutoribus, solum uenundare. Hac uerò tempestate uniuersas aurifodinas in Romanorum esse potestate. Ex quibus colligitur, Romanos ex Norico mediterraneo, & eo potissimum

Reditus ex fluminum ripis. *Reditus ex metallis.* *Aurifodinæ Macedoniæ.* *Aurifodinæ Tauriscorum.* *Carinthiæ aurifodinæ.*

mum tractu qui à Drauo Aquileiam extenditur, Carinthiæq; atq; Goritiæ communis est, ex auri metallo ingentem censum accepisse. qui tametsi hodieq; Austriæ principibus maneat, maior tamen paulo suprà in finibus Norici Rhœtiæq; ad Athesim & Oenum fluuios, regione uidelicet Teriolis percipitur, ubi cùm argentum affatim, tum uerò Rhenense aurum eruitur probatissimum. Habebant ad hæc Romani aurarias, atq; ex his uectigal & censum colligebant in Hispanijs, quæ in hanc usq; diem manent, & aurum illud celebre Portugallense exhibent. Meminit illorum uerò Cornelius Tacitus libro historiæ Augustæ quarto: Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam, è saxo Tarpeio dejicitur. Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniæ malo uertisse, aurarias eius, quanquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. Præterea Romanis celebres fuisse in Dacia aurarias, inscriptiones testantur, quæ adhuc hodie eruuntur in loco Salatna, qua uoce, Scythica nimirum, aurarias indigenæ appellant. Supersunt etiamnum uestigia, & quædam illarum reliquiæ. Quod uerò ex his rem magnam Romani fecerint, ex eo apparet, quòd Proconsulem in istis aurarijs, præfectumq; hi & collegium procuratorũ, siue publicanorum aluerint: ut ex istis facile monumentis arguere possumus, quæ ibi adhuc extant.

Hispaniæ aurariæ.

Aurariæ Daciæ.

Salatna Transyluaniæ:

D. M.

PRAEF. AVR. SCHLOTNAE.

M. VLPIO AVG. LIB. HERMIAE PROC. AVRARIARVM CVIVS RELIQVIAE EX INDVLGENTIA AVG. N. ROMAM LATAE SVNT.

PRO S. IMPERATORIS COLLEG. AVRARIARVM L. CALPVRNIVS D D.

Fuerunt deniq; & uenæ argenti quondam Romanis memorabiles in Germania, ubi nunc est Hassia, ex quibus lucrum huic populo quoq; non uulgare accessit. Vnde Tacitus libro undecimo Augustæ historiæ: Nec multo pòst Curtius Ruffus, eundem honorẽ adipiscitur, qui in agro Mathiaco recluserat specus quærendis uenis argenti, unde tenuis fructus, nec in longum fuit: ac legionibus cum damno labor, & fodere riuos. Quæq; in aperto grauia, humum infra moliri, quis subactus miles. Et quia plures per prouincias similia tolerabantur, componit occultas literas. Huc pertinet quod Iureconsulti scribunt de metallarijs, hoc est, ad suffodienda damnatis, in tit. ff. de pœnis. & lib. undecimo Codicis, de metallarijs. Cuius etiam mẽtio fit in l. aut damnum. §. inter. eos & §. sequent. ff. eod. Ceterùm notandum hic obiter est, aurariã Iureconsultis alia significatione esse, collationẽ lustralem de rebus promercalibus & uenalitiarijs: quam sustulisse Iustinianũ Imperatorem, lib. XI Codicis ostenditur. REDITVS EX SALINIS, tametsi multis ex locis colligebatur procedente Imperio, quorum autores mentionem nõ faciunt: tamen ante constitutum adhuc Imperium, uectigal ex sale Romanis ingens fuisse, declarat T. Liuius lib. IX Decadis tertiæ: Dum hæc Consules diuersis regionibus agunt, Censores interim Romæ M. Liuius & C. Claudius senatum recitarunt: Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus, notati septem, nemo tamen qui sella Curuli sedisset, sarta tecta acriter, & cum summa fide exegerunt. Viam è foro boario ad Veneris, & circa foros publicos, & ædem Matris magnę in palatio faciendam locauerunt. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Sextante sal & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ precio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi precio prębendum locauerunt. Id uectigal commentum alterum ex censoribus satis credebant, populo iratũ, quòd iniquo iudicio quon-

Metallarij Iurisconsultorũ.

Reditus ex salinis.

A cio quondam damnatus esset, & in precio salis maximè oneratus, tribus, quorum iudicio damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio inditum nomen. Hæc Liuius. Cæterùm censui salino præerat ALASARCHES, latinè salitor, ut Cicero uocat quarto lib. ad Atticum, cuius muneris Iosephus ultimo Antiquitatū libro mentionem facit. Manet hoc etiamnum & uectigal & officium uel in tua ditione REX INVICTISSIME, ita locuples atq; amplum, ut cum quinq; alas per inferiores Austriacas prouincias salitores, hoc est Viennæ, Gmundæ, ad lacum Vsee, in Carinthia, & in Terioli ad Hallam, prouentui rerum tuarum annuo non modica fiat accessio. De salinis & Caius iurecōsultus disputat in l. 1. ff. quod cuius. uiuus. in principio. Deniq; Plinius autor est, An cum Martium regē salis modia sex millia in congiario populo dedisse, salinasq; primū instituisse. Porrò sali in genere præfuisse inuenio, inclinante Imperio, sacrarū largitionū comitem. Vnde Cassiodorus lib. 6 Variarū, in formula largitionum: Salis quoq; commercium inter uestes sericas & preciosissimam margaritam non ineptè tibi deputauit antiquitas, ut sapientiam tuam euidenter ostenderet, cui talis species deputata seruiret. REDITVS EX PECORIBVS, qui ingens adhuc Hungariæ regi Austriæq; archiduci manet, quàm magnus Romanis Augustis fuerit, præsertim in Ægypto, & Augustanica prouincia, ostendit Cor. Tacitus lib. 17, ubi Tiberij Alexandri cuiusdā meminit, qui publicanus huius census cum esset, rem magnam fecerat. De quo loca pariter extant apud Iosephum ultimo Antiquitatum, Eusebium lib. secundo historiæ sacræ, & Iuuenalem hoc uersu:

Atq; triumphales, inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches.

Salinæ, & salitores Austriaci.

Largitionum comes salinis præfuit.

Reditus ex pecoribus Rom. reipub.

Ad huiusmodi Arabarchē alludit Cicero quinta in Verrem: Misit in Siciliam B literas ad Carpinatium, cum esset magister scripturæ, & sex publicanorum. Idem III de Legibus, ex duodecim tabulis hunc scripturæ uocat magistrum. Cicero in epistolis ad Atticum libro eodem, M. Antonium insectanter Arabarchen appellat, quasi Ægyptium publicanum, qui pecuniam conflaret undiq; in suum usum ex telonijs pecuarijs. Extat de eo uectigali siue censu, officioq; Arabarchis, constitutio Impp. Grat. Valentin. & Theod. in Codice, de uectigal. commiss. lib. 4. quę sic habet: Vsurpationem totius licentiæ submouemus circa uectigal Arabarchię, per Ægyptum atq; Augustanicam constitutum, nihilq; super transductione animaliū, quæ sine prohibitione solita minimè permittenda est, temeritate per licentiam uindicari permittimus. Ad huiusmodi deniq; censum adludit inscriptio quę Romæ extat in hæc uerba:

Arabarches.

IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO PIO PERTINACI ARAB. ADIABEN. PARTH. MAX. FORTISS. FOELICISS. PONTI. MAXIM. TRIB. POT. XII. IMP. XI. III. COS. PATRI PATRIAE. IMP. M. AVR. ANTONINO PIO FELICI AVG. TRIB. POTEST. VII. COS. III. PP. PROCOS. FORTISSIMO FOELICISSIMOQVE PRINCIPI ET IVLIAE AVG. MATRI AVG. N. ET CASTRORVM ET SENATVS ET PATRIAE ET IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINI PII FELICIS AVG. PARTHICI MAX. BRITANNICI MAX. ARGENTARII ET NEGOCIANTES BOARII HVIVS LOCI QVI IVRARENT DEVOTI NVMINE EORVM.

Reditū ex uino Romanos uberem habuisse, ex his Flauij Vopisci uerbis in Aureliani Cæsaris historia colligitur: Facta erat ratio dochæ, cuparū, nauium, & operū. Sed multi dicunt Aurelianū, ne id faceret, præuentū: alij, à præfecto prætorij suo prohibitū, qui dixisse fertur: Si & uinum populo Romano damus, superest ut & pullos & anseres demus. Argumento est id uerè Aurelianum cogitasse, imò etiam

Reditus ex uino.

etiam facere disposuisse, uel ex aliqua parte fecisse, quòd in porticibus templi Solis fiscalia uina ponuntur, non gratuito populo eroganda, sed precio. Porrò omnium maximus erat uinalis ex Illyrico petitus census, hoc est, eo tractu qui hodie ex Græcia usque in Bauariam excurrit, & prouentum siue uectigal adhuc Hungariæ Austriæque principibus non contemnendum exhibet. Qua de re Claudianus poeta in Panegyrico secundo in laudes Stiliconis ita canit: A

Reditus ex uino Pannoniæ.

Restituit terras, & opacum uitibus Istrum
Conserit, & patrium uectigal soluere gaudet,
Immunis qui clade fuit. te sospite fas est,
Vexatum laceri corpus iuuenescere regni.
Sub tot Principibus quæcunque amisimus olim,
Tu reddis: solo poterit Stilicone medente
Crescere Romanum uulnus tectura cicatrix:
Inque suos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

Vineta Pannoniæ apud Romanos.

Huc uidetur pertinere quod Vopiscus in Probi uita scribit: Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis hinc permisit, ut uites haberent, uinumque conficerent. Ipse Almum montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum, lecta uite conseuit. Subscribit Aurelius Victor in eiusdē historia: Vineas Gallos & Pannonios habere permisit, opere militari Almū montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorē uineis conseuit. REDITUS EX FRUMENTO quòd Romanis fuerit, utique ex Ægypto, ubi magna quotannis frumēti copia succrescebat, atque fisco nō minimū pecuniæ accedebat, Fla. Vopiscus in Probi historia sic meminit: Extant apud Aegyptū eius opera, quæ per milites struxit in plurimis ciuitatibus. B In Nilo autem tam multa fecit, ut uectigal frumentarium solus adiuuerit. Pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit. Ora fluminum multa patefecit, paludes plerasque siccauit, atque in his segetes agrosque constituit. Huc pertinet illud Cor. Taciti in secundo: M. Syllano & L. Norbano Cos. Germanicus in Ægyptū proficiscitur, leuauitque apertis horreis precia frugū, multaque in uulgus grata usurpauit. Meminit eius rei & Marcellinus lib. 28: Cum Africā pro consule regeret, Carthaginensibus uictus inopia iam lassatis, ex horreis Romano populo destinatis frumentū dedit: pauloque postea cum prouenisset segetū copia, integrè sine ulla restituit mora. Verùm quoniā denis modijs singulis solidis indigentibus uenundatis, emerat ipse tricenos, integrū compendium ad Principis ærarium misit. Lege plura apud Iureconsultos, de uerb. signif. l. frugē pro reditu. REDITUS EX LINO, charta & stuppa, quòd Romanis præterea nō uulgaris extiterit, docet Fla. Vopiscus in historia Aureliani Imp. Vectigal ex Aegypto urbi Romæ Aurelianus, uitri, chartæ, lini, stuppæ, atque anabolicas species æternas cōstituit. CENSUS ex mercibus & mercatoribus, Romanis quoque fuit, utpote in portorijs passim collectus, ingentem reditū, præcipuè ex Sagarijs, Pantharijs, Metaxarijs, atque Mangonibus huic populo faciebant, qui fisco fuerant præfecti. Hinc aurū negociatorium Lampridio in Alexandro dicitur, quod ex negociatorū contributione Principi pendebatur: Aurum & argentū (inquit) rarò cuiquā nisi militi diuisit: nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum cōuerteret, id quod prouinciales dedissent, aurum negotiatorū & coronarium Romæ remisit. Huc pertinet illud Suetonij in Augusto: Qui matresfamiliâs & adultas ætate uirgines denudarent atque perspicerēt, tanquam Thorano mangone uendente. Idem in Domitiano: Castrari mares uetuit, spadonū qui residui apud mangones erant precia

Reditus Rom. ex frumento.

Reditus Rom. ex lino.

Reditus et census ex mercatoribus.

Aurum negociatorium.

Mangones.

A precia moderatus est ad summã quandam. Hæc ille. Erant uerò Mangones mercatores, qui pueros, mancipia, coloribus & fuco adornatos, itemq́ eunuchos uenales proponebant: quo ex quæstu censum Rom. reipublicæ pendebant, ut alij etiam qui ex Asia & Parthia merces in Italiam ferebant. Vnde extat Iureconsultis constitutio, Martiano quidem autore, in l. ultima. ff. de publicanis. Hinc rursus factum est, quòd merx apud Iureconsultos nõ solùm significat species quę emuntur & uenduntur, uerùm actum etiam mercandi & pensionem, reditumq́ annuum: ut est in Cod. de sacrosanct. eccles: & inibi Bartol. in l. iubemus. §. primo. Porrò mercatoris sagarij meminit inscriptio Romæ ęruta:

Merx Iureconsultis.

HIC	SITI	SVNT
L. ARLENVS L. DEMETRIVS NAT. CILIX. NEGOT. SAGARIVS HELINVS.	ARLENA L. L. RVFFA CONIVNX ET CE.	L. ARLENVS L. L. ARTEMIDORVS. NAT. PAPHLAGO MERCATOR SAGARIVS LIBERTI D.

REDITVS ex artificum collegijs & corporibus, Romanis deniq́ quòd fuerit collectus, ostendit hic locus Lampridij in Alexandro, qui sic habet: Braccariorũ, linteonum, uitreariorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum, & cæterarum artium uectigal pulcherrimum instituit, ex eoq́ iussit thermas, & quas ipse fundauerat, & superiores, populi usibus exhiberi. Extat talis & hodie census, uulgo der zinß von den zünfften. REDITVS ex manumissione seruorũ, Liuius libro 7, Decadis primæ: Ab altero Consule nihil memorabile gestum, nisi quòd legẽ nouo exemplo ad Sutrium in castris tributum, de uicesima eorum qui manumitterentur, tulit. REDITVS ex fœnore, de quo Liuius lib. 6 primæ Decadis: Paruo interuallo ad respirandum creditoribus dato, postquam quietæ res
B ab hostibus erant, celebrari ab integro iurisdictio, & tantum abesse spes ueteris leuandi fœnoris, ut tributo nouum fœnus cõtraheretur in murum à censoribus locatum. REDITVS & census ex lupanaribus & meretricibus Romanis quoq́ in usu extitisse, ex hoc Lampridij loco, qui est in historia Alexandri Imp. colligimus: Lenonum (inquit) uectigal & meretricũ & exoletorũ in sacrum ærarium inferri uetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationẽ theatri, circi, amphitheatri & ærarij deputauit. Et hactenus quidem de reditibus annuis Romanis, qui nimirũ plures fuerunt, q̃ hic à nobis sunt cõpendio enumerati. In his uerò colligendis, ueluti in uectigalibus percipiendis, publicanorũ opera intercedebat. Vtebãtur etiam Romani numularijs, argentarijs, trapezitis & dispensatoribus: de quibus operæprecium puto, ut paulo altius historica ex fide dicaẽ. MAGISTRI CENSVS, de quibus Iureconsulti l. fin. C. de iure emphyt. ubi recitatur etiã, quòd instrumẽtum quamuis subscriptum à tabellione, fidem plenam facere nequeat, nisi apud magistrum census in actis insinuatũ sit: uel ubi magister census nõ adsit, sed solum publici tabularij, saltẽ per duos tabularios sit subscriptũ. ARGENTARII, tametsi artifices etiã nominarenẽ, qui ex argento uasa generum uariorũ, supellectilemq́ argenteã conficiebãt: tamẽ frequentiori usu argentarij dicebanẽ, quicunq́ pecuniã argentumq́ tractabãt. erantq́ trium generũ: Primò triumuiri mensarij, ut Liuius uocat, qui pecunias publicas exigebãt ab his qui reditus debebãt, uulgò ein Ainnember: Secũdi generis erãt, qui pecunias sub fide publica permutabãt, aliàs mensarij, numularij, & Græcis trapezitæ & collybistæ, Germanis nobis ein Wexler: Tertij generis argẽtarij fuerunt, qui numos fœnori & suos & aliorũ collocabant, uulgò ein wůchner/der gelt auff interesse auffbringt. Erãt & quarti generis, qui auctionibus & uenditionib. præerãt, quæ in publico fiebãt. Cõtractus quoq́ apud eos celebrati, eorũ Calendarijs inscribebanẽ, quod hodie notariorũ est. Belgis hodie di-

Reditus ex artificibus.
Reditus ex manumissione seruorum.
Reditus ex fœnore.
Reditus ex lupanaribus.
Magistri census.
Argentarij.
Triplices argentarij.

die dicunt Capsores. Atque de his omnib. loca apud authores extant. De primi generis argentarijs intelligenda est Ciceronis epistola, quam ad Augustum Imperatorem scribit, indicans illi ipsi auum fuisse argentarium. Sic Tranquillus M. Antonium scribit, Octauio Cæsari exprobrasse, quòd auum argentarium habuisset ex pago Turno. Idem Cassium Parmensem refert in historijs & epistolis Augustum taxasse, ut numularij nepotem. Huc pertinet illud Ciceronis in epistola, uti diximus, ad Octauium Cæsarem: An esse quendam (inquit) annos XXIII natum, cuius auus fuerit argentorarius, adstipulator pater, uterque uerò precarium fecerit questum. De triumuiris mensarijs T. Liuius lib. 6 Decad. 3 ita scribit: Cæterùm omne aurum, argentum, æs signatum ad triumuiros mensarios extemplò deferamus, nullo antè senatusconsulto facto, ut uoluntaria collatio & certamen reipub. excitet ad æmulandum animos, primum equestris ordinis, deinde reliquæ plebis. Et subdit: In hoc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro Consulibus agerentur. Senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum & æs in publicum conferunt, tanto certamine iniecto, ut prima inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse, ut nec triumuiri accipiendo, nec scribæ scribendo sufficerent. Adludere uidetur ad huius generis siue argentarios siue numularios, Symmachus urbis præfectus, in epist. ad Theodosium Augustum, ubi de sumptu & impensis uehiculi iussi, Augustum rogat: Et ideo (inquit) seculi uestri æquitas imperauit, ut examinata & coperta suggererem, cum fiscus in tempore quod præbendum fuerat, non haberet, ex arca questoria, itemque ex formarum conditis, preterea ex argentariorum parsimonia argentum iusso operi monstratum est: cuius solutio, si carrucæ usus maneret, de thesauris imperialib. iure peteret. Et iterum alia epistola: Sed paulatim auri enormitate crescente, uis remedij diualis infracta est. Et cum in foro uenalium rerum, maiore summa solidus censeat, numularijs precia minora pendunt. Qui locus tametsi de argentarijs etiam mensarijs'ue possit intelligi, tamen uerba præcedentia omnino coarguunt, hæc uerba de primi generis argentarijs, hoc est collectarijs & coactoribus esse accipienda. Ita enim eadem in epistola Symmachus habet: Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca uinaria statutum precium subministrat. Collectariorum meminere Iureconsulti in l. quisquis. C. si cert. pet. Cæterùm de COACTORIBVS, qui argentariorum ministri erant, quales ferè nobis sunt qui uulgo appellant die Absambler, qui in foris de uenalitijs censum colligunt, extat mentio Ciceroni pro Rabirio Posthumo: Non intelligo hoc quale sit, utrum accessionem decumæ, ut nostri facere coactores solent. Sic Suetonius in Vespasiano: Vbi deinde uenia & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit. Horatius primo Sermonum, testatur patrem suum fuisse coactorem. ubi interpretes uersum exposuerunt, coactores mercenarios esse eorum qui habent argentariam. De argentaria Cicero pro Cecinna: Romæ argentariam non ignobilem fecit. Præterea de argentarijs secundi generis, hoc est, mensarijs & trapezitis, uulgò Wexler, qui pecuniam sub publica fide permutant, intelligendus est locus Ciceronis pro Cecinna: Fundus addicitur Ebutio, pecuniam argentario promittit Ebutius. De huiusmodi argentarijs meminit Liuius libro 9 Decadis primæ: Eius triumpho longè maximam speciem captiua arma præbuere, tantum magnificentiæ uisum in ijs, ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur. Huc alludit & Symmachus in epistola ad Valentinianum Theodosium & Archadium: Stetit muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem uelut baiulorum sacræ castitatis alimenta uerterunt. Extat & alius locus Ciceronis de mensarijs in Oratione pro Flacco: Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficientissima literarum, in qua nummus moueri nullus potest, sine quinque prætoribus, tribus quæstori-

Argentarij triumuiri. (margin)

Collectarij. (margin)

Coactores qui fuerint. (margin)

Argentaria. (margin)

Argentarij trapezitæ. (margin)

A — B (section letters in right margin)

A quæstoribus, quatuor mensarijs, qui apud illos à populo creãtur. Sic scribit & Liuius septimo ab Vrbe condita: Solutionem æris alieni in publicam curam uerterũt, Quinqueuiris creatis, quos mensarios à dispositione pecuniæ appellarũt. De huiusce generis argentarijs & Plinij locus lib. 21, cap. 3 accipi debet: L. Fuluius argentarius bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisset. Huc pertinet illud Plauti in Captiuis: Subducã ratiunculam, quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Plura lege lib. 12 Codicis, de cohortalibus. Habebant aũt (ut rectè ait Budæus) numularij, siue argentarij illi, mensarij ue, causam publicam, & rationem accepti expensiq; faciebant, & tam pecuniariam permutationem quàm maiorem negotiationẽ exercebant: quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœneratò interdũ, & interdũ gratuitò. Erant uerò (ne & illud transeam) quatuor Romæ regiones, in quibus mensarij huiusmodi pecuniam permutabant: uidelicet, Suburrana, Esquilina, Collina, & Palatina. *Regiones urbis in quibus erant trapezitæ.*

Superest adhuc, ut quamobrem huiuscemodi argentarij Collybistæ nominati extiterint, ostendam. Collybus sanè genus nummi fuerat, à quo Collybistæ, ut à nummis item numularij, mensisq; quibus nummos tractabant, mensarij nuncupati sunt. Sic Cicero quinta in Verrem: Collybus (ait) est, qui potest, cum utantur omnes uno genere numorũ. Hinc est quoq; quod Iulius Pollux in quarto Onomastici scribit: Collybum uocari, ἀργυρίου ἀλλαγὴν: id est, argenti permutationem, qua mensarij peculiariter utebantur. Non possum hic transire, quod Codex præfecturarũ, qui inclinantis Imperij rempublicam describit, in præfectura prætoria na, reliquis officijs illustribus quatuor numerarios adiungit, quorũ unus auri erat, operarius alter. Idem tres præpositos argentariorũ, siue Branbaricariorũ cõmemorat, Arelatensiũ, Remensiũ, & Treuirorũ. Atq; hæc de secundo illo argen- *Collybistæ.*

B tariorũ genere. Sequitur tertium genus, eorũ qui fœnus publicũ exercebant, uel pecuniã indigentibus alicunde fœnoris lucro accepto cõparabant. Ad hoc alludit Aristophanes in Nebulis, ubi Strepsiadẽ senẽ introducit, qui aliquã sibi optat incantatricẽ Thessalam, quę carminibus lunę exortũ differat. sic enim fore, ut creditoribus suis usuras non reddat, cum argentarij in nouilunio usuras exigãt, & ex neomenijs (ut est in prouerbio) fœnus crescat. Hinc est illud Iureconsulti Pauli in l. centesimis. ff. de uerborũ oblig. Cẽtesimis calendis dari utiliter stipulamur. Præterea ab argentarijs huiuscemodi fœneratoribus, prouerbiũ est illud ortum, Argentariã facere, pro eo quod est usurã exercere. l. argentarius. §. 1. ff. de edendo. Alludit ad huiusmodi argentarios & Plautus Comicus, in comœdia cuius Persa est titulus: Mirum quin tibi ego crederẽ, ut idem faceres mihi quod partim nostri faciũt argẽtarij: ubi quid credideris, citius extemplò à foro fugiunt, quàm ex porta ludis cum emissus est lupus. Cæterùm quo pacto huiuscemodi usura sit publicè administrata ab argẽtarijs, docet Cor. Tacitus lib. 5 historię Aug. Nam primò XII tabulis sancitũ, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletũ agitaret. Dein rogatione tribunitia ad semuncias redacta. Postremò uetita uersura, multisq; plebiscitis obuiam itũ fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes cursum ordiebant. Sed tum Gracchus pretor, cui ea quæstio euenerat, multitudine periclitantiũ subactus, retulit ad senatum, trepidiq; patres (neque enim quisquam tali culpa uacuus) ueniam à principe petiuere: & concedente, annus in posterum, sexq; menses dati, queis secundum iussa legis, rationes familiares quisque componerent. Hinc inopia rei numariæ, commoto simul omnium ære alieno: & quia tot damnatis, bonisq; eorum diuenditis, signatum argentum fisco uel ærario attinebatur, adhuc senatus præscripserat, duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret, sed creditores in solidum appellabãt: nec decorum *Argentarij fœneratores.* *Neomenia.* *Argentariam facere.* *Vsura qualis apud Romanos.*

nec decorum appellatis minuere fidem. Ita primò concursatio & preces, dein stre- A
pere prætoris tribunal, eaq; quæ remedio quæsita, uenditio & emptio, in contrarium mutari: quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam uendendi secuta uilitate, quanto quis obæratior, ægrius distrahebant: multiq; fortunis prouoluebantur. Euersio rei familiaris dignitatem ac famã præceps dabat: donec tulit opẽ Cæsar, disposito per mensas millies sestertio, factaq; mutuandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædijs cauisset. Hæc Tacitus. Huc pertinent & quæ de trientario fœnore scribit Iulius Capitolinus in historia Pij Anton. Idem (inquit) fœnus trientarium, hoc est, minimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Atq; hactenus de argentarijs fœneratoribus. Restant postremi ordinis argentarij, sectores quondam dicti, quos modò Campsores appellant, qui auctionibus & uenditionibus publicis præsidebant, apud quos contractus etiam soliti erant fieri, & conscribi in Calendaria. De quibus Iureconsulti in Cod. si certum petatur. in l. quisquis. Hi & Trapezitę, hoc est à mensa in qua campsabant, & sectores à diuisione rerum uendibilium nuncupabantur. Sidonius lib. 5, epistola ad Aumastum: In quæstionibus bestiæ, in tractatibus cocleæ, in contractibus trapezitæ. Cor. Tacitus libro 18: Eisdẽ ergo aliena sumptibus, quibus sola prodegerant, cum rapacissimo cuiq; ac perditissimo non agri aut fœnus, sed sola instrumenta uitiorum manerent, exactioni triginta equites Romani præpositi, nouũ officij genus & ambitu & numero onerosum, ubiq; hasta & sector & inquieta urbis auctionibus. Meminit huiuscemodi sectorum & Herodianus lib. 2: Romanũ imperium perpetua clarum gloria, quod maiores nostri aut uirtutis aut nobilitatis nomine suscipiebant, hoc uos turpiter fœdeq;, uelut aliquid ex priuatorũ instrumẽto, quasi sectores uendi- B
distis. Alludit ad tales sectiones & Aurelius Victor in historia M. Antonini: Hic cum ærario exhausto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere prouincialibus aut Senatui aliquid uellet, instrumentum regij cultus, facta in foro Traiani sectione distraxit, uasa aurea, pocula crystallina & murrhina, uxoriam ac suam sericam & auream uestem, multa ornamenta gemmarum, ac per duos continuos menses uenditio habita est, multumq; auri redactum. Atq; hæc habuimus quæ de argentarijs ex historica fide poteramus in medium adferre: de quibus hocce Capite idcirco egimus, quod procuratoris dicto tales in prouincijs passim audiebant. Quorum nominatim & uetustatis hæc exempla mentionem faciunt, quæ ex consuetudine nostra subinde Capitibus subijcere solemus.

Argentarij sectores.

De Numularijs, Romæ extra portam S. Pauli:

TELAVIVS GENETHLIVS NVMVL. DE BASILICA IVLIA NATIONE BESS. SIBI ET CONIVGI LIBER. LIBERT. LIBERTABVSQ. DEINCEPS DE DOMO SVA DESCEN. VIVVS F.

Ibidem ad diuam Mariam:

M. VLP. SECVNDIO NVMVLARIO OFF. MONETAE.

De argentarijs & coactoribus, in pago Lubenhaym, prope Moguntiacũ:

CAPITO ARRI: L. ARGENTARIVS NATIONE PANNONIVS ANNO NATVS XXXV HIC SITVS EST DIOMEDES ARRI: SERVVS POSVIT.

Brixiæ Italiæ, ad S. Nazarium:

L. CORNELII IANVARI QVI VIXIT ANN. XVII LANARI COACTOR ET L. CORNELII PRIMION. PATRIS.

Etiam colophonẽ uolebamus capiti imponere, cum mihi occurrũt munia adhuc quædam ad procuratoris prouincialis magistratũ pertinentia: uidelicet auctoris

summarum,

A summarũ,dispensatoris, & zygostatis, de quibus seorsim dicemus ordine. AVCTOR SVMMARVM, ratiocinator erat, qui summas accepti & expensi in librũ referebat, & cõputo semper calculoq; instructus erat. Meminit Suetonius in Domitiano: Erat non solùm magnæ, sed etiam callidæ inopinatæq; sæuitiæ: auctorẽ summarũ pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit, assidere in thoro iuxtà coegit. DISPENSATORES, ab ære impẽdendo nomenclaturã sortiti sunt. nam apud ueteres Romanos, dum asses librales essent, appendebãtur: unde scilicet expensa cõpendia, & dispensatores nominati sunt. Inuenio uerò trium, siue potius duorum generum dispensatores. PVBLICVS, Græcis ταμίας: unde Tamiatici fundi apud Iureconsultos, qui publico dispensatori annuos fructus præstabant, quibus ille exinde in domo Imperatoria dispensabat annua alimenta. Vnde legitur illud Epigramma, ὅτι σύ μοι βιότου τῶν ἀγαθῶν ταμίας. Meminit Lamprid. in Alexandro: Aurum & argentum raro cuiquam nisi militi diuisit, nefas esse dicẽs, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum cõuerteret, id quod prouinciales dedissent. Fortè de hoc genere dispensatoris intelligendus est ille Tranquilli locus in Galba: Et ordinario quidem dispensatori (ait) breuiarium rationũ adferenti, paropsidem leguminis pro sedulitate porrexisse. Sic Plinius lib. 33: Seruus Claudij (ait) Drusillanus nomine, rotundus dispensator Hispaniæ citerioris, quinquagenariam lancem habuit. DISPENSATOR SERVVS, uel amanuensis, qui domibus priuati cuiusq; rem familiarẽ curabat: quos nostra lingua uocamus Procuratores, Schaffner. De quo Suetonius in Galba, cum eius necẽ descripsisset: Serò tandem (ait) dispensator Argius, & hoc & cæterum truncum in priuatis eius hortis Aureliæ uiæ sepulturæ dedit. Confirmat hoc Tacitus, eandem historiam tractans: Galbæ corpus diu neglectum, & licentia tenebrarum pluribus B ludibrijs uexatum, dispensator Argius ex primarijs seruis humili sepultura in priuatis eius hortis contexit. Idem in Nerone: Cæterùm dominis seruorũ minorum indixit, nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis, recepit. Et sic intelligenda sunt monumenta Vetustatis, quæ sunt eruta Romæ:

Dispensator publicus. *Dispensator seruus.*

D. M. S.
CORNELIA Q. L. PSYCHES SER.
MARICIVS MARCIALIS ET SPATA
LVS Q. CORNELI FLACCI DISP.
CONIVGI FIDELISS. FECERVNT.

Torcelli, in Foroiuliensi agro:
CHAERONTI AVG. N̄. DISP.
RAT. COP. EXPED. FEL.
II. ET III. GERM.

ZYGOSTATES, qui rationem ponderum tenebat, curabatq; per ciuitates ut mechanici iusto pondere mercimonia uenderent. ζυγὸς enim Græcis statera est. Sidonius Apollinaris tales uidetur Allectos & Archarios uocare, lib. 5 epistolarũ ad Aumastũ: Hi sunt qui inuident tunicatis ocia, stipendia paludatis, uiatica ueredarijs, mercatoribus nũdinas, munuscula legatis, portoria quadruplatoribus, prædia prouincialibus, flumina municipibus, archarijs põdera, mẽsuras allectis.

Zygostates. *Archarij.*

CAPUT XIIII. DE QVAESTORIBUS PROUINcialibus, eorumq; ærario, & muneribus ad id pertinentibus.



QVEMADMODVM non unum idemq; Romana in republica ærarium fuerat, ita alius atq; alius quæstor extitit. Vrbanum quippe ærarium, quod à loco etiam custodiæ, Saturni nuncupabatur, quæstorem urbanum sortitum est: ueluti principis ærarium, siue fiscus potius, Palatinum quæstorem habebat: necnon militare, quæstorem exercitus: atque prouinciale, prouincialem item

Catalogus & numerus quæstorum.

item quæstorem acceperat. De quibus singulis ad fidem rerum prolixè dicemus, A sumpto exordio à quæstore urbano, qui & omniũ primus Romano populo fuit, & sub cuius cura erant & ærarium Saturni, & quæ ad tale ærarium pertinebant, tabularij, tribuni ærarij, scribæ, sodales, diuisores siue sectores ærarij. QVAESTOR igitur VRBANVS, tametsi ærarij unus quispiam curam gesserit, tamẽ præter hunc & alius capitalis extitit, quem aliàs quæsitorem dicimus, siue indicẽ maleficiorũ, Græcis ἀναχρίτωρ. Fuit & frumentarius alius, & parricidij tertij ordinis aliquis. Atq; de urbano quidem capitali, siue quæsitore intelligenda sunt loca T. Liuij lib. 8 Decadis 4: Iudicijs à Q. Terentio prætore perfectis, Hostilius & Furius damnati, prædes eodem die quæstoribus urbanis dederunt. Idem lib. 9 Decadis 1: Deinde ut quæstioni Campanæ materia decessit, uersa Romam interpretando res: non nominatim qui Capuæ, sed in uniuersum qui usquam coiuissent, cõiurassentq; aduersus Rom. populum, quæri senatũ iussisse. Et subdit: Ipsos adeò dictatorem magistrumq; equitum reos magis quàm quæstores, idoneos eius criminis esse. Scribit autẽ ibi de dictatore creato propter quæstiones exercendas. Tacitus lib. 11 historiæ Augustæ: Digressusq; in urbem, & largitione amens, simul acri ingenio quæsturam, & mox nobiles inter candidatos præturã principis suffragio assequitur. Huc spectat & illud Tranquilli in Tiberio: Et si quem reorum elabi gratia renunciasset, subitò aderat, iudicesq; aut è plano aut è quæsitorum tribunali legum & religionis & noxæ, de qua cognoscerent, admonebat. Autor est Tacitus, olim uiginti quæsitores in urbe solitos creari, postquam tota Italia esset facta stipendiaria. Sedebat autem quæsitor pro tribunali loco edito, & indices in subsellijs inferioribus. Porrò appellabatur & Parricus, & quæstor parricidij: de quo M. Varro: Nec enim omnia erat, idem sacerdos, idem parricus. Huc alludit & Ammianus Marcellinus lib. 14: Bellicosus sanè, milesq; semper, & militũ ductor, sed forensibus iurgijs lõgè discretus, qui metu sui discriminis anxius, cum accusatores quæsitoresq; subditicios sibi consociatos, ex eisdẽ foueis cerneret emergentes. Idem lib. 20: Quibus Imperator assensus, ex opinione pleraq; æstimans, & insidiantibus patẽs, Arbitionem & Florentium officiorũ magistrum quæsitores dederat, spectaturos quas ob res oppidum sit excisum. Et iterum lib. 27: Aduenit successor eius ex quæsitore palatij Vincentius, integer & prudens. Idem lib. 29: Cumq; nihil præter se quisq; cernens, ruinam suam impelleret super aliũ, permisso quæsitorum cœptans dicere Theodorus. Meminit huiusmodi quæstorũ siue quæsitorũ Symmachus, urbis præfectus, in epistola ad Theodosiũ & Archadium Augg. Non magnopere officij mei prætendo responsa, à quo ideo quæsita est rerum fides, ne factum aliquod recordationem quæsitoris effugeret. Describunt talem quæstorem Parricum, siue quæsitorem potius, Iureconsl. lib. primo, ad legem Corneliam de sicarijs. Extat & lex XII Tabularum de his, quæ ita habet: Causis capitalibus præponebantur quasi eorundem quæsitores. Defluxit ad hæc tempora huius quoq; officij umbra quædam, atq; in iudicijs quidem secularibus uocant ein Pantichter, in Ecclesiasticis uerò inquisitorẽ hæreticæ prauitatis. Cæterùm adludunt ad hoc genus quæstoris, siue quæsitoris, & Claudianus poeta libro secundo in Ruffinum, & monumentum Vetustatis quod apud Salonas Dalmaciæ est erutum. quorum habet carmen Claudiani sic:

Nullus honor, uanoq; exutum nomine regem
Proturbat plebeius egens: quæsitor in alto
Conspicuus solio pertentat crimina Minos,
Et iustis dirimit sontes: quos nolle fateri
Viderit, ad mala mox transmittit uerbera fratris, &c.

Quæstor urbanus.

Quæstor capitalis.

Quæstor parricidij.

Inquisitor hæreticæ prauitatis.

B

Ad

A Ad huiusmodi quæsitorem alludit & Prudentius in historia Peristephanon:

Inde furens quæsitor ait, iam tortor ab uno
Desine: si uana est quæstio, morte agitato.

Et iterum in Romano:

Talia canente matre, iam lætus puer
Virgas strepentes & dolorem uerberum
Ridebat: hic tamen cognitor pronunciat,
Claudatur infans carcere.

Exemplum uerò Antiquitatis habet hanc rhapsodiam:

P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVIAE FILIVS CONSI. ET DIDIAE NEPOS BARDI ET DVRICIAE PRONEPOS SCAVRA QVAESTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDARVM TRIB. PLEBIS AEDIL. CVRVLIS IVDEX QVAESTIONIS.

QVAESTOR frumentarius, idem fortè quod præfectus annonæ. Meminit Cicero de Aruspicũ responsis: Saturninũ quæstorẽ à sua frumentaria procuratione Senatus amouit. Huc pertinet & locus ille Vellej Paterculi, cum de Tito Claudio Nerone loquitur, Tiberij Cęsaris patre uero: Quæstor (inquit) undeuicesimũ annum agens, capessere cœpit rempub. maximamq́ difficultatẽ annonæ, ac rei frumentariæ inopiam Ostiæ, atq; in urbe mandato uictricis moderatus est. *Quæstor frumentarius.* QVAESTOR AERARII, qui & præfectus ædis Saturni, in qua scilicet ærariũ urbis fuerat, & conseruandæ atq; inquirendæ pecuniæ, deniq; & erogandæ curã habebat. *Quæstor ærarij.* Quapropter & mulctæ punitorũ à Censorib. apud hos deponebant̃, qui propterea & Ærarij nominabant̃, hoc est, in ærariũ relati. Præterea spolia pecuniasq́ hostiles in bellis à ducibus exercituũ collectas, & qui Romã à procuratorib. prouinciarum reditus missi fuerant, adseruanda accipiebant: quæ non solùm consulibus *Aerarij.* *Rationes muneris quæstoris ærarij.*

B Senatuiq́ requirentibus erogabant ad omnis generis munera persoluenda, uerũ etiam ludis edendis sumptus suppeditabant, iussiq́ legatis exteris dona comparabant. De quo quidem genere quæstorũ hæc loca T. Liuij accipienda sunt, libro 9 Decad. tertiæ: Et prætores diuersi in prouincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionẽ à fossa Græca ad mare uersam uendere quęstores iussi. Idem sub finem libri octaui Decadis quartæ: In bona deinde L. Scipionis possessum, publicè quæstores Prætor misit, neq; in ijs nõ modò uestigium ullum comparuit pecuniæ regiæ, sed nec tantũ redactum est, quantæ summæ damnatus fuerat. Et iterum libro nono eiusdem Decadis, quum de ouatione Manlij Hispaniarum proconsulis loquitur. Tulit coronas aureas quinquaginta duas, auri præterea pondo CXXXII, argenti sedecim millia CCC: & pronunciauit in Senatu, decem millia pondo argenti, & LXXX auri, Q. Fabium quæstorem aduehere: id quoq; se in ærarium inlaturum. Idem libro secundo quintæ Decadis: Quæstores urbani stipendium, uasa aurea Censores acceperunt: eisq́ negocium datum est, ut ponerent ea in quibus templis uideretur. legatisq́ centũ milliũ munus missum, & ædes liberæ hospitio datæ, sumptusq́ decretus, donec in Italia esset. Loquitur autem de legatis Antiochi regis, qui Romam cum muneribus regijs uenerant, quorum erat Apollonius quidam princeps, de quo idem author loco eodem ita nominatim scribit: Et ab Antiocho rege sub idem tempus legati uenerunt, quorum princeps Apollonius in Senatum introductus, multis iustisq́ causis regem excusauit, quòd stipendium serius, quo ad diem, præstaret. Id se omne aduexisse, ne cuius nisi temporis gratia regi fieret. Donum præterea afferre, uasa aurea quingentûm pondo: petere regem, ut quæ cum patre suo societas atq; amicitia fuisset, ea secum renouaretur. Idem libro quinto eiusdem Decadis: Mune-

D ra ex

ra ex Senatusconsulto emere regulo quæstor iussus, ex C. pondo argenti, & prosequi eum Puteolos, omnemq́ sumptum quoad Italia esset præbere. Sic Cornelius Tacitus libro decimotertio historiæ Augustæ, à quæstore ludos procuratos, his uerbis docet: Ne designatis quidem quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset. Et iterum eodem libro testatur, quæstorem mulctam collegisse, atq in ærariũ retulisse: Addidit L. Piso designatus Consul, ne quid intra domũ pro potestate animaduerterent, néue mulctam ab eis dictam quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio tempore cõtradicere liceret. Huc pertinet & illud Vellei Paterculi: Pecunias etiam quę ex transmarinis prouincijs Romam à quæstoribus deportabantur, à nolentibus acceperant. Et iterũ: Tum in comitijs habendis præcipuũ egit consulem. nam & quæsturam petentes, quos indignos iudicauit, profiteri uetuit. Et cum id se facturi perseuerarẽt Consulares, si in campum descendissent, uindictam minatus est. Cæterùm ut ex more munus illud quęsturæ urbanæ monumentis Antiquitatis illustremus, adferemus inscriptiones quasdam:

Romæ, in ecclesia S. Ceciliæ trans Tyberim:

Q. LVCRETIO Q. L. GEMEL
LO VIATORI QVAESTOR.
AB AERARIO Q. LVCRETI-
VS Q. L. CRESTVS VIA-
TOR QVAESTOR AB AERA
RIO PATRONO FECIT.

Comi, in æde Probini:

COLLEG. FABR. P. SEXTILIO
P. F. P. PIMIANO OB QVAESTV
RAM FIDELITER AC LIBERA-
LITER GESTAM ET LVSIAE L.
F. QVINTVLA EIVS ET P. SE-
PTILIO CARPIA-
NO FILIO.

Atq hæc de quæstore ærario, quem ab conquirenda pecunia denominatũ autumo, quam uidelicet cõquirens ex mulctis tributisq́, nec nõ proscriptionibus & manubijs spolijsq́, ęrario inferebat. hęc autẽ Romanis erat in æde Saturni. Cuius causam reddens Plutarchus in Problematibus: An (inquit) ex eo, quòd fama obtinuit, Saturni tempore nec auaritiã, nec improbitatẽ usquã in hominib. fuisse, sed iustitiã & fidem? Aliam reddit Macrobius rationẽ, quòd Saturno in Italia regnante, nullum fuerit furtũ cõmissum. Addit Cyprianus: Saturnũ primũ in Italia æs signasse. Scribunt & alij, quòd Saturno imperante, nihil unq priuatũ fuerit. Cæterùm mentio fit huius ærarij in æde Saturni cõstituti, in quod uidelicet quæstores mulctas, tributa & spolia hostilia, manubiasq́ siue pecuniam hostilem ex uictoria comparatã referebant, summamq́ in tabulas scribebant, apud Liuiũ lib. 7. Dec. 3. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Consulibus, aurũ uicesimariũ, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruaretur, promi placuit. Et iterum lib. 8. eiusdem, de Scipione loquens: Senatu misso urbem est ingressus, argentiq præ se in ærariũ tulit quatuordecim millia pondo CCCXLII, & signati argẽti magnum numerũ. Et rursus 10 eiusdẽ Decad. Per eosdem dies legati Saguntini cõprehensos cum pecunia adducentes Carthaginenses, qui ad cõducenda auxilia in Hispaniã traiecissent, ducenta & quinquaginta auri, octoginta pondo argenti in uestibulo curiæ posuerũt. Idem lib. 9. Deca. 4. Verũenimuero cum sint notissimæ sibi cum cõsule inimicitiæ, quid ab eo quenq posse æqui expectare, qui per infrequentiam furtim factum, ad ærariũ detulerit. Et rursus lib. 1. Decad. 5: Comitijs perfectis Appius Claudius Cento, ex Celtiberis ouans cum in urbem iniret, decẽ millia pondo argẽti, quinq millia auri in ærariũ tulit. Idem 5. lib. eiusdẽ Dec. cum de triũpho ob Macedonicũ bellũ P. Æmilio concesso scribit, in oratione Seruilij: Quò signa aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantũ argenti celati,

Aerarium Romanum in æde Saturni.

tantum

A tantũ auri, tanta pecunia regia: an noctu tanq̃ furtiua in ærariũ deportabant? Intelligit porrò idem Saturni æerariũ Tacitus lib. 13: Burrus quis reus, inter iudices sententiã dixit, exiliũq; accusatori irrogatũ, & tabulæ exustæ sunt, quibus oblitterata ærarij monumẽta retrahebat. Cic. de Legibus: Qui agent auspicia, seruanto: auguri publico parento: promulgata proposita in ærario cognita agunto. Et de hoc ærario illud quoq; Cæsaris lib. 1. belli Ciuilis est accipiendum: Quibus rebus Romã nunciatis, tantus repentè terror inuasit, ut cum Lentulus cõsul ad aperiendum ærarium uenisset, ad pecuniam Pompeio ex S.C. proferendam. Huc alludit & Symmachus urbis præfectus in epistola ad Theodosium Augustum: Sed cum & tempus reparationis esset emensum, & pœnam probationis aut expectasset, aut sumpsisset ærarium. Deniq; depingũt scitè Saturni ærarium, quod Romæ erat, Lucanus poeta tertio Pharsaliæ, & monumentum Vetustatis quod Mediolani extat de Plinio iuniore:

Libertas experta uirum, pugnaxq; Metellus
Ut uidet ingenti Saturnia templa reuelli
Mole, rapit gressus, & Cæsaris agmina rumpens,
Ante fores nondum reseratæ constitit ædis.
Usqueadeò solus ferrum mortemq; timere
Auri nescit amor. —

C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR LEGAT. PROC. PRO. PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG. GERMAN. CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM ET PRAE-
B FECT. AERARII SATVRNI PRAEF. AERARII MIL. QVAESTOR IMP.

Atq; hæc de Saturni ærario. Cæterùm ab ærario nominabantur & puniti, siue mulctati, & milites qui inde soluebantur, una dictione Ærarij: præterea ministri illius, composita uoce Tabularij ærarij, Tribuni ærarij, Sodales ærarij, & Scribæ ærarij. DE AERARIIS quidem, hoc est mulctatis, & in ærarium relatis, eiusq; tabulas scriptis, intelligenda sunt hæc Titi Liuij loca libro nono Decadis tertiæ, sub finem: Deinde M. Liuius in ærarium uenit, & prætor Metiam tribum, quæ se nec condemnasset, neq; condemnatum Consulem aut censorem fecisset, populum Romanum omnem, hoc est quatuor & triginta tribus ærarios reliquit: quòd innocentem se condemnassent, & condemnatũ Consulem & censorem fecissent, neq; inficiari possent aut iudicio semel, aut comitijs bis ab se peccatum esse. Inter quatuor & triginta tribus, & Caium Claudiũ ærarium fore. Quòd si exemplum haberet, bis eundem ærarium relinquendi, Claudium nominatim se inter ærarios relicturum. Et iterum libro quarto eiusdem Decadis: His superioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuq; moti, ærarij omnes facti. Neque senatu modò, aut equestri ordine regendo cura se Censorum terruit, nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpserũt, qui quadriennio nõ militassent, quibus neque uacatio iusta militiæ, neque morbus causa fuisset: & ea supra duo milium nominũ in ærarium relata, tribuq; omnes moti. Idem libro secundo quintæ Decadis: Concors & è Republica censura fuit, omnes quos senatu mouerunt, quibusq; equos ademerunt, ærarios fecerunt, ex tribu mouerunt. Et rursus libro quinto eiusdem: Plures quàm à superioribus & Senatu moti sunt, & equos uendere iussi, omnes ijdem ab utroque & tribu remoti & ærarij facti sunt. Atque hi qui-

Aerarij.

Aerarij inclinantis imperij. hi quidem Liuio ærarij sunt: cæterùm apud inclinantis Imperij autores, ærarij erant, qui munera de fisco edebant. Hinc est illud Lampridij in Alexãdro: Ærarios uerò instituit, qui de ære fisci ederent munera. A

Tribuni ærarij. TRIBVNI AERARII, posterius præfecti ærarij dicti, qui fuerint, fortè dubiũ alicui est. Hoc ut diluatur, audiamus Tullium in lib. Epist. ad Atticum primo: Non enim unquam turpior (inquit) in talario consessus fuit, maculosi senatores, nudi equites: tribuni nõ tam ærarij, ut appellantur, quàm ærati. Huc pertinet & locus A. Gellij, qui est lib. 7. Noct. Attic. cap. 10. Pignoris capio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, uocabulum seorsim fit: per quod satis dilucet, hanc capionem posse dici, quasi hanc captionẽ, & in usu & in pignore.

Præfecti ærarij. Meminit porrò præfecti ærarij Fla. Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris, in textu epistolæ cuiusdam quam ex archiuis inserit Valerianus Augustus, Aelio Xifidio præfecto ærarij: Aureliano, cui consulatũ detulimus, ob paupertatẽ qua ille magnus est, cæteris maior, dabis ad editionem Circensiũ aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia. Ex quibus uerbis colligimus, Tribunũ suum præfectum ærarij fuisse, qualem hodie per Austriæ Bauariæque ditiones Vicedominum appellant. Quæstoribus uerò nostri Cameræ senatores possunt comparari. Atque ad huiusmodi ærarij siue tribunum, siue præfectum, aut etiam curatorẽ, adludunt monumenta Vetustatis quæ in agro Mediolanensi apud oppidum Lauda & Tiburi eruta sunt, quorum rhapsodia hæc est:

PHILVMENVS SACERD. LAVR. LAVIN. SIGILLVM CVM ARA, HVIC ARAE SVPERSINT ET SCRIPTVR. EIVS VETVSTATE CORVT. RENOVAVIT VOTO SVSCEPTO.

C. IVLIVS C. F. P. AL.
RVFFENS TRIB. MILITVM BISFANI CVRATOR V. Q. AB AERARIO SATVRNI.

L. D. D. D.
GEMMINIVS L. FILIVS MESIVS VIVIR. CVRATOR AERARII MEDIOL. HERCVLI.
V. S. L. M. B

Tabularij ærarij. AERARII TABVLARII, curæ habebant tabulas, quibus nomina punitorum proscriptorumque, & summa mulctæ memoriæ ergò adnotabatur. Erat quoque numerus pecuniæ ab hostibus uictis relatæ in his descriptus. Habebant autem præter tabularum curam, ijdem in ærario urbis tabularij (qui posterius etiam in prouincias transmigrarunt) hoc peculiaris officij, quòd nomina in lucem editorum, censumque, & quantũ quisque posset profiteri, præscribebant in tabulis, adeò ut nomina unicuique in lucem uenienti apud ærarios tabularios edebantur, quod Christianis nobis in sacro baptismate fit. Qua de re Cor. Tacitus lib. 13. historiæ Augustæ ita scribit: Dein princeps curam tabularũ publicarũ à quæstoribus ad præfectos transtulit. Variè habita, ac sæpe immutata eius rei forma. nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos: dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero prætorum qui præessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tum Claudius quæstores rursum imposuit, ijsque ne metu offensionũ segnius consulerent, extra ordinẽ honores permisit. Huc facit, quod Iulius Capitolinus in Gordianis scribit: Tantum autem Antoninos dilexit, ut sibi quoque (ut multi dicunt) Antonini, ut plerique autẽ asserunt, Antonij nomen descripserit. Iamque illud satis constat, quod filium Gordianũ nomine Antonini, & signo illustrauit, cum apud præfectũ ærarij more Romano professus filium, publicis actis eius nomẽ insereret. Idem in historia Marci Cæsaris: Inter hæc liberales

causas

A causas ita muniuit, ut primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni, unũquemque ciuium natos liberos profiteri, intra tricesimũ diem nomine imposito. Et iterum, ut appareat in prouinciarum ærarijs eundem tabulariorum usum extitisse, atque ipso adeò Augustorum comitatu: Per prouincias (inquit) tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij. Vt si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret: atque hanc totam legem de assertionibus firmauit, aliasque de mensarijs & auctionibus tulit. Meminit tabulariorũ huiusmodi & Marcellinus libro 16: Extant denique eius edicta in tabularijs Principis publicis condignè scriptis, memoria delata narrandi extollentium semet in cœlum. Et iterum lib. 28: Maximinus regens quondam Romæ uicariã præfecturã, apud Sopianas Valeriæ oppidum obscurissimè natus est, patre tabulario præsidialis officij. Porrò meminit tabularum ærarij & T. Liuius lib. 6 Deca. 3. In hæc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro Consulibus agerentur. Senatu inde misso, pro se quisque aurum argentum & æs in publicum conferunt, tanto certamine iniecto, ut prima inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse, ut nec triumuiri accipiẽdo, nec scribæ referendo sufficerent. Et iterum sub finem Decadis eiusdem libri noni: Duodecim deinde coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus censum receperunt, ut quantum numero militum, quantum pecunia ualerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Et sic intelligunt loca Suetonij, quorum unus est in Augusto: Tertio breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario & fisco, & uectigaliorũ residuis. Alter locus in uita Vespasiani sic legitur: sed mox ingenuum & ciuem

Tabularij prouinciales.

B Romanum recuperatorio iudicio pronunciatum patre asserente, Flauio Liberali Ferenti genito. Cæterùm (ne & illud omittam, quod maximum Tabulariorum munus erat) Liberalis causa dicebatur, quãdo alicui mouebatur quæstio status, seruus an liber esset: ut si quis dolo malo uel in seruitute, uel maior uiginti annis passus se uenundari sit, preciumque acceperit. his enim proclamatio ad libertatem non dabatur. De qua re Iurecõsulti in titulo uulgato, ff. quibus ad libert. proclam. nõ lic. Hinc liberali causa manu asserere, uerba iuris sunt (Donatus inquit) à quibus etiã Assertores dicuntur, uindices alienæ libertatis. Nam & causa ipsa liberalis dicitur, quæ actionẽ in se continet libertatis. Sic liberale iudiciũ, eisdem Iurecõsultis est, cum quis aliquem uindicat in libertatẽ. Ad huiusmodi tabularios prouinciales subinde alludit Cassiodorus, & potissimũ libro quinto, in epistola Theoderici regis ad Seuerianum Sueuiæ præfectũ: Hanc quoque partem non æstimes intelligendam, ut si hoc quod tabularius à cubiculo uestro suscepit rationabiliter, non docetur expensum, ab iniusto retentatore reddatur. Itaque ex tabulis ærarij cognoscebatur & ratio status cuiusque, & ætas, & nominis origo. Quæ consuetudo, cum alijs innumeris, à Romanis & ipsa ad Francos multis postea seculis deuoluta est, apud quos nimirum lex Salica de seruis & liberis tractans, nominatim sic habet: Si autem se defensauerit, liber permaneat: & ille qui eum uoluit inseruire, CC solidis Regi, XLV illi qui defensatur, iudicetur. Si autem homo donatiatus absque liberis discesserit, non alium quàm fiscum nostrum hæredem relinquat. Et eadem lex Salica de Tabularijs sic habet: Hoc etiam iubemus, ut qualiscunque Francus, Riboarius, seu tabularius, seruum suum pro animæ suæ remedio, seu pro precio secundum legem Romanam, liberare uoluerit, ut eum in ecclesia coram presbyteris, diaconibus, seu cuncto clero & plebe, in manum episcopi seruum cum tabulis tradat. Et episcopus archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua ecclesia uiuit, scribere faciat, & tam ipse quàm omnis pro-

Munus tabulariorum ærarij quod fuerit.

Liberalis causa apud Iurecõsultos.

Lex Francorũ de causa liberali & tabularijs

procreatio eius liberi permaneant,& sub tuitione ecclesiæ consistant:uel omnem A redditum status, aut seruitium tabularij eorum ecclesiæ reddant. Et nullus tabularius donarium ante regem iactare præsumat. quod si fecerit, CC solidis culpa iudicetur: & nihilominus ipse tabularius, & procreatio eius tabularij persistant, & omnes redditus status eorum ad ecclesiam reddant: & non alibi nisi ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant. Quòd si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra episcopum defensare uoluerit, LX solidis mulctetur,& insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiæ restituat: quia illicitum ducimus, quod ecclesijs concessimus, iterum ab ecclesijs reuocare. Nemo seruum ecclesiasticum absque uicario libertum facere præsumat. Tabularius autem qui absque liberis decesserit, nullum alium nisi ecclesiam relinquat hæredem. Quod si quis tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas irrumpere uoluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roborauerunt, episcopum uel regem accedat, & testes quod sciunt dicant. Quòd si ille qui causam prosequitur, acquiescere noluerit, tunc tabulæ in præsentia iudicis perforentur, & archidiaconus in præsenti sacramento fidem faciat, & sibi septimus super septem noctes perconiuret, cum ipsis testibus qui tabulas conscripserunt, quod ipse tabularius secundum legem Romanam, legitimè fuisset ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui causam prosequitur, in præsenti constringatur, ut se ante iudicem repræsentet,& ad partem ecclesiæ centum solidis culpa iudicetur,& unicuiq; de testibus XV solidis,& archidiacono XLV solidis,& nihilominus tabulæ stabiles permaneant. Quod si archidiaconus ista adimplere contempserit, & auctorem suum, qui eum ingenuum dimisit, non inuenerit, tunc tabularium ipse archidiaconus cum XLV solidis, & cum omnibus rebus suis proprio domino studeat restituere. Et unusquisque de testibus XV solidis iudicetur. Quòd si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, causam prosequitur, similem mulctam sustineat, sicut superius scribere iussimus: & B insuper ab ecclesiæ limitibus repellatur, usquequo proprio domino ipse satisfaciat. Quod si quis tabularium ex seruo alieno facere præsumpserit, tunc ille cuius seruus est, super illum dimittere debet. & si tabularius est, uel Regius seu Romanus homo qui hoc fecit, super septem noctes: si Frãcus, super XIIII noctes, de manu in manum ambulare debet. Si autem tabularius ancillam regis, aut ecclesiasticam, seu ancillam tabularij in matrimoniũ sociatus fuerit, ipse cum ea seruus permaneat. Si autẽ tantum mœchatus fuerit, septimo dimidio solido culpa iudicet, aut cum sex iuret. Quòd si tabularia hoc fecerit, ipsa & generatio eius in seruitio iudicetur. Si autem tabularius ancillam Riboariam acceperit, non ipse, sed generatio eius seruiat. Si ecclesiasticus Romanus uel Regius homo ingenuam Riboariam acceperit, aut si Romana uel regia seu tabularia ingenuum Riboarium in matrimonium acceperit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur. Quod si quis rursus hominem regium tabulariũ, tam Baronem quàm & feminam, de mundoburde regis abstulerit, XL solidis culpa iudicetur. Similiter & ille qui tabularium uel ecclesiasticum Baronem, uel feminam, seu Baronem de mũdoburde ecclesiæ abstulerit, LX solidis culpa iudicetur, & nihilominus generatio eorum in mundoburde regis seu ecclesiæ reuertatur. Hæc ex legibus Francorum Salicis: quę eo prolixius adducere placuit, ut lectori constaret, primũ, morem profitendi causam liberalem apud tabularios ærarij, à Romanis ad Francos fuisse deuolutũ: deinde uerò tabularium actiuè & passiuè nominatum, tam illum qui tabulis præerat, & qui nomina ingenuorum inscribebat, quàm eum qui ingenuus erat, & in tabulas ex professione relatus fuerat. Apparet autem ex modò adductis legibus Francorum, Romanam hanc consuetudinem non quidem ubique apud Francos,

sed in

A sed in ecclesia mansisse: fuisseq; discrimen inter Francos tabularios & Riboarios, quanquam inter hos ingenui omnes essent. Et uerisimile est, nobilitatem libertatis Francos retinuisse: post hos fuisse Romanos ingenuos, qui ecclesiæ seruiebãt, quos lex tabularios more Romano appellat. Apparet etiam, in ecclesiis archidiaconos tabularij siue tabularum ærarij præfecti uicem sustinuisse: Ingenuos denique ex Francorum gente, Barones fuisse nuncupatos, qui in hunc usque diem durant, & uulgò dicuntur die Freiherren. Post quos proximi erant ecclesiarum liberi, quos tabularios passiua uoce appellant: hoc est, in tabulas relatos, quorum posteritas sunt nobiles equestris generis, qui in hunc usque diem multa ab ecclesiis feuda possident: de quibus in omnibus uetustioribus cœnobiorum fundationibus, siue exordijs, crebra ubique mentio occurrit. Porrò à Romanis ad Francos usum tabularum huiusmodi uenisse, & ipsa legis Salicæ uerba testantur, quæ nominatim Romanæ legis meminerunt. Et plenius coarguit Sidonius Apollinaris, eius seculi autor, quo primùm Franci cœperunt rerum potiri in Gallijs: qui libro quarto Epistolarum, epistola ad Petreium: Sed & ille suspiciebat (inquit) hunc granditer, habens in eo consiliarium in iudicijs, uicarium in ecclesiis, procuratorẽ in negocijs, uillicum in prædijs, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem: sic utriq; ab alterutro usq; ad inuidiam exempli mutua fide germanitatis officia restituebantur. Atque hæc de tabularijs ærarij. Fuerũt enim & alij tabularij, quemadmodum Scotus in codice Noticiarũ sub dispositione uiri spectabilis castrensis, tabularium dominicum & tabulariũ dominæ Augustæ cum chartulario scrinio & pædagogijs collocat. Similiter Iureconsulti in lege ultima, ff. si mens. fal. mod. dix. ubi Vlpiano tabularius est ratiocinator, qui in tabula nomina & rationes obseruabat: Ego, inquit, & aduersus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellit.
B Meminerunt & tabularij loci, in quo tabulæ publicæ seruabantur, Paul. in l. si mihi Meuia. de Legatis tertio: In fundo (inquit) uno ex his qui prælegati sunt, tabularium est. Sic tabulam figere, interpretantur Iureconsulti, quum debitor abesset, prius quàm ex edicto bonorum eius possessionem ceu cõtumacis, & in fraudem latitantis, prætor concederet. Ad eius domum cum testibus creditor accederet, & eo non inuento, eius ædibus tabulam præfigeret, fortè ne quid interim asportaretur, eamq; rem in testationem redigeret. Ex quibus uerbis colligimus, eam consuetudinem, quæ in iudicijs Austriæ apud nos etiamdum durat in cogendis debitoribus, & uulgò gentilitia lingua appellatur, den vrlaubbrieff nemen, haud multo diuersum fuisse à tabularum præfictione, quæ Romanis in usu fuit. Cæterùm de tabularum cæteris generibus, hoc est, matrimonialibus, censualibus, & proscriptionum, dictum à nobis est copiose inter initia huius libri, capite secũdo.

Baronum origo. *Nobilium origo apud Francos.* *Tabularij iureconsultorum.* *Tabularius locus.* *Tabulam figere.*

Superest, ut ex more tabularios ærarij cùm urbis Romæ, tum prouinciarũ exterarum, ipsiusq; adeò comitatus Augustalis, Vetustatis exemplis adornemus:

Pætouione Styriæ:

PRO SALVTE ET VICTORIA IMP. CAES. L. SEPTIMII INDVLGENTIS: IANVARIVS LIB. ADIVTOR TABVL. PP.

Mediolani, in monasterio ad portam Vercelleñ.

ATILIVS A. F. CRESCENS V. P. EX TABVLARIO PALATINO, QVI VIXIT IN HOC SECVLO ANNOS XXVII MENS.

Polæ in Histria:

DIIS MANIBVS EVPHEMI. AVG. LIB. TABVLARII ARMONIATA ET GYMNAS FILIAE PIISSIMO PATRI.

Sectores siue diuisores ærarij. Sequuntur iam SECTORES, siue diuisores ærarij, quos nondum deprehendi qui fuerint. Constat autē duplices fuisse: alios bonorū proscriptorū, qui uidelicet bona cōdemnatorum innocentiū ciuium sectabant, ut Asconius interpretatur: alios item, qui publicè supellectilia uenalitia campsabant, atq; taxabant, ijs qui pluris emerent concedentes: de quibus abundè superiori cap. cum de argentarijs atque mensarijs ageremus, disseruimus. Iam igitur sectores in ærario, fuerint'ne qui bona proscriptorū mulctatorum'q; relata in ærarium uendebant publicè per uocatā Belgis campsationē, uel qui ipsi eadem emebant, nō sanè ausim affirmare. Meminit uerò huiusmodi sectorum, sectionis'q; ærariæ, cumprimis ipse maximus autorum M. Tullius Cicero, lib. Epist. ad Att. 1: Consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negocium dicitur, & domi diuisores habere, quod ego nō credo. Huc pertinent & loca Taciti lib. 13: Pius (inquit) accusationis auctor extitit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus, & tum uanitatib. manifestus. Et iterum lib. 17: Et Cecinna iam alpes transgressus, extimulabat pridie Idus Mart. cōmendata patribus Reipub. reliquias Neronianarū sectionū nōdum in fiscum cōuersas, reuocatis ab exilio concessit. Alludit ad huiusmodi sectores Eusebius in uita Constantini: Ea in cōfessione (inquit) bonis spoliati sunt: siue fide nunc; prodita istis sectoribus, ignotas sedes habitarunt, sua'q; reliquerunt: siue qui minimè capitis arcessebantur, eandem tamen fecere iacturam bonorum. A

Collectarij. COLLECTARII, ijdem qui Coactores, qui in auctionibus reliqua publicanorum solebant emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procrastinationem nequirent exigere. Meminerunt Iureconsulti l. quisquis. C. si cert. pet. Græci hos uocant ἀφελκτας, ἀποδεκτῆρας, ταμίας, & ἀγυρολόγους.

Scribæ quæstorij. SCRIBAE questorij, uel ærarij, qui & Scripturarij, & Librarij dicebātur, qui expensa illata'q; in ærarium referebant in librum: quales hodie sunt, qui scribæ Cameræ appellantur. Meminit Suetonius in Claudio: Item scribam quæstoriū, item'q; Prætura functum, senatores inauditos & innoxios relegauit. Et iterū in uita Vespasiani: Nec quid'q; amplius quam questorio scribæ olim Cato, cū esset quæstor, scribas, qui prius domini erant, ministrorum cœpit loco habere: ex quibus unum præterea ut inutilem accusauit, & loco remouit. Atq; hactenus de quæstore urbis Romæ, ipsius'q; ærario, quod Saturni in æde erat. Cui prætorē pariter præfuisse, ex his Cornelij Taciti uerbis colligimus: Fortè eisdem cum quæstore auspicijs, secutū aliud certamen, inquit. Prætores ærarij (nam tum à prætoribus tractabatur ærarium) publicani paupertatem questi, modum impensis postulauerant. Huc facit & inscriptio monumenti, quod Salonæ apud Dalmatas est erutum: B

P. AQVIVS SCEVAE ET FLAVIAE FILIVS CONSI. ET DIDIAE NEPOS BARDI ET DVRICIAE PRONEPOS SCAVRA QVAESTOR DECEMVIRATVM LITIVM IVDICANDAR. TRIB. PL. AEDILIS CVRVLIS IVDEX QVAESTIONIS PRAETOR AERARII PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINVIT.

Sequitur nunc QVAESTOR PALATINVS, qui in comitatu Augusti erat, & fiscum, hoc est ęrarium ipsius Principis procurabat, quod Sacrū nuncupabat: qui & Administrator sacri ęrarij, & Candidatus quęstor appellabat: & (ut Vlpianus est autor) epistolas Augustorū in senatu legebat, à candida ueste qua peculiariter erat conspicuus, sic nominatus. quo functus est apud Iustinianū Imperatorē officio Tribunianus, inter togatos primus, ut est apud Suidā. Pyrrhus iureconsultus Cancellario nostro talē uidet quæstorē cōferre. de quo extat locus apud Suet. in Augusto, cap. de Infortunio: Lucis'q; usu nō adeò fractus, de filia absens, ac libello

per

A per quęstorē recitato, notum Senatui fecit. Huc pertinet locus Symmachi, quondam urbis Romæ præfecti, in epistolis: Scio te (inquit) nō fortunarū habere delectum, sed meritorū. Romanus familiaris meus, aulicis etiā nūc paret officijs, utpote sacri administer ærarij. Et iterū in epist. ad Valentinianū Augustum: Ergo & nunc libens sume sacro ęrario decreta subsidia, & futuris processibus Imperij tui. Et iterū alia epist. ad Theodosiū: Cum clementia uestra meminisset, faciendæ carrucæ impendiū de sacro ærario esse decretū, censuit, ut eius argentū publicis cōditis redderetur. Describit huiusmodi quæstorē Cassiodorus lib. 6 Variarū, cum formulam quæst. describit. O quàm arduum est subiectum, uerba dominātis assumere, loqui posse quod nostrum credatur, & profecti in publicum decorē gloriosam facere felicitatē. Considerate quid decoris? si quid dubitamus, à quæstore requiramus, qui est thesaurus famæ publicæ, armarium legum, paratus semper ad subitū. Et ut ait Tullius, magister eloquentiæ, nihil præstabilius uidet, q̃ posse dicendo tenere hominū mentes, allicere uoluntates, impellere quò uelit, unde autē uelit deducere. Nam si oratoris est proprium grauiter & ornatè dicere, ut possit animos iudicū cōmouere: quāto facundior debet esse, qui ore principis populos noscit admonere? ut recta diligant, peruersa cōtemnant, bonos sine fine laudent, pessimos uehemēter accusent: ut penè feriata sit distinctio, ubi præualet eloquentię fortitudo. Sit imitator prudentissimus antiquitatis: mores alienos corrigat, & suos debita integritate custodiat. Talem deniq; optimū esse quæstorem, qualem portare principis decet imaginē. Alludit ad huiusmodi quæstorem & lib. 5. in epistola ad Senatum urbis: Aestimare quid de illo debeat iudicari, qui tanti particeps sit secreti, ab ipsa legum peritia postulatur. Illuc uota cōfluunt supplicantiū. Et quod est omni thesauro preciosius, penes ipsum ciuitatis nostræ fama reponi-

B tur. Quæstore iusto innocentū conscientia fit secura: improborū tantū uota redduntur anxia. Et cum malis surripiendi spes tollitur, unicuiq; propria iura custodit, pecuniæ cōtinens, æquitatis profusus, nescius decipere, promptissimus subuenire: ingenio principis seruit, quod uniuersa superat: illius ore loqui cogit, cui nullus similis inuenitur. hæc ille. Ex quibus rursus liquet, quē modo Cancellariū dicimus, quæstorē candidatū Romanis fuisse. Separat hunc quæstorem à cæteris idem lib. 8 Variarū: Eloquentiæ uerò bona ineptum est in quæstore prædicare, cum ad hoc specialiter probetur ascitus, ut opinionē temporū cōmendet qualitate dictorum, alijs cum iudicibus prouinciarū cōmittatur exactio, alijs priuati ærarij custodia delegatur: hinc autē aulicæ famæ insignia reponunt. Ex quibus liquet, Talem quæstorē ærarij posse conferri huic muneri, quod hodie in aula tua, REX INCLYTE, Cameræ præsidentem appellant, subintellige aulicæ, quæ propriè non ærarium, sed FISCVS receptis autoribus appellatur. Vnde est illud Plinij in Panegyrico ad Traianum: At fortasse nō eadem seueritate fiscum, qua ærarium, cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm publico credis. Et de isto ærario siue fisco intelligenda sunt loca autorum, Taciti libro primo: Primam ac uicesimam legiones Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit, turpi agmine, cum fisci de Imperatore rapti inter signa, interq; aquilas ueherentur. Huc pertinet illud Ciceronis secunda in Verrem: Reperiebam fiscos quamplures, cum pecunia Siciliensi à quodam senatore ad equitem Romanū esse translatos: ex his quasi decem fiscos, ad senatorem illum relictos esse comitiorum nomine. Et iterum: Ei quoq; negocio fisci Sicilienses minabantur. Ex quibus uerbis liquet, & fisci etymon à fiscis, uidelicet uasis sparteis uel uimineis, quibus ruri utensilia ferebant agricolæ, defluxisse. Vnde est illud Columellæ libro duodecimo: Tum diligenter mundatum, protinus in torcular deferri, & integram in fiscis

Officium quæstoris Palatini.

Quæstor candidatus hodie Cancellarius.

Præsidens Cameræ aulicæ.

Fisci imperatorij.

Fisci rustici.

Fiscus principis.

fiscis nouis includi. Cæterùm fiscum Principis fuisse ærarium, Tacitus ostendit lib. 5: At Romę principio anni quasi recens cognitis Liuiæ flagitijs, ac nō pridem etiam punitis, atroces sententiæ dicebantur, in effigies quoq; ac memoriā eius, & bona Seiano oblata, ærario ut in fiscum cogerentur, tum retulere Scipiones. Et rursus eodem lib. Hinc inopia rei nummariæ, cōmoto simul omniū ære alieno. Et quia tot damnatis, bonisq; eorum diuenditis, signatum argentum fisco uel ęrario attinebatur. Idem libro 18: Et Galbæ reditus Lugdunensium occasione iræ in fiscum uerterat. Huc pertinere uidetur quod Velleius Paterculus scribit, Cæsarē Iulium referens, cum bellum aduersus Pompeium appararet, magnam uim pecuniæ in æde Iouis Romę asseruasse: alludens nimirum ad Imperialem fiscum. Meminit fisci in hac significatione & Suetonius in Augusto, cum de testamento illius agit: Legionarijs trecentos nummos, quam summam repræsentari iussit. nam & confiscatum semper, repositumq; habuerat. Alludit ad eundem fiscum, Principis uidelicet, uel sacrum ærarium, Satyricus hoc carmine, *Res fisci est ubicunque natat*: significare nimirum uolens, Principis esse omnia in mari preciosa. Scitu atque memoratu dignum & illud est Hadriani Imperatoris dictum, ut Dion scribit. nam cum corriperetur ab uxore Plotina, quòd calumnijs suorum procuratorum prouinciæ diuexarentur: mox detestari cœpit improbas exactiones, fiscum lienem appellando. Sicut enim crescente in corporibus nostris liene, actus reliqui tabescunt: ita turgente Principis fisco, reliqua membra ciuitatis meritò tabescunt atque ægrotant. Atque hæc de Principis fisco, siue ærario sacro, quod Persis appellari Gazophylacion Iosephus author est. Vlpianus præterea Iurisconsultus in lege secunda, §. hoc interdictum. Ne quid in loco publico fiat: fiscum Principis & ærarium distinguit. Apparet tamen apud eosdem Iureconsultos, in titulo de Iure fisci, & fiscalibus debitoribus & exactoribus, fiscum pecuniam etiam publicam nominari. Et quanquam fiscum cum ærario subinde Iureconsulti confundunt, tamen ut appareat ærarium publicum aliud quid à Principis repositorio fuisse, innuit apertè his uerbis Dion in historia Hadriani: Romā ubi uenit, continuò per edictum condonauit omnia debita, siue ea pertinerent regi, siue ad ærarium. Sic Ælius Spartianus: Damnatorum bona in fiscum priuatum redigi uetuit, omni summa in ærario publico recepta. Huc facit & illud Iulij Capitolini in historia Marci Cæsaris: Fisco in caussis compendij nunquam iudicans fauit. Fla. Vopiscus in Aureliano: Monetarij, ait, autore Felicissimo, ultimo seruorum, cui procurationem fisci mandaueram, rebelles spiritus extulerunt. Meminit & Herodianus libro historiæ suæ primo: Quoniam ærarium quoque principalis pecuniæ nobiscum est omne, ad hæc patris tui memoria æternum apud posteritatem quamlibet fidem atque beneuolentiam roborauit. Atque hactenus de fisco Principis, cui Camera nostrorum potest Augustorum comparari. Pertinebat uerò ad fiscum Principis & cursus publicus, & massa cùm auri tum argenti, quas prouinciæ quædam pro tributo pendebant, quæ Massaritiæ Iurisconsultis dicuntur. Vnde Codex Scoti in descriptione Præfecturarum Romanarum, Scrinij meminit ad auream massam. De qua re & ille intelligendus est Symmachi locus, in epistola ad Theodosium Augustum: Nam Scyrtius V.P. ereptam sibi partem Cæsarianæ massæ crebra additione conquestus, quum integrationem status quam amiserat impetrasset, hæredes Thesei qui reluctarentur obiecti sunt. Et iterum: Et reuera cum posteriora gesta pro indiuiso sex uncias massæ in eos collatas esse testentur, intelleximus partem donatoris exceptam. CVRSVS FISCALIS, à fisco quemadmodum denominatus erat, ita sub fisco eiusq; quæstore fuit. cuius cursus uestigia etiamnum in Cameris Austriæ principum uidemus, in ue-

Confiscatū, pro eo quod est in fisco repositū.

Cursus publicus. Massaritiæ prouinciæ.

Cursus fiscalis.

redarijs

A redarijs illis quos uulgò Camerpotten, hoc est fisci tabelliones uocamus, qui & ipsi acceleratis itineribus in prouincias ablegant, & mutatis ad festinationẽ iumentis cursum perficiunt: quemadmodum qui Postam, ut nos loquimur, equitant: qui cursus publicus olim, & Clauicularis appellabatur. Meminit uerò cursus fiscalis Aelius Spartianus in historia Hadriani: Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere grauaretur. ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam quæ fisco debebatur, priuatis debitoribus in urbe atq; Italia, in prouincijs uerò etiã ex reliquijs ingentes summas remisit. Porrò meminere cursus publici subinde inclinantis Imperij authores, quum de equis dispositis, & mutatis ad festinationem iumentis loquuntur. Capitolinus de Pertinace: Deinde præfectus cohortis à M. Aurelio Imperatore, & præside Syriæ, q̃d sine diplomatibus cursum usurpauerat, ab Antiochia ad legatum suum ire coactus est. Ammianus Marcellinus libro XX. Cuius post abitum bene Iulianus cogitãs, & prudẽter, sciriq; uolens quòd præsenti pepercisset, charitates eius cum re familiari intacta, publico cursus usu permisso ad Orientẽ redire tutius imperauit. Et iterum libro XXI: Quo rumore perculsus præfectus prætorio Taurus, ut hostem uitans externum, maturè discessit: uectusq; mutatione celeri cursus publici, transitis alpibus Iulijs, eodem ictu Florentiũ itidem præfectum secum adduxit. Idem lib. XX, Clauicularẽ hunc cursum appellat: Quo textu ad Comitatum perlato, lectoq;, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familijs eos ad orientem proficisci præcepit, clauicularis cursus facultate permissa. Meminit huius cursus & Sidonius Apollinaris lib. 1. epistola ad Heroniũ: Egresso mihi Rhodanusiæ nostrę mœnibus, publicus cursus usui fuit, utpote sacris apicibus accito, & quidem per domicilia sodalium propinquorumq;. Recenset & codex Præfecturarum Scoti curiosum unum cursus publici. Cassiodorus lib. 5 Variarum, in

B epist. Theoderici regis ad Mannilam Saionem, cursum publicũ & equos cursuales magisterio officiorũ subijcit, & huic in formula magisterij scribit libro sexto: Veredorũ quinetiam opportunã uelocitatẽ, quorum status semper in cursu est, diligentię suæ districtione custodit, ut solicitudines nostras, quas cõsilio iuuat, beneficio celeritatis expediat. Sunt uerò qui initia huius cursus, alij quidẽ à Cyro, alij à Xerxe, regibus Persarũ, alij deniq; ab Augusto petant, ueluti Tranquillus. Xenophon quidem lib. 8. uidetur Cyro ascribere: quẽ refert uidelicet, ut celerius sentiret ea quæ maximis locorum interuallis distabant, stabula equorum tantum separata fecisse, quantum itineris die unus equus facere posset. Quibus locis non solum equos constituerat uelocissimos quosq;, uerùm etiã equorũ custodes: quibus & uirũ addiderat, qui esset aptus ad literas accipiendas quæ ferebantur, easq; tradendas: quiq; reciperet equos defatigatos, atque homines, & alios recentes substitueret. Atqui Herodotus, antiquus & ipse author, in Vrania, initia huius per equorum mutationẽ festinantiæ, à Xerxe Persarũ rege deducit, in illa memorabili fuga Persarũ, cum uicti à Leonida & Themistocle in Græcia, nõ sine dedecore fugam domum maturassent. Trepidum quippe & omnia timentẽ Xerxem, equites per interualla sic disposuisse, diei itinere ab inuicẽ remotos, ut sicubi Græci Persas insequi cogitarent, primus indicare secundo, secundus tertio posset, & ita in infinitum. Quòd uerò Augustus quoque Cæsar hunc cursum instituerit, uel saltem renouauerit intermissum, aut in ordinem denique redegerit (quod nostra memoria Maximilianum constat Cæsarem fecisse) testatur Suetonius in Augusto ita scribẽs: Et quo celerius, ac sub manũ adnunciari cognosciq; posset, quid in prouincia quaq; gereretur, iuuenes primò modicis interuallis per militares uias, dehinc uehicula disposuit. Commodius id uisum est, ut qui à loco ijdem

Cursus clauicularis.

Origo & initia cursus publici.

perferunt literas, interrogari quoq;, si quid res exigat, possent. Hæc Tranquillus, A
à quo uidetur T. Liuius dissentire, qui multo ante Augusti tẽpora huiusmodi mutationis iumentorũ, accelerationis gratia, atq; equorũ dispositorũ, apertè meminit. Siquidem lib. 6. Decad. 3. ita scribit: Romanis Tragillanus nuncius, diem noctem'q; itinere cõtinuato, ingentem attulit terrorẽ, tumultuosius q̃ allatum erat, cursus hominũ affingentiũ uana. Et rursus lib. 7. quartæ Decad. T. Sempronius Gracchus longè tũc acerrimus iuuenũ ad id delectus, per dispositos equos propè incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam peruenit. Idem lib. 2. quintæ Decadis: Legati qui repentè aliquò mitterẽtur, singula iumenta per oppida iter qua faciendum erat imperabant. Ex quibus luce clarius apparet, longè ante tempora Augusti Cæsaris cursum publicũ Romanis fuisse usurpatũ. Qui quanto semper usu huic populo extiterit, hi declarabũt autores, qui eius res gestas adnotarunt. quos inter, nominatissimus Cor. Tacitus, in uita Iulij Agricolæ ita scribit: Supremo quidem die momẽta deficientis per dispositos cursores nunciata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audiret. Herodianus lib. 2. historię Augustæ, de Macrino fugiente locutus: Famam quoq; (ait) suæ fortunæ præueniens: quippe ingenti studio cõmilitones uehicula urgebant, quasi Macrino adhuc rerum potiente magnis de rebus mitterentur. Sic Ammianus Marcellinus lib. 14. scribit: Pandente itaq; uiam fatorum sorte tristissima, qua præstitutum erat eum uita & imperio spoliari, itineribus interiectis per mutationem iumentorũ emensis, uenit Pætouionẽ oppidum Noricorũ, ubi reseratæ sunt insidiarum latebræ omnes. Et subdit: Inde alijs super alia urgentibus literis exire, & decem uehiculis publicis, ut pręceptum erat, usus, relicto palatio omni præter paucos thori ministros, & mensæ, quos aduexerat secum, squalore concretus celerare gradum compellebatur. Idem lib. 15. sequenti: Nondum apud Noricum B
exuto penitus Gallo, Apodemius quoad uixerat, igneus turbarum incentor, raptos eius calceos uehens, equorũ permutatione ueloci, ut nimietate cogẽdi quosdam extingueret, præcursorius index Mediolanũ aduenit. Et iterum, sub finem lib. 21. de Concilijs episcoporũ tractans, quæ sub Constantio Cæsare multa celebrata sunt: Christianã religionẽ absolutam & simplicẽ anili superstitione cõfundebat, in qua scrutanda perplexius, q̃ componenda grauius, excitauit dissidia plurima, quæ progressa fusius aluit cõcertatione uerborũ, ut cateruis antistitũ iumentis publicis ultro citro'q; discurrentibus per Synodos quas appellãt. Huius historiæ cursus'q; publici meminit & Eusebius in uita Constantini: Hoc unusquisque dum enitit, occupat alios Imperatoris libello. Hic Hierosolymã eundum esse properè dixit: ita Phœnicia profecti, opera publica ad cursum usi sunt. Cæterũ nõ solùm Constantini seculo cursum publicũ fuisse in usu, uerùm etiã Zenone & Anastasio per Sueuiam quoq; parochos fuisse, colligi potest ex his uerbis Cassiodori lib. 5. Variarũ, in epist. Theoderici regis ad Seuerianũ v. s. Sueuiæ præpositũ: Iudices quoq; prouinciæ, uel curiales atq; defensores, tam de cursu q̃ de alijs rebus illicita dicunt possessoribus irrogare dispendia. VEREDI, qui à cursu Græcis dromanarij, latinè cursuales proprio uocabulo nominabant. De quib. Cassiodorus lib. 14. sacræ historiæ: Inuenit Theodosius (inquit) quendam uirũ animo habitu'q; corporis fortissimũ, qui tanta uelocitate ueredos agebat, ut tribus dieb. perueniret ad terminos Romanorũ & Persarum, & rursus totidem remearet ad Constantinopolim. Porrò huic Palladius erat nomen: unde nimirũ Palladij equi dicti sunt Iurecõsultis, & paraueredi, parangariati. Meminit ueredorum idem Cassiodorus lib. 2. Variarũ cognitionũ, in epist. Theoderici regis ad Dromanarios: Et ideo Comiti sacrarum largitionũ nostra præcepit autoritas, ut in Hostiliensi loco constituti

Vetustas cursus publici.

Vsus cursus publici apud Romanos.

Parochi cursus publici.

Veredi.

A constitui debeatis, quatenus fiscali humanitate recreati, excursus cum ueredarijs per alueum Padi more solito faciatis: ut diuiso labore, equis publicis debeat subueniri: quando cursus uester nō atteritur, qui per uias liquidas expeditur. Et iterum lib. 4. eiusdem: Illustris & magnifici uiri Comitis patrimonij suggestione cōperimus, Dromanarios uiginti & unum de cōstituto numero mortis incōmodo fuisse subtractos. Idem lib. eodem, in epist. ad Godiscalcum Saionem: Legatorū itaq; uestrorū suggestione comperimus, cursuales equos frequēti usurpatione fatigari. Et quos nos publicis necessitatib. cupimus custodiri, in usum cognouimus priuatæ uoluntatis assumi. Et iterū lib. 5: Excedentiū improbam præsumptionem tali te precipimus districtione resecare, ut siue Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra aut eorum quorū interest euectione ueredum presumit attingere, per unum equum centū statim solidos à te cogatur exoluere. Et de illis quoq; pari securitate censemus, qui supra euectionū numerum cursuales equos usurpare præsumūt. CABALLATIO, à caballis uidelicet, quo nomine cursus publicus apud Francos nominabatur: ut appareat, REX INVICTISSIME, non minus & hunc morem dispositorū equorum in cursu publico à Romanis ad Francos tuos peruenisse. Iureconsulti lib. XII Codicis, titulo de Annona militari, Caballationis uerbo utūtur pro munere publicos equos alendi ad cursum publicū, quod modò Postæ magisterium uocatur. Luidbrandus Ticinensis, quem sub Othonibus floruisse constat, Caballicatarum literarum meminit: nimirum alludens ad eas literas, quas cursores publici in caballis per itinera mutatis perferebant, uulgò die brieff so man auff der post bringt. Sed placet autoris huius uerba inserere, quæ libro historiæ eius tertio extant, capite XIIII. Arnoldus Boiariorum & Charentanorum

Cursuales equi.

Euectio in cursu publico.

Caballatio.

Publicus cursus à Romanis ad Frācos peruenit.

Caballicatæ literæ.

B dux, cuius superius fecimus mentionem, cum non multum ab Italia longè distaret, collectis copijs, quatenus Hugoni regnū auferret, aduenit. Qui Tridentinam ea ex parte primam Italiæ Marchiam pertransiens, Veronam usque peruenit. In qua à Milone comite atq; Rhatherio episcopo libenter, ut qui eum inuitarant, suscipitur. Quod rex Hugo ut audiuit, collecto exercitu ei obuiam tendit. Quumq; eodem peruenisset, & caballicatas, ut uulgo aiunt, circumcirca dirigeret, &c. Cæterū parangaria Persica uoce cursus publicus uocabatur: & paraueredi propriè dicebantur, qui ultra ordinariam cursus publici functionem negociatoribus & alijs inseruiebant, qui absq; diplomate hūc usurpabant, der Kauffleüt post. Equidem extant nobis Austrijs omnes illæ quatuor cursus accelerati rationes. Primò nanq; fiscus suos habet cursores & ueredos, quos appellamus Camerpotten. Deinde & equites mutatis iumentis literas in aulam, & ex aula Regis in Italiā & Belgas usq; celerrimo itinere perferunt, uulgo die post/die postpotten. Manet & tertium genus, potissimum in Hungaria & Austria inferiori, quod per uehicula uelocia usurpabatur, & barbara uoce Gotschiwagen/Gotschipfert nuncupantur. Sunt & parauerèdi, nobis der Kauffleüt post vnd kundtschafft. de quibus locus Cassiodori libro quinto Variarum est accipiendus: Parauerèdorū subuectiones exigere eos, qui habent ueredos adscriptos, prouincialiū querela comperimus, quia nullum penitus sinatis præsumere: quando per turpissimos quæstus & possessor atteritur, & cōmeantium celeritas impeditur. Præterea quemadmodum ratio cursus publici quondam sub fisco, eiusq; præfecto quæstore candidato fuerat (quem uel Cancellario nostri temporis, uel Cameræ superintendenti comparauimus) ita in hanc usq; diem postam hi dirigūt, soletq; illius magister siue præfectus cùm Cameræ Imperialis iudicis in Germania, tum Cancellarij Cameræq; superintendentis dicto audire: & literas in cursu publico allatas his ipsis, quos diximus, uiris, & non alijs reddit. Denique sunt in cursu nostro publico, ueluti

Parangaria.
Parauerèdi.

Qui hodie cursui publico præsint, ut quondā etiam.

& olim erant, Saiones, siue curiosi, parochi, portitores, tabellarij, tractatores, hippocomi, & parippi. CURIOSI, qui posterius SAIONES à Theoderico rege Gothorum regnante in Italia cognominati sunt, hodie Magistri pastorum, quorum subinde meminit Cassiodorus in lib. Variarum cognitionū. Codex præfecturarū unum generalem curiosum cursus publici enumerat, & per singulas prouincias singulos. Erant autem nō multum inferiores his, quos tempore Valentiniani primi, Gratiani, Theodosij, Arcadij & Honorij, Agentes in rebus uocabant Romani. Preerant autem cursui publico, & negocia Principis per cursum publicum expediebant, & res omnes ad præfectos prætorio curiamq; Principis referebant. Vnde & nomenclatura illis accessit: quales hodie Turcarum tyranno uocantur Zausij: etsi uolumus ad nostram transferre rempublicam, quales penè sunt apud nos qui uocantur nuncij Cameræ. Cassiodorus libro quarto, in epistola Theoderici regis ad Godiscalcum saionem ita scribit: Legatorum atq; nostrorum suggestione comperimus, cursuales equos frequenti usurpatione fatigari. Et subdit: Nullum præterea saionum discursus facere patiaris, sed ad causam ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere, uel redire: quibus in superiorem mulctam cadat interdicta frequentia paripporum. Quinetiam onera centum librarū nullus excedat. Expeditos enim properare mittendarios uolumus, non migrare censemus. PAROCHI, tametsi nostro seculo, qui olim Chorepiscopi erant, nominantur, erant tamen Romanis in publico cursu mansionum præfecti, qui & equos dispositos & cibum currentibus præbebant, quales hodie sunt qui inferiores postæ magistri dicuntur, da die post ligt. Meminit M. Tullius Cicero lib. 13. Epistolarum: Ariarathes Ariobarsani filius Romam uenit, uult opinor regnum aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Omnino eum Sestius noster parochis publicis occupauit. Quòd quidem facilè patior. Veruntamē quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per literas, ut apud me diuersetur. Huc alludit & Horatius primo Sermonum:

Proxima Campano Ponti qui uillula, tectum
Præbuit: & parochi, quæ debent, ligna salemq;. Et iterum:
—Vertere pallor Tum parochi faciem.—

Vbi Porphyrio in Cōmentarijs, parochos dispositos in uia, ligna & salem ijs præbere solitos scribit, qui reipublicæ causa peregrinabantur, alias Copiarij dicti. Atque inde factum est, ut metaphoricè omnes qui publicos cibos ministrabant, non quidem ueredarijs, sed in ciuitatibus passim, ut hodie sunt quos nostra lingua appellat, die eyn pfründt geben, parochi sint appellati. Hinc est illud Pomponij Læti in Constantino: Qui comitibus & ducibus pro augmento Imperij consenuerant, dabantur agri uillæq;, ut necessaria suppeteret quoad uiuerēt, Parochias uocabant. Meminere in hoc significatu parochorum & Iureconsulti in Authenticis Iustiniani, his uerbis: Coloniarum ius est (inquiunt) ueluti si domum ualentem centum solidos, & præstantem pensionem solidorum decem, aliquis acceperit ab ecclesia, uel pro ea solidos tres singulis annis se daturum pensionis nomine, ubi eam redemerit fortè minori precio, spondeat. Iste autē appellatur Parochos.

Fuerunt & parochi alia uoce Græcis dicti paranymphi, qui sponsam ducebant, ut Suidas tradit. Vnde scribit Pausanias, cum noua nupta ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsam solitam, & in eius medio collocatam, ab una parte maritum, ab alia parochum, qui sibi affinitate proximus esset. Cæterū quòd uox ista postea Chorepiscopis sit tributa, arbitror ex eo factum, quòd publicum cibum, hoc est sacram eucharistiam administrarent ijs, qui illi in cura animarum subiecti

Marginalia: Saiones. — Saionū munus quod fuerit. — Mittendarij. — Parochi. — Parochi uocabulū latè patet — Parochiæ Cæsarum. — Parochi paranymphi in nuptijs. — Parochi Chorepiscopi uillarū & oppidorū. — A — B

A subiecti essent. Vnde legitur in Canonico iure, decẽ homines facere parochiam.

TABELLARII serui cursus publici uocabãtur, qui in ueredis siue equis dispositis currebant: uulgò die postknecht, à tabellis duplicatis, hoc est diplomate dicti, quo erant insigniti, cuiusq; autoritate & inspectione cursum usurpabant. qua de re prolixè capite quarto huius egimus. Meminit Herodianus lib. tertio historiæ: Quare tabellarios aliquot ex his qui literas Imperatorias perferunt, fidissimos sibi homines, cum literis mandatisq; ad eum mittit. Et iterũ libro quarto: Has igitur literas, ut mos est, cum reliquis obsignatas, dat ignaris qui ferrent tabularijs. Illi consueta usi itineris celeritate, ad Antoniũ perueniunt. quo ille potissimum tempore ad aurigandum se parabat, ac iam currum conscenderat: ita ei reddunt integrum epistolarum fasciculum, in quibus erant & literæ quæ ad Macrinum pertinebant. Huc pertinet & locus Iulij Capitolini in Marco philosopho, & alter Marcellini libro uicesimosecundo, qui sic habet: Additisq; festinando itinere noctibus, prouinciarũ militiæq; rectoribus insinuare noui principis scripta, omniũq; sententijs occultius sciscitatis remeare uelociter cum responsis, ut comperto quid in longinquis agatur, principatus roborandi matura consilia quęrantur, & cauta. Hæc tabellarios fama prægrediens, index tristium casuum uelocissimè per prouincias uolitabat. TRACTATORES, qui habebant tractatoriam licentiam adducendi equos in cursu publico: de quibus Iureconsulti duodecimo Codicis, titulo de tractatorijs & statiuis. HIPPOCOMI, qui equos dispositos in mansionibus curabant, ἀπὸ τοῦ κομίειν, id est, nutriendo, recensentur Iureconsultis in l. non patimur. libro XII Codicis. PARIPPI, qui præter numerũ in tractatoria comprehensum, uehicula & equos agebant: quod nostro tempore, qui aliquo loco

B sunt, & aliquò accelerant, in usu habent, wan einer durch die post reyset. Meminerunt Iureconsulti eodem duodecimo Codicis, in l. parippũ. licet falso Parphippũ legatur. Meminit & Suidas in dictione παριππεύσαντες. Et Iulianus in epistolis de his subscribit, ἄξει δέ σε δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ, καὶ παρίππῳ. id est, Ducet te publicus cursus, uno utentẽ uehiculo, & parhippo uno. Fit mentio præterea Parhipporum hoc significatu à Cassiodoro libro quinto Variarum: Et de illis quoq; pari securitate censemus, qui supra euectionum numerũ cursuales equos usurpare prẹsumunt: parhippis quinetiam nõ ultra centum libras iubemus imponi. Atq; hæc cùm de cursu publico, tum de fisco, sub quo is cursus & equi dispositi fuerunt. Quem ut Vetustatis exemplis adornemus, libet ex more rhapsodias quorundam monumentorum subnectere:

Tabularij cursus publici. *Tractatores.* *Hippocomi.* *Parippi.*

VIAM FECI AB REGIO AD CAPVAM, ET IN EA VIA PONTES OMNES MILIARIOS TABELLARIOSQ. POSEI HINCCE SVNT NONCERIAM MEILIA LI. CAPVAM XXCIIII MVRANVM LXXIIII CONSENTIAM CXXIII VALENTIAM CLXXXII AD FRETVM, AD STATVAM CXXXII, REGIVM MEILIA CCC ET IDEM PRAETOR IN XXII SICILIA FVGITIVOS ITALICORVM CONQVESIVI, REDDIDIQ. HOMINES CCCCXV.

Monumentũ de tabellarijs cursus publici.

Pertinent ad cursum publicum & STRATORES: hi erant, quos Princeps mittebat ad ciuitates, necessitate aliqua, quibus in cursu publico parochi cogebantur mutare equos. Atque hæc de Palatino quæstore dicta sufficiant. Sequitur quæstor prouincialis. Quæstor igitur PROVINCIALIS fuit, qui limitaneis militibus stipendia à procuratoribus accepta numerabat, expositaq; & accepta in librũ referebat. Vnde ait Budæus in Annotationibus prioribus, ad titulum De officio

Stratores cursus publici. *Quæstor prouincialis.*

quæstoris: Olim horum munus erat, inquit, uectigalia populi Rom. in prouincia exigere, stipendia militibus prebere, singulaq́ꝫ excepta expensaq́ꝫ rationibus inserere: multas quoq́ꝫ pecunias tam Romæ quàm in prouincijs exigere, & in publicas tabulas notare, omniúmq́ꝫ pecuniarũ rerumq́ꝫ notas & illustres rationes dare, illasq́ꝫ cõfectas & consolidatas absolutasq́ꝫ per scribas suos in ærarium deponere. Allu dit uerò ad huiusmodi quæstorem prouincialem Cicero in Oratione pro Murena: Quæstores (inquit) prouincias sortiebantur. T. Liuius lib. 3. Decadis tertiæ, loquens de Marcello, qui apud Nolam rem cõtra Hannibalem gerebat, in adhortatione eiusdem: Itaq́ꝫ macte uirtute esto (inquit) apud me tibi omnis honos atq́ꝫ omne præmium erit: & quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atq́ꝫ emolumento esse. Lętoq́ꝫ iuueni promissis, equum eximium dono dat, legatosq́ꝫ quingentos quæstorem numerare iubet. Huc pertinent & loca Cornelij Taciti, libro quarto historiæ Augustæ: Et erat ijsdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia ueteri ex more Calles euenerat. Idem in uita Iulij Agricolæ: Sors quæsturæ prouinciam Asiam, proconsulem Saluium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est, quanq́ꝫ & prouincia diues, ac parata peccantibus, & proconsul in omnẽ auiditatem pronus. Et sic intelligenda sunt loca Velleij Paterculi: Reliquias legionum C. Cassius, atrocissimi mox autor facinoris, tum quæstor conseruauit, Syriamq́ꝫ adeò in populi Romani potestate retinuit. Et iterum: Quæstor, necdum senator, æquatus senatoribus, etiã designatis tribunis, plebeij partem exercitus ab urbe traditi, ab Augusto perduxit ad filium eius. In quæstura deinde remissa sorte prouinciæ, legatus eiusdem ad eundem missus. Meminit quæstoris prouincialis & Herodianus libro septimo historiæ Augustæ: Siquidem suspectans ne ille suis incœptis fortiter resistendo, cæteros quoq́ꝫ metu perterritos à se auerteret, mittit prouinciæ quęstorem, adolescentem audacissimum, corpore ualidum, atque ætate florentem, promptumq́ꝫ ad omne periculum pro se suscipiendum, traditis centurionibus ac militibus nonnullis: cui etiam literas dedit obsignatas duplicibus tabellis, per quas arcana occultaq́ꝫ negocia significare Imperatores consueuerunt. Sic Spartianus in uita Septimij Imp. Acta igitur quæstura Sardiniensi, legationem proconsulis Africæ accepit. Lampridius in Alexan. Quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, ut post quæsturã præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Huc respicit & Marcellinus lib. 14: Eoq́ꝫ tempore Taurus quæstor ad Armeniam missus confidenter, nec appellato eo, nec uiso transiuit. Et rursus lib. 26: Suspectas morborum causas inuestigandas acerrimè, Vrsatio officiorum magistro Dalmatæ Crudo, & Iuuentio Sisciano quæstori tunc commiserunt. Meminit huiusce muneris & Sidonius Apollinaris lib. quinto, epistola ad Papianillam: Rauenna ueniens quæstor Licinianus, cum primùm tetigit alpe transmissa Galliæ solum. Et iterum in Panegyricis idem sic canit,

Munus quæstoris prouincialis.

Sic precio non capta fides erat, ille quòd olim
Quæstor consulibus tractabat publica iura
Aere suo, tantumq́ꝫ modum seruabat, ut illum
Narraret rumor iam rebus parcere nati.

Porrò quæstor Prouincialis, quemadmodum & Vrbanus, propriũ ærarium quisq́ꝫ sua in prouincia habebat: in qua & tabularios scribas, ac ea omnia ministeria subiecta habebat, quibus in urbe quæstor ædis Saturni imperabat. Hinc est illud Capitolini in M. Cæsaris historia: Per prouincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud prefectos ærarij, ut si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalẽ diceret, testatiões inde ferret:

A ferret: atq; hanc totam legem de assertionibus firmauit, aliasq; de mensarijs & auctionibus tulit. Sic habebat quęstor prouincialis, perinde ut urbanus militarisq;, arcas quæstorias, triclinia rationalia, formarum conditas, & tesseram nũmariam.

ARCAE QVAESTORIAE ET CONDITARVM meminit Symmachus urbis præfectus, libro Epistolarũ secundo ad Theodosium Augustum: Cum fiscus in tempore, quod præbendũ fuerat, non haberet, ex arca quæstoria, itemq; ex formarum conditis, præterea ex argentariorũ parsimonia argentum iusso operi ministratum est. Paulus Iureconsultus de legat. 3. Conditum definit, quod abscondite in aliquo loco seruatur. Idem diuersam esse causam scribit earum quæ sint in condito. DE TRICLINIO RATIONALI Marcellinus libro 15: Inter quos, inquit, facilè Paulus & Mercurius eminebant, hic origine Persa, ille natus in Dacia: notarius hic, ille minister rationalis triclinij. TESSERA NVMMARIA erat symbolum, quo exhibito quæstori, eiusq; rationali, repræsentabatur pecunia. Meminit Suetonius in Domitiano: Dieq; proximo omne genus rerum missilia sparsit. & quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestres & senatorij ordinis pronunciauit. Cuius hic est sensus: Cum maior pars missilium decidisset inter plebeios, Domitianus ad cõsolandum equestrem ordinem & senatorium, uoluit, ut quinquagenæ tesseræ per singulos cuneos equestres & senatorios adsignarent. Huc fortè potest retorqueri, quod Dion in Adriano de tessera donatiuorum scribit: Per natales dies spectacula gratis populo diuidebat, ferasq; multas confodi iussit, ut semel leones centum, & totidem leænæ conciderent. Dona per tesserulas separatim uiris & separatim mulieribus in theatro & in circo dedit. Atq; hactenus de prouinciali cùm ærario, tum uerò quæstore. Superest hoc Capite quæstor adhuc militaris, eiusq; ærariũ, B & stipendiorum militarium rationes. Sed placet prius prouinciale ærarium Antiquitatis exemplis illustrare, quæ apud Mediolanum extant:

Arcæ quæstoriæ. *Formarum condita.* *Triclinium rationale.* *Tessera nummaria.*

L. GEMINVS L. F.
MESSIVS VIVIR
CVRATOR AERA-
RII MEDIOL. HER
CVLI. V. S. L. L. M.

P. VRSIO SEX. F. POLLIONI PATRI
VETTIAE LEPIDAE MATRI P. VRSIO
P. F. PAVLO VIVIR. IVN. FRAT. CVR.
AERARII P. VRSIO AELIANO PIISSI-
MO VRSIA P. F. PRISCA.

In agro Comensi:

L. APITIO BRVTIDIO SOTERICHO VIVIR. VRB. QVAESTO
RI ANNI PRIMI CVR. PRAESIDI ET ALBVTIAE SEX. FIL.
EXORATAE EIVS CENTVRIA CENTONAR. DOLA-
BRAR. SCALARIOR. L. D. D. D.

MANVBIAE, pecuniæ propriè dicebantur, ex præda uendita collectæ, & in ærarium redactæ, ut est apud A. Gellium lib. 13. Noct. Att. cap. 24. Sed aliud omnino præda, inquit, ut in libris Rerum uerborumq; ueterum scriptum est, aliud manubiæ. nam præda dicitur corpora ipsa rerum quæ capta sunt: manubiæ uerò appellatæ sunt, pecunia à quæstoribus ex uenditione prædæ redacta. Vtrunq; ergo dixit M. Tullius cumulandæ inuidiæ gratia, Decemuiros ablaturos persequuturosq; prædam, quæ nondum esset uenundata, & pecuniã quæ ex uenditione prædæ percepta esset. Itaq; hæc inscriptio quam uidetis ex manubijs, non res corporaq; ipsa prædæ demonstrat (nihil enim captum est horum à Traiano ex hostibus) sed facta esse hæc comparataq; ex manubijs, id est ex pecunia prædatitia, declarat. Manubiæ enim sunt, sicut dixi, nõ præda, sed pecunia per quæstorẽ populi

Rom. ex præda uendita cōtracta. Quòd per quæstorē dixi, intelligi nunc oportet A præfectū ærarij significari, nam cura ærarij à quæstorib. ad præfectos trāslata est.

Quæstor militaris. Quæstor MILITARIS, in omni exercitu erat proximæ post prætorē siue ducē dignitatis: unde & locus in castris Quæstorium nūcupabaī, & porta quæstoria, non minus ꝗ prætorium & porta prætoria. Eratq; eo loco quæstor Romano in exercitu, ut absente duce summa rei totius penes illū esset, prętorisq; uice fungeretur. De quo accipienda sunt multa autorum historiæ loca, pręcipuè ubi Romanā militiam recensent. Sic T. Liuius lib. 5. Decad. tertiæ: Inde quæstor cum præsidio ad Nassum, ad accipiendam pecuniam regiam, custodiendamq; missus. Et iterum lib. sexto: Senatum Campanum ire in castra ad Imperatores Romanos iussit, quò cum uenissent, extemplò his omnibus catenæ iniectæ: iussiq; ad quæstores deferre, quod auri argentiq; haberent. *Magazium.* Porrò AERARIVM militare propriè Magazium appellabatur, cuius Cor. Tacitus lib. 1. hist. Aug. his uerbis meminit: Centesimam rerum uenalium post bella ciuilia institutam, deprecāte populo, Tiberius edixit militare ærarium eo subsidio niti: simul imparem oneri rempub. nisi uicesimo militiæ anno ueterani dimitterentur. Ita proximæ seditionis malè cōsulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum. Et rursus libro quinto: Relatum inde de P. Vitellio, & Pomponio Secundo, illum iudices arguebant, claustra ærarij, cui præfectus erat, & militarē pecuniam rebus nouis obtulisse. Huc pertinet illud Tranquilli in Augusto: Vtq; perpetuò ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosq; suppeteret, ærarium militare cum uectigalibus nouis constituit. Ab hoc ærario, milites ærarij cognominati sunt, qui apud maiores nostros Soldati dicebantur. Nunc, quod nostra est consuetudo, monumentis Vetustatis ærarium militare illustrabimus.

Apud Albam Iuliam, in Transylua- nia, quæ olim Dacia fuerat: B

VICTORIAE ANTONINI AVG. L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS LEG. AVG. LEG. XIII. G. ANTONIN. PRAEF. AERARII MILITARIS SODALIS HADRIANALIS CVM GAVDIA TORQVATA ET ANNIIS ITALICO ET HONORATO ET ITALICA FILIIS.

Mediolani inuentum:

C. PLINIVS L. F. CAECILIVS AVGVR. LEGAT. PROC. PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM, ET IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG. GERMANICO CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM ET PRAEF. AERARII SATVRNI PRAEF. AERARII MILI. QVAESTOR IMP. SEVIR EQVITVM. & quæ plura sequuntur.

Porrò ad quæsturā militarē pertinent PALATINI sacrarū largitionum, quos Scotus refert stipendia militibus erogasse: cuius rei Iurecōsulti quoq; decimo Codicis mentionē faciunt. Atq; hæc de ærario militari, unde militibus stipendia numerabanī, unicuiq; iuxta rationē officij atq; conditionē, temporisq; & annorum, quot merebat, numerum. Quod quemadmodū fieri solitum sit, ut undiq; lectori satisfiat, paulo altius repetā. *Discrimen inter stipendium & salarium.* STIPENDIVM igitur in hoc à salario differt, quòd hoc omnis ordinis hominibus pro exantlato labore dabatur, illud uerò duntaxat merentibus in bello. Hinc Varro de uita populi Romani: Stipendium (inquit) appellatur æs, quod militi semestre aut annuum dabatur. Cui datum non sit, propter ignominiam ære dirutus esset. *Etymon stipendij.* Est autem cōpositum nomen ex stipe & pondus, quasi stips ponderata sit. Stipes autem à stipando denominata est, quòd olim asses, qui erant librales, qui acceperant, maiorem numerum nō in arca ponebant, sed in

A sed in aliqua cella stipabant, hoc est componebant, quo minus loci occuparet. Vlpianus de Verborum significatione, apud Iureconsultos stipendium à stipe propterea appellatũ censet, quòd per stipes, hoc est modica æra colligatur. Hanc coniecturam Cæsar confirmat libro primo Commentariorum: Ciuitates stipendiarias dixit, quæ tributum conferunt. Eadem ratione stipendiarium uectigal Ciceroni quinta in Verrem nuncupatur, à stipendio. Scitè Vegetius milites stipendiosos uocat, qui stipendia faciũt: & stipendiare actiua uoce Plinius dixit, pro eo q̃d est soluere. Sed placet uerba eius ex lib. 6. historię Nat. adferre: Regi eorum peditum sexcẽta millia, equitum triginta millia, elephantorũ nouem millia per omnes dies stipendiantur: hoc est, stipendia faciunt & merent. Inuenio uerò potiora discrimina militaris stipẽdij, legitimũ, simplex, duplex & triplex. Huc pertinet uox inclinantis Imperij; qua utitur Cassiodorus libro tertio Variarum cognitionum, in epistola Theoderici ad Gemellum V.S. Tritici itaq; speciẽ, quam ob exercitauales expensas uestra prouidentia de Italia destinauit. LEGITIMVM erat, quod unicuiq; secundum quot annos meruerat, dabatur, & iuxta quod constitutũ fuerat secundum omnes gradus atq; ordines militares, ut mox patebit. Meminit Titus Liuius lib. 3. Decad. 3: De exercitu Marcelli, qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci, atq; ibi militare, donec in Italia bellũ esset: placuit eódem ex ductoribus legionibus reijci militem minimi quenq; roboris, nullo præstituto militiæ tempore, nisi quod stipendiorũ legitimorũ esset. STIPENDIVM duplex, & simplex, atq; etiam triplex, subinde à T. Liuio cõmemoratur, lib. 3. Dec. 3: Prænestinis militib. exercitus Romanus duplex stipendiũ, & quinquennij militiæ uacationẽ decreuit. Ciuitate cum donarentur, ob uirtutẽ, nõ mutauerunt. Et rursus lib. 9 Deca. 4: Militibus quadragenos binos denarios diuisit, duplex centurioni:

Stipendiariæ ciuitates. *Stipendiarium uectigal.* *Stipendiosi milites.* *Stipendiare milites.* *Exercitudales expensæ.* *Legitimum stipendium.* *Stipendium duplex & simplex.*

B & stipendiũ duplex in pedites dedit, triplex in equites. Idem lib. 1. Deca. 5: Militibus in singulis quindecim denarij dati, duplex centurioni, triplex equiti: socijs dimidio minus, quàm ciuibus, datum. Et lib. 5. Dec. 1: Alij Cn. Cornelij fratris, qui tribunus militũ priore anno fuerat, triplexq; stipendiũ equitibus dedit, ac gratia extractum ad tantum honorẽ. Et lib. 7. Dec. 1: Æquè impotens postulatũ fuit, ut de stipendio equitum, merebant autem triplex, ea tempestate æra demerentur. Meminit & quarti stipendij Tranquillus in Domitiano: Addidit & quartum stipendium militi aureos ternos. Ex quibus patet, cum antea triplex stipendiũ daretur militi, hoc est aurei nouem, additis tribus, duodecim aurei effecti sunt. Extat & quadrupli stipendij mentio apud Capitolinum in historia G. Albini: Huic salarium duplex decreui, uestem militarem simplicem, sed loci sui stipendiũ quadruplum. Atq; hęc de stipendiorũ discrimine. nunc quantum cuiq; ordini numeratum fuerit, ex classicis autoribus expediam. Equidem gregariorum militum diurnum stipendium fuisse denariũ Romanũ in ære, hoc est drachmã, liquet ex hoc loco Taciti libro primo historiæ Augustæ: Responsum est à cõcione, mandata Clementi centurioni quæ perferret. Is orditur de missione à sedecim annis, de præmijs futuræ militiæ, ut denarius diurnum stipendium foret, ne ueterani sub uexillo haberentur. Et iterum de ueteranorum prætorianorumq; diurno stipendio, cum Pannoniarum legionum seditionem aduersus Tiberium, extincto Augusto, Cornelius eodem libro primo describeret: Cur paucis centurionibus (inquit) paucioribus tribunis, in modum seruorum obedirent? Quando ausuros exposcere remedia, nisi nouum & nutantem adhuc Principem precibus uel armis adirent. Satis per tot annos ignauia peccatum, quòd trecena aut quadragena stipendia senes, & plerique truncato ex uulneribus corpore tolerent. Ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud uexillum retentos, alio uocabulo eosdem

Triplex stipendium. *Quadruplex stipendium.* *Stipendium gregariorum.*

labores perferre. Et subdit: Nec aliud leuamentũ, quàm si certis sub legibus militia A
finiretur, ut singulos denarios mererent, sextusdecimus stipendij annus finẽ adferret, nec ultra sub uexillis, sed eisdem in castris præmiũ pecunia solueretur: an prætorias cohortes quæ binos denarios acciperẽt, quę post sedecim annos penatibus suis reddant. Huc facit quod idem autor lib. 2. scribit: Inter quæ unus hostiũ latinæ linguæ sciens, acto ad uallum equo, uoce magna cõiuges & agros & stipendia indies donec bellaretur, sestertios cẽtenos, si quis transfugisset, Arminij nomine pollicet. Porrò sestertius nũmus æreus erat, ualore duplicis assis & dimidij, paulo plus minusue quàm minor Grossus noster, faciebantq; quatuor sestertij unũ denarium. Ex quibus patet, militibus Romanis duplex, aut, quantũ conijcio, triplex stipendium fuisse promissum, in dies uidelicet singulos, singulosq; milites denarios XXV diurnos habuisse. Quod ego magnorũ ordinũ fuisse autumo, hoc est, centurionũ, & qui munera militię sustinebãt. Siquidẽ nõ idem omnib. stipendiũ fuisse, uel ex his Tranquilli uerbis in historia Augusti aduertit, cap. De ordinatione legionũ: Quidquid autẽ ubiq; militũ esset, ad certã stipendiorũ præmiorumq; formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusq; & temporibus militiæ, & cõmodis missionũ, ne aut ætate aut inopia solicitari ad res nouas possent. Igitur ducis exercitus aliud tribunorũ, quàm centurionũ fuerit, necesse est: & illorũ itẽ aliud maiusq;, quàm gregariorũ. Ducis quidẽ atq; tribuni quantũ fuerit, ostendit Fla. Vopiscus in hist. Aureliani, cum textum epistolæ Valeriani Cæsaris insereret, quo Aureliano, dum adhuc sub Valeriano tribunũ militũ ageret, stipendiũ decernitur: Ipsi autem (ait) ad sumptus, aureos Antoninianos diurnos binos, argẽteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centũ, reliqua per præfectos ærarij præbebunt. Quo ex loco liquet, omnis generis numismata duci aut tribuno numerata fuisse: duplex stipendiũ, triplexq;, quod militibus ueteranis ac primorũ ordinũ B
dabatur in argẽto, his in auro, hoc est, duos tresue denarios aureos solutos in dies singulos. Quod ostendit Romanã & munificentiã & liberalitatẽ, & quantũ is populus diuitijs suis nostrã egestatẽ in militiæ stipendijs superauerit. Nam si subducimus rationẽ, & redegerimus diurnũ stipendiũ in menstruũ, quod tribuno militari pendebat, inueniemus centũ & octoginta circiter ducatos Italicos ducẽ accepisse, qui cohortẽ ducebat. Quod si uerũ est, quid bone Deus, aut quantũ legato siue prætori exercitus numerabat? Adeò ut nostra secula uel primis ducibus uix tantũ tribuant, quantũ Romani suis tribunis cohortium signorumq; pendebant. Sed placet, quæ de stipendiorũ quãtitate hic proponimus, Vetustatis suo etiã aliquo adornare exemplo, quod in Dacia apud Transyluanos nostros extat:

Stipendiũ maiorum ordinũ.

Diuersitas stipendiorum in Romano exercitu.

Stipendium tribunorum.

D. M.

M. AVREL. ANTONINI MIL. LEG. XIII. GEM. VIX. AN. XXII.
MENS. XI. DIEBVS IS MILITAVIT V. LIBRAR. AVREL. MAR
CIANVS ET VALENTINA FILIO PIENTISSIMO.

Ceterũ cum inscriptionibus Vetustatis subinde anni stipendiorũ obseruentur, adnotandũ & illud est obiter, certũ annorũ numerũ requisitũ fuisse, & ad subeundam militiam, & ad dimittendam. Decimoseptimo quidem anno ætatis cõmuniter Romanorũ quilibet urgente necessitate ad militiam cogebatur. expletisq; annis XVI, ueterani, & qui in prætorio militabant: cęteri triginta, aut circiter, ut plurimum, honestam dimissionẽ consequebant. Hinc est illud Liuij in secũdi belli Punici historia, quòd ob inopiã militũ, tot ad Thrasimenũ atq; apud Cannas, in Hispanijsq;, amissis legionibus, decretũ fuerat, ut qui minores septem & decem annis sacramentũ dixissent, his perinde stipendia procederent, ac si septẽ & uiginti annorum

Anni militiæ.

Anni missionis honestæ.

Anni militis Romani.

A annorum essent. Huc pertinet & illud Suet. in Augusto, cum anno XVI deposita pretexta uirilē togā sumpsisse Augustū scriberet: Quadriennio pòst (inquit) sumpta uirili toga, militarib. donis triūpho Cæsaris Africano donatus, quanq̃ expers belli ꝑpter ætatē. Alludit ad hāc rem & Dion Cassius: Decretū sub Augusto fuit, inquit, ut prætorianis militib. stipendia post XVI annū emerita essent, alijs uerò post uigesimū: tum'q; prætoriano militi, denariorū quinq; millia, quæ summa est nostræ monetę aurei quingēti: reliquis tria millia, id est aurei trecenti. Et hoc erat annuum stipendium cùm prætorianorū, tum aliorū qui extra urbem uel in limiti bus pro custodia fluminū, uel in exercitibus aduersus hostes missis merebāt. Porrò meminit eius rei & Suet. in hist. Augusti, quē locum paulò superius adduxeramus. Scitu dignum & illud est, ex stipendiorum cumulo, annorum'q; quot militasset quilibet, dignitates militares conferri solitas: id q̃d nostris quoq; hominib. in usu esse uidemus, ut quo pluribus quis expeditionib. interfuerit, eo plura salaria, auctius'q; stipendiū accipiat: usq; adeò, quòd hęc ratio & hodie ad Capitaneatum, ut uocant, promoueat nō minimū. Et sic intelligit̃ illud Cor. Taciti lib. 1. hist. Augustæ: Quadragesimū id stipendiū Cecinna parendi aut imperitādi habebat. Et iterū: Centesimā rerū uenaliū post bella ciuilia institutā, deprecāte populo, Tiberius edixit: militare ærariū eo subsidio niti: simul imparē oneri rempub. nisi XX militiæ anno ueterani dimitterent̃. Ita proximę seditiōis mala cōsulta, quib. sexdecim stipendiorū finē expresserāt, abolita in posterū. Idē lib. 19, de Vitellij Cæsaris interitu loquēs: Hic exitus uiri, inquit, haud spernēdi, quinq; & XXX stipendia in repub. fecerat, domi militiæ'q; clarus. Et sic intelliguntur inscriptiones Vetustatis pleræq;, ex quibus has apud nos repertas subieci, ut & illa pars nostræ tractationis exemplis antiquis illustretur:

Anni mißionis haustæ.

Annuū stipendiū militis Romani in prætorio uel limite merentis.

Cumulus annorum militē Romanum ad dignitates euehebat.

B

Viennæ in collegio Ducali:	Carinthia ad S. Vitum:	Carinthia in Tantzenberg castro:
C. VALERIVS C. F. FVL TINIA PILIPIS MIL. LEG. XV. APOL. AN. XX. XII. STIP. XI. HIC S. E.	T. IVLIVS CONDOL LI. C. CAPATIVS MIL. COH. MONT. PRI. STIP. H. S. E.	MARIVS RVFFVS C. TICINAE MILES CO HORTIS MONTANOR. M. PRIMAE STIPENDIORVM XV H. S. EST.

Atq; hæc de annis stipendiorum. Superest, ut quo pacto stipendia erogabant̃, indicamus. Sanè uel pecunia prompta diuidebatur inter milites, uel uestimenta ingruente hyeme, pecuniæ loco, & interdum boum tergora ex quæsturæ militaris officio dabantur. Pecunia præterea quæ numerabatur, aut ex tributo prouinciarum colligebatur, colonijs'q; Romanis, uel à delinquentibus socijs accipiebatur. Quòd si hæc nō satisfacerent, uel ex ærario Saturni urbis, aut ex fisco Augustorū pecuniæ reliquū petebāt̃. Quæ cūcta, ut proponimus, locis autorū Historię classicorū cōfirmabimus. Primò omniū, q; ex prouinciarū tributo ærariū militare instruebatur, ostendit T. Liuius lib. 8. Deca. 3: Scipionē (ait) bellis assuetū, ad seditiones, ad procellas rudem, solicitū habebat res, ne aut exercitus peccādo, aut ipse puniēdo modū excederet. In prēsentia, ut cœpisset, leuiter agi placuit: & missis circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendij spem propinquā facere. Edictum subinde propositū, ut ad stipendiū petendū cōuenirent Carthaginē, seu carptim partes, seu uniuersi mallent. Et iterū lib. 9. eiusdē Dec. Stipendiū præterea ijs colonijs tria millia æris, asses singulos imperari, exigi'q; quotannis, cēsum'q; in his colonijs agi ex formula ab Romanis censorib. data. dari autē placere eādē quā po. Ro. deferri'q; Romā ab iuratis cēsorib. coloniarū, prius q̃ magistratu abirēt. Ex hoc Senatus cōsulto accitis Romā magistratib. primoribus'q; earū coloniarū, Cōsules cū milites stipēdiū'q; imperasset, alij alijs magis recusare, ac reclamare, negare tātū militum

Solutio stipendiorū apud Romanos qualis.

Ex tributo prouinciarū ærariū militare instruebatur.

Stipendium militare à delinquẽtibus socijs colligebatur.

litum effici posse, uix si simplum ex formula imperent. Ita rursus quod à delinquentibus socijs pecunia colligebatur, qua ęrariũ militare instruebatur, arguitur ex his uerbis eodem 9. lib. Decadis citatæ: Hæc dicta legatis, renunciataq́ in cõcilium. Ibi Mandonius, cæteriq́ principes cõprehensi, traditi ad supplicium: Hispanis populis reddita pax: stipendium eius anni duplex, & frumentũ sex mensiũ imperatũ, sagaq́ & togæ exercitui. Idem lib. 10. Dec. 3: Pecuniæ summã quantã imperauerit, parum cõuenit: alibi quinq́ millia talentũm, alibi quinq́ millia pondo argenti, alibi duplex stipendiũ militibus imperatũ inuenio. Loquitur autem de Carthaginis deditione. Stipendiũ tertiò etiã à uictis populis ciuitatibusq́ exigebatur, ut ille Liuij locus testatur lib. 5. Dec. 1: Camillo & ab hostibus, & à ciuibus gratiæ actæ. Faliscis in stipendiũ militum eius anni, ut populus Rom. tributo uacaret, pecunia imperata. Et iterum lib. 8. Decad. 1. de uictis Samnitibus scribens: His cladibus subacti Samnites, pacẽ à dictatore petiere. Cum quo pacti, ut singula uestimenta militibus, & annuum stipendiũ darent. Et lib. nono: Bello tantũ terrorem sui fecit, ut omne nomen Hetruscũ fœdus à Cos. peteret. Ac de eo quidem nihil impetratũ, induciæ annuæ datæ, stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annũ pensum. Porrò quòd uestimenta panniq́ militibus loco pecuniæ distribuebant, tempore præsertim algido, quem adhuc hodie apud nos durare morem uidemus: id passim ex Liuio deprehendere licet. Libet uerò ex multis pauca quædam loca referre. quippe lib. 3. Deca. 3, ad hoc quod dicimus, his uerbis alludit: Exitu æstatis eius (inquit) qua hæc gesta perscripsimus, literæ à Publio & Cn. Scipionibus uenerunt. Quantas, quamq́ prosperas in Hispania res gessissent: sed pecuniam in stipendium, uestimentaq́ & frumentũ, exercitui & socijs naualibus omnia deesse. Et rursus lib. 6. sequenti: Melius uisum differri eam consultationẽ, donec proficiscerentur equites, qui à Martio literas attulerant. Rescribere de frumento & uestimento exercitus placuit, utramq́ rem curæ fore Senatui. Et iterũ lib. 7. eiusdem Decadis: Inde quingena pondo data Cõsulibus, & Marco Marcello & P. Sulpitio Procoss. & L. Veturio prætori, qui Galliam prouinciã sortitus erat: additumq́ Fabio Cõsuli centũ pondo auri, præcipuè quod in arcẽ Tarentinã portaretur: cætero usi sunt ad uestimenta præsenti pecunia locanda exercitui, qui in Hispania bellũ secunda sua fama, ducisq́ gerebat. Idem lib. 9. eiusdem Deca. 3, in secũdi belli Punici descriptione: Cn. Octauius proprætor ex Sardinia à T. Claudio prætore, cuius ea prouincia erat, ingentẽ uim frumenti aduexit: horreaq́ non solum ea quæ iam facta erãt, repleta, sed noua ædificata. Vestimẽta exercitui deerant. Id mandatũ Octauio, ut cum prætore ageret, si quid ex ea prouincia cõparari ac mitti posset. Ea quoq́ haud segniter curata res. Mille ducẽtæ togæ breui spacio, duodecim millia tunicarũ missa.

Vestimenta militibus loco pecuniæ dabãtur.

Cæterũ tergora boũ similiter interdũ loco stipendij militibus diuisa extitisse, Cor. Tacitus docet lib. hist. Aug. 4: Eodẽ anno Frisij, transrhenanus populus, pacẽ exuere nostra magis auaritia q̃ obsequij impatientes. Tributũ ijs Drusus iusserat modicũ, pro angustia rerũ, ut in usus militares coria boũ penderent, nõ intenta cuiusq́ cura, quę firmitudo, quę mensura, donec Olennius primipilarib. regendis Frisijs impositus, terga urorũ delegit, quorũ ad formã acciperent. Deniq́ inuenio tunicas à deuictis solutas militib. Liuius lib. 9 Deca. 1: Tum trium mensiũ frumento imperato, & annuo stipendio, ac singulis in militẽ tunicis. Et iterũ: Nihil usquam dictu dignũ ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ut ad Senatum Romanũ legatos mitterent, pacti sunt: bimestri stipendio, frumentoq́, & singulis in militem tunicis. Et iam colophonem eramus huic Capiti imposituri, quum nobis in mentem uenit eius consuetudinis, quæ hodieq́ manet, cum citatis ordine militibus stipendium numeratur:

Terga boum in stipendiũ data.

A merāt: uulgò uocant, **wan man mustert vnd gelt gibt**. Meminit T. Liu. lib. 8. Dec. 3: Tracti inde de medio omnes, purgatoq́ loco citati milites nominatim, apud Tribunos militū in uerba P. Scipionis iurarēt, stipēdiūq́ ad nomē singulis persolutū. *Consuetudo soluendi, quæ adhuc hodie durat.*

CAPUT XV. ET ULTIMUM, DE RE FRUMENTARIA, eiusq́ Præfectis & ministerijs.



QVEMADMODVM non eædem res, annona, frumentatio, & congiarij donatio fuerūt: ita diuersa munera, præfecti annonæ, præfectiq́ frumentariæ rei, & qui largitionibus præerat, extiterunt. Quibus tamen cunctis Aedilem Cerealem in prima repub. præfuisse inuenio. Siquidem sub annona omnia edulia ueniebāt: sub frumento uerò, triticū, siligo & auena. & ut Iureconsultus ait ff. de Verborū signif. in l. frugem. quidquid in arista se cōtinet. Congiarij uerò exhibitio in liquoribus consistebat, quos subinde ex liberalitate Augustorū, aut ob insignem aliquā uictoriā plebs uiritim per diuisionē accipiebat. Quomodo in Romano numismate expressum uidimus, ascendentē uidelicet mulierculā cum puero per scalas, in tabulato, ubi diuisor sedebat. Id quod & Prudentius poeta primo in Symmachum, hoc carmine ostendit: *Aedilis munus* *Frumentum quid.* *Congiarij exhibitio qualis.*

Posthinc ad populum conuerte oculos, quis in urbe est,
Qui Iouis infectam sanie non despuat aram?
Omnis qui celsa scandit cœnacula uulgus,
Quiq́ terit silicem uarijs discursibus atram,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis,
Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat.

B Scribit Asconius, Clodiū tulisse legē annonariā ualde popularē, ut scilicet frumentū populo gratis daretur. Cæterū cum causa istarū frumentationū, quæ singulis mensibus solitæ erant fieri, plebes à negocijs suis distraherent, cōstituit Augustus huiusmodi donationes frumenti nomine, nō per singulos menses, uerū ter in anno fieri. Quare Suetonius in Augusti historia, cap. De quibusdā ordinationibus: Populi Rom. cēsum uicatim egit, ac ne plebs frumentationū causa frequenter à negocijs auocarent, ter in anno quaternorū mensiū tesseras dare destinauit. Sed desideranti consuetudinē ueterē, cōcessit. Huiusmodi frumētatio crescente Romana repub. & ad tot procul ab urbe limites remotissimos traducta, quo milites limitanei suo rectè munere fungerentur, ad rem quoq́ militarē præfecturasq́ prætoriorū accōmodata fuit. Quare præfectus, siue curator frumenti, item uenditor, mensor, & distributor, frumētarijq́ omnes nō solū in urbe fuerūt, uerū in singulis adeò prætorijs, & quot limites populo Ro. fuerūt. Canon tamē frumētarius Romæ duntaxat, aut in Italia mansit: hoc est, asseruatio ingentis aceruí frumēti, ut ad omnis generis usus militiamq́ in limitibus cunctis sustinendam suppeteret. Quare liber Præfecturarū Rom. sub comite largitionū primicærium scrinij Canonum, & primiscrinium Canonis collocat: qua de re suo loco prolixius agemus. Annona uerò, siue res alimentaria, quòd omnia edulia cōprehenderit, & propria seorsim ministeria habuerit, utpote Præfectum annonæ, adlectum annonæ, notarios annonæ, parochos, opinatores, dardanos & tesserarios, id tametsi postea fusius ad fidē rerū sim explicaturus, libet tamen discriminis causa pauca ex Lāpridio loca adferre: ut interim de annona militari, annona puinciali, annona municipali, annona macelli, annona alimentaria, annona mēstrua, annona salaria, hic nihil addam, quę ordine à me suo posterius quęq́ loco explicabunt. Describit aūt annonā, & quæ comprehenderit illa, luculenter Lampridius in historia Alex. Cæsaris: *Frumentorum donatio quando Romanis, & quoties fiebat.* *Frumētatio urbana ad limites traducta.* *Munera frumentationis.* *Canon frumentarius quid.* *Annona quæ fuerit.*

Oleum

Oleũ quod Seuerus populo dederat, quodq́ Heliogabalus imminuerat, turpissimis hominibus præfecturam annonæ tribuendo, in integrum restituit. Et iterum: Cum edulitatem P.R. ab eo peteret, interrogauit per Curionem, quam speciem annonę caram putarent: illi continuò exclamauerũt, Carnem bubulam atq; porcinam. Sic Iustinianus quoq; Imperator Authent. de non alienand. §. hæc ergo. collat. ij. panifica sub annona ciuili complectitur. Et iterum in l. ultima Codicis, de iure dot. Et in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. panem ciuilem annonam uocat. Sed libet omnia ordine, & ad fidem rerum prolixè persequi, sumpto exordio à summo munere siue magistratu, qui in urbe tam frumentationi q̃ annonæ præstitutus fuerat: EDVLITATIS scilicet, quod munus nõ ab ædibus (unde ædiles curules, qui ædes sacras curabant) nomenclaturam acceperat, uerũ potius ab edendo, & edulitate dictum fuit. Hinc est illud Lampridij in Alexãdro Cæsare: Cum edulitatem P.R. ab eo peteret, interrogauit per Curionẽ, quam speciem annonæ caram putarent: illi continuò exclamauerunt, Carnẽ bubulam atq; porcinam. Tunc ille non quidem edulitatẽ proposuit, sed iussit ne quis suminatã occideret, ne quis lactantẽ, ne quis uaccam, ne quis damalionem: tantumq́ intra biennium, uel propè annum, porcinæ carnis fuit, & bubulæ, ut cum fuisset octominutalis libra, ad duas tantum utriusq; carnis libra redigeretur. Erat enim horũ ædilium munus, & annonam omnis generis, ut rectè ueniret, & frumẽti rationes, congiariumq́, & quæcũq; uiritim ex his in populum diuidebantur, curare. Hinc scribit Liuius lib. 1. Decad. quintæ. Annona quoq; eo anno peruilis fuit: frumenti uim magnam ex Africa aduectam, Ædiles M. Claudius Marcellus, & Sextus Aelius Pætus, binis æris in modios populo diuiserunt. Hinc quoq; edictiones Ædilitiæ profluxerunt, quas scilicet Ædiles statuebant in rerum uenalium precijs. Ad B quas adludens Plautus in Captiuis: Euge (inquit) edictiones ędilitias hic quidem habet: mirumq́ adeò est, nisi hunc fecerunt sibi Aetoli Ageronomũm. Erat autem Ageronomus apud Græcos, qui Romanis erat Aedilis. Cæterùm ne quis existimet, hunc tantùm Romæ fuisse magistratum (cum hocce Opere non de urbis Republica ex professo, sed de Romana in exteris prouincijs agamus) is audiat Ciceronem lib. 2. ad Atticum in epistolis sic scribentem: Sed planè Tribunus plebis fieri cupit, qua de re cum in Senatu ageretur, fregi hominem, & incõstantiam reprehendi, qui Romæ Tribunatum plebis peteret, cum in Sicilia Aedilitatẽ sæpe dictitasset. Huc pertinet illud T. Liuij lib. 3 Decad. tertiæ: Deinde aliæ quoque ciuitates, quę ad Hersicoram Pœnosq́ defecerant, obsidibus datis dederunt sese, quibus stipendio frumentoq́ imperato, pro cuiusq; aut uiribus aut delicto, Calareis exercitum reduxit. Ibi nauibus longis deductis, impositoq́ quem secum aduexerat milite, Romam nauigat, Sardiniamq́ perdomitam nunciat patribus: & stipendium quæstoribus, frumentũ Aedilibus, captiuosq́ Fuluio prætori tradidit. Confirmant præterea, quæ proponimus, inscriptiones Romanæ uetustatis, quarũ altera in Dacia, ubi est hodie Transyluania Hungarica, reperta est, altera Auxini in Italia extat.

Carnes sub annona continebantur. *Panifica sub annona comprehendebantur.* *Etymon edulitatis.* *Aedilium officium.* *Edictiones ædilitiæ.* *Ageronomus.* *Aediles curules in prouincijs.*

In Dacia:

PRI. ET PO. PANTHEO PP. AELIO VRSO ET ANTONIANIS AEDIL. COL. APVL. DICAVERVNT SEVERO ET IOVINIANO COS.

Auxini in Italia:

L. PRAESENTINA L. F. LEMPETO LATTIO SEVERO PRAEFECTO COH. IN AFR. C. R. EQ. IVDICI SELECTO EX V. DEC. P. AVXIMI PAT. COL. AEDILI IIVIR ANCONAE, VRBIA L. F. MARCELLA FLAMINIA AVGVSTA MARITO OMNIBVS EXEMPLIS DE SE BENEMERITO.

A Ex quo monumento apparet, ædiles in colonijs Romanis, quarum multas per limites & prætoria sua Romani habebant, extitisse, qui frumentũ annonamq; & ædificia publica procurabãt. Iam uerò (ne & in hoc æquus lector dubitet) ædiles inclinante Imperio in Romana adhuc ditione mansisse, eius Imperij tẽporisq; author Ammianus Marcellinus subinde cõtestatur sua in historia, ex qua unum locũ inserere placuit, qui est lib. 28: Leptitanoq; agro & Eensi internecia populatione transcursis, expleti prædarũ aceruis ingentibus abscesserunt, occisis decurionibus multis, inter quos Rusticanus sacerdotalis, & Nicasius enitebat ædilis.

Aediles inclinãte Imperio fuerunt.

Atq; hæc de Aedilibus Cerealibus, ex urbe Romanas in prouincias limitesq; translatis: sub quibus erant, præfectus annonę, & præfectus frumenti. PRAEFECTUS ANNONAE, Græcis σιτοκόμος, in prouincijs omnis generis edulia, ut rectè uenirẽt, illorũq; facultas & limitaneis militib. & prouincialibus semper esset, curæ habebat. Hinc annonæ militaris Vopiscus & Capitolinus meminere: cuius species erãt, Decimę, Binę, Ternę, simpla & dupla annona. Sic annona macelli Cicero & Suetonius in Tiberio appellarũt, quę omnis generis carnes cõtinebat. Est & annona salaria, menstrua, & alimẽtaria, T. Liuio, & præcipuè Marcellino celebrata, de quibus seorsim suo loco dicemus. Porrò præfecti annonę ex receptis authoribus mentionẽ faciunt, Cor. Tacitus lib. 13. historię Augustæ: Præfectura annonę Senio Ruffo, cura ludorũ qui à Cæsare parabant Arrũcio Stellę Aegyptio, C. Balbillo permittuntur. Et iterũ lib. 1: Inter initia Sextus Pompeius & Sextus Apuleius cõsules, primi in uerba Tiberij Cæsaris iurauere, apud eosq; Seius Strabo & C. Turanius, hic prætoriarum cohortium præfectus, ille annonæ. Meminit huius muneris & Fla. Vopiscus in historia Aureliani Cæsaris: Panibus urbis Romæ unciã de Aegyptio uectigali auxit, ut quadam epistola data ad præfectũ B annonæ etiam ipse gloriatur: Aurelianus Augustus Flauio Arabiano præfecto annonæ: Inter cætera quibus dijs fauentibus Romanam rempublicam iuuimus, nihil mihi est magnificentius, quàm quòd additamento uncię omne annonarum urbicarum genus iuui. quod ut esset perpetuum, nauicularios Niliacos apud Aegyptũ nouos, & Romæ amnicos posui: Tiberinas extruxi ripas, uadum aluei tumentis effodi, dijs & Perennitati uota constitui, almã Cererem consecraui. Huc pertinet & ille Aelij Lampridij locus in historia Alexandri Cæsaris: Oleum (ait) quod Seuerus populo dederat, quodq; Heliogabalus imminuerat, turpissimis hominibus præfecturã annonæ tribuẽdo, in integrũ restituit. Adludit ad præfectum annonę & Spartianus in Iuliano: Post Germaniam inferiorẽ rexit, post hoc curam alimentorum in Italia meruit. Meminit & Plinius lib. 34 Naturalis historiæ capite quinto: Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam trigeminam unciaria stipe collata. Fit præterea apud Ammianum Marcellinum huius muneris non uno tantum loco mentio. Libro historiæ suæ 28. in hunc modum nominatim scribit: Verùm negocio tepescente propter diuturnam morborum asperitatem, qua tenebatur Olibrius, moræ impatientes hi qui rem detulerunt, libello petiuerunt oblato, ut examinandum iurgium præfecto mandaretur annonæ. Et iterum: Anhelans flatu superbiæ Maximinus, etiam tum præfectus annonæ. Sic Sidonius Apollinaris libro primo, epistola ad Campanium: Accepi per pręfectũ annonæ literas tuas, quibus eum tibi sodalem ueterem mihi insinuas. Describit hoc munus in epistolis suis Symmachus, urbis quondam sub Theodosio & Archadio præfectus, & clarissimi titulum tribuit, uti Præfecto prætorio: Frumenti quotidianus usus in facili est, olei tantum species uictum plebis tenuiter inuecta solicitat. Cuius rei v. c. præfectus annonæ, partium suarum diligens executor, prætorianæ amplissimæ præfecturæ, ut ipse asserit, dudum fecit indicium. Et

Præfectus annonæ.

iterum in alia epistola ad Theodosium Augustum: Cum Romam v. c. & laudabilis uicarius commeasset, v. c. causidicus fori mei Celsus, socius eius qui debitum refudit impendium, tuitionem contra me & annonæ præfectum Clarissimum uirum de sede uicaria postulauit. Cum ergo editus in causa publica conuentionem matri eius super nepotis sui munere detulisset, responsione seruata, qua retinere asseritur patrimoniũ candidata, præfectus uerò annonæ v. c. pistorem publicæ annonę uerbum tantum reposcere diceretur. Et iterum lib. 2, alia epistola: Filius meus (inquit) Cecilianus, clarissimus uir, qui nunc cõmunis patriæ gubernat annonam, certò cognouit indicio aduersariũ suum. Describit hic præfecturam, & eius magnificentiã, & quidem Imperator Cassiodorus, lib. 5 Variarũ: Tui siquidẽ studij est, ut sacratissimę urbi præparetur annona, ubiq; redundet panis copia, & tam magnus populus tãquã una mensa satietur, per officinas pistorũ, cibosq; discurris, pensum & militiã panis exigis: & ne quod agis aliquid putetur, extremũ carpentum præfecti urbis mixta glorificatione conscendis. Tu illi in spectaculis coniunctissimus inueniris, ut plebs, quam industria tua satiat, in suam reuerentiã te honoratum esse cognoscat. Et subdit, quòd etiam extra urbem magistratum suum in prætorijs exercebat: Ne quis autem putet, abiectis te hominibus imperare, dignitati quoq; tuæ pistorum iura famulata sunt, quæ per diuersas mundi partes possessione latissima tendebantur: ne inopia faciente uilesceret, quod Romanæ copiæ laudabili famulatione seruiret. Sicarij quoq; Romanæ copiæ causa reperti, tuo deputati uidentur examini. Gloriaris priuilegijs acquisitis, tribunal tuũ nõ est inter minimas dignitates: quando & Romana gratia frueris, & prouincijs iussa transmittis. Sed ut actionis ipsius in totum merita perscrutemur, tritici quidem copias præfectura prætoriana procurat. Sed non minor laus est, dispositionem probabilem facere, quàm frumenta colligere: quando in quauis abundantia querela non tollitur, si panis elegantia nulla seruetur. Porrò manet nobis siue à posteritate Francorum, seu Romanorum memoria, præfecti adhuc annonę munus, quod uulgo Magistrum profiandi nuncupamus. Ad quod & monumentũ istud Romæ erutum alludit, cuius rhapsodia hæc est:

Magister profiandi nostri seculi.

D. D. PR. NONS. APRI L. LAETOII ET CERIALE COS. CL. IVLIA. P. V. PRAEF. ANNON. TIB. IVB. BALBILLVS S. SOL. DEDIT XIII. KAL. FEB. L. ANNIO FABIANO M. NONIO MVTIANO.

Ex qua antiquitate liquet, annonæ præfectum nõ solum uiri clarissimi titulum meruisse, uerùm etiam uiri præfectissimi, quo nomine peculiariter præsides prouinciarum, & duces comitesq; cognominabantur. Huc referendum est & alterũ monumentũ, quod Tridenti extat, & adlecti annonę mentionẽ facit, hoc est titularis, ut ita dicã, in annona magistratus, ut in lib. de Ornamentis à nobis dicẽt.

Adlectus annonæ.

C. VALERIO C. F. PAP. MARIANO HONORES OMNES ADEPTO TRIDENT. FLAMINI ROM. ET AVG. PRAEF. QVINQ. AVGVRVM ADLECTO ANNONAE LEG. III. ITALIC. SODALIS SACRORVM TVSCVLANORVM IVDICI SELECTO DECVRIONVM.

Cæterùm sub præfecto annonæ erant, eiusq; audiebant dicto, notarij annonę, Opimatores, Tesserarij, & Dardani. NOTARII annonæ adhuc extãt, quos scribas profiandi appellant, quondam scribæ ædilitij nuncupati. Meminit Symmachus libro primo, epistola ad Theodosium Augustum: Nam æstate prouecta, cũ ex Africanis partibus minimum deuehatur, non inani tanguntur metu, ne res annonaria

Notarij annonæ.

A nonaria in graues cogatur angustias. Et ideo oro, quæsoq́ perennitatis uestræ salubre præsidium, ut iudices Africanos & notarium, cui æternitas nostra mandauit frumentarios cōmeatus, seueriora scripta dissimulent. Ad huiusmodi notarium siue scribam alludit inscriptio Vetustatis, quæ Nolæ in Italia sic legitur:

T. TECIENIVS FOELIX AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR.
AEDIL. CVRVL. VIATOR AEDIL. PLEBIS ACCENSVS.

OPIMATORES, qui & Parochi dicebantur, qui præsunt annonæ opimandę, ne desit aliquid exercitui: uel, quòd tanquā optiones præfecto annonę dabantur. *Opimatores.* Supersunt adhuc hodie apud nos in Austria, qui, ut illi, stellaturam quondam militibus diuidebant, hoc est, annonma loco pecuniæ. Ita nimirum hodieq́ faciunt, quos uulgari lingua nominamus **Profiants verwalter.** Meminere Impp. & decimo & undecimo lib. Codicis, præcipuè uerò in l. missi. de exact. tribut. Cæterùm stellatura erat annona militaris, quæ à Tessera in hoc differebat, quòd *Stellatura.* stellatura loco stipendij distribuebatur: tessera uerò dabatur gratuitò. Huc pertinet illud Lampridij in Alexandro: Annonam militum diligenter inspexit: Tribunos qui de stellaturis militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit.

Meminit & Spartianus in Pescenino: Nam & Imperator tribunos duos, quos constituit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit. Et subdit: Idem iussit, ne in zonis milites ad bellum aureos uel argenteos nummos portarent, sed publicè cōmanducarent. Fit stellaturæ quoq́ mentio apud Imp. in l. septem diebus. C. de erogation. militaris annonæ libro duodecimo. Porrò stellaturas, annonaria scilicet symbola illa, à stellis nomen accepisse credendum est, quòd stellulis signata fuerunt. Hinc Plinius libro sexto, columnas seu pilas uo B cat stellas, in quibus fœdera scribebantur. Et Marcellinus lib. 18. stellæ regalis cū aureo puluinari direptæ meminit. Atqui nec illud silentio transeundum est, quod chartulę uel breuia eorum qui stellaturā dabant, uocabātur Eulogia. Hinc *Eulogia.* Parochi rationales, & Eulogitę. Meminit Vergilius in Culice, & Tertulianus in *Parochi rationales.* Apologetico. Ab huiusmodi Eulogijs metaphoricè primitiuæ ecclesiæ oblationes Eulogia dicta sunt, de quibus Concilia sæpe. TESSERARII, qui tesseram *Tesserarij.* militibus diuidebant: hoc est, annonā gratuitò datam. De qua donatione Vlpia- *Tessera annonaria.* nus iureconsultus, ff. de iudicijs loquutus, in l. sed etsi. Si libertis suis tesseras frumentarias emi testator uoluerit, apparet ex genere comparationis id fidei cōmissum Romę præstandū. Sic Paulus iureconsultus, ff. de legat. secundo. l. mortuo. Si Titio, inquit, tessera frumentaria legata sit. Meminit & Iustinianus libro undecimo C. titulo de frumento Alexandrino, l. diurnos: Tesseræ (inquit) designentur. Ad huiusmodi symbolum annonæ condonatæ uel populo, uel militibus, & gratuitò distributæ à tesserarijs, alludit Cor. Tacitus libro decimoseptimo historiæ Augustę: Frustra aduersus Heduos quæsita belli causa. Iussi pecuniam atq́ arma deferre, gratuitos insuper cōmeatus præbuere. Huc pertinet & illud Dionis in Hadriano: Dona per tesserulas separatim uiris, separatim mulieribus in theatro & in circo dedit. Ad huiusmodi tesseras alludunt & poetæ: Iuuenalis,

Simila ne pereat, qua uilis tessera uenit: Persius, —*Scabiosum tesserula far Possideat.*—

DARDANI, uel Dardanarij, erant propolæ, qui omnia præemebant, ut postea carius uenderet. Latinis aliàs annonarij, & uulgò Austriacis nobis **Fürkäufler.** Me- *Dardani.* minit Vlpianus ff. de extraordinarijs crim. l. annonā. Annonā, inquit, attētare, & *Vexare annonam.* uexare uel maximè Dardanarij solent. Item ff. de pœnis, l. in dardanarios. Annonarios porrò ijdē Iurecōsulti uident recensere inter uenalitiarios, quemadmodū elegāter annotauit Alciatus in l. mercis appellatione homines. ff. de uerb. signif.

F 2 Etidem

Et idem Alciatus, Dardanarij uocem inter eas dictiones numerat, quæ alijs in authoribus nusquam eo sensu reperiuntur. Porrò annonariorum, siue dardanorũ merces uocabantur promercalia, quę ut diuendātur pluris, fuerunt empta: uulgò Der fürkauff. de quibus Paulus iureconsultus: Quòd si res (inquit) in quibus impensæ factæ sunt, fuerint promercales, tales impensæ non uoluptariæ, sed utiles sunt. l. quasi. ff. de impens. in reb. dot. Porrò dardanorũ mentio extat apud Sidonium Apoll. lib. 5. Epistolarum, epistola ad Aquilinum: Cum in Constantino inconstantiam, in Iouino facilitatem, in Gerontio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrarentur. Ad huiusmodi propolas siue annonarias adludunt reliqui authores. Cicero in oratione cōtra Pisonem: Panis tibi de cuppa atq; propola. Lāpridius in Cōmodo: Imitatus propolas circumforaneos, equos sibi cōparauit. Huc pertinet & illud Plautinum in Aulularia: Hi Dardanarij præpropera emptione flagellant, accēdunt & excalefaciunt annonã. Atq; hæc de annonæ ministerijs, nunc discrimina siue annonæ species expediam. Est aũt notandum, annonam & rem alimentariã eiusdem fuisse significationis. Hinc Marcellinus libro historiæ suæ uigesimo: Auxerat inter hæc cœptorũ inuidiã Florentij fuga præfecti, qui uelut præsagiens concitandos motus ob militē, ut sermone tenus iactabatur, accitum, cōsultò discesserat Viennã, alimentarię rei gratia, diuelli causatus à Cæsare. Et rursus lib. 21. Et potiore posthabito, in locũ Tertulli Maximum urbi præfecit æternę ad Ruffini Vulcatij gratiã, cuius sororis eum filiũ norat: hoc administrante, alimentaria res abundauit, & querelæ plebis excitari solitæ crebrò cessauerunt. Capitolinus in Marci historia eleganter publica alimenta appellauit, canonē frumentarium, & eam curã quæ in omnis generis cibarijs cōparandis adhibetur: De alimentis publicis (inquit) multa prudenter inuenit, curatores multis ciuitatibus, quo latius senatorias tenderet dignitates, à Senatu dedit: Italicis ciuitatibus famis tēpore frumentum ex urbe donauit, omniq; frumentariæ rei consuluit. Inuenio & ANNONAM alimentariã, siue prouisionē annonariam extitisse, quã gentilitia hodie lingua uocamus ain pfründt, cum aliquis certa pecuniæ summa collocata, sibi perpetuò uictum publicum aliquo in loco, cœnobio uel xenodochio cōparat. Hinc pueri alimētarij authoribus, qui publico sumptu in xenodochijs aluntur, nuncupati sunt. Iulius Capitolinus in Marci Cęsaris historia: Ob hanc coniunctionē, pueros & puellas nouorum hominum frumentariæ præceptioni adscribi placuit. Sic Aelius Lampridius in uita Alexandri Cæsaris: Puellas & pueros, quēadmodũ Antoninus Faustinianus instituerat, Mammeanas & Mammeanos instituit. Meminit & Aurelius Victor in Cocceio Nerua: Iste quicquid antea pœnæ nomine tributis accesserat, indulsit, adflictas ciuitates releuauit, puellas puerosq; natos parentibus egestosis sumptu publico per Italiam ali iussit. Huc uidetur pertinere, quod de præbendis scribit Cassiodorus lib. 5 Variarum, quæ uox postea in cœnobijs inoleuit, à præbita annona uidelicet dicta: Præbendarũ tenor ascriptus (inquit) quē nostra diuersis largitur humanitas prouincialibus. ANNONARIAE EXPENSAE, Vegetio frugum & pabuli species dicunt, quas prouinciales militibus limitaneis expendebāt. ANNONARIAE PROVISIONES Trebellio Pollioni in Balista munus annonæ præfecti, appellatur uulgò Profiandt fürsehung: Fuit uir insignis, eruditus ad gerendã remp. in cōsilijs uehemēs, in expeditionibus clarus, in prouisione annonaria singularis. Sic ANNONARIAE pariter prouinciæ Trebellio in uita Tetrici dicũtur, unde copia frumenti suppeditabat, qualis Aegyptus fuisse memoratur: Eum quē triumphauerat, correctorē totius Italiæ fecit, id est Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorũ, Apulię, Calabriæ, Hetrurię atq; Vmbrię, Piceni & Flaminię, omnisq; annonarię regio-

Propolæ. Flagellare annonam. Res alimentaria. Publica alimenta. Prouisio annonaria. Pueri alimentarij. Præbendæ. Annonariæ expensæ. Annonariæ prouisiones. Annonariæ prouinciæ.

A B

A regionis. Huc pertinet & illud Marcellini lib. 27. historiæ Augustę: Hoc tẽpore, uel paulo antè noua portenti species per annonariã apparuit Tusciã. Celebrant & Hergiliano lib. 7. historiæ suæ, ANNONARIAE PECVNIAE: Igitur quæcunque pecuniæ ciuiles aut ad publicã annonam repositæ, aut in plebẽ diuidendæ superer rant. Cõmemorat & Symmachus lib. 1 Epistolarũ, ANNONARIAS COPIAS: Mittetis (inquit) etiã regiam classem quæ annonarijs copijs augeat deuotæ plebis alimoniã. Hanc ergo in Tiberinis ostijs mixtus populo senatus excipiet. ANNONA VILIS T. Liuio uocatur, alimenta omnis generis, siue cõmeatus militaris, leui precio comparabilis. Ita enim scribit decimo tertiæ Decadis: Per eos dies cõmeatus ex Sicilia Sardiniaque tantã uilitatem annonæ effecerat, ut pro uectura frumentum mercator nautis relinqueret. Idem arctiorẽ & laxam annonã, lib. 6 eiusdem Decadis uocat, hoc est, caram & uilem. ANNONAM quoque sæuam eleganter Tacitus dixit lib. 1, quæ magni ueniret, cũ omnia edulia in caro (quod appellamus) foro sunt: quã difficilẽ subinde annonã Cicero dicit. ita enim scribit Tacitus: Nam Agrippa dissidio domũ imminuerat, & Cæsar quãuis posthabitã, decies sestertij dote solatus est. Sæuitiã annonæ incusante plebe statuit, frumẽto precium quod emptor penderet, binosque nummos se additurũ negociatoribus in singulos modios. Ita grauẽ annonã Cæsar lib. 5. Bel. ciuilis non ineleganter nominauit, cõmeatum corruptũ, **verlegen verdorwen prouiandt**: Quare Cæsariani (inquit) graui annona sunt cõflictati, ideo quòd nondum neque in Sicilia, neque ab Sardinia cõmeatus supportatus erat. Neque per anni tẽpus in mari classes sine periculo uagari poterãt, neque amplius millia passuũ sex terræ Africæ, quoquò uersus tenebãt, pabulique inopia premebãtur. Qua necessitate coacti ueterani milites, equitesque, qui multa terra marique bella cõfecissent, & periculis inopiaque tali sæpe essent B cõflictati, alga è littore collecta, & aqua dulci elota, & ita iumẽtis esurientib. data, uitã eorum producebãt. Huc pertinet quod Lampridius in Cõmodo scribit: Per hanc aũt negligentiã cum & annonã uastarẽt hi qui tunc remp. gerebant, etiã inopia ingens Romæ exorta est. Quare annonã uastare is dixit, pro eo quòd est, carã efficere. Contrariũ est huic, annonã leuare, quã elegãtia Cicero utitur in oratione pro Milone. Cæterùm ANNONAE species siue genera, uno ceu fasce cõprehendere uidetur Trebellius Pollio, in historia Balistæ, qui imperiũ apud orientẽ aduersus Galienum inuaserat, cum epistolã Valeriani Cæsaris ad Ragoniũ clarum Illyrici prefectũ retexit: Hac in forma remp. uides, ut nec ille prouinciales grauet, ut illic equos cõtineat, ubi sunt pabula: illic annonas militum mandet, ubi sunt frumenta. Non prouincialẽ, non possessorẽ cogat, illic frumenta, ubi nõ habet, dare: illic equũ, ubi non potest pascere. Nec est ulla alia prouisio melior, quàm ut in locis suis erogentur, quæ nascuntur, ne aut uehiculis aut sumptibus remp. grauent. Ex quibus uerbis colligimus, annonę genera insigniora fuisse, militarẽ, prouincialem & municipalem. Quarũ erant species sub prioribus cõprehensæ, annona frumẽti, annona macelli, annona salaria, annona mẽstrua, & annona mediastina. De quorum singulis ordine dicã. ANNONA MILITARIS, aliàs cõmeatus dictus, quanquã hæc uox generalioris paulo significationis existit. Dicebatur aũt annona militaris, omne edulij genus, quod ad exercitũ portabatur, uel quoscunque cibos annonę præfectus siue per tesserã, siue stellaturas, in milites diuidebat: ut hodie fit in ea prouisione annonæ, quam idcirco uoce à Latino deducta Germani profiandum uocamus. Meminerunt uerò annonæ militaris subinde autores. Cęsar lib. 1. Ciuilis belli: Iamque ad denarios quinquaginta in singulos modios annona peruenerat, & militũ uires inopia frumenti diminuerat. Iulius Capitolinus in Opilio Macrino: In annonis tribuendis largissimus fuit, in auro parcissimus: in uernaculis uel

Annonariæ pecuniæ.
Annonariæ copiæ.
Annona uilis.
Laxa annona
Annona sæua.
Annona difficilis.
Annona grauis
Vastare annonam.
Annonam leuare.
Genera annonæ.
Annona militaris.

lis uel aulicis tam impius, tam pertinax, tam asper, ut serui illum sui nō Macrinū dicerent, sed Macellinium, quòd macelli specie domus eius cruentaretur, sanguine uernularū. Et iterū in Maximinis: Maximinus aūt ea fuit semper astutia, ut milites nō solum uirtute regeret, sed etiā præmijs & lucris sui amantissimos redderet, nunquam annonā cuiuspiam tulit. Lampridius eam orationē Alexandri Cæsaris, ad cōpescendam seditionē militarem, introducit: Tumultus (inquit) post hoc ortus est. Atque iterū: Qui in cōcione estis, uocē in bello contra hostē, non cōtra Imperatorē uestrū necessariū, omittite. Certè campiductores uestri hanc uos docuerūt, cōtra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere, nō contra eū qui acceptā à prouincialibus annonā, qui uestē, qui stipendia uobis attribuit. Huc pertinet locus Flauij Vopisci in historia Cæsaris Aureliani. Huius epistola militaris est ad uicarium suum data huiusmodi: Si uis tribunus esse, immò si uis uiuere, manus militū contine. Nemo pullum alienū rapiat, ouem nemo contingat, uuā nullus auferat, segetē nemo deterat: oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit. Et iterum, annonā militarem describens Duci cōcessam, in textu epistolæ Valeriani Cæsaris: Quare sinceritas tua, mi parēs charissime, ait, supradicto uiro efficiet, quamdiu Romæ fuerit, panes militares mūdos sexdecim, panes militares castrēses quadraginta, uini mēsalis sextarios quadraginta, porcellū dimidiū, gallinaceos duos, porcinæ pondo triginta, bubulę pondo quadraginta, olei sextariū unum, & item olei sextariū unum, liquaminis sextariū unū, salis sextariū. Herbas olerū, quantū satis est. Sanè quoniā ei aliquid præcipuè decernendū est, quamdiu Romę fuerit, pabula extra ordinē decernes. Idem in epistola Valeriani ad Galienū filium, cū Probo duci militię annonā decernit: Et meū secutus iudiciū, quod semper de Probo adolescente habui, & omniū bonorum, qui eundē sui nominis uirū dicunt, tribunatū in eum contuli, datis sex cohortibus Saracenis, creditis etiā auxiliaribus Gallis. Et subdit in altera epistola ad Miluiū Gallicanum: Item in salario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo sex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per biduum, sextariū unū, * uini ueteris diurnos sextarios decē, cū larido bubalino: salis, olerū, lignorum, quantū satis est. Hospitia præterea eidē, ut tribunis legionū, præberi iubebis. Alludit ad eandem annonā militarē Trebellius Pollio in historia Macriani, qui Imperium aduersus Galienum inuaserat: Do (inquit) manus de meo stipendio militi, duplex daturus. Tu tantū pręfecti mihi studium, & annonā in necessarijs locis præbe. Referēda sunt ad explicationē annonę militaris & hæc Spartiani in Pescennino uerba: Idem iussit uinum in expeditione neminē bibere, sed aceto uniuersos esse cōtentos. Idē ob unius gallinacei direptionē, decem commanipulones, qui raptū ab uno comederant, securi percussit. Huc pertinēt quæ scribit Herodianus lib. 3 historiæ, in uita Seueri Imp. quū inquit: Postea uerò quàm in tēplum Iouis ingressus est, omniaque sacrificia de more peregit, reuersus in palatium, magnoque congiario P.R. uictorię nomine prosecutus, ac nummos militibus largitus est, simul alia permulta indulsit, quæ nunquam antea acceperant. Nam & frumenti summam primus adauxit, & aureis annulis uti, & domi habere mulierem permisit. Meminit & Cassiodorus lib. 5 Cognitionum uariarum, in epistola ad Abundantiū prępositum: Atque ideo illustrē magnitudinē tuam eis annonas & nauigia secundū consuetudinē præbere censemus. ANNONAM militis gregarij, quanta fuerit, delineat Polybius in libello de Castrametatione Romana: Obsonium, inquit, pedites duos obolos accipiunt singulis diebus, ductores ordinū duplum, equites drachmā. Triticum datur peditibus, Attici medimni ex tribus duę fermè partes: equitibus ordei septē medimni singulis mensibus, tritici duo socijs, pediti ęqua portio, equiti tritici medimnus, & tertia pars ordei quinque medimni: daturque

Marginalia: A (beside line 1); *Annonæ Ducis.* (beside "Cæsaris: Quare sinceritas..."); B (beside "bunatū in eum contuli..."); *Exemplum seueritatis militaris.* (beside "Spartiani in Pescennino...")

A daturq́ue id socijs muneri Romanis, tam frumenti quàm uestis, armorumq́ue, si quis huiusmodi rerum indiguerit. Horum omniū quæstor certum ordinatumq́ue precium eorum obsonijs detrahit. Porrò annonæ militaris species præcipuæ erant, annona frumenti, annona mediastina, annona nautica, & primus pilus annonæ, decumæ binæ, ternę: de quorum singulis seorsim dicam. ANNONA FRUMENTI, cum triticū, siligo aut auena, reliquæ'ue frugum species militibus uel per tesseram, uel per stellaturam distribuebatur. Iureconsulti præterea per annonam frumenti, panem ciuilem comprehendunt. ut habet Iustinianus in Authent. de non alienand. §. hæc ergo. collat. secunda, & l. ult. Cod. de iure dotium: item in l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nuptijs. Ad huiusmodi annonam alludit hæc inscriptio Vetustatis, quæ in Hispanijs est eruta apud Tarraconem: Annona frumenti.

L. VAL. L. FIL. GAL. FAVENTINO IIVIRALI QVI ANNONA FRVMENTARIA EMPTA PLEBEM ADIVVIT ET OB ALIA MERITA EIVS: COLLEGIA KALENDARIORVM ET IDVARIA DVO: CIVI GRATISSIMO POSVERVNT.

MENSTRVVM, annona ad mensis spacium portata à milite. Meminit Liuius libro quarto Decadis quintæ: Prætore dimisso, Consul menstruum iusso milite secum ferre, profectus decimo pòst die, quàm exercitum acceperat, castra mouit. Meminit & apud Iureconsultos Vlpianus. in titulo ff. de cessione bonorū, l. qui bonis: Si quid misericordiæ, inquit, causa ei fuerit relictum, puta menstruum, uel annuum, alimentorum nomine, non oportere propter hoc bona eius iteratò uenundari. Nec enim fraudandus est alimentis quotidianis. PASTVS, genus frumentationis erat, quod primipilo dabatur, centurionum summo. Meminit huius Imp. Theodos. duodecimo libro Codicis, in l. ordinariorū, ubi inquit: Ordinariorum iudicum apparitores, qui uel speculatorum uel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum cōtemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione compleuerint. Hinc Pastophori dicti Apuleio, & Hieronymo, & alijs quibusdam, æditui. SALGAMA, de quo Imp. Constant. libro duodecimo Codicis, titul. de salgamo hospitibus, l. unica, inter cibos castrenses mentionem facit, continebat sub se oleum, butyrum, & omnes condituras, & ligna, deniq́ue cuncta in dies necessaria. alludit ad hoc Ausonius, hoc carmine: Menstrui annona. Pastus. B Salgama.

Salgama non hoc sunt, quod balsama, cedite odores.

Et Columella in carminibus de Cultu hortorum:

Tempore non alio uili quoq́ue salgama merce.

BVCCELLATVM, ab Impp. Arcad. & Honor. in l. lege repetita censemus. tit. de erogatione annonę militaris, libro duodecimo Codicis, inter cibos castrenses, unà cū caseo & larido recēsetur. Quod quale fuerit, docet Marcellinus lib. 17: Firmatoq́ue, inquit, consilio uiginti dierum frumentū, ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum uocant, humeris militum imposuit. Meminit & Suetonius in Augusto, in epistola ad Tiberiū: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiuniū seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas bucceas manducaui. Spartianus in Pescenino: Idem iussit in expeditione uinū neminem bibere, sed aceto uniuersos esse cōtentos. Idem pistores sequi expeditionē prohibuit, buccellato iubēs milites & omnes esse cōtentos. & sic intelligendū est hoc carmen Epigrammatarij: *Oret caninas panis improbi buccas.* Buccellariorū etiā faciunt mentionem, Buccellatum.

tionẽ,ſed in alia ſignificatione,Impp.Leo & Anthem.in l.ult. ad l.Iul. de ſic.Hinc A

Buccellarij. Buccellarij, equites cataphracti per orientem,authore codicis Præfecturarũ Scoto ad Theodoſium Auguſtũ,nominantur:hoc eſt,qui minima annona uiuebant. Erant aũt natione Gallogræci, ut eſt Suidas author. Manet hoc genus panis hodie'q; in caſtris belli alicuius diuturni, & biſcoctos uocant. ANNONA NAVTICA:meminit Caſsiodorus lib.5 Variarum cognitionũ, in epiſtola Theoderici ad Abundantium prępoſitum:Et ſi is qui nobis æſtimatur neceſſarius ſeruus,fuerit alienus,aut cõducat eum claſsibus ſeruiturum: aut ſi hoc ipſe magis elegerit,accepto precio rationabili publico,cedat ſui iura dominij.Si uerò libertate gaudet electus,quinos ſolidos donatiuũ,& annonã ſe nouerit accipere cõpetentem. ANNONA PRIMVS PILVS Cuneo,extat mẽtio apud Iurecõſultos 12 Codicis.tit.de diuerſis officijs: erat annona centurionibus, & præcipuè qui primũ pilum habebant,data.Sequũtur ANNONAE ſimplę & duplę. de annona dupla illud Liuij li. 7.Dec.1:Milites qui in præſidio ſimul fuerũt, duplici frumẽto in perpetuũ, ſingulis bobus in perpetuũ,binis'q; trinis tunicis donati. BINAE & ternæ cõmemorãtur à Lãpridio,in hiſtoria Alexãdri Cæſaris:Aulicũ miniſteriũ in id contraxit, ut eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceſsitas poſtularet, ita ut annonas, non dignitatẽ acciperẽt fullones & ueſtitores,& pictores,& pincernę,omnes caſtrenſes miniſtri,quẽadmodum peſtis illa inſtituerat,ſed annonas ſingulas,uix binas. Et iterũ: Balneatores nõ niſi ſeruos ſuos habuit,ita ut ſi quis deeſſet,emeret. Medicus ſub eo unus Palatinus ſalariũ accepit: cæteri omnes, qui uſq; ad ſex fuerunt,annonas binas aut ternas accipiebãt.Porrò meminit duplicis annonę & Vegetius,ſcribens eum qui torque aureo ab Auguſto donatus eſſet,annonã duplicẽ accipere ſolitũ.Ita enim habet li.2.de Re militari,cap.7.Armaturæ duplares,quę binas cõſequuntur annonas:ſimplares,quæ ſingulas.Et ſubdit: Torquati duplares,torquati ſimplares,quib.torques aureus ſolidus uirtutis pręmium fuit.quem qui meruiſſet,præter laudẽ interdũ duplas cõſequebaĩ annonas: duplares duas, ſimplares unã. Erant & ſecundum annonã Candidati duplares, & candidati ſimplares.Hi ſunt milites principales,qui priuilegijs muniunĩ. Huc alludit & Herodianus ſub finẽ ſexti libri in uita Alexãdri:Poſtea uerò (de Maximino loquẽs) quàm beneuolentiã omniũ atq; alacritatẽ prouocauit,duplicata ſcilicet annona,ingenti'q; promiſſo donatiuo,pœnis'q; omnibus ignominijs'q; remiſsis,cõfeſtim ad Alexandri tabernaculũ, quod haud procul aberat, uniuerſos educit.Sic idem deniq; lib. 4.hiſtoriæ:Prætereaq; annonæ,ſuprà quàm ſueti,accipere dimidiũ iubet. Extat deniq; & Quaternæ annonę,mentio apud Liuium lib.10,Decad.3:Annus inſignis incendio ingenti(quo cliuus publicus ad ſolum exuſtus eſt) & aquarum magnitudine,& annonæ uilitate fuit,pręterquã quòd pace omnis Italia erat aperta,etiã quòd magnã uim frumẽti ex Hiſpania miſſam M. Valerius Falco, & M. Fabius Buteo,Aediles curules quaternis æris uicatim populo deſcripſerunt. Decumæ nõ ſolum tributi,uerùm & annonę genus fuerunt, ut ex his uerbis Trãquilli in Caligula colligitur:Scenicis ludis inter plebem & equitẽ cauſam diſcordiarum ſerens,decumas maturius dabat. Cicero in ſuis in Verrem inuectiuis, grauiter in Verrẽ inuehitur,quòd aratores in Sicilia uix eſſent,quod'q; eos ſpoliaſſet frumento empto,atq; decumano.Huiuſmodi decumæ fuerunt, de quibus T. Liuius lib. 7. Decadis quartæ ſcribit: Siciliæ Sardaniæ'q; binæ eo anno decumæ frumenti imperatæ.Et iterum:Siciliæ legio una,& claſsis,quæ in ea prouincia erat,decreta erat,& ut duas decimas frumẽti nouus prętor imperaret Siculis. Idẽ lib.2.Dec.5. Prætoribus qui eas prouincias ſortiti eſſent,mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardis'q; imperarẽt,quanq; uerò & de tributi genere hęc accipi uerba poſſint.

Marginal notes: *Biſcocti panes.* *Annona nautica.* *Primus pilus annona.* *Annonæ ſimplæ & duplæ.* *Annonæ binæ & ternæ.* *Annona duplex.* B *Annona quaterna.* *Annona decuma.*

A sint. ANNONA TRIDVANA recenset à Cassiodoro lib.5 Variarū cognitionū, in epistola Theoderici ad Seuerianū Sueuię prępositū: Iudex uerò Romanus propter expensas prouincialiū, quæ grauare pauperes suggerunt, per annū in unumquodq; municipiū semel accedat, cui nō amplius q̃ triduanæ præbeant annonæ. *Annona triduana.*

Sic VICENAE DIVRNAE à Marcellino lib.22. recensentur inter annonæ militaris discrimina: Ego (inquit) nō rationalē, sed tonsorē iussi acciri. Interrogatus tamē ille, quid haberet ex arte cōpendij, uicenas diurnas (respondit) annonas, totidemq; pabula iumentorū, quę uulgò dictitāt capita. Huc pertinet quod scribit Apuleius lib.19. de Asino: Stipes acceptans nō paruas, similas diurnas corrodere cōsueuerat. Atq; hæc de Annona militari, quæ (ut diximus) cōmeatus etiā uocabatur. unde Cicero pro lege Manilia: Cōmeatu & priuato & publico prohibemur. Idem lib.7. ad Atticū: Ille à cōmeatu & reliquis copijs intercludendus. Cæsar lib.1. Ciuilis belli: Reliquas merces cōmeatusq; ad obsidionē urbis, si accidat, reseruant. Ad hoc genus annonæ alludit Epigrammatarius hoc carmine: *Vicenæ diurnæ.* *Commeatus.*

Cum data sint equiti bis quinq; numismata, quare
Bis decies solus Sestaliane bibis?

ANNONAE MILITARIS donum Liuius lib. 7 Decad.1. celebrat his uerbis: Iisdē militib. legiones libras farris, & sextarios uini cōtulerunt. ANNONA PROVINCIALIS, quæ limitaneis militibus, custodiā agentibus ad ripas fluminū, terminantiū ditionem Romanā, dabatur. Ad quā Vopiscus in Probo alludit his uerbis: Agros & horrea & domos, & annonā transrhenanis omnibus fecit, ijs uidelicet quos in excubijs collocauit. Et iterum: Quę deinde fœlicitas emicuisset, si sub illo principe milites nō fuissent, annonā prouincialibus daret nullus, stipendia de largitionibus nulla erogarentur. Huc pertinet illud Lampridij in Alexandro Cæ- *Annonæ militaris donum.* *Annona prouincialis.*
B sare: Etiā in prouincijs oratoribus forensibus multum detulit, plerisq; etiā annonas dedit. Sic Trebellius in historia Balistę, Valerianus Ragonio claro præfecto Illyrici, & Galliarum: Si quid in te frugis est, quam esse scio, parēs clare, dispositionem balistę prosequere: hac in forma remp. uides, ut nec ille prouinciales grauet: ut illic equos cōtineat, ubi sunt pabula: illic annonas militum mādet, ubi sunt frumenta. Non prouincialem, nō possessorē cogat, illic frumenta, ubi nō habet, dare: illic equum, ubi nō potest pascere. nec est ulla prouisio melior, q̃ ut locis suis erogentur, quæ nascuntur, ne aut uehiculis, aut sumptibus remp. grauent. Erant autem potiores duæ huius annonæ species, annona salaria, & canon frumentarius. ANNONA SALARIA, fuit salis apparatus, sufficiēs prouincię, cùm ad limitaneos milites, tum ad prouincialiū usum. De qua Liuius lib.9 Decad.3 ita scribit: Vectigal etiā nouum ex salaria annona statuerunt, sextante sal & Romæ & per totā Italiā erat eodē in precio. Cæterùm Plinius author est, Ancū Marciū regē salis modia sex millia in cōgiario populo dedisse, salinasq; primùm instituisse. Earū aūt uectigal, explosis regibus, sublatū, iterum imposuit cēsor M. Liuius, ob idipsum Salinator appellatus. De salinis ueterib. extat Iureconsulti lex in l. prima. ff. quod cuius. uniuer. nomine. in prin. ANNONA CANONIS, uel canon frumētarius, erat annua frumentatio, uel apparatus omnis generis frugū, siliginis, tritici ac auenæ, pręcipuè ad anni usq; curriculū sufficiēs prouincię. propriè uerò Canon uocabat annua frumētatio, quā Aegyptus, Africa & Sicilia, statā po. Ro. pendebant. Hinc Ascon. Pedianus canonē inter tria pēsitationū genera, quæ apud antiquos fuere, recenset. Sic canon largitionū, Mariano in Præfecturarū codice, prouinciales largitiones dicunt, quę fisco præstant. Meminere uerò huiusce canonis, classici passim autores. Spartianus in uita Septimij Seueri: Rei frumētarię, quā minimā reperit, ita cōsuluit, ut excedēs ipse uita, Canonē septē annorū reip. relinqueret. Et *Annona salaria.* *Annona canonis.* *Canon frumentarius.* *Canon largitionum.*

iterum:

iterum: Moriens septem annorū canonem, ita ut quotidiana septuagintaquinq; A millia modiorum expendi possent, reliquit. Sic Lampridius in Heliogabalo: Iusserat & canonem pop. Romani, meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari: extramuranos alio promisso, cum eo tempore iuxta prouisionem Seueri & Traiani, septem annorū canon frumentarius Romæ esset, &c. Porrò Canon frumentarius ex prouincijs annonarijs, siue frumentarijs colligebatur: quales erant, Aegyptus, Sicilia, & Illyricum: de quibus suo loco. Vnde scribit Fla. Vopiscus in historia Firmi Cæsaris: Amantissimo sui populo Romano Aurelianus Augustus S.D. Pacato undiq; gentiū, toto quà patet orbe terrarum, Firmum etiā latronem Aegyptium barbaricis motibus æstuantē, & feminei propudij reliquias colligentem, nè plurimum loquar, fugauimus, obsedimus, cruciauimus, & occidimus. Nihil est, Romulei Quirites, quod timere possitis. Canon Aegypti, qui suspēsus per latronem improbum fuerat, integer ueniret, si nobis esset cum Senatu cōcordia, cum equestri ordine amicitia, cū prætorianis affectio. Alludit ad huiusmodi Canonem frumentariū Sidonius Apollinaris lib. 6. epistola ad Censorium: Quem si domesticis fidei deputata humanitate foueatis, id est, ut debitum glebæ canonem non petatis, tantum lucelli pręstitum sibi computat peregrini hominis, ut census sit animus angustus, ac si in patrio solo rusticaretur. Et sic intelligitur illud Cassiodori 3 Variarū cognitionum: Vnde te præsentibus cōmonemus affatibus, ut secundùm canonicariæ fidei tempora debeas constituta complere, nec quicquā dispendij assis publicus sustinuerit. Meminit Canonis in hac significatione idem lib. 5. in epistola Theoderici ad Ampelium: Transmarinorum igitur canonem, ubi non parua fraus fieri utilitatibus publicis intimatur, uos attentè iubemus exquirere. Intelligitur deniq; iam carmen illud Aur. Prudentij secundo in Symmachum, cum de Aegypto, quę erat frumentaria prouincia, locutus fuisset: B

Nec det uela fretis, Romana nec horrea rumpat.

Ab hoc Canonis significatu arbitror primos ecclesię doctores metaphora sumpta, seriem librorum sacrorū Canonem appellasse. ut Eusebius lib. 6. historiæ Eccles. Non est ignorandū (inquit) uiginti & duos esse libros in Canone ueteris Testamenti, sicut Hebræi tradunt, secundū numerū elementorū, quæ apud ipsos habentur. Credendū est aūt, & horrea illa per urbē, aliaq; dispersa, elementis latinis distinxisse: ut hodie qui plurimum uini in cellarijs congerunt, uasa notare consueuerunt. Atq; hactenus de prouinciali annona, quā sequitur ANNONA MVNICIPALIS, siue urbica, cuius certæ erāt in oppidis & urbibus leges, ut copia illius ac uilitas foret. Erat autē duplex annona: macelli, sub qua omnis generis carnes ueniebant: & annona panificij, uel pistoria, sub qua omnis generis panes comprehendebātur, cupedinarij & popinæ. Mentio fit aūt subinde annonæ municipalis apud receptos authores. Iulius Capitolinus, cum de Gordianis scribit: Cuius uiri tāta in repub. dispositio fuit, ut nulla esset unquā ciuitas limitanea potior, quę nō posset exercitū po. Ro. ac Principē, quę totius anni in aceto, in frumēto & larido, atq; hordeo & paleis, cōdita nō haberet. Minores uerò urbes aliæ triginta dierū, aliæ quadraginta, nōnullę duorū mensiū, quæ minimū 15 dierum. Idem cum esset præfectus, arma militū diligenter inspexit. Nullū senē militare passus est, nullum puerū annonas accipere. Sic Flauius Vopiscus in uita Cęsaris Aureliani, cū Valeriani Augusti epistolā retexit: Valerianus Augustus Flauio Arabiano præfecto annonæ: Inter cætera quibus dijs fauentibus, Romanā remp. iuuimus, nihil mihi est magnificentius, quàm quòd additamento unciæ omne annonarum urbicarū genus iuui. Huc referendum, quod Symmachus scribit lib. 1. epistola ad Theodosium Augustū: Puteolanis municipibus Constantius CL.M. modiorū in alimoniam

Annona municipalis.

A niam ciuitatis indulsit. Quæ summa à diuo Constante regente remp. media parte mutilata est. ANNONA MACELLI, erat sub annona municipali siue urbica, & comprehendebat omnis generis carnes, nō solum quadrupedum, sed auium etiã, atq; piscium. Cicero: Si Epicuri de uoluptate liber corrosus esset, putarē annonã in macello cariorem fore. Idem in libro de Diuinatione: Annona in macello cara est. Plautus in Aulularia: Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros, agninam carnē, bubulam, uitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. Huc pertinet illud Trãquilli in Tiberio, capite de Impensis ludorũ: Annonamq; macelli Senatus arbitratu quotãnis temperandam, dato ædilibus negocio, popinas, ganeasq; adeò inhibendi de edicto. ANNONA PISTORIA, omnis generis panes comprehendebat. Ad quã alludit Suetonius in Tiberio: Popinas ganeasq; usq; eò inhibuit, ut ne opera quidē pistoria proponi uenalia sineret. Huc pertinet & illud Herodiani lib. 4 historiæ: Panemq; etiã temerè factum, quippe tritico quantũ satis uni foret, sua manu molito, massaq; inde facta, atq; in carbonibus decocta uesci solitus. Nec trãseundum, quod scribit Suetonius in Caligula: Sparsit & missilia uariarum rerum, & panaria cum obsonio uiritim diuisit. Porrò Iustinianus in Autenticis & Codice, de secũdis nuptijs. §. de iure dotium, panis ciuilis meminit, & panē inter ciuilis annonæ species collocat. Plura Bartolus scripsit 11 Codicis, cum de frumento urbis Constantinopolis agit, in l. prima. Erant uerò discrimina panum quædã, ut hodie sunt, in Sueuia potissimũ. CIBARII, uel secundarij, aut sequentes, plebeij erant, siliginei. Cicero 5. Tuscul. Cui cum peragranti Aegyptũ, comitibus nō cōsecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil uisum est illo pane iucũdius. Suetonius in Augusto, cap. de Cibis: Cibi, ait, nam ne hoc quidē omiserim, minimi erat, atq; uulgaris ferè: secundariũ panē, & pisciculos minutos, &c.

Annona macelli. *Annona pistoria.* *Panis discrimina.* *Cibarius panis.*

B Meminit & Plin. lib. 18, & Lampridius scitè sequentē dixit: Panis (inquit) mundi pondo 30. panis sequētis ad donandum, pondo quinquaginta. Huc alludit Lyricus: Pasci siliquis & pane secundo. PRIMARII, ut nostra ætate, albi sunt, qui similæ uocant. Meminit Plin. lib. 18. ARTOPTITII, uel Artoptesij, tosti in artopta uase. ὀπτάω enim est torrere, & ἄρτος panis: uulgo Spißkrapfen. ARTOLAGANI, uulgo Praitling. meminit Cicero in epistola ad Papiriũ Pœtum: Dediscēdæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. SPEVSICI, ἀπὸ τοῦ σπεύδειν, id est à festinando, prouiandt laib. FERMENTACEI, uel αὐτόπυροι, quibus nihil est ademptum, Rochenbrodt. NAVTICI, meminit Plin. lib. 22. Hodie biscocti: lege de Buccellato. DVLCIARII, hodie letzelten, ex melle facti. Apul. lib. 10. de Asino aureo: At illorũ alter p stor dulciarius, qui panes & mellita cōcinnabat edulia. Et iterũ: Hic panis crustula in cuniculos hamos lacertulos, plura scitumēta mellita. Et sic intelligitur hoc Martialis distichon. Pistor dulciarius:

Panis secũdus. *Artoptitij.* *Artolagani.* *Speusici.* *Fermentacei.* *Nautici.* *Dulciarij.*

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruet, huic uni parca labora: apis.

Iam cum de annonæ abundè historica ex fide dixerimus, reliquũ est, ut pro consuetudine nostra, aliquo Antiquitatis exemplo & istam partem nostri sermonis adornemus, quod in Dacia est erutum:

M. VLP. HAD. F. DIVI TRAI. NEP. AEL. HAD. ANTON. AVG.
PIO PONTIF. MAX. TRI. POT. VI. COS. IIII PP. Q. AVRELIVS Q. F. TERTIVS PAP. SARM. DEC. COL. OR. HONORAT.
FLAMINI HS. LXXX AD ANNONAM DEDIT L. S. D. D.

Et iam colophonem eram Capiti impositurus, cum præfecti adhuc frumenti in mentem uenit, cuius inter initia capitis huius meminimus. Siquidem diuersum

sum hoc à præfectura annonæ munus fuisse, ac frumentorum duntaxat curam, & non aliorum eduliorum habuisse, dictum est. PRAEFECTUS FRUMENTI igitur, uel curator, Græcis σιτοκόμος, ut comes horreorum, inclinante Imperio, quē Austriaci Castnerum uocamus, à custodiendo nimirum, latina dictione. Is uerò frumentum in prouincijs frumentarijs cùm ex tributo decimisq; colligebat: tum uerò pecunia plusculum coemptum, canonem frumentariū instruebat: hoc est, tritici, siliginis, hordei atq; auenæ facultas uti semper ac copia foret: deniq; ut limitaneis militibus procul, ac prætorijs, frugū ubertate prouideretur, munus ac curam habebat. Erantq; illi leges frumentariæ dictæ, & ab authore Sempronio constitutæ, quarum subinde Tullius in orationibus meminit. Præterea fungebatur magistratu, ministerijs quibusdam instructus: hoc est, frumentariorum, uenditorum frumenti, & mensorum, de quibus seorsim suo loco dicetur. Ad huiusmodi officium sæpe adludunt classici authores. Cæsar lib. 6. comm. Gallici belli: Carnutes Cotuato & Conetoduno ducibus desperatis hominibus, Gennabū dato signo concurrunt, ciuesq; Romanos qui negociandi causa ibi constiterant, in ijs C. Fusium Cottam honestum equitem Romanum, qui rei frumentarię iussu Cęsaris præerat, interficiunt. Sic Cor. Tacitus libro quarto historiæ Augustę: At frumenta, & pecunię uectigales, &c. publicorum fructuum societatibus equitum Romanorum agitabantur. Idem libro undecimo: Tum potissimū amicorum uocat, primumq; rei frumentariæ pręfectum Turcanum, pòst Lucium Getam pretorianis impositum percunctatur. Ex quibus patet, ex equitum ordine tales fuisse præfectos surrogatos. Meminit illius & Marcellinus libro uigesimooctauo: Eodem tempore etiam Hymetij præclaræ indolis uiri negocium est actitatū, cuius hunc nouimus esse textū. Cum Africam proconsule regeret, Carthaginensibus uictus inopia iam lassatis, ex horreis Romano populo destinatis frumentum dedit. paulo pòst cum prouenisset segetū copia, integrè sine ulla restituit mora. uerùm quoniam denis modijs singulis solidis indigētibus uenundatis, emerat ipse tricenos, integrum compendium ad principis ærarium misit. Describitur hoc munus item apud iureconsultos. Vlpianus in l. secunda. ff. de uacatione munerum: Sextumdecimum ætatis (inquit) annum agentem, ad munus Sitocomiæ uocari non oportet. Et Papinianus in l. ult. ff. de admini st. rerum ad ciuitatem pertinen. Meminit etiam Arcadius in l. munerū. ff. de mun. & honor. Personale (inquit) munus est, cura emendi frumenti & olei: nam harum specierum curatores, quos Græci σιτώνας uocant, creari moris est. Et sic intelligitur inscriptio Vetustatis, quæ Tiburi extat in templo S. Archangeli:

Præfectus frumenti. *Leges frumentariæ.* *Res frumentariæ.* *Sitocomiæ.*

A B

POST. MIMISIVS C. F. SARDVS TR. MIL. Q. AED. PL. P. R. LEGATVS T. CAESARIS AVG. PROCOS. PRAEFECTVS FRVMENTI DANDI EX S. C.

Prouinciæ frumentariæ. Porrò prouinciæ, ubi communiter à Romanis frumentum comparatur, uocabantur Frumentarię: qualis erat Aegyptus. De quibus intelligendus est locus Ciceronis libro nono Epistolarū ad Atticum: Omnis hæc classis, Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone, Andro, Cypro, Pamphilia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzātio, Lesbo, Smyrna, Mileto, Co, ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias prouincias cōparatur. Huc pertinet quod scribit Aurelius Sextus in Augusto: Huius tempore ex Aegypto urbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur. Vocat & Siciliam Cicero frumentariam, 5. in Verrem: Nemi nem uestrûm præterit, iudices, omnem utilitatem opportunitatemq; prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda po. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè.

Sicilia frumentaria prouincia.

A ximè. Plura de frumentarijs prouincijs idem in Oratione pro Domo sua. Ad huiusmodi prouincias frumentarias, pertinet carmen illud luculentum A. Prudentij secundo libro in Symmachum:

Num tractu in medio bibulus uorat alueus undam
Fluminis, & subitò stagna absorbentur hiatu?
Ne sulcos operire uadis, néue arida possint
Aegypti per plana trahi? glebasq́ rigentes
Infusis ad pingue lutum mollire fluentis.
Unde seges latè crinitis fluctuet agris
Densius, & grauidis se uestiat æquor aristis.
Respice num Libycis desistat ruris arator
Frumentis onerare rates? & ad ostia Tybris
Mittere triticeos in pastum plebis aceruos?
Num'ne Leontini sulcator soluere campi
Cesset frugiferas Lylibæo ex littore cymbas?
Nec det uela fretis, Romana nec horrea rumpat,
Sardorum congesta uehens granaria classis.
Ergo piris mensas syluestribus implet arator
Pœnus, & auulsas Siculus depascitur herbas.
Iamq́ Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, iam corna cibus lapidosa Quiritum.
Quis uenit esuriens magni ad spectacula Circi?
Quæ regio gradibus uacuis ieiunia dira
B *Sustinet? aut quæ Ianiculo mola mota, quiescit?*
Quantos quæq; ferat fructus pronuncia, quamq́
Ubere fœcundo large fluat orbis opimus,
Indicio est annona, tuæ quæ publica plebi
Roma datur, tantæq́ manus longa ocia pascit.

Cæterùm qui frumentum in prouincijs uel emebant, uel ex decimis tributisq; colligebant, sub præfecto frumentationis constituti, uocabantur FRVMENTARII: de quibus authorum loca accipienda sunt, cùm aliorum, tum T. Liuij libro octauo Decadis quartæ: Et duodecim clypea ærata ab ædibus curulibus P. Claudio & Ser. Sulpitio Galba, sunt posita, ex pecunia qua frumẽtarios ob annonam comprehensam damnarunt. Porrò utitur ea formula loquendi, Frumentũ comprimere, pro eo quod est impedire, & Cicero in Epistolis ad Atticum. Sic Iul. Capitolinus in Opilio Macrino: Cum quidam milites ancillæ hospitis pudorem deprauasse suspecti essent, atque per quendam frumentarium ille didicisset, adduci eos iussit. Et iterum in historia Maximi & Balbini: Scriptum est præterea ad omnes prouincias missis frumentarijs, iussumq; est ut quicunq; Maximinum inuenissent, in hostium numero ducerentur. Sic Ælius Spartianus in Hadriano: Et erat curiosus, inquit, non solùm domus suæ, sed etiam amicorũ, ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret. Huc pertinet illud Trebellij in historia Clau. Cæsaris: item epistola Galieni, cum nunciatum esset per frumentarios, Claudium irasci quòd ille mollius uiueret. Ex quibus liquet, frumentarios fuisse, nõ solùm qui frumentum in prouincijs emebant, uerùm etiam qui annonã frumentationemq; per contubernia militum diuidebant: aliàs distributores frumenti dicti, & Græcè πριοσιχορῆγοι, ἀπὸ τῆς πριοσιείας & χορηγίω. de quibus extat lex Theodosij Imp. l. ultima, C. de frument. Alexan. lib. 11. tametsi Accursius genuinam ueterẽ dictionem

Frumentarij.

Frumentum comprimere.

nem Græcam istic corruperit, & legat falso Perissochoregius. Quare cum huiusmodi distributio quotidie fieret, qui diuidebant, cognitissimos ex consuetudine habebant milites. idcirco cùm Augusti, tum duces, eorum opera ad explorandos cuiusque mores, facta atque crimina indaganda utebantur. Tranquillus in Augusto, paragrapho de Officijs excogitatis per eum, refert, Augustum nouum officium distributorum frumenti excogitasse, & à militia in urbem traduxisse, ut aliqui forent curatores frumenti diuidendi in populum, non tam tributim quàm uiritim, ut æqualis fieret distributio, siue id donaretur à Principe, siue precio paruo uenderetur à fisco. Erant porrò sub præfecto frumentationis constituti mensores & Speclati frumenti, de quibus omnibus fit mentio in Romanis passim inscriptionibus, quarum rhapsodias libet aliquas subijcere: & his nõ solùm Caput hoc, uerùm integrum etiam librum concludere. A

Distributor frumenti.

Mensores frumenti.

Budæ in Hungaria:

CAL. OCTOB. MODESTO ET PROBO COS. AEL. OPTATVS AEL. CADIDVS MACR. SAEMNIANVS IVL. SEVVBANVS IVL. EMERITVS CAS. FVSCINVS IVL. PROBINVS AEL. VRBANVS RVS. MARTINVS VA. FESTVS IVL. ALEXANDER FL. EMEITVS VAL. CLEMENTINVS IVL. PRISCIANVS VER. VERISSIMVS IVL. INGENVS IVL. CELERINVS IVN. ADIVTOR AVR. LVPVS FL. CELSINVS CVRANTE AVRELIO PERTINACE FRVMENTARIO.

Catariæ, agri Lucensis:

I. O. M. B

PRO SALVTE IMP. L. SEP. SEVERI ET M. AVRELII SEVERI ANTONINI AVGG. FR. CLARISS. ET IVL. AVG. MATER CAES. SVS. CVRA FL. MVTIANI SER. M. FIRM. DIVS SVECLATVS FRV. LIGII. ITAL. OPTIO CONSECRA. ITEM DEDICAVIT III IDVS APR. SEVERO ET VICTOR. COS.

Moguntiæ, apud diuum Albanum:

D. M.

PRIMNIAE COMITILLAE QVAE VIXIT ANNIS XX. CIVES MEDIOMATRICA MATERNIVS NEMAVSVS STRATOR COS. ET LVCIVS LVCINVS MENSOR FRVMENTI NVMER.

Comi, in Rhœtia alta:

D. M.

CAENNI EVGENI MENSORIS PVBLICI FLORENTIVS LIBERTVS.

Apud castrum Cronburgum, Bauariæ:

CLOD. MARIANO FRVMENTARIO LEG. VII. GEM. LVCANIVS LAVRENTIVS FACIVNDVM CVRAV.

Finis libri secundi Reipublicæ Romanæ in externis prouincijs constitutæ.

LIBER TERTIVS REIPVBLICAE ROMANAE EXTRA ITALIAM SECUS LIMITES ILlius ditionis constitutæ, de omnis generis muneribus ministerÿsq, quæ in municipÿs coloniÿsq usurpabantur, authore VVOLFGANGO Lazio, Viennensi medico, Rom. Regis historico.

CAP. PRIMUM. QUIBUS NOMINIBUS Romani ministeria muniaq in colonÿs passim, municipÿsq extra Latium uocarint, & de discrimine collectioneq illorum.

A ECTO atq debito ordine munera ministeriaq prouinciarum sequitur, municipiorũ & coloniarũ administratio ac respublica. Quæ quanq inferior loco, atque particularior extiterit: tamen ueluti in tuendo superiores illi magistratus, quos enumerauimus, ita hi in animorũ conciliatione retinenda, administrãdaq iustitia, curã diligentiamq omnẽ Augustorũ nomine suscipiebant. Expressaq est in omnibus penè prouincialiũ conuentibus, urbis Romæ imago quæpiã, ut qualia quótue Romæ essent munia ministeriaq, talia totideq in coloniÿs passim municipÿsq extra Italiam cõstitutis effingerentur. Cuius ordinationis perhibet autorẽ Tranquillus Augustum fuisse, cap. de ordinatione Italiæ: Ad hunc modum, inquit, urbe urbanisq rebus administratis, Italiã duodetriginta coloniarum numero deductarũ ab se frequentauit, operibusq & uectigalibus publicis plurifariã instruxit, etiã iure ac dignatione urbi quodãmodo pro parte aliqua adæquauit, excogitato genere suffragiorũ, quæ de magistratib. urbicis, decuriones colonici in sua quisq colonia ferrent, & sub diem comitiorũ obsignata Romã mitterent. Ac necubi aut honestorũ deficeret copia, aut multitudinis soboles equestrem militiã petentis, etiam ex cõmendatione publica cuiusq oppidi ordinabat. *Origo officiorum municipalium.*

B Hinc est, quòd in limitibus coloniæ Romanæ cõstitutæ fuerũt, quæ nõ solùm Romanã administrationem, uerũ ipsos etiã ciues Romanos incolas receperũt. Ipsas etiã ciuitates integrè iure Romano consuetudineq & priuilegÿs donatas, Liuius testatur, de Arpinatibus & Acerranis scribens. Et Plin. lib. 1. cum de Lusitanis loquitur: In ea, inquit, coloniæ sunt quinq, municipiũ ciuium Romanorũ unum, Latÿ antiqui tria. Et libro 3, cum citeriorẽ Hispaniã describit: Cõtinet, inquit, oppida ciuium Romanorum duodecim, Latinorũ ueterũ XVIII, fœderatorũ unum, stipẽdiaria CXLIX. Huc pertinet illud Cor. Taciti lib. 11. Et ne uetera scrutemur, Hetruria, Lucaniaq, & omni Italia in Senatũ accitos: postremò ipsam ad alpes promotã, ut non modò singuli uiritim, sed terræ gentesq in nomen nostrum coalescerent. Et iterum, de Gallis locutus: Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris iuncti, aurum & opes suas inferunt potius, quàm separati habeant. Omnia, Patres conscripti, quæ nunc uetustissima credunt, noua fuere: plebeÿ magistratus post patricios, Latini post plebeios, cæterarũ Italiæ gentium post Latinos. Sic Spartianus scribit in uita Septimÿ, Neapolitanis & Palæstinensib. ius ciuitatis fuisse à Seuero ademptũ, quòd cõtra eum in armis fuissent. Scitum est quod A. Gellius scribit lib. 16. Noct. Att. cap. 13: Sic adeò, inquit, & municipia, quid & quo iure sint, quantumq à colonia differãt, ignoramus, existimamusq meliore cõditione esse colonias q municipia. De cuius opinionis tam permistæ erroribus, D. Hadrianus in oratione quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit, peritissimè disseruit: mirariq se osten- *Discrimen coloniarũ & municipiorum.*

se ostendit, quòd & ipsi Italicenses, & quędam item alia municipia antiqua, in quibus Vticenses nominat, cum suis moribus legibusq; uti possent, in ius coloniarũ mutari gestierint. Prænestinos autẽ refert maximopere à Tiberio Imperatore petijsse, orasseq;, ut ex colonia in municipij statum redigerentur. Idq; illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Municipes sunt ergo, ciues Romani ex municipijs suo iure & legibus suis utentes, muneris tantùm cum populo Rom. honorarij participes: à quo munere capessendo appellati uidentur, nullis alijs necessitatibus neque ulla populi Romani lege adstricti. Cum enim populus eorũ fundus factus sit, primos autem municipes sine suffragij iure Cærites esse factos accepimus: concessumq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negocijs tamen atq; oneribus uacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;. Hinc tabulæ Cærites appellatæ uersa uice, in quas censores referri iubebant, quos notæ causa suffragijs priuabant. Hæc Gellius. quæ confirmantur porrò à iureconsulto Paulo in titulo de Censibus: Iuris Italici, inquit, sunt Troas, Berytus & Dyrrhachium. Et Vlpianus eodem titulo: Iuris Italici, ait, est Syria Phœnice, splendidissima Tyriorũ colonia, unde mihi origo est. Sic Modestinus lib. ff. ad legem Iuliam de ambitu, scribit, ad curam principis pertinere creationem magistratuum. Hæc ille. Talis igitur magistratus muniaq; in colonijs municipijsq;, ad imaginem urbanorũ constituti atque repræsentati Romanis fuere. Quod dico, eiusmodi est. Quemadmodum Triumuiri capitales, mensarij, monetarij, nocturni, deducendarum ædium, inspiciendarumq;: item Duumuiri ædilitij iuris dicendi, quinquennales, naualesq;, Romæ fuerunt: præterea Quatuoruiri, Quinqueuiri, Septemuiri, Decemuiri, Decuriones, Quindecemuiri, Centumuiri, Pontifices, Flamines, Augures, & Sodales: tales scilicet in municipijs etiam, atque colonijs, procul in limitibus constitutis, atque prætorijs extitisse. Hinc Tranquillus in Augusto, cap. de Morte eius: Corpus decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bouillas usque deportarũt. Atque de huiusmodi municipalibus muneribus hoc Libro sermonem instituemus, qui meritò administrationi prouinciali subnectitur. De quibus intelligenda loca autorum sunt, Appiani Alexandrini libro secundo Ciuilis belli: Ad quinquennium quippe, ut scitis, & urbani nobis magistratus & anniuersarij prouinciarum aut exercituum distributi sunt. ubi apertè præfecturæ urbicæ à prouincialibus & militaribus separantur. Huc pertinet & Marcellini locus libro uigesimoquinto: Illud quoque itidem parum ferendum, quòd municipaliũ ordinum cœtibus patiebatur iniustè quosdam adnecti uel peregrinos, uel ab his consortijs, priuilegijs, aut origine longè discretos. hæc ille. Ex quibus patet, tres potissimum conuentuum municipalium rationes fuisse, quibus munia constituebantur, & magistratus ad ritè gerendum rempublicam designabantur quotannis: Tribus uidelicet, ordinem ciuium, & societatem. Quis dies autem Romanis in anno fuerit creandorum magistratuum, ac munerum supplendorum, ex his uerbis Liuij libro quinto Decadis primæ aduertitur: Deinde intercedere Senatusconsulto, negare se ante Idus Decembres, solennem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. De societatibus intelligitur illud Titi Liuij libro tertio Decadis tertiæ: Vbi ea dies uenit, ad cõducendum tres societates aderant hominum undeuiginti, quorum duo postulata fuere: unum, ne alij triennio eo publicani essent: alterum, ut quæ in naues imposuissent ab hostium tempestatis'que ui, publico periculo essent. utroque impetrato conduxerunt, priuata'que pecunia Respublica administrata est. Hi mores, ea'que charitas patriæ per omnes ordines ueluti tenore uno pertinebat. Idem libro sexto eiusdem Decadis: In quam

Munia & magistratus urbis Romæ in colonias & municipia translati.

Munia ciuilia in municipijs alia à prouincialibus & militaribus.

Societates & municipia quæ fuerint.

A

B

A In quam rem cum neq; hominũ satis, nec ex qua pararentur, stipendiumq; accipe rent, pecuniæ quidq; ea tempestate in publico esset, edixerũt Consules, ut priuati ex censu ordinibusq;, sicut antea remiges darẽt, cum stipendio cibarijsq; dierum triginta. Meminit ordinis ciuiũ & Marcell. lib. 22. Inter præcipua tamen & seria il lud agere superfluum uidebatur, quod nulla probabili ratione, susceptæ popula ritatis amore uilitati studebat uenalium rerum, quæ nonnunq; secus quàm con uenit ordinata, inopiam gignere solet, & famẽ. Et Antiochensi ordine id tum fieri cum ille iuberet, nõ posse apertè monstrante, nusquã à proposito declinabat. Et iterum lib. 25. Et sic quidem suppliciter ordo & populus precabatur, sed uentis lo quebatũ incassum, Imperatore, ut fingebat, alia metuens, periurij piacula declinan te. Et sic ordinẽ capit Cicero 3 in Verrem: M. Octauiũ, Ligurem hominẽ, orna tissimũ loco, ordine, nomine, uirtute. Idem lib. 1. Epist. ad Lentulum: Cum autem eius familiares omnium ordinum uideo. Idem lib. 3. Officiorum: Qui esset, ut ar gentarius, apud omnes ordines gratiosus. Salustius: Sæpenumero, Patres cõscri pti, multa uerba in hoc ordine feci. Item Vergilius quinto Æneidos:

Tum satus Anchisa cœlestes ordine ab omni, &c. Et Horatius de Arte:

—Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo. Terentius in Eunucho:
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis.

Ordines in ciuitatibus.

Atq; hæc de ordine, qui erat etiam inter equites Romanos, publicanos & do mesticos: ueluti corpora erant artificum uiliorum, & collegia cùm sacerdotũ, me dicorumq; & augurum, tum decurionũ, equitum, & insigniorum artificiorum. Ordinis quidem equitum, societatisq;, meminit Cor. Tacitus: Ordinis uerò do B mesticorum, Marcellinus lib. 25. Et sic intelligitur inscriptio uetustatis Romanæ, quæ Sagunti ruderibus in Hispania est eruta:

Discrimen ordinis, collegij, & corporis.

IMP. CAES. M. AVG. CARO. PIO FELICI INVICTO AVG.
PON. MAX. TRIB. POT. P.P. PROCON. II. COS.
ORDO EBVSILL.
D. N. ME.

Non uidetur extra institutum suscepti sermonis, si locum T. Liuij de Honora tis inseramus, qui est libro sexto Decadis tertiæ: Relegatos propè in exilium (in quit) ignominiosam pati militiam, adeò imparem libertatem Romæ diti ac pau peri, honorato atq; inhonorato esse. Vbi Liuius ordinem honoratorũ, ab ordine inhonoratorum separat: per honoratos nimirum intelligens patricios, & in admi nistratione munerum constitutos. De patriciorum constitutione non solùm in urbe Roma, sed cæteris Romanarum legum municipijs & colonijs, eleganter scri bit Cornelius Tacitus libro undecimo Augustæ historiæ: Primi Hedui, senato rum in urbe ius adepti sunt: datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fra ternitatis nomen cum populo Romano usurpant. Iisdem diebus in numerum pa triciorum asciuit Cæsar uetustissimum quemq; è Senatu, aut quibus clari paren tes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & Lucius Brutus minorum gentium appellauerant: exhaustis etiam, quas Dictator Cæsar lege Cassia, & Princeps Augustus lege Senia sublegere. hæc ille. Porrò non so lùm ex ordine patriciorum, equitumq;, munera ciuitatum Romanarum, uerùm etiam ex plebeijs complebantur: neque ullus in his immunis ab administratione horum erat, nisi qui priuilegio erat trium liberorum instructus. Hæc autem erat huiusmodi prærogatiua, ut si aliquis tres liberos procreasset, tum nec militare am plius, nec gerere officia cogeretur. Ad hoc alludit Tranquillus in Galba: Iura

Honorati ciuitatis.

Patriciorum ordo.

Ordo plebeius

trium liberorum uix uni atq; alteri, ac ne his quidem, nisi ad certum prefinitumq; tempus, dedit. Vnde gloriatur etiam Martialis, sibi à Domitiano tributum esse ius trium liberorum. Cæterùm quum iam de muneribus ministerijsq; ciuitatum Rom. dicturus sim, uenit in mentem, in omnibus municipijs legum Latinarum Quiritiumq; tres insignes, ac præ ceteris eminentes fuisse ciues: quorum primus, dux, siue princeps, aut etiam præpositus ciuitatis dicebatur: secundus, curator reipub. est: tertius, prostates: ut de Prætore urbano nihil dicam. Quam penè consuetudinem secuti maiores tui, REX INVICTISSIME, in potioribus municipijs Anvvaldos gentilitio sermone dictos constituerunt, quos præpositis uel ducibus coloniarum comparare queas. De quibus & Taciti locus lib. 18. est accipiendus: Sed procurator aderat, Cornelius Fuscus, uigens ætate, claris natalibus, prima iuuenta quietis cupidine senatorium ordinē exuerat, idem pro Galba dux coloniæ suæ. Huc pertinet & illud Tullij in Oratore: Autor publici consilij, dux regendæ ciuitatis, sententiæ princeps in Senatu. Deinde ipsi quoq; ciues Burgimagistrum creare solent, curatori reipublicæ ciuitatum Romanorū haud absimilem: siquidem omnia is curat, quæ ad rempub. pertinere uidentur. Hinc Marcellinus lib. historiæ suæ 14. de Antiochia Syriæ scribens: Incenderat autem audaces usq; ad insaniā homines, ad hæc quæ nefarijs egere conatibus, Luscus quidam curator urbis, subitò uisus: cumq; eo Sthenelaus, baiulorum precentor. Fuerunt autem in maximis & frequentissimis ciuitatibus plures curatores; ut hodie adhuc Augustæ atq; Norimbergæ, cæterisq; maioribus ciuitatibus plures creātur Burgimagistri, sic plures Romæ curatores erāt. Vnde Lampridius in Alexandro Cæsare: Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim, sed ex Consularibus uiris, quos audire negocia urbana cum Præfecto urbis iussit: ita ut omnes, aut magna pars, adessent, cum acta fierent. PROSTATES & Proxenij, publici hospites erāt, ad legatos suscipiendos, à Principibus constituti. quod apud ueteres aliquo loco in municipijs, dignationisq; alicuius munus fuerat. quo factum est, ut Iureconsultis Prostates pro Præside & uicario ducis exercitus accipiatur. Et Herodotus atque Suidas, Prostatem sacerdotum sacrificiorumq; præfectum appellant: quales hodie sunt Episcopi ciuitatum. Meminere Iureconsulti libris posterioribus Codicis, & in lege de Muneribus: quanq̄ textus sit corruptus, & pro Prostates legatur falso Protostasiæ. Atq; hæc de præcipuis municipiorū Romanorum, coloniarumq; in limitibus, ciuibus atq; muneribus, quem rectè dicere possumus Vniuiratum. nam reliqua omnia officia à pluribus simul, uel trium, quatuórue, septē & plurium collegio administrabātur, ut proximis Capitibus dicetur. Porro Vniuiratus sacerdotij, hoc est Prostatis, uel Pontificis maximi, qui collega item carebat, mentionem facit Trebellius Pollio in historia Titi, quem inter tyrannos is refert, qui imperium aduersus Galienum inuaserant. Huius uxor Calphurnia fuit, sancta & uenerabilis femina, de genere Censorinorum, id est Pisonum: quam maiores nostri Vniuiriam sacerdotem, inter sacratissimas feminas adorarunt: cuius statuam in templo Veneris adhuc uidemus Argolicam, sed auratā hactenus pallio. Superest ut hoc Caput antiquitatis uenerandæ exemplis illustremus:

[Margin notes: A — Curatores ciuitatis, qui hodie Burgimagistri — Plures curatores in magnis ciuitatibus. — Curatores urbis Romæ. — B — Proxenij in ciuitatibus. — Prostates. — Vniuiratus ciuitatis. — Vniuiratus sacerdotij.]

MONVMENTA:

De Præposito ciuitatis, in Transyluania erutum:

D. M.
SABINVS MILES LEG. XIII. GLIBRES

De curatore ciuitatis, Brixiæ:

P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE Q. FLAMINI DIVI TRAIANI

A BRES A' RATIONIBVS VIXIT ANNIS XXX. VALENS IIVIR. COL. ET COMINIA FLORENTINA PARENTES INEFFICACISSIMI PEVRIO SATVRNINO LEGATO AVGVSTALI PRAEPOSITOQ. COS. COLONIAE DACICAE SARMATICAE.
L. D. D. D.

IANI PONTIF. IIVIR. QVINQ. TRIB. LEG. II. ADIV. P. F. CVRAT. REIPVB. BERGOM. DAT. AB IMP. TRAIANO CVRAT. REIP. COMENS. DAT. AB IMP. HAD. COLLEGIA FABR. ET CENTON.

Perusiæ:

C. VRBIO C. F. L. N. TRO. GALLO PROCVLEIANO PATRONO PERVSINOR. PATRONO ET CVRATORI REIPVB. VERONENSIVM IVDICI DE V. DEC. AEDILIANVS AVV. CARISSIMO.

CAP. II. DE DVVMVIRATV MVNICIPIOrum, & omnis generis Duumuiris in ciuitatibus Romanorum creatis.



VNCTA siue ministeria ciuitatum Romanarum, siue munera publica, à pluribus iunctis simul ad alicuius rei administrationem obita fuisse reperio, exceptis quos enumerauimus paulo antè, Pontifice maximo, siue sacrorum Rege, Præposito, siue duce curatoreq; reipublicæ. Quod non aliam ob causam constituisse Romanos existimo, quàm ne potestas plebi ac pauperi grauis, aut suspicioni obnoxia reis redderetur. Fuerunt autem collegia talium munerum non eodem ubiq; numero instructa personarum. Alibi enim duo erant in eodem munere facultateq; administrandi, ut Duumuiri: alibi tres, & plures. Non dissimile institutum nostro seculo Veneti & Norimbergenses in Germania obseruare uidentur, apud quos Triumuiri, Quinqueuiri & Decemuiri adhuc extant. De quibus ordine ex historica fide edisserã, pertinereq; omnino ad Operis nostri institutum existimo. siquidem hæcce munera nõ in Vrbe solùm Romanis, sed in exteris quoque prouincijs communi in usu fuisse, præter historicos, apud Iureconsultos etiam Paulus titulo de actionibus, & Vlpianus de dam. infe. & in lege unica, abundè contestantur. quod & monumenta illa Lugduni & intra Daciæ ueteris fines apud Transyluanos eruta, confirmant.

Origo Duumuirorum, Triumuirorum, aliorumq;.

B

Altæ Iuliæ reperta:

PVBLIAE AELIAE IVLIANAE MARCELLAE FIL. P. AEL. IVLIAN. ET Q. R. FLAM. ET IIVIRAE CL. APVL. ET ADOPTIVAE P. AEL. MARCELL.

In Varhel ruinis, uidelicet Vlpiæ Traianæ, in Transyluania:

AVRELIAE APOLLONIAE TR. PONTIF. ET IIVIR. COLONIAE APVLENSIS MATRI CARISSIME.

Lugduni in Gallijs:

ADICINVS VRBICI F. MARTINI SEQ. SACERDOS ROM. ET AVG. AD ARAM AD CONFLVENTES ARARIS ET RHODANI FLAMINIS ET IIVIRI.

Ex quibus apparet, Duumuirorũ & nomenclaturam & dignitatem sexui femineo communem extitisse: quod huius muneris autoritatem cum primis declarat. Ad quod pertinere & illud uidet, quod ante eos ex illorũ autoritate filiusfamiliâs

Duumuiræ mulieres.

 non

non posset emancipari, nec debitor prætoris decreto contumax poterat per eos iure puniri. Quam tamen uel facultatem uel authoritatem non omnes habebant Duumuiri: sed hi qui Capitales, aut iuris dicundi nuncupabãtur, qui in Antiquitatis exemplis his penè literis repræsentantur, IIVIR. I. D. Porrò inuenio Duumuirorum quinque in uniuersum genera, uidelicet Duumuiros capitales, Duumuiros ædilitios, Duumuiros sacrorum, Duumuiros quinquennales, & Duumuiros nauales: de quibus singulis abundè & ordine dicam. IIVIRI CAPITALES, VEL I. D. id est, iuris dicundi, præcipuæ authoritatis erant, qui causas criminales distinguebant, & in facinorosos animaduertebant, & qui perduellionis diem ad populum dicere solebant, à principio originum creati, & in municipijs passim ex numero Decurionum legebantur. Præerant & carceribus, & ius gladij habebant. Quibus rectè comparare poteris iudices nostri seculi oppidanos, Die stattrichter/die blůtrichter. Hinc Liuius libro primo ab Vrbe scribit, Duumuiros iudicasse, ut Tergeminus Horatius ficui suspenderetur, quòd sororem interfecisset. Meminit & Liuius libro sexto Decadis tertiæ, cum M. Manlij damnationem describit: Inde producta die in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conspectus in Capitolium nõ esset, concilium populi indictum est. Ibi crimen ualuit, & obstinatis animis triste iudicium, inuisumq; etiam iudicibus factum. Sunt qui Duumuiros qui de perduellione anquirerent, creatos, autores sint. Damnatum tribuni de saxo Tarpeio deiecerũt. Et de huius generis Duumuiris intelligendus est locus Ciceronis in Oratore: Planè duorum uirorum iudicium, aut trium uirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. Meminit talium Duumuirorũ idem libro 14 Epistolarum ad Atticum. Huc pertinet illud Plinij in Epistolis libro quarto: Hunc agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollendum curauit. Meminere huius generis Duumuirorum subinde Iurecõsulti, cum in Codice de Decurionibus tractant. Item Pomponius iureconsultus l. secunda, de origine iuris. & in l. si quis uxori. §. si fugitiuũ. de furtis. Item Vlpianus ff. de furtis: Si fugitiuũ meum quis quasi suum à Duumuiro, uel ab alijs qui potestatem habent uel de carcere uel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Idem ff. de Albo scribendo: Qui Duumuiratũ gesserunt. mentionem facit deniq; & Paulus iureconsultus, ff. de decurionibus: Is qui non sit decurio, Duumuiratu uel alijs honoribus ciuilibus fungi non potest. Et hactenus quidem de Duumuiris iuris dicundi. Superest, ut eos monumẽtis Vetustatis adornemus, ex more.

Duumuiri capitales.

A

B

Prope Rachstadium Styriæ:

L. TERENTIO VERO IIIVIRO
TEVRN PRI. IVR. DIC. OBIT AN.
LX. ET SEPPIAE C. F. PRAESENTIAE L. TEREN. VERINVS ET C.
TERENTIVS PRAESENTINVS PARENTIBVS OPTVMIS
FECERVNT.

Apud Pürckhausn Bauariæ:

L. BELLICIOLAE QVARTIONI DECVRIONI IVVAVIENSIVM IIVIR.
IVRIS DICVNDI VIX. AN. LVII
SAPLIAE BELLA TVMARAE CONIVGI AN. LXII. BELLICIVS SECCIO
ET BELLICIVS ACHILLES CVM
CONIVGIB. EX TESTAMENTO FACIVNDVM CVRAVERVNT.

Tergesti in Istria:

L. VARIO PAPIRIO PAPIRIANO IIVIR. I. D. IIVIR ID. Q. Q. PRAET.
FABR. ROMAE ET TERGESTE FLAM. HADR. PONT. AVGVR COLLEGIVM FABRVM PATRONO MERENTI.

A IIVIRI quinquennales, fortè ijdem cum prioribus erant, à spacio temporis quo administrationē habebant, sic dicti: tametsi in monumentorū inscriptionib. seorsim à Duumuiris iuris dicundi horū semper mentio fiat, ut ex subiunctis rhapsodijs apparebit. Exprimunt autē his utplurimū literis, IIVIR Q.Q. Meminit horum Spartianus in Hadriano: Per Latina oppida dictator & ædilis & Duumuir fuit. apud Neapolim Demarchus, in patria sua Quinquennalis, & item Hadriæ Quinquennalis. Et sic intelliguntur inscriptiones Vetustatis: *Duumuiri quinquennales*

Puteolis in Italia:

CLVVIVS M. F.
IIVIR. AV. D. I.
IIVIR. NOLAE
QVINQVENNAL.
AL. DE SVO FA
CIVNDO CVRA
VIT IDEM IOVI
O. M. SACRAM
RESTITVIT.

Mathelicæ Italiæ:

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI
COH. VII PR. TERCENARIO
DONIS DONATO AB IMP. HA
DRIANO HASTA. PVRA CO
RONA AVREA LEG. III. AVG.
PRIMIPILARI IIVIR. QVIN
QVENNALI PATRONO MV
NICIPII CVRATORI REIPVB.
DECVR. ET AVGVRI.

Brotij in Italia:

T. CAESARE TER.
T. GERMANICO
CAESARE ILER.
COS. CN. ACCEIO
CN. FARVNVEO
LVTATIO T. PETI
LIO. P. F. QVI
IIVIR.

IIVIRI ædilitij, siue sacri, sacras ædes dedicabant, & obsecrationes, omnisq; generis expiationes, quæ ad placandas auertendasq; deorum iras pertinebant, tum alia quædam procurabant: deniq; ædium locandarū, quæ publicæ erant, curā habebant. de quibus T. Liuius lib. 5. Dec. 1: Grauis pestilensq; omnibus æstas excepit. Cuius insanabili prouinciæ, quando nec causa nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex Senatusconsulto aditi sunt. Duumuiri sacris faciundis, lectisternio tunc B primo in urbe Romana facto per dies octo Apollinē Latonamq; & Dianā, Herculem, Mercuriū atq; Neptunū, tribus, quàm amplissimè tum apparari poterat, stratis lectis placauere. Et iterum lib. 6: Eodem anno ædes Martis Gallico bello uota, dedicata est à T. Quintio duumuiro sacris faciundis. Idem lib. 7. Decad. 1: Senatus duumuiros ad eandem ædem pro amplitudine P. R. faciendam creari iussit. Et rursus lib. 2. Dec. tertiæ: In religionem etiam uenit, ædem Concordiæ, quā per seditionem militarem biennio antè L. Manlius prętor in Gallia uouisset, locatam ad id tempus non esse. Itaq; duumuiri ad eam rem creati ab Æmilio prætore urbis, Cn. Pupius Cæso, & Q. Flaminius, ædem in arce faciendam locauerunt. Et iterum lib. 3. eiusdem Decadis: Et duumuiri creati, M. & C. Attilij, ædem Concordiæ, quam L. Manlius prętor uouerat, dedicauerunt. Et rursus eodem libro: Exitu anni, Q. Fabius Maximus à Senatu postulauit, ut ædem Veneris Erycinæ, quā dictator uouisset, dedicari liceret. Senatus decreuit, ut T. Sempronius Longus Cos. designatus, cum primū magistratum inijsset, ad populum ferret, ut Fabium duumuirum esse iuberent, ædis dedicandæ causa. Ab huiusmodi Duumuiris leges ædificatoriæ concipiebantur, quarum unius rhapsodia extat Neapoli in peruetusto monumento: *Duumuiri ædilitij.* *Leges ædificatoriæ.*

AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC. NEVFIDO N. F. M. POLLIO
DVOVIR P. RVTILIO CN. MALLIO COS. OPERVM LEX II. LEX PA
RIETI FACIENDO, IN AREA QVAE EST ANTE AEDEM SERAPIS
TRANS VIAM QVI REDEMERIT, PRAEDES DATO, PRAEDIAQ.
SVBSIGNATO DVVMVIRVM ARBITRATV HOC OPVS
OMNE TACITO ARBITRATV DVOVIR. ET DVOVIRATIVM
QVI IN CONSILIIS ESSE SOLENT PVTEOLIS DVM NE MINVS
VIGINTI

VIGINTI ADSIENT CUM EA RES CONSULETUR. QUOD EORUM VIGINTIVRATI PROBAVERINT, PROBUM ESTO. QUOD EI IM PROBAVERINT, IMPROBATUM ESTO. A

Et de huiuscemodi ædilitijs Duumuiris intelligendæ sunt monumentorũ hæ ueterum inscriptiones, quas pro consuetudine nostra subijciemus.

Budæ Hungariæ:

I. O. M.
PRO SALUTE CL. POM
PEIUS FAUSTUS DEC.
COL. AQ. AEDIL. II-
VIR. PRAEF. COL. FA
BR. PATRONUS DUX.

In Varhel, hoc est Vlpiæ Traianæ ruinis, apud Transyluanos in Dacia:

VALENTINO DEC.
COL. SARMIZ AEDI-
DILIC. IIVIR. ALT.
ET QQ. PRAEF. COL.
LEG. FABR. ET PA-
TRONO EORUNDEM
AURELI. THEOPHILUS ET CASTOR. D. CC. MUN. POROL.
AMICO FIDISSIMO.

Perusiæ Italiæ:

DIVO ANTONINO PIO EGNATIUS FESTUS
AEDILIS IIVIR. HUIC CUM PLEBS URBA
NA LUDOS PUBLIC. EDENTI AD STATU
AM PONENDAM PECUNIAM OBTULIS-
SET IS HONORE CONTENTUS IMPEN-
SAM REMISIT ET IMPETRATA VENIA
AB ORDINE PERUSINORUM OPTIMO MA
XIMOQ. PRINCIPI DE SUA PECUNIA PO
SUIT CUIUS OB DEDICATIONEM DARI
IUSSIT AB SUO HEREDE DECUR. SING.
IIII. N. PLEB. M. L. D. D. D.

Sagunti in Hispania:

V. VOGENIO C. FIL. GAL. PLACIDO AED.
IIVIR. II. FLAM. II. QUAESTORI SA-
LIORUM MAGNO.

Duumuiri nauales. IIVIRI nauales, quibus naualium populi Rom. quoties instrui classem, uel refici oportebat, utque naualibus hæc socijs implerentur, cõmeatuque & armamentis instruerentur, negociũ dabatur: necnõ aquæductuũ, deriuandarumque aquarũ, coloniæque deducendæ ijdem hi peæerant. Meminit T. Liuius lib. 1. Dec. 5: Profectus ab Aquileia Consul, castra ad lacum Timaui posuit. Imminet mari is lacus. Eódẽ decem nauibus C. Furius Duumuir naualis uenit. Et iterum: Tumultus eius causa legionem tertiam ad C. Claudium proconsulem in Galliam proficisci iussit, & Duumuiros nauales cum classe Pisas ire. Idem lib. 9 Dec. 1: Tulere eam rogationem Tribuni plebis L. Attilius & C. Martius. alterum, ut Duumuiros nauales classis ornandæ reficiendæque causa idem populus iuberet. B

CAP. III. DE TRIUMUIRIS, & triumuiratu omnis generis.



EADEM ratione qua & Duũuiri, à numero eorũ qui in collegio fuerant, munus hoc nomen accepit. Erant autem collegia huiusmodi Triumuirorũ plura, atque diuersis administrationib. accõmodata. *Catalogus triũuirorum.* Ante Imperiũ constitutũ Triumuiri celebrabant capitales, mensarij, inspiciendarũ rerum, coloniarum deducendarum, & nocturni, qui incendijs resistebant. Cõstituto uerò Imperio adiecti sunt Adlectores, qui Senatores legebãt: & hi qui summã rerum tendebant. Occiso Iulio, Antonius, Octauius & Lepidus Triumuiri item dicti: tametsi paucos post annos mox nomen tale abierit, monarchiã iam Octauio uẽdicante. Quia tamẽ summi ordinis administrationisque totius Romanæ reipub. hi fuerant, primo loco de his dicendũ arbitror.

Triumuiri principes. IIIVIRI principes ex cõspiratione aduersus libertatẽ populi Rom. occiso Iulio Dictatore, tres esse cœperũt, Octauius, Antonius & Lepidus: nomine duntaxat regnandi libidinẽ occultabant. Diuisoque Rom. Imperio, Antonius Asiã, Lepidus

Africam,

A Africam, & Octauius Europam sibi uendicabant. Quia tamē in administratione rerum, cum nō conueniret, alter alterū bellis lacessere, ac uincere adorti, triumuiratum istum paruo tempore durantem, mox exuerunt: qui, uictis Antonio & Lepido, Octauio Cæsari in monarchiam cessit. Atq; de huiusmodi triumuiris, siue tribus uiris, intelligendus est locus Appiani Alexandrini in libro 4. Ciuilis belli: Lepidus autē ipse progressus, insulam perscrutatus est: deinde chlamyde excussa, ut uterq; eorum accederet, signum protulit. Tunc ipsi trecentos illos cum amicis ad fluminis pontes relinquentes, in medio uenere, loco aperto ac cōspicuo: unaq; consedere hi tres uiri, Cæsare mediū locū obtinente, ob consulatū. Per duos itaq; dies, à mane usq; in uesperā, hoc loco cōmorantes, hæc inter se statuisse feruntur: Deponere consulatū Cæsarē, Ventidiū in residuū anni tempus illum gerere, cessante consulatu ad directionem intestinarum rerum ex lege decreuere, Lepido & Antonio Cæsariq;, ut illi per quinquennium præessent eo modo, quo Consules præesse consueuerant. Et iterum: Ingressi sunt autē hi tres uiri per tres separatim dies unusquisq;, Cæsar, Antonius & Lepidus, militaribus ordinib. instructi, una armatorū legione quemlibet eorū comitante. Ex quibus apparet, hunc triumuiratum ad quinquennij duntaxat fuisse spacium incœptum, tandiu tamen non durasse. De quo Orosius lib. sexto ita præterea scriptum reliquit: Sextus Pompeius postquam se in proscriptorū numerū relatum comperit, conuersus in latrocinia, omnem oram Italiæ cædibus rapinisq; uastauit: Sicilia prærepta, cōmeatibusq; præpeditis, Romā fame affecit, moxq; cum eo pacem Triumuiri, id est, Lepidus, Cæsar, Antoniusq; fecerunt. Sed placet hunc triumuiratum, uetustatis aliquo exemplo commendare, quod Romæ nostra memoria est erutum:

B IMP. CAES. DIVI. F. IIIVIR. P. C. OVANS QVOD PACEM CVM M. ANTONIO FECIT. M. ANTONIVS M. F. M. N. IIIVIR R. P. C. OVANS QVOD PACEM CVM IMPERATORE CAESARE FECIT.

Porrò quando huiusmodi triumuiratus cessauerit, adnotauit Cor. Tacitus lib. tertio historiæ Augustæ: Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ triumuiratu iusserat, aboleuit: deditq; iura, quîs pace & principe uteremur. Ad hos triūuiros regētes alludit Prudentius II in Symmachū, hoc uersu:

Ultima sanguineus turbauit secla Triumuir.

TRIVMVIRI nocturni, noctis curam gerebant, ne incendia suborirentur. Meminit T. Liuius lib. 9. Decad. 1: Macer Licinius tribunatu antè gesto, triumuiratibusq;, nocturno altero, altero coloniæ deducendæ. Huc alludit & Tacitus lib. historiæ Augustæ quinto: Triumuiri nocturni quòd ad incendium in sacra uia ortum tardè uenerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. IIIVIRI CAPITALES, qui in peruetustis monumentorum inscriptionibus repræsentantur, TR. V. CA. carceris curam & Latomiarum habebant, traditosque atque condemnatos homines in compedibus adseruabant: non dissimiles ab ijs qui hodie Profosii in militia & aulis Principum, & in ciuitatibus Hutstokij nuncupantur. Meminit horum subinde Liuius libro quinto Decadis tertiæ ab initio: Incusati grauiter ab Senatu Ædiles Triumuiriq; capitales, quòd non prohiberent. Cum emoueri eam multitudinem è foro, ac disijcere apparatus sacrorum conati essent, haud procul abfuit quin uiolarentur. Idem libro nono Decadis quartæ: Consules Aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes eius sacri omnes conquirerent, comprehensasque libero conclaui ad quæstionem seruarent. Aediles plebis uidere, ne qua sacra in operto fierent. Triumuiris capitalibus mandatum est, ut uigilias disponerent per urbem, seruarentq; ne qui cœtus nocturni fierent,

Triumuiri capitales.

fierent, utq; ab incendijs caueretur. Adiutores Triumuiris Quinqueuiri, uti cis Tiberim suæ quisq; regionis ædificijs præessent. Quo ex loco Liuij apparet, capitales nocturnosq; eosdem Triumuiros extitisse: hoc est, carcerum curam, noctisq; habuisse, ne captiui custodiam fallerent, deinde ne incendia ex negligentia suborirentur. Mentionē facit huius generis triumuirorum idem Liuius paulo post, eodem & libro & Decade: Multi ea nocte quæ diem insecuta est, quo in cōcione res palàm facta est, custodijs circa portas positis fugientes, à triumuiris comprehensi & reducti sunt. Alludit ad hos & Tullius in Oratione quadam: Planeq; duorū uirorum iudicium, aut trium uirorū capitalium, aut decem uirorum litibus iudicandis. Huc pertinet illud Taciti lib. 5. historiæ Augustæ: Tradunt temporis eius autores, quia triumuirali supplicio affici uirginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum iuxta compressam, exin oblisis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abiecta. Et iterum: Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in sacra uia ortum tardè uenerant, à tribuno plebis die dicta damnati sunt. Huc alludit & Plin. Naturalis hist. lib. 21: P. Mutianus cum demptam Marsyæ coronam è floribus capiti suo imposuisset, atq; ob id duci eum in uincula Triumuiri iussissent, appellant Tribunos plebis. Hæc ille. Extat mentio quoq; huius generis Triumuirorum apud Pomponium Iureconsultum, in l. ij. de orig. iuris. & apud Paulum iureconsultum, lege prima, de offic. præfecti uigilum. Cæterùm in urbe tales Triumuiri Latomijs præerant, ubi erant omnis generis carceres & custodiæ. Vnde scribit Liuius 36 ab Vrbe cōdita: Triumuiri carceris Latomiarū custodiam habere iussi. Suetonius in Tiberio: Etiam quibus ea funeris sui curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit, uno ex his equestris ordinis uiro & in Latomiam condemnato. Huc referendum est quod Seneca scribit lib. nono Declam. Sabinium in Latomias fuisse condemnatū, quia à reo rogatus ut in Latomias transferretur, festiuiter dixit: Nec unquam quenquam nostrûm decipiat nomen Latomiæ, illa animo meo lauta est. Non alienum ab hoc loco esse uidetur, quod Plautus in Captiuis cōmemorat: Tindarus in Latomias lapidarias ab Egione damnatur. Sic Cicero in Oratore, de supplicijs: In Latomias Verres multos captiuos ciues Romanos coniecerat. Ad eundem carceris Romani locum alludunt etiam Iureconsulti, ff. de pœnis. cum tractant de condemnationibus in Lapidonas & opera metallorum. Fuit & secundus in urbe carcer, cuius Salustius in Catilina meminit, & Tullianum appellat. Inuenio & Decanetha & Dicatheta carcerū nomina fuisse: & Gemonias Romæ locum in rupibus, ubi supplicium de damnatis sumebat.

Triumuiri capitales & nocturni ijdem.

Latomiæ in urbe Roma quæ fuerint.

Nomina carcerum Romanorum. Gemoniæ.

A

B

Porrò genera compedum erant, quæ & ipsæ sub Triumuirorum talium erant potestate: Numelæ, Boiæ, Pedicæ, & Neruus. Erat autem Neruus uinculum ferreum, quo pedes impediuntur. Vnde & illud Catonis scitè dictum in fures priuatorum furtorum: In neruo atq; cōpedibus uitam agunt, fures publici in auro atq; purpura. hodie uulgò, Fußschellen. Compedes præterea eiusdem rei instrumentum, si Varroni credimus, nec à pedibus, sed compedio, quod ueteres usurpabāt pro impedio. Pertinet ad explicationem huius generis Triumuirorum, & uersus Horatij in Epod. Sectus flagellis hic triumuiralibus. & monumenta Vetustatis apud nos intra tractum Illyrici reperta:

Compedum genera. Neruus.

Etymon compedum.

Vaciæ Hungariæ:

L. ANNIO FABIANO IIIVIR CAPITALIS TRIB. LEG. II. AVGV. QVAESTORI VRBAN. TRIB. PLEBIS PRAETORI CVRATORI VIAE

Apud Transyluanos Scheßburgi:

L. ANIO FABIANO TRIVMVIRO CAPITALIVM PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMARVM VLPIANARVM TRAIANA-

A LATINAE LEG. X. FERETENSIS LEG. AVG. PR. PR. PROVINC. DAC. COL. VLPIAE TRAIANAE SARMAT. NARVM SARMATICARVM. D. M. GVIS. SABINIVS MILES LEG. XIII. GLIBRES.

TRIVMVIRI ædium inſpiciendarũ, reficiendarumq́ꝫ, & delectuũ faciendorũ, qui in cõtrouerſiis ob ædium uicinitatẽ extra iudices exhibebantͭ: quales hodie ſunt qui ad reuiſiones ordinantur à Senatu, die auff ein beſchaw werden verordnet. Præterea locare hi redemptoribus loca publica ſolebant, & inquirebãt in eos qui militarent. Et de his loca T. Liuij intelligenda ſunt lib. 5. Dec. 3: Comitia deinde à prætore de Senatus ſententia plebisq́ꝫ ſcito ſunt habita, quibus creati ſunt Quinqueuiri muris turribusq́ꝫ reficiendis: & Triumuiri bini, uni ſacris cõquirendis, donisq́ꝫ præſignandis, alteri reficiendis ædib. Fortunæ & Matris Matutæ intra portam Carmentalem, ſed & Spei extra portam, quæ priore anno incendio conſumptæ fuerũt. Et iterũ: Conſules cum ægrè delectum conficerent, quòd inopia iuniorum nõ facilè in utrunq́ꝫ, ut & nouæ urbanæ legiones & ſupplementũ ueteribus ſcriberetͭ, ſufficiebat: Senatus eos abſiſtere incœpto uetuit, & Triumuiros binos creari iuſſit: alteros qui citra, alteros qui intra quinquageſimũ lapidem in plateis forisq́ꝫ & in cõciliabulis omnẽ copiam ingenuorũ inſpicerent: & ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere uiderentur, etiamſi nõdum militari ætate eſſent, milites facerent. Porrò uidetur ad hos triumuiros poſſe referri locus Cor. Taciti in uita Iulij Agricolæ, uel potius ad capitales, de quibus paulò ſuprà dictum eſt. Scribit enim, ſæuitũ fuiſſe in Aurelium Ruſticũ & Herenniũ Senecionẽ, pariterq́ꝫ in libros eorum, delegato triumuiris miniſterio, ut monumenta clariſſimorũ ingeniorum in foro urerentur. Arbitror de huiuſmodi triumuiris poſſe accipi locum Ciceronis de Claris oratoribus: Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi teſtimonium. Sed placet & illius ordinis triumuiros exemplo illuſtrare Antiquitatis, quod Tiburi in S. Syluestri extat: *Triumuiri ædium.*

B

C. LVCIVS L. F. AVLIAN. Q. PLAVSVRNIVS C. F. VARVS LVCIVS VENTILIVS L. F. BASSVS C. OCTAVIVS. C. F. GRAECIN. IIIVIR. PORTICVS P. CCLX ET EX SED RAM ET PRONAON ET PORTICVM PONE SCENAM LONG. P. CXL.

TRIVMVIRI AGRARII, & coloniares, qui ad colonias deducendas ex urbe mittebantur, quorum ſubinde Liuius mentionem facit libro quinto Decadis primæ: Romæ interim multiplex ſeditio erat, cuius leniendæ cauſa coloniam in Volſcos, quo tria millia ciuium Romanorum ſcriberentur, deducendam cenſuerunt: Triumuiriq́ꝫ ad id creati terna iugera, & ſeptunces uiritim diuiſerant. Et iterum libro ſexto: Ad quam militiam quo paratior plebes eſſent, Quinqueuiros Pomptino agro diuidendo, & Triumuiros Nepetæ coloniæ deducendæ creauerunt. Idem ſeptimo Dec. 3: Seruilium negabant iure aut tribunũ plebis fuiſſe, aut ædilem eſſe, quòd patrem eius, quem Triumuirũ occiſum à Boijs circa Mutinam eſſe, opinio per decem annos fuerat. Idem lib. 1. Deca. 4: Et de agris militum eius decretum, ut quot quiſq́ꝫ eorum annos in Hiſpania aut in Africa militaſſet, in ſingulos annos bina iugera acciperet, eum agrum Decemuiri aſsignarent. Triumuiri inde creati ad ſupplendum Venuſinis colonorum numerum, quia bello Hannibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant. Et rurſus ſeptimo eiuſdem: Decreuit Senatus, uti C. Lælius Cos. ſi ei uideretur, ſex millia familiariũ conſcriberet, quæ in eas colonias diuiderentur, & ut L. Aurunculeius prætor triumuiros crearet ad eos colonos deducendos. Idem nono eiuſdem Decadis: Extremo anni quia Spurius *Triumuiri agrarij.*

rius Posthumius Cos. renunciarat, peragrantem se propter quæstiones utrunque A littus Italiæ, desertas colonias, Sipontum supero, Buxentum infero mari inuenisse: Triumuiri ad colonos eò scribendos ex S. C. ab Tito Meuio prætore urbano creati sunt. Meminit & Decadis quintæ libro primo: Et Lucam colonia eodem anno M M. ciuium Romanorum sunt deducta: Triumuiri deduxerunt P. Ælius, L. Ægilius, Cn. Sicinius. Quinquaginta & singula iugera & semisses agri, in singulos dati sunt. Et iterum quinto eiusdem Decadis libro: Dimissis legatis disceptatum inter Pisanos Lunensesque legatos: Pisanis quærentibus, agro se à colonis Romanis pelli: Lunensibus affirmantibus, eum de quo agatur, à Triumuiris agrũ sibi assignatum esse. TRIVMVIRI allectores ab Augusto primũ Cæsare introducti sunt, qui senatores legebant, & qui turmis equitum recognoscendis præerant, quod olim fuerat censorum officiũ. Meminit Suetonius in Augusto, cap. de Officijs per eum excogitatis: Triumuiratum legendi Senatus, & alterũ recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset post censores creari desitos, longo interuallo creauit. Porrò de huiusmodi allectoribus rectè intelligi posset hoc Vetustatis exemplum, quod Lugduni in Gallijs extat:

Triumuiri allectores.

L. TAVCRICIO FLORENTII TAVRICI TAVRICIANI FILIO VENETO ALLECTORI GALLIAE PATRONO NAVTARVM ARARICORVM.

Triumuiri mensarij. *Treuiri.*

TRIVMVIRI MENSARII, siue monetarij, qui in monumẽtis Vetustatis literis representabant, TR. V. MON. &, AAA. FF. hoc est, auro, argento, ære, flando, feriundo. qui alia item uoce Treuiri nuncupabantur: quorum munus erat, numismata probi auri & argenti, iustique põderis examinare, ut iustè militibus distribuerentur. B Ad quos alludit Cicero per iocũ ad Trebatiũ scribens: Treuiros, inquit, uites censeo, audio capitales esse. Meminit lib. 7. Epist. famil. & lib. 10. ad Atticũ, Vultei cuiusdam monetalis, nimirum Triumuiri. De quorum origine Liuius ita scribit: Triumuiri mensarij creati sunt, hique nummularijs & monetæ omnis generis & formæ cursoribus præerant. Idem libro tertio Decadis tertiæ: Et Romæ quoque propter penuriam argenti, Triumuiri mensarij rogatione Minutij Tribuni plebis facti: & L. Æmilius, qui Consul censorque fuerat: & M. Attilius Regulus, qui bis Consul fuerat: & L. Scribonius Libo, qui tum Tribunus plebis erãt. Et iterum libro quarto eiusdem Decadis: Cõuenere deinde domini eorum, quos Titus Sempronius ad Beneuentũ manu emiserat, accersitosque se à Triumuiris mensarijs esse dixerunt, ut precia seruorũ acciperent: cæterũ non ante, quàm bello cõfecto, accepturos esse. Idem libro sexto eiusdem Decadis tertiæ: Cæteri Senatores, libram argenti tantum, æris signati quina millia in singulos patresfamiliæ relinquamus: cæterùm omne aurum, argentum, æs signatum, ad Triumuiros mensarios extemplò deferamus. Meminit & Pomponius iureconsultus libro secundo de Origine iuris: Triumuiri monetales dicti sunt (inquit) æris argenti atque auri flatores. Porrò huiusmodi Triumuirorum munus constituto Imperio ex urbe in limitaneas ciuitates translatũ est, & alio nomine Præpositi monetæ nuncupatum fuit. Fuerunt & Romæ id temporis monetarij, qui monetam signabãt, ingens copia hominum, adeò ut etiam bellum mouere in Augustos ausi sint. Fuit denique procurator monetæ in comitatu Augustorũ, cuius & Præfecturarũ codex à Scoto scriptus, & Marcellinus sæpe mentionem faciunt: sub quo primiceria erant nummulariorum, auri ad responsum, aureæ massæ, argenti & bastagiorum. Manent adhuc nobis & Triumuirorũ, & prepositi monetæ, umbræ quædã, in his

Monetarij.

A in his quos appellamus in Austria Vvardinos & magistros monetæ. Cæterũ curæ Triumuirorũ cõmissum Romæ quoq; fuerat templum Iunonis Monetæ, quade Cicero in lib. de Diuinatione sic scribit: Cum terremotus factus esset, ut sue plena procuratio fieret, uocem illam aiunt ab æde Iunonis summa ex arce auditam: ideo Monetam Iunonem appellatam fuisse, à monendo. Vnde sus plena & grauida Iunoni immolatur. Huc alludit & Ouidius hoc carmine: Templũ Iunonis Monetæ.

Arce quoque in summa Iunonis templa Monetæ,
Ex uoto memorant facta Camille tuo.

Fuit & officina monetæ, de qua Liuius lib. 6. Decad. 1: Adiectæ mortuo notæ sunt, publica una, quòd cum domus eius fuisset ubi nunc ædes atq; officina monetæ sunt. Officina monetæ. Porrò extra urbem in prouincijs atq; limitibus Triumuirorũ mensariorum uices gerebant PRÆPOSITI monetæ, cuius & muneris & nominis meminit Ammianus Marcellinus lib. hist. suæ 22, cum de Constantij crudelitate scribit: Præpositi monetæ. Ecce autẽ repentè perlato lętabili nuncio, extinctum Arthemiũ, plebs omnis elata gaudio insperato, uerbis horrendis infrendens, Georgium petit, raptumq; diuersis mulctandi generibus protriuit, & cõculcabat diuaricatis pedibus. Cúmque & Dracontius monetæ præpositus, & Diodorus quidam ueluti comes, iniectis per crura funibus simul extincti sunt, ille quòd aram in moneta quam regebat recens locatam, euertit. Ara monetæ. Ex quo loco apparet, templa Iunonis Monetę & extra urbem fuisse in prouincijs, atque adeò iam Imperio inclinante. Pertinere uidetur huc quod idem scribit libro 28. Pasius quinetiam & Cornelius senatores ambo uenenorum artibus se polluisse cõuicti, eodem pronunciante Maximino sunt interfecti. Pari sorte etiam procurator monetæ extinctus est. MONETARII Monetarij.

B artifices erant, qui argentum aurumq; atque æs signabant: quos hodie uernacula lingua uocamus, Latina uoce corrupta, Müntzer: quanquam Iureconsulti cum his qui textrini officio pro Gynæcio fungebantur, confundant. Huius uocis porrò Sextus Aurelius Victor mentionem facit in uita Aureliani: Hoc tempore in urbe (inquit) Roma monetarij rebellarunt, quos Aurelianus Victor ultima crudelitate compescuit. Meminit & Fla. Vopiscus in eiusdem historiæ retextu: Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, Felicissimo rationali authore, quod acerrimè seuerisśimeq; compescuit. Huc pertinet & locus Trebellij Pollionis in historia Trebelliani, qui contra Galienum imperium inuaserat, atque inter tyrãnos refertur, ubi monetam signatam à Trebelliano scribit, & monetarios fuisse. Ad huiusmodi monetarios alludit & Cassiodorus lib. 5. Cog. uariarũ, in epist. ad Ampelium: Monetarios autẽ quos specialiter in usum publicũ cõstat esse inuentos, in priuatorũ didicimus transijsse cõpendium: qua præsumptionẽ sublata, pro uirium qualitate functionibus publicis applicẽtur. Sunt qui monetarios lanistas intelligunt, qui textricia faciunt, à uilitate artis nominatos ἀπὸ τῶ μωνητάω. Cæterùm omniũ primus Seruius Tullius æs signauit, argentum uerò anno ab urbe quingentesimo, aurum anno pòst octuagesimo. Quãdo primũ omnium sit æs signatum. De ære quidem signato Liuius libro sexto Decadis tertiæ ita scribit: Itaq; ut classem habeat, quam ornare uolumus, populus Romanus, aurum, argentum, æs signatum, omnes senatores crastina die in publicum conferamus. Aes signatum. De argento signato rursus ibidem: Pateræ aureæ fuerunt CCLXXVI, librales fermè omnes, pondo argenti facti & signati decem & octo millia. Argentum signatum. Et libro septimo eiusdem Decadis: Tum à cæde ad diripiendam urbem discursum: triginta millia seruilium capitum dicuntur capta, ingens argenti uis, facti signatiq; auri XCIII millia pondo. Erant autẽ leges certæ in numismate & moneta cudenda: Leges monetariæ. id quod non solùm ex autoribus iuris aduertitur (l. quid tamen. ff. de contrahen. empt. & in l. si id quod aurum. & in C. l. ij.

de falsa moneta. Item Vlpianus l. eleganter. §. 1. de pign.) uerùm etiã ex historicorum lectione id passim colligi potest. Vnde est illud Flauij Vopisci in Tacito: In eadem oratione cauit, ut si quis argento publicè priuatimq́ꝫ æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset, cum bonorum proscriptione. Hæc ille. Ex quibus colligimus, auri argẽtiq́ꝫ numismata proba Romanis fuisse. Hinc tam aurum q̃ꝫ argentum, unde nummi cudebant, discrimina certa habebat: aurum quidem ærosum, argentosum, obrizum, & factum infectumq́ꝫ dicebatur. A

Discrimina auri & argenti.

Aerosum aurũ

AEROSVM aurum Plinio lib. 32 dicitur, quod æris admixtionẽ habebat, & erat in moneta interdictũ, Romana in ditione, quod eleganter Persius Satyr. 5. subæratum uocat. Ita argentosum aurũ, quod argenti habebat admixtionẽ, publicè Romanis interdictũ: quale hodie in Belgis frequenti usu est, q̃d ipsi uocãt Hornish gulden/Karlish gulden. Meminit Pli. lib. 32. Ita ferruminatur aurũ, quod argentosum uocant.

Aurum argentosum.

Obrizum aurum.

OBRIZVM aurum, hoc est purũ elaboratumq́ꝫ ex frequenti decoctione, ut Plin. li. 32 est autor, uulgò fein gold/Vngerisch gold: quod Plautus in Curcul. Philippeum nominat: & quo loco hodie Arabicum, Portugallense & Hungaricũ habentur. Ibi nunc statuam (ait Plautus) uult dare auream solidam faciendam ex auro Philippeo. Hinc Philippi aurei, qui ex hoc auro cõficiebantur: quales hodie sunt, qui Ducati dicunt. Arbitror uerò Philippeum aurum Macedoniense fuisse, à Philippo rege autore earum aurariarũ fortasse nuncupatum. Meminit uerò auri obrizi Suetonius in Nerone: Argentum pustulatũ, aurum obrizum, ut pleriq́ꝫ omnẽ collationẽ, palàm recusarunt. Legitur præterea in Daniele scriptum: Et ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. ubi interpres, mundissimũ interpretat.

Philippi aurei.

Philippeum aurum.

Aurum factũ & infectum.

AVRVM factum & infectum: Seruius quidem iureconsultus aurum factum interpretat esse, quo cõmodè uti possumus: adeò ut non solùm numismata aurea, uerùm etiã mundum muliebrẽ, scyphos & uasa aurea atq́ꝫ torques cõprehenderit: & aurum bracteatũ, zogen gold/goldfaden. Scribit Vlpianus: Si aurum factum legatum est, omne ad eum pertinet cuius legatum est, ex quo aliquid est effectum. Hinc Fla. Vopiscus in Floriano, appellat aurum mẽsale, omnis generis uasa cochleariaq́ꝫ mensis adhiberi solita: De proprio possessiones, inquit, quas in Mauritania habuit, sartis tectis Capitolij deputauit: argentum mensale, quod priuatus habuerat, ministerijs conuiuiorum, quæ in templis fierent, dedicauit. Sic Terentius in Heauton. Heu mihi, aurum, uestem, & uesperascit. Plautus in Mostella. Agedum, inquit, cõtempla aurum & pallam. Quibus locis Comici ad uestes nimirum aureas alludunt. Sic Plinius lib. 32. in procemio: Eruitur aurum & chrysocolla iuxtà. Ad huiusmodi aurum factum respexit & Virgilius libro undecimo Æneidos: B

Aurum bracteatum.

Aurum mensale.

—*Sunt auri pondera facti, Infectiq́ꝫ mihi.*—

Lustrale aurũ.

Aurum lustrale, quod singulis lustris in Romano censu dabatur. Meminere Iureconsulti ab initio undecimi Cod. §. de nauicularijs. Sic Coronarium aurum dicebatur, quod prouinciales ad coronę cõfectionẽ Augustis pro tributo quasi pendebant: de quo lib. superiori, cap. de Procuratorib. plura diximus. Meminerunt iureconsulti 10. Codicis. Et hæc de auro. Sequitur argentum, quod similiter factum & infectum, nõ solùm iureconsultis, uerùm etiã historicis appellatur. Vlpianus in l. quinta. §. fin. definit argentum factum, quod neque in massa, neq́ꝫ in lamina, neq́ꝫ in signato, neq́ꝫ in supellectili, neq́ꝫ in mundo, neque in ornamentis sit. Sic apud Paulum iureconsultum, Octauenus definit infectum argentum, infectæ materiæ pondus, signatæ uerò numerum, factæ autẽ speciem dici oportere. Nam factum, doctis Latinis absolutum atq́ꝫ perfectum significat. Cicero 7 in Verrem: Erat nauis plena iuuentutis fortissimæ, plena argenti facti atq́ꝫ signati, multa cum

Argentum factum & infectum.

Infectum argentum.

Factum argentum & signatum.

A stragula ueste. Sic Liuius 4. belli Macedonici: Cautū erat, quòd ne plus auri facti & argenti, quòd ne plus argenti signati & æris domi haberemus. Huc pertinet illud Senecæ: Libentius donabo argentū factum, quàm signatū. Vnde apparet, signatū argentū ad numismata tantum patuisse, factum uerò etiā ad scyphos, cochlearia & uestimenta. Hinc est illud Ciceronis sexta in Verrem: Cum essent triclinia strata, argentumq; expositum in ædibus. Porrò sub argento facto cōprehendebatur pustillatum & pastillatum. PVSTILLATVM, coctum exactissimè erat, & ad summū elaboratū, quod uulgò nūcupamus fein silber/gedigen silber. Nomen accepit à pustulis, quæ in argento ita sępe bracteato ueluti in corpore humano occurrūt. Meminit Suetonius in Nerone: Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrizum. Huc alludit & Epigrāmatarius, inquiens: Nulla uenit à me argenti tibi libra pustulati. Pastillatum argentum, in pastillos formatū, cuiusmodi est hodie argentum promercale, quod cendreas uulgò, Silberkhnozen/vngmacht silber uocant. Atq; hæc de speciebus auri atq; argenti, quæ Triumuiri similiter mensarij experiebantur atq; probabant, nō minus quàm signatum: quod hodie facere solent in argentarijs aurarijsq;, quos gentilitia lingua uocamus Silberkrämer, & in ciuitate Viennensi Vvardinos. Superest, ut etiā de signato cùm auro tum argento loquamur: quorū hoc denarius, illud uerò aureus propriè nominabāt. Aureus, numisma aureum erat, ante constitutū Imperiū, ualoris decē denariorū. id quod ex his uerbis T. Liuij lib. 8. Dec. 4. colligitur: De pecuniæ summa quam penderet, pensionibusq; eius, nihil ex eo quòd cum Cos. cōuenerat, mutatū. Pro argento si aurum dare mallent, darent, cōuenit: dum pro argenteis decem, aureus unus ualeret. Cæterùm constituto Imperio, & rerum Augusto Octauio potiente, tot iam accessione po-
B pulorū ditata Repub. ualor aurei creuit, adeò quòd aureus mille sestertia ualeret. unde & lex Papia lata est. Inclinante deniq; Imperio aurei precium siue ualor iterum decreuit, ita quòd centum duntaxat æris sestertia ualere inciperet: hoc est, denarios argenteos XXV. ut de Verborum significationibus Iureconsulti tradunt. Quare nō possunt omnino defendi iuris interpretes, qui aureū pro solido subinde in legibus interpretant. Errauit & Accursius, qui pro quatuor libris aureū exposuit. Aurei quoq; mētio fit & apud Iurecōsultos, puta in l. fi. ff. de in ius uocan. & in l. quicunq;. ff. de ser. fugit. atq; alijs plerisq; in locis. Scitum est quod Alciatus scribit, ueterē aureū maioris ponderis fuisse nostro: & ex generali omniū populorū consuetudine, nostrū aureū ueteri fuisse subrogatū: estq; in ea coniectura, ut existimet, ueteri posse solido cōparari, ita quòd LXXII aurei libram efficerent. Sed placet aureorū species siue discrimina examinare. uariabant enim penes formam, & penes imagines impressas penes formā. Erat & solidus ueterib. genus aureorū, ita dictus, quòd solidus & iusto integroq; pondere fuerit percussus, aureus nō dimidiatus aut trientalis. Meminit huius & Imp. Antonin. in l. quoties inquā. C. de suscep. lib. x. Græcis ἄκυρος, solidus dicebatur. Porrò solidus nostro tempore ad argenteā monetā ab aurea trāslatus est, uariaturq;: minimus quidē in Italia, maior in Germania solidus argenteus est: maximus in Austriacis prouincijs, ubi septē quaternarij, hoc est cruciati, cum duobus nūmis, solidum efficiūt. Erat & alter solidus maior, qui sex mille denarios habebat, de quo intelligunt loca Cassiodori lib. 1. in epist. Theoderici ad Boetium: Sex enim milia, inquit, denariorū solidum esse uoluerunt, scilicet ut radiantis metalli formata rotunditas, ætatē mundi quasi sol aureus conuenienter includeret. Ex quibus uerbis liquet, aurei genus fuisse solidū, & in argento denarios ualuisse sex mille: intellige minores denarios. Idem menstruū stipendiū erat, & equum emptū solidis centū, alibi testatur: quod

Discrimen inter argentū factum & signatum.

Pustillatum argentum.

Pastillatum argentum.

Aurum & argentū signatū.

Valor aurei initiante Imperio.

Lex Papia.

Valor aurei uigente Imperio.

Solidus genus aurei.

Solidus nostri seculi diuersus à solido ueteri.

Solidus maior.

fortasse potest de minori intelligi solido. Ita enim scribit Cassiodor. lib. 2 Variarũ: A

Solidus Gothicus. Dudum siquidẽ æstimatis meritis Sabino aurigæ unum solidũ dari menstruũ fecerámus. Et iterũ in epist. ad Faustũ: Vt frumẽta quæ per supradictos negociatores publico cõparantur, nõ iterũ ab eisdem interpreciȷ nomine solidorũ quãtitas exigat. Nam si cõceptam speciẽ expensis publicis necessariã nõ habetis, ab officio nostro suscepta mediatio fideliter distrahat. Idem lib. 5 in epist. ad Gepidarũ gentem: Sed ne species ipsæ aut corruptæ, aut difficile præberent in auro, uobis tres solidos per hebdomadã eligimus destinare. hæc Cassiodorus, maximè inclinantis

Solidus Francorum. Imperiȷ autor. Inuenio deniq; & Francorũ solidum fuisse alium & à Romano & à Gothico. qui quantus qualisq; extiterit, docet lex ista Salica: Si unã saycam uel tres denarios furatus fuerit, solus iuret secundũ legem nostrã. Si duas saycas, hoc est sex denarios, uel amplius, usq; ad solidos, quòd sunt tres tremisses, cũ sacramẽ-

Septem solidorum functio. tali uno iuret. Et quia de solido nobis incidit mentio, septẽ solidorũ functio quid fuerit ueterib. è iuris interpretib. historiȷsq; edisserã. Mos erat, ut qui præfecturã peregrinam, prẹsidiatusq; inibant, in prouinciȷs apud Romanos, iȷs prouinciales quatuor res pro magistratus auspicio nouo donarẽt, uidelicet septẽ solidorũ per capita collationẽ, glebam, clauẽ & follem. Glebam quidẽ, uel propter auertẽdam caritatẽ penuriãq;, ut memor esset Prætor ita res curare, ut annonæ ratio salua esset: uel etiã, ut ipse in administratione ita se gereret, ut omnes accepisse uiderent aruum pro gleba. Clauẽ uerò idcirco obtulerũt prouinciales nouo prætori, ut liberam in iudicãdo potestatẽ illi esse significarent. At follis, aut ad ostendendã potentiam præstabat: sicut legimus, missam ad se ab Dario pilam, interpretatum fuisse Alexandrũ Magnũ: uel sanè, eum militariũ rerum habere potestatẽ. Meminerunt eius rei Impp. Arcad. & Honor. in tit. de prætorib. XII. lib. Cod. PHILIPPEI, uel ab auro Philippeo, hoc est Macedonico nominati, q̃d optimũ & obrizũ erat: B uel à Philippo rege Alexãdri siue patre siue successore, & Persei parente. Siquidẽ ante Imperiȷ constitutionẽ hos in usu fuisse, uel ex Liuio colligitur. is enim in Macedonici belli descriptione lib. 7. Dec. 4. cum L. Scipionis triumphũ Antiocho Syriæ rege uicto describeret: Tulit in triũpho, inquit, signa militaria 234. oppidorũ simulachra 147. eburneos dentes mille ducẽtos 31. aureas coronas 234. argẽti pondo 147 millia & 420, tetradrachma Atticũ 224 millia, cistophori 331 millia & 70, nũmos aureos Philippeos C & XL millia. Et rursus lib. 9. eiusdẽ Dec. Triũphauit ad X. Cal. Ian. de Ætolis, & de Cephalenia, aureæ coronę 112 pondo ante currũ latæ sunt. argenti pondo millia 83, auri pondo 243, tetradrachma Attica 118 millia, Philippei nũmi 12 millia quadringentos & uiginti duos. Et iterum ibidẽ: In triũpho tulit Cn. Manlius coronas aureas 212 pondo, argenti pondo 220 millia, auri pondo bis mille centũ & tria, tetradrachma Atticũ 127 millia, cistophori 250. Philippeorũ aureorũ sedecim millia. Idem lib. 4. Dec. 5: Secũdũ Gallos Pamphili legati coronã aureã ex uiginti millib. Philippeorũ factam, in curiam intulerunt. Meminit Philippeorũ aureorũ ante cõstitutũ Imperiũ, & Plaut. in Bacchidibus: Ducentos nũmos aureos Philippeos probos dabimus. Idem in Trinũmo: Si hũc possum illis mille nummis Philippeis circũducere. Huc alludit & Horat. hoc carmine: *Retulit acceptos regale numisma Philippos.* Fuerunt tales aurei & inclinan-

Philippei inclinantis Imperiȷ te Imperio frequenti in usu. an uerò hi fuerint ab auro Philippeo denominati, uel potius à Cæsare Philippo, similiter ut Antoniniani & Galeniani, non sanè ausim affirmare. De quibus Trebellius Pollio in Claudiȷ historia, cum epistolam Valeriani Cæsaris de Claudio ad Lasimionem procuratorem Syriæ recenset, sic scribit: Huic salarium de nostro priuato ærario dabis, annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia. Et subdit: Argẹnti pondo in opere annua quinquaginta, Phi-

A ta, Philippeos nostri uultus centum quinquaginta, & in strenis quadragintase-ptem, & trientes centum & sexaginta. Sic Vopiscus in Valeriano, Philippeorũ argenteorũ quoq; meminit sui uultus, hoc est, in quibus imago Valeriani Cęsaris erat assignata, in epistola ad Vlpium Crinitum præfectum Illyrici, in qua Aureliano pòst Cæsari salarium exprimitur: Ipsi ad sumptus aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centũ. Et iterum: Dabis ad editionem Circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia. Et sic intelligitur carmen illud Prudentij Peristephanon:

Nec cum ueniret, aureos
Secum Philippos detulit:
Præceptis sed uerba dedit,
Inanis à marsupio.

Vnde apparet, à Philippo Cæsare tales tum temporis aureos fuisse denominatos: ueluti & Antoninianos, quorum ibidem Vopiscus meminit. Sic & Valeriani & Saloniniani, quorum Trebellius Pollio sub finem Claudianæ historiæ mentionem facit: Oraria Saraba dena quatuor, aureos Valerianos centum quinquaginta, trientes Saloninianos trecentos: id est, ab Valeriano Cæsare, Galienoq; eius filio signatos, qui Saloninus cognominabatur, à Salonino Germanorum rege socero. Siquidem imagines suas Imperatores nũmis expressisse, & ipsa passim numismata uetera ostendunt, & confirmat Herodianus lib. primo historiæ suæ his uerbis: Quippe haud multo pòst milites quidam ciuium Perenni filio nũmos quosdam attulerunt, illius imagine percussos. Et iterum lib. secundo, de Albino Cæ-

Saloniniani aurei.

In nummis ueteribus imagines Cæsarũ exprimebantur.

B sare à Septimio Seuero Imperatore in consortium ascito scribens: Cæterùm Seuerus, inquit, quo omnia credibiliora forent, eisdem illis ad Senatũ relatis, nummisq; imagine eius percuti iussis, statuisq; erectis, simul alijs collatis honoribus, &c. Cæterùm hoc inclinante Imperio officium erat Comitis sacrarum largitionum, ut imagines Cęsarum referret moneta. Vnde Cassiodorus lib. 6. Variarum, cap. de Formula largitionũ: Verùm hanc liberalitatẽ nostram adeò decoras obsequio, ut figura uultus nostri metallis usualibus imprimañ, monetamq; fore de nostris temporibus futura secula cõmonentem, &c. Deniq; inuenio & uictoriatos fuisse aureorum genus, qui signum uictoriæ impressum habebant. de quibus Plinius lib. 32. & Liuius lib. primo Decadis quintæ: Tulit in eo triumpho denariûm 307 millia, uictoriatûm 82 millia DCCII, militibus in singulos quindecim denarij dati. Inuenio & omniũ minimũ numismatis aurei genus fuisse bracteolam, cuius Lampridius in Alexandro meminit: In templis sanè nunquam, præter quatuor aut quinq; argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans uersum Persij:

Officium comitis sacrarũ largitionum.

Aurei uictoriati.

Bracteola auri.

—In sanctis quid facit aurum?

Cæterùm quoniam aurei mentio facta est, exigit institutum, ut quódnam illud genus numismatis fuerit, edisseram. Fuit autem triens tam in argento quàm auro, fuitq; triens nummus tertiam partem assis ualens. Hinc Cicero ad Atticum libro quarto, fœnoris ex triente meminit. de quo & hoc Lampridij in Alex. intelligitur: Fœnus publicum trientariũ exercuit, ita ut pauperibus plerisq; sine usuris pecunias dederit, ad agros emendos reddendas de fructibus. Ad huiusmodi trientes aureos alludit Iuuenalis Satyra tertia:

Triens auri.

Fœnus ex triente.

Infelix nec habet quem porrigat ore trientem.

Meminit & semissiũ auri Lampridius in historia Alexãdri: Vectigalia, inquit, publi-

Semisses auri.

publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterāt, tertiam partem auri præstarent: hoc est, tricesimā partem. tunc primū semisses aureorum formati sunt. Extant & tremisses aurei Iureconsultis XII Codicis, in l. iubemus. de erogat. milit. annonæ. Equidem tales trientes Saloninianos atq; semisses crebrò in aureis ueterū numismatibus uidimus. Atq; hæc de aureo. Sequitur DENARIUS, qui argenteus erat nūmus, quòd denas æris libras ualeret, nomen adeptus: ut quinarius, qui quinq;: ueluti Plin. lib. 23 est autor. Pendebat uerò uiginti siliquas denarius. porrò siliquæ tres obolum faciebant, & duo oboli scrupulum, tria scrupula drachmā. Ita duodeuiginti siliquæ erant in drachma, & quatuor drachmæ in tribus denarijs. Erat itaq; hæc differentia inter denariū, drachmā, nummum argenteum, & sestertiū, quòd denarius paululum drachmā superabat. nam quatuor drachmæ tres modò denarios efficiebāt, denarius rursus quatuor nummos ualebat, nummus autē sestertium fuerat. Est autē Iureconsultis discrimen inter sestertium neutro genere, & sestertium nūmum masculinum. Hinc aliud est in iure, Promitto tibi XV sestertia, & promitto quindecim sestertium nūmum. Nam quindecim sestertiûm continebat quindecies centena millia sestertiûm nūmûm. hoc est, in neutro genere, sestertia mille & quingenta. Hic notandū est, eosdem iureconsultos subinde nummum, hoc est sestertium masculini generis cōfundere cum denario. ueluti in l. lecta est. ff. si cert. pet. & in l. quæ extrinsecus. de uerb. obligationib. Erat uerò quondam drachma salarium diurnum operariorū, quemadmodum apud Matthæum apostolum legitur in Euangelio cap. XX. in parabola de conductis in uineam. Erat uerò decima coronati pars, hoc est nouē cruciati, & paulò plus, adeò ut denarius Romanus quatuor nostros Caroleos in argēto effecerit. Meminit denarij Cic. 5. in Verrem: Idq; frumentū Senatus ita æstimasset, quaternis sestertijs tritici modium, binis hordei, iste numero ad summā tritici adiecto, tritici modios singulos cum aratoribus denarijs ternis æstimauit. Hæc uerò uerba uelut exponens, paulo pòst ita subdit: Verùm enimuero cum esset sestertius binis, aut etiam trinis, quibúsue in locis prouinciæ duodenos sestertios exegisti. Sestertius uerò nūmus ex eo dictus erat, quòd duas asses & semissem ualeret. Et sestertius dictus, quia tertius semis est. Sestertia uerò in genere neutro, & numero plurali, ideo dicta sunt, quòd singula duas libras & semilibrā ualerent argenti: hoc est, ducentos & quinquaginta denarios, siue mille sestertios masculini generis. Sic Horatius alludens ad sestertia neutri generis:

Accipit & bis dena super sestertia nummûm.

Suetonius uerò, intelligens sestertios masculini generis, in Augusto ita scribit: Ita ut in extremis spacijs subsultim decurreret, sestertio uel codicula inuolutus. Atq; de denario is locus Liuij lib. 8. Deca. 1. est intelligendus, qui habet: Vectigal quoq; eis Campanus populus in singulis quotannis (fuere autē mille & sexcenti) denarios nūmos quadringentos quinquagenos, &c. Et hactenus quidē de denario, & in quo à drachma, sestertio & nūmo argenteo differebat. Cæterū nō idem erat denariorum siue nummorū argenteorum genus. Partim enim ualore differebant: hinc binarij, ternarij ac quaternarij: ut hodie supersunt, quos gētilitia lingua uocamus **pfenning/zweyer/dreier/creützer/rc.** Partim uerò à figura & imagine impressa separabantur: unde bigati, quadrigati, cistophori, stratiotes, sagittarius, poremus, bouinus, &c. argentei nūmi autoribus passim historiarū celebrant. Erat tertium & penes materiā figuramq; nūmi discrimen: unde asperi, scortei, & serrati nummi ueteribus sunt dicti. De quibus omnib. seorsim dicam. De primo quidē discrimine binariorum, ternariorumq;, extat locus apud Ælium Lampridiū in historia Alexandri Cæsaris: Tuncq; primū semisses aureorū formati sunt, tunc etiā, cum

Marginalia: A (beside line 1); Denarius. (beside "brò in aureis"); Valor denarij. (beside "tria scrupula"); Discrimen inter denarium, drachmam, sestertiū, & nummū argenteū.; Sestertium. (beside "iure, Promitto"); Locus iuris repositus. (beside "cum denario"); Locus Euangelij explicatus. (beside "admodum apud Matthæum"); B (beside "sset, quaternis"); Etymon sestertij. (beside "exegisti"); Discrimina argenteorum. (beside "erat denariorum"); Binarij & ternarij. (beside "discrimine binariorum")

A cum ad tertiam partem auri uectigal decidisset, tremisses dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quòd minus non posset: quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans, ut si uectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantũ, solidosq; formari. Formas binarias, ternarias & quaternarias, & denarias, etiam amplius usq; ad bilibres quoq; & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit, neque in usu cuiuspiam uersari. Atque ex eo his materiæ nomen inditum est, cum diceret, plus largiendi hanc esse Imperatori causam, si cum multos solidos minores dare posset, dans decem uel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centum cogeretur. Hactenus Lampridius. Bigati & quadrigati nummi argentei erant, quibus bigæ & quadrigæ sculptæ erant, ijq; à Gallijs Romam recepti fuerunt. Meminit Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Pacti, ut arma atq; equos traderent, in capita Romana tricenis nummis quadrigatis. Idem tertio eiusdem Decadis: Lætoq; iuueni promissis, equum eximiũ dono dat, bigatosq; quingentos quæstorẽ numerare iubet. Et iterum lib. 2. Decad. tertiæ: Eos omnes per familias Venusini benignè accipiendos, curandosq;, cum diuisissent, in singulos equites togas & tunicas & quadrigatos nũmos quinos uicenos, & peditibus denos, & arma quibus deerant dederunt. Et iterum: Itaq; redimendi se captiuis copiam facere, precium fore in capita equiti quingentos quadrigatos nummos, trecentos pediti, seruo centũ. Stratiotes, & cistophori, & testudinati, Græca numismata erãt, & ipsa Romã peruenerunt multis seculis ante Imperium constitutum: quorũ primi generis, notam armati habebat: secundum, uel hederã, uel speculatoris imaginẽ: tertium, Peloponnesiorũ erat, omniũ antiquissimum numisma, quod testudinẽ sculptam præferebat. Porrò meminit cistophori multis in B locis & Liuius, quandocunq; triumphos describit: quales quidẽ locos iam antea attulimus, cum de Philippeis loqueremur. Ad quę & hęc Ciceronis autoritas adijcienda. is libro 2. Epist. ad Att. de cistophoro sic scribit: Sed ut ad rem, scripsi ad quæstiones urbanas, de Quinti fratris negocio. Vide quid narrent. Hęcq; spes sit denarij, an cistophoro Pompeiano iaceamus. Et iterum lib. 11. prima epist. Hæc pericula quæ mihi cõmunia sunt cum cæteris, fortius feram: idq; ut facias, te obtestor atq; obsecro. Ego in cistophoro, in Asia habeo ad HS bis & uicies. huius pecuniæ permutatione fidem nostrã facilè tuebor. Præterea qui testudine signati erant, Peloponnesiorũ erant: quemadmodum Mitylenorũ, ubi Sappho erat sculpta: Rheginorũ, ubi lepus: Cyzicenorum, imago matris deûm expressa fuerat: & Atticorum, quæ bouis imaginẽ gerebant. Habebant & Ægyptiaca bouem, Serapim uidelicet, quòd boue Apis Argiuorum rex è Græcia per mare in Aegyptum fabulosa antiquitate traiecisse credatur. Erãt etiam nummi Persici, ij τοξότηρ, hoc est sagittarium præferebant, atq; hoc etiam nomine uocabant. de quibus Cicero pro Sestio: Sagittarius (inquit) numisma erat Persicum, à notæ genere nuncupatum. Hoc genus numismatis etiam Daricum, à rege Dario nominabatur, ut Plutarchus in Apophthegmatib. autor est. ex quo celebre manauit Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta millibus sagittariorũ: cum Persarum rex ea nũmorum summa corruptis per Timocratem Atheniensibus, effecisset, ut is de prouincia decederet. Inuenio & Romanis extitisse taliũ notarũ uetustiores nũmos, qui quidem à Numa Põpilio cudebant, & ouis imaginẽ gerebãt: & aliorũ regum, porcũ. Ad quæ numismata alludens Suetonius in Augusto, cap. de Celebratione festorum: Modò munera diuidebat, uestem & aurum & argentũ: modò nũmos omnis notæ, etiam ueteres regios. Habebãt deniq; & quidam nummi nauis imaginẽ: & durauit mos ut pueri in aleæ lusu denarios in sublime iactantes, exclamarent, Capita

Quartarij.

Tremisses.

Bigati & quadrigati nũmi.

Stratiotes & cistophori nũmi.

Testudinati nummi.

Imagines uariorum populorum in numismatibus.

Persici nũmi. Sagittarij nummi.

Vetustiores Romanorum nummi.

Capita aut nauim. Et hæc quondam discrimina erant nummorum penes notas. A

Differebant etiam materiæ diuersitate. Celebrabantur nanque præter aureos, argenteos & æreos, scortei, asperi, & serrati. Scortei nummi ex corio erant, sub primis Romanorũ regibus celebres. Et sic legitur Numa Pompilius congiarium populo Romano dedisse, asses ligneos & scorteos. Hinc est illud quoque apud diuum Hieronymum: Vt cum mõtes aureos pollicitus fuerit, ne scorteum quidem nummum de thesauris tuis proferas. Tale quidem genus nummorum à Friderico Cæsare primo repetitum fuit, ut arbitror ex uetustate. Asperi erant angulares, quales & hodie belli tempore signantur. Meminit Suetonius in Nerone: Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nũmum asperum. Serratos deniq; fuisse autumo, qui negligentius forent elaborati, quorum circumferentia extrema tanquã serræ incisuras præferebant. Refertur ab historicis, tales quondam Germanos nummos signasse. Plura de his Iulius Pollux. Superest ut talentum, quod ex multis constabat denarijs, quantum, & quid fuerit, declarem. Talentum quidem Atticum sexaginta libras continebat, hoc est, denariorum siue drachmarũ sex millia. De quo quidem talento hic locus Ciceronis quinta Tusculan. est accipiendus: Quum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima. Ad hoc respiciens Maro nono Aeneidos, ita canit: *Auri duo magna talenta.* Apud Romanos autem quantum fuerit talentum, ex his facilè potest Liuij uerbis accipi, libro octauo Decadis quartæ: Argenti probi duodecim millia talenta Attica, data intra duodecim annos pensionibus æquis, talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat. Ex quibus Liuij uerbis colligimus, Romanum talentum maius fuisse: & locum Vergilij de magno, nõ de Attico, sed de Romano esse intelligendum. B

Fuisse & tertium genus talentum Euboicum, locus Liuij libro septimo Decadis quartæ declarat, qui sic habet: Pro impensis deinde in bellum factis, XV millia talentũm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia & quingenta cum S. P. Q. R. pacem approbauerint. AES GRAVE, nummi ærei maiores erãt, opinor, quo potissimũ damnati mulctabantur. Liuius lib. quinto Decadis primæ: His orationibus incitata plebs, denis millibus æris grauis reos condemnant. Et iterum: Et pessimo exemplo innoxij denis millibus grauis æris condemnati sunt. id ægrè passi patres. Et hactenus quidem de Triumuiris, monetarijsq;. Sequuntur TRIVMVIRI EPVLONES, qui publicis conuiuijs, deorumq; & munerum epulis præsidebant. quorum meminit Liuius libro tertio belli Macedonici: Romæ eo primùm anno Triumuiri epulones facti, C. Sicinius Lucullus, Titus Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. His Triũuiris item, ut pontifici, lege datum prætextæ habendæ ius. Et quia huius iam generis triumuiros meminimus, nõ abs re erit, epulas, siue conuiuia omnia quæ Romanis in usu fuerant, recensere. Erant autem priuata, publica, & sacra. Cæterùm hoc antequam faciamus, rationẽ quoq; discumbendi comedendiq; ostendemus.

Primùm omnium sciendum, Romanos non assedisse mensæ, ut nobis Christianis moris est: neque consertis pedibus complicatisq; humi cibum cæpisse, ut Sarraceni & Thurcæ facere solent: sed mensa ita posita erat, cœnaculis apertis, altior paulo quàm sunt nostræ mensæ conuiuales, & sculpturis quibusdam laminisq; aureis siue argenteis tegebatur: habens ab ea parte, qua à lectis triclinaribus exporrigebantur, elatius quoddam sculptumq; tabulatũ, ubi serui astabant, eiq; innitebantur: quemadmodum D. Fuggerorum sumptu atque auspicio imaginem Amantius & Pet. Appianus in opere Antiquitatis dederunt. Atque hic pluteus mensalis appellabatur, ad discrimen Grammaticalis & Castrensis. Hinc est illud

Scortei & serrati nummi. *Coriacei nummi.* *Asperi nummi* *Serrati nũmi.* *Talentum Atticum.* *Talentum Romanum.* *Talentum Euboicum.* *Aes graue.* *Triumuiri epulones.* *Discumbendi ratio & cõsuetudo apud Romanos.* *Romanorum mensæ figura.*

A est illud Tranquilli in Caligula: Quosdã summis honoribus functos, ad Essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & cœnanti modò ad pluteũ, modò ad pedes stare. Meminit & Cicero sigillorum plutealium, hoc est, imaginum in pluteum uel pictorum uel sculptorum. Et Martialis hoc carmine:

— Non pluteo uindice tutus erat.

Sigilla plutealia.

Præterea huic mensæ ex una parte iunctus lectus triclinaris erat, stratus, cum fulcris, in quo iacebat qui cibum esitabat, qui etiam thorus nũcupabatur. Eratq; nõ unius generis thorus, siue lectus huiusmodi. nam primis temporibus erat quadratus, ex cespite & palustri ulua: postea ex acerina materia, & fraxino, quem ab Arcadibus & Bœoticis Romani morem sumpserunt. Deinde quum Romani Asiam subiecissent, Cneus Manlius ærata triclinia Romam uexit. Fecit & Carbilius Pollio ex ebore & testudinum putaminibus lectum talem, cuius pedes ex osse elephantis fuerant. Meminit & aurearum & argentearum laminarũ in thoro discubitorio, Suetonius in Caligula: Romæ (inquit) publico epulo ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit. Alludit ad huiusmodi furtum de lectis triclinaribus, Epigrammatarius poeta hoc carmine:

Lectus triclinaris.

An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea, de fulcro quod reor esse tuo.

Huc pertinet illud Satyrici:

Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.

Siquidem serui adstare solebant ad pluteum distincti, quorum alĳ erant pocillatores, alĳ discerptores, alĳ qui sputa ex pauimentis uerrebant, alĳ denique
B qui murmur compescebant: puellæ uerò, quæ uinum solitæ erant, & potus genera adferre, ad fulcra thori adstabant. Fuit autẽ antiquissimi moris, in utribus primùm adferre, deinde in tinis, postremò amphoras & cupas apponere. Eratq; altera mensula in propinquo posita, in qua pocula erant: quæ Vinarium & Cylibantum uocabatur, à κυλίκοις, id est poculis. Porrò pocula erant Simpulæ, calices uidelicet fictiles, quales sunt quos, Germani dicimus Kreüsel. Ditiores autem nõ solùm argentea aureaq; habebant, uerùm his etiam preciosiora, Myrrhina & Corinthiaca. Sed nec illud silentio est transeundum, quòd in lectis erant super quos accumbebant, accubita & stibadia. Pertinebant ad lectos huiusmodi & anacliteria, quorum Spartianus meminit in Veri historia: Fertur etiam aliud genus uoluptatis, quod Verus inuenerat. nam lectum eminentibus quatuor anaclitерĳs fecerat, minuto reticulo undique inclusum, eumq; folĳs rosæ, quibus demptum esset album, replebat: iacensq; cum concubinis, uelamine de lilĳs facto, se tegebat, unctus odoribus Persicis. Iam illa frequentantur à nonnullis, quòd accubationes ac mensas de rosis & lilĳs fecerit. Iam uerò nec illud ignorandum est, fœminas assedisse, quum uiri discumberent semiiacentes. Inuenio & hunc iacendi siue discumbendi morem inclinante adhuc Imperio fuisse. Sic enim Sidonius, eius seculi scriptor, libro primo Epistolarum scribit: Recumbente post se, filio Camillo fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis, pariter ornauerat procõsulatum patris, patrui consulatum. Pœonius huic propter: atque huic Athemius, homo litium temporum'que uarietatibus exercitatus. Hunc sequebatur Gratianensis, ab infamia uir sequestrandus: qui Seuerinum sicut honore pòst ibat, ita fauore præcesserat. ultimus ego iacebam. Huc pertinet, quod scribit Valerius libro secundo: Prandere & cœnare in propatulo uerecundiæ non erat. Et hactenus de discumbendi ratione. Nunc priuatas epulas, quot illorum & genera & nomina fuerint,

Seruorum ministrantium genera.
Puellæ uina ministrabant.
In quib. instrumentis ac uasis uina adferebantur.
Poculorum genera.
Anacliteria lectorum.
Accubitæ & accubationes.
Fœminæ mensis adsederunt.
Discumbendi mos inclinante Imperio.

Prandium duplex fuit Romanis. fuerint, expediemus. PRANDIUM duplex fuisse inuenio: alterum in aurora, quod ientaculum postea nominarunt, acratisma Athenæo & Plutarcho in Symposiacis dictum: alterum paulo ante meridiem. Scribit enim Homerus ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ: id est, promente se aurora. Porrò in prandio meridiano seorsim edebant Romani, sine conuiuis, sine pane, assis carnibus & frixis utentes. Hinc est quod Athenæus Monophagos Romanos falsè appellat. Manet utrunque prandium nobis Germanis, quorum primum Ainbiß, hoc est unum frustum, siue Frůstück nobis Austriacis appellatur, hoc est matutinū frustum, quòd uidelicet uno ex ferculo tale prandium constet. A

Cœna. COENA uerò, in qua licebat conuiuas adhibere, non unius, sed multorū & nominū & generum extitit. Reperio enim apud autores historiarum probatos, cœnam rectam, cœnam aduentitiā, cœnam interuallatā, cœnam dapsilem, cœnam δωδεκάθεον, cœnam acromaticam, cœnam nouemdialem, cœnam coloniarē. Et quæ peculiaria nomina habebant, repotia, sportula, & commessatio.

Cœnarum genera.

Cœna recta. COENA RECTA dabatur à diuitibus, clientibus: & erat opipara, & modis omnibus instructa, quòd recto ordine conuiuæ in hac assidebant, sic dicta. Suetonius in Augusto cap. de Conuiuijs: Conuiuabatur assiduè, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque delectu. Huc alludit Martialis:

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Cœna dapsilis. COENA DAPSILIS, hoc est lautissima. nam Græcis δαψίλεια abundantia est. Meminit Suetonius in Vespasiano: Sed & conuiuabatur assiduè, ac sæpius recta ac dapsili, ut macellarios adiuuaret. Huc alludit Plautus in Aulularia: Istas magnas factiones, dotes dapsiles, nihil moror. Apuleius ultimo lib. Aurei asini, Dapsilem copiam facundiæ metaphoricè appellat, pro ubere.

Cœna acromatica. COENA acromatica erat, cum festiuis recitationibus & ludicris narrationibus, & in qua sortes conuiuales adhibebant, da man rath auffgibt. Hinc est illud Ciceronis secunda Oratione pro signis: Hic quasi festiuum acroma, ne sine choro de cōuiuio discederet. Ibidem: Conuiuis inspectantib. emblemata euellenda curauit. Idem in Oratione pro Archia poeta: Themistoclem illum summū Athenis uirū, dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroma aut cuius uocem libentissimè audiret? Eius, respondit, à quo sua uirtus optima prædicatur. Idem in Oratione pro Sestio: Ille ipse maximè ludus, non solùm spectator, sed actor & acroma. Meminit & Suetonius in Augusto, cap. 1. de Conuiuijs: Cœnam ternis ferculis, aut cum abundantissimè, senis præbebat, ut nō nimio sumptu, ita summa comitate. Nam & ad cōmunionem sermones tacentes, uel submissim fabulantes prouocabat, aut acromata & histriones, aut etiam triuiales ex circo ludos interponebat. Hæc ille. Porrò appellatio huic cœnæ ab acromatibus philosophorum accessit, quæ erant uidelicet cōmentationes philosophicæ, quas tradebant discipulis, ambulantes post auroram. B

Cœna pontificalis. Sub dapsili cœna, fuit COENA pontificalis, quòd hi lautissimam exhiberent in eorum creatione: ut hodie prandium Theologorum, quod uocāt. dabatur autem hæc bis alioqui in anno, uidelicet nono Caleñ. Augusti, & XIII Caleñ. Nouemb.

Cœna duodenaria. COENA duodenaria, Græcis δωδεκάθεος, cum duodecim, hoc est, undecim cōuiuæ cum hospite accumberent, quod habitu deorum duodecim fieri solebat, nō sine ceremonijs: hoc est, Iunonis, Vestæ, Mineruæ, Cereris, Dianæ, Veneris, Martis, Mercurij, Iouis, Apollinis, Neptuni, & Vulcani. Meminit Tranquillus in Augusto: Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ uulgò δωδεκάθεος uocabatur, in qua deorum dearúmque habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonij modò epistolæ singulorum nomina amarissimè enumerantis exprobrant, sed & sine authore notissimi uersus, &c. Huc alludit Sextus Aurelius, quum ait in historia Augusti: Nam inter duodecim

catamitos

A catamitos, totidémque puellas accubare solitus erat. Porrò possemus huic cœnæ comparare conuiuium illud, quod in festo trium Regum passim celebratur: ubi & rex & ministri habitu quisque suo accumbunt: uulgo uocant ein Künigmal. COENA aduentitia, qua aliquis primùm adueniens excipiebatur. Meminit Suetonius in Vitellio: Famosissima super cæteros fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. COENA nouendialis, quæ nouem ordine diebus dabatur: erat in sacro quodam, quod Nouendiale uocabatur, de quo postremò huius Operis libro fusius dicemus. Meminit illius T. Liuius libro nono Decadis quartæ: & Cicero ad Q. fratrem: Non cessaui, neq; cesso, sed sæpe iam scribendi totum consilium rationemq; mutaui. nam duobus factis libris, in quibus nouendialibus ijs ferijs, qui fuerant Tuditano & Aquilio Coss. sermo est à me institutus Africani. Meminit & Cornelius Tacitus libro quinto historiæ Augustæ: Arguitur pleraq;, C. Cæsarem quasi incestæ uirilitatis, & cum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur, nouendialem eam cœna dixisse. COENA philosophica, erat frugalissimè instructa, non multum à sportula diuersa: quòd philosophi frugalissimè, & disserendo de natura rerum, cœnam absumerent. Ad hanc alludit Dion Cassius in Hadriano: Semper circa se & Romæ & extra urbem optimates habuit, quos etiã conuiuijs adhibebat. quapropter quartus sæpe accũbebat. Venabatur, quoties contingebat: prandebatq; sine uino, deinde cum principibus & optimis uiris cœnabat, & semper erat cœnatio omnifariam referta sermonibus. COENA repotia, qua apud nouum sponsum post nuptias cœnabatur: sic dicta, quòd potatio reficitur, repetiturq;. discumbebatur autem ea in cœna albis uestimentis. Ad quod genus cœnæ alludit Horatius hoc carmine:

Cœna aduentitia. Cœna nouendialis. Cœna philosophica. Cœna repotia.

B *Ille repotia natales, aliosq; dierum*
Festos albatus celebret.——

Meminit & Aulus Gellius libro secundo Noctium: Nuptijs autem (inquit) & repotijs HS millies esse. SPORTVLA cœna erat pauperibus data, uel in publicis gaudijs, aut sacris: non multum diuersa ab illis conuiuiolis, quę Germani Spendt appellant, cuiusmodi ex fundationibus cœnobia quædam quotãnis pauperibus exhibent. Meminit Tranquillus in Nerone: Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Sic Trebellius Pollio in Gallienis: Conuiuatus in publico est, congiarijs populum molliuit, Senatui sportulam sedens erogauit. Huc pertinet illud Marcellini libro decimoquarto: Cum autem inter uallata temporibus cõuiuia longa & noxia cœperint apparari, uel distributio sportularũ anxia deliberatione tractatur, an exceptis his quibus uicissitudo debetur, peregrinũ inuitari conueniet. Huc spectat quod scribit Sidonius Apoll. libro quinto epistolarum ad Aumastum: Archarijs pondera, mensuras allectis, salaria tabularijs, dispositiones munerarijs, prætorianis sportulas. Et iterum libro octauo, epistola ad Nammatium: Mixtusq; turmæ censualium penulatorum Consulis proximè proximus erã. Itaq; ut primũ breui peracta, nec breui sportula, datiq; fasti, acclamatum ab omni Galliæ cœtu. Huc pertinet illud Satyrici:

Sportula.

——*Sportula primo Limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ.*

Et illud Epigrammatarij poetæ:

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum,
Inter delicias quid facit ista fames?

Ex quibus liquet, sportulam fuisse non absimilem ab ea cœna, quam profestis diebus instituere solemus, admodum frugalem, & exili pecunia comparatã. Nam

centum quadrantibus constitisse, præter Martialem, etiam Iuuenalis testatur hoc uersu: —*Densissima centum Quadrantes lectica petit.*— Porrò & apud Romanos talem cœnulam in ieiunijs institutam fuisse, collationemq́ etiam tum uocatã, testatur A. Gellius his uerbis: Is qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad commessationem. Sic in Canonicis decretis, distinct. XLIIII, proditum est, nõ oportere clericos conuiuia celebrare, ex symbolis quæ uulgus commessalia appellat. Sed libet, quod proponimus, exemplis quoq; Vetustatis confirmare. A

Collatio uetusta.

Brixiæ in Italia:

VOL. KAN. AVG. P. ANTONIVS CALLISTIO VIVIR. AVGEL. C. CLODIO COMIC. ET P. POST AGATHO. IDEM. SPORT. DEDIC. ET IN TVTEL. HS. CCCC. I. DED. COL. IVVENT.

Apud Ferrentum, monti saxeo incisum:

HIC EX SC. FVNDOS CEPONIVM ET ROSANVM MANVAM ET PRATVM EX OSCO ABR. P. REDEM. LXX. M. N. EX QVORVM REDDITV DS. IV. M. C. C. QVOTANNIS VI IDVS MAI. DIE NATALI SVO PER PET. DARENTVR, PRAESENT. MVNICIP. ET INCOL. ET MVLIERIBVS CRVSTVL. PL. MVL. SI HEMN. ET CIRCA TRICLIN. DECVRIONIB. MVLSVM CRVST. ET SPORT. N. S. X. N.

Comi supra Heluetios, in fracto saxo:

OLEVM ET PROPIN. EX X. D. CCL. PRAEANT. ITEM LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIOR. EX XCC. MEMORIIS EIVSDEM VALERIANAE ET APPI. VALERIA FILIA EIVS PEROFFIC. TESSERARIOR. QVOTANNIS PONATVR ET PARENTETVR. ITEM CORONAE MIRT. TERNAE ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE EIS PONANTVR MICATAE DESILITIS EX XL. PROFVNDANTVR ITEM APIVS EVTVCHIANVS MARITVS. EIVSDEM VALERIANAE SCOLAE VEXILLARIOR. LARGITVS EST HS. XXX. N. LX. CVIVS SVMAE REDITV QVOD ANNIS DIE SS. NATALIS EIVS ANTE STATVAM LECTI EX X. CCL. PONANT SPORT. XCCL. INTER PRAESENT. SIBI DIVID. OLEVM ET PROPIN. PER ROSAM PRAEBEANT. B

Cœna coloniaris.

Inuenio apud Romanos & cœnæ aliud genus fuisse, quod solennem coloniæ Rom. exhibebant, quæ & Coloniaris uocabatur: cuius tametsi mentionem apud Historicorum nullum repererim, alludunt tamen ad hanc monumenta quædam Vetustatis, apud Auximum Italiæ eruta:

L. PRAESENTINO L. FIL. LAMPETO LATTIO SEVERO PRAEF. COH. IN AFR. Q. R. EQV. IVDICI SELECTO EX V. DEQ. PE. AVXIMI PAT. COL. AEDILI IIVIR. ANCONAE VRBIA. L. F. MARCELLA. FLAMINIA AVGVSTA MARTIO OMNIBVS EXEMPLIS DE SE BENEMERITO ET IN DEDIC. STATVAE COENAM COLONIS ET EPVLVM POP. DEDIT L. D. D. D.

AESCVLAPIO ET HYGIAE SACRVM C. OPPIVS. C. L. LEONAS VIVIR ET AVG. HONORATVS IN TRIBV. CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ET ADVERSVS PATRONI SANCTISSIMIS COMMVNICIPIBVS SVIS D. D. QVORVM DEDICATIONES SINGVLIS DECVRIONIBVS XIIII AVGVSTALIBVS XII ET COLONIS COENAS DEDIT.

Commessatio.

COMMESSATIO quoq; inter genera cœnarum referri potest, quæ in hoc saltem

A tem à sportula differt, quòd nõ nisi uera cœna præmissa, multo ista uesperi fiebat: ut apud nos potatio nocturna, qua dicimus uulgò schlaffdrunck. Sportula uerò cum cõmessationis frugalitatem referret, sine tamen præuia cœna, imò loco cœnæ dabatur (uti dictũ est superius) quemadmodũ apud nos quã uocamus collationem. Meminit uerò cõmessationis T. Liuius quadragesimo ab Vrbe, ubi refert, Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse, Quin cõmessatum ad fratrem imus? Et mox subdit: Comessatores tanquã ad cædem suã uenientes, aditu ianuæ arcet. Legitur etiam Perseus apud eundem Liuium, tanquam reprehendẽs fratrem Demetriũ: Conuiuam me tibi cõmittere ausus non sum, cõmessatorem te cum armatis recipiam. Huc pertinet illud Suetonij in Vitellio: Sed uel præcipuè luxuriæ sæuitiæq; deditus, epulas trifariam semper, interdũ quadrifariam dispertiebat, in ientacula & prandia, & cœnas, commessationesq;. Idem in Domitiano: Conuiuabatur frequenter & largè, sed penè raptim, certè nõ ultra solis occasum, nec ut postea commessaretur. Ad huiusmodi cõmessationem, siue uespertinam potationem post cœnam, alludit Lampridius in historia Alexandri Cæsaris, cum amicos militares habuisset, ut usum Traiani, quem ille post secũdam mensam, potandi usq; ad pocula instituerat, reseruaret, unum tantum poculum amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni. Porrò illud silentio non est transeundum, commessationem alia significatione fuisse symposium ex multorum contributione, aliàs Græcis Phiditia & Andria: quorum meminit Aristot. lib. 2 Politicorum: Commessationes phiditias nominant Lacedæmonij, apud quos unusquisq; conferre habet: & sunt pauperrimi. Qui uerò cõmessationũ esse participes nequeũt, hi ad reipublicæ gubernationem non admittuntur. Et rursus lib. 7 Politicorum, tradit hanc commessationum institutionem esse oppidò quàm uetustam, quæ in Creta facta sit, regnante Minoe, & in Italia ab Italo Oenotriorum rege. Porrò huiusmodi commessationis umbra quædam in Germania superiori, & his maximè ciuitatibus, quæ bene institutam habent Rempublicam, mansit, ubi basilicæ cum amplis cœnaculis publicæ in hoc extructæ cernũtur, quas uulgò à potatione gentilicia lingua appellant Trinckstuben. Et hæc quidem de cœnis omnis generis, quæ in Romana quondam ditione usurpabantur. Nunc de publicis epulis, siue conuiuijs eiusdem reipublicæ edisseram. Erant autem publica conuiuia alia priuatis in locis, alia publicis, pleraque deniq; in sacris. In priuatis, erant natalitia, puerperij, naualia, militaria, funebria. Natalitia adhuc manent, cum decurso anno dies natalis redierit, ferè optimus quisq; amicos cognatosq; conuiuio excipere consueuit. Verùm Romanis huiusmodi epulum publicum quoq; fuerat, atque adeò post mortem etiam, ut apud nos beneficia sacra, sic constitutum uidelicet, ut reditu in hoc pecuniæ locato, multis annis maneret, memoriam eius qui obierat retinens. Ad quod quidem genus conuiuij alludunt inscriptiones Vetustatis in Italia repertæ:

Symposium, commessatio, Andria & Phiditia.

Publica conuiuia.

Natalicia.

B

Spoleti in æde S. Pontiani:

TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS ET LEG. V. MACEDONIC. HIC LEGAVIT TESTAMENTO MVNICIPIB. HS. LXVI. C. MONET. VT EX REDITV EIVS SVMMAE QVOTANNIS VIII IDVS NOVEMB. NATALE SVO MVNICIPIB. EPVLVM ET CRVS. ET MVLSVM DARETVR.

Reatæ:

T. FVNDILIO GEMINO VIVIR AVG. MAG. IVV. AVGVSTALES PATRONO ET QVINQ. PERPETVO OPTIME MERITO HIC ARCE AVGVSTALIVM SE VIVO HS. XX. DEDIT: VT EX REDITV EIVS

SVMMAE DIE NATALI, SVC. IIII. KAL. FEBRV. PRAESENTES VE A
SCERENTVR ET OB DEDICATIONEM STATVAE DECVRIONIB. E
SE VIRIS ET IVVENIBVS SPORTVLAS E POPVLO EPVLVM
ET OLEVM EADEM DIE DEDIT.

Conuiuia puerperialia. CONVIVIA puerperialia & olim in usu erant, ueluti nũc quoq; manent. tenet enim mos cùm alibi, tum in Austria potissimùm, ut puerperæ duabus aut tribus septimanis à partu elapsis, cõuocatis amicis ac cognatis mulieribus, epulum exhibeãt, quod gentilitia lingua Kindelmüß uocant: tanquã diceres, puerile pulmentum. Meminit Iulius Capitolinus in uita Clodij Albini: Cum rarum esset aquilas in his locis uideri, quibus natus est Albinus, septima eius diei hora conuiuij quod celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, septem aquilæ paruæ de nidis allatæ sunt. FVNEBRIA conuiuia, & ipsa manent nostra ætate, apud Styros *Funebria conuiuia.* potissimùm, & Carnos: ubi in exequijs anniuersarijsq; cõuiuatur à sacerdotibus, ex uicinis undiq; locis, à mortui cognatis, filijs, coniugéue accersitis. Meminit uerò huius moris & Liuius lib. 9 Decadis quartæ: P. Licinij funeris causa uisceratio data, & gladiatores CXX pugnauerunt, & ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum, in quo cum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis coorta, coegere plerosq; tabernacula statuere in foro. Huc alludit & Tacitus libro 14 historiæ Augustæ, loquens de morte Agrippinæ Neronis matris: Cremata est nocte eadem conuiuali lecto, & exequijs uilibus. Huc pertinent quę de tali conuiuio libro tertio & quinto Æneidos scribit Vergilius:

Hic incredibilis rerum fama occupat aures:
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisq; potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. B
Obstupui, miroq; incensu pectus amore
Compellare uirum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens,
Solennes tum fortè dapes & tristia dona
Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
Libabat cineri Andromache. — Et iterum libro quinto:
Vinaq; fundebat pateris, animamq; uocabat
Anchisæ magni, manesq; Acheronte remissos.
Nec non & socij, quæ cuiq; est copia, læti
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusisq; per herbam
Subijciunt uerubus prunas, & uiscera torrent.

Possumus uerò & hoc genus epuli exemplis Vetustatis confirmare, quorum alterum Rauennæ, alterum Romæ erutum est.

Rauennæ:

OB MEMORIAM PATRIS SVI: DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. HS. 8. N. LIBERALITATE DONAVIT SVB HAC CONDITIONE VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT ET IBI EPVLENTVR DVNTAXAT IN V IDVS IVLIAS QVOD SI NEGLEXERINT TVNC AD VIII EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDICTIONE SVPRADICTA.

Romæ: D. M.

P. CORNELIA ANNIA NE IN DESOLATA ORBITATE SVPERVIVERET.

A RET. MISERA VIVAM ME VLTRO IN HANC ARAM CVM VIRO. DEF. INCOMPARABILI AMORE DIL. DAMNAT. DEDO. CVM QVO VIXI ANN. XX. SINE VLLA DO. LIB. LIBERTABVSQ. NO. VT QVO TAN. SVPER ARCAM NO. PLOTONI ET OXORI PROSERPINAE OMNIBVSQ. SACRIFICENT ROSISQ. EXORNENT DERELIQ. IBI EPVLENTVR.

CONVIVIA naualia, qualia fuerint, nondum scio. Meminit uerò illorum Cor. Tacitus libro XV: Ipse quo fidem acquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis locis struere conuiuia, totaq; urbe quasi domo uti. Et celeberrimæ luxu famaq; epulæ fuere, quasi Tigellino paratæ: ut exempla referã, ne sæpius eadẽ prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippæ fabricatus est ratem, cui superpositum conuiuium aliarum tractu moueretur. loquitur autem eo loco Cornelius de Nerone. CONVIVIA militaria quæ fuerint, explicat T. Liuius lib. 4 Decadis tertiæ: Signum deinde colligendi uasa dedit, militesq; prædam portantes, agentesq; per lasciuiam ac iocum, ita ludibundi Beneuentum rediere, ut ab epulis per celebrem festumq; diem actis, non ex acie reuerti uiderentur. Beneuentani omnes turba effusa, cum obuiam ad portas exissent, cõplecti milites, gratulari, in hospitium uocare. Apparata conuiuia omnibus in propatulo ædium fuerant, ad ea inuitabantur, Gracchumq; orabant ut epulari militibus permitteret. EPVLVM PRAETORIVM, quod dabatur in exercitu, uel limite, prætore siue Præfecto prætorio designato. Atq; id uocatur Munus septem solidorum, de quo omnes Iureconsulti intellexere locum in duodecimo Codicis, in l. secunda, ubi septem solidorum functionis fit mentio, & glebæ, & follis, & clauis: nam ista ut solennia recens electo dabantur. Instituebatur uerò huiusmodi conuiuium partim sumptu prouincialium, partim sumptu legionum limitanearũ. Alludunt porrò ad huiusmodi epulum inscriptiones monumentorum quorundam, quæ Romæ eruta sunt:

Conuiuia naualia.

Conuiuia militaria.

Epulum prætorium.

B

C. CESTIVS L. F. POB. EPVLO PR. TR. PL. VIIVIR EPVLONVM.

PONTI. PF. CLAMELLAE HEREDIS ET POB. EPVLONIS C. CESTIVS L. F. POB. EPVLO PR. IONTIL. PONTIFICIS. P. F. PII FELICIS TR. PL. VIIVIR EPVLONM.

EPVLVM senatorium describit Flauius Vopiscus, in textu epistolæ Valeriani Augusti ad Ælium Xifidium, præfectum ærarij, cum Aureliano, qui pòst Cæsar fuit, senatoriam dignitatem detulisset: Conuiuium autem publicum edi iubebis, senatoribus equitibus Romanis hostias maiores duas, minores quatuor.

Epulum senatorium.

EPVLVM decurionale idem quod senatorium erat. Qui enim Romæ senatores & Constantinopoli, hi in cæteris colonijs municipijsq; Decuriones nominabantur, qui in causis ciuilibus iudicabant. Manet huiusce cõuiuij apud nos Viennenses umbra quædam. Solent enim in festo Petri & Pauli, cum naumachia hic editur in Danubio, simul epulari Senatores & Consul. Meminerũt uerò huiusce conuiuij subinde inscriptiones Vetustatum. Porrò illud silentio transeundum non est, huiusmodi conuiuia testamento morientis in memoriam fuisse instituta, ut apud nos quæ fundatione fiunt.

Epulum decurionale.

Mediolani, in Lombardia:

AESCVLAPIO ET HYGIAE SACRVM COPIVS. C. F. LEONAS VIVIR ET AVG. HONORATVS IN TRIB. C. L. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ET AD CENSVS PATRONI SANCTISSIMIS COMMVNICIPIBVS SVIS D D. QVORVM DEDICATIONE SINGVLIS DECVRIONIB. * II. AVGVSTALIBVS ET COLONIS COENAM DEDIT.

Auximi in Italia:

L. SALENO T. F. VEL. SEDATO VETERANO AVG. GG. ACEPT. HONEST. MISSION. EX COH. XLII VRBAN. PR. QQ. QVAESTORI R.P. AVXVMAT. PATRONO COLLEG. CENTONARIOR. MANSVETA LIBERTA PATRONO OPTIMO CVIVS DEDICATIONE DECVRIONIB. SINGVLIS IIIIII. N. ET COLONIS SINGVLIS IIII N DEDIT L. D. D. D.

Florentiæ in Italia:

TI. CAESARE TERT. GERMANICO CAESARE ITER. COS. CN. ACCEIO. CN. F. ARN. RVFO. LV. TATIO T. PETILLIO. P. F. QVI. IIVIR AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG. VIII K. OCTOBR. IMMOLENTVR. ITEM NATALI TI. CAESARIS PERPETVE ACTVRI DECVRIONES ET POPVLVS CENARENT. QVAM IMPENSAM Q. CASCELLIO LABEONE. IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS EOQ. NATALI VT QVOTANNIS VITVLVS IMMOLARETVR.

Ibidem:

L. AVRELIO MARCIANO AVG. LIB. EXCEPTORI AVXVMATES D. D. M. AVG. LIB. PROC. PATER H. A. I. REMISIT CVIVS DEDICATIONEM DECVRIONIBVS XIIII COLONIS. * II. DIVISIT.

Atq; hactenus de epulis publicis magistratuum & munerũ. Superest ut etiam de sacris dicamus conuiuijs. Inuenio uerò duorum generum, Iouis uidelicet epulum, & lectisternia, quæ reliquis dijs parabantur. IOVIS EPVLVM, in publicis ludis celebrabatur, potissimũ Natalitijs & Circensibus, quotãnis Idibus Nouẽb. & ob Iouis deorũ summi eminentiã, propriam seorsim appellationẽ sortiebatur, cum reliqua cõuiuia in cæterorũ diuorum ædibus habita, omnia una uoce lectisternia dicerentur. Meminit huius generis epuli subinde T. Liuius lib. V Decad. III: Ludi plebeij per biduum instaurati, & Iouis epulum fuit ludorum causa. Q. Fuluius Flaccus tertium, Appius Clodius consulatum ineunt. Et iterum lib. VII eiusdem: Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam uenisset, comitium tectũ esse, memoriæ proditũ est: & ludos Romanos semel instauratos ab Ædilibus Curulibus, Q. Metello, & C. Seruilio: & plebeijs ludis biduum instauratũ à Q. Manlio & M. Cęcilio Metello ædilibus plebis, & tria signa ad Cereris ædem dederũt, & Iouis epulum fuit ludorum causa. Idem decimo libro modò dictę Decadis: P. Ælius Tubero & L. Lectorius ædilis plebis, uitio creato magistratu se abdicarũt, cum ludos, ludorumq; causa epulum Ioui fecisset, & signa tria ex multatitio argẽto facta in Capitolio posuissent. Idem libro I Decadis IIII: Et plebeij ludi ter toti restaurati ab Ædilibus plebis, L. Apustio Fullone, & Q. Minutio Ruffo, qui ex ædilitate prætor creatus erat: & Iouis epulum fuit, ludorum causa.

Sacra cõuiuia. *Iouis epulum.* *Lectisternia.*

LECTISTERNIA, uti diximus, conuiuia sacra erant, ex uictimis & immolatis in templis deorum celebrata, à stratis lectis, quibus ordine discumbebatur, sic dicta: de quibus tametsi postremo huius Operis libro copiosius dicemus, libuit tamen uel pauca super hac re loca ex T. Liuio adferre. quorum est primus libro IX Decadis III: Matronæ primores ciuitatis, inter quas unius Claudiæ Quintiæ insigne est nomẽ, accepere: cui dubia (ut traditur) antè fama, clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Et per manus succedentes deinceps alię alijs, omni effusa ciuitate obuiam, thuribulis ante ianuas positis, qua præferebãt, atq; accenso thure precãtibus, ut uolens propitiaq; urbem Romã iniret, in ædem Victoriæ, quæ est in palatio, pertulere deam, pridie Idus Aprilis. isq; dies festus fuit. Populus frequens dona deę in Palatium tulit: lectisterniumq; & ludi fuerũt,

Lectisternia deorum.

Megalesia

A Megalesia appellata. Idem lib. II eiusdem Decadis: Eiusdem rei causa ludi magni uoti, æris CCCXXXIII millibus triēte, preterea bubus Ioui CCC. multis alijs diuis bubus albis, atque cæteris hostijs. Votis ritè nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumque ijt cum coniugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiā, quos in aliqua sua fortuna publica quæque contingebat. Curatum lectisternium, & per triduum habitū, decemuiris sacrorum curantibus. Hæc ille. Ad huiusmodi lectisternia sæpe alludunt Sanctorum historiæ, ut quorum multi coronam martyrij acceperunt, quòd lectisternia celebrare, Christo iam mancipati, recusarent: ut legitur in historia Marcelli pontificis. Qua de re fusius sumus postremo huius Operis libro tractaturi.

CAP. IIII. DE QVATVORVIRIS, QVOT Romanis, & quorum munerum fuerint.



Vatuoruirorum magistratū extitisse Romanis, à numero eorū qui in huiusmodi collegio erant, inscriptiones passim Antiquitatis demonstrāt. In quibus nunc iuris dicundi quatuoruiri, nunc uiarū curandarum, nūc ædilitij, nunc rursus Quinquennales & Flaminales, & postremò adiutores prouinciæ, leguntur expressi: ut credendum sit, iuris dicendi iudices fuisse ex decurionibus ad rem transigendā selectos: reliquos uias curasse, & domos. Atque ex his quosdā ad quinquenniū prorogatos, alios flaminū collegio adfuisse, & prouincias administrasse, uel in administrando atque republica regenda adiutores passim præsidibus adiectos, & ob id Adiutores dictos, his expressos literis scilicet ADI. Sed placet fidei ergò rhapsodias illius Antiquitatis subijcere. *Quatuoruirorum munus.* *Quatuoruiri iuris dicundi.*

DE QVATVORVIRIS IVRIS DICVNDI.

B Augustæ Vindelicûm, in ædibus Chunradi Peutingeri:

PERPETVAE SECVRITATI IVLIANIVS IVLIVS DEC. MVN. IIIIVIRALIS SIBI ET SECVNDINIAE PERVINCAE CONIVGI CHARISSIMAE ERGA SE DILIGENTISSIMAE FOEMINAE RARISSIMAE SINGVLARIS EXEMPLI PVDICITIAE.

Bergomi in Italia:

C. CORNELIO C. F. VOT. MVNICIANO PRAEF. COH. PRIM. DAMASC. TRIB. MIL. LEG. III. AVG. PRAEF. FAB. CVRATORI REIP. OTESIMORVM IIIIVIRO I. D. PONTIFICI FLAMINI IN DIVI CLAVDII BERGOMI PATRONO PLEBS VRBANA.

In Hispania, à Georgio Agricola medico repertum:

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XII COS. VIII. PP. SAL. DICIT, IIIIVIRIS ET DECVRIONIB. SABORENSIVM CVM MVLTIS DIFFICVLTATIBVS INFIRMITATEM VRAM PREMI INDICETIS: PROMITTO VOBIS OPPIDVM SVB NOMINE MEO VT VOLTIS IN PLANVM EXTRVERE.

DE QVATVORVIRIS VIARVM CVRANDARVM. *Quatuoruiri curandarum uiarum.*

Tiburi in Italia:

C. RVSTIVS C. F. FAROSI TER. L. OCTAVIVS L. F. VITVLVS IIIIVIR VIAM INTEGENDAM CVRAV.

Vrbini in Italia:

C. VESNIO C. F. STEL. VINDICI POPVLI VRVINI PATRONO SVO ET MVNICIPII AEDIL. IIIIVIR VIAR. CVRAND. TRIB. MIL. LEG. VIII. AVG. & quæ sequuntur.

Hispania Hispali:

DE CVTIO BALBINO M. CORNELIO POTITO L. ATTIO IVNIANO ROMVLO IIIIVIR VIAR. CVRANDAR. PIISSIMO FILIO BALBINVS PATER PRISCA MATER.

QVATVORVIRI ADIVTORES PROVINCIAE.

Quatuoruiri adiutores prouinciæ.

A

Comi in Rhœtia alta:
IVVEN. MARCIAM IIII. VIR. A. P. IIIIVIR AVGVRIS.

Ibidem in templo uici:
L. CAECILIVS L. F. CLIO IIIIVIR. A. P.

In uico montis Orphani, in eodem agro Comensi:
P. HORATIO P. F. O. V. F. FLORO IIIIVIR A. P. IIIIVIR I. D. ET NOVELLIAE C. F. RVFAE PARENTIBVS SVIS HORATIA P. F. MAXIMA LEGI.

In agro Comensi, pago Ligurmetino:
C. PETRONIO C. F. O. V. F. CRESCENTI IIIIVIR A. P. IIIIVIR I. D. DESIGNATO ET PVPAE GERMANI EXORATVS ET AQVILA PARENTIBVS OPTVMIS.

DE QVATVORVIRIS QVINQVENNALIBVS & Flaminalibus.

Quatuoruiri quinquennales.

Puteolis in Apulia:
CL. VVIVS. M. F. IIIVIR A. V. D. IIVIR NOLAE IIIIVIR. QVINQVENNAL. AL. DE SVO FACIVNDO COERAVIT IDEM RESTITVIT IOVI O. M. SACR.

Nouariæ ad ædem S. Laurentij:
ARBVSIONI VICTORINI. EQ. R. IIIIVIR AED. FLAM. CVR. VIXIT ANN. XXVIIII.

CAP. V. DE QVINQVEVIRIS, QVOT ROmanis, & quorum munerum extiterint.

Quinqueuirorum munus.



QVINQVEVIROS, qui in monumentis paſsim exprimuntur duabus literis QQ. T. Liuius diſtinguit trium generũ: alios qui uigilias curabant, alios qui reficiendis mœnibus & turribus operam dabant, & qui arbitri inter contendentes de finibus agrorũ mittebantur. Inclinante autẽ, ſeu potius procedente Imperio, quinqueuiratus ſacerdotio municipiorum & coloniarũ paſſim receptus eſt: & temonarij poſtremò qui uocabantur, quinqueuiros habere cœperũt, πεντάπρωτίας Grecis dictos. Quorũ meminit Imp. Conſtant. lib. 12 Codicis, in l. de cubiculis. titul. de priuilegijs eorũ qui. Portò de primi generis quinqueuiris, qui uigilias curabant, extat locus apud T. Liuium lib. 9 Decad. 4: Ædiles plebis uidere ne qua ſacra in operto fierent: triumuiris capitalibus mandatum eſt, ut uigilias diſponerent per urbem, ſeruarentq́ ne qui nocturni cœtus fierent. utq́ ab incendijs caueretur, adiutores triumuiris quinqueuiri, ut cis Tiberim ſuæ quiſq́ regionis ædificijs præeſſent. Ad huiuſmodi quinqueuiros, qui ædificijs publicis reficiendis præerant, alludit etiam Liuius lib. 5 Decad. 3: Comitia deinde à prætore urbano de ſenatus ſentẽtia plebiſq́ ſcito ſunt habita, quibus creati ſunt quinqueuiri muris turribusq́ reficiendis, & triumuiri bini: uni ſacris conquirendis donisq́ præſignãdis, alteri reficiendis ædibus Fortunæ & matris Matutæ intra portam. Cæterùm an hi fuerint, quorũ meminit lib. 5 Decad. 5, & rebus inſpiciendis dirimendisq́ litibus agrorum miſſos ſcribit, nõ ſanè auſim affirmare: Senatus (inquit) qui de finibus cognoſcerent, ſtatuerentq́, quinqueuiros miſit, Q. Fabiũ Buteonem, P. Cornelium Blaſionem, T. Sempronium Muſcam, L. Næuium Balbum, & C. Apuleium Saturninum. Et iterum lib. 6 Decadis 1: Decreuerunt ut primo quoq́ tempore ad populum ferretur, de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebs eſſet, quinqueuiros Pampino agro diuidendo, & triũuiros Nepotæ coloniæ deducendæ creauerunt. Meminit & quinqueuirorum menſariorum

Quinqueuiri uigilum.

B

A sariorum Liuius lib. 7 Decadis 1: Quæ destruere unanimes uidebatur, leuare aggressi solutionem alieni æris in publicam curam uerterunt, quinqueuiris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. Denique ad quinqueuiros sacerdotes monumenta passim in Transyluaniis eruta alludunt, quorum trium fidei ergò rhapsodias subiunxi.

Albæ Iuliæ:
T. VAREN. PROB.
QQ. COL. SARM.
M. COMINIVS PON
TIFEX ET BIS Q.
Q. COL. EQ.
ROM.

In Varhel ruderibus
Vlpiæ Traianæ:
P. VIBIDIVS VALEN-
TINVS AEDIL. ET QQ.
S. HONOREM PE-
CVNIA L. LOC.
P. S. O.

In Porprigo ad ripã Marusij:
D. O. M.
COMINIVS PONTIF. ET
BIS QQ. COL. SARMIZ.
METROPOL. ET Q. R.
Q. SACERDOS ARAE
AVG. SORORI PIEN-
TISSIMAE.

CAP. VI. DE SEXVIRIS, QVOT ET *qualium munerum extiterint.*



Hos in municipijs duntaxat & colonijs extra urbẽ fuisse inuenio, & decurionum numero & ordine selectos, uti quatuoruiros. Dabantque hi epulas publicas, & collegium habebant: quorum discrimina in monumentis inuenio, Augustales & Quirinales, Flaminales, iuniores & seniores. Obseruaui præterea alios sexuiros decurionatũ habuisse coniunctum, alios auguratum. & item fuisse, qui simul & quatuoruiri & sexuiri extiterunt, triumuirique. Porrò adeò difficile est conijcere, qualé nam sexuirorum ministerium fuerit, ut etiam Alciatus, nostri seculi doctissimus uir, se assequi nõ potuisse fateatur. Itaque omisso longiori sermone, monumentorum rhapsodias subijciemus, quorũ cùm alibi plura, tum precipuè in agro Mediolanensi & Comensi, in Rhoetia alta, infinita extant, quæ huius muneris mentionem faciunt, ut proprium eius loci munus fuisse credendum sit. Sic Brixiæ extat, ubi collegij sexuirorum fit nomenclatura, Clodiæ ac Hillæ, siue Cyrilæ, quæ uixit ann. XXIIII. mens. XI. dies VIII. Vettius Vrsinianus maritus uxori incomparabili. Qui dedit coll. VIuir sociorum HS. V. T. ex usuris eorũ profusæ ita. parent. annos quotannis celebrentur. Adhæc ex Decurionũ numero fuisse sexuiros, & potissimũ in colonijs Romanis, arguit hæc inscriptio, quæ in Transyluania ruderibus Vlpiæ Traianæ, quæ Varhel nunc uocantur, eruta est:

Sexuirorum munus. *Discrimina sexuirorum.* B *Sexuiri ex numero decurionum.*

GENIO ORD. QVEM VLP. DOM. HERMES AVGVR. COL. AB HONOR. ORNAM. DECVR. PROMISERAT VAL. ITTREPTVS II DOMITII GEGVLVS III P. PONIC. HERMES ONESIMVS AVGVSTALES COL. H. B. C. L. D. D. D.

Cæterùm Iuniorum ac Seniorum uoces, quas inclinantis Imperij moderatores legionibus etiam indiderunt, hoc est, Iouijs iunioribus & senioribus, &c. unde originem acceperint, eleganter disserit Aulus Gellius libro decimo Noctium Atticarum, capite uigesimo octauo: Tubero, inquit, in historiarum primo scripsit, Seruium Tullum regem populi Romani, quum illas quinque classes Iuniorũ, census faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim. Atque inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse reipublicæ arbitrarentur, milites scripsisse, eosque ad annum quadragesimumsextum Iuniores, supraque eum annum Seniores appellasse. Hæc ille. Sed recipio me ad rhapsodias monumentorum.

DE SEXVIRIS VRBANIS. A

Sexuiri Romani in urbe.

Comi ad fanum Diuæ Virginis:

L. APITIO BRVTIDIO SOTERICHO VIVIR VRB. QVAESTORI ANNI PRIMI CVR. PRAESIDI ET ALBVTIAE SEX. FIL. EXORATAE EIVS CENTVRIA CENTONAR. DOLABRAR. SCALARIORVM.

Ibidem:

T. TADIVS T.F.O.V.F. CATIANVS VIVIR VRB. Q. COLLEGI CENTONARIOR. ANNI QVO CVRIA DEDICATA EST SIBI ET TADIIS CASSIANO ET SECVNDO FIL. VIVIR VRB. ET TERENTIAE VALERIANAE VXORI. L. D. D. C.

Iteramnæ:

PROVIDENTIA TITI CAESARIS AVGVSTI NATI AD AETERNITATEM ROMANI NOMINIS SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO P. R. FAVSTVS TITIVS LIBERALIS VIVIR AVG. ITER P. F. S. C.

DE AVGVSTALIBVS SEXVIRIS, QVOS scilicet Augusti constituebant.

Sexuiri Augustales.

Mediolani:

C. VALERIVS EVTYCHIANVS VIVIR AVG. PATER III. INCOMPAR. ET SIBI EYΔ. POMI.

Placentiæ:

L. PLOTIO ATIMETO IIIIVIRO AVGVSTALI GRATVTO DD. CELATAE CONL. VXORI EIVS VITALI FILIAE EORVM.

Brixiæ Italiæ:

COLLEGIA FABR. ET CENT. L. CORNELIO PROSODICO VIVIR. AVG. BRIXIAE ET VERON. SACERD. COLLEG. IVVENVM BRIXIAN. B

In Germania,

Augustæ Vindel. in ædibus Peutingeri:

IN H. D. D. DEO SILVANO TEMPL. CVM SIGNO VETVSTATE CONLAPSVM SEXT. ANTONIVS PRIVATVS CIVES TREVER. IIIIVIR AVGVSTALIS PECVNIA SVA RESTITVIT.

Apud Rotenburgum Neccari:

IN H. D. D. M. M. S. S. IVS FORTVNANVS IIIIVIR. AVG. NEGOCIATOR. ARTI CRETAPAEN. PAENVL. OM. PEN. DEOVO. FECIT IDEX TRO. COS.

Ibidem:

CLODIA Ɔ LIB. MINIEMAE SIBI ET M. RVSTIO SEVERO CONTVBERN. ET T. OCTAVIO SEVERO FIL. VIVIR. AVG. ET C. RANTVLAM MIONII AMICO.

DE AVGVSTALIBVS SEXVIRIS CVM COGNOMINIBVS.

Sexuiri augustales cum cognominibus, et iuniores.

De Aug. magnis iuuenib. Reatæ in Italia:

T. FVNDILIO GEMINIO VIVIR AVG. MAG. IVV. AVGVSTALES PATRONO EX QVINQ. PERPETVO OPTIME MERITO. HIC ARCAE AVGVSTALIVM SE VIVO HS. XX DEDIT VT EX REDITV EIVS SVMMAE DIE NATALI SVO IIII. K. FEBR. PRAESENTES VESCERENTVR.

De Quirinalibus Aug. Veronæ in Italia:

M. NONIO M. R. TITVRVS. V. F. ANTISTIAE S. P. F. QVINTAI VXORI ET CASTRVTIAE. CN. CORNELIVS QVIR. NERITVS VIVIR. AVG. QVIRINAL. L. NERITVS VIVIR. AVG. SIBI ET CLODIAE TOMIANAE. L. CHRESTAE CONTVBERNAL.

DE

A DE SEXVIRIS SENIORIBVS AVGVSTAL. Sexuiri augustales seniores.

Mediolani:

P. VALERIO P. LIBER. PALAT. TACITO VIVIR SENIORI ET AVGVSTALI PLVTIAE HERMIONI ATTILIA HERMIONAE ET ATILIVS C. LL. MATRI DVLCISSIMAE.

Monasterio Vercellen.

C. GEMINIVS ELEGANS VIVIR. SEN. SIBI ET GEMINIO LEANDRO VIVIR SEN. PATRON.

Ibidem:

D. M.

M. MESTRI M. L. CENSORINI PATRONI OPTIMI ET M. FVLVIO PHYLLIO VIVIR SEN. AMICO.

Ibidem:

PETRONIO IVCVN. VIVIR SENI PATRONIA MIRA L. F.

DE SEXVIRIS IVNIORIBVS. Sexuiri augustales iuniores.

Mediolani ad S.Petrum:

Q. VITELLII SATVRNINI VITELLII VERANIVS ET CONSTANS VIVIR IVNIORES PATRI OPTIMO.

In agro Comensi:

C. VIRIVS VERVS O. V. F. MED. VIVIR IVN. PONTIF. ET DECVR. ITEM MANIBVS FILIORVM SVORVM C. VIRIO VERIANO ET VIRIAE C. F. VERAE, QVI VIXERVNT ANNOS QVINOS DENOS.

Angleriæ in Italia, ad ædem diuæ Virginis:

I. O. M.

B P. QVARTIVS P. F. VICTOR P. QVARTIVS P. F. PRIMVS VIVIR IVN.

Ibidem ad S.Bartholomæum:

V. F.

Q. CAMPLIVS Q. F. VIRILLIO VIVIR IVN. SIBI ET TATINIAE M. F. VERAE VXORI Q. CAMPLIO PATRI CASTRICIAE CONEXVAE MATRI.

Ibidem in æde S.Babillæ:

P. VRSIO SEX. F. POLLIONI PATRI VETTIAE LEPIDAE MATRI P. VRSIO P. F. PAVLLO VIVIR IVN. FRATR. CVR. AER. VRSIA P. F. PRISCA.

DE SEXVIRIS, QVI HABEBANT ALIA iuncta munera. Sexuiri munera iuncta habentes.

Cum Triumuiratu, Mediolani:

TREBIA C. F. PHILVMENA SIBI ET L. TIVCIO MERVLAE VIVIR IIIVIR IIIIVIR TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Sexuiri curatores ærarij, Veronæ:

L. GEMINVS L. F. MESSIVS VIVIR CVRATOR AERARII MEDIOL. HERCVLI. V. S. L. M.

Cum Quatuoruiratu, in agro Comensi, sub uico qui Rhetionicum dicitur:

MINVTIVS L. F. O. V. F. EXORATVS FLAMEN DIVI TITI AVG. VESPASIANI CONSENSV DECVR. TR. MIL. IIIIVIRA. P II VIVIR I. D. PRAEF. FABR. A. PR. BIS. ET COS. PONTIF. SIBI ET GEMINIAE C. F. PRISCAE VXORI ET MINICIAE L. F. BISIAE V. F.

CAP.

CAPUT SEPTIMUM, DE SEPTEMUIRATU municipiorum, & quot generum illud munus fuerit. A

Septemuiratus munus.

Discrimina septemuirorum.



T hoc numero magistratus Romanæ reipublicæ fuit, quem, siue idem fuerit, siue diuersus, triplicē autoribus celebrari obseruaui: hoc est, septemuiros iudiciorum, septemuiros ludorū, & septemuiros epulonum. de quorum primo genere T. Liuius libro primo Decadis tertiæ his uerbis meminit: Tum posteaquam res Romana contra spem uotaq́ꝫ eius ueluti resurgēs, turpius uidebatur nouā referre proditionem, ut proditio pro septemuirali iudicio esset, semperq́ꝫ aliud sentiret infidus socius, uanus hostis, ad Faleriorum Pyrrhicē proditorem tertium transfugis documentum esset. Meminit quoq́ꝫ ludorum septemuirorum Cor. Tacitus lib. tertio: Sed tum supplicia dijs, ludiq́ꝫ magni ab senatu decernuntur, quos pontifices & augures & quindecimuiri septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Hæc ille. Iam uerò an hi epulis præfuerint, haud sanè ausim affirmare. Equidem de septemuirorum hoc munere Lucanus Pharsal. libro primo intellexisse uidetur, cum ita canit:

Septemuiriq́ꝫ epulis festis, Titijq́ꝫ sodales.

Huc alludit & inscriptio Vetustatis, quæ Caietis de L. Munatio Planco, illo Ciceronis discipulo, est reperta:

L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS COS. CENS. IMP. ITER. VIVIR. EPVL. TRIVMPH. EX RHOETIS AEDEM SATVRNI F. DE MANVBIIS AGROS DIVISIT IN ITALIA BENEVENTI: IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM ET RAVRICAM. B

Quare septemuirorum & Alexander lib. Genial. dierum secundo, hoc nomine mentionem facit, scribens epulones hos fuisse appellatos, sacrisq́ꝫ epulis præfuisse, cœnarumq́ꝫ pontificum quę Adijciales dicebantur, curam habuisse. Quorum muneris rursus erat, si qua iusta & solennia sacris deessent, ad pontifices referre.

CAP. VIII, DE DECEMUIRIS, ET EORUM in republica Romana magistratu, & quot generum hi fuerint.

Decemuirorū distinctio.

Decemuiri in urbe Romana.



ECEMVIRORVM longè amplissimus & in urbe & in limitibus prætorijsq́ꝫ semper fuit magistratus, sed alius in urbe, alius extrà. Illic enim statim inter initia duplex cōstitutus est: unus qui cum Imperio erat, & urbē loco consulum gubernabat: alter in sacris erat, proximus post pontifices & honos & magistratus, eorum qui libros Sibyllæ custodiebant, eosq́ꝫ urgente necessitate consulebant, & supplicationes atq́ꝫ Latinas ferias procurabant. Atq́ꝫ hi manserunt semper in urbe, reliqui ex urbe in prouincias translati sunt: agrorum decemuiri, iudiciales decemuiri, proscriptionum decemuiri, & distribuendorum donatiuorum: de quibus ordine dicemus, sumpto initio à Decemuiris gubernātibus, siue cum imperio existentibus Romæ. Quorum originem T. Liuius tertio ab Vrbe sic describit: Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab Consulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus antè ad Consules uenerat, translato imperio minus insignis: quia nō diuturna mutatio fuit. Læto enim principio magistratus eius nimis luxuriauere. eo citius lapsa res est: repetitumq́ꝫ, duobus uti mandaretur consulū nomen, imperiumq́ꝫ. Et subdit: Iam redierant legati cum Atticis legibus: eo intentius instabant tribuni, ut tandem scribendarum legū initium

Differētiæ decemuirorū municipalium.

Decemuiri regentes.

A tium fieret. Placet creari Deceuiros, sine prouocatione: & ne quis eo anno alius magistratus esset. Ad hos alludit & Cicero lib. 1. de Oratore: Dicant uel Græci, si uolunt, uel Lycurgũ, aut Solonẽ, &c. uel nostros Decemuiros, qui duodecim tabulas præscripserũt, quos necesse est fuisse prudentes, &c. Ex quibus patet, duodecim tabulas, hoc est originem iuris, à Decemuiris cõpositas extitisse. Vnde Decemuirales leges, & collegiũ decemuirale, Ciceroni libro sexto in Verrẽ celebratur. Porrò quanquam summa rerum posterius à Decemuiris ad Consules sit relata, ut ex citato Liuij loco colligitur: tamen hic semper Romę deinceps magistratus mansit, qui leges tractabãt, & iudicijs præsidebant. Vnde & Legales, Iudiciales, atq; Codicillares decemuiri nuncupati sunt, de quibus hæc T. Liuij loca sunt accipienda: Opinio etiam sine authore exierat, non in præsentis temporis modò eos iniuriam conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoq; decemuiratu possessum semel obtinuerunt Imperium. Idem lib. 5. Decadis 3: Plebe dimissa Senatus uocatur, & Consules referunt de concilio plebis turbato ui atq; audacia publicanorum, M. Furium Camillum, cuius exiliũ ruina urbis secuta fuerit, damnari se ab ingratis ciuibus passum esse. Decemuiros ante eum, quorũ legibus ad eum diem uiuerent, multos postea principes ciuitatum iudicium de se populi passos. Aul. Gell. lib. 14. cap. 7. tradit, absentibus cõsulibus, prætoribus, & tribunis, urbisq; præfecto, hosce Decemuiros ius habuisse cõuocandi Senatum, & hoc extraordinario iure. Et sic intelliguntur, quæ subinde in antiquis monumẽtis occurrũt: Consul ordinarius & extraordinarius. Siquidem, ut Gellius citato loco testatur, Decemuiri, absentibus de quibus locuti sumus magistratibus, ius consulare habebant. Ad hosce Decemuiros alludunt etiam procedentis Imperij authores. Suetonius in Tiberio: Contrà Cl.
B Appius Regillanus decemuir legibus scribendis. Spartianus in historia Hadriani: Quare à Traiano abductus à patria, & pro filio habitus, nec multo pòst Decemuir litibus iudicandis datus, atq; inde tribunus secundæ adiutricis legionis creatus. Sidonius Apoll. lib. 1. in epistola ad Vincentiũ: Paulo ante detonsus punicatusq;, cum accusatores semipullati atq; concerpti nuncios à Decemuiris operirentur, & ab industria squallidi præripuissent misero debitam miseratione. Ex quibus apparet, Decemuiros iudiciales postremò ex urbe procul etiã in prouincias traductos fuisse. Atq; hæc de primi generis Decemuiris. Sequuntur Decemuiri sacrorum, qui proximo pontificis loco sequebantur, & quorum erat muneris imagines in tẽplis ritè collocare, supplicationes & ferias Latinas curare, & sicubi opus esset Sibyllinos libros inspicere. De quibus subinde Liuius etiã meminit lib. 5 Decad. 3, cum Apollinis oraculum bello Punico secundo consultũ adducit: Apollini uouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem, priuati ut conferant pro se suisq;: ijs ludis faciendis præerit prætor, is qui ius populo plebiq; dabit summũ: Deceuiri Græco ritu hostijs sacra faciant. Idẽ sexto lib. eiusdẽ: Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt, nouiq; suffecti, in locum M. Aemilij Numidæ decemuiri sacrorum, M. Aemilius Lepidus: in locũ M. Pomponij Mathonis pontificis, C. Liuius. Et iterum libro nono eiusdem: Id carmen à Decemuiris inuentum eo magis patres mouit, quòd & legati qui donũ Delphos portarunt, referebant, & sacrificantibus ipsis Pythio Apollini omnia læta exta fuisse. Idem libro primo Decadis quartę: Et ludi funebres eo anno per quatriduum in foro Martis Valerij Leuini causa à Pont. M. filijs eius facti, & munus gladiatorium datum ab ijs, paria quinq; & uiginti pugnabant. M. Aurelius Cotta decemuir sacrorũ mortuus: in eius locum M. Acilius Glabrio suffectus. Sic libro primo quintę Decadis: Sacerdotes publici ea

Decemuirales leges.
Decemuirale collegium.
Decemuiri sacrorum.

LEIANO PATRONO PERVSINORVM PATRONO ET CVRATORI R. P. VERONENSIVM IVDICI DE V. DEC. AEDILI PATRONO COLLEGII.

PHIS SACRVM L. ARATIVS PHEBVS DECVRIALIS DECVRIAE IVLIAE PRAECONIAE CONSVLARIS VOTO SVSCEPTO DD. CONPHEBANIO FILIO.

RATORIO. NOM. APVD DOMITIANVM IN SECVNDVM COS. EXERCVIT DECVRIAS DVAS VICTORIA CONSVLARES C. CORNELIO PRISCO F. HABENTI EQVVM PVBLICVM. A

Equus publicus decurio. *Discrimina decurionum iudicialium.* Cum igitur ex equitũ ordine non solum decuria quinta esset lecta ab Augusto, uerùm ipsi etiã decuriones, iudices scilicet coloniarũ & municipiorũ ex equestri ordine adsumerentur, contigit ut cui equus publicus alebat̃, dignior esset: quicꝙ propterea equus publicus nominabatur, & selectus. Qui uerò collegio decurionum assistebat, hunc tribunũ decurionum monumenta interdum appellant. Reliqua discrimina erant, quòd nunc Sexuiralis, nunc Duumuiralis ædilitius, Quatuoruiralisꝙ, item coloniares & municipiales dicebant̃. De quibus singulis est ordine dicendum. Quod antequam fecero, monumentis, quod diximus, confirmabimus, decuriones Romana in republica ex equitum numero potissimum selectos. *Decuriones ex equitum numero factos.* Extant uerò ex Transyluania duæ hæ ad me translatæ rhapsodiæ:

In Clausaburgo Transyl.

D. M.
P. AEL. TRAIANO VIXIT ANN. XXVIII FIL. ET AEL. LIBERO ALVMNO V. A. III. P. AEL. DACIANVS DECVRIO ET AEDIL. COL. F. C.

Albæ Iuliæ

P. AEL. ANTI PAP. RO. MARCELLO EQ. RO. DEC. COL. APVL. FIL. P. AEL. ANTI PAP. TRAIA. MIL. ET ADOPTIVO P. AEL. MARCELLI ET EX PRAEF. LEG. VII. CLAVD. ET I. ADIVTORIC. DADES ET PHILETVS ACTOR.

MATRI AVG. PRO SALVTE IMP. CAES. M. ANTONINI GORDIANI PII FEL. AVG. M. ANTONIVS EQ. R. DEC. COL. APVL. SACERDOS ARE AVGN. B

Equus publicus. EQVVS PVBLICVS, iudex selectus erat dignissimus decurionum, cui equus publicus alebatur, cuius originẽ & rationem describit T. Liuius lib. 4 Decadis 3, cum censorũ mulctas equestri ordini irrogatas explicat: His superioribusꝙ illis equi adempti, qui publicum habebant, tribuꝙ moti, ærarij omnes facti. Et iterũ lib. 9. Deca. 4: P. Ebutius, cuius pater publico equo stipendia fecerat, pupillis relictis mortuus, deinde tutoribus sub tutela Duronię matris & Victrici T. Sẽpronij Rutili educatus fuerat. Plura de his perstrinximus libro Operis huius sexto, quũ equitatũ Romanũ descripsimus: ubi & monumentorũ inscriptiones uarias adduximus, maximè in quibus equorum publicorum & equitum, sine additione decurionum aut iudicum selectorum, fit mentio. Quare quæ supersunt, & ubi iudicis selecti aut decurionis uox est addita (quod quidem ad propositũ pertinet) hic libet subijcere.

Brixiæ in Italia:

P. PLADITIO. C. F. PAL. CLODIANO EQVO PVBL. DECVR. BRIXIAE C. PLADITIVS

Spoleti:

M. SEPTIMIO M. F. HOR. SEPTIMIANO EQVO PVB. IIIIVIR I. D. PRAEF. FABR. ROMAE DIE IIII. S.

Viennæ Austriæ, in pariete collegij Archiducalis:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT. REPENTINO ADLECT. INTERTRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFFRICAE PRAETORI LEG.

HEMADIQN

A HEMADION. ET LVCRETIA PERSIS FILIO PIISSIMO D. D. D.

C. A MILIARI OPERE VETERES ASTAENA PATRONO OB MERITA EIVS LIBER: D.

PR. PR. PROVINCIAE ASIAE LEG. AVG. LEG. X. G. C. IVL. MAGNVS DEC. COL. KARN. EQVO PVBLICO EX. V. DECVR. DIGNISSIMO L. DDD.

Ibidem:

SERVILION POLION. EQVO PVBLICO DECVR. SERVILIVS VERVS PATER, VI FIERI PETIIT L. D. D. D.

Auximi:

M. OPPIO CAPITONI. Q. CAMVDIO Q. F. TN. T. PRIN. VEL ANNIO SEVERO EQVO PVB. IVDICI SELECT. EV. DECVR. TRIB. LEG. VIII. AVG. PRAEF. FABR. PATRONO COL. AVXIM.

Patauij in Italia:

T. VETIDVS T. F. STRA. P. T. VALENS. IIIIVIR. I. D. QVINQ. PONT. SIBI. ET T. VETIDIO POTENTI FILIO EQVO PVBLICO ANNOR. X. X. M. IIII. D. V. T. F. I.

Decuriones coloniares & dignitate & loco municipalibus præfebãtur, quemadmodum coloniæ, quàm municipia, plus prærogatiuæ habebant. De quo genere Tranquillus in Augusto sic scribit: Quæ de magistratibus urbicis decuriones colonici in suam quisq; coloniam ferrent, ac necubi honestorum copia deficeret, aut multitudinis soboles. Sic & Callistratus iurisconsultus in l. nõ tantum. ff. de decurionibus, nominatim minores annis 25 eligi nisi ex causa non posse testatur. contrà maiores annis 55, ad decurionatus honorem inuiti uocari, constitutionibus prohibentur: ita euidentissimè tradit Vlp. in l. qui ad tempus. §. maiores. ff. eod. Sed placet, ex more monumentorum rhapsodias, quæ huiusmodi colonicorum decurionum mentionem faciunt, subijcere. *Decuriones coloniares.*

B *In Engedino Transsyluaniæ:*

P. FVRIO SATVRNINO COS. AELIVS MAXIMIANVS DEC. COL.

Brixiæ in Italia:

P. RVFRIVS P. F. BALBIN. DECVRIO. IN COLONIA. F. C. AVFRIO P. F. PEDON. FRATRI.

Capuæ:

P. AEL. P. F. PHILOLOGO AVG. DECVRIONI CAPVAE ORNATO SVAM IIVIRAL. AELIA. APHRODISIA MATER. SIBI FECIT.

Viennæ Austriæ:

P. CLAVDIO PALLANT HONORATO REPENTINO ADLECTO INTER. TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICIAE. C. IVL. MAGNIS DEC. COL. KARN.

COL. KARN. id est, coloniæ Carnunti: ubi est hodie Petronella Austriæ. DECVRIONES municipales, & ipsi ex ueteranis militibus, uti coloniares, legebantur, ad complenda iudicia. erãt paulo minoris loci, de quibus Iulius Capitol. in Gordianis: Tunc quidam Mauritius nomine, potens apud Afros decurio, iuxta Tysdrum, nobilissima post hæc oratione apud plebem in agro suo, uelut concionabundus est locutus. Sed placet monumenta & de decurione municipali, id est de ueterano adferre. *Decuriones municipales.*

Augustæ Vindelicũm, in domo Peutingerorum:

PERPTVAE SECVRIDATI C. IVLIANVS IVLIVS DEC. MVN. IIIIVIRAL. SIBI ET SECVNDINIAE PERVINCAE CONIVGI CHARISSIMAE.

Moguntiaci, in templo Albini:

L. SEXTIO PERVINCO DEC. CIVITATIS AVDERIENSIVM CAVSIDICO ACCEPTIA AEREPTA CONIVGI SANCTISSIMO F. C.

Celeiæ Styriæ:

ET CIVMENI. CANDR. FIL. ANN. XXXXIII MATRI ET VERNIA
ET ANN. XXIII. ET GVINIO IPSEO VET. ET DECV.
MVN. ET COMMIL.

TRIBVNVS DECVRIONVM, fortè in exercitu, dum equites mererent foris, quanquam in monumentis etiam iudicis selecti nomenclatura sit adiecta: ut tribunum inter decuriones iudicantes fuisse, credibile sit. Id quod rhapsodia monumenti quod Tridenti est erutum, abundè declarat:

C. VALERIO. C. F. PAP. MARIANO
HONORES OMNES ADEPTO TRI-
DENT. FLAMINI ROM. ET AVG. PRAEF.
QVINQ. AVGVR. ADLECTO ANNON.
LEG. III. ITAL. SODALI SACRORVM
TVSCVLANOR. IVDICI SELECTO
DECVR. TRIBV. DECVRIONI BRIXIAE
CVRATORI. REIP. MANT. EQVO
PVBLICO PRAEF. FABR. PATRONO
COL. PVBLICE MAGNO ET INVICTO
IMP. CAES.

Ornamenta decurionalia. Porrò quanto loco Decurionum munus fuerit Romanis, uel ex eo apparet, quòd sellis sedebãt, & subsellijs, bigisq; inuehebantur. Quare & ornamenta decurionalia, quemadmodum & reliquæ dignitates, titulotenus ab Augustis emeritis tribuebantur: de quibus libro huius Operis nono fusius locuti sumus. Huc pertinet illud Apuleij in aureo Asino: Placet salubre consilium. & illico missus preco pronunciat, patres in curiam conuenire. quibus protinus dignitatis iure in consueta loca residentibus, rursus præconis uocatio, primus accusator recedit. Plura lege de Decurionum dignitate apud Iurisconsultos, tit. de municip. Sed placet, quod proponimus, etiam exemplis Vetustatis corroborare.

Apud Bucinum Campaniæ oppidum:

C. COELIO ANNICETO MIL. CON. II. PR. SINIC. TRIB. SPE
BENEFICIATVS HVIC ORDO SANCTISSIMVS DECVR. OB
SPEM PROCESSVS EIVS HONOREM DECVRIONATVS
GRATVITVM OBTVLIT.

Vrbini in Italia.

CVM LIBERTATA ESSET NOVIA LEGIO PIA FIDELIS CONSTANS
COMMODA COGNOMINATA EST, IPSE VT DEVOTISSIMVS IM
PERATOR COMMODO AVG. PIO FELICI OBIECTO HONORE
QVÆSTOR DIGNATVS EST ANNOR. XXIIII. DVXIT OB DEDI
CATIONEM BIGAE DECVRION. SINGVL. V. COLLEGIS OMNI-
BVS VIII. PLEBEI ET HONORE VSIS * III. L. DDD.

Officium decurionum. Hæc de discrimine atq; dignitate. Sequitur, munus ipsum ut explicetur. Erat autem duplex decurionum officium. Primò iudicabant in ciuilibus: ad quam rem domo Senatoria, centurijs, urna & notis utebantur. Secundò res gestas memoriȩ cõmendabãt: ad quod libro quodã qui Albus dicebatur, uel λεύκωμα Græcè, utebantur, in quo & decreta ipsorum referri curabant. *Domus senatoria.* Domus quidem Senatoria non solum Romæ erat, utpote in templo Bellonæ, Concordiæ, Apollinis: uerùm etiam in prouincijs fuerat. Scribit enim Suetonius in Augusto: Quo autẽ lecti

A lecti probatiq; & religiosius & minore molestia munere Senatorio fungerentur, sanxit, ut priusquam considerent, quisq; thure & mero supplicaret ad aram eius dei, in cuius templo coiretur. Huc pertinet quod scribit Appianus Alex. libro secundo historiæ Ciuilis: His peractis, decretum nocte perlectum est, Antonium sequēti die in Telluris templo, haud longè ab ipsius domo, Senatum habiturum. non enim in consilio, quod Capitolio subiectum fuit, accedere audebat, gladiatoribus apud coniuratos commorantibus: nec exercitum urbi inferre, ne tumultū excitaret, quē Lepidus subinde intulit. Appropinquante die, quidā ex Senatoribus in Telluris templū conuenere. Idem libro quinto eiusdē Decadis, rationem consessus describit hoc modo: Lucio conditionem admittente, locus causæ definitus est, urbs scilicet Gabiorū, inter Romam Prenesteq; media: & sessio uicissim iudicibus adscripta. Tribunalia insuper duo in medio erecta, ueluti in iudicio facturis uerba. Nō discepat à proposito quod scribit Tacitus lib. 4. de Senatu iurato: Relatum est de Cassio Seuero exule, qui sordidę originis, maleficæ uitæ, sed orandi ualidus, per immodicas inimicitias, ut iudicio iurati Senatus amoueretur, effecerat. Atq; hæc de loco iudicij, ubi decuriones cōsidere cōsueuerant. Nunc iudicij Romani formā subnectemus: quod antequam faciamus, iudicium Romanis quid fuerit, explicabo. Igitur iudiciū ab arbitrio in hoc differt, quòd iudiciū sit certæ pecuniæ, arbitriū incertæ. Ad iudicium hoc modo ueniebant, qui totam litem aut obtinuerant, aut amiserant: ad arbitrium uerò hoc animo accedebatur, ut neq; nihil, neq; tantum quantū postulabant, consequerentur. Vnde Proculus iurecon. in l. societatē mecū. ff. pro socio. tradit, duo esse geuera arbitrorū: unum eiusmodi, ut siue æquū siue iniquum, parêre debeamus. quod obseruatur, cum ex compromisso ad arbitrium itum est. Alterum eiusmodi, ut ad boni uiri arbitratū

Telluris templū domus senatoria.

Mos considendi in domo senatoria.

Senatus iuratus.

Discrimen inter arbitriū & iudicium.

B redigi debeat: & si nominatim persona sit cōprehensa, cuius arbitratu fiat. Arbitrarium uerò dicitur, cum adhuc res apud arbitrium geritur, quæ res adhuc incerta est. Ex quo est & illud Plautinū: Hoc quidem certū est, non est arbitrariū. Sic igitur arbiter dicebatur iudex, qui totius rei habebat arbitrium & potestatem, ut docet Cicero in oratione pro Roscio Comœdo: Cum ad iudicē causam labefactari animaduertunt, ad arbitrium consurgunt. Atq; hæc de iudicio. nunc quæ in iudicio adhibebātur, aut ex iudicio decurionū emergebant, dicemus. Erant aūt, Senatusconsultum, urna, notæ, & centuriæ, quæ in iudicando calculum augebāt. Senatuscōsultū quo pacto in Romana republica fieri solitū sit, docet Varro in epistola ad Oppianū, Senatusconsultū scribens fieri duobus modis: aut per discessionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorū sententias exquisitas. Sed cōtrà Atteius Capito affirmat, quod etiā Tubero dicebat: Nullū Senatusconsultum fieri posse, non discessione facta: quia in omnibus Senatusconsultis, etiā in his quæ per relationē fierent, discessio esset necessaria. Est aūt Discessio, quādo pedibus discedunt in sententiā eius qui in Senatu retulisset. Et hoc est quod apud historicos crebrò occurrit, & in prouerbium postremò abijt, Discedere pedibus in sententiam. Vnde & Pedarij senatores dicti sunt. Qua de discessione amplius scribit A. Gellius lib. 3. Noctiū Atticarū: Quid igitur, cū Patres conscripti per discessionem fiebāt, nónne uniuersi Senatores sententiam pedibus ferebant? Huc alludit Tranquillus in Tiberio: Cum Senatusconsultum per discessionē fortè fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erāt, secutus est nemo. Et sic intelligitur illud Ciceronis in epistola ad Lentulum: Frequentes iere in alia omnia. Huc pertinet & illud Cornelij Taciti libro decimoquinto: Et postquā discessionem Cōsul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis exemptis, in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemq; iurgio

Senatusconsultum.

Discessio senatoria.

lacessens. Confirmat omnia quæ diximus monumentũ Vetustatis, quod in basilica S. Ioannis Lateranen. in tabula ænea parieti affixa, iuxta corporis CHRISTI repositorium Romæ extat: A

FOEDVSVE. CVM QVIBVS VOLET FACERE LICEAT.
ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO CAESARI
AVG. TIBERIOQ. CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO.
VTQ. EI SENATVM HABERE RELATIONEM
FACERE REMITTERE SENATVS CONSVLTA PER RELATIONEM DISCESSIONEMQVE FACERE LICEAT,
ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO CAESARI AVG.
TI. CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO.

Vrna senatoria, & consuetudo reiectionis.

Atq; hæc de Senatusconsulto. Nunc de altera consuetudine, quæ fiebat per urnam. Erat enim iudicandi Romanis hæc consuetudo, quòd nomina iudicum conscribebantur, & in urnã conijciebantur, ut de pluribus necessarius numerus per sortitionem cõfici posset. tunc ex illo delectorum iudicũ numero permittebatur accusatori ac reo, reijcere quos uellent, & sibi aliqua ex parte incõmodos fore suspicarentur. Reiectione celebrata, prætor uel tribunus decurionum, in loca eorũ qui reiecti fuerãt, sortiebatur alios, quibus ille iudicum legitimus numerus cõpleretur. Et hæc sortitio dicebatur, qua perfecta, iurabãt in leges iudices, ut obstricti religione iudicarent. Ad huiusmodi rationem alludit Suetonius in Augusto, cap. de Operibus publicis: Fori extruẽdi causa fuit hominũ & iudiciorũ multitudo, quæ uidebatur non sufficientibus duobus, etiã tertio indigere. Itaq; festinantius, necdum perfecta æde Martis, publicatum est, cautumq; ut separatim in eo publica iudicia & sortitiones iudicũ fierent. Huc pertinet & ille Appiani Alex. locus, qui est libro secundo Belli ciuilis: Alio constanter admodum dicente, ex duobus alterũ eligendum esse: aut Cæsarẽ scilicet tyrannum profiteri, aut hos uiros ex misericordia saluos facere: hoc solum reliqui admittẽtes, sortes ad hæc tradendas pòstularunt, ut de Cæsaris iureiurando inter se scrutarentur: sententiãq; quàm sincerissimè ab illis ferri posse, nihil ad sortes necessitate latas intuẽtibus, neq; ut prius de seipsis sollicitis atq; uerẽtibus, defuncto Cæsare, sub quo nihil spontè egissent. B

Sortitio iudicatoria.

Tabellæ iudicatoriæ, & consuetudo.

Erat & alia Romanis consuetudo facto iudicio, qua solebant iudices in cistam tabellas inijcere, quę insculptas literas habebant, absolutionis & cõdemnationis. Eratq; absolutoriæ tabellæ nota, litera A: condemnatoriæ uerò, C. quibus Augustum Cæsarẽ tertiam notam, siue tabellam tertiã adiecisse, scribit Tranquillus: Et cũ de falso testamento agerent, omnesq; signatores lege Cornelia tenerentur, nõ tamen duas tabulas damnatorũ & absolutorum simul cognoscentibus, dedit scilicet tertiam quoq;, qua ignosceretur his quos fraude ad signandum, uel errore inductos cõstitisset. Hæc ille. Vocabatã aũt hæc tertia tabella Ampliationis, cuius signa erant N & L literæ, quæ significabant, non liquere, non diem liquidũ esse. Hinc sępe apud Iureconsultos ampliationis mẽtio occurrit, & reorũ ampliatorũ. Lege plura apud Iureconsultos, l. finali. ff. de iniurijs. iuncta l. decurionem. §. fi. C. ex quibus caus. infamia irrogetur. Iidem Iureconsulti titulum labẽt, de decretis ab ordine faciendis. Sequuntur leges decurionum, quorũ subinde Cicero meminit, quæ modò statuta patriæ & prouinciæ appellantur, uulgò **Landtsbrauch**. Huc pertinet inscriptio uetustatis, quæ in Carniola reperta est:

Decreta & leges decurionũ.

P. PITIVS P. F. MARVLLVS
DECVRION. DECRE. PVBLICAE
ELATVS SEPVLTVSQ. EST.

Atq; hactenus de primo municipaliũ decurionũ officio. Alterũ erat, res gestas & appro-

A &approbatos authores transcribere, quod quidē in Vrbe pontificibus incumbebat. unde scribit Vopiscus, Tacitū Imperatorē decuriones ciuitatū singulis annis obstrinxisse, ad describendum Cornelium Tacitum historicū, nouis exemplaribus publicisq; in archiuis seruandum, ne ullo unquam tempore eius memoria periret. Illud porrò obliuioni tradendum non est, decuriones habuisse librum, in quo & res gestas & iudicia conscribebant, memoriæ ergò, quem Album passim, & pictacium, siue matriculam, Græcè λεύκωμα uocabant. Ad quem librum alludit Tranquillus in Tiberio: Instante sæpius matre, ut ciuitate donatum in decurias adlegeret: negauit alia se conditione adlecturum, quàm si pateretur ascribi albo, extortum sibi à matre. Sic Plinius in prooemio naturalis historiæ: Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Seneca in tertio de Beneficijs: Iudicē census in album, & equestris hæreditas misit. Huc pertinet & illud Quintiliani in duodecimo, ubi multos se cognouisse tradit, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, cōfugiunt ad hæc diuerticula desidiæ. Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularij (uel, ut ait Cicero, leguleij) quidam esse maluerunt. Porrò nec illud Vlpiani iureconsulti est omittendum, quod habetur in secūdo lib. ff. tit. de Iurisdict. omnium iudi. Si quis (inquit Vlp.) id quod iurisdictionis perpetuæ causa, non quidem prout res incidit in albo, uel in charta, uel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quinquaginta aureorum iudicium. Et iterum lib. 50. ff. tit. de albo scribendo, docet Vlpianus nominatim, quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Meminit & huius albi Symmachus libro primo Epistolarum ad Theodosium August. Sed cum Venantij Stratoris illicitam usurpatamq; militiam Marcellus argueret, quòd decurionum adscriptus albo, ut gesta docuerūt, aduersum

B leges & Palatina castra transisset, non debui obiecta reticere in ea re, quę modum mei egrediebatur examinis. Atq; hæc de Decurionum albo. Nunc de uacatione eius ordinis, ratio instituti expetit, ut dicatur. Hæc enim præcipua illorum prærogatiua fuit, quòd quarto quoq; anno ab officio liberabantur. Quam tamē uacationem quinquennalem, Augustus Cæsar reduxit ad menses, quemadmodum Suetonius in Augusti historia testatur: At plerisq; (inquit) iudicandi munus detrectantibus, uix concessit, ut singulis decurijs per uices annua uacatio esset, & ut solitę agi Nouembri & Decembri mense res omitterentur. Item Calend. Ian. & genialibus diebus uacationem talem habebāt: id quod adhuc municipiorum Senatoribus indulgetur. Hinc Suetonius in Galba: Iudicibus (inquit) sextā decuriam adijci precantibus non modò negauit, sed etiam concessum à Claudio beneficium, ne hyeme initioq; anni ad iudicandum euocarētur, eripuit. Etiam Capiti eram colophonem mpositurus, cum mihi in mentem uenit decurionum, qui curiales uocabātur, qui ad munera & publica officia erant adstricti: quorum conditio cœpit pessimè existimari, quòd scilicet à præsidibus & tributorum exactoribus inquietabantur, cogebanturq; de suo tenuiorū onera subire: & ideo prohibita illis fuerat prædiorum alienatio, ne solum uerterent, euitandorum muneram causa. Extat eius rei mentio in Codice, titul. si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit, lib. decimo, & toto titul. Cod. eodem, de prædijs decurionum. sine decret. non alienand. Est autem nomen ipsum ortum à curia, qui locus erat etiam extra urbem, ubi Senatus conueniebat, & ubi sacrorum cura tractabatur. unde etiam curiones, curio maximus, & curionatus officium, dicta sunt. Et sic intelliguntur epistolæ Cassiodori, cum subinde Curialibus & defensoribus uariarum ciuitatū, in titulo, Theodericus Gothorum rex scribit.

Officium decurionū erat historias scribere & annales.

Album & matricula liber decurionum.


Vacatio decurionum.

Vacationis ueteris uestigia.

Decuriones curiales.

CAP. X. DE QUINDECIMUIRIS, UIGINtiuiris, Centumuiris, & qualia ipsorum in republica Romana munia fuerint. A

Discrimina Quindecim uirorum. Quindecim uiri curabant libros Sibyllinos.



RIVM generum Quindecimuiri erant: Sacrorum faciendorum, ludorum edendorũ, & agrorum diuidendorum. Primi generis Quindecimuiri, post Decemuiros curam librorum Sibyllinorũ accepere. Hinc est illud Suetonij in Dictatore: Proximo autem Senatu percrebuit fama, L. Cottam Quindecimuirûm sententiam dicturũ, ut quoniã libris fatalibus cõtineretur, Parthos nisi à Rege posse uinci, Cæsar rex appellaretur. Meminit & Ael. Lampridius in uita Alexand. Seueri: Christianos esse passus est, pontificibus tantũ detulit, & Quindecimuiris atq; auguribus, ut quasdam causas sacrorũ à se finitas iterari, & aliter distinguere pateretur. Plura lege de huius generis Quindecimuiris, apud Ciceronem in libris de Diuinatione, & Lactantiũ lib. 1. Diuinarum institutionũ. Huc respexit & illo carmine Ausonius poeta, in Grypo ternarij numeri ita canens:

Quos teruirorum seruat cultura uirorum.

Augustæ Vindelicûm, in ædibus Chun. Peutingeri:	*Patauij in monasterio S. Iustinæ:*	*Romæ ad scalam:*	*Tarraconæ in Hispania:*
MERCVRIO CVIVS SEDES A TERGO SVNT. AP. CLAVDIVS LATERANVS XVVIR. SACR. FAC. COS. DESING. LEG. AVG. PR. PR. LEG. III. ITAL. V. S. L. L. M.	SEX. PAPINIO Q. F. ALLENIO TR. MIL. Q. LEG. TI. CAESARIS AVG. TR. PL. PR. LEG. TI. CAESARIS AVG. PROPR. COS. XVVIR. SACR. FAC. D. D.	HERCVLI INVICTO. M. CASIVS HORTENSIVS PAVLINVS PR. VRB. XVVIR SACRIS FACIVNDIS DONVM DEDIT.	M. PORCIO CATONI XV VIR S. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQ.

B

Quindecimuiri ludorũ.

Quindecimuiri ludorum erant, qui ludis secularibus præerant, fortè ijdem cũ sacris. Meminit Cor. Tacitus lib. 2. historiæ Aug. ijsdem cõsulibus ludi seculares octingentesimo post Romam conditam, quarto & sexagesimo quàm Augustus ediderat, spectati sunt. Vtriusq; principis rationes prætermitto, satis narratas libris quibus res Imperatoris Domitiani composui. Nam is quoq; edidit ludos seculares, ijsq; intentus affui sacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum pretor: quod non iactantia refero, sed quia collegio quindecemuirûm antiquitas ea cura & officia ceremoniarum magistratus potissimũ exequebantur, &c. Ex quibus liquet & honorificẽtia huius muneris, ad quod prætores legebãtur, & quod sacris præerãt: ut uerisimile sit, eosdẽ fuisse cum sacrorum faciundorũ XVVIRIS. Et iterum libro tertio: Sed tum supplicia dijs ludiq; magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices & Augures & Quindecimuiri Septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Huc alludit & Horatius poeta illo carmine, quod de ludis secularibus composuit:

Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces uirorum
Curet, & nobis puerorum amicas
Applicet aureis.

QVIN-

A QVINDECIMVIRI agrorum diuidendorum, postremum genus huius muneris siue nominis, agros designabant ueteranis & emeritis, quemadmodum scribit Plin. lib. 7. cap. 43. Q. Metellus in ea oratione, quã habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum, Quindecemuiri agris dandis. Et iterum lib. 28. cap. 11. Huc alludit inscriptio Vetustatis, quæ Romæ extat, iuxta ædem S. Basilij in pariete: *Quindecemuiri agrorum.*

C. IVLIVS L. F. CAESAR
STRABO.
AA. D. CVR. Q. TRIB. MIL. BIS
XVVIR AGR. DAND. AD
TR. IVD. PONTIF.

Atq; hæc de Quindecimuiris. Porrò & VIGINTIVIRATVM Romanis fuisse in usu, ex his uerbis Cor. Taciti lib. 3. animaduertitur: Per idem tempus Neronem è liberis Germanici iam ingressum iuuentã, cõmendauit patribus, utq; munere capessendi Vigintiuiratus solueretur, & quinquẽnio maturius, quòd per leges quæsturam peteret. Hæc ille de Vigintiuiratu, de quo præterea reperire nihil potui, nec sanè quid fuerit Vigintiuiratus (ut ingenuè fatear) adhuc intelligo. *Vigintiuiri.*

Sequũtur CENTVMVIRI, postremi à numero denominati iudices, quorũ terni ex singulis tribubus eligebantur, cum Romæ essent tribus 35. qui iudicabant in causis usu capionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, testamentorũ, stillicidiorum, cæterarumq; rerum, quæ Centumuirales causæ dicebãtur. ueluti L. Crassus docet, apud Ciceronẽ de Oratore. Plinius in Epistolis, Centumuirales causas se tractasse scribit: cõqueriturq;, sic in B foro pueros à Centumuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. Erant autem diuisæ Centumuirales causæ in duas hastas, quibus positis, conueniebant iudicaturi: ut Quintilianus in quinto scribit. Has quæstorij uiri primò figebant, qui quæstura erant functi: & hasta posita, Centumuiros cõgregabant. Quod munus postea Augustum ad Decemuiros trãstulisse, Suetonius in Augusto scribit: Auctor etiam (inquiens) fuit, ut cura ærarij à Quæstoribus urbanis ad prætores prætorios'ue transiret: ut Centumuiralem hastam, quam quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Ad huiusmodi hastam centumuiralem alludit poeta Epigrammatarius, hoc epigrammate: *Centumuiri.* *Centumuirales causæ.* *Hasta centumuiralis.*

— Centum grauis hasta uirorum.

Huc pertinet locus Tranquilli in Vespasiano: Ex conditione (inquit) tumultuq; temporis sorte elegit, per quos rapta belli restituerentur, quiq; iudicia Centumuiralia, quibus peragendis uix suffectura litigatorũ ætas uidebatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentq; ad breuissimum numerum. Meminere Centumuiralis iudicij iurecõsulti in l. Titia. §. 1. ff. de inoffic. testam. & in l. secunda. ff. de origine iuris. præterea Paulus iurecon. ff. de inoffic. testa. l. qui repudiantis animo. Huc pertinet quod ex historijs obseruauimus, & ad dignitatem huius muneris cum primis pertinere uidetur, uidelicet Centumuiros ex ordine equestri fuisse lectos, & Clarissimatus titulum usurpasse, uti præsides: ut est in l. 2. Cod. de domest. & protect. libro 12. Porrò manet horum imago quædam in Germania superiori, ubi passim iudicia in pagis ruri celebrata, ex multis colonis complentur, quibus Scultetus, ueluti Quæstorius apud Romanos, cum hastula præsidet: quæ & in Austriacis regionibus consuetudo perseuerat, ubi rustici passim aliquo numero à iudice prouinciali, quem Panrichter uocamus, congregantur, ubi de aliquo iudicium est habendum. Atque hæc de Centumuiris. *Centumuirale iudicium.* *Vestigia Centumuirorum.*

tumuiris. Nunc de Tribubus dicã, ex quibus Centumuiri legebantur, utpote ex quaq; tribu tres, cũ tribus in uniuersum essent trigintaquinq;, ita ut quinq; ad numerum complendum ex superfluo adderentur. Inuenio autem tribus Romę insigniores & antiquiores, Fabiam, Scaptiam, Metiam, Claudiam, Vrbinã, Corneliam, Romentinam, Sabatinam, Stellatinam, Aemiliam, Aniensem, & Crustuminam. Harum meminit T. Liuius 8. ab Vrbe: Eodem anno census actus, nouiq; ciues censi, tribus per eos additę, Metia & Scaptia. Censores addiderunt Q. Philo, & Sp. Posthumius. Idem in 6. ab urbe: Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ, Stellatina, Sabatina, Romentina, Aniensis. Idem lib. 2. Decadis quintæ, permissu omnium ita locutus fertur Spurius Ligustinus trib. Crustuminæ: Ex Sabinis sum oriundus, Quirites, pater mihi iugerum agri reliquit. Plinius solas urbanas tribus autumat, appellatas à partibus urbis, in quibus habitabant, Suburranam, Palatinã, Collinam & Exquilinã. Suetonius in Augusto: Comitiorũ quoq; pristinum ius reduxit, ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent, &c. Huc respicit Horatius carmine illo: A

Tribus Romanæ.

Vnde tribus Romanæ denominatæ sint.

— *Valet hic Fabia, ualet ille Velina.* Et iterum:

Et cum pileolo soleas conuiua tribulis.

Tribules.

Tribuum suffragia.

Antiquatio uotorum.

Cæterùm tribules dicebantur, qui in una tribu erant. De suffragijs tribuum extat locus apud T. Liuiũ, libro quinto Decadis quintæ: His uocibus incitati postero die milites, tanta frequentia Capitolium compleuerũt, ut aditus nulli præterea ad suffragium ferendum esset. Intrò uocatæ primæ tribus cum antiquarent, concursus in Capitolium principum ciuitatis factus est. Cæterùm antiquatio uotorum erat, quod hodie lingua uernacula dicimus, **bleib auff meiner vorigen stim̃ vnd maynung.** B

CAP. XI. DE PONTIFICIBUS, ET SUMmis sacerdotijs in republica Romana, & prætorijs passim extra urbem constitutis.



INGENS Romana in republica cura sacerdotij fuit, à Numa Pompilio primò omnium introducta, & postea cum Imperio ita aucta, ut ad superstitionem penè quandam peruenerit. Suntq; plerique ueterum in ea opinione, ut existiment, uti ad deuotionem animos, tametsi dæmonũ cultura inquinatos, habuerũt semper Romani, ita simul ad incrementa cum religione cõscendisse. Rursus alij, posteaquam is populus salubri CHRISTI doctrina fuisset imbutus, sacerdotij ordinem atq; magnificentiam mansisse: mu tata tamen cultura, & à dæmonũ cultu ad unius ueri Dei inuocationem translata, sunt qui arguunt. nam quanto loco Pontificatus Romanę reip. summus fuerit, antequam adhuc CHRISTUM colere cœpisset, uel ex his T. Liuij uerbis lib. 9. Decadis quartæ colligi potest: Huius principio anni P. Licinius Crassus Pont. Max. mortuus est, in cuius locũ M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus. Pontifex Max. est creatus C. Seruilius Geminus: P. Licinij funeris causa uisceratio data, & gladiatores 120 pugnauerunt, sed & ludi funebres per triduum facti. Post ludos epulum, in quo cũ toto foro strata triclinia essent, tempestas cũ magnis procellis coorta, coegere plerosq; tabernacula statuere in foro. Huc pertinet illud Cornelij Taciti lib. 3. historię August. cũ de dialibus duobus Iunio Bleso & Seruio Maluginensi in prouincias cũ imperio missis loqueret: Qui si per tot annos (inquit) possit nõ creari nullo sacrorum

Romani populi religio.

Pontificatus Maximus Romæ quanto loco.

rum

A rum damno: quanto facilius abfuturũ ad unius anni pro cõsulare imperiũ, priuatis olim simultatibus effectum, ut à pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur? Num deûm munere summũ pontificem etiam summum hominũ esse, non æmulatione, nõ odio, aut priuatis affectionibus obnoxium, aduersus quę cũ augur Lentulus, alijq́ uarie differerent, eò decursum est, ut pontificis maximi sententiam operiretur. Huc pertinet & illud quod est apud T. Liuium, quòd nemo pontifex creabatur, nisi qui prius curuli sella sedisset: hoc est, aliquem insignẽ magistratũ gessisset: quales sunt, cõsulatus, pretura, tribunatus, ædilitas, & censura. Sic enim scribit T. Liuius lib. 5. Decad. 3. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia nouus pontifex, M. Cornelius Cethegus habuit, tres ingenti certamine petierunt: Q. Fuluius Flaccus Cos. qui & antea bis consul et censor fuerat: & T. Manilius Torquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis: & L. Crassus, qui ædilitatem curulem petiturus erat. Ante hunc, intra centum annos & uiginti, nemo præter P. Cor. Calussam, pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset. Confirmat quæ de pontificũ Romanorũ magnificentia proponimus, dum adhuc religionem non suscepissent, quod Macrobius scribit, Pontifices Romę (tradens) mensam instructissimã & Sybariticam habuisse, in qua triclinia lectis eburneis strata erant. Simile est illud Prudentij in Romani historia: Spectator horũ pontifex summus sedes, ridesq́, & ipse nec negando diluis. Atq́ hæc de pontificum dignitate, Romana in repub, antequã is populus adhuc CHRISTVM agnouisset. Nunc ordinẽ & gradus sacerdotij explicabimus. Tametsi enim unus Max. fuerat, tamen octo minores, qui collegiũ habebant, Maximo erãt subiecti: ut hodie Papæ cardinales subduntur. Fuerũt, præter pontifices, aliæ dignitates sacerdotij, uidelicet Rex sacrorũ, Curio Maximus,
B pontifex Vestæ, Archigallus, flamines & sodales, auguresq́. Vnde & illud T. Liuij lib. 5. Dec. 3: Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cor. Lentulus, pont. max. & C. Papirius C. filius Massa pontifex, & P. Furius Philus augur, & C. Papirius L. filius Massa, decemuir sacrorũ. Et iterum lib. 1. Decad. 5: Sacerdotes publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Seruilius Cepio pontifex, pater prætoris: & Tib. Sẽpronius T. F. Longus Quindecimuir sacrorũ: & P. Aelius Petus augur, & Tib. Sempronius Gracchus, & C. Attilius Aemilius curio maximus, & M. Sẽpronius Tuditanus pont. Sed placet de his ordine sermonẽ ꝓsequi. PONTIFEX MAXIMVS, quem titulũ constituto Imperio imperatores & Augusti sibi usurpabãt, quòd amplissima in Vrbe ea foret dignitas, Cõsulatui Imperatoriq́ prælata: id quod subinde in inscriptionibus Augusti, Vespasiani, Traiani, & Septimij Seueri uidere est, ut illa in Transyluania eruta ostendit, & cõfirmat Iul. Capitol. in Macrino his uerbis: Lectis igitur in Senatu literis, contra opinionem omnium, & mortem Antonij Senatus gratanter accepit, & Opilium Macrinũ libertatem publicam curaturũ sperãs, primùm inter patricios elegit, nouũ hominem, & qui paulo antè procurator rei priuatæ fuisset. Eundem, cum scriba pontificum esset, quos hodie Pontifices minores uocãt, Pont. max. appellauit, Pij nomine decreto. Huc pertinet & illud Spartiani in Hadriano: Sacra Romana diligẽtissimè curauit, peregrina contempsit, Pont. max. officium peregit.

Pontificũ Romanorum magnificentia.

Quot pontifices maximo erant subiecti.

Catalogus sacerdotiorũ Romanorum.

Pontifex max.

IMP. CAE. DIVI TRAI
PARTHICI. IVL. NERVAE
NEPOTI TRA. ADRIANO
AVG. PONTIFICI MAXIMO
TRIB. POTESTATE II. COS.
II. PP. COLON. VLPIA TRA-

IANA. AVG. DACI. SARMIZ L.
C. FIL. PAD.

A

Origo Pontificatus maximi Romæ.

Atq; huius quidem originem ac prima initia scitè Virgilius describit in duodecimo Aeneidos, in oratione Aeneæ:

Non ego, nec Teucris Italos parêre iubebo.
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittant.
Sacra deosq; dabo, socer arma Latinus habeto:
Imperium solenne socer, mihi mœnia Teucri
Constituent, urbiq; dabit Lauinia nomen.

Cæterùm pontificis maximi sæpe mentionem & T. Liuius & Cor. Tacitus faciunt. Quorum Liuius lib. 1. Decad. 5. sic scribit: Pontifex eo anno Maximus mortuus est, M. Claudius Marcellus, qui consul censorq; fuerat. In eius locũ suffectus est pontifex filius eius M. Marcellus. Sic Cor. Tacitus lib. 3. historiæ Augustæ, Maximum reliquis præfuisse pontificibus & flaminibus tradit: Ita donum apud Antium statuitur, & quando de religionibus tractabatur, dilatum, nuper responsum aduersus Seruiũ Maluginensem flaminẽ Dialem, promisit Cæsar, recitauitq; decretũ pontificũ: Quoties ualetudo aduersa flaminẽ Dialem incesisset, ut Pontificis Maximi arbitrium plusquã binoctiũ abesset: dum ne diebus publici sacrificij, neu sæpius quàm bis eundem in annum: quæ principe Augusto constituta, satis ostendebant, annuam absentiam, & prouinciarum administrationẽ Dialibus non concedi. memorabaturq; L. Metelli Pontificis Maximi exemplum, qui Aulum Posthumium flaminem attinuisset. Cæterùm huius pontificis maximi, qui Romæ duntaxat, & in limitibus siue prætorijs nullus erat, munus erat, de ceremonijs iudicare, & eas præscribere, peregrinationes instituere & emendare: item in nuptijs sentẽtiam ferre, adoptionibus pręsidere, distribuere sacerdotia, & Virginem Maximã capere. Quorũ adhuc omniũ (excepto postremo, quod ut gẽtile exoleuit) facultatem in Christiana ecclesia, Romanorum pontifex max. obtinet.

Pontificis Maximi officium.

B

De Maximę quidẽ Virginis capiendę ceremonijs, & more, scribit Tacitus sub finem libri secundi: Post quæ retulit Cæsar capiendam uirginem in locum Occię, quæ septẽ & quinquaginta per annos summa sanctimonia Vestalibus sacris præsederat. Et iterum lib. 4. Decretum Corneliæ uirgini, quæ in locũ Scantię capiebatur, LLS. XX. Et quoties Augusta theatrũ introisset, ut sedes inter Vestaliũ consideret, Cornelio Cethego, Visellio Varrone Cos. Pontifices, eorumq; exemplo cæteri sacerdotes, cũ pro incolumitate principis uota susciperent, Neronẽ quoq; & Drusum ijsdem dijs cõmendauere. Porrò de pœna Vestalium, quemadmodum flagro cæsæ uiuę defodiebantur à pontifice, si ignis foret extinctus, aut adulterij conuictæ essent, scribit Strabo, & alludit huc Liuius lib. 8. Decad. 3. Terruit animos hominũ ignis in æde Vestæ extinctus, ob qua causam cæsa flagro est Vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat iussu P. Licinij pontificis. Et iterũ lib. 8. Decad. 1. Eo anno Minutia Vestalis suspecta primò propter mundiorẽ iusto cultum, insimulata deinde apud pontifices ab indice seruo, cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere, familiamq; in potestate habere, facto iudicio uiua sub terrã ad portam Collinam dextra uia stratam, defossa est campo Scelerato. Sed placet, quod proponimus, & reliqua ordine probare. De ceremonijs quidẽ locus est apud Tacitum lib. 18. Apud ciuitatem cuncta interpretantẽ, funesti ominis loco acceptum est, quòd maximũ Pontificatum adeptus Vitellius, de ceremonijs publicis 15. Calen. August. edixisset, antiquitùs infausto die Cremerensi Alliensiq; cladibus

Defossæ uirgines Vestales.

Ceremoniæ publicæ.

A dibus, adeò omnis humani diuiniq́ iuris expers, pari libertorum amicorumq́ socordia, uelut inter temulentos agebat. De peregrinationibus, quòd has Romani pontifices emendarint, uel confirmarint, nondum constitutas religione, docet Tacitus lib. 3. Crescebat enim Græcas per urbes licentia, atq; impunitas asyla statuendi, complebantur templa pessimis seruitiorũ, &c. Et subdit: Auditæ quoq; aliarum ciuitatũ legationes, quorum copia fessi patres, & quia studijs certabatur, Pontifici permisere, ut perspecto iure, & si qua antiquitas inuolueretur, rem integram rursus ad Senatum referret. Pontifices super eas ciuitates, quas memoraui, apud Pergamũ Aesculapij compertum asylum retulerũt, cæteros obscuris ob uetustatem initijs niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonici diuæ Veneri templum dicauerint, Tenios eosdem carmẽ referre, quo sacrare Neptuni effigiem ædemq́ iussi sunt. Propiora Sardianos, Alexandri uictoris id donum. Neq; minus Milesios, Dareo rege uti. Sed cultus minimum utrisq;, Dianam aut Apollinem uenerandi. Petere & Cretenses simulachro diui Augusti, factaq́ Senatusconsulta, quîs multo cum honore modus tamẽ præscribebatur: iussiq́ ipsi in templis facere aras sacrandam ad memoriam, ne specie religionis in ambitionem delaberentur. Hæc ille. De nuptijs, in quibus iudicia ferebãt (quod adhuc hodie faciunt, qui rem Christianam in urbe moderantur) legitimæ ne uel illegitimæ sint, liberariq́ aliquis uxore potuerit misso libello repudij, id colligi potest ex his Taciti uerbis, quæ libro primo Augustæ historiæ leguntur: Nec domesticis abstinebatur. abducta Neroni uxor, & consulti per ludibriũ pontifices, an concepto, necdum edito partu ritè nuberet. Id uerò Christianis adhuc manet, & de nuptijs ac matrimonijs iudicant ipsorum pontificum uicarij, qui Officiales nominantur. Præterea Pontifices apud Romanos utriusq; iuris peritissimi esse

Peregrinationes apud Ethnicos Romanos.

De matrimonijs olim pontifices iudicabãt.

Ius pontificiũ apud Romanos gentiles erat, et eorum pontifices iuris peritissimi erant.

B cogebantur. nam & illis ius pontificiũ erat. Vnde scribit T. Liuius ab initio libri decimi Decad. 3. Belli quoq; bonus habitus, ad cætera quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur, congestis omnibus humanis à natura fortunaq́ bonis: nobilis idem ac diues erat, forma uiribusq́ corporis excellebat, facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in Senatu & ad populum suadendi ac dissuadẽdi locus esset, iuris pontificij peritissimus. Idem libro nono Decadis primę: Cæterùm, id quod haud discrepat, contumacia aduersus contemnentes humilitatem suam nobiles certauit. Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum euulgauit, fastosq́ circa forum in albo proposuit, &c. Huc pertinet & illud Taciti, libri tertij historiæ Augustæ: Capito insignior infamia fuit, quòd humani diuiniq́ iuris sciens, egregiũ publicum, & bonas domi artes dehonestauisset. Eadem ratione ob iuris utriusq; cognitionẽ adoptionibus, & Maximus, & reliquorum pontificum collegium præerat. Hinc est illud eiusdem libro historiæ August. decimoseptimo: Igitur Galba adprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur: Si te priuatus lege curiata apud pontifices, ut moris est, adoptarem: & mihi egregiũ erat tum Pompeij & M. Crassi sobolem in pœnates meos adsciscere.

Adoptiones apud pontifices fiebant.

Officia minorum pontificum.

Atq; hęc de Pontificis maximi authoritate atq; muneribus, quę illi & propria, & quæ illi cum cæteris pontificibus communia fuerunt. Reliqua pontificum aliorum erant, consecrare templa, & mortuos Imperatores: quod modò Canonizare dicimus. Item loca sepulturæ designare, fundationes cõfirmare, Calendas & Idus ordinare, inspicere libros Sibyllę unà cum Decemuiris & quindecimuiris, annales deniq; conscribere. Quæ ita esse ut proponimus, utq; hodie adhuc pontifices minores ea præditos facultate uidemus, libet locis authorum confirmare.

Pontifices consecrabant templa apud Romanos.

De consecratione templorum extat locus apud Liuium libro nono Decadis primæ: Aedem Cõcordiæ in ara Vulcani, summa inuidia nobiliũ dedicauit: coa-

ctusq; consensu populi Cornelius Barbatus Pont. max. uerba præire, cum more maiorum negaret, nisi Consulem aut Imperatorem posse templum dedicare. Talis est & locus apud Flauium Vopiscum in historia & epistola Aureliani, de Palmyrenorum bonis: Habes gemmas regias, ex his omnibus fac cohonestari templum, mihi & dijs immortalibus gratissimum feceris. Ego ad Senatum scribam, petens ut mittat Pontificem, qui dedicet templum. Sic Cor. Tacitus libro uigesimo: Vndecimo Cal. Iulias, serena luce spacium omne quod templo dicabãt, euinctum uittis, coronisq; : ingressi milites, quibus fausta omnia felicibus ramis; dein uirgines Vestales cum pueris puellisq; patrimis matrimisq; & quadrimis, & fontibus, omnibusq; hausta pluere. Tum Heluidius Priscus prætor præeunte Plauto Heliatio pontifice, illustrata boue taurisq; area, & secundum cespitem redditis extis, Iouem, Iunonem, Mineruam, præsidesq; Imperij deos precatus, uti cœpta prosperarent, uittas, quibus ligatus lapis innexiq; funes erant, cõtigit. Simul cæteri magistratus & sacerdotes, & Senatus & eques, & magna pars populi studio lætitiaq; connixi, saxum ingens traxere, passimq; iniectæ fundamentis argenti aurique stipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus uictæ, sed ut gignuntur. A

Ritus consecrandi Romanorum.

Fũdamẽtis ædificiorũ numismata inijciebãtur, ut hodie adhuc.

Hæc eo prolixius ex Tacito adducere placuit, ut qui mos fuerit Romanis consecrandi templa, diligens lector intelligat. De sepulturæ locis designatis à Pontificibus, & Strabo libro quinto scribit, cum uiam Latinã delineat, quæ erat inter Appiam & Valeriam uias, ubi condi defunctorum cineres solebãt. & Suetonius in Domitiano: Cadauer eius (inquit) populari sandapila per uespillones exportatum, Philix nutrix in suburbano Latina uia, loco à Pontifice dato funerauit. Huc pertinent & exempla Vetustatis,

Pontifices designabant loca sepulturæ.

Inter Baias & Anuersam:

P. ACTILIO FVFFO ET ACTILIAE BERONI
CAE VX. VIXER. ANN. XXIIII. SED PVBLI.
MENS. X. ANTE NATVS EST ET EADEM HO
RA FVNGOR. ESV AMBO MORTVI SVNT. IL
LE ACV, ISTA LANIFICIO VITAM AGEBANT.
NEC EX EOR. BONIS. PLVS INVENTVM EST
QVAM QVOD SVFFICERET AD EMENDAM
PYRAM ET PICEM QVIBVS CORPORA CRE
MARENTVR, ET PRAEFICA CONDVCTA ET
VRNA EMPTA. ATQ. INDVLGENTIA PON
TIFICVM LOCVS DATVS EST.

Romæ in domo Francisci Lallis: B

D. M.
FLAVIAE VRBICAE FI
LIAE SVAE CHARISSI
MAE FECIT T. FLAVIVS
VICTOR. ET MANICA
VRBICA PARENTES
VIX. AN. VII. MENS. VI.
LOCVS DATVS A. P.
MANILIO FORTVNA
TO PATRONO.

Cæterùm nõ extra rem facturus uideor, si habitum uestitumq; Romani Maximi pontificis, quo utebatur in actibus publicis, ex Prudentio repetiero, qui in historia Romani sic canit:

Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
Mirè infulatus, festa uittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam,
Tabulis supernè strata texunt pulpita.

Atq; hæc de sepulturæ locis à Pontificibus designatis, eorumq; consensu concessis. Iam de fundationibus ipsorum authoritate factis atq; publicatis, & quæ forma ratioq; ueterum in cõstituenda post mortem re aliqua fuerit, quam modò fundationẽ uocamus, uideamus. Extat uerò monumentum Romæ, in quo talis

Forma fundationum sacrarum apud Romanos.

estres

A est res concepta in hæc uerba: Volo autem ex usuræ semissibus HS. XN. cōparari Augustalium loci N. ad instrumentū tricliniorū duûm, quod eis me uiuo tradidi: cādelabra & lucernas bilychnijs, arbitrio Augustaliū, quo facilius strati ius publ. obire possint, quod ipsum ad utilitatē reip. N existimaui pertinere, facilius subituris onus Augustalitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. Cæterùm autem temporum usuras emisse HS. X N ad instrumentum Augustalium, arbitrio ipsorum esse uolo, quo facilius munus meum perpetuùm conseruare possint: necꝗ in alios usus usuras, quas ita à republica acciperet, transferri uolo: quàm si necesse fuerit, in pastinationē. Vineam quocꝗ cū parte fundi Pompeiani, sicut suprà dixi, hoc amplius Augustalibus loci idcirco dari uolo, quę est Aminea, ut si cogitationi meę, qua prospexissent utilitati nostræ, credo consenseritis, uinū usibus uestris dūtaxat, dū publicas epulas exercebitis, habere possitis. Hoc aūt nomine releuati, impendijs facilius prospecturi, hi qui ad munus Augustalitatis cōpellerentur, locatio uineæ partis fundi Pompeiani, eam colere poterint. Hæc ita uti caui, fieri præstariꝗ uolo. Hoc amplius ab hæredibus meis uolo pręstari: reip. Petilinorū, & à republica Petilinorū corpori Augustalium, ex prædijs cæteris meis palum dicari omnibus annis sufficiens pedaturæ uineæ, quā Augustalibus legaui: à uobis autē Augustales peto, hanc uoluntatem meam ratam habeatis, & ut perpetuā firmā obseruetis, curæ uestræ mandetis. Atꝗ hæc de ratione & formula fundatiōis in rep. Romana, antequā adhuc CHRISTI sana fuisset doctrina irradiata. Nunc ostendā, inter initia Christianismi eodem in populo pontificū authoritate pro cœtu hominū religione deditorum, alimenta publica fuisse constituta. Vnde legitur in oratione Symmachi præfecti urbis, ad Valentinianū, Theodosium & Archadiū Imperatores: Pro ueteri deorū cultu, aduersus Christianos, agros etiā B uirginibus (inquiēs) & ministris deficientium uoluntate legatos, fiscus retentat. Oro uos iustitiæ sacerdotes, ut urbis uestræ sacris reddatur priuata successio. Dictent testamenta securi, & sciant sub principibus non auaris stabile esse quod scripserūt. Delectet uos ista fœlicitas generis humani: cœpit causę huius exemplum solicitare morientes. Ergo Romanæ religiones ad Romana iura non pertinent? Quod nomē accipiet ablatio facultatū, quas nulla lex, nullus casus fecit caducas? Capiūt legata liberti, seruis testamentorum iusta cōmoda non negantur. Tantū nobiles uirgines & fatalium sacrorum ministri excluduntur prædijs hæreditate quæsitis. Quid iuuat saluti publicę castū corpus dicare, & imperij æternitatē cœlestibus fulcire præsidijs, armis uestris, aquilis uestris amicas applicare uirtutes, pro omnibus efficacia uota suscipere, & ius cū omnibus nō habere? Ita'ne melior est seruitus, quæ hominibus impenditur? Rempub. lædimus, cui nunquā expedit ut ingrata sit. Nemo me putet solam causam religionum tueri: ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honorauerat lex parentum Vestales uirgines, ac ministros deorū, uictu modico, iustisꝗ priuilegijs. Stetit muneris huius integritas, usꝗ ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem uiliū baiulorum sacræ castitatis alimenta uerterunt. Secuta est hoc factum publica fames, & spem prouinciarum omnium messis ægra decepit. Atꝗ hæc de constitutionibus alimentorum pro ministris templorū, cùm ethnicorum, tum Christianorum, repub. Romana adhuc florēte, & Pontificū authoritate firmata. Ad quā rem uidetur pertinere & illud Aelij Lāpridij in Antonino Heliogabalo: Nec Romanas tantū extinguere uoluit religiones, sed per orbē terræ unū studens, ut Heliogabalus deus unus coleretur. Et in penū Vestæ, quod solę uirgines solíꝗ pontifices adeūt, irrupit, pollutus ipse omni contagione morū, cū his qui se polluerāt. Sed quia ad Vestalium uirginum, uirginisꝗ Maximæ mentionē uenimus, libet

Vestales uirgines, hoc est moniales incipiente religione erant, & publicè sustinebantur.

carmen super ea re elegātissimū Aurelij Prudentij v.c. ac poetæ Christiani subijcere, quod secundo in Symmachum extat: A

Tandem uirgineam fastidit Vesta senectam,
Dum thalamis habilis timuit uigor, irrita nullus
Fœcundauit amor materno uiscera partu,
Nubit anus ueterana sacro perfuncta labore,
Desertisq́ focis, quibus est famulata iuuentas
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
Discit & in gelido noua nupta tepescere lecto.
Interea dum torta uagos ligat infula crines,
Fatalesq́ adolet prunas innupta sacerdos,
Fertur per medias ut publica pompa plateas,
Pilento residens molli, seq́ ore retecto,
Imputat attonitæ uirgo spectabilis urbi,
Inde ad consessum caueæ, pudor almus & expers
Sanguinis, & pietas hominum uisura cruentos
Congressus, mortesq́, & uulnera uendita pastu.

Pontifices Calend. nonas & idus ordinabant.

Iam porrò quòd Nonas & Calēdas ordinarint pontifices, tradit Varro de Vita patrum: Pontifices uocata plebe in Capitolium, pronunciasse, quot dies à Calendis ad Nonas superessent. Is postea mos in ecclesia Christiana ita māsit, ut Romanus primùm Pontifex Max. computum corrigi curaret, ne horę quatuor, quę singulis annis manent, clam diem constituendo, errorē Calendario inferrent: reliqui uerò deinde minores episcopi plebi quisq; suæ, natalitia & passiones martyrum, quibus dies Nonarū, Calendarum, Iduumq́; insigniuntur, pro cōcione insinuarent. id quòd adhuc fieri uidemus. B

Annales scribebant pontifices.

Porrò postremū pontificū & illud, uti diximus, muneris erat, quòd res gestas & dignas memoria, ueluti decuriones, adnotabant. Et pontificū quidē Annales maximi uocabantur. unde Cicero de Oratore secūdo, Pont. Max. res omnes singulorū annorum mandare literis solitū refert, qui ea nomina referebat in album, & proponebat tabulā domi, potestas uti esset populo cognoscendi. Ita Liuius refert Ancū Martium iussisse, ut pontifex sacra publica ex cōmentarijs Numæ in album relata, in publico proponeret. Et rursus lib. 6. Decad. 1. ab initio: Tum quòd perraræ (ait) per eadem tempora literæ fuere, una custodia fidelis memoriæ rerū gestarū: & quòd etiāsi quæ in commentarijs pontificū, alijsq́; publicis priuatisq́; erant monumētis incensa urbe pleræq; interiere. Atq; hęc de pontificibus inferioribus, qui Maximo suberāt Romæ, eorumq́; collegio: qui deniq;, quo nihil deesset ad splendorē, titulo Clarissimatus decorabantur, ut hæc Vetustatis monumenta Romæ reperta testantur:

MANSIONES PALATINORVM SALIORVM A VETERIBVS OB ARMORVM MAGNATIVM CVSTODIAM CONSTITVTAS LONGANIMITATE NEGLECTAS PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE VV. CC. PROMAGISTRO PROTI IACILII LVCILLI PRAETEXTATI.

Scribæ pontifices.

Cæterùm de minoribus pontificibus qui scribæ aliorum erant, & quòd pontifices etiam extra urbem in prouincijs passim fuerint, nondum cōstituta CHRISTI religione, superest ut adhuc dicamus. De scribis quidem, siue minoribus Pontificibus, meminit Iulius Capitolinus in Macrino, loquens de ipso in Cæsarem ab exercitu creato: Eundem, cum scriba pontificum esset, quos hodie Pontifices minores uocant, Maximum pontificem appellauit. Alludit ad huiusmodi scribas

pontifi-

A pontificum, monumentum ad S. Stephanum Mediolani adseruatum:

Q. INGENS MAXIMIANVS
SCRIB. PVBLICVS PONTIF.
ET CVRATOR AERARII

Sic Pontifices nõ solum Romę extitisse, inferiores scilicet, uerùm etiam in limitibus & prouincijs Romanæ reipub. subiectis, nõ solum Abdias episcopus Babyloniæ, beatorum Apostolorum discipulus, & qui CHRISTVM in carne uiderat (quem ipsi inuenimus nuper, & prælo dedimus) testatur, Apostolos sanctos tradens multas hincinde per Rom. prouincias cũ pontificibus locorũ ob diminuta idola cõtentiones habuisse: uerumetiã exẽpla hæc Vetustatis abundè cõtestant. Pontifices in prouincijs extra Italiam fuerunt.

Lambachi, in Austria:

P. AEL. FLAVI. DEC. ET IIVIR ET FLAMIN. AL. CETIENSIVM. ITEM. DEC. ET. IIVIR ET PONTIFICIS. COLONIA AVRELIA. ANTONIANA OVIL. Et quæ sequuntur. Erat aũt municipium Rom. eo loco, ubi est hodie Lambachum monasterium.

Apud Transyluanos, in Varhel, hoc est ruinis Vlpiæ Taianæ:

T. VAREN. PROB. QQ. COL. SARM. M. COMINIVS QVINTVS PONTIF. ET BIS QQ. COL. EQ. R. SACERDOS ARAE AVG. SORORI PIENTISSIMAE L. D. DD.

In Hispania regno Granatæ:

LIBERO PATRI SACRVM IN HONORE PONTIFICATVS L. CALPVRNIVS L. F. GAL. SILVINVS L. F. VIR BIS FLAMEN SACRORVM MVNICIPALIVM PONTIFEX MAXIMVS AVGVR.
B D. S. P. D. D.

Atq; hæc de Pontificibus, quos cùm in urbe, tùm in prouincijs atq; limitibus sacra curasse, ostendimus. Quorum fuisse consilia in rebus dubijs, Romanis ethnicis adhuc, ut hodie congregantur Synodi, testantur hęc uerba Liuij libro quinto Decadis primæ: Cum ea disceptatio anceps Senatui uisa, delegata ad Pontifices esset, adhibito collegio uisum Camillo, quod eius ante cõceptũ uotum Veientium esset, &c. Nunc reliquos ordines sacerdotũ expediemus. Et in urbe quidem fuerũt Rex sacrorum, Curio maximus, flamines Sodales, & augures: in limitibus uerò postremi tres duntaxat admittebantur. De Rege sacrorum scribit T. Liuius libro nono Decadis primę, in oratione tribuni plebis ad Appiũ Claudium censorem: Tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare ualeat: quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui optimo iure Rex creatus sit, creatum se dicat. Idem libro septimo Decadis tertiæ: In locum M. Marcelli L. Aquilius Petus augur creatus, inauguratusq́; & Cn. Cornelius Dolabella Rex sacrorum inauguratus est in locum M. Martij, qui biennio antè mortuus erat. Meminit & Trebellius Pollio in uita Valeriani Augusti: Excepto deniq; præfecto urbis Romæ, exceptis consulibus ordinarijs, & sacrorum Rege, ac maxima uirgine Vestalium, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententias feres. Porrò sunt qui tradunt, expulso Tarquinio Superbo rege, cum summam rerum ad Consules traduxissent, ne omnino Romuli regis memoriam abolerent, Regis nomenclaturam ad sacra retorsisse Romanos. Et sic intelligendum est exemplum Vetustatis, quod apud Veronam Athesis in templo S. Andreæ legitur: Rex sacrorũ.

GAVIA VALERIA VAL. CAVIAN. FILIO ET SIBI IVN. TVN.

REG. SACR. P. VITVLLIVS PHILOLOGVS VIVIR AVG. INFERIO. A

De Curione maximo extat locus apud Liuium lib. 1. Decad. 5: Augures suffecti sunt, in locum Gradij T. Veturius Gracchus Sẽpronianus, in P. Aelij Q. Aelius Petus decemuir sacrorum, C. Sempronius Longus curio maximus, C. Scribonius Curio sufficitur. Et iterum septimo lib. 3. Decadis: Inter maiorum rerum curas comitia maximi Curionis, cũ in locum M. Aemilij sacerdos crearetur. Est autem Curio à curia dictus, qui Romæ alijs minoribus curionibus præerat, sacrisq́ curiæ. quemadmodum hodie Episcopi sacellaniq́ aulici sunt, quos comparare curionibus ueteribus nostra in religione possumus. Atq́ hæc de summis sacerdotijs reipublicæ Romanæ illius, antequam CHRISTO esset uendicata. Nunc Caput hoc exemplis uetustatis, quæ talium sacerdotiorum mentionem faciunt, claudemus.

Patauij in Italia:

T. VETIDIVS T. F. STRA.
P. T. VALENS IIIIVIR. I.
D. QVINQ. PONTIFIC. SIBI
ET T. VETIDIO POTENTI
FILIO EQVO PVB. ANNOR.
XX. M. IIII. D. V.
T. F. I.

Apud S. Martinum in montibus Romæ:

C. CAMERIVS CRESCENS ARCHIGALLVS MATRIS DEVM MAGNAE IDEAE ET
ATTIS POPVL. ROMANI VIVVS SIBI
FECIT ET CAMERIO EV. CHRVTIANO
LIB. SVO CAETERIS AVT. LIBERTIS
VTRIVSQ. SEXVS LOCA SINGVLA
SEPVLTVRAE CAVSA H. M. H. E. N. S.

CAP XII. DE AVGVRVM SACESDOTIO, *& omnis generis augurijs.* B

Augures qui fuerint.



AVGVRES, & ipsam functionem augurium, nec non munus ipsum auguratũ, à gestu auium nomina accepisse, nemo est qui nesciat. Siquidem ex garritu gestuq́ in auium uolatu, nunc in hanc nunc in altã partẽ obseruato, qui hoc sacerdotij genus gerebãt, diuinare soliti erant, his qui rem aliquam publicè aggredi, uel foràs proficisci, uel magistratu, ad quem allecti fuerãt, fungi rectè sine offensa ac discrimine uolebant. Obseruabant aũt in uolatu augures quatuor mundi plagas, quibus peculiaria & artis uocabula indebant: anticã, posticã, dextram & sinistram. Quanto aũt loco Romanis hoc genus sacerdotij extiterit, facile ex his uerbis T. Liuij colligitur, lib. 10. Decad. 3. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactę ætatis: siquidem uerũ est, augurẽ duos & quadraginta annos fuisse, quod quidã authores sunt. Vir certè fuit dignus tãto cognomine. Et subdit: Sic nihil certius est, quàm unũ hominẽ nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait. Augur in locũ eius inauguratus Q. Fabius Maximus filius. In eiusdẽ locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba. Porrò testatur & Cicero in dialogo de Senectute, seipsum fuisse augurem, cum scribit: Augurq́ cum essem, dicere ausus est, optimis auspicijs ea geri. Pertinebat & illud ad augurũ officium, notare, si uitio & sine auspicio magistratus creati forent. Meminit Liuius lib. 8. Decad. 1. Nec tamẽ ab dictatore comitia sunt habita, quia uitio'ne creatus esset, in disquisitionem uenit. Consulti augures, uitiosum uideri creatum dictatorẽ, pronunciarunt. Porrò illud notandum hic est, augures sacrorum, deorum nomina sibi indidisse: idq́ & honori ducebant, & iuuari se putabant ad certiorem diuinandi scientiam, ut quòd certo deo quisq́ seruiebat. Et sic intelliguntur hæ monumentorum inscriptiones,

Augurandi ratio & ars.

Q. Fabius Maximus qui Hannibalem uicit, augur erat.

Cicero augur fuit.

Augurum officium in creatione magistratuum.

Augures deorũ nomina usurpabant.

Viennæ,

A

Viennæ in ædibus, nostris:	*Transyluania:*	*Augustæ Vindelicûm:*
HERC. AVG. CANAE NVS AVG. NN. SER. D. S. V. S. L. L. M.	C. LAVOLENVS MODE STVS T. LEG. XIII. GEMINAE MERCVRIO AVG. SACR. V. S. L. V. M.	MERCVRIO AVG. SA CRVM M. BASINIVS VITALIS V. S. L. M.

Veronæ apud S. Ioannem in Valle:

SATVRNO AVG. SACRVM M. CASSIVS FIRMVS V. S. L. M.

Præterea augures non solum Romæ, uerumetiam in prouincijs potissimum fuisse, & limitibus, uel illud ostendit, quod Lampridius in Alexandro Pannonicos & Hispanicos augures celebrat: Aruspicinæ quoque (inquit) peritissimus fuit, orneoscopos magnus, ut & Vasconum & Hispanorum & Panoniorum augures uicerit. Extant quoque apud Transyluanos uetustatis quædam exempla, in quibus coloniarũ augurum fit mentio: hoc est, qui in colonijs Daciæ prouinciȩ sacerdotio tali fungebantur, quarum rhapsodiæ hæ sunt, *Augures prouinciales.*

Ad ripam Marusij fluminis:	*In Varhel, ruinis Vlpiæ Traianæ:*	*Albæ Iuliæ:*
TENACI VINDICI LEG. LEG. XXIII. PRINC. CIVITATIS NICOPOLITANORVM P. TENAC. S. GEMELLINVS AVG. COL. APVL. LIBERTVS. L. P. C. D. L. D. D. D.	AEL. ANDENE. AEL. MACRINVS EPIDIANVS QVI ET EPIDIVS AVGVR COL. MACRINIA MARTIA FIL. POSVER.	DIANAE AVG. AEL. IVLIANVS AVG. COL. APVL. V. L. S.

B

Atque hactenus de augurum discrimine ac loco. Nunc quæ ad augures pertinebant, explicabimus. Pertinebant aũt quædam ad ipsam muneris magnificentiã, ueluti comitia auguralia, cœnȩ augurales, auguralis lituus, & collegium augurũ: Alia uerò ad ipsam functionem spectabant. erantque ipsa auguriorum discrimina, auspicia bona, auspicia siue auguria mala, tripudium solistimum, terripauium, & salutis augurium. Comitia quidem peculiaria fuisse creandis auguribus, quod & ipsum muneris huius dignitatẽ coarguit, docet T. Liuius lib. 9. Decad. 4. Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erant. In demortui Cn. Cornelij Lentuli locum creatus erat Sp. Posthumius Albinus. Cœna augurũ publica propriè Adijcialis dicebatur, ad quam alludit Cicero ad Gallum lib. 7 Epistolarum: In eos cũ incidissem in cœna augurali apud Lentulum. Plura de hac cœna scribit Varro lib. 3. de Re rustica. Lituus auguralis erat baculus incuruus, quo sedentes augures auibus templa designabant. De quo Cicero lib. 1. de Diuinatione: Quid lituus iste uester, quod clarissimũ est insigne auguratus, unde uobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum cũ urbem cõdidit. Qui quidem Romuli lituus (id est, incuruũ & leuiter à summo inflexũ bacillum, quod ab eius litui quo canitur similitudine nomẽ inuenit) cum situs esset in curia Saliorũ, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inuentus est integer. Et iterum secundo de Diuinatione: Omitte igitur lituum Romuli, quem in maximo incendio negas potuisse consumi. Huc pertinet illud Liuij ab Vrbe: Augur ad lȩuam eius capite uelato sedem cæpit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituũ appellauerunt. Huc alludit & Gellius quinto Noctium Atticarum: Lituus est uirga breuis in parte qua robustior est incuruus, qua augures utuntur. Porrò huius

Quæ ad augurus munus spectabant.

Auguralia comitia.

Cœna augurũ adijcialis.

Lituus auguralis.

huius effigiem licet quoque in numismate uetusto, quod subinde apud nos ruderibus eruitur, intueri, maximè ubi Lentuli Spinteri imago est expressa. Adhæc augures, ueluti pontifices & decuriones, collegiũ habuisse, declarat Cor. Tacitus lib. 11. historiæ August. Retulit deinde ad Senatum super collegio Aruspicum, ne uetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret, sæpe aduersis reipublicæ temporibus accitis: quorũ monitu reintegratas ceremonias, & in posterũ rectius habitas, primoresque Hetruriæ sponte aut patrum Romanorũ impulsu retinuisse scientiã, & in familias propagasse. Huc spectant apud Transyluanos in Dacia reperta monumenta, quorum rhapsodiam subijcere placuit. A

Collegium augurum.

In ruinis Ulpiæ Traianæ, ubi est hodie pagus Uarhel:

D. M.

MINERVAE. AVG. VLP. DOMIT. HERMES EX COL. AVG. ORNATVS ORNAMEN. DECVR.

Ad ripam Marusij flu.

T. P. S. L.

VAL. IHEREPTVS IT. DOMITIL. REGVLVS HIPPONIC. HERMES ONESIMVS EX. COL. AVG. H. P. C. L. D. D. D.

Atque hactenus de augurum ornamentis. Nunc circa functionem officij quæ discrimina augurum fuerint expediam, initio sumpto à bonis augurijs, quę propriè dicebantur AVSPICIA, ab auium diligenti inspectione. De quibus Cornelius Tacitus libro secundo historiæ Aug. Auctus omine, addicentibus auspicijs uocat concionem. Cicero ad Atticum libro secundo: Et bono auspicio promulgare legem. Plautus in Sticho: Auspicio huc hodie ego optimo exiui foras. Inuenio uerò auspiciorum discrimina apud authores historiarum hæc fermè: Iuge auspicium, consularia auspicia, & militaria auspicia. Festus: Iuge auspicium est (inquit) cum iunctum iumentum stercus facit. Cicero secũdo de Diuinatione: Huic simile est quod nos augures præcipimus, ne iuge auspicium obueniat, ut iumenta iubeat disiungere. Auspicia consularia, quæ in designatione Consulum inquirebantur, & quibus quondam Coss. designabantur, meminit Cicero in oratione pro Murena: Quod si illa solennis comitiorum precatio, consularibus auspicijs consecrata, tantam habet in se uim & religionem, quantum reipublicæ dignitas postulat. Auspicia militaria erant, cum in sacramentum adducti milites à duce, post adlocutionẽ capto augurio obedire duci inciperẽt. Cui rei apud nos Germanos similis esse uidetur ceremonia illa, quæ in concione militum literis articulorũ usurpatur, Wan man den Artikhel breif lißt. Meminit Cic. secũdo de Diuinatione: Nã ex acuminibus quidem, quod totũ auspiciũ militare est. Liuius octauo belli Punici: Ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est. Plinius libro septimo: Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem, auspicio suo maximas res geri. Plura lege libro huius operis Quarto, ubi militiæ Romanæ rationes explicamus. Atque hæc de bonis augurijs, quæ propriè auspicia authoribus historiarum uocantur. Quanquã interdum abusiuè auspicium pro malo augurio usurpatur. ut Plautus in Aulularia: Næ ego ædepol huc ueni auspicio malo. Sic Statius secundo Theb. Infelix auspicium. & Claudianus secundo in Eutropium, Ferale auspicium dixit. Porrò malorum siue aduersorum arguriorum duo genera præcipua inuenio. Primum, si pulli cauea emissi auolassent: quemadmodum legitur accidisse Hostilio consuli ituro in Italiam, à quo pulli per augurem cauea emissi in proximam syluam deuolarũt, summaque diligentia requisiti non potuerunt inueniri. augurium hoc triste fuisse, exitus probauit. uictus enim Hostilius à Numantinis, & castris exutus, cum spes nulla

Auspicia, uel bona auguria.

Auspicium iuge.

B

Auspicia consularia.

Auspicia militaria.

Auspiciũ pro malo augurio.

Auguria aduersa, & qualia.

A nulla seruandi superesset, pacem ignominiosam cum hostibus fecit. Erat & illud infelicis augurij species, cum pulli offam obiectam respuerent, & non comederet. Vnde est illud Suetonij in Tiberio: Claudius Pulcher apud Siciliã nõ pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nollent. Sic Silius Italicus, inter prodigia, quæ cladem Flaminio denunciabant, hoc quoq; ponit, hoc uersu:

—Tunc ales præscia luctus
Damnauit uesci, planctuq; alimenta refugit.

Secundum uerò genus aduersi augurij erat, cum uictimæ è manibus uictimariorum se expedientes, procurrissent, & obuios sauciassent. Huc pertinet illud Maronis: Secudũ genus aduersi augurij.

Qualis mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securem.

Sic legitur apud Liuium in Punico secundo, Flaminio consuli immolanti uitulum, ictum è manibus sacrificantum se proripuisse, multosq; circumstantes cruore respersisse. id quod tum ab auguribus omen magnæ futuræ calamitatis interpretabatur. Et sic intelligitur illud Suetonij in Galba: Magna & assidua monstra iam inde à principio, exitum ei qualis euenit portenderunt. Cum per omne iter dextra sinistraq; oppidatim uictimæ cæderentur, taurus securis ictu consternatus, rupto uinculo essedum eius inuasit, elatisq; pedibus totum cruore perfudit. Atq; hæc de infelici augurio. nunc reliquas auguriorum species absoluemus, quæ erant: solistimum, terripudium, & terripauium. Terripudium erat felicis augurij species, cum pullus gallinaceus offam obiectam ita deuorasset, Felicium auguriorũ species. Terripudium augurium.
B quòd aliquid in terram cecidisset, quod terram paueret, hoc est feriret. Idq; terripudium, & per syncope tripudium uocabatur. de quo Plinius libro decimo, capite de Gallis gallinaceis: Horum (inquit) sunt tripudia solistima, qui magistratus nostros quotidie regunt, domusq; ipsas aut claudunt aut reserant. Hi fasces Romanos impellunt aut retinẽt, iubent acies, aut prohibent. plura lege apud Ciceronem libro primo de Diuinatione: Quod autem scriptum habetis (inquit) aut tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit: hoc quod dixi, coactum tripudium solistimum dicitis. Huc pertinet illud T. Liuij decimo ab Vrbe: Nam cũ pulli non pascerentur, pullarius auspiciũ mentiri ausus, tripudium solistimum nunciauit. Tripudium. Huc pertinet quod de pullarijs reperitur apud authores, qui erant augures ex pullis gallinarum aut columbarum prædicentes. Meminit Liuius libro octauo Decadis primæ: Namq; Papyrius dictator à pullario monitus, cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur. Pullarij. Idem libro nono: Quibus Papyrius ait, auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nunciat, litatum præterea est egregiè. SALVTIS augurium, species augurij erat huiusmodi, ut si Deus promittat populo salutem, poscant: quasi ne salutem quidem à dijs petere fas sit, nisi hoc ipsum prius dij cõcesserint. Salutis augurium. Obseruabatur autem una dies quotannis, qua nullus ad bellum proficisceretur exercitus, nemo cõtra se pararet, nemo pugnaret. Quod in bellis ciuilibus diu omissum, restituisse Augustum Cæsarem, Tranquillus scribit: Nonnulla etiam (inquit) ex antiquis ceremonijs paulatim abolitis restituit, ut Salutis augurium, Diale flaminum sacrum. Sic scribit & Cornelius Tacitus libro duodecimo: Salutis auguriũ uiginti annis intermissum, reuocasse Claudium Cæsarem. Fuit autem Romæ ædes Salutis, à Iunio Bubulco censore locata, quam consul bello Samnitum uouerat. Aedes Salutis. ad quod alludit Plautus in Asinaria, illo uersu:

Ut con-

Ut conuenere, homines Salus frustratur, & Fortuna. A

Porrò hoc auguriũ quo pacto fiebat, docet Liuius lib. 1. Decad. quintæ: Dum de his rebus in Senatu agitur, Cn. Cornelius euocatus à uiatore, cum templo egressus esset, paulo pòst rediit confuso uultu, & exposuit patribus Conscriptis, bouis sescenaris quem immolauisset, iecur defluxisse. Id se uictimario nuncianti, parum credentem aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur iussisse, & uidisse ceteram integrã partem extorum, iecur omne inenarrabiliter absumptũ. Territis eo prodigio patribus, & alter Cos. curã adiecit, qui se quòd caput iocineri defuisset, tribus bubus perlitasse negauit. Senatus maioribus hostiis usq; ad litationem sacrificari iusit. Cæteris diis perlitatum ferunt, Saluti Petilium perlitasse negant. Ad huiusmodi Salutis & augurium & ædem, & quomodo ad Christianum institutum salubre traduxerit Constantinus magnus, refert Eusebius Pamphilus libro quarto de Vita Constantini, cũ peruigilia Ethnica in matutinas horas mutatas ostendit: Nusquam sudum gratius, aut illustre magis mystica illa nocte, cum diluxerat, erogare plebi magnificè, ac beneficium Salutis æmulari. Et iterum: Hęc anno tricesimo circa monumentum Salutis, ædemq; Pacis, &c.

CAP. XIII. DE FLAMINUM SACERDOTIO, eiusq; discrimine in republica Romana.

Flaminum sacerdotium.



FLAMINVM sacerdotium tametsi pontifici subiectum fuerit, tamen aliquo loco nõ solum in Vrbe extitisse, uerùm etiam extrà passim in prouinciis, historiarum authores subinde ostendunt. T. Liuius quidẽ lib. octauo Decadis quartæ: Marcus Claudius Q. Fabius Idibus Martiis, quo die consulatum inierunt, de prouinciis suis, prætorumq; retulerunt. Prætores creati erant, C. Valerius flamen dialis, qui & priore anno petierat, & Spurius Posthumius Albinus. Huc facit quod Cornelius Tacitus scribit libro tertio: Inter quæ prouincia Africa Iunio Blæso prorogata, Seruius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet postulauit. Idem libro quarto historiæ Augustę: Sub idem tempus de flamine Diali in locum Seruii Maluginensis defuncti legendo, simul rogando, noua lege disseruit Cæsar. nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex queis unus legeretur more uetusto, neq; adesse ut olim eam copiam, omissa confarreandi adsuetudine, aut inter paucos retenta: pluresq; eius rei causas adferebat, potissimum penes incuriam uirorum fœminarumq;. Accedere ipsius ceremoniæ difficultates, quæ consultò uitarentur. Et quando exiret è iure patrio, qui id flaminium adipiscerentur, quæq; in manum flaminis conueniret. Ita medendum Senatus decreto, aut lege, sicut Augustus quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem usum flexisset. Igitur tractatis religionibus, placitum, instituto flaminum nihil demutari. Sed lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate uiri, cætera promiscuo fœminarũ iure ageret, & filius Maluginensis patri suffectus, &c. Ex quibus liquet, flamines tanto apud Romanos loco extitisse, ut præturas gererent, & prouincias administrarent, regerentq;. Cæterùm quomodocunq; Flaminum dignitas Romana in republica non uulgaris fuerit, subiecti hi tamen pontificibus erant, eorumq; iussa faciebant: ut Episcoporum obseruare præcepta, nostra in religione Abbates & Præpositi coguntur. nam apud illos ex fundationibus flamen unus sodalibus pluribus præerat, ueluti monachis multis apud nos unus abbas: & quemadmodum principes nostra in religione morituri cœnobia constituerunt, in quibus unus abbas monachos per omnia

Flaminum locus & dignitas. B

Flaminum uestigia in nostra religione.

A omnia defuncti oratores moderaretur: ita apud illos, Augusto, Tiberio, Traiano, Hadriano & Antonino mortuis, & inter diuos relatis, sodales consecrarũt, quorũ collegio Flamen unus præesset: ut apud Tranquillũ, Capitolinũ & Lampridiũ legimus. Hinc scribit Liuius lib. 7. Dec. 4. Priusq; in prouincias prætores irent, certamen inter P. Licinium Põtificem Max. fuit, & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum & Posthumium Albinũ fuerat. Cos. illum cum C. Luctatio collega in Siciliam ad classem proficiscentẽ, ad sacra retinuerat Metellus Pontifex maximus: Prætorem hunc, ne in Siciliam proficisceretur, P. Licinius tenuit. & in Senatu & ad populum magnis contentionibus certatum est: & imperia inhibita ultro citroq;, & pignora capta, & mulctæ dictæ, & tribuni appellati, & prouocatum ad populum est: religio ad postremum uicit, & dicto audiens esse Flamen Põtifici iussus. Erant uerò Flamines primùm omnium instituti Ioui, qui inde Diales appellabantur, Pontifici maximo subiecti, à quo capiebantur, uti Vestales. Posthac Quirino & Marti sunt consecrati, qui Quirinales & Martiales dicebantur. Vnde scribit Liuius XVII ab Vrbe: Caius Flaccus flamen captus à P. Licinio Pontifice maximo. Et Suetonius in Augusto: Sacerdotum (inquit) & numerum & dignitatem, sed & cõmoda auxit, præcipuè Vestalium. Cumq; in demortuæ locũ capi aliam oporteret, ambirentq; multi ne filias in sortem darent, adiurauit, si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam. Nonnulla etiam ex antiquis ceremonijs paulatim abolita restituit: ut, Salutis augurium, Diale flaminum. De flamine Diali sic Liuius quoque scriptum reliquit lib. 6. Decad. tertiæ: Titus Octacilius Crassus Pontifex, quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locũ eius non est facta. C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abijt. Et iterum

Sodalium reliquiæ.

Flamines Pontificib. subiecti.

Flamines primò Ioui instituti.

Flamines Quirinales et Martiales.

Flamen Dialis.

B lib. 5. Decad. primæ: Vestalibus nempe una illa sedes est, ex qua eas nihil unquam præterquam urbs capta mouit: flamini Diali noctem unam manere extra urbem nefas est. Huc pertinet & illud Taciti lib. tertio: Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem flaminem Dialem, promisit Cæsar, recitauitq; decretum Pontificum, quoties ualetudo aduersa flaminem Dialem incessisset, ut Pontificis maximi arbitrium, plus quàm binoctium abesset, dum ne diebus publici sacrificij, neu sæpius quàm bis eundem in annum. Porrò is & Martialium Quirinaliumq; flaminum eodem libro mentionem facit, frustra uulgatum dictitans, non licere Dialibus egredi Italia: neq; aliud iussum, quàm Martialium Quirinaliumq; flaminum. Porrò si hi duxissent prouincias, cur Dialibus id uetitum? Sic Liuius lib. quinto Decad. primę, cum captiuitatem Romæ à Gallis describit: Flamen interim Quirinalis, uirginesq; Vestales, omissa rerum cura suarum, quæ sacrorum ferenda secum, quæ quia uires ad omnia ferenda deerant, &c. Et iterum lib. 7 Decad. quartæ: Q. Fabij Pictoris flaminis Quirinalis & simul prætoris mentionem facit. Et lib. quarto Decad. quintæ: Sacerdotes eo anno mortui sunt, P. Quintilius Varus flamen Martialis, & M. Claudius Marcellus decemuir. Et iterum lib. quinto eiusdem Decadis: Eodem anno C. Cicereius ædẽ in monte Albano dedicauit, quinquennio pòst quàm uouit: flamen Martialis inauguratus est eo anno L. Posthumius Albinus. Non uidetur extra rem esse, si locum A. Gellij lib. 10. Noct. Atticarum, cap. 15. de pileo atq; ornatu flaminum Dialium recensuero, ubi nominatim refert, flaminem Dialem album galerũ gestare solitum, & nodum in apice, neq; in cinctu, neque alia in parte ullũ habuisse, neq; sine apice sub diuo esse potuisse. tunicã præterea intimã, nisi in locis tectis, nõ exuisse: ne sub cœlo tanq; sub oculis Iouis nudus appareret. Item annulo uti, nisi peruio cassoq;, fas nõ fuisse. Cõmemorat & alia quædam Dia-

lium præcepta, atq; leges, quas obseruare cogebantur. Equo Dialem uehi religionem fuisse. Similiter iurare Dialem, fas non erat. Quare uerba prætoris celebrant ex edicto perpetuo de flamine Diali: Sacerdotem & flaminẽ Dialem in omni mea iurisdictione iurare nõ cogam. Capram præterea & carnẽ incoctam, & hederã & fabam, neq; tangere Diali licebat, neq; nominare. Ad hæc, si quis ad uerberandũ ducebatur, si ad pedes Dialis supplex procubuisset, à supplicio liber erat. Rursus quanto loco Romanis flamines tales extiterint, uel hinc apparet, quòd supra Dialem in cõuiuio nisi rex sacrificulus nemo accumbebat. Capillũ quoq; eius, nisi qui liber homo erat, detondere nõ audebat. Hi uerò præsecti, unguesq; decisi, subter arborem felicem terra operiebantur. Pedes lecti, in quo Dialis accumbebat, luto tenui circumlitos esse oportebat. Et de eo lecto trinoctium continuũ nõ decubabat, neq; in eo lecto cubare alium fas erat, neq; apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atq; ferro oportebat. Vxorem deniq; si amittebat Dialis, flaminio decedebat. Matrimoniũ quoq; flaminis nisi morte dirimi ius nõ erat. Ipse insuper flamen, locum in quo bustum erat, nunq; ingrediebatur: mortuũ non attingebat: funus tamen exequi, nõ erat religio. Propagines è uitibus altius prætẽtis, nõ erat ausus præcidere, neq; farinã fermẽto imbutam attingere. Et huiusmodi alias ridiculas ceremonias, loco præallegato Gellius ex M. Varrone & Massurio Sabino enumerat: quæ propterea inserere placuit, ut quale munus, ac quo loco fuerit Romanis, lector candidus intelligat. Atq; hactenus de primis flaminibus, Ioui, Quirino & Marti in urbe institutis. Nunc quemadmodum ea institutio transierit ad Cæsares, paulatim edisseram. quibus uita functis ac consecratis, proq; diuis coli iussis, similiter flamines & sodales fieri cœpti sunt. Vnde Cic. in 2. Antoninianarum, taxat Antoniũ, quòd flamen Iulij Cęsaris fuerit: Ergo flamen, inquit, ut Ioui, ut Marti, ut Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius. Carpit quoq; Cæsarem amarulenter, quòd is maiorẽ honorẽ consecutus fuerit, q̃ ut haberet puluinar, simulachrum, fastigiũ, flaminẽ. Sic Tranquillus Cæsarem Iulium, flaminem sibi in uita creasse refert, dicens: Sed & ampliora humano fastigio decerni sibi passus est, sedẽ aureã in curia & pro tribunali, thensam & ferculũ Circensi pompa, templa, aras, simulachra iuxta deos, puluinar, flaminẽ, lupercos. Hæc ille. Porrò à Iulio cõsuetudo ita inualuerat, ut omnib. penè Augustis, quibus mortuis ob merita in rempub. diuini honores decernebanť, simul flamines cum sodalibus cõstituerenť. Sic Tacitus lib. 1. à Tiberio sodales cum flamine Augusto consecratos scribit, his uerbis: Idem annus nouas ceremonias accepit, addito sodalium Augustaliũ sacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorũ sacris sodales Tatios instituerat: sorte ducti à primorib. ciuitatis unus & uiginti. Idem lib. 2. historiæ Aug. de Germanico inter diuos relato sic scribit: Honores, ut quis amore in Germanicũ, aut ingenio ualidus, reperti, decretiq;, ut nomen eius Saliari carmine caneretur, Sedes curules, sacerdotiũ Augustalium locis, superq; eas querceæ coronę statuerentur, ludos Circenses eburnea effigies præiret: neue quis flamen aut augur in locũ Germanici nisi gentis Iuliæ crearetur. Idem Iulius Capitolinus de Antonino Pio scribit in eius historia: Meruit & flaminem, & Circenses, & templũ, & sodales Antoninianos. Refert & de Commodo Lampridius: Hunc tamen Seuerus Imperator, amantissimus nominis sui, odio ut uidetur Senatus, inter deos retulit, flamine addito, quem ipse uiuus sibi parauerat. Idem de Pertinace Capitolinus: Filius, inquit, Pertinacis patris flamẽ est factus: Marciani sodales, qui D. Marci sacra curabant, Heluiani sunt dicti. Inuenio & quintũ genus flaminũ, eorũ qui augures unà fuerant, ut meminit inscriptio in tẽplo B. Virginis à Frata apud Veronã Athesis:

Flamines Augustis uita functis instituti. *Flamines Iulio dictatori instituti.* *Flamines Augustales.* *Sodales Tatij.* *Flamen Germanici Cæsaris* *Flamines Antoninianorum.*

SEX. RVBRIO SEX. F. POB. FESTO FLAMIN. ROM. ET AVG. D.D.

Atq;

A Atq; hæc de flaminibus intra urbem constitutis. Nunc si quibus fortè dubiũ uidetur, an flamines etiã extra urbem fuerint in prouincijs, & colonijs potissimũ, his inquam Romana monumenta obijciã, ubi flaminũ nempe locorũ coloniarũq; extra Italiam, aperta fit mentio. Confirmant id præter alia, hæc etiam Martini cuiusdam chronographi uerba, quem nos à tineis uindicauimus. nam ubi res gestas ab anno Domini CLXXXIIII describit, subdit: Eleutherius natione Græcus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, sedit annos XV, menses sex, dies VI. Hic accepit epistolam à Lucio rege Britannorum, ut Christianus per eius mandatũ fieret. Cui papa misit duos religiosos uiros, Fuganum & Damianũ: qui regem prædictum baptizarũt, cum uniuerso populo. Erant autẽ tunc in Britannia XXVIII Pontifices idolorum, quos Flamines uocabant. Inter quos, tres Archiflamines erant. Sed prædicti sancti de mandato Apostolici, ubi erant flamines, instituerũt episcopos: & ubi archiflamines, archiepiscopos. Verùm placet hoc etiã Caput exemplis Vetustatis, ex consuetudine nostra, & corroborare, & concludere.

Flamines in prouincijs extra Italiam fuerunt.

De flaminibus urbanis, Romæ reperta monumenta:

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XXXIII. TI. CAESAR AVGVSTI F. DIVI. N. TRIB. POTEST. XI. P. CORNELIVS P. F. P. N. DOLOBELLA C. IVNIVS. C. F. M. N. SILANVS FLAM. MART. & iterum: EX. R. IVL. SER. CORNELIVS C. F. CN. N. LENTVL. MALVG. FLAMEN DIALIS.

De prouincialibus flaminibus extra Italiam, Tergesti:

B L. VARIO PAPIRIO. PAPIRIANO IIVIR. I. D. IIVIR. I. D. QQ. PRAEF. FABR. ROMAE ET TERGESTAE FLAM. HADR. PONT. AVGVR. COLLEGIVM FABRVM PATRONO MERENTI.

Monasterio Lambacho in Austria:

P. AEL. FLA. DEC. ET IIVIR ET FLAMINIS ALCETIENSIVM, ITEM. DEC. ET IIVIR ET PONTIFICIS COLONIA AVRELIA ANTONINIANA OVIL.

Porrò nec illud transeundum silentio, fuisse Romanæ reipublicæ & flamines in sexu muliebri: ut scilicet nobis non solùm sunt Abbates, sed etiam Abbatissæ, quæ Vestalibus præsident. Et sic intelligitur illud Taciti lib. quarto historiæ Augustæ: Igitur tractatis religionibus placitum, instituto flaminum nihil demutari: sed lata lex, qua flaminica Dialis sacrorũ causa in potestate uiri, cætera promiscuo fœminarum iure ageret. Sic Capitolinus scribit in Marco: Petijt à Senatu, ut honores Faustinæ, ædemq; decernerent: laudata eadem, cum tamen impudicitiæ fama grauiter laborasset, quæ Antonius uel nesciuit, uel dissimulauit. Nouas puellas Faustinianas instituit, in honorem uxoris mortuæ. Huc pertinet & inscriptio Vetustatis, quæ Albæ Iuliæ in Transyluania est eruta, talis:

Flamines in sexu muliebri.

P. AELIAE MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI EQ. R. FLAM. ET DVVMVIRAE COL. APVL.

Veronæ in æde S. Georgij:

SEX. CARIAVS SEXT. FIL. FIRMINVS FLAMEN ET POMPONSIA PONTI. FIL. SEVERA FLAM.

CAP. XIIII. DE SODALIUM SACERdotio in Romana Republica.



Sodalium origo. Sodalitates.

MINUS re & dignitate sodalium sacerdotium erat, & flaminibus subiectum. Necꝗ flamen ullus erat sine sodaliũ collegio, unde sodales dictos, D. Augustinus interpretatur, quòd simul sederent, & simul epularent: quod hodie in cœnobitis uidere est. Hinc sodalitates institutæ sunt, quas Cato senior apud Cicer. se iuuene cœptas esse testatur. Vnde Iurecõsultus tit. de Collegijs, ait: Sodales esse, qui eiusdẽ collegij sunt, qui multũ simul habitantes sunt. Sic legitur rursus in Legibus: Mandatis principalibus præcipitur præsidibus prouinciarũ, ne patiantur esse sodalitia: tanꝗ sodalitia sint illicita. Inuenio uero antiquissimos sodalium Titios, à Titijs auibus, quas in augurijs illi obseruabant. Meminit Varro libro de lingua Latina. Huc alludit & Lucanus in primo Pharsal.

Sodales Titij antiquißimi.

Septemuirꝗ; epulis festis, Titijꝗ; sodales.

Sic Suetonius in Galba: Inter Quindecimuiros sodalesꝗ Titios, item Augustales cooptatus est. Secundi generis sodales erant, qui flaminibus, Diali, Martiali & Quirinali parebant. Tertium genus cum Imperio cœptum est, simulatꝗ C. Iulius Cæsar flaminem sibi fieri passus est, mox flamini sodales subesse cœperunt: atque per decursum annorum singulis penè Augustis, qui quidem à Senatu diuinos habere honores meruerunt, sodales ex familia eius creati sunt, qui perpetuò tali diuo Augusto sacra facerent. id quod hodie in nostra religione in cœnobijs & fundationibus Principum fieri uidemus. Legebantur autem interdum sodales maximi in urbe uiri: quemadmodum Suetonius Claudium & Galbam, utrunꝗ post Cæsarem, sodales fuisse testatur. Iterum (scribit in Claudij historia) cum post oppressum Seianum apud eosdem gratularẽtur, quin & in spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Senatus quoꝗ, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem addiceretur, censuit. Inuenio igitur post superius enumeratos sodales, Augustales constituto Imperio primos fuisse: idꝗ liquet ex libro tertio Taciti, cum Tiberij imperium describit: sed tum supplicia dijs, ludiꝗ magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices & augures Quindecemuiri, Septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, ut fœciales quoꝗ his ludis præsiderent: contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum iure, & repetitis exemplis. neꝗ enim unquam fœcialibus hoc maiestatis fuisse. Ideo Augustales adiectos, quia proprium eius domus sacerdotium esset, pro qua uota soluerentur. Atꝗ hæc de Augustalibus sodalibus, tertio uidelicet genere. Nunc sequitur quartum, Aurelianorum, in honorem Hadriani institutorũ, quorum meminit Iulius Capitolinus in M. Antonio: Hadriani autem sepulchro corpus patris intulerunt, magnifico exequiarum officio, mox iustitio secuto: publicè quoꝗ funeris expeditus est ordo, & laudauere uterꝗ pro rostris patrem, flaminemꝗ ei ex affinibus, & sodales ex amicissimis Aurelianos creauere. Quintũ genus erat sodalium Antoninianorũ, quorum meminit in historia Veri Capitolinus: Tantæ autem sanctitatis fuit Marcus (inquit) ut Veri uitia & celauerit & defenderit, cum ei uehementissimè displicerẽt: mortuumꝗ eum Diuum appellauerit, amitasꝗ eius & sorores honoribus & salarijs decretis subleuauerit atꝗ prouexerit, sacrisꝗ eum plurimis honorauerit: flaminem & Antoninianos sodales, & omnes honores qui diuis habentur, eidem dedicauit. Et rursus in historia Marci idem autor: Deniꝗ hodieꝗ (inquit) in multis domibus M. Antonini statuæ consistunt inter deos penates. Nec defuerunt homines, qui somnijs eum multa prædixisse augurantes, futura & uera concinuerunt. Vnde etiam templum

Sodales Diales, Quirinales & Martiales.

Sodales Augustorum.

Sodalium ueterum uestigia.

Sodales Augustales.

Sodales Aureliani.

Sodales Antoniniani.

A templum eidem cõstitutum, dati sacerdotes Antoniniani, & sodales & flamines, & omnia quæ de sacris decreuit antiquitas. Fuit & sextum sodalium genus, qui Heluiani dicebantur, à Seuero in honorem Heluij Pertinacis institutorũ, quorũ in historia Pertinacis idem Capitolinus meminit: Ipse autẽ Seuerus (inquit) amore boni principis à Senatu Pertinacis nomen accepit, filius Pertinacis patris flamen est factus. Marciani sodales, qui D. Marci sacra curabãt, Heluiani sunt dicti, propter Heluium Pertinacem. Inuenio deniq; & septimum genus sodaliũ, qui Alexandrini erant dicti, à Senatu Rom. Seuero Alexandro consecrato post mortem instituti, de quibus ita Lampridius scribit in eiusdem Cæsaris uita: Senatus eum inter deos retulit: Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruit. Dati sunt & sodales, qui Alexandrini dicti sunt. Addita & festiuitas, matris nomine atq; ipsius, quæ hodieq; religiosissimè colitur. Hæc ille. Denique, quod ad institutum Operis pertinet, fuisse sodales nõ solùm in urbe, sed extrà in prouincijs etiam, Romanisq; cùm colonijs tum municipijs, meruisseq; hos Perfectissimatus titulũ, coarguit monumẽti inscriptio quod est erutũ apud Tridentũ:

Sodales Heluiani.

Sodales Alexandrini.

Sodales prouinciales.

C. VALERIO C. F. PAP. MARIANO HONORES OMNES ADEPTO TRIDENT. FLAMINI ROM. ET AVG. PRAEF. QVINQ. AVGVR. ADLECTO ANNONAE LEG. III. ITALIC. SODALI SACRORVM TVSCVLANOR. IVDICI SELECTO DECVRION. TRIB. DEC. BRIXIAE.

Romæ:

SOLI INVICTO MITHRE FL. SEPTIMVS ZOSINVS V. P.
B SACERDOS DEI BRONTONIS AECATAE HOC
SPELEVM CONSTITVIT.

CAP. XV. DE INFIMIS SACERDOTIIS, ijs potissimum quæ inseruiebant alijs.



SACERDOTES inferiores fuisse, eorũq; collegia, ũt hodie apud nos in collegiatis ecclesijs apparet, scilicet Romanis ethnicis adhuc, testatur Liuius lib. 5. Dec. 3: Cum Cæretibus publicè hospitium fieret, quòd sacra populi Rom. ac sacerdotes recepissent, beneficioq; eius populi nõ intermissus honos deûm immortalium esset, ludi Capitolini fierent, quod Iupiter optimus max. suam sedem atq; arcem P. R. in re trepida tutatus esset: collegiumq; ad eam rem M. Furius dictator constitueret, ex ijs qui in Capitolio atq; arce habitarẽt. Hęc ille. Porrò præter sodales, inter inferiora sacerdotia inuenio Romana in repub. fuisse fœciales & uictimarios. FOECIALES quidem erant sacerdotes, quos Numa Pompilius instituit, qui erant pacis custodes, & eius confirmatores, à Græcis dicti (ut est apud Dionysium) Irenodici & Irenarchæ. Quorũ mentio fit apud Iureconsultos tit. de munerib. Varro putat latinè fœciales à fide appellatos, quòd uidelicet fidei publicæ inter populos hi præfuerint. Nam per hos fiebat ut iustum conciperetur bellum, per hos etiam bello finis imponebatur, per hos rursus fœdere fides pacis constituebatur, ex his deniq; mittebantur qui res repetebant. Cæterùm formula fœderis percutiendi est expressa apud Liuiũ, cum bellum gestum inter Albanos & Romanos describit. Fœcialis patrẽ patratũ faciebat, qui princeps erat, à patrando, quod erat uetustum uerbũ, hoc est sanciendo, dictus is pater patratus legibus recitatis: Audi, inquit, Iupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, sine dolo malo, utq; ea hodie rectissimè intellecta sunt, illis legibus, ut ego

Infima sacerdotia Romana.

Fœciales.

Formula fœderis percutiẽdi.

ego hodie hunc porcũ feriam: tantoq́; magis ferito, quanto magis potes, pollesq́;. A Vbi id dixit, porcum saxo silice percussit, &c. Huc alludit Virgilius,

Cæsa iungebant fœdera porca. Tale est & illud Suetonij in Claudio: Regibus fœdus in foro icit porca cæsa, ac ueteri fœcialium præfatione adhibita. Huc pertinet Ciceronis locus 7 in Verrem: Habemus hominẽ in fœcialium manibus educatum, unum præter cæteros in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem. Scribit quoq; Varro de Vita populi Rom. lib. 2: Itaq; bella & tardè & nulla licentia suscipiebant, quòd bellum nullum nisi pium putabant geri oportere: prius quàm indicerent bellum, ijs à quibus iniurias factas sciebant, fœciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores uocabant. Idem lib. 3: Si cuius legati uiolati essent, qui id fecissent, quamuis nobiles essent, ut dederentur ciuitati statuerunt: fœcialesq́; uiginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent & statuerent, cõstituerunt. Atq; hæc de fœcialibus. Sequuntur VICTIMARII, qui & popæ, ministri erant sacrorũ in immolatione pecudũ. Meminit Spartianus in uita Getæ: Hostiã, inquit, popa nomine Antoninus percussit. Suetonius in Caligula: Admota altaribus uictima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactauit. Et sic intelliguntur loca poetarum Persij 6 Satyra,

Victimarij.

——*Mihi trama figuræ Sit reliqua? ast illi tremat omento popa uenter.*

Et Propertij lib. 4. Elegiarum, tertia elegia,

Succinctæq; calent ad noua lucra popæ. Victimariorũ porrò subinde autores mentionẽ faciunt. Valerius Max. lib. 1. Libros Petilius prætor urbanus, ex autoritate Senatus, per uictimarios facto igne, in conspectu populi cremauit. Plinius lib. 7. Et Scipioni in seruo Serapione, uictimarij negociatoris uili mancipio. Meminit & Liuius x Macedonici belli, & lib. 1. Decad. 5: Et exposuit Patribus conscriptis, bouis sescenaris, quẽ immolauisset, iecur defluxisse: id se uictimario nuncianti parum credentẽ, ipsam aquam effundi ex olla ubi exta coquerentur iussisse. B

Hostiæ Romanis quæ fuerint, & unde dictæ.

Et quoniam uictimarij hostias tractabant, atq; immolabant, quot Romanis hostiæ fuerint, & quæ, dicendum porrò est. Dictam autem hoc nomine ab hostibus quidam putant, uel quòd sacrificium ab his fieri solitum sit, qui in hostem pergunt: uel quòd hostes arceri talibus sacrificijs crediderint, ut Festus putat. Hinc est illud Ouidij primo Fastorum:

Hostibus è domitis hostia nomen habet. Sunt tamen qui hostiam ab antiquo uerbo hostio, quod est ferio, nominatam existiment. hinc est illud Plautinũ in Epid. Cuius quoties uides sepulchrum, sacrificas hirco illicò hostias. Erant uerò Romana in repub. duplices hostiæ, maiores & minores: quarum illę in magnis sacrificijs, boues, tauri & uaccæ immolabantur: hæ uerò in minoribus sacrificijs, oues & sues. Maiorum uictimarum siue hostiarum meminit subinde T. Liuius lib. primo Decad. quartæ: Omnium primùm eam rem Idibus Martijs, quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpitius Consul retulit: Senatusq́; decreuit, uti Coss. maioribus hostijs rem diuinam facerent, quibus dijs ipsis uideretur, cum precatione ea, quam rem Senatus populusq́; Rom. de repub. deq́; ineundo nouo bello in animo haberet. Idem septimo eiusdem: Victoriæ naualis ergò in unum diem supplicatio decreta est: in alterum diem, quòd exercitus Romanus tum primũ in Asia posuisset castra, ut ea res prospera & læta eueniret, uicenis maioribus hostijs in singulas supplicationes sacrificare Cos. est iussus. Et iterum nono eiusdem: Quòd Opis ædes in Capitolio de cœlo tacta erat, hostijs maioribus Consules procurarunt, urbemq́; lustrauerunt. Sic lib. secundo Decad. quintæ: Consulibus designatis imperauit Senatus, ut qua die magistratũ inissent, hostijs maioribus ritè mactatis precarentur, ut quod bellum P. R. in animo haberet gerere, id prosperum eueniret,

Duplices hostiæ Romanis.

Maiores hostiæ.

A niret. Ibidem uictimas maiores nominat, ita scribens: Decemuiri lustrandū oppidum, supplicationem obseruationemq́ habendam, uictimis maioribus sacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Mineruæ promontorium, renunciarunt. Ex quibus liquet, nō solùm in urbe, sed extrà in prouincijs, & sacerdotum hæc genera fuisse, eundemq́ sacrificandi ritum cum hostijs maioribus & minoribus usurpatum extitisse. Inuenio & alia hostiarum genera Romanis celebrata, quarū uidetur meminisse A. Gellius lib. 4. cap. 16. uidelicet hostiæ SVCCIDANEAE, quæ quasi prioribus iam cæsis luendi piaculi causa subdebantur, & succedebant. De quibus Senatusconsultum Gellius adducit loco citato huiusmodi: Quòd C. Iulius L. filius pontifex nunciauit in sacrario in regia hastas Martias mouisse, D. E. R. I. C. ut M. Antonius Consul hostijs maioribus Ioui & Marti procuraret. Quod & cæteris dijs, quibus uideretur, placādis, uti procurasset, satis habendum censuerunt. Si quid succidaneis opus esset, Robigus accederet. HOSTIAE præcidaneæ (ut Gellij uerbis loco allegato utar) eadem ratione uerbi dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Porca etiam Præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgauerant, aut aliter eam rem quàm oportuerat, procurauerant.

CAP. XVI. DE CIVITATIS ROMAnæ muneribus cæteris.



ERANT & alia quędam munera ad ciuitatū administrationē pertinentia, eorum uidelicet qui ipsas ciuitates, qui regiones ac uicos ciuitatū curabant, qui loca in senatu primaria obtinebāt, qui ad res decidendas (ut hodie Cōmissarij) constituebantur, & Recuperatores nuncupabantur: deniq́ qui in cōtrouersijs ædium B adhibebantur, uulgò Redemptores. de quibus singulis ordine à me dicetur. CVRATORES trium generū quondam Romanis in ciuitatib. fuisse animaduerto: alios quidem curatores ipsarū ciuitatū generales, alios ciuiū Romanorū qui isthic habitabāt, tertios deniq́ uicorū riparū ac uiarū. Extat formula curatoris ciuitatū apud Cassiodorū lib. 7. Variarū: Quāuis pro se honorabilis habeatur, qui uel nimiā solicitudinē ciuitati propriæ uidet̄ impendere: & inter suos magna reuerētia perfruat̄, qui ciues se amare professus est: tamen indubitatus honor est, qui nostræ electioni cōfertur: quia præditus bonis institutis creditur, cui aliquid Principis autoritate delegat̄. Et ideo ab indictione illa, illius ciuitatis curā ad te uolumus pertinere, ut curator laudabiles ordines curię sapienter gubernes, moderata precia ab ipsis quorū interest facias. Nō sit merces in potestate sola uendentiū, æquabilitas grata custodiatur in omnibus opulentissima. Siquidē & hinc gratia ciuiū colligit̄, si precia sub moderatione seruent̄, ut ueri curatoris impleas officium. Ad huiusmodi curatorē reipub. alludunt autores, Capitolinus in Pio: Romethalcen in regnū Bosphoranū, audito inter ipsum & curatorē negocio, remisit. Meminit & Trebellius Pollio, in historia Tyrannorum: Familiari ergo sibi furore cum quadam die cuiusdam seruus curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militariter ab hoc cæsus esset. Et sic intelliguntur monumenta Vetustatis,

Munera ciuitatis quædam.

Curatores ciuitatum.

Formula curatoris ciuitatū.

Brixiæ:

P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE Q. FLAMINI DIVI TRAIANI PONTIF. IIVIR. QVINQ. TRIB. LEG. II. ADIVTRIC. PIAE FIDELIS. CVRATOR REIPVB. BERGOM. DATVS AB IMP.

Perusæ:

C. VRBIO C. F. L. N. TROGALLO PROCVLEIANO PATRONO PERVSINORVM PATRONO ET CVRATORI R. P. VERONENSIVM IVDICI D. V. DEC.

IMP. TRAIANO CVRATOR REIP. COMENS. DATVS AB IMP. HADRIANO COLLEGIA FABROR. ET CENT. DEC. AEDIL. PATRONO COLLEGII CENT. VRBIVS DIMINIANVS. & quæ sequuntur. A

Secundum genus curatorũ. Secundum genus curatorum erat, qui ciues Romanos in aliqua ciuitate constitutos, & qui ius ciuitatis Romæ habebant, moderabantur: siquidem Romanos ciues etiã extra urbem in exteris prouincijs eodem iure & eadem prærogatiua constitutos fuisse, necq; à gentilitijs magistratibus, sed à quodam Romano, & qui aliquo erat loco gubernatos, testantur his uerbis monumenta Vetustatis.

Mediolani:
C. SERTORIVS. L. F. O. V. F. TERTVLIANVS VETERAN. LEG. XVI. CVRATOR CIVIVM ROMANORVM MOGVNCIACI.

Montoini, prope Spoletum:
C. SERTORIVS. L. F. QV. TERTVLIANVS LEG. XVI CVRATOR CIVIVM ROMANORVM MONTOCIAR.

Lugduni, in Gallijs:
SEX. LIGVRIVS. SEX. FIL. GALERIA MARINVS SVMMVS CVRATOR C. R. PROVINC. LVGDVN.

Curatores uiarum & uicorũ ciuitatum. Sequitur tertium genus curatorum, qui uicos ciuitatis, & extra ciuitatem uias publicas curabant, ripas & cloacas. Et erant quidem distincta munera eorum qui uias publicas & ripas fluminũ curabãt, & qui uicos ciuitatis, ac regiones, propriè Magistri uicorum dicti, siue Curatores regionum. unde in Christianismo postea Cardinales processere. Meminit illorum Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim, sed ex consularibus uiris, quos audire negocia urbana cum præfecto urbis iussit. Talem curatorẽ Octauiũ Augustum Cęsarem fecisse M. Agrippam generum suum, Suetonius in eius Cæsaris historia autor est. Porrò talem curam olim nondum constituto Imperio censorũ B

Censores olim uias curabant. fuisse, ex his T. Liuij uerbis apparet, quæ lib. 1. Decad. quintæ leguntur: Censores uias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas, marginandasq;, primi omnium locauerunt, pontesq; multis locis faciebant. Et de his intelligenda sunt monumenta Vetustatis,

Romæ:
CVRTILIVS HERMEROS FECIT SIBI ET CVRTILIAE THETIDI CONIVGI SVAE CHARISSIMAE ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. SVIS POSTERISQ. EORVM MAGISTER VICI AB CYCLOPIS REGIONE PRI. FABER ARGENTARIVS.

Mediolani:
C. PLINIVS L. FIL. O. V. F. CAECILIVS AVGVR. LEGAT. PROC. PRO PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CAES. NERVA TRAIANO. AVG. GERM. CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM.

Transyluania:
L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVAESTORI. TVRBANTIVM TRIB. PLEBIS PRAETORI CVRATORI VIAE LATINAE IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTH. FIL. DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI HADRIANI. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII IMP. II. COS. III DERESIVS RVSTICVS CVRATOR VELETRIARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS.

Ibidem in fundamentis pontis S. Sixti:
EX AVTORITATE IMP. CAES. DIVI NERVAE FIL. NERVAE TRAIANI AVG. GERMANIC. PONTIF. MAX. TRIB. POTESTA. V. COS. IIII. PP. T. IVLIVS FEROX CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS TERMIN. RIPAM R. R. AD. PROX. CIPP.

Cæterum

A Cæterùm huic triplici generi curatorum aliqui cōnumerant & quartum, curatorum uidelicet rerum publicarū, qui aliàs iudices delegati Iureconsultis, & proprio seorsim uocabulo Recuperatores Romanis dicebant: quales penè sunt, quos nostra ętas cōmissarios appellat, quiq; (uti quōdam) ex senatoribus passim leguntur. Et de his intelligendus est locus Liuij lib. 6. Decad. 3. cum Scipionis Africani bellum in Hispanijs, atq; expugnationē nouæ Carthaginis describeret, essetq; controuersia ob coronæ muralis præmiū inter Q. Trebellium centurionē quartæ legionis, & Sextū Digitium socium naualem. subdit Liuius: Ea dissensio cum prope contentionē ueniret, Scipio tres recuperatores cum se daturū pronunciasset, qui cognita causa testibusq; auditis iudicarent, uter prior oppidum transcendisset. Huc alludit & Capitolinus in M. Cęsare: In Senatus autem honorificentiā multis & prætorijs & consularibus priuatis decidenda negocia delegauit, quo magis eorum cum exercitio iuris autoritas cresceret. Cōmemoratur & alia recuperatio Iurisconsultis, ut autor est Ælius Gallus, cum inter populum & regem, nationesq; & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per recuperationem reddantur res, recuperenturq;, res priuatas inter se persequant. Alludit ad huiusmodi munus iudicum priuatorū A. Gellius lib. 13. Noct. Atticarum, cap. 2. Quo primū tempore, inquit, à prætoribus lectus in iudices sum, ut iudicia quæ appellantur priuata susciperem. Et subdit: Petebatur apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataq;. Sed qui petebat, neq; tabulis, neq; testibus id factum docebat. Et rursus eodem cap. Rem enim de petenda pecunia apud iudicem priuatū agi, non apud censorem de moribus, &c. REDEMPTORES, qui opus aliquod certo precio uniuersum cōducebant: quod hodie ab artificibus passim, præcipuè lignarijs murarijsq; fieri uidemus. Nam ut est apud Iureconsultos, ueteri more

Recuperatores.

Recuperatio Iurisperitorum.

Redemptores.

B redimere pro conducere usurpabatur: Emit quippe sibi, & totum in se suscipit operarius id, quod parare seu facere debet. Meminit Cicero secundo de Diuinatione: Et redemptor qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat. Et libro secundo ad Q. Fratrem: Redemptori tuo dimidiū pecuniæ curaui. Huc pertinet & illud Taciti lib. 17: Nec multo pòst Libertus Onomastus nunciat, expectari eum ab architecto & redemptoribus. Huc pertinet illud Eusebij lib. 1. de Vita Constantini: Vt autem dies illuxit, arcanum exposuit amicis, accersitisq; subinde redemptoribus operum, ex auro & gemmis affabrè magis incisorū, medius sedit, signi speciem indicauit. Et iterum lib. 3: Ille in sublime tollere, magnificè locare nouas ex ærario suo mandabat, sacrosancta uolumina flammis abolere illi, quum multiplicabilem eorum seriem iste redimi de suo iuberet. Huc alludit & Horatius secundo Epistolarum, hoc carmine:

Festinat calidus mulis gerulisq; redemptor.

Porrò Iureconsultis trium generum redemptores celebrantur: ædificiorum, qui construendas ædes certo precio cōduxerant, de quibus iam loquimur, & quorū mentio fit in l. item si precio. §. ij. ff. locat. & in l. ea lege. §. 1. eodem tit. Secundò redemptores uectigalium, qui alia uoce decemprimi, Græcis δεκάπρωτοι dicuntur, quales hodie sunt qui nobis Germanis pfandschillinger/zehendbesteher nominantur. De quibus Iureconsultus in l. Cæsar. in prin. ff. de publicanis. Tertiò redemptores erant causarum, qui lites alienas agendas suo periculo certa pecunia mercabātur: aliàs quadruplatores, & interceptores litis alienæ. De quibus Vlpianus tractat in l. nec quicq;. §. 1. ff. de offic. procons. Nec adeò dissimulare (inquit) si quos causarum concinnatores uel redemptores deprehendat: eosq; solos pati postulare, quibus per edictum eius postulare permittitur.

Redemptores triplices in iure.

Redemptores ædificiorum.

Redemptores causarum.

CAP.

CAP. XVII. DE MUNERIBUS QUIbuſdam in Senatu.

A

Princeps Senatus.



IN SENATV fuerunt & principes, in ciuitatibus Romanis paſſim nõ quidem magiſtratus, ſed loco aliquo habiti, uidelicet princeps Senatus, primicerij & ſilentiarij. Princeps Senatus fuit ſorte, qui primam ſententiam habebat, & prærogatiuam, quam uocabant Romani primæ ſententiæ. De quo Cicero lib. 1. Epiſtolarum ad Atticum: Et ille ſolus in dicendo locus habet autoritatẽ penè principis, & uoluntatem non nimis deuinctam etiam beneficio Conſulis. Meminit & Florus ex Liuio cap. quadrageſimooctauo: Marcus Æmilius, qui princeps Senatus ſextis iam cenſoribus erat electus. Huc pertinet & Trebellij Pollionis locus in hiſtoria Valeriani: Quid uobis Patres conſcripti uidetur de Cenſore deligendo? atque eum qui erat princeps, cum Senatus ſententiam rogaſſet abſente Valeriano. Et iterum in hiſtoria tyrannorum, cum Piſonis uitam deſcriberet: Aurelius Fuſcus conſularis primæ ſententiæ, qui in locum Valeriani ſucceſſerat. Sic Tacitus libro tertio hiſtoriæ Auguſtæ: Exemit etiam Druſum conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ, quod alij ciuile rebantur, ne cæteris aſſentiendi neceſſitas foret. Aulus Gellius lib. decimoquarto, cap. ſeptimo, prærogatiuam huiuſce muneris ita depingit: Senatus quoque conſultum fieri duobus modis: aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur, aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas. Singulos autem debere conſuli gradatim, incipiq́ à Conſulari gradu. ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in Senatum lectus eſſet. Huc alludit & Flauius Vopiſcus in Aureliano: Tum ſurrexit primæ ſententiæ Vlpius Syllanus, atque ita loquutus eſt. Et iterum: Quibus recitatis Aurelianus Tacitus primæ ſententiæ ſenator ita locutus eſt. Idem in Taciti hiſtoria: Poſt hæc cum Tacitus, qui erat primæ ſententiæ conſularis, ſententiam incertum quam uellet dicere, bis Senatus acclamauit. Et iterum in uita Probi Cæſaris: Poſt hæc Manlius Statianus, qui primæ ſententiæ tunc erat, ita locutus eſt. Huc pertinet & ille Capitolini in Gordianis locus: Cumq́ ingreſſi eſſent curiam, ac præcipuè timorem Maximini aduentu ferrent, oſtenderentq́, referente conſule de alijs rebus, qui primam ſententiam erat dicturus, ſic orſus eſt. Alludit ad huiuſmodi ſenatores principes, ſiue primæ ſententiæ, & Claudianus poeta in Panegyrico Olybrij & Probini, hoc carmine: B

—Licet ære uetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem, ſed prima ſede relicta
Anthemijs de iure licet certare ſecundo.

Meminerunt huius dignitatis & iureconſulti, Modeſtinus in l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis princeps. de excuſ. tut. Et ſic intelliguntur inſcriptiones Vetuſtatis apud nos erutæ.

Apud ripam Mariſij fluminis in uicinia Hungariæ & Tranſyluaniæ:

TENACI VINDICI LEG. LEG. XXIII. PRINC. CIVITATIS NICOPOLITANORVM P. TENAC. S. GEMELLINVS AVG. COL. APVL. LIBERTVS. L. D. C. D. L. D. D. D.

Prope Varadinum in thermis:

VALENS IIVIR. COL. ET COMINA FLORENTINA PARENTES INEFFICACISS. PEVRIO SATVRNINO LEG. A. T. AVGVST. PRAEPOSITOQ. CONSVLARI COLONIAE DACICAE SARMATICAE D. D. D.

Atque

A Atque ut nihil hic dicam de principibus legionũ & iuuentutis Romæ, de quibus lib. 4. & 10. abundè dictum est, principes etiã adnotantur Iureconsultis agentiũ in rebus. de quibus Bartolus: Principes, inquit, agentiũ in rebus appellantur illi, qui palmam laborũ meriti per defluxum XXV annorum, per principem quieti traditi sunt, de quibus Iureconsultus XII Codicis, lege prima & tertia. PRIMICERII, primi erant & antesignani omniũ dignitatũ, quòd in tabula cerata primi notarentur. κηρὸς enim Græcis est cera. Vnde in lib. Præfecturarũ secundoceriũ legitur. Et Marianus in descriptione reipub. Theodosij Arcadij & Honorij primicerios notariorũ, primicerios sacri cubiculi, & primicerios castrenses enumerat. Idem primocheriũ à manibus, quasi primarium appellat. Et Ammianus Marcell. Valẽtini primicerij protectorũ: Hieronymus denique in Chronicis Eusebij, Iouiani primicerij domesticorũ mentionẽ faciũt. Hinc rectè Suidas: πριμικήριος, inquit, ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. Sic Zonoras monachus, μεγάλου πριμικηρίου σκιάδιόν ἐστι μέσον λευκοῦ καὶ μέλανος. Cassiodorus in epist. Athalarici regis Gothorũ ad senatores urbis Romæ: Illustri uiro, inquit, atque magnifico Maximo primiceriatus, qui & domesticatus dicitur, gerendam duximus dignitatẽ. Idem lib. sexto Epist. primiceriatus magistratũ summo loco in Augustali comitatu describit: In forma comitiuæ sacrorũ est & primiceriatus, ubi ad publicæ, inquit, festiuitatis indicium, locũ quoque primiceriatus adiungimus. Parum est autẽ quòd prouinciarũ iudices tuæ subiacent potestati, ipsis quoque proceribus chartarũ confirmas officium, dum perfectum nõ creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum. uestis quoque sacra tibi antiquitùs noscitur fuisse cõmissa. curas quoque littorũ aduentitia lucra, prouisionẽ comitis. Quicquid in uestibus, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere preciosum, tuis ordinationibus obsecundat. Idem formulam huius magistratus describit eodem lib. epistola ad Comitem sacrarum largitionum: Sed huic, ut diximus, munerariæ dignitati præconem largitatis nostræ publicæ felicitatis iudiciũ, locum quoque primiceriatus adiungimus, ut per te demus honores, per quem & nostræ pecuniæ conferimus largitates. Plura Iureconsulti libro XII Cod. Huc uidentur spectare, quæ de primicerijs Marianus adnotauit in libro Præfecturarum inclinantis Imperij, qui sub officio Comitis cõmerciorum per Illyricum undecim primiceria recenset: uidelicet primiceriũ totius officij, primiceriũ scrinij canonũ, primiceriũ scrinij tabulariorum, primiceriũ scrinij numerariorũ, primiceriũ aureæ massæ, primiceriũ auri ad responsum, primicerium scriniorũ sacri uestiarij, primiceriũ argenti, primicerium à pecunijs, & primiceriũ à Miliacensibus. Vegetius primicerios etiam in militia describit lib. secundo, cap. 21: Sicut primicerius, inquit, in officio præfectorum prætorioque ad honestum quæstuosumque militiæ peruenit gradum: ita legionarij equites, cohortes suas contubernij affectione uenerantur. Porrò extat & hoc nobis genus à Francorum, ut puto, memoria, & uulgò in omnibus muneribus uernacula lingua uocamus Eyn oberster.

Primicerij ciuitatum.

Officium primicerium.

B

SILENTIARII, ut inquit Procopius, ministri sunt ad ea quæ silentij quietisque sunt, interiores in domo principis, & arcanorum principis conscij: quales hodie sunt qui in aulis Principum uenerantur sub nomine gentilitio, Geheymen rath/ geheymen Secretari. Quo loco, REX INCLYTE, uteris illustribus, generosis, clarissimis, magnificisque uiris ac Dominis, IOANNE HOFMANO, libero barone à Strecha & Grimbuchel: TRAVTSEMIO, item libero barone à Schroffenstein: GEORGIO GIENGERO Iurisconsulto, & Laureacensi præfecto: & IACOBO IONA I.V. Doctore consultiss. Cancellario, patronis meis obseruandissimis. Meminere huius ordinis generisque Iureconsulti in l. tertia, Codicis libro XII. §. de

Silentiarij.

§. de silentiarijs & decur. Fit præterea in Epigrãmatis Græcis mentio Pauli Silentiarij, qui poemata & libros epigrãmaton scripsit ad Agathiã scholasticũ. Et Procopius historicus: Ad ea, inquit, quę quietis sunt in Palatio, ministrũ silentiariũ uocant, sicut domesticũ, arcanorũ Principis conscium. Porrò ad huiusmodi senatores pertinebat Senatusconsultum tacitum, de quo cap. libri superioris quarto, dictum à nobis est abundè. COMES laborum appellabatur in ædibus Romanis, cui omnes mediastini & artifices omnes in domo parebant. Cuius meminit inscriptio Romana Veronæ in foro boario, in porticu Ruffini: A

Comites laborum.

C. ATISIVS C. L. FELIX C. ATISIVS C. L. GAMVS BE. ET V.

CAP. XVIII. DE FUNERARIIS, UESPILIONIbus, polinctoribus, omnibusq́ ceremonijs quæ in funeribus Romana in Republica adhibebantur.



TAMETSI certum & ordinarium sacerdotij genus nõ fuerit, eorum qui funera efferri curabãt: tamen quia parẽtationes iustaq́ res sacræ Romanis censebantur, libuit sub finem huiusce libri, uterem magis morẽ hac in re, ritusq́ ac ceremonias referre, quàm sacerdotia eius generis exaggerare. Re itaq́ paulo altius repetita definire, eiusq́ discrimina ex fide historiæ explicare nõ grauabor, priusq́ ritus ac ceremonias sacrificiaq́ ea in re usurpata attingam. Inuenio igitur funeris in primis differentiam eam, qua in funus secabatur uerum, & imaginarium, & translatitium. Hoc discrimen sequebantur, funera indictiua, siue imperatiua, censoria & gentilia. Primò omniũ, ut ita dicam, funus reale hoc est, quod efferebatur, cadauere in pyra combusto, & cinere in urnam collecto. Aliud erat funus CENSORIVM, quòd cum maxima pompa, omnibusq́ ceremonijs efferebatur: id quod non nisi maximis, maximeq́ de republica benemeritis uiris adhibebatur. de quo mentio extat apud Cornelium Tacitum lib. historiæ Aug. quarto: Is fuit Lucillius Longus, omnium illi tristium lætorumq́ socius, unusq́ è senatoribus, Rhodij secessus comes. Ita quanquam nouo homini, censorium funus, effigiem apud forum Augusti publica pecunia patres decreuere. Et iterum lib. 20. Abrogati inde lege ferente Domitiano consulatus, quos Vitellius dederat, funusq́ censorium Flauio Sabino ductum, magna documenta instabilis fortunæ, summaq́ etiam miscentis, fuit. Porrò tale funus publicè per præconem indicebatur, & à prætore imperabatur: unde funus INDICTIVVM & imperatiuum nuncupabatur. Cuius uocis meminit Suetonius in Dictatore. Funus TRANSLATICIVM erat funus mediocre, censorio cõtrarium, quasi aliunde translatũ: quẽadmodum Iureconsultis edicta translaticia dicuntur, quæ nõ magni sunt momenti. Meminit Suetonius in Nerone, de morte Britannici tractans: Postero die raptum inter maximos imbres, translaticio extulit funere. Ad hoc alludit Cor. Tacitus his uerbis: Nox eadem necem Britannici, & rogum coniunxit prouiso antè funebri apparatu, qui modicus fuit. Funus IMAGINARIVM erat, cum aliquis mortuus procul à patria esset, ita quòd in patria, in parentationis ritu, imago defuncti loco cadaueris portaretur: quæ adhuc hodie apud nos Christianos consuetudo in exequijs tenet, nisi quòd loco imaginis feretrum tectum panno cruciato proponitur. Meminit Spartianus in Seuero, qui in Britannia obierat: Funus Pertinacis imagini duxit, eumq́ inter duos sacrauit. Quam historiam in Pertinacis historia & Iulius Capitolinus repetit, funus imaginariũ tradens Pertinaci Imperatori factum. Huc alludit & Suetonius in Claudio, quum mortem Drusi describeret, qui in Germania obierat; corpus eius per municipiorum & coloniarũ primo-

Funeris discrimina. B

Funus censorium.

Funus indictitium.

Funus translaticium.

Funus imaginarium.

A primores, suscipientibus obuijs scribarum decurijs, ad urbem deuectum, sepultumq́ est in campo Martio. Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis milites decurrerent. Atque de huiusmodi funebri decursione, siue parentatione militari, libro quarto huius Operis plura diximus. Nunc & ministros funeris efferẽdi, & ritus ceremoniasq́ explicabimus. Inuenio autem ministrorum quadruplex genus, uidelicet pollinctores, sandapilarios, uespillones, & libitinarios. POLLINCTORES erant, qui antequam efferebatur cadauer, ungebãt odoriferis aromatibus & unguentis: uel à liniendo dicti, uel quòd in funeribus cœnas opiparas celebrabant, & panes ex polline comparabant. Meminit Suetonius in Domitiano: Cadauer eius populari sandapila uespillones exportatũ, & pollinctores. Appianus libro quarto belli Ciuilis, cum de proscriptis ab Antonio ageret: Pollinctoribus denique sepulchra perscrutantibus, seruus se ultro ut caperetur obtulit, quoad Lucretius iterũ ad portas profugit: ibiq́ tamdiu commoratus est, ut rediret seruus, cuius uestem sibi induit: iterumq́ ad uxorem redijt. Huc pertinet & illud Apuleij in aureo Asino: Pollinctor eius funere dum unctionem parauit. Huc alludit & Plautus in Asinaria: Ecquis currit pollinctorem accersere? Sic que intelligitur & hic uersus Martialis lib. 10 Epigrammatôn: *Decursio funebris.* *Ministrorũ funeris discrimina.* *Pollinctores.*

Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato.

Et hoc Antiquitatis exemplum de præfica, cuius rhapsodiam subijciemus, inter Baias & Anuersam in Italia repertæ:

D. M.

P. ATTILIO RVFFO ET ACTILIAE BERONICAE VXOR. VIXER. AN. XXIIII. SED PVBL. MENS. X. ANTE NATVS EST ET EADEM HORA FVNGOR. ESV AMBO MORTVI SVNT. ILLE ACV ISTA LANIFICIO VITAM AGEBANT NEC: EX EORVM BONIS PLVS INVENTVM EST QVAM QVOD SVFFICERET AD EMENDAM PYRAM ET PICEM QVIBVS CORPORA CREMARENTVR: ET PRAEFICA CONDVCTA ET VRNA EMPTA.

B

SANDAPILARII erant, qui feretrum ferebant, aliàs etiam uespillones uocati. Stesimbrotus de morte Polycratis Samiorum tyranni: Posteaquam, ait, de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est. Huc pertinet illud Sidonij Apoll. in Epistolis: Hunc non uespillonum, sandapilariorumq́ ministeria ominosa tumulauere. Et sic intelliguntur uersus poetarum. Iuuenalis VIII Satyra, *Sandapilarij.*

Inter carnifices & fabros sandapilarum. Martialis lib. 2. Epigram.
Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Cum tamen hæc tua sit Zoile sandapila.

VESPILLONES, à uespertino tempore dicebantur, quo efferri & cremari cadauera defunctorum solebant: quanquam cum sandapilarijs confundatur hæc passim apud autores uocula, tamen propriè eos significat, qui rogum curabant, aliàs bustuarij. Meminit Suetonius in Domitiano: Corpus eius populari sandapila per uespillones exportatum. Huc alludit & Marcellinus libro historiæ suæ Augustæ XXIX: Sed Heliodoro, incertum morbo an aliqua ex cognata ui, mortuo (nolim dicere, utinam nec ipsa res loqueretur) funus eius per uespillones elatum, pullati præcedere honorati complures, inter quos & fratres iussi sunt consulares. Idem Bustuarios appellat ibidem: Superatus tamen, inquit, precibus destinatis, tandem nudatis capitibus infaustam bustuarij libitinam adusque sepul- *Vespillones.* *Bustuarij.*

chrum incedentes pedibus. Et sic intelligitur illud Martialis primo Epigram. A

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.

Libitinarij. LIBITINARII erant, qui asseruabãt sandapilam, & reliqua quæ ad ritum cere monias͡q; efferendi funeris pertinebãt: à templo Libitinæ dicti, ubi asseruabãtur. Quod genus nobis adhuc Viennæ extat, & appellatũ Parleiche. Meminit Seneca lib. sexto de Beneficijs: An tu Aruntiũ & Alerium, & cæteros qui captandorũ testamentorum artem professi sunt, nõ putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, uota? illi quorum mortes optent nesciunt, & familiarissimum quenq; mori cupiunt. Valer. Max. lib. quinto de Factis dictis͡q; memorabilibus: Marco *Libitina.* Cornuto pretore funus Hirci & Pansæ locante, qui tum libitinã exercebant, tunc rerum suarum usum, tum ministerium gratuitum polliciti sunt, quæstum͡q; contempserunt, nulli alij rei quàm quæstui uiuentes. Et sic intelligitur illud T. Liuij lib. 4. ab Vrbe: Pestilentia in agris foris͡q; & conciliabulis, & in urbe tanta erat, ut libitina uix tunc sufficeret. Item illud Suetonij in Nerone: Accesserunt tantis ex principe malis probris͡q;, quædam fortuita: pestilentia unius autumni, qua triginta funerũ millia libitinæ uenerunt. Et sic denic͡q; rectè intelligi possunt hæc poetarum carmina: Horatij, cum canit,

Non omnis moriar, magnaq; pars mei Vitabit Libitinam. Iuuenalis:

Miraturq; nihil nisi quod libitina sacrauit.

Sic Martialis in Epigram.

Iam grauis arsuro struitur libitina papyro.

Huc pertinet & illud Sidonij Apoll. in Epistolis: Sed cum libitinam ipsam, qui exoscularentur, pensitarent, remorarentur͡q;. Apuleius metaphoricè libitinos, inuasores rerum alienarum appellauit, tanquam exitiales & pestiferos, instar libi *Porta Libitina.* tinæ. Erat porrò Romæ porta Libitina, per quam cadauera ad libitinam efferebantur. Plutarchus in Problematibus reddit causam, quare libitina uocetur: B quòd uidelicet Venus principio & fini uitæ præsit, quæ propriè ueteribus Libiti *Ritus efferendi funus.* næ nomenclaturam meruerat. Atq; hæc de ministris funerum. Nunc ad ritum funus efferendi transeo, in quo & faces ferebantur, ut apud nos Christianos ad *Faces ferebantur & olim in funeribus.* huc fieri solet. Portabatur & cerea imago uiri, ac incedebat quispiam qui defuncti personam repræsentabat, quem Archymnum uocabant. Præterea in lecto fe *Archymnus funeris.* rebatur cadauer: qui adhuc in Hungaria & Croacia mos tenet. Quæ omnia ex fide receptissimorum autorum probabo ordine. De facibus, quòd ferebantur, *Faces prælatæ funeribus elatis, ut hodie.* testatur Cornelius Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Die quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modò per silentiũ uastus, modò ploratibus inquies, plena urbis itinera, conlucentes per campum Martis faces. Illic miles cum armis, sine insignibus magistratus, populus patribus, concidisse Rempublicam, nihil spei reliquum, clamitabant. Huc alludit & Virgilius, cum Pallantis funus describit undecimo Æneidos:

Et iam fama uolans, tanti prænuncia luctus,
Euandrum, Euandriq; domos & mœnia complet,
Quæ modò uictorem Latio Pallanta ferebat:
Arcades ad portas ruere, & de more uetusto
Funereas rapuere faces: lucet uia longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.

Lecti funebres Lectorum funebrium meminit supra Liuiũ Florus, cap. XLVIII. Marcus Æmilius Lepidus, qui princeps Senatus sextis iam censoribus erat lectus, antequã expiraret, præcepit filijs, lecto se strato sine linteis efferrent, in reliquum funus

ne plus

A ne plus quàm æris denos consumerent: imaginum specie, non sumptibus, nobilitari maximorũ uirorum funera solita. Huc alludit & Appianus Alex. lib. secundo Ciuilis belli, cum de Cæsaris Iulij morte agit: Hæc referens, inquit, uestem à pectore quasi lymphatus quidam abscidit, seq́ꝫ ea accingens, manuum dexteritate lectum sub tentorio posuit. Et subdit: Sic furente turba, cum ad manus se accingeret, quidam ex castris lecto imaginem eius extulit cera fabricatam. Hæc ille. Quæ ostendunt, & imagines insigniaq́ꝫ lecto affixa gestata fuisse, ut adhuc hodie in nobilium atque aliquo loco natorum funeribus fieri consueuit: denique & ceream imaginẽ in lecto fuisse, & ante lectum etiam prælatã, qui mos exoleuit. De imaginibus lecto affixis, scribit Tacitus lib. 3. historiæ Augustæ, cum Germanici funus describit: Fuerunt qui publici funeris pompam rogarent, compararentq́ꝫ, quę in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. Ipsum quoque asperrima hyeme Ticinum usque progressum, neque abscedentem à corpore, simul urbem intrauisse, circumfusas lecto Claudiorum Iuliorumq́ꝫ imagines, defletumq́ꝫ foro, laudatum pro rostris, cuncta à maioribus reperta, aut quæ posteri inuenerint circumlata. Idem lib. secũdo: Funus sine imaginibus & pompa per laudes & memoriam uirtutum eius celebre fuit. Atq́ꝫ hæc de imaginibus, siue insignibus lecto funebri affixis: quæ adhuc consuetudo in ordine nobilium siue equestrium manet. Porrò quòd cerea imago in pompa funebri ferebatur in lecto, qui mos ob idololatriam à nobis est Christianis explosus, & loco illius ordinis ornamenta restituta, meminit Appianus Alexand. lib. secundo Ciuilis belli sic: Furente turba, cum ad manus se accingeret, quidam ex Cæsaris lecto imaginem eius extulit cera fabricatam. nam corpus supinum in lecto residens, haud ab

Imagines latæ in funeribus.

Imagines lecto affixæ.

Cerea imago in lecto portata.

B ullo cerni poterat. Imago autem ex machina undiquaq́ꝫ uertebatur, ac tres supra uiginti plagas per uniuersum corpus uultumq́ꝫ ostendebat. Ad huiusmodi imaginem alludit etiam Tacitus lib. secundo historiæ Augustæ: Tunc Cotta Messalinus, ne imago Libonis exequias posterorũ comitaretur, censuit. De archymno uerò, qui personam defuncti sustinebat, eiusq́ꝫ laudes dicta factaq́ꝫ repræsentabat, extat locus apud Suetonium in Vespasiano, ubi tradit Fauonem archymnũ ad repræsentandam auaritiam Vespasiani, interrogasse procuratores funeris, quanti constaret pompa? ut uerò audiuit sestertiũm centies: exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se uel in Tiberim proijcerent. Cæterùm uidetur & illud pertinere ad ritus in efferendo explicandos, quòd Imperatores olim senatorũ humeris efferebantur: quæ adhuc consuetudo in ordine Regum, Principumq́ꝫ manet. Hinc Suetonius in Augusto: Verùm adhibito honoribus modo bifariam laudatus pro æde diui Iulij à Tiberio, & pro rostris ueteribus à Druso Tiberij filio, ac senatorum humeris delatus in campum, crematusq́ꝫ. Cæterùm in magnatum & ditiorum funeribus præcedebant sacerdotum collegia, præferebantq́ꝫ signa, uexillorum insignia, coronas, & omnia donata ornamenta: quę adhuc hodie non omnino consuetudo abijt. id enim passim in principum uirorum elationibus uidere licet. Sic Appianus Alexandrinus Syllæ funus nimirum describit his uerbis: Fuit autem ad omnia felicissimus usque in finem, sic felix habitus, tantũ prosperitatis quantum concupierat assecutus. Et statim quidem post eum seditio in urbe emicuit, quum nonnulli corpus eius per Italiam pompæ in modum ferendum dicerent: deinde urbi illatum, fori in medio publicè humandum: Lepidus uerò & qui circa illum erant, aduersarentur. uicere demum Catulus, & cæteri Syllanæ factionis comites, corpus per Italiam in urbem lectica aurea regum more illatum est. Tibicinum copia, equitumq́ꝫ, ac cæterorum multitudo progrediebatur. post hos, milites omni ex parte, & ad pompam instructi armis accurabant:

Archymnus funeris.

Imperatores senatorum humeris efferebantur.

Signa & ornamenta prælata in funeribus.

& ut quisque accesserat, protinus in ordinem referebatur. Verùm multitudo ingens, qualis nullo unquam in opere uisa fuerit, accessit. Præcedebant signa, securesque, quibus dictator cum esset, utebatur. Hunc in modũ insigni pompa, magno apparatu in urbem defertur. Coronæ ex auro ad duûm millium nummûm, pluresque summa cura fabricatæ. Vrbium dona, ac legionum sub eo militantium ab amicis singulatim ferebantur, aliáque ad sepulchri decus addita, quorum splendorem eloqui nemo posit. Corpus denique accurrente exercitu, sacerdotes sacræque uirgines per uices detulere. Senatus item, reliquique magistratus cum uexillis eorum sequebantur. alio deinde ornatu equitum turba exercitusque omnis per partes diuisus, qui sub ipso fuerat. Magno demum studio ad ferendum unusquisque accurrit, uexilla aurea argenteis præferentes armis, quibus ad pompas nunc etiam utuntur. Tubarum infinitus fuit numerus, quarum multitudo per partes grauiorem tristem'que emittebat sonum. Vox laudantium prima Senatus erat, deinde equitum, postremò exercitus, &c. Et quum in forum delatum esset, funebrem orationem habuerunt, insistente Fausto filio adolescente. Atque hæc de ijs, quæ in efferendo funera Romanis adhibebantur, ceremonijs ac ritibus, dicta sufficiant. A

Mos cremandi cadauera apud Romanos.

Superest, ut etiam consuetudinem eius populi, quam in cremando condendo'que cinerem adhibebant, ostendamus. Erat autem huiusmodi, quòd cadauer in pyra & pice cremabatur, atque cinis exinde in ollas colligebatur, atque phialas, libamento in uitro uel phiala ex uino & lacte adiecto, & lumine: quod subinde in erutis monumentis Romanorum inuenimus.

Libamenta & cinis sepulchrorum.

Lumen in sepulchris.

Quemadmodum & Patauij in Italia, in hominum memoria, tales phialæ cum lumine adhuc ardente, & duplici uase inclusæ, repertæ sunt, quarum effigies ac inscriptionum rhapsodia exemplis Vetustatis ab Appiano insertæ cernuntur.

Magna industria Romanorũ in igne perpetuo sepulchris addito.

Tanta fuit eius populi industria, & sumptus tanti, ut auro in pinguedinis liquorem arte soluto, diutissimè & per multa secula arsurum ignem foueret: id'que sub terra, quòd magis mirandum est, absque aeris adminiculo. Quanquam occultos canales foràs in ambientem directos crediderim extitisse, qui aerem intrò ferrent, ac perpetuum illum ceu ignem uentilarent. B

Nũmus δανάκην in sepulchris.

Huc pertinet, quòd nummum quendam cranei rictui dentibusque indebant, quem δανάκην Græci uocant: ea superstitione ducti, quòd expeditius animæ precio tantillo apud inferos à Charonte transueherentur. cuius rei & Aristophanes mentionem facit, & nos subinde in loculis Romanorum deprehendimus. Ne uerò nos uana dicere quispiam existimet, quæ non possimus receptissimorum authorum testimonijs fulcire: de crematione notior res est quàm ut probatione indigeat.

Collectionis cineris apud Romanos ritus.

De cineris collectione, atque ritu in ea re obseruato, extat locus apud Herodianum libro tertio sub finem: Nam corpusculo ignibus tradito, cinerem ipsum cum odoribus in uasculum alabastri coniectum, Romam ferebant, ut uidelicet in sacris Principum monumentis componeretur. Et iterum libro quarto ab initio, de urna ac cineribus Septimij Seueri scribens: Igitur Principes ipsi cum purpura imperatoria, pòst sequebantur Consules, urnam cum Seueri reliquijs gestantes. Qui autem nouos imperatores consalutauerant, prægressi, deinde urnam quoque ipsam supplices adorabant. Ita comitati magna pompa, composuerunt ipsam in templo, ubi Marci & superiorum principum sacra uisuntur templa, monumentaque. Huc pertinet illud Suetonij in Augusto, cum eius pompam funebrem describit: Nec defuit uir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cœlum uidisse iuraret. Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt. Ex quibus uerbis colligimus, in funere maximorum uirorum aliquo etiam loco uiros cinerem collegisse, ac sicubi aliò aueheretur ad

A maiorum Mausolea, urnam cum cinere humeris gestasse. Item animaduertendum, liquores odoriferos adiectos fuisse, ut Herodianus apertè scribit. Quā rem ita se habere, ipsi quoque in eruto loculo quodam in ruinis Carnunti sub Vienna, obseruauimus. Erat saxum excauatum quadratum, in cuius fundo quatuor arte excauatæ ceu foueæ erant, unde fragātissimus odor spirabat, qui nares meas ita affecit, ut si moschū oppobalsamumq́ olfecissem. Porrò illud silentio transeundum non est, cranium magna ex parte integrum, utpote rogo sublatum, antequam fuisset in cinerem redactum, loculo inditum extitisse, simul & brachia. Talis loculus erat superioribus annis & in Styria repertus, plumbeus, in quo urcei, crania duo, & totidem brachia inclusa erant. Dentibus nummus inditus erat, ille quem diximus δανάκην dici Grecis. brachiorum denique digitis annuli ex electro miro artificio fabrefacti sunt. Præterea in alijs torques aurei, & similia reperta ornamenta, ac serenissimo Regi nostro FERDINANDO subinde allata. quod referimus hic propterea, ut confirment quæ de uetusto Romanorum more ac ritu, circa collectionem cineris, dicta sunt. quemadmodum & illud, quod de uitris ac phialis libamento impletis à Marone traditur. Equidem in ruderibus Carnunti illius ueteris, celeberrimæ Illyrici coloniæ (cuius etiam Liuius libro tertio Decadis quintæ mentionem facit) quæ apud nos in Austria extant haud procul à Vienna, quum aliquando eò inquirendæ Vetustatis gratia profectus essem, in itinere haud procul à Carnunti situ, à familiari quodam, cuius aliquando sanitati operam dederam, quod me auidum scilicet ille monumentorum audiuisset, ductus in uineam sum: cumq́ in meam gratiam monumentum aperuisset, uitrum liquore quodam in loculo unà cum phialis ac urceis inuenimus. Erat liquor is uino rubro quàm simillimus: quem unus ex rusticis qui simul aderant, paulo audacior, cum

Odoriferi liquores adiecti cineribus.

Nummus in sepulchris mortuorum.

Libamenta sepulchrorum.

Vinum pro libamento in sepulchris Rom.

B gustasset, generosissimi uini gustum referre asseuerabat. Sed hæc aliàs. Nunc de phialis quæ Herodianus scribit libro quarto historiæ Augustæ, subijcere placet: Cadauer, inquit, efferri iussit, compluribusq́ ignis rogum strui, deinde impositum in medium, mactatisq́ omne genus animalibus subiecit ignem: phialamq́ manu tenens, uinumque libans, uentos precabatur. Inuenio & mulsum pro libamento usurpari solitum. quemadmodum legitur de Terentio, quem Scipio Africanus de manu hostium liberauerat, & triumphantem Scipionem pileatum secutum fuisse uelut illius libertum, & Scipione mortuo ad exequias mulsum exhibuisse, aliaq́ ad funeris celebritatem admouisse. Prǽterea de artificioso isto lumine sepulchris potentiorum indito, & per aliquot secula ardente, uti proposuimus hocce capite, & à multis audiueramus qui id in loculis Romanorum inuenerunt, extat locus apud Plinium libro trigesimotertio, cap. tertio: Nec pudet tribunatum (ait) militarem salarijs emere, cum ipsum nomen à candelarum lumine impositum appareat. Accensio candelabri talis fuit, ut author est Dion. Iussu preconis Clesippus fullo, gibbere præterea & alio fœdus aspectu fabricatus est, emente id Gegania sestertijs quinquaginta, eodemq́ ostentante in conuiuio emptum, ludibrij causa nudatus, atq́ impotentia libidinis receptus in thorum, mox in testamentum, prædiues numinum uice illud candelabrum coluit: & hanc Corinthijs fabulam adiecit, uindicatis tamen moribus nobili sepulchro, per quod æterna supra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Confirmat quoque quod diximus de lumine, siue lucerna, in sepulchris Romanorum reperto, Appianus mathematicus in suo Antiquitatum libro: Patauij (inquit) monumentū uetustissimum nuperrimè repertum, uidelicet urna fictilis, cum inscriptione infra scriptorum sex uersuum; intra quam reperta est lucerna adhuc ardens, intra

Phialæ in monumentis Ro.

Lumen artificiosum per multa secula in sepulchris.

duas ampullas, altera auro, altera argento purissimo liquore quodam plenæ, A
quorum uirtute creditur per multos annos lucernam hanc arsisse. Erant autem uersus primi sex tales:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est nobis, hoc quod in urna latet.
Namque elementa graui clausit digesta labore,
Vase sub hoc modico, Maximus Olibius.
Adsit fœcundo custos sibi Copia cornu,
Ne precium tanti depereat laticis.

Parentationes ueteres, & ceremoniæ illius.

Atq; hæc de sepeliendi, quæ fuit in republica Romana, consuetudine. Nunc iusta ac parentandi rationes ritusq; subijciam, ex Herodiani libro quarto historiæ Augustæ ab initio, quum de morte Seueri Septimij agit: Nam corpusculo (ait) ignibus tradito, cinerem ipsum cum odoribus in uasculum alabastri coniectum, Romam referebãt, ut uidelicet in sacris Principum monumentis componeretur. Et subdit: Sed in primis tamen iusta parenti persoluerent. Mos est enim Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filijs uel successoribus moriuntur: quiq; eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter diuos. Est autem tota urbe quasi luctus quidam festæ celebritati promiscuus. Sed certam imaginem defuncto quàm simillimam fingunt, eamq; in regio uestibulo proponunt supra eburneum lectum maximum atque sublimem, uestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit, circa lectum uerò utrinque magnam partem diei sedent: à læua quidem Senatus omnis uestibus atris amictus, à dextra uerò matronæ, quas uirorum aut parentum dignitas honestat. Harum nulla uel aurum gestat, uel ornata monilibus conspicitur: sed uestibus albis exilibus indutæ, mœrentium speciem præbent. Hæc ita per septem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumq; ueluti ægrum, deterius se habere subinde pronunciantibus. Deinde ubi iam uisus obijsse diem, lectum humeris attollunt equestris senatorijq; ordinis nobilissimi ac lectissimi iuuenes, perq; uiam Sacram in uetus forum deferunt, ubi magistratus Romani deponere imperium consueuerunt. Vtrinque autem gradus quidam sunt, ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus est è nobilissimis atque patricijs, altera fœminarum illustrium, hymnum in defunctum pæanas'que canentium, uerendo & lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra urbem proferunt in Martium campum: ubi, quà latissimè campus patet, suggestus quidam specie quadrangulari lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius est totum aridis fomitibus oppletum, extrà autem intextis auro stragulis atque eboreis signis, uarijs'que picturis exornatum. Infra uerò alterum munusculum quoddam positum est, sed forma & ornatu persimile portis ianuis'que patentibus. tertium item & quartum semper superiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod est omnium breuissimum, perueniatur. Posses eius ædificij formam comparare turribus his, quæ portubus imminentes, nocte igne prælato naues in tutas stationes dirigunt, Pharos uulgò appellant. Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato, aromata & suffimenta omnis generis fructus'que herbas'que succos'que omnes odoratos conquirunt, & aceruatim effundunt. Quippe neque gens est, neque ciuitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro se quisq;

Cõsecrationis mos, quam hodie Canonizationẽ Romani Pontifices uocant.

Imago defũcti in parentationibus proposita.

Veteres exequiæ uel parentationes quales fuerint. B

Ceremoniæ in cremationibus ueterum Imperatorum ac illustrium uirorum adhibitæ.

A quisque suprema illa munera Principis honori deferant. Vbi uerò ingens aromatum aceruus congestus est, & locus omnis expletus, tunc circa ædificium illud adequitant uniuersi equestris ordinis, certa quadam lege ac recursu motúque pyrrhichio, numeróque in orbem decurrentibus. Currus item circum aguntur insessi purpuratis rectoribus, qui personas ferant ducum omniũ Romanorum, principumq́ illustrium. Quæ ubi celebrata sunt, facem capit Imperij successor, eam'que tabernaculo admouet. Tum cæteri omnes undique ignem subijciunt, cunctáq́ illicò fomitibus illis odoramentis'que referta, igne ualido corripiuntur. Mox ab extremo maximó que tabernaculo, tanquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igne aquila demittitur, quæ in cœlum creditur ipsam principis animam deferre. Atq́ hactenus Herodianus. Quæ si uelit quispiam cum hodierna pompa exequiarũ, quæ principibus adhibetur, conferre, uidebit quædam gentilitia, sed tamen bona ratione à Christianis immutata, eâdem in Romana republica manere. Hodie enim inter candelarum ordines scamnum panno cruce signato coopertum collocatur, imaginem sandapylæ uel lecti quo homo effertur repræsentans. Deinde cum sacrificium incipitur, aut uigiliæ canuntur, quemadmodum ab illis ex choro pæana pueri & iuuenes canebant, consistunt utrinque una ex parte uiri atrati, qui loco aliquo in prouincia sunt, aut ciuitate: ex altera uerò fœminæ nobiliores, simul atratæ, albo peplo defluente, ut apud ethnicos eodem in sacrificio conspicuæ. Extat & imago quædam tabernaculi illius in conum forma pyramidis decrescentis. Denique collocatur & suggestus in medio chori, ex quo unus funebrem laudationem habet Principis, qui diem obijt suum. id quod à Romanis fieri solitum, etiam Herodianus scribit, & confirmant cæteri historiarum authores. Suetonius in Augusto: Verùm adhibito honoribus

Quæ ex ueteribus ceremonijs manserint, & quomodo immutatæ sint.

Funebres laudationes.

B modo, bifariam laudatus, pro æde diui Iulij à Tiberio, pro rostris ueteribus à Druso Tiberij filio. Sic Cornelius Tacitus libro tertio historiæ Augustæ, cum Germanici parentationem describit: Propositam uerò effigiem meditata ad memoriam uirtutis carmina & laudationes, & lachrymas, uel doloris inuitamenta. Itaque uti ueteri Ethnica Romana in republica non solùm laudationes funebres ex suggestis impendebantur maximis uiris defunctis, uerùm etiam carmina & affixa & modulata: ita hodie etiamnum, præter orationes illas quas uocant funebres, carmina à poetis producuntur, ac templo affiguntur. Componebantur apud maiores nostros & cantilenæ, eundem in scopum. Hinc cantus de Theoderico Bernensi, de Gunthero, de Hildebrando, & alijs adhuc canuntur. Alludit ad huiusmodi cantilenas & Cornelius Tacitus libro secundo historiæ Augustæ, quum Germanici mortem describit: Et populus quasi rursus ereptum acrius doluit. Honores, ut quis amore in Germanicum, aut ingenio ualidus, reperti, decreti'que, ut nomen eius Saliari carmine caneretur, sedes curules sacerdotum Augustalium locis, super'que eas querceæ coronæ statuerentur, ludos Circenses eburnea effigies præiret: ne'ue quis flamen aut augur in locum Germanici, nisi gentis Iuliæ, crearetur. Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac mortem ob rempublicam obijsse. Porrò huiusmodi carmen duplex erat: alterum, quo gesta eius, uirtus'que læta cantione canebantur, de quo loca Taciti Suetonij'que intelligenda sunt: alterum uerò erat, quod ad luctum dolorem'que & lachrymas excitandas proponebatur. quemadmodum hodie etiamnũ in exequijs, post sacrificiũ luctuosum Requiẽ, missam hilari uoce pòst mittere solemus. Huius lugubris

Cantilenæ in mortuorum parentationibus, & morte illustrium uirorũ adhibitæ.

Duplex cantus in parentationibus, ut hodie adhuc manet.

carminis meminit Tacitus libro tertio: Fine anni Clutorium Priscum equitem Romanum post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat, pecunia donatum à Cæsare corripuit delator, obiectans ægro Druso composuisse: quod si extinctus foret, maiori præmio uulgaretur. Atque hęc de parentatione, & cantibus laudationibusq; in ea usurpatis. Superest ut etiam de ludis funebribus pauca subijciam, de quibus ex professo in undecimo huius egimus. Interim pauca, prout locus postulare uidetur, ex Liuio subijciam. Extat de his huius ipsius authoris locus libro octauo Decadis tertiæ: Maior usu armorum & astu facilè stolidas uires minoris superauit. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia, & prouinciali & castrensi apparatu. Et iterum libro primo Decadis quartæ sub finem: Et ludi funebres eo anno per quatriduum in foro Martis, Valerij Leuini causa à P. & M. filijs eius facti, & munus gladiatorum datum. Porrò qui talibus ludis præerant, designatores uocabantur. De quibus est illud Senecæ libro sexto de Beneficijs: Designatores adiungi libitinarijs. Sic Terentij Adelphi leguntur in ludis funebribus dati, ut est Donatus author. Meminit designatorum hoc significatu apud Iureconsultos & Vlpianus, de his qui notantur infamia, l. athletis. Meminit etiam Tranquillus in Dictatore, quem cum pars in Iouis cella cernere, pars in curia Pompeij destinaret, repentè duo quidam gladijs cincti, ac bina iacula gestantes, ardentibus cereis incenderunt: confestim'que circumstantium turba uirgulta arida, & ex subsellijs tribunalia, & quidquid prætereà ad manum aderat congessit. deinde tibicines & scenici artifices uestem quam ex instrumento triumphorum ad præsentem usum induerant, detractam sibi atque discissam in flumen iniecere. Et hæc quidem de funebribus ludis, quos ordine sequitur DECVRSIO, qui ritus militaribus uiris ac Imperatoribus præsidibus proconsulibusq; Romanis usurpabatur, ijs ceremonijs, ut Herodianus libro quarto scribit: quem locum proximè ad longum prosecuti sumus: & nihilominus libro huius Operis quarto prolixè repetemus, ubi de decursionibus ex professo agimus. Et sic intelligitur illud Titi Liuij libro quinto Decadis tertiæ, cum Gracchi Proconsulis ab Hannibale interfecti mortem describit: Alij ab Hannibale, & ea uulgariter fama est, in uestibulo primorum castrorum regum extructum esse, armatum exercitum decurrisse cum tripudijs Hispanorum, motibusq; armorum & corporum, suæ cuique genti assuetis, ipso Hannibale omni rerum uerborum'que honore exequias celebrante. Huc alludit Appianus Alexandrinus libro primo Ciuilis belli, quum Syllæ mortem describit: Lecticam subiere potentiores ex Senatu omni, ijdem'que campo Martio intulere, quo in loco reges duntaxat humari consueuerant, equites uniuersus'que exercitus circum pyram cucurrit. Huc pertinet & illud Tranquilli in Claudio, cum mortem Drusi describeret: Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitanti, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret. Cicero quinto de Finibus bonorum: Quem Tiberina decursio festo illo die tanto affecit gaudio. Et sic intelligitur locus Maronis libro undecimo Aeneidos, quum Pallantis & Hetruscorum exequias describit:

Ludi funebres — *Designatores ludorum funebrium.* — *Decursio funebris.*

A — B

Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon,
Constituere pyras, huc corpora quisque suorum
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,

Decurrere

A *Decurrere rogos: ter mæstum funeris ignem*
Lustrauere in equis, ullulatusq; ore dedere.

Atque hæc de Romanorum in funeribus & parentationibus ritu atque consuetudine. Nunc ad monumenta & titulos memoriæ ergò sepulturis, uel loculis inscriptos, me confero. Ac in singulis quidem ciuitatibus loca certa designabantur à Pontificibus, pro tumulis & cineribus defunctorum. In Vrbe uerò communis erat pro loculis etiam minimo loco hominum, uia Latina. meminit Strabo libro quinto Geographiæ, & Suetonius in Domitiani historia: Cadauer eius populari sandapila per uespillones exportatum, Philix nutrix in suburbano suo uia Latina funerauit. Huc alludit Satyricus isto uersu,

Tituli & inscriptiones sepulchorum.

Via Latina cōmunis & publicus locus sepulturæ Romæ.

Cliuosæ ueheris dum per monumenta Latinæ.

Sic Abdias, qui Apostolorum historiam scripsit, ipsorū discipulus (quem ipsi à situ uindicauimus, autorem in ecclesia uetustissimum) beatos Petrū & Paulum tradit uia Latina sepultos. Hoc ita esse ut proponimus, contestantur monumenta testamentorum, quorum alterum in agro Neapolitano, alterum in agro Lusitano inuenta sunt, cum hac inscriptione:

Romæ prope sanctum Marcum:

C. A. BLICIO. L. F. BIBVLO AED. PL. HONORIS VIRTVTISQ. CAVSA S. C. POPVLIQ. IVSSV LOCVS MONVMENTO QVO IPSE POSTERIQ. EIVS INFERRENTVR PVBLICE DATVS EST.

Neapoli:

SEMPRONIVS TVCIDANVS TESTAMENT. IVRE. MV. QVOD IPSE FACIO. LL. ABSENS OB POENVM ITALIA PVLSVM FVNDI BALEARES SENATVI. P. Q. R. D. D. AVRELIVS TVCIDANVS TACITAM PECVNIAM SI VIA LATINA OSSIBVS MEIS RE. MONVMENTVM SVO SVMPTV AEDIFICARIT, HABETO.

B

In agro Lusitano à Bartholomæo Marliano repertum:

EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS PVBLII FAVONII FILIVS QVI BELLO CONTRA VIRIATHVM OCCVBVI IOCVNDVM ET PRVDENTEM FILIOS E' ME. ET QVINTA FABIA CONIVGE MEA ORTOS HAEREDES RELINQVO ET BONORVM IOCVNDI PATRIS MEI ET EORVM QVAE IPSE MIHI ACQVISIVI HAC TAMEN CONDITIONE VT AB VRBE ROMA HVC VENIANT ET OSSA HINC MEA INTER QVINQVENNIVM EXPORTENT ET VIA LATINA CONDANT IN SEPVLCHRO MARMOREO IVSSV MEO CONDITO.

Cæterum sepultura Regum, Consulum, & Imperatorum erat in campo Martio, testante Tranquillo in Augusti historia: Verùm adhibito honoribus modo, bifariam laudatus, pro æde diui Iulij à Tiberio, & pro rostris ueteribus à Druso Tiberij filio, ac senatorum humeris delatus in campum Martium est, crematusq;. Huc pertinet illud Appiani Alex. libro primo historiæ Ciuilis, cum Syllæ funus describit: Lecticam subiere potentiores tantum ex senatu omni, ijdemq; campo Martio intulere, quo in loco Reges duntaxat humari cōsueuerant. Sic Herodianus in descriptione mortis & parentationis Seueri Septimij lib. quarto. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atq; extra urbem perferūt in campum Martium. Atq; hæc eorum fuit sepultura, qui loco aliquo erant ante cōstitutum Imperium.

Sepultura regum & Cæsarum Romæ.

Postea

Via Flaminia, locus sepulturæ Cæsarum.

A

Postea enim Augustus Cæsar ad uiam ripæ Tiberis inter Flaminiam sibi Mausoleum cōstituit, ubi magna ex parte qui secuti sunt Augusti condebantur. De quo loco nouo sepulturæ, Strabo lib. 5. Geographiæ ita scribit: Quod Mausoleum appellant, & perpetuæ uiriditatis coopertum in summum usque uerticem, ad Tiberis ripam exaggeratum: in summo autem positum est Cæsaris Augusti simulachrum, ex ære fabricatum. Sub aggere sunt eius loculi, & cognatorum & necessariorum. Meminit huius & Suetonius in Augusto: Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt, id opus inter Flaminiam uiam & ripam Tiberis sexto suo consulatu extruxerat. Huc pertinet & locus Dionis Cassij, in uita Hadriani Cæsaris, sub finē: Vixit autem annos duos & sexaginta, menses quinque, & dies sex. Imperauit annis uiginti, menses undecim. Sepultus est in ripa fluuij, iuxta pontem Ælium. illic enim sepulchrum conditum. Iam enim Augusti monumentum repletum erat, nec quisquam amplius in eo sepeliebatur. Atque hæc de locis sepulturæ, cùm Romæ, tum extra urbem, quæ pontifices locorum passim uel augures designabant: ut hodie adhuc regionum episcopi, aut ciuitatum parochi, facere solent. Distinguunt ad hæc Iureconsulti duplicia loca sepulturæ: gentilitia, ubi uulgares condebantur, ut erat Latina: & familiaria, ubi uniuscuiusque familiæ homines adseruabantur. Et sic intelliguntur inscriptiones, quæ Veronæ ad Athesin leguntur.

Loca sepulturæ à Pontificibus designabātur.

Duplicia loca sepulturæ.

In templo diui Zenonis:

C. H. C.

LOCVS ADSIGNATVS MONVMENTO IN QVO EST AEDICLA PRIAPI INFR. P. LXX. IN AGRO LXX.

In cœmiterio D. Nicolai Veronæ:

LOCO PVBLICO DAT. D. D. PARCIS AVG. SACR. L. CASSIVS VERVCI F. NIGRINVS VI. AVG. V. S. L. M.

B

Et de locorum designatione hæc. Superest, ut monumentorū siue cenotaphiorum rationes expediam. Notandum autē est, discrimen fuisse inter cenotaphia, sarcophagos, titulos, & cippos. Ad quam differentiam etiam Lampridius in historia Alexandri alludit: Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimū meruit. Erat igitur cenotaphium, imaginarium sepulchrum, quod constituebatur memoriæ ergò, ubi defuncti ossa haudquaquam condita erant: quod honorarium sepulchrum appellat in Claudio Tranquillus, & quale describit Virgilius Æneidos tertio, hoc uersu,

Discrimen monumētorū siue inscriptionū.

Cenotaphium.

Solennes tum fortè dapes & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque uocabat
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem cespite inanem,
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Tale monumentum Druso Tiberij filio apud Moguntiacum est constitutum, quanquam ossa Romam sunt deportata. Tale cenotaphium cōmemorat Prudentius in carmine Peristephanon, quod Ode in laudem sanctorū decem & octo Cæsaraugustanorum martyrum lusit:

Sepulchrum Drusi Moguntiæ honorariū.

Hoc colunt ciues, uelut ipsa membra
Cespes includat suus, & paterno
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris ossa.
Noster est, quamuis procul hinc in urbe
Passus ignota, dederit sepuchro
Gloriam uictor, prope littus altæ
Fortè Sagunti.

Huiusmodi

A Huiusmodi discrimen inter cenotaphia & monumenta, sepulchraq́ue, reddit etiam Iureconsultus ff. de religiosis & sumptibus funerum: Monumentum generaliter (inquit) res est memoriæ causa in posterum prodita: in quo si corpus uel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: si uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum, memoriæ causa factum, quod Græci Cenotaphium appellant, Latinis rectè à monendo appellatum. quare & secus uias publicas erant posita, ut prætereuntes admonerent. Hinc est illud Tullij in epistola ad Cæsarem: Sed ego quæ monimenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Idem sexta in Verrem: P. Africani monumenta requirit P. Scipio, eum qui illa sustulit defendit, cum mos à maioribus traditus sit, ut monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno sinat. Tu isti aderis, qui non obtrusit aliqua ex parte monumenta Publij Scipionis, sed fundìtus sustulit ac deleuit. Quis nam igitur per deos immortales tuebitur Publij Scipionis memoriam mortui, quis monumenta atque indicia uirtutis? Huc alludit & Quintilianus libro 7. Institutionum: Ille potuit uel ex loco tumulum, uel ex opere tumultuario suspicari nõ esse monumentum. Et sic intelligendus est uersus Ouidij XIII Metamorphoseos,

At puto funeribus dotabere regia uirgo,
Condeturq́ue tuum monumentis corpus auitis.

Monumentum in quo à sepulchro & cenotaphio differebat.

Etymon monumenti.

Atque hæc de monumentis, quæ inuenio in Romana republica sex generũ fuisse: Monumenta cum sarcophagis, monumenta cum titulis, monumenta extra sortem, monumenta sub ascia, monumenta statuarum, & monumenta militaria, siue columnulæ, secus publicas uias posita, quæ propriè cippi nominabantur.

Sex generum monumenta.

B MONVMENTA cum sarcophagis, ubi humata corpora erant, & uiscerata. Meminit autem uiscerationis huiusmodi, quam hodie aromatorum differtionem dicimus, Titus Liuius libro nono Decadis quartæ. Et ipsi talia quædam monumenta reserauimus, ubi non cinerem & uitra ampullasq́ue cum urna, sed integra corpora inuenimus, ita uetustate consumpta, ut tamen ossium ordo congeriesq́ue, tegumentis aureis neruisq́ue ac uinculis cohærerent. Allatusq́ue est torques de tali quodam sarcophago, qui è collo cadaueris uiscerati pendebat, inuictissimo Romanorum Regi FERDINANDO, nuper adeò. Vidimus & gladium adhuc lateri adiacentem: ut non solùm cremata Romanis cadauera, uerùm etiam humata fuisse, credendum sit. Hinc est illud Plinij libro secundo: At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: Sarcophagus uocatur. Meminit & Iuuenalis X Satyra. Quæ omnia confirmantur ab inscriptione monumenti, quod Spoleti in ecclesia S. Georgij extat:

Monumẽta cũ sarcophagis.

D. P. VALE. QVI LIGERIS IVBENS PICENTIA NEOPHITIAE DIE CAL. V. SEP. CONSIGNATA A' LIB. ERIO. P. F. FL. HOSPITIANVS MARITVS VXORI BENEMERENTI DVPLICEM SARCOPHAGVM CVM TITVLIS HOC LOCO EI POSVIT ET MARITO.

MONVMENTA cum titulis erant, quæ habebant inscriptiones literis comprehensas. Erant formæ quadratæ, quales multas ipsi eruimus, ac domi nostræ habemus, partim ex marmore, partim ex communi saxo. Meminit Titus Liuius libro tertio Decadis tertiæ in secundo Punico bello: Statua eius indicio fuit, Præneste in foro, statua loricata, amicta toga, uelato capite, & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripta, Manlium pro militibus, qui Casilini in præsi-

Monumẽtà cũ titulis.

in præsidio fuerant, uotum uouisse. Idem titulus tribus signis in æde Fortunæ positis fuit subiectus. Huc pertinet quod idem scribit lib. nono Decad. quartæ: Parum est uictis, quod uictoribus satis est, plus postulant hostes quàm socij. habent quæ iureiurando, quæ monumentis literarum in lapide insculptis, in æternã memoriam sancta atque sacrata sunt. Huc alludit & Plinius in Epistolis: Maximè tamen hic me titulus admonuit, quàm essent inimica & inepta. Ælius Spartianus in Hadriano: Et cum titulos in operibus non amaret, multas ciuitates Hadrianopoles appellauit. Sic scribit & Apuleius in Asino: Auorum & proauorum titulus clarus. Et Ouidius in secundo de Arte canit, A

Utilitas tua sit, titulus donetur amicæ.

Etymon tituli. Est autem Titulus à tuendo, quasi tutulus dictus, quòd memoriã & famam defuncti tueatur. Vnde metaphoricè & tituli librorum, & tituli laudis dignitatisq;, tum apud Ciceronem, tum apud Liuium: & apud Symmachum, inclinantis Imperij autorem, tituli iudiciales, tituli fiscales, tituli expensionum, actionumq; in controuersijs dicuntur. Sed placet carmine eximio & exemplo Vetustatis, quæ proponimus, confirmare, quorum exemplum scilicet in confinibus Hungariæ Austriæq; ad Rabam flu. ab illustri quondam atque inuicto heroe LEONHARDO VELSIO, utriusq; militiæ uersus Turcas supremo magistro, inuentum, & mihi transmissum est. Carmen uerò Prudentij est in Peristephanon de laudibus martyrum Cæsaraugustanorum: (Variæ titulorũ acceptiones.)

Hunc nouum nostræ titulum fruendum
Cæsaraugusta dedit, ipse CHRISTVS,
Iuge uiuentis domus ut dicata
Martyris esset.

D. M. B

AVR. DORISON: VE. EX. STATI. PRAEF. AL. CENT. ANN. XLIX.
ET AVR. MVSSAT. FL. AN. VII. AVR. NEROEN. LIB. ET CONIVNX ET AVR. LVPVS ET AV. LVPORINA ET BASILLA
FIL. TITVLVM PATRI ET FRATRI FACIVND. CVRAVERVNT.

Præterea in inscriptionibus monumentorum ueteribus, passim fit mentio monumentorum extra sortem & sub ascia positorum. Quæ nondum satis intelligo qualia fuerint, nisi (quantum diuinare licet) fortè monumenta extra sortem, militares cippi fuerint, militi non missa sorte promiscuè in agris, neque pedum adhibita mensura, uel his qui notam habebant infamiæ in locis abditis concessi: quod hodie his fieri solet, qui sibi mortem consciscunt. Deinde quoniam ascia instrumentum est fabrile, quo ligna dolantur, quæcunq; monumenta sub contignationibus lignorum ac tecto extiterũt, ut ab iniuria pluuiarum & niuis uindicata diutius durare possent, sub ascia nuncupata sunt. Sed placet ipsa Antiquitatis exempla recensere. (Monumenta extra sortẽ & sub ascia. Cippi militares.)

Lugduni in Gallia:

SECVNDINVS ET PRIMARIA MARCELLINA PATRES AMISSIONE EIVS ORBATI P. C. ET S. ASCI. PO. C. ET S. ASC. DDC.

Rauennæ in Italia:

FL. DICAT. CINERES ET OSSVA LAODICEAE PHILOCAPTAE SITA HIC SVNT PERPETVAE MEMORIAE PAOTI ET INFAMIAE CAVSA

QVAE

A QVAE INSATIABILI VENERE EXHAVSTA SVBTER VIVO VIRO MORTVA EST XIX. AN. XXIII. MENS. VIII. D. V. INFELICISSIMI PARENTIS TACITI NOMINE EXTRA SORTEM AD RVDERA POSVERE.

Ibidem in monasterio S. Irenæi:

D. M.

MEMORIAE AETERNAE SOLENNIA FIDO MIL. LEG. I. MINERVIAE IMAGINI FERO MATVRNIA VICTORINO CONIVGI CARISSIMO PONENDVM CVRAVIT. ET SVBASCIA DEDICA.

Supersunt adhuc duo monumentorum genera, quorum alterum statuis positis loco aliquo celebri erat, alterum in columnis siue cippis secus uias publicas collocatis constituebatur. De statuarum monumentis intelligendus est locus Plauti in Curcul. *Monumenta in statuis.*

—Ibi nunc statuam uult dare auream
Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ siet
Septempedalis, factis monumentum suis.

Huc alludit & Cicero IX Philipp. Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis. sic Suetonius in Tiberio: Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni prohibuit. Et sic intelligitur illa Antiquitatis inscriptio, quæ Sagunti in Hispania legitur:

M. MARTIVS M. F. CELSVS HERCVLEM CVM BASI ET ARA ET SVBSELLIIS SVO ET MARCI ANTONINI FILII SVI NOMINE D.D.

Cippi columnulæ siue lapides erant, secus publicas uias in terminis agrorum *Cippi monumentum.*
B positi, in quibus militarium hominum inscriptiones ac tumbæ erant. Ad quos alludens nimirum Eusebius libro primo de uita Constantini, ut Portesius uertit, sic scribit: Columnis illa quidem nullas æui timentibus iniurias æstimata. uidelicet natura hominum sortis fragilis & caducæ, commenta solatium imaginibus edendis, maiorum memoriam colere se putauit honore permansuro, partim adumbratione picturæ cera delibutæ, partim è materia sculptum & dolatum experte motus simulachrum machinata. Sunt qui pilas & cippos inscriptos sempiternã commendationem uirtutis eorum quos habent annotatos, conferre crediderint. Idẽ libro quarto, sepulturam Constantini & basilicam ab eo propterea ædificatã describens: Duodecim sepulchra fecit Apostolici chori, cippis excelsis: urnam suam medio collocauit, utrinque senis Apostolis. hæc ille. Erat autem mos militibus, aliquot pedum portiunculam in agro mercari, pro se & suis contubernalibus. Quæ emptio bifariam fiebat. aut enim pro se & suis hæredibus, aut pro se & suis contubernalibus. idque ut uel hæredes ius condendi suas urnas, cipposque statuendi isthic haberent: aut non, ubi minoris emeret quispiam pro seipso & coniuge solum, & tum istis literis saxum notabatur, H. M. H. N. S. id est, Hoc monumentum hæredes non sequitur. Et sic intelliguntur monumentorum inscriptiones, quæ apud Veronam Athesis extant. *Quæ monumenta hæredes sequebantur.*

In cœmiterio S. Zenonis:

C. QVINTIVS HERMA SIBI ET T. H. EDISTAE QVINTAE CONTVBERNALI IN FRON. P. XIII IN AGRO P. XVI.

Apud templum diui Faustini:

AVIAI PRISCAI VXORI ET CALIDIAI TYCHI. CONTVBERNALI H. M. H. N. S. IN FRON. P. XXIII. IN F.

O In ualle

In ualle Turpiliana: A

DIS IOVI IVNONIB. ET MANIB. T. FLAVIVS R. IIIIVIR I. D. ET PL. GRATO IN VITA SVA NVLLI MALEDIXIT. ƆO OMI I D. I. M. H. IN AGRO S. OMNI. H. M. H. N. S.

In cœmiterio S. Odorici:

VESTAE Q. CASSIVS M. F. VARVS Q. P. Q. F. CAPITONI DOMITIA L. CLARA V. F. H. M. H. N. S.

Mensura pedũ in cippo expressa. In quibus pariter exemplis Vetustatis mensura exprimitur, quàm latè terra in agro secus uiam à fronte & retro extenta fuerit, pro illius uel alterius cippis, ut in illo Gardæ, ad lacum Bernacium eruto:

D. M.
SEX. NAVINIVS SEX. L. APOLLONIVS CONCORD. SIBI ET SVIS IN FR. P. XXXVI RETRO P. XX.

Loca iuris de cippis. Lex quippe erat, quæ uetabat bustũ nouũ erigi propius LX pedes, iuxta ædes alienas, inuito domino. Celebratur etiam altera lex Iureconsultis, Quinque pedum nominata. C. finium regund. Et sic intelligitur inscriptio, quæ Veronæ ad Athesim flu. extra templum diui Dionysij legitur, ubi literæ, I. D. V. F. A. P. Q. sic rectè explicantur: Iuris dicendi utrinque fronte ad pedes quinque.

CN. ARRIVS CN. F. CAESTRONIVS IIIIVIR I. D. V. F. A. P. Q. AER SIBI ET CLODIAE HEDONI CONIVGI SANCTISSIMAE CVM QVA VIX. ANN. XXXIX.

Scribit præterea Iulius Nipsus, in mensuris agrorum ad Celsam: legem XII tabularum apud Romanos fuisse, qua cauebatur, inter confines uicinorũ agrorum quinque pedum spacium relinquendum esse, ubi aratrum circumuerti & iter fieri posset. Quod spacium nullius erat usucapionis locus. Cuius rei & Cicero lib. primo de Legibus mentionẽ facere uidetur. Et sic melius intelligun tur & uersus poetarum, & monumenta, ubi pedum & agrorum mentio fit, mensura à fronte incepta. Horatius in Serm. B

Mensura & numerus pedũ in cippis expressus.

Mille pedes à fronte, trecentos cippus in agrum. Persius prima Satyra:
—Nunc non cinis ille poetæ
Felix, nunc leuior cippus non imprimit ossa.

Celeiæ in Stiria:

TIBVLLA C. SEMPRONII F. MANI. L. NEPTIS INFERNO PLOTONI TRICORPORI VXORI CHARAE PROSERPINAE TRICIPITIQ. CERBERO MVNVS MECVM FERENS DAMNATAM DEDO ANIMAM ƎIƎ MAQ. HOC ME CONDO MONVMENTO NE OBRVTIS DOMOS LAPSV FILIIS SEX QVOS SCIPIO PATRIIS CAMERTIBVS A SALO ET LIBIA INCOLVMES RESTITVERAT. IN DESOLATA ORBITATE SVPERVM MISER ƎIX ANN. XXXIX. MEN. I. DI. VI. HOR. SCIT. NEM. IN FRONT. P. XX. IN AGR. P. XXXIX.

Polæ in Istria:

C. PROCESSO ANN. XXII. H. M. H. H. S. IN FR. P. XXX. IN AGR. P. XXXI.

Et iterum:

C. VECTIVS G. F. PE. D. IN F. P. XIII. IN AGR. P. XX.

Romæ:

A Romæ:

EX AVCTORITATE IMP. CAESERIS DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI HADRIANI AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. V. IMP. IIII COS. III MESSIVS RVSTICVS CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS. RR. RESTITVIT SECVNDVM PRAECEDENTEM TERMINATIONEM PROXIM. CIPP. PED. CX IS.

Romæ, in quo non solùm à fronte, uerùm etiam retro, tertia mensura exprimitur:

C. SEMPRONIVS Q. F. PRIMVS VIR. C. L. FECIT SIBI ET VXORI CLODIAE SECVNDAE Q. SEMPRONIO TERTIO FRATRI SVO IN F. P. XXXVI. RET. P. XXVI. QVOS DEOS IRATOS SOMNVM DEDERVNT.

Ad huiusmodi cippos, siue militares tumulos secus uiam positos, alludunt subinde autores historiarum. Sueton. in Nerone, cum de impietate Neronis in manes Claudij agit: Deniq; bustum eius consepiri, nisi humili leuiq; materia, neglexit. Trebellius Poll. in historia Victorini iunioris tyranni: Extant deniq; sepulchra circa Agrippinā breui marmore impressa humilia, in quibus unus est inscriptus: HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT. Et sic rursus intelligitur, quod subinde in historijs occurrit, ad primum, ad secundum, tertium, decimumq; lapidem, &c. Tanta enim copia cipporum extra ciuitatum mœnia secus publicas uias erat, ut ad mensuræ rationem computarētur. Peregrinantibus, quemadmodum scribit Marcellinus lib. 17, emensisq; æstimatione decimi lapidis, cum prope syluam uenisset, squalore tenebrarum horrendam, stetit diu cunctando. Et iterum: Quibus ita prouisis, digressoq; uita principe memorato, urgens effectus intepuit: tandemq; serò impositus naui, per maria fluentaq; Tybridis, ueluti pauentis ne quod penè ignotus miserat Nilus, ipse parum sub emeatus sui discrimine mœnibus alumnis inferret, defertur in uicum Alexandri, tertio lapide ab urbe seiunctum. Idem lib. XXV: Vnde cognito per porrectam planitiem adusq; lapidem septuagesimum, in regionibus aridis, nec aquam inuenire potuit salsam. Idem lib. XXIX: Euenisset profectò tunc inexpiabile scelus, numerandū inter probrosas rei Romanæ iacturas. Paulò enim abfuit, quin filia caperetur Cōstantij, cibum sumēs in publica uilla, quam appellant Pistrensem, dum duceretur Gratiano nuptura: ni fauore perpetui numinis, præsens Messala prouinciæ rector, eam iudiciali carpento impositam, ad Sirmium uicesimosexto lapide dispa- ratum, cursu reduxisset effuso. Videtur pertinere & illud ad hūc locum, quod ita portiones terrarum in agrum emebantur, primò, quòd licebat secundum scriptum numerum sepeliri cognationi: deinde, ubi aliquis non habebat liberos uel cognatos, semper exprimebatur, quòd sequeretur monumentum hæredem, tanquam non liceret quemq; hæredem suos tumulis collocare. Et sic intelliguntur inscriptiones repertæ,

Vnde mos ille & formula loquendi historicis nata ad primum, secundū, &c. lapidem.

B

Quomodo intelligatur hære dem sequi monumentum.

Romæ in æde S. Mariæ:

D. M.

PHILETO ET MOSCHIDI QVOD VOLVSIVS VICTORINVS FECIT PARENTIBVS SAPIENTISSIMIS SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ET COMINIAE IANVARIAE ET MIRAE BONIO HESPERO AMICIS BENEMERENTIBVS IN AMBITV PRAESSIA IN FRONTE PEDES IIII. S.

In horto D. Baptistæ Iacobi Matthei:

M. AVRELIVS AVGG. N. N. LIB. EPAPHRODITVS EXACTOR OPERVM

RVM DOM. N. N. CORVM ET LABERIA FELICITAS FECERVNT SI BI ET SVIS ITEMQ. LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM HOC MONVMENTVM EXTERVM NON SEQVITVR NISI DE NOMINE VIRORVMQ. H. M. D. M. A. B. A

Romæ in S. Bartholomæo:

P. CVRTIVS ONESIMVS FECIT SIBI ET CECILIAE FESTIVAE CONIVGI SVAE DVLCISSIMAE LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM HIC MONIMENTVM HEREDEM NON SEQVITVR DOLVS MALVS ABESTO.

Huc uidetur iungendum esse, quòd haudquaquam licebat inter præscriptos pedes concessæ terræ urere aliquid. Vnde est illud Romæ inuentum Antiquitatis monumentum:

HVIC MONVMENTO VSTORINVM APPLICARI NON LICET.

Latericia monumenta.

Atq; hæc de cippis, siue monumentis militaribus. Restat adhuc, ut de latericijs ac testaceis monumentorũ, quorũ hodie etiamnum ingens ubiq; aceruus eruĩt, iudicium nostrum superaddamus. Siquidem lateres apud nos in Austria ingentes reperiuntur, qui incisa nomina sepultorum continent, & urnæ urceiq; ac cranea interdum simul eruũtur. Sic magnificus uir D. MARCVS BEEKH, Scriniorum Austriæ magister, ante castrum suum in Pannoniæ superioris agro tumulũ quendam eruit ex quatuor lateribus compactum: in quorum uno literæ erant & nomẽ Arriani cuiuspiam X legionis militum. Talia autem monumenta Romanæ reipublicæ fuisse in usu, docet epistola Ælij Cæsaris, Romæ apud Carolum Astallũ inuenta, & in lapide incisa: AELIVS CAESAR DVOBVS LIBERTIS SANNARI QVINTIANI S. Cum petieritis à me, ut si cui quid uestrûm humanitus acciderit, is in locum qui in fundo Asciniano meo intrantibus à uia parte læua, à monumento testaceo per longitudinem pedum CLXXV, latitudinem à maceria intrò uersus pedum XXV inferatur, ijs ius concedere me hac epistola notum uobis facio. bene ualere uos cupio. Data XIII Kal. Iulias, in hortis Statillæ Maximæ, Ceionio Commodo & Cunca Pomponio Coss. Hic consonat & epistola Liberti ad Ælium: Cum ante hos dies coniugem & filium amiserim, & pressus necessitate, corpora eorum fictili sarcophago commendauerim domi, quo is locus quem emeram ædificaretur, uia Flaminia inter miliar. solum & tertium euntibus ab Vrbe parte læua, custodia monumenti Fla. tumulum & ollam Seli: ordi. rogo Domine permittas mihi, in eodem loco in marmoreo sarcophago, quem mihi modò comparaui, ea corpora colligere, ut quando & ego esse desiero: & quæ sequũtur. Et sic intelligitur illud Ouidij carmen secundo Fastorum: B

Est honor & tumulis animas placare paternas,
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est
Munere, non auidos styx habet ima deos.
Tegula porrectis satis est uelata coronis,
Et sparsæ fruges, paruaq; mica salis.
Inq; mero mollita Ceres, uiolæq; solutæ,
Hæc habeat media testa relicta uia.
Nec maiora ueto, sed & his placabilis umbra est:
Adde preces positis & pia uerba focis.

A Et iam eram huic libro finem impositurus, cum uenit mihi in mentem inscriptionis Romanæ, quæ Veronæ in angulo Rubeorum apud ædem diuæ Virginis Solarata legitur talis:

VETO RELIQVIAS: P. VERONVS CALLISTVS HOMO OPTIM. HIC IACET.

Ex quibus uerbis colligimus, cinerem ac ossa in tumulis seruata, in paganismo adhuc, Romanis reliquias fuisse denominatas, ac sanctas habitas, uel pessimi cuiusq; quanto magis martyrum, quæ eo euentu nomen sortita sunt, uel cineres uel ossa, reliquias Christiani uenerari deberemus? De quibus scribit beatus Chrysostomus in sermone B. Babylæ: Verùm ut Deus misericorditer multas salutis occasiones præstat, ita cum alijs hanc nobis parauit, ut sanctorũ reliquiæ nos ad uirtutem excitent, cum illas ueneramur. Etenim post concionandi munus tumbæ solus aspectus plurimum iuuat: loculis enim istis astantes, eorum uirtutem sentiũt. Et iterum homelia nonagesimanona, ad populum Antiochenum: Ossa sanctorum hanc habent potestatem, dæmones enim sistunt & torquent, & uinctos ab illis soluunt sæuissimis uinculis, & cinis & ossa & fauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Sic Damascenus libro quarto, capite decimosexto: Honor qui exhibetur benignis gratisq; conseruis, beneuolentię apud Dominum indicium est. Et subdit: Fontes nobis salutares dominator CHRISTVS prębuit, sanctorum reliquias multimodis beneficijs scaturientes. Rectè igitur contra Vigilantium scribens diuus Hieronymus, qui reliquias contempserat, epistola X. primæ: Dolet (inquit) martyrum reliquias precioso operiri uelamine, & non uel pannis uel cilicio colligari, uel proijci in sterquilinium, ut solus Vigilantius ebrius B & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando basilicas Apostolorum ingredimur. Sacrilegus fuit Constãtinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & habitatores Vigilantij eorum se sentire præsentiam confitentur. Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Archadius, qui ossa beati Samuelis longo pòst tempore de Iudęa transtulit in Thraciã. Omnes episcopi non solùm sacrilegi, sed & fatui iudicandi sunt, qui rem uilissimam & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt. Idem in epistola ad Riparium presbyterum: Rursus os fœdum aperire nititur Vigilantius, & nos qui reliquias martyrum suscipimus, appellat cinerarios & idololatras, qui mortuorum ossa ueneramur. O' infœlicem hominem, & omni lachrymarum fonte plangendum, qui mortuorum corpora pro immundis habet. Honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui uos suscipit, me suscipit. Ergo Petri & Pauli immundæ sunt reliquiæ, ergo Mosis corpusculum immundum erit, quod iuxta Hebraicam ueritatem ab ipso sepultum est Domino? hæc de reliquijs martyrum sanctissimus pariter & doctissimus uir beatus Hieronymus. de quibus & Nicephorus Callistus, & alij antiquiores autores, & in primis longè uetustissimũ Gangrense conciliũ animaduertit, quod contra Eustathium celebratum fuerat: Si quis (habet) cõuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrũ fiunt, uel accusauerit, uel eorum oblationes, qui ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; contemnendas, anathema sit. Ex quibus patet, reliquias in prima etiam ecclesia ueneratas fuisse, nõ autem ut ante patrum memoriã factum est, & exinde quæstus esse cœpit, quibuslibet ossibus ex sarcophagis desumptis, à Pontificibus consecratis falso, uel pro certo diuo diuenditis, ac piorum mentibus ad adorationem usq; excitatis. contra quos est concilij Aphricani sub Archadio & Honorio habiti, hoc nomi-

natim decretum: item placuit, ut altaria quæ passim per agros & per uias tanquã memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur. A

Reliquias denique in prima Romanorum ecclesia honoratas fuisse, eorum qui pro fide Christi mortem oppetierant, testatur hoc carmen Prudentij de passione Hippolyti, ubi & picturas sanctorum antiquas esse apparet:

Picta super tumulum species liquidis uiget umbris,
Effigians tracti membra cruenta uiri.
Rorantes saxorum apices uidi optime Papa,
Purpureasq; notas uepribus impositas.
Docta manus uirides imitando effingere dumos
Luserat, & minio roseolam saniem.
Cernere erat ruptis compagibus, ordine nullo
Membra per incertos sparsa iacere situs.
Addiderat caros gressu lachrymisq; sequentes,
Deuia quò fractum semita monstrat iter.
Mærore attoniti, atq; oculis rimantibus ibant,
Implebantq; sinus uisceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur, ac reuerendam
Caniciem molli confouet in gremio.
Hic humeros, truncasq; manus, & brachia, & ulnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ siccantur harenæ, B
Ne quis in intacto puluere ros maneat.
Si quis & in sudibus recalenti aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.
Nec iam densa sacro quidquam de corpore sylua
Obtinet, aut plenis fraudat ab exequijs.
Cumq; recensitis constaret partibus ille
Corporis integri qui fuerat numerus,
Nec purgata aliquid deberent auia toto
Ex homine, extersis frondibus & scopulis,
Metando eligitur tumulo locus: Ostia linquunt,
Roma placet, sanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomœria uallo
Mersa latebrosis crypta patet foueis:
Huius in occultum gradibus uia prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet. &c.

FINIS LIBRI TERTII REIPUBLICAE ROMANAE, Vuolfgango Lazio Viennensi Regio historico, &c. authore.

EQVITVM VIGILIÆ

EQVITVM VIGILIÆ

LORICA CASTRORVM HOSTIBVS OBIECTA

Peditum vigiliæ

VESTIBVLVM CASTRORVM

Peditum vigiliæ

CENTVM PEDES TOTIVS LATERIS

PED. L.

PED. L.

PORTA PRÆTORIA

VALLVM

PORTA QVÆSTORIA

FOSSA

A

B

VOLVTARII

M

PRÆTORIVM

FORV PRETORIVM

FORVM

FORV QVÆSTORIVM

QVÆSTORIVM

EXTRAORDINARII.

C

C

K

K

TRIARII legionis: I.

PLATEA

HASTATI legi: I.

STRIGA

PRINCIPES legio: I.

PLATEA VEL STRIGA

PRINCIPES legio. II.

STRIGA

HASTATI legi: II.

PLATEA

TRIARII legio: II.

D

E

L

L

TRIBVNVS

F

F

G

G

A

B

B

A

CENTVM PEDES TOTIVS LATERIS

PED. L.

VALLVM

FOSSA

CENTVM PEDES TOTIVS LATERIS.

PED. L.

PED. L.

VALLVM

FOSSA

VIGILIAE TRIBVNOR

VIA REGIA CASTROR

VIGILIAE TRIARIOR

MANIPVLI TVRMIS MIXTI

CASTRA EQVITVM. I. LEGIONIS

H

SOCIORVM EQVITES

CASTRAE QVITVM II. LEGIA VELITV RÆCIP.

MANIPVLI TVRMIS MIXTI.

Via quintana, per qua Legiones exibant

STRIGA TRANSVERSA VEL PLATEA

STRIGA TRANSVERSA VEL PLATEA

SOCIORVM PEDITES AVERSIS TENTORIIS AB EQVITIBVS.

LINEA ÆQVEDISTANS TRIBVNORV TENTORIIS.

Via decumana per qua sontes ad supplic

B

A

Peditū vigiliç

Peditū vigiliç

FOSSA

PORTA QVINTANA

VALLVM

PORTA DECVMANA

PED. L.

PED. L.

CENTVM PEDES TOTIVS LATERIS VALLI QVADRATI.

A *Spacium à uallo ad tentoria, pro rebus in castra importandis, exportandisq́, ac tenendis pecoribus, & præda ex hostibus relata. Praeterea ne se mutuò homines calcent: & quod præcipuum, si hostis noctu adgrederetur, neq́ ignis neq́ tela peruenirent ad tentoria.*

B *Spacium centum pedum, æquè distans Tribunorum tẽtorijs, ultra forum Prætorium Quæstoriumq́ productum, per omnes ualli partes: ad cuius latus superius sociorum equites extraordinarij castrametantur, spectantes forum Pretorium & Quæstorium. His equitibus rursus auersi ponebantur auxiliares extraordinarij pedites, uallum spectantes, posteriusq́ totius castrametationis latus.*

C *In hoc spacio socij fortè aduentantes locabantur: uel sicubi plures simul legiones equitatusq́ in una castra conuenirent, loca uacua circa Prætorium forum, Quæstoriumq́ accipiebant.*

D *His ex utraq́ parte, hinc manipuli, inde turmæ productim interpositi, ita quòd ad singula signa singulæ turmæ forma sint simplici collocatæ.*

E *Ab utraq́ parte prima tabernacula occupabant, intercalantes per singulas partes sextam turmam, à quinta 50 pedes submouentes.*

F *Linea recta æquilateri castrorum, ad quam tendebant Tribuni.*

G *Locus sepe circundatus prope maiorem Tribunum, ubi signa figebãtur.*

H *Castra equitum primæ legionis, ad Tribunorum media tabernacula, unde efficiebatur striga quędam trãsuersa ad supradictam rectam lineam, & locum ante Tribun. uacuum.*

I *Castra equitum legionis secundæ, ac uelitum præcipuè.*

K *Transitus quinquaginta pedum, ducens ad latus posterius castrorum.*

L *Transitus transuersus legionum, æquedistans à Tribunis.*

M *Signa excubitus ad prætorium.*

L Transitus transuersus
M Sian

REIPUBLICAE ROMANAE EXTERNAE LIBER QUARTUS, DE MILITIA ROMANA, EIUSQUE administratione recta atq; uetustiore, Uuolfgango Lazio Viennensi Austriaco, Regio Historico authore.

CAP. I. DE MILITIA ROMANA, ET EIUS diuisione, deq; exercitu Romano in genere.



A VAE libro superiori dicta nobis fuerunt, hæc militari ciuiliq; administrationi communia sunt: & in hoc tantum differunt, quòd alia ciuitatibus tantum, alia etiam totis prouincijs limitibusq; usurpabantur. Præfecti enim prætorio, proconsules, prętores, consulares, legati, correctores, duces, tribuni, senatores, procuratores, quæstores, præfecti frumenti & annonæ, tametsi in municipijs Romanisq; colonijs habitarent, iurisdictionem extrà tamen & in moderandis limitaneis exercitibus, & in dicendo iure, colligendisq; reditibus habebant. Cæterùm duumuirorum, triumuirorum, quatuoruirorum, & huius generis aliorum sua modò inter ciues potestas atque facultas erat. Quæ uti maiori autoritate splenderet, plurium collegio atque exercitio obiebatur: non ineptè comparatione quadam ad armatam collectionem, quæ malum à limitibus & regionibus Rom. arcebat, militia urbana nuncupata. Quia enim ab arcendo malo, siue coniunctorum multitudine, militia nomen accepit: rectè nimirum respublica illa, militiam non solum armatam, uerùm urbanam etiam Palatinam & nominauit, & celebrauit. Et quoniam omnis nostra uis (ut ille inquit) in animo & corpore sita est, & præcipuè huic populo, posteaquam accessiones fortunæ cunctæ legibus domi & foris armis factæ fuerunt, non imprudenter, quisquis
B ille fuerit, non unum, sed plura militiæ genera distinxit: ut militiam suam scilicet haberent præter exercituum duces, ipsi in comitatu suo Augusti, & in limitibus Præfecti prætorio. Quin inter ciues etiam, doctosq; ac mercimonia, à simili animorum exercitio, profligandiq; mali ratione quadam, militia constitueretur. Augusti quidem duplicem in comitatu suo, quem nunc Aulam uel Curiam dicimus, militiam habebant, Palatinam, & Sacrorum scriniorum. Præterea præfecti prætorio similiter duabus militijs administrabant, Forensi atque Apparitorum. Denique ciuitas & forensi militia siue urbana, & literaria, atque negociatorum rectè quæuis pace florebat. Sic nimirum palatinam militiam Breuiarium Theodosij recenset, adq; eam alludit Sidonius libro primo epistolarum ad Eutropium: Scribendi causa uel sola, uel maxima, qua te scilicet à profundo domesticę quietis extractũ, ad capessenda militiæ Palatinæ munia uocē. Vnde Palatini milites dicti sunt ipsi, quicunq; in Augustorũ ministerio fuerũt, quos modò Aulicos uel Curiales nominamus. de quibus meminere Iureconsulti in l. scrinijs. Cod. de palat. sacro. Fit etiam mentio in duodecimo Codicis, de priuilegio eorum qui in palatio militant: ut militiam hac metaphora suam etiam Palatio fuisse, constet: in qua uidelicet stipendia faciebant non armis pugnantes, sed quorum ministerio Augusti in mensis consilijsq; utebantur. Inueniòq; quatuor genera militum Palatinorũ, uidelicet Comites palatinos, Domesticos, Comitatenses, & Mittendarios. hi uerò postremi erãt, qui in prouincias ex comitatu Augustorũ mittebant.

Militia Palatina.

Sequitur militia sacra scriniorum, in qua notarij militabant: de quorum generibus ac discrimine dictũ est abundè libro huius Operis secundo. Fit uerò mentio obiter huius militiæ apud Iureconſ.in l.in ſacr.ſcrin.in fine duodecimi libri Codicis.§.de prox.ſcrin. Tertia militia fuit in prætorio: & hæc quidem duplex erat, aduocatorum,& alia apparitorum (ita congregata huius generis hominum multitudo, quæ in opere atq; exercitio cõtinuo fuerat, eadem metaphora uocabatur) De aduocatorum militia Cicero pro Murena sic ſcribit: Seruius hic nobiſcũ hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenã ſolicitudinis ac ſtomachi, ſecutus eſt. Ius ciuile didicit: multum uigilauit, laborauit, præſtò multis fuit. Sic in iure quoq; legitur diuorũ Leonis & Anthimij conſtitutio, de militia aduocatorum. Deſcribit & Vlpianus ff.ex quib.cauſ.maiores. militiam apparitorum atq; lictorum, ſtipatorumq;, his uerbis: In eadem cauſa ſunt, & qui à militibus ſtipatoribus, uel à municipalibus, miniſterijs aſſeruantur, ſi probẽtur rei ſuæ ſupereſſe nõ poſſe. In eodẽ ſignificatu militaris manus fit mentio eidem, ff. de rei uend. Et ſic intelligiť, quod legimus in paſſione Saluatoris noſtri, milites CHRISTVM cæcidiſſe, atq; eductum cum latronibus cruci affixiſſe: quod non milites de exercitu atq; cohortibus nimirum feciſſe uerisimile eſt, quia ignominioſum erat, ut hodieq; eſt: ſed de lictoribus uel apparitoribus potius prætorij, hac ut diximus metaphora, accipiendum uenit. Adhæc cõmemoratur Iureconſultis & militia literaria, quam modò ludum uel ſcholam dicimus. Meminit Seruius Sulpitius ff. de orig. iuris. & in l.2 Iuſtinianus ad hãc alludit, §.in l.lib.12 C. Atq; (ut ſemel finiã) tranſit huiuſmodi metaphora poſtremò & in ius Canonicum, ubi diſtinctio habetur de militia eccleſiaſtica. in nouell. de ſanctiſſ. epiſc.§. clericos autẽ non aliter. Neque immeritò militiæ nomen hæc adepta fuit, cum & apud Romanos militia ſancta fuerit ſacerdotum: ad quam alludit Apuleius capite ſecundo aſini aurei: Quo tutior ſis (ait) atq; munitior, da nomen huic ſanctæ militiæ, cuius non olim ſacramento etiam rogabaris. Atq; hactenus de militia ſancta ſacerdotum. Meminerunt porrò & negociatorum militiæ Iureconſulti libro octauo Codicis, ubi de pignoribus agunt: Qui ſuper hypothecas, quas uel metaxarij, uel diſtractores, uel alij quarumcunq; ſpecierum negociatores, pecunias ſibi credentibus dare ſolent, ſancimus, ut quamcunq; militiam ijdem negociatores acquiſiuerint, &c. Atque hæc de militia metaphorica. Redeo ad militiam armatam, quæ exercitu triplici conſtabat, pedeſtri uidelicet, equeſtri, & claſſico: quæq; trifariam conſtituebať, ſacramento, coniuratione & euocatione. De qua Tranquillus in Claudio ſcribit: Equeſtres militias ita ordinauit, ut poſt cohortẽ alam, poſt alã tribunatũ legionis daret: ſtipendiaq; inſtituit, & imaginariũ militiæ genus, quod uocatur ſuper numerum, quo abſentes & titulotenus fungerentur. Et de tali exercitio corporũ, in arcendo malũ ab hoſtibus (unde & exercitus & militia appellationes proceſſerunt) ſcribit Vegetius libro 2: Numerus militum exercitatur, unde & reipſa ab opere exercitus nomen accepit: ut ei nunquam liceret obliuiſci, quod uocabatur. Huc pertinet illud Vlpiani iureconſulti: Exercitum dicimus, non unam cohortẽ, neq; unam alam, ſed numeros multos militum: in l.2. de his qui notantur infamia. Idem eleganti metaphora, exercitio corporis illo armorum ad animũ translato, exercere conſiliũ dicit, quod aliàs cõplere iudicia uocamus, dz hoffgericht beſitzen. Quemadmodũ igiť militiæ nomẽ à corpore ad animi functiones propagatũ Romanis erat, ita exerceri non ſolũ corpora in armis, uerumetiam animi dicebantur, qui quauis ex re lucrum faciebant. Quare Triphonius iureconſultus in l. uſufructuarium. ff. de uſufruct. Si uiuarijs (inquit) incluſæ feræ, in ea poſſeſſione cuſtodiebantur, quando uſusfructus cœpit, non exercere eas fructuarius poteſt. Ea

ratione

Militia aduocatorum. *Militia apparitorum.* *Militia literaria.* *Militia eccleſiaſtica.* *Militia armata.* *Exercitus unde & quid fuerit.* *Exercere conſilium.*

A B

A ratione exercitor Iureconsultis est is, ad quem obuentiones alicuius nauis & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauē per aduersionem conduxit: idq; uel ad tempus, uel in perpetuum. Hinc quoq; exercere cauponam & stabulum, non solùm Iureconsultis, sed etiam historicis, is dicitur, qui rem inde facit, & usufructum inde percipit. Ac de exercitu quidem Romano in prouincijs exteris ac limitibus Imperij, qualis fuerit, mox disseram: si de militia illa armata hoc prius adiecero, & ueterem illam Latinam'q; esse locutionem, & prerogatiuis quibusdam, qui inde prodibant milites, præ cæteris fuisse usos. Rectè igitur & Latinè Seruius Sulpitius ille, qui diui Martini Turonensis episcopi historiam scripsit, hunc Dei uirum, Sabaria Pannoniorum oriundum, inter initia adolescentię armatam militiam secutum fuisse refert: ut distingueret uidelicet militiam talem bellandi, à militijs cæteris, de quibus sermonē in hocce Capite incœpimus. Liuius lib. 8 Decadis 1. uocat hanc quoq; sacratam, ita scribens: In frequentia deserant, si qua neq; conueniatur ad edictum, nec discernatur interdiu, nocte, æquo iniquo loco, iussu iniussu Imperatoris pugnēt: & nō signa, non ordines seruēt, latrocinij modo cæca & fortuita pro solēni & sacrata militia sit. Porrò digniores tales milites Paganis fuisse, docēt Iurecōs. l. 1. §. nec castrēse. de col. bon. & Speculator in tit. de procur. §. primo. itē Accursius l. pen. ff. ex quibus census maior. De reliquis militū priuilegijs tractat Iustinianus primo Codicis. l. scimus. §. de iure delib. Sic deniq; milites nō solum qui castra sequebātur, uerùm ueteranos etiā ab omnibus uectigalibus immunes fuisse, coarguit ista Antiquitatis inscriptio:

Exercitor quis sit Iureconſ.

Loca de militia armata.

Priuilegia militum.

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. GERMANICVS SARMATICVS HOS LAPIDES CONSTITVISSE PROPTER CONTROVERSIAS QVAE INTER MERCATORES ET MVNICIPES ARTE FRAN-
B TVTI FINEM DEMONSTRARENT VECTIGALI FOVEVCVLARI ET ANSVRII PER MERCALIVM SECVNDVM VET. LEG.
SEMEL DVMTAXAT EXIGENDO.

Milites à uectigalibus immunes.

Atq; hæc quidem de militum, siue militiæ armatæ prærogatiuis. Redeo ad exercitū, qui militiæ proprius fuit, quem Romani quia duplicem in limitibus habuerunt, hybernorum & æstiuorum, antequam ad illorum explicationē ueniemus, quoniam scopus uniuersus huius nostræ tractationis est, limitem Illyricanū siue Istri describere, duplicē illos isthic exercitū habuisse, Germanicum & Pannonicum, siue Illyricanū, ostendemus. Quorū illum nō propterea nominatū, quòd ex Germanis militibus constaret, certū est: sed quòd aduersus oppositos Germanos, Marcomanos'q; & Quados, qui ulteriorē Istri ripā incolebant, mereret, Romanum'q; limitē tuerēt. Et de his quidem multa autorū classicorum ubiq; mentio fit. Cor. Tacitus li. 1 hist. Aug. Paucioribus Drusum (inquit) & finē Illyrici motus laudauit etiā apud Pannonios exercitus. Subdit, de eodem Druso loquēs: Multa quippe aduersa augebant, ualidior per Germaniā exercitus, propriā apud Pannoniā. Ac Romę, nondū cognito qui fuisset exitus in Illyrico, & legionū Germanicarū motu audito, trepida ciuitas incusare Tiberiū. Atq; his ipsis locis Germanicū in Pānonijs exercitū insinuat. Lib. uerò 18 Germanicū à Pannonico distinguit, cū Vitelliū Germanicū adduxisse à Rheno exercitū, Othonis uerò partes Pannonicū ex Illyrico abductū adseruisse, referret: Infecit (inquit) ea tabes legionū quoq; & auxiliorū motas iam mentes, postquā nunciatum erat, labare Germani exercitus fidem: adeoq; parata apud malos seditio, etiā apud integros dissimulatio fuit, ut postero Iduum die redeuntem à cœna Othonem rupturi fuerint, nisi incerta noctis, & tota urbe sparsa militū castra, nec facilem inter temulentos consensum timuisset: non reipublicę cura, qua fœdare Principis sui sanguine sobrij parabāt.

Duplex in limite Istri exercitus, Pannonicus & Germanicus, & loca de his autorū.

Sed ne

Sed ne per tenebras, ut quisq; Pannonici uel Germanici exercitus militib. oblatus esset, ignorãtibus plerisq; pro Othone destinaret. Idẽ: Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbãt. Germanica uexilla diu mutauere, inualidis adhuc corporibus. Et rursus: Aegrè id passi Heluetij, interceptis epistolis ad Pannonicas legiones ferebant, centurionẽ, & quosdã militũ in custodia retinebant. Idẽ: Tũ interfecti cẽturiões prõptissimi Othonianorũ, unde præcipua in Vitelliũ alienatio per Illyricos exercitus: simul cęteræ legiones cõtactu, & aduersus Germanicos milites inuidia, bellum meditabant. Eadem sunt de istis duobus exercitibus ad Istrũ positis, apud Velleium Paterculũ: Nam uir etiã antiquissimi moris (ait) & priscã grauitatẽ semper humanitate temperans, in Germania Illyricoq;, & in Aphrica splendidissimis functus ministerijs, nõ merito, sed materia adipiscendi triumphalia defectus est. Et iterum, de morte Augusti cum disseruisset: Post redditũ cœlo patrem, & corpus eius humanis honoribus, nomen diuinis honoratũ, primũ principaliũq; operũ fuit, ordinatio comitiorũ: quam manu sua scriptam D. Augustus reliquit, quo tẽpore mihi fratriq; meo cãdidatos Cæsaris, proximè à nobilissimis ac sacerdotib. uiris, destinari prætoribus cõtigit, cõsecutis: ut neq; post nos quem quã diuus Augustus, neq; ante nos Cæsar cõmendaret Tiberius. Tulit protinus, ut uoti & consilij sui precium, respublica. Neq; diu latuit, aut quid nõ impetrando passuri fuissemus, aut quid impetrãdo profecissemus. quippe exercitus qui in Germania militabat, presentisq; Germanici imperio regebatur, simulq; legiones quæ in Illyrico erant, rabie quadam, & profunda quadam profundendi omnia cupiditate, nouũ ducem, nouum statũ, nouam quęrebant rempub. hæc ille. Tractat aũt eo loco de tumultu legionũ, quæ contra Iunium Blesum seditionẽ mouerant. Quam historiam Tacitus item retexens, lib. I historiæ Augustæ, ad Nauportum factam refert: qui locus ad Sauum fluuium, cùm à Plinio, tum ab Antonino recensetur. Vt facile appareat, Germaniam forsitan eo in loco appellasse, uniuersum Norici ripensis tractum, cum magna Pannoniæ portione: contra ueterum Geographorũ rationem ac institutum, qui Germaniam omnẽ Danubio à meridie includunt. Huc pertinent eiusdem authoris historiæq; uerba: Per omne belli Germanici Pannoniciq; tempus nemo è nobis, gradumq; nostrũ aut præcedentibus aut sequentibus, imbecillus fuit, cuius salus aut ualetudo non ita sustẽtaretur Cæsaris cura. Faciunt ad eosdem exercitus in limite Istri quondam constitutos, hoc est Pannonicos, siue Illyricanos ac Germanicos, hæc Capitolini in Pertinace uerba: Pòst in Mœsia rexit alam, deinde alimẽtis diuidendis in uia Æmilia procurauit, inde classem Germanicã rexit. Mater eum usq; in Germaniam prosecuta est, ibiq; obijt: cuius etiam sepulchrũ stare nunc dicitur. Inde ad ducentorũ HS stipendium trãslatus in Daciã, suspectusq; Marco quorundam relatu, à partibus remotus est. Porrò Successorũ familiæ, cuius meminit idem autor, monumẽta quædã extant prope Melicum Austriæ (quod multum à confinibus Pannoniarum Noricíq; disparatum uisitur) ex quibus unum hanc habet inscriptionem:

SVCCESSVS ET VRSINIA CONVIVI FECERVNT SIBI ET
SVCCESSO LANO FIL.

Eandẽ historiã de Pertinace repetit Herodianus li. 2: Minimè ignorãs (inquit) excubare adhuc memoriã Pertinacis apud Illyricos exercitus, quoniã sub Imperatore Marco multa illius ductu aduersus Germanos trophæa excitauerãt: & cum præfectus Illyrico foret, nullum nõ exemplum uirtutis in prælio ostentauerant. Referri ad huiuscemodi Germanicũ exercitum in Pannonia ad Istrum locatum, & illud Spartiani potest, in Seueri historia: Post consulatum, anno fermè ociosus fuit. deinde Læto suffragante, Germanico exercitui præponitur: proficiscens ad

Germanicos

A Germanicos exercitus, hortos spaciosos cōparauit, cū antè ædes breuissimas Romæ habuisset. Et subdit: In Imperatorē postea Idibus Augusti apud Carnuntū à Germanicis legionibus, illis uidelicet ad quas Roma erat profectus, sublimatum eum refert. Cæterū Carnuntum depingit Velleius his uerbis: Ipse à Carnūto (inquit) qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomanos orsus erat. Et ne dubitemus, de limite Danubij isthic Velleium loqui, sequitur mox: Rumpit interdū, moratur proposita hominum, fortuna. Præparauerat hyberna Cæsar ad Danubiū, &c. Sed placet locum Spartiani inserere, ubi à Germanico exercitu apud Carnuntū apertè Septimium sublimatū Imperatorē scribit, quod de Pannonicis Illyricisq; exercitib. Herodianus refert: Deinde Pannonias proconsulari imperio rexit. Et subijciēs: In Germaniā profectus, ita se in ea legatione egit, ut famā nobilitatēq; iam antè cumularet. Et hactenus militarē priuatus egit. Dehinc à Germanicis legionibus, ubi auditū est, Cōmodum occisum, Iulianū aūt odio cunctorum imperare, multis hortātib. repugnās Imperator est appellatus, apud Carnuntū Idib. Augusti. Quæ historia in Herodiano sic legiť: Præerat aūt Pannonijs uniuersis (nā unius regebanť imperio) Seuerus quidā genere Afer, uehemēs homo negocijs gerēdis, ac ferox, uitęq; insuetus duræ & asperæ, prōptus excogitandis, acer expetendis rebus. Et subdit: Seuerus cædē se Pertinacis persequi uelle, ita sibi uniuersos cōciliauit, ut Imperator diceret, summāq; ab eis acciperet potestatē. Sed ubi Pannoniorū animos explorauit, statim uicinarū quoq; gentiū præsides, quæcūq; Romano suberāt imperio, magnis inlexit præmijs. Erat aūt Seuerus unus omniū mortaliū, ad amorē simulandū maximè fictus, sic ut nec iusiurandū quidē fallere dubitaret, si ita usus posceret: longeq; aliud in lingua promptū, q̄ in animo reconditū gerebat. Igitur Il-

B lyrico omni rectoribusq; prouinciarū per literas insinuatus, collectisq; undecūq; militibus, ac suscepto Pertinacis cognomine, quod nō Illyricis modò, sed Romano etiā populo gratissimū fore suspicabať, cōuocatis omnib. in campū, ita pro suggestu locutus diciť. Sequiť postea in oratione: Nā gentes reliquę, & ciuitates, cū adhuc neminē imperio dignū aspiciāt, quiq; sit rēpub. fortiter & moderatè gesturus, ei scilicet obedire se tantū simulāt. Quòd si ab Illyrico exercitu ducē creatū cognouerint, simulq; nostrū nomē inaudierint, nō obscurum sanè apud ipsos, neq; ignoratū: quippe illic etiā cū imperio pręfuimus. hæc ille. Ex quibus colligimus, & Germanicū in Pānonijs exercitū meruisse: à quo scilicet creatū Imperatorē Seuerū, Spartianus apud Carnuntū Idib. Iulijs, coloniā uidelicet illā limitis Istri pręcipuā, adserit. id quod Illyrico exercitui Herodianus, Græcus autor, tribuit, in Pānonijs mereēti. Vt necessum sit, uel unicū eundemq; in Pānonijs ad limitē Istri exercitū fuisse, Germanicū atq; Illyricum: uel ambos proximis statiuis siue hybernis ad Istrū isthic eodē in limite Illyricano excubasse. De quibus hybernis exercitus Germanici, & locus apertus est in Plin. lib. 4 Natural. hist. cap. 12: Superius autē (ait) inter Danubiū & Herciniā syluā, usq; ad Pannonica hyberna, Carnūtij, Germanorumq; ibi confiniū. Rectè igitur Ptolemæus & Antoninus, in limite Istri cū à confinib. Norici, à Cæcio mōte ad Saui confluētes progrediunť, duorū generū isthic legionū meminere: ubi uidelicet Norico Pannoniæ coniunguní, decimę & decimæquartę Pannonicarū, & primæ ac secundę adiutriciū, ubi hæ scilicet Valeriā ac Sauum respiciunt. Atqui exiliorē paulo hunc Germanicū exercitū fuisse, uictis à Traiano Dacis, credendū est: ut qui ex duabus modò legionib. cōstabat, decima Alauda, & XIIII Gemina. Verūenimuero ante ea tēpora, ubi à Dacis metus adhuc erat, quatuor legiones in hoc Germanico exercitu limitis Istri merebāt, ut ex Cor. Tacito li. 18 colligiť: Septima Galbiana, undecima ueterana, XIII & XIIII Geminæ.

Loca Herodiani de exercitu Germanico in Pannonijs.

Locus Plinij de exercitu Germanico.

Locus Cor. Taciti de Germanico exercitu.

Geminę. de quibus sic Tacitus citato loco scribit: Læta interim Othoni principia belli, motis ad imperiū eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitibus, fuere quatuor legiones, è quibus bina milia præmissa, ipsæ modicis interuallis sequebant̄, septima à Galba cōscripta, ueteranæ undecima & tertiadecima, & præcipua fama quartadecimana. Et breuiter, ne eas legiones in Germanico exercitu limitis Istri siue Illyricani quis fuisse addubitet, sequitur mox in Cornelio: Vitelliani (inquit) pluteos cratesq; & uineas suffodiendis muris, protegēdisq; oppugnatoribus: Othomani sudes & immensas lapidum aut plumbi ærisq; moles, perfringendis operibus, obruendisq; hostibus expediunt. utrinq; pudor, utrinq; gloria, & diuersæ exhortationes, hinc legionum & Germanici exercitus robur. Atq; hæc de exercitu Germanico in Pannonijs, ex historica & prisca fide dicere uoluimus. Nam cùm externam Romani populi uniuersam rempublicam hocce Opere describamus, tum uerò limitis Illyricani potissimū eo tempore militiam enarramus: quo in tractu, REX INCLYTE, ut sæpe diximus, prouincias ex maiore parte tuas, fœliciter & clementer administras: atq; ut eas ab immanissimis Christiani nominis hostibus, ut cœpisti, tuearis, faxit CHRISTVS IESVS, cuius religionē sinceram unicè adstruis, opto, & ex animo precor.

CAP. II. DE HIS QVAE IN EXERCITU ROMAno præcipua erant, & de Romanæ aciei constructione.

Exercitus Romanis qui fuerit.



EXERCITVM Romani appellabant, iustam militum manum, siue incesserit, siue castris locatis nullum circumductum habuerit, siue præsidio loci posito pro mœnibus excubabat, siue deniq; acie cōstructa ad prælium is ducebatur. Erantq; in illo non solùm uaria genera militum ducumq; (de quibus sub finē Libri huiusce prolixè disserimus) uerumetiam non unum semper militiæ genus inerat, potissimùm uerò ex peditatu & equitatu consistebat: ac sicubi opus erat, & locus admittebat, classem coniunctam habebant. Ipse uerò exercitus quiuis uel nondum ad præliū instructus, acies habebat, ordines, principia, & globos militares, in quibus ordine certo milites consistebāt. Ita duæ acies generales erant, antesignanorū & postsignanorum. Hæ sub se ordines habebant distributos, qui sequuntur. Antesignanorum acies duplex erat, prima & secunda: erantq; in his leuioris armaturæ milites, alij Principes, alij Rorarij. Illi quidem ex centurionibus, & qui aliqua dignitate fulgebant, melioribus armis uestituq; instructi stabāt, signaq; & imagines tuebantur: quales nostra penè ætas Duplarios appellat. Rorarij uerò immediatè signa præcedebant, leuioribus quidem, sed uilioribus & armis & uestimētis, ac secundum ordinem constituebant: in quo omnis generis hastati, pilatiq;, in latum sex pedes ab inuicem stabant. Sic tertium ordinem uendicabant ferentarij & funditores, quartum tragularij, fustibulatores & cōtarij, omnes postsignani. quibus alarum instar in cornibus, in primam aciem usq;, sagittarij ac iaculatores statuebantur. Postremiq; omnium, qui scuta gestabant, grauioribusq; armis tecti incedebant, Triarij appellati, quòd uidelicet in acie tertio hi ordine dimicarent. Quæ tametsi omnia à Vegetio sint perscripta, in quibus tamen difficultas aliqua hæsit, hæc ex fide historica hocce Capite explicare adgredimur. Ac primùm quidem omnium, ut classicos autores sequamur, describit ordinem, qualis in Romano exercitu fuerit, cum omni militum discrimine, T. Liuius libro octauo Decadis primę, his uerbis, cum de Latinis loquitur: Clypeis (inquit) antè Romanis usi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere: & quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse, postremò in plures ordines instruebantur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones,

Ratio construendi exercitū.

Locus Liuij de ordinib. & aciei Romanæ constructione.

A

B

A nes,uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erãt manipuli quindecim, distantes inter se modicũ spacium. Manipulus leues uicenos milites,aliam turbam scutatorum habebat. Leues aũt, qui hastam tantum gæsaq́ꝫ gererẽt,uocabantur. Hæc prima frons in acie,florem iuuenum pubescentium ad militiã habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorũ,quibus Principibus est nomẽ.Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur. Ex quibus ordo unusquisqꝫ tres partes habebat. Earum unamquamqꝫ, primumpilum uocabant. Tribus ex uexillis constabat. Vexillum CLXXXVI homines erant. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militẽ spectatæ uirtutis: secundum rorarios, minus roboris ætate factisq́ꝫ: tertiũ accensos,minimæ fiduciæ manum, eo & in postremã aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibãt. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat,hastati sequebantur. Triarij sub uexillis considebant,sinistro crure porrecto,scuta innixa humeris, hastas suberecta cuspide in terra fixas,haud secus quàm uallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoqꝫ satis prosperè esset pugnatum,à prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios redijsse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplò compresſis ordinibus uelut claudebãt uias: unoq́ꝫ contenti agmine, iam nulla spe pòst relicta,in hostem incedebant. Id erat formidolosisſimum hosti,cum ueluti uictos insecuti,nouam repentè aciem exurgentem,auctam numero cernebant. Hæc ex Liuio. qui mox subiungens, quia de Latinis lo-

B quitur: Alterũ,inquit,tantum ex Latino delectu adijciebatur, qui ea tẽpestate hostes erant Romanis, eodemq́ꝫ ordine instruxerant aciem. Nec uexilla cum uexillis tantum,uniuersi hastati cum hastatis, principes cum principibus:sed centurio quoqꝫ cũ centurione,si ordines turbati non essent, cõcurrendum sibi esse sciebat. Idem porrò meminit huiusmodi acierum,ante & post signa constitutarum, libro tertio Decadis tertiæ his uerbis: Triplex stetit Romana acies, peditum pars ante signa locata, pars post signa accepta, equites cornua auxere. Et rursus libro decimo eiusdem: Cæterùm tanta strages hominum armorumq́ꝫ, locum in quo steterant pauloantè auxiliares, compleuerat, ut propè difficillior transitus esset, quàm per confertos hostes fuerat. Itaqꝫ qui primi erant hastati, per cumulos corporũ armorumq́ꝫ, & labem sanguinis quà quisqꝫ poterat,sequẽtes hostem, & signa & ordines confuderũt. Principũ quoqꝫ signa fluctuare cœperant,uagã ante se cernentes aciem. Quod Scipio ubi uidit, receptui properè canere hastatis iussit:& saucijs in postremam aciem subductis, principes triariosq́ꝫ in cornua inducit,quo tutior firmiorq́ꝫ media hastatorum acies esset.Ita nouum de integro prælium ortum est: quippe ad ueros hostes peruentum erat, & armorum genere, & usu militiæ, & fama rerum gestarum, & magnitudine uel spei uel periculi pares. Sed numero Romanus superior erat, & animo: quòd iam equites, iam elephantos fuderat:iam prima acie pulsa,in secundam pugnabat. Et iterum ibidem:Paucæ tamen bestiarum intrepidæ in hostem actæ, inter uelitum ordines cum multis suis uulneribus ingentem stragem edebant.Resilientes enim ad manipulos uelites,cum uiam elephantis ne obtererentur,fecissent, ad ictum utrinque conijciebant hastas:nec pila ab antesignanis cessabant, donec undique incidentibus telis exacta ex Romana acie, hi quoqꝫ in suo dextro cornu, ipsos Carthaginensium equites in fugam uerterunt. Et subdit: Apud hostes auxiliares cedentes secunda

acies Afri & Carthaginenses adeò non sustinebant, ut contrà etiam, ne resistentes pertinaciter primos cædendo ad se perueniret hostis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repentè, & in suos uersi partim refugere in secundam aciem, partim non recipientes cedere, uti paulo antè non adiuti, & tunc exclusi: & propè duo iam permista prælia erant. Porrò idem autor libro quarto Decadis quintæ, primæ & postremæ aciei meminit his uerbis: Paulus, postquam metata castra, impedimentaq; collocata animaduertit, ex postrema acie triarios primos subducit, deinde principes, stantibus in prima acie hastatis, si quid hostis moueret: postremò hastatos ab dextro primùm cornu, singulorum paulatim milites subtrahens, ita pedites equitibus cum leui armatura ante aciem hosti oppositis, sine tumultu abducti, &c. Recenset & mediam aciem libro tertio Decadis tertiæ: Primo igitur concursu (ait) cum uix pila coniecta essent, retulit pedem media acies. Inferentibusq; se magno impetu Romanis, terga uertit. Nihilo segnius in cornibus prælium fuit. hinc Pœnus, hinc Afer urget. Et uelut in circumuentos prælio ancipiti pugnant. Sed cum in medium tota iam coiuisset Romana acies, satis uirium ad dimouenda hostium cornua habuit. Cæterùm mediam hanc aciem diuersam fuisse à tertia, ex his Cæsaris uerbis liquet, quę libro quinto Belli ciuilis leguntur: Ea fuit ratio Scipionis ea die præliandi. Cæsaris autem acies hoc modo fuit collocata, ut à sinistro eius cornu ordiar, & ad dextrum perueniam. Habuit legionem nonam, septimam in sinistro cornu, trigesimam, uigesimamnonam, tertiamdecimam, quartamdecimam, uigesimamoctauam, uigesimamsextam in media acie. ipsum autem dextrum cornu secundam aciem ferè in earum legionum parte cohortium collocauerat. Præterea ex tyronum paucas adiecerat. Tertiam autem aciem in sinistrum suum cornu contulerat, & usq; ad aciei suæ mediam legionem porrexerat. Atq; hæc de aciei Romanæ ordinibus. Quos densatos eleganter Liuius appellat, libro undecimo tertiæ Decadis, ubi interualla & distantiæ, quæ inter eas in constructione obseruabantur, aut ui prælij, aut in fuga interrumpebantur. Verba Liuij hæc sunt: Cum Carthaginenses simul cum hostibus, simul cum suis cogerentur conserere manus, nō tamen ita perculsos iratosq; in aci accepereem, sed densatis ordinibus in cornua, uacuumq; circa campum extra prælium eiecere, ne pauidos fuga uulneribus milites incertam & integram aciem miscerent. Hic iam quæret aliquis, de sagittarijs, iaculatoribus, equitibus, auxilijsq;, quibus Romana in acie locis constiterint. Quas quidem quæstiones soluent hæc authorum loca, quæ sequuntur. De sagittarijs cornibus adnexis, refert Cæsar quinto Ciuilis belli: Et ita collocauerat, uti sinistrum suum cornu triplex: sinistrum autem equitatus hostium, multitudini resistere posset, eòdemq; suum omnem contulerat equitatum. Et quòd ei parum confidebat, præsidio his equitibus legionē quintam præmiserat, leuemq; armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios uariè passimq; locis certis, maximeq; in cornibus collocauerat. Huc pertinet illud Appiani Alexandrini secundo Ciuilis: Quo in loco Cæsar copias suas pariter eduxit. ac primùm Italos uterq; eorum in tres acies diuisos, in fronte collocauit, modico interuallo inter se distantes. Supra hos, equites per partes cornibus attribuit, quibus sagittarij & funditores admixti inerant. In hunc modum Italorum natio ab illis distributa est, qua maximè uterq; eorum confidebat. Sociorum uerò copias ueluti ad ostentationem quandam protulerunt. Hæc Appianus. Delineat & Tacitus huiusmodi, quo socij P. R. consistere loco in illius exercitu solebant, libro historiæ Augustæ secundo: Noster exercitus sic incessit. Auxiliares Galli Germaniq; in fronte, post quos pedites sagittarij, deinde quatuor legiones, & cum duabus præto-

Media acies.

Ordines densati.

Quo loco positi fuerint sagittarij.

Quo loco auxilia sociorum collocata.

A

B

A prætorijs cohortibus ac delecto equite Cæsar. Exin totidem aliæ legiones, ac leuis armatura cum equite sagittario, cæteræq; sociorum cohortes. Idem libro decimotertio, sagittarios in cornibus, inter ordines impedimenta, & à tergo equites describit, cum Romanus incedere solebat exercitus: Igitur repente agmen Romanum circunfundit, non ignaro duce nostro, qui uiæ pariter & pugnæ composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorum delectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur. Quibus iusserat, ut instantibus comminus resisterent, refugos non sequerentur. In cornibus pedes sagittarius, & cætera manus equitum ibat productiore cornu in sinistro per ima collium. hæc Cornelius noster. Scitum est & illud Liuij, quo ostendit, quemadmodum equites in prælio ex cornibus in aciem interq; ordines admittebantur. Locus est libro nono Decadis tertiæ: Submisso ab statione Romana equitatu, prælium equestre fuit, haud sanè memorando in partem ullam euentu. Sole oriente, postero die armati instructiq; omnes mille fermè passus procul à castris Romanis aciem ostendere. Medij Ausetani erant. Cornua, dextrum Illergetes, læuum ignobiles tenebant Hispani populi. Inter cornua & mediam aciem, interualla patentia satis latè fecerunt, qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani more suo exercitum cum instruxissent, id modò hostium imitati sunt, ut inter legiones & ipsi patentes equiti relinquerent uias. Cæterùm Lentulus ei parti usum equitis fore ratus, quę prior in dehiscentem interuallis hostium aciem, equites emisisset, Seruio Cornelio tribuno militum imperat, equites per patentes in hostium acies uias permittere equos iubeat. Atq; hæc de Romano exercitu, eiusq; constructione in genere. nunc species rerum explicabimus. Inuenio autem in Romano exercitu celebrata fuisse, principia, cornua, quadratum agmen, rotundam aciem, directam aciem, erectam aciem, detractam aciem, cuneum, testudinem, orbem, & globos militares. De quorum singulis ordine dicendum nobis est, sumpto à principijs initio.

Quo pacto locoq; equites admittebantur in prælio.

B PRINCIPIA, à principibus, hoc est, primi pili centurionibus nomen accepit. Erant aũt loca primæ aciei ante & circa signa, cum exercitus incedebat, & cum castra metabatur circa prætorium, ubi imagines custodiebantur. de quibus intelligendum est hoc Comici in Eunucho, cum à Thrasone aciem instructam explicaret: Tu hosce instrue (inquit) hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timido nebuloni accommodatissimus. Id quod ridens Gnato: Illud (inquit) est sapere. Vt hosce instruxit, ipsus sibi cauit loco. Porrò in principijs, ut Columella libro secundo est author, à principibus nomen acceperunt, qui in secunda stabant acie, & ordine primo, hoc est centuriones, accensi, cornicularij, torquati, centenarij, tercenarij, & duplares. Siquidem in prima acie stabant hastati, secunda principes, robustior ætas. hos sequebantur scutati, omnes maximè insignes armis. ita contingebat in prælio, ut mox post hastatos principum pugna esset. Hinc est, quòd Vegetius libro de Re militari secundo, & principes ipsos milites, & principia appellauit, ita scribens: Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & ut proprio uerbo utar, principiorum nomina ac dignitates secundum præsentes matriculas indicabo. Sed placet loca authorum hac de re subnectere. Liuius libro secundo ab Vrbe condita: Quia à tergo erant cliui, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus erat. Et iterum libro secundo Decadis tertiæ: Et noua de integro pugna exorta est, non illa ordinata per principes hastatos ac triarios, nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies. Idem libro sexto Decadis tertiæ: Et M. Attilius legatus primi principis ex eadem legione

Principia in exercitu & castris.

ſignum inferri in cohortem Hiſpanorum coegit. Et libro octauo eiuſdem, pro- A pe prætorium principia fuiſſe oſtendit his uerbis: Tribuni militum ſeptem ab ipſo Scipione miſsi ſuperuenerunt. Ad quorum primum aduentum exaſperati animi, mox ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſsi erant, leniti ſunt. Circumeuntes enim tentoria primò, deinde in principijs prætorioq́; , ubi ſermones inter ſe ſerentium circulos uidiſſent, alloquebantur percunctantes magis, quæ cauſa iræ conſternationisq́; ſubitæ foret, quàm factum accuſantes. Sic idem libro ſeptimo Decadis primæ: Immiſceriq́; militibus centuriones, nec in circulis modò fremere, ſed iam in principijs ac prætorio in unum ſermones confundi. Idem libro decimo Decadis tertiæ: Quod Scipio ubi uidit, receptui properè canere haſtatis iuſsit: & saucijs in poſtremam aciem ſubductis, principes triariosq́; in cornua inducit. Idem de Signis principum ibidem: Sequentes hoſtem & ſigna & ordines confuderunt, principum quoq́; ſigna fluctuare cœperunt, uagam ante ſe cernentes aciem. Huc pertinet & alter locus Liuij, libro decimo Decadis quartæ: Quatuor extra ordinarijs cohortibus duas adiunxit, præpoſito M. Valerio legato. erumpere extraordinaria porta iuſsit: ad dextram principalem, haſtatos legionis primæ inſtruxit, principes ex eadem legione in ſubſidijs poſuit. Meminit principiorũ eodem ſignificatu & Cornelius Tacitus lib. 4. hiſtoriæ Auguſt. de Seiani ambitu loquens, qui ſub Tiberio prætorianis præfuerat: Neq́; ſenatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut prouincijs ornando facili Tiberio, atque ita prono, ut ſocium laborum non modò in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret, coliq́; per theatra & fora effigies eius, interq́; principia legionum ſineret. Et iterum libro decimo octauo: Et quidam in domum Cæſaris tranſgreſsi, atq́; ipſis dominis potentiores, ſed miles plenis caſtris & redundanti multitudine in porticibus aut delubris B & urbe tota uagus, non principia noſcere, non ſeruare uigilias, neq́; labore firmari per illecebras urbis. Et alio loco: Sabina uxor mala cupidine uiſendi ſitum caſtrorum, cum uigilias & cætera militiæ munia eadem laſciuia tentaſſet, in ipſis principijs ſtuprum auſa. Et iterum: Legati eorum in ſqualorem mœſtitiamq́; cõpoſiti, per principia & contubernia cõquerentes, accendebant animos. Huc pertinet & ille Tranquilli in Othone locus: Auſus eſt etiam in Illyrico milites quoſdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia præpoſitos ſuos, quaſi defectionis aduerſus Claudium authores occiderint, capite punire, & quidem ante principia ſe coram. Et rurſus in eadem hiſtoria, cum occupationem Imperij, interfecto Othone deſcriberet: Donec (ait) omiſſa mora ſuccollatus, & à præſenti comitatu Imperator conſalutatus, inter fauſtas acclamationes ſtrictosq́; gladios ad principia deuenit. Ex quibus omnibus liquet, Principia locum Romano in exercitu fuiſſe, ubi non ſolum principes ac primorum ordinum milites centurionesq́; incedebant, uerumetiam ubi imagines Auguſtorum adſeruabantur, atq́; colebantur, parte quippe armis locoq́; munitiſsima. Porrò huius uocis inclinantis etiam Imperij authores meminiſſe conſtat. Sic enim Marcellinus ſcribit libro hiſtoriæ ſuæ uigeſimoſecundo: Qui omnes tranſgreſsi Chalcedona, præſentibus Iouianorum Herculianorumq́; principijs & tribunis, cauſas uehementius æquo bonoq́; ſpectauerunt. Et rurſus libro uigeſimoquarto, de Iuliano loquẽs: ipſe cum leuis armaturę auxilijs per prima poſtremaq́; diſcurrens. Et libro uigeſimoquinto: Principio lucis ſecutæ, quæ erat quintũ Calendas Iulias, hoſtibus ex omni latere circumfuſis, collecti duces exercitus, aduocatisq́; legionũ principijs, & turmarum, ſuper creando principe conſultarunt. Idem clarius adhuc libro uigeſimoſeptimo: Proinde quiete reficiẽdis corporibus data, ſignoq́; erecto, quod

A solet ad pugnam hortari, tubarum minacium accendente clangore, fidentissimo impetu acies motas promptè ante alios præire, duo iuuenes lecti in principijs adeundi discriminis, Saluius & Lupicinus, scutarius unus, alter è schola gentilium, fragore terribili concitantes, hastasq́ crispando, cum ad rupiũ obiecta uenissent. Et sic intelligitur illud Accij apud Varronem: Ego uerò, ut aiunt, post principia in castris. Meminit huius uocis in hac significatione & Eusebius Pamphilus libro primo de uita Constantini: Quapropter ictus misericordia Cõstantinus, omnes expugnandi machinas contrahebat: ipse post principia, nempe regnatorem Deum, implorabat opem Christi. A' principijs deniq;, ut diximus, nomen sortiti sunt centuriones qui in principijs pugnabãt, & quorum meminere authores suprà adducti, & clarius describit Polybius in libello de Castrametatione Romana: Ex singulis prædictis generibus (inquit) præterquã è natu minimis, eligũt ordinum ductores optimos quosq; decem, pręter quos aliorum decem electionem faciunt, atq; hos quidem omnes Principes ordinum appellauere. Quorũ qui primus electus est, fit etiam consilij particeps. Hi rursus totidem eligunt tergiductores: quibus peractis cum principibus ordinũ, diuidunt ætates singulas in partes decẽ, exceptis pilanis: præbentq́ singulis partibus ex his qui iam electi sunt, duos duces, duosq́ tergiductores. Hæc de locatione illorum in acie Romana instructa Aelianus refert. Partium quoq; præfecti ita ordinantur, ut primus uirtute in læuo primę legionis simplaris statuatur, secundus in dextro secundę, tertius in læuo tertiæ, quartus in dextro quartæ. In singulis etiã decurijs quadruplaribus decuriones ita locãtur, ut primæ decuriæ princeps uirtute excellat, quartæ secundum uirtutis locum obtineat, tertię tertium, secundę quartum. Porrò aciei Romanæ instructionem ad prælium, uel cum castra mouebantur, delineat ad unguẽ

B (quod aiunt) Polybius in libello de Castrametatione Romana: Quia si qua à tergo sit suspicio, cætera quidem apud ipsos eodem se habent modo. sociorum extraordinarij à fronte ad tergum traducũtur, alternisq́ diebus legiones & cornua eadem præcedunt, rursumq́ sequuntur à tergo, ut aquationis frumentationisq́ integræ æqualiter omnes participes fiant, mutantes semper ordinẽ, ut alternatim primores incedãt. Vtuntur etiam alio genere incessus, temporibus parum tutis, patentibus campis. Ducũt enim triplicẽ phalangem æquè distantem, hastatorũ, principum, triariorũ, præponentes antecedentium iumẽta omnibus. Post prima uerò signa eorum qui secundi incedunt, post secunda eorum qui tertij, ad portionemq́ sic alternatim ponentes iumenta & signa. Hũc in modum ad iter instructi, cum aliquid grauius acciderit, modò ad scutum declinãtes, modò ad hastam, producunt signa præter impedimenta ad hostium aspectum, breuiq́ tẽpore atq; una motione armatorum ordo recipit instructionis dispositionem: præterquã si aliquando hastatos euolutione uti oportuerit. Iumentorum aũt, cæterorumq́ ea sequentium multitudo, post instructos se subducentes, locum obtinẽt in periculis competentẽ. Cùm uerò incedẽtes appropinquauerint locandis castris, præcedũt tribunus, & ex principibus ordinũ quicunq; huic muneri asiduè fuerint addicti. Qui posteaquam cõspexerint totũ locum qui optandus sit ponendis castris, &c. Sic Vegetius libro secundo de Re militari, cap. 15. Romanæ aciei instructionem, cum pugna immineret, ita describit: Nunc qualiter instruẽda sit acies, si pugna immineat, declaretur unius legionis exemplo: quòd, si usus exegerit, trãsferri possit ad plures legiones. Equites locãtur in cornibus. Acies peditum à prima cohorte incipit ordinari in dextro cornu. huic cohors secunda coniungitur. tertia cohors in media acie collocatur. Huic annectitur quarta. Quinta uerò cohors sinistrũ suscipit cornu, sed ante signa & citra signa. Nec nõ prima acie dimicantes Principes

uocabāt̃, hoc est ordinarij, cæteriq́ principales. Hæc erat grauis armatura, qui habebāt cassides, cataphractas, ocreas, scuta, gladios maiores quos Spathas uocāt, & alios minores quos Semispathas nomināt: plumbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt: itē bina missilia, unū maius ferro triāgulo unciarū nouē, hastili pedū quinq; & semis, q̊d Pilū uocabāt, nunc spiculū dicit̃, ad cuius ictū precipuè exercebant̃ milites: q̊d arte & uirtute directū, & scutatos pedites & loricatos equites sepe trāsuerberabat. aliud minus ferro triāgulo unciarū quinq;, hastili triū pedū & semis: q̊d tūc uerriculū, nūc uerutū dicit̃. Prima acies principū, secunda hastatorū, armis talibus docet̃ instructa. Post hos erāt ferentarij & leuis armatura, quos nunc Auxiliatores & armaturas dicimus: scutati, qui plūbatis uel gladijs uel missilib. accincti, sicut nūc propè omnes milites uident̃, armati erāt. Itē sagittarij cū cassidib. cataphractis & gladijs, sagittis & arcubus. Erāt funditores, qui ad fundas uel fustibalos lapides iaciebāt. Erāt triangularij, qui ad manubalistas uel arcubalistas dirigebāt sagittas. Secūda acies similiter armabat̃, in qua cōsistētes milites hastati uocabāt̃. Sed in secūda acie dextro cornu cohors sexta ponebat̃, cui iungebat̃ septima. Octaua cohors mediam aciē tenebat, nona comitante. Decima cohors in undecima acie, sinistrū semper obtinebat cornu. Post omnes aūt acies, triarij cū scutis cataphractis ac galeis, ocreati cū gladijs semisphatis, plūbatis & binis missilib. locabant̃: qui genu posito subsidebāt, ut si prima acies uinceret̃, ab his quasi de integro reparata pugna posset reparare uictoriā. Et subdit cap. 17. Illud aūt sciendū est, & modis omnibus retinendū, cōmisso bello, prima & secunda acies stabāt immotę. Triarij quoq; residebāt. Ferentarij aūt, armaturę, scutatores, sagittarij, funditores, hoc est, leuis armatura, aduersarios prouocabāt, ante aciē procedētes. Si hostes fugare poterāt, sequebant̃: si eorū uirtute ac multitudine premebant̃, reuertebāt̃ ad suos, & post eos stabāt. Excipiebat aūt prælīū grauis armatura, & tanq; murus (ut ita dicā) ferreus stabat, & nō solū missilib. sed etiā gladijs cominus dimicabāt. Et si hostes fugassēt, nō sequebat̃ grauis armatura, ne aciē suā ordinationēq́ perturbaret, & ad dispersos recurrētes hostes incōpositos opprimerēt. Sed leuis armatura cū funditorib. sagittarijs & equitibus, fugientes sequebat̃ inimicos. Cęterū quomodo milites in acie instructa locabant̃, idē lib. 3. cap. 14 docet hisce uerbis: Instructiōis lex est, ut in primo exercitati & ueteres milites collocent̃, quos antea Principes uocabāt. In secundo ordine circundati cataphractis sagittarij & optimi milites, cū spiculis uel lāceis ordinēt̃, quos prius hastatos uocabāt. Singuli aūt armati in directū ternos pedes inter se occupare cōsueuerūt, hoc est, in mille passib. mille sexceti. Sex pedes ordinant̃ in longū, ut nec acies interluceat, & spaciū sit arma tractandi. Inter ordinē aūt & ordinē, à tergo in latū sex pedes distare uoluerunt, ut haberēt pugnantes spaciū accedendi atq; recedendi. uehemētius enim cū saltu cursuq́ tela mittunt̃. In his duobus ordinibus & ætate maturi, & usu cōfidentes, & muniti grauioribus etiā armis collocātur. Hi enim abinuicē nec cedere nec sequi aliquando cogendi sunt, ne ordines turbēt: sed uenientes aduersarios excipere, & stando pugnādoq́ repellere, uel fugare. Tertius ordo disponit̃ de armaturis uelocissimis, de sagittarijs iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea Ferētarios nominabāt. Quartus itē ordo cōstruit̃ de scutatis expeditissimis, de sagittarijs iunioribus, de his qui acriter uerutis uel marciobarbulis, quas Plumbatas nomināt, dimicant, qui dicebant̃ leuis armatura. Sciendū est ergo, stantibus duobus primis ordinibus, tertiū & quartum ordinē ad prouocandum cū missilibus & sagittis primo loco semper exire. Quòd si hostes in fugā uertere potuerint, ipsi cum equitibus prosequunt̃. Si uerò ab hostibus pulsi fuerint, redeunt ad primā & secundā aciē, & inter ipsos recipiūt se ad loca sua. Prima aūt & secunda acies, cū ad spathas & ad pila (ut dicit̃) uentū fuerit, totum sustinet bellum.

Locatio militū in acie Romana secundū gradus & munia.
Principum locatio.
Hastatorum locatio.
Interuallum inter ordines.
Secūdus ordo.
Tertius ordo.
Sagittariorum & iaculatorū locatio.
Quartus ordo.
Qui ueruta et plumbatas portabant, eorūq; locatio.

A bellū. In quarta acie ponebant interdū carrobalistæ, & manubalistarij, fundibulatores, quib. scuta deerāt, siue lapidib. manu iactis, siue missilib. in hoc ordine dimicabāt, quos Accēsos, tanq̃ iuniores, & postea Additos nominabāt. Sextus ordo post omnes à fortissimis & scutatis, & omni genere armorū munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui Triarios appellabāt. Hi ut requieti & integri acrius inuaderēt hostes, post ultimas acies sedere cōsueuerant. Si quid enim primis ordinib. accidisset, de horū uirib. reparationis spes tota pēdebat. Hęc Vegetius, quib. adijcienda sunt quę scribit Modestus de locatione cohortium Romana in acie, hisce uerbis: Sciendum est enim, in una legione decē cohortes esse debere: sed prima cohors reliquas & numero militū & dignitate præcedit. nā genere atq; institutione literarū uiros electissimos quęrit. hæc enim suscipit aquilā, quę præcipuū signum in Romano est exercitu, & totius legionis insigne: imagines Imperatorum habet, quæ tanq̃ diuina & præsentia signa singuli uenerātur. Habet pedites mille centū & quinq;, equites loricatos centum & triginta duos, & appellat Cohors miliaria. Hæc caput est legionis. ab hac enim, cū pugnandum est, prima incipiet acies ordinari. Secunda cohors habet pedites 560, equites 66, & appellatur Cohors quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites 560, equites 66: sed in hac cohorte tertia ualidiores & probati milites, qui in media acie cōsistāt, insunt. Cohors quarta habet pedites 555, equites 66. Cohors quinta habet pedites 555, equites 66. Sed quinta cohors strenuos desiderat milites: quia sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hæ quinq; cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites 555, equites 66. In prima quoq; enucleati ascribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post aquilā & imagines cohors sexta cōsistit. Cohors septima habet pedites 555, equites 66. & cohors octaua totidē. Sed & ipsa animosos

B desiderat uiros, quia in secunda acie cōsistit in medio. Cohors nona habet pedites 555, equites 66. Et totidē decima, & ipsa bonos cōsueuit accipere bellatores. Quia sicut in secūda acie sexta dextrū, ita decima sinistrū cornu possidet. His decē cohortib. legio plena fundat, quę habet pedites 6. mil. centū & 5, equites 726. Minor itaq; numerus armatorū in unaquaq; legione esse nō debet. Maior aut cōsueuit esse: & nō tātum unā cohortē, sed etiā alias miliarias, si fuerit iussa, suscipere. Et hęc quidē de cohortiū locatione. Iam uerò si quispiā roget, quo loco dux steterit in agmine, ita optimè ad unguē ordinato, huic respondebo ex eodē Vegetio, qui nominatim lib. 3. cap. 18: Dux (inqt) qui præcipuā sustinet potestatē inter equites & pedites, in parte dextra stare cōsueuit. Hic enim locus est, in quo tota acies gubernat, ex quo rectus est, liberq; procursus. Ideo aūt inter utrosq; cōsistit, ut & cōsilio Regē, & authoritate tam equites q̃ pedites ad pugnā possit hortari. Hic de equitibus supernumerarijs, mixtis peditibus expeditis, aduersariorū sinistrū cornu, q̃d cōtra ipsum stat, circuire, & à tergo semper urgere debet. Secundus dux in media acie ponit peditū, qui eā sustētet & firmet. Hic fortissimos pedites, & bene armatos, de superfluis secū habere debet: ex quib. aut ipse cuneū faciat, & hostiū aciē rumpat: aut si aduersarij cuneū fecerint, ipse forficē faciat, ut cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus, tertius dux esse debet satis bellicosus & pudus, quia sinistra pars difficilior est, & ueluti māca in acie cōsistit: ideo circa se bonos eqtes supernumerarios, & uelocissimos pedites secū habere debet, de quib. sinistrū cornu semper extēdat, ne circūueniat ab hostib. Hęc Vegetius. Qui rursus quo loco in acie tribuni cōstiterint, capite precedēti differēs ita scribit: Sed optima ratio est, & ad uictoriā plurimū cōfert, ut lectissimos de peditib. eqtib. cū uicarijs comitib. tribunisq; uacātib. habeat dux post aciē præparatos, alios circa cornua, alios circa mediū: ut sicubi hostis uehemēter insistat, ne rūpat acies, prouolēt subitò, & suppleāt loca. Et hactenus de omniū ordinū, cohortiū, militūq; ac dignitatū

Quarta acies. Carrobalistarū locatio. Fundibulatorum locatio. Accensorum locatio. Sextus ordo. Triariorum locatio. Locatio cohortium in Romana acie.

Quo loco dux steterit in acie.

Dux alter in medio.

Tertius dux.

Quo loco tribuni steterint in agmine instructo.

locatione in acie Romana, iam ad cõflictum instructa. Quibus operæpreciũ esse existimo, ut adijciãtur uocabula uetera, ad aciẽ instruendã olim usurpata, quorũ meminit Aelianus in hæc uerba: Transuersa est phalanx, quæ longitudine multo productiore cõstat, quàm altitudine. Arrecta est, quę per cornu progredit̃, lõgè productiore altitudine cõstans quàm longitudine: omninóque plus longitudinis quàm altitudinis habeat: Oblongũ id cõsueuimus nominare. Arrectũ uerò è directo, quod plus altitudinis quàm longitudinis habeat: quocirca phalangẽ quoque interpretari licet his eisdẽ nominib. Obliqua est, quæ alterũ cornu, quod libuerit, propinquũ obijciẽs hostibus, eoque decertãs, alterũ semotius teneat, manẽs aggrediendi opportunitatẽ. Intercalatio est, cũ interuallis prępositi militis inserimus per directũ aliquos ex his, quos postponi placuerat. Prępositio est, cũ uel ex utraque parte aciei, uel ex altera tantũ fronti præponimus aliquos ratione auxilij. Impositio est, cũ leuẽ armaturam interuallis alternatim phalangis totius inserimus. Postpositio est, seu subiectio, cũ leuem armaturã phalangi incuruæ postponimus, ita ut forma omniũ copiarũ portæ triplicis speciẽ præ se ferat. Hæc ille. Qui rursus de cõuersione & in hastã & in scutũ, de declinatione, & in hastã & in scutũ immutatione, itemque inflexione in hastam, de collectione iugorũ, alijsque terminis castrẽsibus longiorẽ instituit tractatũ: qua de re & nos, cũ de Cãpicursione, siue exercitio militari, Capite huius libri quarto, & lib. 8, ubi hastam scutumque explicamus, attigimus quędam. Nũc uerò adeò, ne nihil quod ad Romanam uideatur militiam pertinere, nõ enucleatum maneat, agminis Romani, siue acierum discrimina ordine recensebimus: quibus, quæ paulo suprà de cuneo ac globis diximus, iungere potes. CORNUA Romano in exercitu, partes extremę instructi exercitus, quibus equites & sagittarij collocabantur. Dextrũ quippe & sinistrũ erat: & quod inter utrũque est, dicitur mediũ. Liuius lib. 2. Decadis 3. Afri circa iam cornua uim fecerãt, irruentibusque incautè in mediũ Romanis circundedere alas, mox cornua extẽdendo clausere & ab tergo hostes. Hinc Romani defuncti nequidquam prelio uno omissis Gallis Hispanisque, quorũ terga cæciderãt, etiã aduersus Afros integrare pugnã ineunt: nõ tantum eo iniquam, quod inclusi aduersus circunfusos, sed etiã quòd fessi cũ recentibus ac uegetis pugnabãt. Iam & in sinistro cornu Romano, ubi sociorũ equites aduersus Numidas steterãt, consertũ præliũ erat, segne primò, & à Punica cœptũ fraude. Et idem lib. 7. primę Decad. Hæc dicta dederat, cum equites Consulis iussu discurrunt in cornua. Et iterum lib. 9. ab Vrbe: Itaque in aciem procedunt, equitibus in cornua diuisis. Et alio loco: M. Valerius à dextro, P. Decius ab læuo cornu ambo consulares ad equites in cornibus positos euehuntur. Et rursus lib. 3. Decad. 3: Satis terroris tumultusque in aciẽ mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus, & C. Aurelius legati, in cornua hostiũ erupere. Huc pertinet illud Taciti lib. 2. historiæ August. Cõposuerat exercitũ latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorũ delectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur. quibus iusserat, ut instantibus cominus resisterent, refugos nõ sequerentur. In cornibus pedes sagittarius, & cætera manus equitũ ibat, productiore cornu in sinistro per ima colliũ, ut si hostis intrauisset, fronte simul & sinu exciperetur. Cæsar 1. Gallici belli: Ipse à dextro cornu prælium cõmisit. Huc alludit & Cicero 13. Philip. Deinde Pansa & Hircius, qui quasi cornua duo tenuerũt Cæsaris, tum cũ illæ ueræ partes uocabant̃. Sic Plin. de Viris illustrib. Quũ collato (inquit) cũ collega somnio cõuenisset, in cuius cornu in acie laboraret, dijs se manib. uoueret. Huc pertinet & illud Terent. in Eun.

—In medium huc agmen cum uecti Donax: Tu Simalio sinistrũ cornu, tu Syrisce in dextrũ.

Porrò creberrima est cornuũ apud Liuium cæterosque historiæ authores mentio,

Vocabula necessaria ad agmen cõstituendum. *Oblongum quid.* *Arrectũ in acie Romana quid.* *Obliquũ quid in acie.* *Intercalatio.* *Præpositio.* *Impositio.* *Postpositio.* *Cornua Romano in exercitu.*

A

B

A tio, occupabatq; subinde dux belli, siue consul, aut procos. prætor'ue esset, medium, legatis cornibus præfectis. Vt illud est Liuij libro septimo Decadis tertiæ: Sinistra ala ab Romanis, & cohortes quæ amiserant signa, in prima acie pugnabant, & legio uicesima ab dextro cornu instructa: L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Nero legati cornibus præerant: Marcellus mediam aciem hortator, testisq; præsens firmabat. Meminerunt deniq; huiusmodi cornuum in Romano exercitu, inclinantis etiam Imperij authores, quorum præcipuus Ammianus libro uigesimoquinto sic scribit: Quæ dum sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte cataphractorum Parthicus globus centurias adgreditur medias, ac sinistro cornu inclinato superfusus acriter, fœtorem stridoremq; elephantorum impatienter tolerantibus nostris. Et iterum: Dum enim hæc post discessum ducis ubiq; agũtur, exercitus cornu dextro fatigato, & Anatolio interfecto, qui erat tunc officiorũ magister, Salustius præfectus actus in exitium præceps, & opera apparitoris sui ereptus. Hæc ille. Cæterùm in constructione cornuum, tria uideo ab historicis dici: Cornua extendere, abrumpere cornua, & cornibus circumdare. Liuius libro octauo Decadis tertiæ: Ipse è dextro cornu (ibi namq; præerat) nuncium ad Syllanum & Martium mittit, ut cornu extenderent in sinistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra uidissent: ut cum expeditis peditum equitumq; prius pugnam consererent, cum hosteq; coire inter se mediæ acies possent. Ita diductis cornibus, cum ternis peditum cohortibus, ternisq; equitum turmis, ad hoc uelitibus citato gradu in hostem ducebant, sequentibus in obliquum alijs. Sinus in medio erat, quia segnius Hispanorum signa incedebant. Et iam conflixerant cornua, cum quòd roboris in acie hostium erat, Pœni ueterani Afriq; nondum ad teli coniectum uenissent, neq; in cornua,
B ut adiuuarent, pugnantes discurrere auderent: ne aperirent mediã aciem uenienti ex aduerso hosti, cornua ancipiti prælio urgebantur: eques leuisq; armatura & uelites subductis alis in latera incurrebant, cohortes à fronte urgebant, ut abrumpere cornua à cætera acie, &c. Et rursus circunducere cornibus equitem, eleganter dixit, pro eo quod est alas facere ex equitatu, & exercitui reliquo adalligare, ut ita dixerim: Scipio pro se esse loci angustias ratus, & quòd in arcto pugna Romano aptior quàm Hispano militi futura uidebatur, & quòd in eum locũ detracta hostium acies esset, qui non omnem multitudinem eorum caperet, nouo etiam consilio adiecit animum: Equitem nec se posse circundare cornibus in tam angusto spacio, & hosti, quem etiã peditem deduxisset, inutilem fore. Atq; hactenus de Cornibus. Sequitur CVNEVS, quem Caput porci à similitudine Vegetius libro tertio de Re militari, & Marcellinus appellant. Erat multitudo militum, quæ primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum in ordines prorumpit. Meminit T. Liuius libro septimo Decadis primæ: His adhortationibus iterum coorti, pellunt loco primos manipulos Gallorum, cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Idem libro secundo Decadis tertiæ de secundo Punico bello: Primò & uiribus & animis pares constabant ordines Gallis Hispanisq;, tandem Romani diu ac sæpe consilia agitabant, qua fronte acieq; densa impellerent hostiũ cuneum nimis tenuẽ, atq; parum ualidum, à cætera prominente acie. Impulsis deinde, ac trepidè referẽtibus pedẽ insistere, ac tenore uno per præceps pauore fugientiũ agmen in mediam primã aciem illati, postremò nullo resistente ad præsidia Afrorũ peruenerunt, qui utrinq; reductis alis constiterãt. medijq; Galli Hispaniq; steterũt aliquantum prominente acie: qui cuneus, ut pulsus æquauit frontem primũ, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit. Et rursus ibidem: Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoq; facto, per medios uadit hostes.

Cornua extendere.

Abrumpere cornua.

Circũdare cornibus.

Cuneus in exercitu Romano quid fuerit.

hostes. Et cum in latus dextrum, quod patebat, Numidę iacularentur, translatis in dextram partem scutis, in maiora castra ad sexcentos euaserunt. Huc alludit & alijs locis Liuius libro quinto Decadis tertiæ: Cuneus is hostium, qui confertim circa ducem impetum fecerat. Et iterum: Prima legio & sinistra ala primò instructæ, & in longitudinem porrecta acies. Et libro nono Decadis quartæ: Ipse cum equitibus duarum legionum paululum circumuectus, in cuneum hostium, qui mediam urgebat aciem, ab latere incurrit. Huc pertinent & quæ de cuneo Tacitus scribit libro uigesimo historiæ Augustæ: Vbi insidiæ parum cessere, ad uim transgressus, Caninefates, Frisios, Batauos proprijs cuneis componit. directa ex aduerso acies haud procul flumine Rheno, & obuerso in hostem nauibus. Et rursus omnibus portis erumpunt, ut Batauos numero impares circumfundant. Illi ueteris militiæ memores, in cuneis congregantur densi undiq;, ac frontem tergaq; ac latus tuti, sic tamen nostrorum aciem perfringunt. Idem libro uigesimoprimo: Postera die Cerealis equite et auxiliaribus cohortibus frontem explet: in secunda acie legiones locatæ. dux sibi delatos retinuerat ad improuisa. Ciuilis haud porrecto agmini, sed cuneis adstitit. Bataui Cugeriniq; in dextra, læua ac propiora fluminis Transrhenani tenuere. Ad huiusmodi in cuneum siue caput porci redactam aciem, alludit & Cæsar libro quinto Ciuilis belli: Interim consilio hostium cognito, iubet aciem in longitudinem quàm maximam porrigi, & alternis conuersis cohortibus, ut una post alteram ante signa tenderet, in coronam hostium, dextro sinistroq; cornu, mediam diuidit, & unam partem ab altera exclusa, equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis coniectis in fugam uertit. De cuneo meminit & Herodianus libro octauo historiæ Augustæ, cum Maximinum Aquileiam obsidentem describit. Sed omnibus defatigatis, non fuit Imperatoris consilium, urbem ipsam statim inuadere, sed extra teli iactum constituto milite, diuisoq; in centurias & cuneos. Et iterum libro quarto: Tentante autem barbaro, utpote qui numero præstabat, circum uenire Romanos, quasiq; indagine concludere: contrà non iam profundiorem, sed in frontem productam constituebant Romani aciem, ac se circumueniri prohibebant. Et de huiuscemodi acie in longũ producta, accipienda sunt quæ Ammianus de Capite porci scribit libro decimosexto: Qua clade cognita, Cæsar missis cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria obseruauit itinera. Et libro decimoseptimo: Iamq; urgente in uesperum die, cum moras rumpere dux moneret, excedens erectis uexillis, in eos igneo miles impetu ferebatur. Qui conuersi, acieq; densiori contracta aduersus ipsum principem stantem (ut dictum est) altius omnem impetum contulerant, cum oculis incessentibus, & uocibus truculentis. Cuius furoris amentiam exercitus ira ferre non potuit: eosq; Imperatori, ut dictum est, acriter imminentes, desinente in angustum fronte, quem habitum Caput porci simplicitas militaris appellat, impetu disiecit ardenti. Et dextra pedites cateruas peditum obtruncabant, equites læua equitum se turmis agilibus infuderunt. Huc trahi potest & quæ de cuneis is author alibi scribit. libro quippe 20. ita dicit: Exinde uineis consertis incedens, cum Bedzagdem aduentaret, fixis tentorijs uallo fossarumq; altitudine circumseptis, castrorum ambitum longius obequitabat. Et rursus libro uigesimotertio: Vbi pro ingenita pietate consecrato principi parentasset, pergeretq; ad Duram desertũ oppidum, procul militarem cuneum conspicatus, stetit immobilis. Idem libro 24. Deinde ut hostibus, si erupissent, usquam uel conspicantibus procul timorem multitudinis maioris incuteret, laxatis cuneis iumenta dilatauit, & homines ut decimo penè lapide postremi dispararentur à signiferis primis; quod arte mira sæpe fecisse Pyrrhus

Caput porci in acie Rom.

A

B

A Pyrrhus ille rex dicitur Epirotes. Et rursus ab initio libri uigesimiquinti: Et ne sagittariorum (inquit) procursus nostris cuneos disiectaret, illicitis concitatus signis, spiculorum impetum fregit. Et iterum: Ausi inter hæc denicꝫ equitum cunei porta prærupta prætoria prope ipsum tabernaculum Principis aduenire.

Ex quibus locis apparet, cuneum non modò aciei rationem, quæ caput porci dicebatur, uerùm etiam omnem militum manum, & præcipuè equitum arctius coniunctorum, Marcellino dici. Germani uocamus, **ain Pyrsten**. Et sic intelliguntur hæc Claudiani poetæ loca, in Panegyri in quartum Honorij consulatum:

—Ponenda salubri
Castra loco, præbenda uigil custodia uallo.
Disce ubi densari cuneus, ubi cornua tendi
Aequius, aut iterum flecti: quæ montibus aptæ,
Quæ campis acies.— Et iterum libro secundo in Ruffinum:
—Illi dum plurima ficto
Certatim sermone petunt intendere longos
A tergo amplexus, insperatoq́ꝫ suprema
Circuitu sociare parant, decrescere campus
Incipit, & clypeis in se redeuntia iunctis,
Curuo paulatim sinuantur cornua ductu.

Videntur autem pertinere ad cunei Romani explicationem uberiorem, quæ scribit Flauius Vegetius libro primo, capite uigesimosexto: Producēdi ergo tyrones sunt semper ad campū, & secundum matriculæ ordinem in aciem dirigendi, ita ut primò simplex extensa sit acies, ne quas habeat curuaturas, ut æquali legitimoq́ꝫ spacio miles distet à milite. Tunc præcipiendum, ut subitò duplicēt aciem, ita ut in ipso impetu, ad quem ipsi respondere solent, ordo seruetur. Tertiò præcipiendum est, ut quadratam aciem repentè constituant. Quo facto, in trigonum, quem cuneum uocant, ipsa acies mutanda est. Quæ ordinatio non plurimum prodesse cōsueuit in bello. Idem libro tertio, capite decimoseptimo: Quòd si tibi bellatorum copia non abundat, melius est aciem habere breuiorem, dummodo in subsidijs colloces plurimos. Nam plures circa medias partes campi, ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos, de quibus cuneum facias, & statim aciem hostium rumpas. Contra cornua autem de contatis loricatisq́ꝫ equitibus ad hoc seruatis, & leui armatura peditum, alas hostium circunuenire te conuenit. Et iterum libro eodem, capite decimoctauo: Item aduersum cuneum hostium certis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditum, quę iuncta cum acie primùm angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum ordines rumpit, quia à pluribus in unum locum tela mittuntur, quam rem milites nominant Caput porcinum. Contra quem ordinatio ponitur, quem Forficem uocant. nam electissimis militibus consertis, in V literam componitur, & illum cuneum excipit, atcꝫ ex utracꝫ parte concludit. quo facto, aciem non potest erumpere. Item Serra dicitur, quæ à strenuis directa ante frontem, opponitur hostibus, ut turbata acies reparetur. Idē de forfice & serra, Capite decimoseptimo: Aut si aduersarij (inquit) cuneum fecerint, ipse forficem faciat, ut cuneo illi possit occurrere. Et capite decimosexto: Si cuneus agendus est, aut forfex, superfluos habere debes post aciem, de quibus cuneum aut forficē facias, si copia de proximo ducenda sit. Serra item ex abundātibus ducitur. nam si de loco suo ordinatum militem transferre cœperis, uniuersa turbabis.


Quando sit cuneus faciēdus.

B

Cuneus.

Forfex.

Serra.



ROSTRUM

Rostrum equinum.

ROSTRVM EQVINVM: huius ordinationis meminit Aelianus in libello de Aciebus instruendis, cum de ala quadrata disseruisset: Opponitur ei phalanx pedestris (inquit) quod rostrum uocamus, ita instructa, ut latera omnia armatis cõposita habeat. Translata hæc forma ab equestribus rostris est. Verùm in ordine equestri unus in monte primore satis sit. At in pedestri non unus occursioni hostium sufficit, sed tres propugnẽt necesse est. Sic Epaminondas Thebanus imperator, cum apud Leuctra aduersus Lacedæmonios decertaret, constipatis in rostrum copijs, ingentem exercitum profligauit. Effici genus instruendi hoc solet, quoties duplaris antistomus, hoc est anceps illa sua cornua priora coniungit, posteriora seiungit, ad formam literæ V deorsum inuersæ Λ. A

Testudo genus aciei & ordinis militaris.

TESTVDO duplex erat: altera machinalis, de qua posterius dicemus: altera uerò, genus ordinis militaris extitit, continuata uidelicet series scutorum, curuata in modum testudinis, qua ratione construendæ aciei ante Patrum memoriam usi sunt Bohemi, uulgò ayn Wagenburgk. Meminit Liuius tertio ab Vrbe: Galli testudine facta conserti stabant. Clarius describit libro quarto Decadis quintæ: Cum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis supra capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertijs magis, & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam sicut tecta ædificiorum testudinẽ faciebant. Idem libro primo Decadis quartæ: Deinde his quoq; spretis, partim testudine facta, per aduersos uadunt hostes: partim breui circuitu cum in iugum collis euasissent, trepidos ex præsidijs stationibusq; Macedonas deturbant. Huc pertinet illud Cæsaris lib. quinto Gallici belli: At milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locũ cæperunt. Meminit & Cornelius Tacitus libro decimooctauo historiæ Augustę: Tum quadripartito exercitu, hos in testudinẽ conglobatos subruendo uallo inducit, alios scalas mœnibus admouere. Herodianus libro secundo de Iuliani inauguratione scribens: Sed induti armaturas milites, circumseptiq; undiq; testudine facta, ut etiam si res posceret, dimicarent, receptoq; in medium imperatore suo, clypeis hastisq; supra capita locatis, ut tutiores forent, si fortè lapides è tectis mitterentur, deducunt eum in aulam. Porrò testudine usos Romanos in oppugnationibus, ostendit Liuius libro quinto Decadis primæ: Experiri ultima, & impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato, multitudo omnis in foro instruitur. Inde clamore sublato, ac testudine facta subeunt. Huc alludit Eusebius Pamphilus libro secundo de uita Constantini: Instaurata quoq; pugna superior, plusquã opima spolia retulit, cruce præeunte testudinem. Et sic intelliguntur hæc poetarum loca: Virgilij 9. Aeneidos, B

—Qui tamen omnes Ferre iubet subter densa testudine casus.

Claudiani in quartum Honorij consulatum, in Panegyrico,

Saxa rotet præceps aries, prætectaq; portas
Testudo feriat, ruat emersura iuuentus Effossi per operta soli.—

Cæterùm alia erat testudo machinalis, tabulis contexta & corijs cilicinis, aut centonibus, & alijs quæ difficulter comburi possunt, contexta. habebatq; intrinsecus trabem, quæ unico præfigebatur ferro, & Falx uocabatur: ab eo quòd incuruata esset, & de muro extraheret lapides. retrò enim ducebatur trabs funiculis suspensa, ut reducta impetuosius feriret. Ideoq; testudo est appellata, à similitudine reptilis animalis, quæ caput nunc exerit, nunc reducit. Et de hac testudine est intelligendus locus Cæsaris lib. 6. Gallici: Reliquisq; diebus turres ad altitudinem ualli, falces testudinesq;, quas ijdem captiui docuerant parare & facere cœperunt. Et sic intelligitur & ille Maronis uersus secundo Aeneidos:

Obses-

A —*Obsessumq́ acta testudine limen.*

Et hactenus de testitudine utraq; militari. Sequitur QUADRATUM AGMEN. Aciei ratio erat, qualis adhuc Germanis nobis construitur in prælio capessendo: uulgò **ein gefierte schlachtordnung**. Meminit T. Liuius libro primo Decadis tertiæ: Itaq; sub lucem cum equitatu consul aderat, iussis quadrato agmine legionib. sequi. Equestre prælium interim commissum, in quo quia Hannibal saucius pugna excessit, pauore hostibus iuncto defensum egregiè præsidium est. Et iterum ibidem: P. Cornelius consul triduo fere postquã Hannibal ab ripa Rhodani mouit, quadrato agmine ad castra hostium uenerat, nullam dimicandi moram facturus. Idem libro primo Decadis quartæ: Consul equitibus iussis qua quisq; posset, opem ferre laborantibus, ipse legiones è castris educit, & agmine quadrato ad hostem ducit. Et rursus libro nono eiusdem: Vbi satis placuere uires, & iam miles quoq; ad delendam priorem ignominiam hostem poscebat, duodecim millia passuum à Tago flumine posuerunt castra. Inde tertijs uigilijs sublatis signis, quadrato agmine, principio lucis ad Tagi ripam peruenerunt. Herodianus lib. octauo historiæ Aug. Enimuero Maximinus posteaquã ad Italiæ fines peruenit, præmissis speculatoribus, qui specularentur an ullæ in alpium conuallibus & densissimis syluis insidiæ delitescerent, ipse in planum deductis militibus, iubet armatorum acies quadrato agmine incedere. Meminit quadrati agminis & Capitolinus in Maximino: Vbi cum comperisset Maximum contra se missum, uehementius sæuiens, quadrato agmine Æmonam uenit. Et rursus in historia Balbini: Quibus omnibus imminet Maximinus, natura furiosus, trucul\~etus, immanis: causa uerò, ut sibi uidetur, satis iusta truculentior. Ille quadrato agmine castris ubiq; positis, ad urbem tendit. Huc pertinent & illa Marcellini loca, lib. XXV: Dumq́ leguntur firmiter latera, & exercitus locorum situ, quadratis quidem, sed laxis incedit agminibus, inuasit subitò terga. Et iterum libro XXVII: Noctis itaq; aduentu, prælio iam dirempto, refectisq́ uiribus fessis, prope confinia lucis, ductor egregius in agminis quadrati figuram producto exercitu, cum cõperisset, occultantibus tenebris barbaros lapsos, securus insidiarum, per aperta camporum sequebatur. Ex quibus liquidò patet, Romanis quoq; eam construendæ aciei rationẽ ad prælium familiarem fuisse, quæ nobis Germanis, eo potissimum euẽtu in usu est, ut conspecto hoste, copias in quadrati formam dilatemus, uulgò **ein schlachtordnung machen**. ORBICULATUM agmen, qua ratione construendæ aciei Itali utũtur. Meminit T. Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Qui solutis ordinibus uagi dissipati erant, undiq; confugerunt ad integram aciem. Qui plures simul terga dederunt, conuersi in hostem, uoluentesq́ orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. Idem libro tertio Decadis tertiæ: Iam primi conseruerãt manus, cùm alij cateruatim currerent, alij nondum è castris exissent, tum primò ipsa audẽtia terruere hostem. deinde rari in confertos illati, cum paucitas parum tuta esset, respicere alij alios, & undiq; pulsi coire in orbẽ: & dum corporibus applicantur, armaq́ armis immiscent, in arctum compulsi, cum uix mouendis armis satis spacium esset, corona hostium cincti, ad multum diei cæduntur. Et rursus octauo eiusdem Decadis: Dein uetus miles aduersus temerarios impetus pertinax, cæde primorum insequentes oppressit. Conatus paulo pòst ultro inferre pedem, ut neminem cedere, atq; obstinatos mori è uestigio quemq; suo uidit, patefacta acie, quod ut facere posset, multitudo armatorum facilè suppeditabat, cornua hostium amplexus in orbem pugnantes ad unum omnes occidit. Hæc de agmine, uel acie in orbem composita. Nunc reliqua Romani exercitus discrimina absoluemus, quæ erant: acies directa, erecta, explicata, extensa, extenuata, obuersa,

Quadrata acies.

B

Orbiculatum agmen.

Q detracta,

Directa acies quæ fuerit. detracta, auersa & stataria. DIRECTA ACIES erat, exercitus iamiam prælium iniens, siue quadrato agmine, siue orbiculato, siue in testudinem cuneum'ue constructus à duce is fuerit. Meminit T. Liuius libro septimo Decadis tertiæ: Sed ubi omnes copias coniunxerunt, directaq; acies est, Claudius dextro in cornu, Liuius ab sinistro pugnam instruit. Et rursus libro primo quartæ Decadis: Porta ea uelut in ore urbis posita, maior aliquanto patentiorq; quàm cæteræ est, & intra eam extraq; latæ sunt uię, ut & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent. A

Erecta acies. ERECTA acies erat, exercitus in quadrati formam compositus. Meminit T. Liuius libro nono Decadis primæ: Omnes Samnitium copiæ, ueteres nouęq; montes proximos fuga capiunt, eò & Romana erigitur acies, nec quicquam satis tuti loci uictis est. Idem libro nono tertiæ Decadis: Vbi tempus uisum est, quò peruenisse iam circum missi uideri poterant, & ipse leni cliuo ferente, ad hostem cùm multitudine fretus, tum præparatis à tergo insidijs, per aduersum montem erectam aciem ducit.

Explicata acies. EXPLICATA acies idem erat. Liuius libro octauo Decadis primæ: Vix tota extra portam castrorum explicata acie.

Extensa acies. EXTENSA acies, hoc est in caput porcinum dilatata, ut parua manus multitudinis imaginē præberet. Liuius lib. septimo Dec. primæ: Ipse, ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit.

Extenuata acies. EXTENVATA acies quæ fuerit, ex his T. Liuij uerbis libro quinto Dec. primæ elicitur: Nec auspicatò, nec citatò instruunt aciem, diductam in cornua, ut circumueniri multitudine hostium possent. Nec tamen æquari frontes poterant, cum extenuando infirmam, & uix cohęrentem mediam aciem haberent.

Obuersa acies. OBVERSA acies, uulgò gewendter hauffen. Meminit Liuius lib. 6 Dec. primæ: Pudor primò tenuit effusos. Inde ut circumagi signa, obuertiq; aciem uiderunt in hostem. Et iterū lib. IX eiusdem: Tum totam aciem in Samnites obuertit.

Auersa acies. AVERSA acies. Meminit T. Liuius lib. 2 Dec. 3: Postquā omnium animos oculosq; occupauerāt, certamen tum arreptis scutis quæ passim inter aceruos cęsorum corporū strata erant, auersam adoriuntur Romanā aciem, &c. B

Detracta acies. DETRACTA acies, id est, pulsa loco. Meminit Liuius lib. 8 Decad. 3: Scipio pro se esse loci angustias ratus, & quòd in arcto pugna Romana aptior, quàm Hispano militi futura uidebatur, & quòd in eum locum petracta hostium acies esset, qui non omnem multitudinē eorū caperet, &c.

Stataria acies. STATARIA acies, hoc est, exercitus stans, & pugnā expectans. Alludit ad hanc Herodianus lib. 4 historiæ Augustæ: Nam reliquas barbaras nationes, quæ nunc amborū imperijs subiectæ sunt, facilè iugū toleraturas, si proprios gens quęq; & conuetus sit habitura rectores. Esse Romanis pedestrem exercitum, qui hastis & stataria acie cæteros antecellat: Parthis uerò equitatū plurimum, peritissimosq; sagittarios. hæc illē. Et sic nos dicere possumus, Germanum militem stataria acie meliorē esse, Turcas Hungarosq; in procurrendo. Cæterùm pręter iam dicta quadrati agminis discrimina, etiam æquilateralis aciei, & attenuatæ, & densatæ fit mentio apud autores. Ælianus æquilateralem describit, quā plinthium & laterulum latinè nominat. Ordinatur (inquit) id genus tam forma q̃ numero æquilaterū. forma inquā, cum undiq; æqualibus constet spacijs: numero aūt, quot hominibus longitudo cōponatur, totidem etiā altitudo. In hoc eodem ordinis genere omni ex latere armatos apponi solitū est, nullo uel sagittario uel funditore adiuncto. Conficitur hic laterulus ex duab. dimœrijs. Decuriæ namq; dimidiū dimœriā dicimus. Cum enim decuria sex constare hominibus debeat, dimœria octo constat. Bipartita id interpreteī, si placet, quoad melius uocabulum inuenerimus. Scitū est etiam quod Modestus scribit: Producendi uerò tyrones sunt (inquit) semper ad campū, & secundū matriculæ ordinē in aciem dirigendi, ita ut primò simplex & extensa sit acies, ne quos sinus, ne quas

A ne quas habeat curuationes, sed æquali legitimoq; spacio miles distet à milite. Et præcipiendũ, ut subitò duplicent aciẽ, ita ut in ipso impetu is ad quem respondere solet, ordo seruet. Tertiò præcipiendũ, ut quadratã aciem repentè constituãt. quo facto, in tyroniũ, quem cuneũ uocant, acies ipsa uertenda est: quæ ordinatio plurimũ prodesse consueuit in bello. Sic de attenuata acie Vegetius scribit lib.3, cap.15: Deniq; si angustior locus sit, uel multitudo sufficiat, & iam inde nouẽ uel amplius acies ordinari cõuenit: magis enim expedit ut conferti pugnent, q̃ longius separati à suis. Nã si nimiũ fuerit acies attenuata, citò ab aduersarijs facta impressione perrumpit̃, & nullũ postea poterit esse remediũ. Densatæ constipatęq; aciei mentionẽ facit Ælianus: Differẽtia (inquit) triplex est interualli. Nam homo ordinatus cubita 4 occupat, densatus duo, constipatus unũ. Densatio igitur est, cum ex laxioribus arctiora reddimus interualla, atq; ita per astitẽ substitemq; corpus phalangis colligimus, & militẽ uniuersum facimus, tum in longũ tum in latũ adductiorẽ. Verũenimuero præter iam dicta, nõ pauca etiam alia cõmemorant̃ aciei discrimina apud classicos autores, inter quę & Constipatio uocatur, quoties phalanx per astitẽ & substitẽ arctius sese colligit, quam modò densari retulimus, adeò ut ob frequentiã militis, nulla uel dextrorsus uel sinistrorsus possit fieri declinatio. Densat̃, cum phalangẽ duci in hostes placet Imperatori: cõstipatur, cum hosti adgrediẽti resistendũ in robore est. Huc pertinẽt, quæ de quadrato exercitu cũ longa fronte scribit Veget. lib.3, cap.20: Depugnationũ septẽ sunt genera, cum infesta ex utraq; parte signa confligũt. Vna depugnatio est, fronte lõga, quadrato exercitu: sicut etiã nunc propè semper solet pręliũ fieri. Sed hoc genus depugnationis periti armorũ nõ optimũ iudicant: quia cum in prolixo spacio tenditur acies, nõ æqualis semper cãpus occurrit. Et si aliquãdo in medio sinus aut curuatura fit, in eo loco acies freq̃uẽter irrumpit̃. hæc ille. Porrò admonendus est nobis lector, Germanos semper ferè hoc genere agminis, ubi manũ conserũt cum hoste, uti, quod ipsi dicũt **ein viereggete schlachtordnung machen**.

B ACIES oblonga, qua nostra ætate Turcę utunt̃, describitur à Vegetio lib.3 cap.20: Sexta depugnatio optima est, & propè similis secundę, qua utunt̃, qui de numero suorũ & de uirtute desperant, & si bene ordinauerint, quãuis cũ paucioribus, semper uictoriam consequunt̃. Nam cum instructa acies ad hostes accedit, dextrã alam tuã sinistræ alæ hostiũ iunge, & ibi per equites probatissimos, & uelocissimos pedites, incipe præliari. Reliquã aũt partẽ exercitus tui longissimè à dextra parte illius remoue, & directũ porrige, quasi ueru. Nam si partẽ sinistrã illius, & à lateribus & à tergo cœperis cędere, sine dubio uertes in fugam. Aduersarius aũt nec de dextra parte sua, nec de media acie potest suis laborantib. subuenire. Quia acies tua extendit̃, & tota se porrigit ad similitudinẽ L literæ longissimæ, quæ recedit ab hostibus. quo genere in itineribus sæpe confligit̃. ACIES triangularis (cuius species sunt, cuneus, hoc est, rostrũ porcinũ, & rostrũ equinũ: de quibus suprà diximus, & qua nostra ætate pręcipuè Hispani utunt̃) delineat̃ à Vegetio eodem loco: Secunda depugnatio (ait) est publica, quæ plurimis melior, in qua si paucos strenuos loco idoneo ordinaueris, etiãsi hostium multitudine & uirtute turberis, tamẽ poteris reportare uictoriã. Huius talis est modus. Cum instructæ acies ad cõgressum ueniunt, tunc tu sinistrã alã tuã à dextra aduersarij tui longius separabis, ne uel missilia ad eam, uel sagittæ perueniãt. Dextrã aũt alam tuã sinistræ alæ illius iunges, & ibi primũ inchoa præliũ, ita ut cum peditib. optimis & probatissimis equitibus, sinistrã partẽ illius, ad quã te iunxeris, aggrediaris atq; circumeas, & detrudendo atq; supercurrendo ad hostiũ terga peruenias. Quòd si semel aduersarios exinde pellere cœperis, accedentib. tuis indubitatã uictoriã cõsequêris. Et pars exercitus

Sinus & curuationes acierum.

Duplicata acies.

Attenuata acies.

Densata acies.

Constipata acies.

Quadrata cũ longa fronte.

Acies oblonga.

Triangularis acies.

tui, quam ab hoste submoueris, secura durabit. Ad similitudinẽ aũt A literę, uel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si te prior aduersarius fecerit, illos quos post aciem supernumerarios diximus debere reponi, tam equites quàm pedites, ad sinistrũ tuũ colliges cornu, & sic aduersario resistes magnis uiribus, ne arte pellaris. A

Acies lunaris. ACIES lunaris delineatur ab Aeliano in libello de Instituendis aciebus. nam cum turmã oualẽ delineasset: Opponitur huic acies (inquit) quæ forma lunæ cornib. in partẽ ductis priorẽ formet, ducesq́ue suos in cornibus habeat, & suis brachijs circũuenire aduersas equitũ copias tentet. Quamobrẽ illę more Tarentinorũ à longè iaculant, circularẽ intorquentes accessum, & turbãtes. Tarentinos iaculatores appello, sicut inter initia operis dictũ est, à Tarento Calabrię oppido, cuius equites paruo quodã iaculo uti consueuerãt.


Acies comprehensa. ACIES comprehẽsa describit Veget. li. 3 de Re mil. cap. 20. Quarta depugnatio talis est: Cũ ordinaueris aciẽ ante 400 uel 500 passus, quàm ad hostẽ peruenias, nõ sperãte eo, subitò ambas alas tuas incitare te cõuenit, ut ex utroq́ue cornu improuisos hostes uertas in fugã, & celerius uictoriã consequaris. Sed hoc genus certaminis licet citò superet, si exercitus fortissimos produxerit: tamẽ periculosum est, quia mediã aciẽ suã qui sic dimicat, denudare cõpellit, & in duas partes exercitũ separare. Et si primo impetu uictus nõ fuerit inimicus, habet postea occasionem qua inuadat & diuisa cornua, & mediã aciẽ destitutã.

Acies arrecta & deducta. ACIES arrecta & deducta, describit ab Æliano his uerbis: Deductio est, cũ phalãx suos duces, hoc est decuriones à parte dextra habet deducẽtes, quæ dextra deductio dicit, aut læua. quæ deductio læua nuncupatur, nõ itẽ per decuriã, sed per iuga ambulans, cornu pręposito & latere instructa aut duplici aut triplici, aut etiã quadruplici, prout hostẽ existimet adgressurũ. Sed quasi utraq́ue phalãgis pars suo latere conflictũ ineat primũ, ita describitur, ut longitudinẽ triplicem quàm altitudinẽ habeat. frons enim decẽ, altitudo tribus constat hominib. Quamobrẽ miles nõ tantũ ex directo, uerũ etiã ex latere adgressus, cõflictũ tũ excipere, tũ inferre, nimirũ per exercitationẽ debet cõdiscere. B

Acies duplicis frontis. ACIES duplicis frontis recenset ab eodẽ Aeliano: Phalanx (inquit) quę Antistomus à duplici frontis seu oris obiectu, quasi Occeps uocata est, ita instruit, ut medij tergis inter se oppositis cõstent, extremi aũt cõfligant cũ aduersarijs. perutilis hęc pedestribus copijs est, cũ aduersus longã hostiũ equestrẽ copiã dimicãt. melius enim resistũt circũuentioni, & multiplici equitũ inuasioni. Valet hoc instruendi genus potissimũ cõtra barbaros, qui loca Histro amni uicina incolũt, quos Amphippos cognominãt, à mutatione equorũ. ex alijs enim equis in alios transilire consueuerũt. ualeret hodie cõtra Turcas & Tartaros.

Acies duplaris Antistomus. ACIES duplaris Antistomus, depingit ab eodẽ Aeliano: Phalanx (ait) duplaris Antistomus, hoc est, Occeps nũcupat, quæ suos duces non extrà per deductiones, sed intus aduersos inter se positos habeat: tergi aũt ductores extrà, uidelicet in dextrã lęuamq́ue deductionem distinctos. Forma hęc instrui solet, quoties aduersarij equites forma rostri adgrediunt.

Phalanx duplaris Occeps.




Cũ enim rostrũ exeat in mucronẽ, ducesq́ue sequẽtes de latere habeat, tentãtesq́ue frontẽ copiarũ pedestriũ rũpere, ne id eueniat, duces peditũ in medio stant, ut impetũ aduersariorũ uel impediant, uel re infecta faciant preterire. Qui enim rostro instructi adgrediuntur, ea spe sunt, ut medios aciei profligant, omnesq́ue turbent copias. Quod cũ principes copiarũ pedestriũ intelligunt, utraq́ue ex parte sese ueluti murũ constituũt, & paulo inter se distãtes, uergentesq́ue ad locũ penitiorem, impetũ irritũ reddunt aduersariorũ. Genus hoc instruendi

equestre,

A equeſtre, quod roſtrū dicitur, Philippū regē Macedonū inueniſſe ſcribit. Prępo-nere ille ſtrenuos oēs ſolebat, ut eorū uirtute miles quoq; deterior cōtineretur, o-pusq; unà cum præſtantioribus proſequeretur, more ſpiculi aut enſis, cuius acie pro ſua ſoliditate, ſuoq; acumine, facile tranſigente, reliquū etiam ferrū quanq; he bes, nō ſine efficacia penetraret. ACIES duplaris Perioſtomus cōmemoratur à ſæpedicto Aeliano hiſce uerbis: Phalāx (ſcribit) duplaris Perioſtomus, ſeu Am phiſtomus, id eſt latericeps, ſiue anceps, illa eſt, cuius partes per deductionē cor-nu præpoſito obliquè procedant, & dextra habeat & læ-ua tergiductores intus. Cum enim aduerſa acies quadra diuidat ſe in duo obliqua cornua, dextrū & ſiniſtrum, cu-piens aciē hoſtiū ſimilem circumuenire, hac de cauſa, qui circumuentū ſibi uident imminentē, in duplicē mobilem phalangē ſeſe adformant, & partem ſui alterā in lęuū diri-gunt cornu, alterā uertunt in dextrum. Vnde nomē Peri-ſtomi, hoc eſt, latericipis genus id accipit: quippe quod latere ſuo utroq; fron-tem ſpectantē in hoſtem habeat. ACIES implexa delineatur itē ab Aeliano in libello de inſtruendis aciebus: Genus (inquit) quod Pleſium parte altera longius appellamus, multiplici longitudine q; altitudine cōſtare, & omni ex latere arma-tis componi, ſagittarijs ac funditoribus conſtitutis in medio, ſolitū eſt. Qui con tra eiuſmodi formam pręliantur, genus phalangis quā implexā uocamus, obij-ciunt, ut ſuæ formæ inæqualitate prouocent pleſium aduerſum impetū facere in eos qui prominent, atq; ita reſoluere denſam pleſij inſtructionē. Et quidem decu

Acies perioſtomus.

Acies duplaris latericeps.



Amphiſtomus.



Similiceps.

Acies implexa.


Acies implexa.



B riones implexæ phalangis duces aduerſos obſeruant, ut ſi denſa acie illi agant, ipſi quoq; denſa excipiāt. Sin illi reſoluant, ipſi etiam diuiſi occurrāt. ACIES inflexa antica refert ab Æliano, cum de turma Ouali fuiſſet locutus: Opponit ei (inquit) acies pedeſtris, quę Epicampius emproſthia dicitur, id eſt, inflexa antica, ob eam rem, quia ductis cornibus in partē priorē in ſinū ſe circuma-git, flexumq; imitatur. Fraudem hęc in ſagittarios equites ita emolitur, ut uel egreſſos & cominus dimicātes ſuos ſuo com plectatur ſinu, & circūueniat: uel cornibus ſuis perturbet il-lorū robur, & frangat, atq; ita medio milite alacriore poſſit euincere. ACIES inflexa poſtica, ſimiliter eidē autori deſcribitur: Quin etiā ge-nus (inquit) habetur phalangis, quæ Epicampius opiſthia dicit, econtrario q; ſu-perior informata. Cum enim illa ante ſe flectat, hæc ſua cornua in partē ducit po-ſteriorē. itaq; ut illa Antica, ſic hæc Poſtica nominet. Vtilis ea quoq; ad fraudem eſt: quippe quæ parte media patens, paucos qui præcedant, oſtendat: multos aūt qui ponè ſubſequant, habeat. ut ſi conflictū tolerarint, ſuperarintq;, ſatis ſit: ſin mi nus, facilè ad utramque ſuorum partem recurrere, iungiq; maiori ordini ualeant.

Acies inflexa antica.

Acies inflexa Antica.



Acies inflexa poſtica.

ACIES incurua eodem capite enumeratur Æliano, & in hunc modū delineat: Opponitur ei phalanx pedeſtris (ſubintellige, poſticę inflexæ) incurua ob id ap-pellata, quoniā in portionē flectitur orbis. Studet hic ſuas copias paruas eſſe oſtendere, frōtis incur-uæ ratione. Quippe cum omnia quæ in orbē glo-bum ue formantur, parua ſuo quidem ambitu eſſe uideantur: quanq; ſi explicentur, in duplum ſe porrigant. quod liquidū in colum-nis eſt, quę cum in orbē ſe colligant, undecunq; aſpiciunt, dimidiū ſui tantū patē-re patiunt, reliquū penitus occultāt. Verùm his omnib. iam prolixè, atq; eo quo

Acies incurua.

Incurua.

 licuit

licuit ordine expositis, subiūgere hic ueluti coronidem libet, elegantē Vegetij locum ex lib. 1 de Re mil. cap. 20. cornuū & cuneorū descriptioni paulo superius insertę addendū: Illud tamē, inquit, obseruandū est, quo nihil melius inueniť, ut siue de dextro cornu tuo cū illius sinistro pugnare uolueris, ibi fortissimos ponas: siue de sinistro cū illius dextro, ibi strenuissimos colloces: siue in medio facere cuneos uolueris, per quos hostiū acies rumpas, in cuneo exercitatissimos ordines bellatores. Victoria enim per paucos fieri consueuit. Tantum est, ut electi à duce sapientissimo, in his locis, in quibus ratio & utilitas postulat, ordinentur. A

CAP. III. DE LOCIS ROMANI EXERCITUS, atq; penes positionem discrimine.



Vinq; omnino modis exercituū limitaneorū loca siue castrametationes appellatas Romanis, quo tēpore rerū ad Rhenū Danubiūq; potirentur, reperio: uidelicet statiua, hyberna, æstiua, stationes, & mansiones. de quibus, anteq; ad castrorū explicationē ueniamus, dicendū nobis est ex fide historica, quoad eius fieri potest, breuissimè: si prius rationē castrametādi ex Polybio explicuero, quā icone huic libro pręmisso, quantū licuit, diligēter exprimere conati sumus. Est aūt genus castrametationis eorū (inquit) huiusmodi: Loci, qui semper maximè idoneus uidetur ad castrametandū, eius inq; loci aptissimam partē ad prospiciendum præcipiendumq; Imperatoris tentoriū occupat: positoq; signo, ubi illud fixuri sunt, metiūtur circa signū spaciū quadratū sic, ut omnia latera distent à signo pedes centū, planū eius sit quatuor actuū. Ad huius figuræ semper unū aspectū, unūq; latus, quod uisum fuerit aptissimū, aquationibus pabulationibusq; Romanæ locātur legiones, hūc in modū. Cum sex tribuni sint in unaquaq; legione, ut dudum exposuimus, dueq; Romanę legiones utrūq; Consulē sequanť, perspicuū est, duodecim tribunos necessariò militare sub utroq; consule. Ponūt aūt horū tentoria ad unā rectā lineam omnia, quæ sit æquedistās lateri quadrati pręoptato, distetq; ab eo pedes L, equis pariter iumētisq; ac reliquis tribunorū sarcinis locandis idoneus locus. Tentoria auersa figunť à prædicti quadrati latere spectantia exteriorē aspectū, qui omnino ducendus uocandusq; semper à nobis est, toti figuræ oppositus. Distant inter se tribunorū tētoria æquali spacio, atq; eò usq; extenduňt, ut totū Romanarū legionum tendentium latitudinē assiduè occupēt, dimenso rursus spacio centū pedū in anteriorē partē ab omnibus tentorijs. Ab hac inquā facere incipiūt legionū tabernacula, struētes hunc in modū: cum secuerint bifariā dictā rectam lineā ab eo puncto, rectis ad lineā angulis, sectione in medio interualli habita. Est aūt equitū peditumq; locatio tentoriorū similis. Redditur enim tota species tā signi q; turmæ equitū, quadrata. Hæc aūt respicit uiarū interualla, habetq; pręfinitā longitudinē uiæ adhærentē. Est enim centū pedū. plerunq; etiā altitudinē parē facere studēt, præterquā sociorū. Quòd si maiorib. utanť exercitibus, tam longitudini q; latitudini addunt ad portionē. Cum aūt accidat, ut respondeāt equitū tabernacula medijs tribunorū tētorijs, efficiť quasi striga quædā transuersa ad supradictā rectā lineā, & locū ante tribunos uacuū. Nā reuera strigis persimilis fit tractus uniuersi species. Quippe cum ex utraq; parte, hinc manipuli, indeq; sint turmę productim interpositę, pręterq; quòd post prædictos equites utriusq; legionis triarios ad singulas turmas singula signa forma perq; simili collocāt, figurisq; se inuicē cōtingētibus, sed respicientib. in alterā partē, auersis ab equitū aspectu dimidiata altitudine, ad longitudinē signi cuiusq;, eo quòd multitudine etiā dimidio pauciores plerunq; sunt ij cæteris partibus. Quamobrē cum inæqualis existat sæpenumero uirorum B

Forma & ratio Romanæ castrametationis.

rorum

A rorũ multitudo,cõtingit ut semper adęquent̃ secundũ longitudinẽ partes oẽs,ob altitudinis differentiã. Rursus quinquaginta pedũ interuallo ab ijs utrisq; distantes,oppositos triarijs locãt principes. Versis aũt ijs in prædicta interualla,duæ hę præficiunt̃ strigæ,initia quidẽ ab eadẽ recta linea capiẽtes, aditusq; sicut equites, ab distãtia uidelicet centipede quæ ante tribunos est:desinẽtes aũt in latus castrorũ tribunis oppositũ,quòd ab initio proposuimus,oppositũ esse toti castrorũ formæ. Post principes similiter auersos cõtingentib. se figuris locãt hastatos. Cumq; decẽ signa habeãt ex prima diuisione strigæ oẽs, cõtingit eas omnes longitudine itẽ pares fieri, earũq; sectiones, postremas inq; partes ad latus ualli oppositũ adæquari:ad quod etiã ultima uertẽtes signa,castrametant̃. Ab hastatis rursus L relinquẽtes pedũ spaciũ,sociorũ equites his oppositos locãt, sumẽtes initiũ ab eadẽ recta linea,desinẽtesq; in idẽ latus. Est aũt sociorũ multitudo peditũ,ut antè dixi, par legionib. Romanis,extraordinarijs dũtaxat inferior:equitũ duplo maior, ablata horũ quoq; in extraordinarios tertia parte:ob id horũ etiã altitudinẽ augentes proportione in castrametationũ figura conant̃ longitudinẽ quoq; Romanis legionib. adæquare. Confectis aũt omnibus quinq; uijs, auersa rursum ab equitibus ponũt socialiũ peditũ signa, augẽtes altitudinẽ ad portionẽ uallũ respiciẽtia, transuersumq; utrũq; latus per singula signa prima,quæ sunt ab utraq; parte. Tabernacula principes ordinũ capiũt,simulq; prædictũ in modũ intercalãtes. Hæc ille. qui cum postea prætoriũ,quæstoriumq;, & forũ delineasset,subdit: Ad media horũ equitũ cõtubernia, & ad ipsum prætorij locũ transitus relinquit̃ L pedũ, ducẽs ad posterius castrorũ latus,ordine ad rectos angulos positus prædictæ plateæ. His equitibus rursus auersi ponunt̃ auxiliares extraordinarij pedites,uallum spectãtes,posteriusq; totius castrametationis latus. Vacuus autẽ locus, qui ex u-

B traq; horũ parte superest,uersus transuersa latera,datur externis,ijsq; qui pro tẽpore socij aduenerint. His sic se habentibus, tota quidẽ castrorũ forma efficit̃ quadrata æquis lateribus:particulares aũt figuræ tam sectionis strigarum,q; reliquæ dispositionis,urbi simillimã speciẽ præ se ferũt. Hactenus de castrametatione Romana Polybius:quæ in sequẽtibus,ubi species partesq; castrorũ sumus explicaturi,fusius ex fide historica deducemus. Hic rursus admonẽdus est mihi lector,strigas uocari Grãmaticis,ordines rerũ inter se cõtinuatè collocatarũ, q; unà sint constrictæ,appellatæ. Hinc illud est Columellæ lib.2: Vtrũq; siccatũ coarctabimus in strigã,ac ita manipulos uinciemus. Hinc quoq; strigatus ager uocat̃ authorib. rei rusticæ, qui per strigas crescit à septẽtrione in meridiẽ. STATIVA duplicia erant:alia legionũ incedentiũ,quo loco quietẽ interponere solebãt: alia item erãt castrametationes,in diuturnitatẽ tẽporis protractæ, & iam ædificijs positis, ac focis firmatis,in municipiorũ paulatim formã redactæ. In primo significatu statiuorũ uoce utitur T. Liuius lib.1 Dec.3:Nono die in iugũ alpium peruentũ est per inuia pleraq; & errores,quos aut ducentiũ fraus, aut ubi fides ijs nõ esset, temerè initę ualles à cõiectantibus iter faciebãt. Biduũ in iugis statiua habita,fessisq; labore ac pugnando quies data militibus. Et lib.2 sequẽti: Ibi per dies aliquot statiua habita,refectusq; miles hybernis itinerib. ac palustri uia. Idẽ li.4 eiusdẽ Dec. Et à pretore Q. Fabio,cui circa Luceriã ꝓuincia erat, Accua oppidũ per eos dies ui captũ,statiuaq; ad Ardoneas cõmunita. Et li.8: Cõtractisq; quę antè habuerat auxilijs, Sedetanũ agrũ,ubi principio defectionis statiua habuerãt,cũ XX millib. peditũ,duobus millib. equitũ & 500 trãscendit. Huc pertinet quę Dec.4 sunt loca,lib. 8: Principio deinde ueris lustrato exercitu profectus, die VIII Apameã uenit. Ibi triduũ statiuis habitis,tertijs rursus ab Apamea castris in Pamphiliã,qua pecuniã frumẽtumq; regios cõuehere iusserat,peruenit. Et rursus li.9 eiusdẽ: Luce prima

Statiua duplicia.

Hispani acie instructa ad uallum accesserunt: uacuaq́ præter spem castra ingressi, A
quæ derelicta inter nocturnam trepidationem erant, diripuerūt: regressiq́ in sua castra, paucos dies quietis statiuis manserunt. Idem lib. 2 quintæ Dec. Vbi eum secuti & propter castrorū propinquitatem, & uiæ inopis aquarum difficultatē, quæ inter Sicurium & Cramnona est, statiua haberent. Sic quarto eiusdem: Ad castellū (inquit) quod super Casturidem paludem erat (Lapathus uocatur locus) Hippias tenere saltū, cum XII milliū Macedonū præsidio iussus, ipse cum reliquis copijs primò circa Dium statiua habuit. Huc alludit & Cicero in Orat. pro lege Agraria: Num quid causa est, quin omnes agros, urbes, statiua, portus, totā denique Bithyniam decemuiri uendituri sint? Meminit & Cor. Tacitus lib. 18: Lento deinde agmine per fines Allobrogū & Vocontiorū ductus exercitus, ipsa itinerū spacia & statiuorū mutationes uenditante duce, fœdis pactionibus aduersus possessores agrorū & magistratus ciuitatū, adeò minaciter, ut Lucio (municipiū id Vocontiorū est) faces admouerit, donec pecunia mitigaretur. Huc referendum est quod de statiuis in hoc significatu Ammianus scribit lib. 20. Hocq́ angore implicit, in statiua solita recesserunt. In hac pariter significatione statiuorum uox in monumento Romanorum accipitur, quod Romæ est:

T. IVL. BALBILIO SAC. SOLIS EVTYCHES AVGG. LIB. OFFICINATOR A STATIVIS AMICO DEDICA. KAL. IAN.

Statiua municipiorum & munimentorum. Et hactenus de primi generis statiuis. Sequuntur STATIVA municipiorū, munimentorumq́ ex castris subitarijs extructa, qualia uetera castra in Belgis erant: & ad Istri ripā per tractum Illyrici, statiua Rhœtorū, Batauorū, Comagenorū, Fabianę cohortis, Sicambrorū, Carporum, & Teutonū, quę postea harū nationum præsidio abeunte, municipia tamen munimentaq́ manserūt, Rhœtobonna, Batauia, Comagenū, Fabiana, Sicambria, Carpis & Teutoburgium, quorū omniū magna ex parte in Austria Hungariaq́ rudera uisuntur. Et de huiusmodi statiuis intelligenda sunt loca Liuij lib. 5 Dec. 3: Tempus agendæ rei Hannibali uisum est: tridui uia aberat, quo minus mirū esset, uno eodemq́ loco statiua eum tamdiu habere. Idem lib. 8 Dec. 4: Ad Ancyrā in statiua Tectosagū oratores ad consulem uenerūt, petentes ne antè ab Ancyra castra moueret, q̃ collocutus cum suis regibus esset. Meminit etiā in hac significatione statiuorū Cor. Tacitus lib. 20 hist. Augustæ, uetera in Belgis castra describēs: Pars castrorū in collem leuiter adsurgēs, pars equo adibatē. quippe illis hybernis obsideri premiq́ Germanias Augustus crediderat: neq́ unq̃ id malorū, ut oppugnatū ultro legiones nostras uenirent. Inde nō loco, neq́ munimentis labor additus. Vis & arma satis placebant. Bataui Transrhenaniq́, quò discreta uirtus manifestius spectaret, sibi quæq́ gens consistunt, eminus lacessentes. post ubi pleraq́ telorū turribus pinnisq́ mœnium irrita hærebant, & desuper saxis uulnerabantur, clamore atq́ impetu inuasere uallū. Appositis deniq́ scalis, alij per testudinē suorū scandebant. Iam quidā cum gladijs & armorū incussu præcipitati, sudibus & pilis obruūtur. Sic de Gelduba municipio, ijsdem in Belgis à castrorū statiuis auspicato, Tacitus eodē lib. scribit: Ingressus Nouesium, tertiadecima legio cōiungitur: additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus. nec ausi ad hostem pergere, loco Gelduba nomen est, castra fecere. Ibi struenda acie, muniendo, uallandoq́, & cęteris belli meditamentis militē firmabāt. Porrò & Antonini itinerariū Geldubæ inter municipia Vbiorū ad Rhenū, & Veteranarū legionū XV & similiū statiuorū meminit. ut appareat, & hoc municipiū ex statiuorū angustijs, tēporis processu adsurrexisse. Id q̃ & de Nauporto in lapidib. ad Sauū, & salubrib. aquis in Heluetijs, ex eodē autore intelligi potest. De quorū primo, lib. hist. Aug. 1 sic scriptū reliquit: Castris æstiuis

Geldubæ statiua in Belgis.

Nauporti ad Sauum statiua.

B

A ſtris æſtiuis tres ſimul legiones habebantur, præſidente Iunio Bleſo, qui fine Augusti & initijs Tiberij auditis, ob inſtitutum autem gaudium intermiſerat ſolita munia. Et tandem nominans ea caſtra: Interea manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi, ob itinera & pontes & alios uſus, poſtquam turbatum in caſtris accepere, uexilla conuellunt: direptiſq; proximis uicis, ipſoq; Nauporto, quod municipij inſtar erat, retinentes, centuriones in riſu & contumelijs, poſtremò uerberibus inſectantur. Eadem ſunt de ſtatiuis in ſalubribus Heluetiorum agris, ubi hodie Baden Heluetiæ ſitum municipium cernitur, apud eundem uidelicet autorem libro hiſtoriæ Auguſtæ decimooctauo: Initium (ait) belli fuit auaritia ac feſtinatio undeuiceſimæ legionis. Rapuerant pecuniam miſſam in ſtipendium caſtelli, quod olim Heluetij ſuis militibus ac ſtipendijs tuebantur. Aegrè id paſſi Heluetij, interceptis epiſtolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionẽ & quoſdam militum in cuſtodia retinebãt. Cecinna belli auidus, proximam quamque culpam, antequam pœniteret, ultum ibat. Mota properè caſtra, uaſtati agri, direptus longa pace in modum municipij extructus locus, amœno ſalubrium aquarum uſu frequens. Porrò adludit ad huiuſmodi ſtatiua Dion Caſſius in Hadriano: Omnia illa ſimpliciter, nõ dico quo pacto generalia & communia in exercitibus ſe haberent: ſed arma, machinas, foſſas, uallum & mœnia, alia priuatim uniuſcuiuſque, & eorum qui in ordine militabant, & eas ducebant uitas, ſtatiua, hyberna, ipſe intueri & exquirere uoluit. Multa per licentiam in ſolutiorem morem lapſa, & quæ fabricata fuerant, correxit & emendauit, alia deſtruxit & ſuſtulit. Et ſic intelligitur quoq; monimenti inſcriptio, quod Clauſenburgi apud Tranſyluanos eſt erutum:

Statiua municipij in Heluetia.

I. O. M.

B TRAIANO PRO SALVTE IMP. ANTONINI ET M. AVRELII CAES. MILITES CONSISTENTES MVNICIPII POSVERVNT.

Huc pertinet, quod de ſtatiuo præſidio ſcribit Liuius libro primo Dec. quintæ: In portu emporium breui perfrequens eſt factum, omniaq; hinc in caſtra ſupportabantur. Et quo id tutius fieret, ſtationes ab omnibus caſtrorum partibus circumdatæ ſunt, in Hiſtriamq; ſuum ſtatiuum præſidium repentina cohors Placentina oppoſita inter mare & caſtra. Et ſic intelligendus eſt ille quoq; Ciceronis locus duodecima Philipp. Hæc uigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtatiuum. Et hæc de ſtatiuis utroq; ſignificatu. Sequuntur STATIONES, quæ Romanis appellabantur loca in quibus non quidem integer exercitus, ſed aliqua de illo manus conſiſtebat, ducum ſuorum iuſſa operiens. Erantq; ſtationes omnes colligendo, duodecim: uidelicet peditum in præſidio, cuſtodiariȩ uigilum, hybernorum, equitum, nauium, manſionis, aciei Romanæ, prætoriæ, comitiariæ, inſidiatoriæ, operariorum, ciuiles & agrariæ. de quibus ſingulis loca autorum claſſicorum, & præcipuè T. Liuij adducam. STATIONES PRAESIDIALES erant, militum in oppidis caſtriſq; præſidio locatorum. Meminit T. Liuius libro primo Decadis tertiæ: Turris diu quaſſata procideràt, perq; ruinam eius cohors Pœnorũ impetu facto, cum ſignum Imperatori dediſſet, nudatam ſtationibus cuſtodijſq; ſolitis hoſtium eſſe urbem, non cunctandum in tali occaſione ratus Hannibal. Idem lib. 4 eiuſdẽ: Hæc quoq; multitudo ſtationib. per principes regionũ urbis diſpoſitis adiũgitur. Et iterũ: Valerius legatus miſſus. is primorũ iuuẽtute conſcripta, diſpoſitiſq; ad omnes portas circaq; muros, quà res poſtulabat, ſtationibus, die ac noctu plurimũ intẽtus. Idem lib. 5 eiuſdẽ: Marcellus ex omniũ ſentẽtia edixit militibus, ne quis liberũ corpus uiolaret, cætera prædæ futura, caſtraq; tectis parietũ pro muro ſepta, portis regione plateatũ patentib. ſtationes præſidiaq; diſpoſuit. Et libro

Stationes in caſtris & exercitibus Romanis.

Stationes præſidiales.

Et libro 8 eiusdem: In eos qui portas stationibus suis clauserant, legionum antesignani pila coniecerunt. Idem lib. 5 Dec. 1: Experiri ultima, & impetū facere in arcē statuunt. Aduersus quos Romani nihil temerè, nec trepidè ad omnes aditus stationibus firmatis, quà signa fore uidebant. Et de his stationibus intelligenda porrò sunt, quæ Dec. quinta scribit, lib. 1: Nam neq; dicere quid fugissent, nec percūctantibus reddere responsum poterant: & clamor in portis, ubi nulla esset statio quæ sustineret impetum, audiebatur, & cōcursatio in obscuro incedentium aliorum in alios, incertū fecerat, an hostis intra uallum esset. Idem lib. 2 eiusdē: Paululum & ligna nec pauci petebant, nec passim. Equitum leuisq; armaturæ statio cōposita, instructaq; in subitos tumultus, & suo militi tuta omnia & infesta, effusis hostium pabulationibus præbebat. Huc pertinet illud Taciti lib. 1 historiæ Aug. Postquam uallum introijt, portas stationibus firmauit, globos armatorum certis castrorum locis operiri iussit. Cæsar 4 Gallici belli: Hi qui pro portis castrorum in statione erant, Cæsari renunciarūt. Alludit ad huiusmodi stationes & Spartianus in Hadriano: Tunc liberè Seruianum quasi affectatorem imperij, quòd seruis regis cœnā misisset, quòd in sedili regio iuxta lectum posito sedisset, quòd erectus ad stationes militum senex nonagenarius processisset, mori coegit. Intelligenda porrò & de hac statione sunt, quæ scribit Ammianus Marcellinus lib. 21: Finem parantibus fatis, destinatius ipse tendebat, uenitq; Tarsum, ubi leuiore febri contactus, ratusq; itinerario motu imminutæ ualetudinis excuti posse discrimen, petijt per uias difficiles Myandam Ciliciæ ultimam hac pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positā. Et iterum libro uigesimotertio: Quo comperto omnes euolāt ex hybernis, transmissoq;, ut textus docebat scriptorum, dispersi per stationes uarias, aduentum Principis expectabant. Huc pertinet & illud Cassiodori libro tertio Variarum, in epistola Theoderici regis, quam scribit ad possessores, defensores, curiales, & consistentes in æstiuis. Vbi per possessores ciues, per defensores curatores urbis, per curiales senatus, & per consistentes milites stationem præsidialem agentes intelliguntur. Sequuntur STATIONES CVSTODIARIAE, uel uigilum, quæ agebantur ante portas urbium, uel locis alijs, ubi uigiliæ custodiebantur. Meminit T. Liuius libro quinto Decadis primæ: Sed propior interpres uatis oblatus senior quidam Veiens, qui inter cauillantes in stationibus ac custodijs milites, Hetruscosq;, in hunc modum cecinit. Idem lib. 9 Decad. 1: Perpulit prope adiuncta mœnibus Romana castra, ut sex milia ab oppido remouerentur, fore ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnę uigiliæ essent. Et rursus luce orta postero die obequitauit stationib. hostium. Idem lib. 6 Dec. 1: Ita expedito exercitu profectus ad Subrium, id quod rebatur, soluta omnia, rebus ut fit secundis, inuenit. Nullam stationē ante mœnia, patentes portas, uictorē uagum, prędam ex hostium tectis egerentē. Idem libro 3 Dec. 3: Quem ut adesse tumultuosi nuncij refugientes, ex speculis stationibusq; attulere, ad arma cōclamatum. Et iterum: Ad mille quadringentos Carthaginensium cæsi, unde quadraginta uiui capti, qui circa muros & in stationibus solutè ac negligenter. Idem lib. 2 eiusdē: Vbi illuxit, subductę primò stationes, deinde propius adeuntibus insolitum silentium admirationē facit. Et rursus: Quam inconditam turbam, cum uixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in statiuis quoq; pro uallo locatā, &c. Huc pertinent ista Marcellini loca libro 28, sub finem: Ideoq; Palladius exhiberi præceptus, cogitans quas criminum coxerit moles, in statione primis tenebris obseruata custodum absentia, qui festo die Christiani ritus in ecclesia pernoctabant, innodato gutture laquei nexibus interijt. Idē lib. 25: Vbi uerò exigua dormiendi quiete recreasset corpus laborib. induratum, expergefa-

Stationes uigilum.

A expergefactus explorabat per semetipsum uigiliarum uices & stationum. Et sic intelligitur illud Statij undecimo Thebaidos:

—Vigili muros statione tueri.

Ad quod alludit & Suetonius in Othone his uerbis: Sed obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur inuidia: quòd eadem statione & Caius fuerit occisus, & desertus Nero. Huc denique sunt referenda quæ libro primo scribit Vlpianus, de officio præfecti uigilum, & Modestinus de re militari in l. desertorem. Cæterùm quemadmodum Romani suas in castris uigilias atque excubias constituerint, refert Polybius hæc nominatim: Dant etiam excubias duas, inquit. Excubiæ quatuor uiris constant, quorũ pars ante tẽtorium, pars post tentorium iuxta equos excubant. Cum igitur tria quisque signa tribunus habeat, atque in ijs singulis uiri sint amplius centũ, exceptis triarijs uelitibusque, qui huiusmodi ministerium haudquaquã exhibent, opus quidem leue fit, eo quòd quarto quoque die ad singula signa ministeriũ peruenit. Tribunis autem præfatis ministerijs usus pariter necessarius, honorque atque obedientia exhibet. Triariorum signa tribunorũ ministerijs eximunt. Sed turmis equitũ singulis diebus ministeria præbent, ut quique proximi sunt post turmas locati: qui custodiunt etiam alia: sed præsertim equos, ne aut implicati uinculis lædantur, futuri inutiles ad opus: aut soluti atque inuicem irruentes, turbas tumultusque excitent in castris. Cæterùm unum ex omnibus signum excubat quotidie per uicos ante Imperatorẽ, quod securitatẽ pariter Imperatori præbet aduersus insidias, ornatque speciem magistratus. Fossæ ac ualli duo latera socijs curæ sunt, quibus proximũ utrunque eorum cornu locatũ est, Romanis utrinque legionibus unum. cumque singula latera per singula diuisa distributaque sint, particularis sanè cura ordinũ ductoribus incumbit, presentibus astãtibusque.
B Vt aũt uniuersum latus bene se habeat, duobus tribunis similiter, reliquam etiam legionis curã hi sunt qui gerũt. Bini enim inter se diuisi, bimestre spaciũ semestris temporis uicissim imperãt, uniuersoque quibus sors obtigit, sub diali usui præsunt. Idẽ modus principatus est, etiam præfectorũ inter socios equites, ordinumque ductores. omnes oriente luce accedunt ad tribunorum tentoria, tribuni ad Consulem: ille quod instat agendũ, tribunis edicit: tribuni equitib. ordinumque ductoribus, hi multitudini proponũt tẽpore opportuno. Nocturni signi traditionẽ tutam præstant hunc in modum. Ex singulis generibus, equitũ peditumque decimi signũ, quod ultimũ, castra metant ad extremitatẽ strigarũ. Ex his uir unus eligit, qui excubiarũ ministerijs nõ tenetur, uerùm accedit singulis diebus occidente sole, ad tentoriũ tribuni, & accepta tessera (ea est tabella inscripta) recedit: cumque secesserit ad signũ suum, tradit tabellam signumque adhibitis testibus, proximi signi principi: ille similiter proximi. Idemque faciũt omnes deinceps, donec ad prima & prope tribunos locata signa peruenerit. Et subdit: Vigilias disponunt hũc in modum. Imperatorẽ, eiusque tentoriũ accubãs custodit signũ. Tribunorũ tentoria & equitũ turmas deputati, ut modò dictũ est, ex singulis signis: itidẽ per singulos ordines, oẽs ex se ipsi custodias disponũt, ceteras Imperator. fiuntque plerũque tres excubiæ: apud quæstorẽ una, binæ apud legatos, consiliariosque. Exteriorẽ castrorũ aspectũ uelites cõplent, totũ interdiu uallũ circũsidentes. etenim hoc illis iniungit ministeriũ. Portas singulas ex his decades accubantes seruãt. Eos qui sunt uigilijs deputati, ex singulis custodijs, qui primã uigiliã acturi sunt, unus ex signis singulis tergiductor uesperè ducit ad tribunum. Is dat singulis taleolas, per singulas uigilias, breues admodum, habentes characterem. Illi cum acceperint, ad assignata recedunt loca. Fides circuitionis equitibus cõmittitur. Oportet enim primũ alæ ductorẽ per singulas legiones præcipere uni ex suis tergiductorib. summo manè præceptum

Nocturna uigilia qualis.

Tesseræ exhibitio.

Vigilia in prætorio.

Quæstorij excubiæ.

Valli uigiliæ.

Portarum excubiæ.

Prima uigilia.

præceptum huiusmodi, ut is edicat ante prandium quatuor adolescentibus alæ suæ, ad eos pertinere circuitionem noctis proximè accessuræ. Posthæc oportet idem præcipiat sequentis alæ ductori ante noctem, quòd illi incumbit cura circuitionis in sequētem diem. Is cum audierit, oportet ut similia faciat his quę diximus in sequentem diem. Atq; hunc in modum & cæteri deinceps. Qui uerò præoptati sunt per tergiductores ex prima ala quatuor, ubi sortiti fuerint uigilias, conferunt se ad tribunum, accipiuntq; in scriptis, quotā quotq; uigilias circuire oporteat. Postea uerò accubant hi quatuor iuxta primū signum triariorum, cuius princeps curam gerit, ut competens uigiliis signum tuba detur. Cum uerò tempus accesserit, primam uisit uigiliam qui eam uisendam sortitus est. circuit autem prædicta loca non solùm circa uallum, aditusq;, sed omnia, per signa singula, turmasq;: & si inuenerit uigiles primæ uigilantes, accipit ab his tabellam: sin autem offenderit quempiam dormientem, aut locum deseruisse, attestatus proximos abit. Idem fit ab his qui deinceps uigilias circumeunt. Dandi autem signum buccina (sicut paulo antè dixi) per singulas uigilias, quòd circuitoribus conueniat cum uigilibus, ductoribus ordinum primi triariorū utriusq; legionis quotidie cura incumbit. Circuitorum singuli sub ipsam lucem referunt tesseras ad tribunum. Et si omnes redditæ fuerint, sine delicto abeunt. At si quis pauciores attulerit quàm sit custodiarum multitudo, inquirunt ex charactere, quænam custodia defecerit. Qua re cognita, uocatur ordinum ductor. Is autem ducit eos quibus est commissa uigilia. Ii disceptāt cum circuitore. Et si custodum fuerit delictum, confestim profert id circuitor adhibitis testibus, qui proximi sunt. tenetur enim hoc facere. At si nihil huiusmodi factum sit, crimen recidit in circuitorem: statimq; aduocato concilio, coram tribuno dicit causam. & si condemnetur, fuste cæditur. Hactenus de uigiliis, uigilumq; stationibus, Polybius. Quo recentior Fla. Vegetius libro de Re militari tertio cap. 8, de eisdem hæc quoq; animaduertit: Tunc pro gradu (ait) legionibus & auxiliis, equitibus & peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputantur in castris. Ac de singulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites, qui excubitum noctibus faciant, eliguntur. Et quia impossibile uidebatur, in speculis per totam noctem uigilātes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ uigilię, ut nō amplius quàm tribus horis nocturnis sit necesse uigilare. A tibicine omnes uigiliæ cōmittuntur, & finitis horis à cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni & probatissimos eligunt, qui circumeāt uigilias, & renūcient, si qua culpa emerserit, quos Circuitores appellāt. Nunc militiæ factus est gradus, & circuitores appellantur. Sciendum tamen est, equites extra uallum nocturnas excubias facere debere, per diem autem castris positis, alii manè, alii post meridiem, propter fatigationem hominum equorumq;.

Circuitiones uigiliarum. *Quomodo tesseræ ad tribunum referebantur.* *Genera & diuisio uigiliarū.* A B

STATIONES HYBERNORUM, pro hybernorū statiuis. Meminit T. Liuius libro quinto Decadis tertiæ, cum de Syracusarum oppugnatione tractat: Nam & Hippocrates castris ad magnum portum communitis, signoq; iis dato qui Acradinam tenebant, castra uetera Romanorū adortus est, quibus Crispinus præerat, & Epicides eruptionem in stationes Marcelli fecit: & classis Punica littori, quod inter urbem & castra Romana erat, appulsa est, ne quid præsidi Crispino submitti à Marcello posset. Huc spectant & quæ de simili statione Marcellinus scribit libro historiæ suæ decimoseptimo: Quibus hoc modo peractis, disperso per stationes milite, consueta ad hyberna regressus est Cæsar. Et libro decimooctauo: Interea reges Nisibi pro statione, ubi transmissa incendiis arida nutrimētorū uarietate crescentibus fugitantes inopiam pabuli sub montium pedibus per ualles grammeas incedebant. Idem libro decimonono: Et resultantibus è ciuitate lituis

Stationes hybernorum.

A te lituis multis, portę panduntur recepturæ nostros, si peruenire illuc usq; ualuissent, tormentorumq; machinę stridebant, sine iaculatione ulla telorum, ut stationibus præsidentes post intereuntes socios ponè agerentur. Sic lib. 20. accipit, ita scribens: Iulianus consiliorũ adminiculo destitutus, ancipitiq; sententia fluctuãs, id optimũ factu existimans, uia solenni cunctos ex stationibus egressos, in quibus hyemabant, maturè disposuit. Sic clarius lib. 16: Et ille tanq; expeditione euentu prospero terminata, milite disperso per stationes hybernas, ad comitatum Imperatoris reuertit. STATIONES EQVITVM proprijssimè & sæpissimè historicis dicuntur, castra equitum. Meminit Liuius lib. 8. Dec. 4: Pabulatores lignatoresq; Romani in eam partem in qua colloquium futurũ erat, ducti sunt, tutius id futurum tribunis ratus, quia consulis præsidium & ipsum pro statione habituri erant hosti oppositum. Suam tamen alteram stationem propius castra sexcentorum equitum posuerunt. Idem lib. 4. Decad. quintæ: Stationũ quoq; morẽ mutauit. armati omnes & frenatis equis equites, diem totum perstabant. id cum æstiuis diebus urente assiduo sole fieret, tot hastarum æstu & languore ipsos equosq; fessos, integri sæpe adorti hostes, uel pauci plures uexabant. Itaq; ex matutina statione ad meridiem decedi, & in postmeridianam succedere alios iussit, ut nunquã fatigatos recens hostis aggredi poterat. Huc pertinent & illa Cæsaris uerba lib. quinto Ciuilis belli: Cæsar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionẽ, leuemq; armaturam sagittarios funditoresq; eòdem submittit. Et iterum: Item insequenti die eadem consuetudine dum longius prosequitur, quo loco equites nostri stationem habuerunt, aliquot turmæ cum leui armatura inter turmas aduersariorum protritæ. Meminit & Cor. Tacitus lib. 17. Totidem fermè milites (inquit) in itinere adgregantur, *Stationes equitum.*

B alij conscientia, pleriq; miraculo, pars clamore & gladijs, pars silentio animos ex euentu sumpturi: stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. Porrò de equitum statione, siue equestri illa, accipiendus est locus T. Liuij, cum singulare certamen duorum equitum Aselli Romani & Taureæ Campani, in bello Punico secundo describeret, lib. tertio Decad. tertiæ: Hæc ubi Asello nunciata sunt, in castra, id modò moratus, ut Cõsulem percunctaretur, liceret ne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare? permissu eius arma extemplò capit, prouectusq; ante stationes equitum, &c. Et iterum lib. 7. eiusdem Decadis: Proximus Carthaginensium exercitus Asdrubalis prope urbem Betulam erat, pro castris equitum stationes habebat. Et hactenus de equestri statione. Sequitur STATIO NAVALIS, qui locus erat, in quo naues tutò ad tempus stabant. Liuius lib. 2. Deca. 3: Deinde minus terra propter ingentem famã nouorũ auxiliorũ concurrere ausus, delecto milite in naues imposito, quinq; & triginta nauium classe ire obuiam hosti pergit, altero ab Tarracone die ad stationem uiginti millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis peruenit. Et iterũ lib. 3. eiusdem: Gisgo & Bostar & Mago, eòdem ad Iunonis Laciniæ templum, ubi nauis in statione erat, perueniunt. Idem lib. 7. Dec. quartæ: Inde ad Hellespõti fauces nauigat, & decem nauibus in statione contra Abidum relictis, cætera classe in Europa ad Seston oppugnandum traiecit. Et rursus: Romanam Rhodiamq; classem redire Samum, atq; ibi in statione esse, ne Polyxenidas ab Epheso moueret. Huc pertinet & illud Cæsaris 5. belli Ciuilis: Qua ex re Cęsar cõmotus, eos quos in stationibus cum longis nauibus apud Thapsum, custodiæ causa esse iusserat, suis onerarijs longisq; nauibus præstò esset. Huc alludit & Virgilius secundo Aeneidos isto carmine: *Stationes nauales.*

Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.

STATIONES MANSIONVM, ubi uillæ uel ædificia erãt, in quibus parochi ob

publicum cursum manebant, & ueredarios equos mutabant. In qua significatione accipit Liuius lib.2.Dec.3: Homini non ad cætera Punica ingenia callido, persuasit noctu clàm progressus ad hostium stationes, cõuentis quibusdam auxiliaribus Hispanis. Meminit & Am.Marcellinus lib.19. cum suam Romanorumq; fugam ex Persia describit: Postica, perquam nihil seruabatur, euado, & squallentiũ peritia locorũ, comitumq; adiunctus celeritate, ad decimũ lapidem tandem perueni: in qua statione leuius recreati. Idem lib. 21. Leuibus tamen iudicijs super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempestate, castrensem agens, quos ex stationibus proprijs acciri, celeritatis ratio permittebat, uenturis resistere cogitabat. Et rursus lib.29. Quibus lectis, paceq; obsidibus acceptis permissa, dux ad recensendas legiones, quæ Africam tuebantur, ire pergebat, ad Pancharianam statione͂, quò cõuenire præcepta sunt. Et iterum lib.25: Tum Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore uolubili replicabat, Constantium immani crudescente bellorum materia superatum à Persis interdum, deductumq; postremò per fugam cum paucis ad Hibitam statione͂ in tutam, panis frusto uixisse precariò. Et hæc de statione in mansionibus. Sequuntur STATIONES in acie Rom. castrisq;. ad quas alludit T.Liuius lib.5.Decad.1. In muros pro se quisque armati discurrũt, mirantes quid'nam esset, quod cum per tot dies nemo se à stationibus Romanis mouisset, tum ueluti repentino icti furore improuidi currerent ad muros. Et iterum: Modò longioribus spacijs trahendo eos à porta, lusu, sermonibusq; uariatis, lõgius solito, ubi res dedit progressas, inter stationes eos hostium, castraq; inde Romana in prætoriũ ad Camillum perduxit. Et sic intelligendũ est illud Cæsaris lib.4. belli Gallici: Hi qui pro portis castrorũ in statione erant, Cæsari renunciarunt, &c. Huc pertinent & ista T.Liuij lib.5. Dec.3: Nam & Hippocrates castris ad magnũ portum cõmunitis, signoq; ijs dato qui Acradinam tenebãt, castra uetera Romanorũ adortus est, quibus Crispinus præerat, Epicides eruptionem in stationes Marcelli fecit: & classis Punica littori, quod inter urbem & castra Romana erat, appulsa est. Et iterũ lib. 9. eiusdem: M.Liuius exercitũ uolonũ ex Hetruria in Galliã traducit, iunctusq; Lucretio, si se Mago ex Ligurib. propius urbem moueat, obuiã ire parat: si Pœnus sub angulo alpium quietus se cõtineat, & ipse in eade͂ statione circa Ariminum Italiæ præsidio futurus. De Statiuorũ castrorũ locatione scribit Veget. lib.3. cap.8. Statiua aute͂ castra æstate, inquit, uel hyeme hoste uicino maiore labore ac cura firmãtur. nam singulæ centuriæ diuidentib. campiductorib. & principibus, accipiunt pedaturas, & scutis uel sarcinis suis in orbem circa propria signa dispositis, cincti gladio fossam aperiunt, latam aut noue͂ aut undecim uel tredecim pedibus. Vel si maior aduersariorũ uis metuit͂, pedibus dece͂ & septe͂ (impare͂ enim numerũ obseruari moris est) cum sepibus ductis, uel interpositis stipitibus ramisq; arborũ, ne facilè terra delabatur, agger erigitur. Supra quem, ad similitudine͂ muri, pinnæ & propugnacula cõponuntur. Opus uerò centuriones metiuntur, ne quis minus foderit, aut errauerit alicuius ignauia. Id Tribuni circumeunt: nec antè discedũt, qui strenui sunt, q̃ fuerint cuncta perfecta. hæc ille. Sunt quoq; STATIONES insidiatoriæ historijs celebratæ, quarũ meminit T.Liuius lib.7.Dec.3. Et iam ne fugę quidem patebat locus. nam & stationes utrinq; Romanę dextra læuaq; insederãt uias, & portã castrorũ ducis principumq; fugę clauserat. Et iterum lib.1.Dec.4. Dato signo ne que͂ uiuũ relinquerent, cum patre ipse substitit, itineraq; quibus ad castra reuersuri uidebãtur hostes, obsedit. Iam passim cædes ac fuga erat, necdum quisquã in castra Romana nuncius cladis peruenerat: quia refugie͂tes in regiam statione͂ incidebãt, & plures ab obsidentib. uias q̃ ab emissis ad cædem interficiebantur.

Stationes castrorum & acierum.

Stationes insidiarum.

A

B

A bantur. Atq; hæc de stationib. militaribus. Venio nūc ad stationes urbanas, in municipijs passim familiares, uidelicet comitiarias, prętorias, ciuium, operariorū, & agrarias. STATIONVM comitiariarum, hoc est, cum decuriæ in comitijs ad eligendos magistratus starent, mentionem facit T. Liuius lib. 3. Dec. tertiæ, in descriptione secundi Punici belli: Quia duces nec prohibere paucos temerè rogantes, nec dare signū uniuersæ pugnæ uolebant, in hac comitiaria iam duorum exercituum statione, princeps Nolanorum iunctus Marcello, &c. Fuisse præterea stationem prætoriam, inscriptio hæc Vetustatis coarguit Neapoli reperta: Stationes comitiariæ.

D. M.

AELIO FORTVNATO MIL. N. STAT. PRAETOR. ANTONIANORVM SILVANIVS MARTINVS COMMANIPVLVS ET HERES BENEMERENTI FECIT.

Ad hæc statione̅ fuisse appellatā, omne̅ ciuium conuentū, sicubi de re quapiam tractaturi cōsistebant, docet Cicero in Tusculanis quæst. Statio officinę, in quam multi couueniunt, ut de aliqua re decernat̄, & ius dicatur. Gellius lib. 13. Noct. Att. Quæsitū esse memini in plerisq; Romæ stationibus, ius publicè docētiū. Et in hac significatione meminit stationis quoq; operariorū Liuius lib. 5. Deca. 3. Vbi cœptum opus est, patefacta repēte porta, in munientes impetū fecerūt Romani, pellisq; se statio passa est, quæ pro opere erat, ut successu cresceret audacia, plures'q; et longius pulsos persequerent̄. Et sic intelliguntur quę de stationib. agrarijs scribit Tacitus li. 16, Dum castrorū opera maturè cōsurgūt, milites'q; pars stationes prætendit agrarias. Et iterū lib. 14. Et quia Mesopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari sueti prætenturis & stationib. seruabant̄ agrarijs, læuorsum flexo itinere Osdruenæ subsederat. Huc pertinet illud Marcell. lib. 25, cum de laudibus Iuliani Stationes ciuiles et operariæ

B Cæsaris agit: Castrensiū negociorū scientiā plura declarant, & notæ ciuitatū oppugnationes, & castellorū inter ipsos discriminum uertices, acies figura multiformi cōpositæ, salubriter & cautè castrametatæ prætenturæ, stationes'q; agrariæ totis uiribus ordinatæ. Et hæc quide̅ de stationib. omnis generis dicta sufficiant. Superest ut etiā de stationarijs cùm militibus tum magistratib. castrensibus pauca ex historia adijciam. STATIONARII milites dicebant̄, quibus custodiæ aut præsidij gratia statio quædā adsignata erat. Et, ut docent Vlpianus & Paulus Iurecōsulti, qui in urbibus aut prouincijs rempub. populi Rom. tuebant̄. Meminit Marcell. lib. 18. Adlapsuro iam præstituto die soluendæ pecuniæ, cum per syngrapham debere se, confiteri ui metu'q; cōpulsus est: cum omnibus se perspiceret undiq; periculis opprimendū, largitionū comite, ad alterius gratiam infestius perurgente, fugam ad Persas cum coniuge liberis'q; & omni uinculo charitatū, ingenti molimine conabatur. Atq; ut latêret stationarios milites fundū in Hispania, qui locus Tigridis fluentis adlabitur, precio mercat̄. Et rursus lib. 21: Sed reipsa cōuictus abstinuit. capto enim à stationarijs militibus notario, quem miserat ad Constantium, scrutato'q; si quid portaret, epistola eius reperta est. STATIONARII magistratus militares erant, qui certo anni tempore, militū numerū hincinde per castra legionū transeuntes, arma'q; & industriam cuiusq;, & si quæ aduersus hos à prouincialibus deferebantur querelæ, contemplabantur atq; excipiebant. Iureconsultis aliàs, & potissimū lib. XII Cod. l. ij. CVRIOSI nuncupati, qui ex agentibus in rebus legebantur. Ad quorum munus adludere uidetur Tacitus lib. 15. historiæ Augustæ: Ergo aduersus nouam prouinciarū superbiam dignum fide constantia'q; Romana capiamus consilium, quo tutelæ sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisq; habeatur, alibi quàm in ciuiū iudicio esse. Olim quidem non modò Prætor aut Consul, sed priuati etiā mittebant̄, qui prouincias Milites stationarij. Curiosi qui fuerint.

uiſerent,& quid de cuiuſque obſequio uideretur referrent: trepidabantq́ gentes A
de æſtimatione ſingulorum. De curioſis porrò meminit Suidas in uita Chryſoſtomi, εἱλκύμενος ὑπὸ κουριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. Id eſt, tractus ſub curioſo urbis in media ciuitate. Recenſet & Codex Theodoſianus ſub munere magiſtri officiorum, curioſum unum publici curſus: hoc eſt, qui perſonas ad publicum curſum pertinentes luſtrare ſolebat. Huc pertinet & illud Apuleij de Aureo aſino: Nō equidem curioſus ſum, ſed qui uelit ſcire cuncta uel plurima timentibus, cum comitibus præſertim Ariſtomene, mortem Comitis prodere, eos fari audacter hortatur: qui non curioſus, id eſt delator eſſet, ſed potius plura libenter ſcire cuperet. Liber Præfecturarum ſub curioſo recenſet, ſubadiuuas & ſymbulographos, & alia quædam genera ſcribarum. Et iam finem huic eram Capiti impoſiturus, cum de manſionibus mihi adhuc uenit in mentem, quū & illarū ſæpe mentio autoribus hiſtoriarum fiat, cum de ſtatiuis hi, aut ſtationibus agunt. Differre autem MANSIONES à ſtatiuis, Lampridius in Alexandro oſtendit: Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine ſuo ediſſeram. Primam tamen eius conſuetudinem dicam de rebus uel tacendis, uel prodendis. Tacebantur ſecreta bellorum, itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet, Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & ſi dij uoluerint, in prima manſione manſurus. deinde per ordinem manſiones, deinde ſtatiuæ, deinde ubi annona eſſet accipienda. Et iterum: Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit, ut in manſionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria. Et iterum: Cumq́ poſt duas manſiones equo fatigatus eſſet, carpento impoſuit. Ex quibus liquet, manſiones fuiſſe uillas, uel hoſpitia, itinere unius diei diſparata. Et ſic intelligitur illud Plinij libro duodecimo: Manſionibus (inquit) B
octo diſtat regio Thurifera à monte excelſo. Et iterum: Gebennitarum Thamma eſt, abeſt à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido M D XXXVII millia paſſuū, quod diuiditur in manſiones camelorum ſexagintaduas. Huc pertinent, quæ Tranquillus ſcribit in hiſtoria Titi: Deinde ad primam ſtatim manſionē, febrem nactus, cum inde lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum, multumq́ conqueſtus eripi ſibi uiam immerenti. Hæc Marcellinus libro duodecimo, ſub finem: Argentorato cum pugnaretur, manſione quadrageſima diſparatus, deſcribens prælium, aciem ordinaſſe, & ſtetiſſe inter ſigniferos, & barbaros fugaſſe præcipites, ſibiq́ oblatum falſo indicat Chondomarium. Et ſic intelligenda ſunt quæ leguntur in Itinerario Antonini, in enumeratione municipiorū Panoniæ inferioris, de manſione Carpis uel Cirpis, de manſione Saluæ, & de manſione Auguſti in prætorio, cum iter ex Sirmio ad Nauportum deſcriberet.

Māſiones quæ fuerint.

CAP. IIII. DE EXERCITUS ROMANI ſtatiuorumq́ hybernis & æſtiuis.



ROMANI Imperij limites fluuios extitiſſe maiori ex parte, primo huius Operis libro dictum eſt: quos, quia æſtate accepto imbre, niuisq́ liquefactione latius diffluerent, negligentius & minori præſidio tueri ſolebant. Contrà hyberno tempore, quòd glacie indurati atq́ adſtricti, efferas barbarorum nationes quaſi tergo portarent Romanam in ditionem, plures ad ripas legiones componere cogebantur, quæ externam uim propulſarent. Quo factum eſt, ut milites æſtatis tempore procul à ripis in mediterraneis ſtatiua haberent: in hyeme uerò ripis fluminum adſidentes, undiq́ contracti & in legiones diuiſi, Romanum tuebantur limitem. Hinc hyberna eſſe ad maiores fluuios, æſtiua ad minores & in medi-

Origo æſtiuorum & hybernorum.

A mediterraneis cœpta sunt. Quare rectè Plinius lib. tertio cap. 12: Herciniam syluam, Carnuntiosq́ Germanorum populos usq; ad Danubium & Pannonica hyberna exporrigi scribit. Ut appareat, legionum castra quæ sub Augusto ad Nauportum in æstiuis fuerint (quarum Tacitus uidelicet lib. 1. meminit) Batone rege postea, auspicio Tiberij Cæsaris deuicto, & Romano in Pannonijs limite ad Istrũ usq; propagato, hyberna facta esse. Quemadmodũ Cor. Tacitus lib. 19. de Vespasiani imperio scribens apud Pætouionem, utpote ad Draui ripam, hyberna fuisse Pannonicarũ legionum cõmemorat. Quod ideo accidit. ęstatis quippe tempore, cum nullus hostiũ metus incumberet, Danubio latè diffluente, Romani solebant exercitus procul à Danubio in mediterraneis cõmorari: hyeme uerò, cum Danubius glacie adstrictus, hostiles poterat globos admittere, ripis eius insidentes legiones, in hybernis limitẽ tuebantur. Hinc est illud Tranquilli in Augusto: Neq; tamen unquã plures quàm tres cohortes in urbe esse passus est, easq́ sine castris: reliquas in hyberna & æstiua circa finitima oppida dimittere assueuerat. Sed placet, quod proponimus in genere, specialius explanare. HYBERNA itaq; erãt statiua, ubi hyemis tempore legiones solebant castrametari. Fiebat autẽ nõ solùm ad fluuios gelu adstrictos, uerùm alijs etiam locis, nõdum Romano Imperio in exteros Italiæ limites propagato. Erantq́ duplicia tum hyberna, sine tectis, & cum tectis: hoc est, sub dio in castris, & in municipijs. Cæsar lib. quinto Gallici belli: Ab hac spe repulsi Neruij, uallo pedum undecim, & fossa pedum quindecim, hyberna cingunt, sine tectis. Et rursus libro quinto Ciuilis belli: Ad hoc autem incõmodum accesserat, quòd Cæsar nõ more superiorũ Imperatorũ, in hybernis exercitum cõtinebat, sed in tertio quartoq́ die procedendo, propiusq́ hostem accedendo, castra cõmuniebat. Huc pertinent & ista T. Liuij loca, lib. 3. Dec. 3: Castrisq́ B cõmunitis, ac præsidio modico imposito, ne omissa res uideretur, in hyberna Capuam concessit, ibi partem maiorem hyemis exercitum in tectis habuit. Et lib. 4. Dec. tertię: Inde Appio Claudio Romam ad consulatũ petendum misso, T. Quintium Crispinum in eius locum classi castrisq́ præfecit. Ipse hybernacula quinque millia passuum ab Hexapylo (Leontiam uocant locum) cõmunijt, ædificauitq́. Et iterum lib. 9. eiusdem Decad. Quorum aduentus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio, cum quadraginta fermè dies, nequicq; omnia experiens, obsedisset Uticã, abscederet inde irrito incœpto. Iam enim hyems instabat, castra hyberna in promontorio, quod tenui iugo continenti adhærens, in aliquantũ maris spaciũ extenditur, cõmunit. Uno uallo & naualia castra amplectitur, iugo medio legionum castris impositis. Idem lib. 10. eiusdem: Hybernacula Carthaginensiũ, congesta temerè ex agris materia, exædificata, lignea fermè tota erant. Numidæ præcipuè arundine textis, storiaq́, pars maxima tectis passim, nullo ordine quidã, ut sine imperio occupatis locis, extra fossam etiam uallumq́ habitabant. Huc pertinet & ille qui est lib. 6. Dec. quintæ locus: Cæterũ postquam in castra ad Amphipolim uenit, grauiter increpuisse traditur Caium Sulpitiũ: primũ, quòd Persea tam procul à se uagari per prouinciam passus est: deinde quòd adeò indulsisset militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hybernacula sua pateretur: referriq́ tegulas, & resarciri tecta, sicuti fuerant, iussit. Et rursus, cum Persei captiuitatem recenseret: Consilio dimisso (inquit) tuendi regis cura Q. Ælio mandatur. Eo die & inuitatus ad Consulem Perseus, & alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in tali fortuna poterat. Exercitus deinde in hyberna dimissus est. Maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquæ urbes accepere. Et hactenus ille de hybernis cum tecto. Huc alludit & Cor. Tacitus lib. 13. historię Aug. Auxitq́ copias Cæsar, missis è Germania duobus legionariorũ millibus, octo auxiliorum co

Hyberna Roman. castrorũ.

Duplicia hyberna.

hortibus, ac mille equitibus: quorum aduentu Nonani legionario milite suppleti sunt, cohortes alæq; nouis hybernaculis locatæ. Et iterum lib. 15. Cæterũ Pætus spretis omnibus, necdum satis firmatis hybernaculis, nullo rei frumentariæ prouisu, rapit exercitum trans montẽ Taurum, recipiendis (ut referebat) Tygranocertis, uastandisq; regionibus quas Corbulo integras obmisisset. Et ita intelligẽdus est quoq; locus Marcellini lib. 17. historiæ suæ: Ideoq; fortiter eum ubique fecisse fingentibus, quòd oppetere dimicando gloriose magis optabat, q̃ damnatorum sorte, sicut sperabãt, ut frater Gallus occidi, ni pari proposito, post excessum quoque Constantij actibus mirandis inclaruisset. Quibus ut in tali re cõpositis firmiter, ad sedes reuertens hybernas, sudorũ reliquias reperit tales. Ex quibus liquet, hyberna alijs uocibus & hybernacula & sedes hybernas esse dicta. Ac inuenio quidem quinq; generũ hyberna Romanis familiaria fuisse, de quibus & ordine dicturus sum. HYBERNA Germanica, ad Rhenum in confinibus Germaniæ Galliæq; erant, aduersus Germanos & Alemannos, qui hyemali rigore Rhenũ cõstrictum peruadentes, continuas in solo Romanorũ, Galliæ uidelicet prouincijs, excursiones faciebant. unde est illud Cæsaris: Atq; ibi res ad bellum necessarias comparabat, pontemq; primò iunctis inter se nauigijs fecit in Rheno flumine, ut per eum exercitus transgrederetur. Quippe hi maximi fluminũ sub Septentrione feruntur, Rhenus ac Danubius: quorũ alter Germanos, alter Pãnonios prǣterfluit, æstate quidem nauigabiles, latissimo altissimoq; alueo, per hyemẽ deniq; cõcreti gelu, camporũ in modũ perequitantur. Est autẽ adeò eius aluei solida glacies, ut non equorũ ungulis tantũ, pedibusq; uirorum nõ subsistat, sed qui hausturi inde sunt, nõ tam urnas aut uasa alia secum adferant, q̃ secures aut dolabras, ut cæsam inde aquã sine uase ullo ueluti lapidem asportẽt. Meminit huiuscemodi hybernorum Tacitus lib. 17. hist. Aug. Nec deerant in exercitu semina discordiæ, quòd & bello aduersus Vindicẽ uniuersus adfuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam: atq; in eo ipso sacramento uexillis inferioris Germani præuentus erat. Et Treuiri ac Lingones, quasq; alias ciuitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hybernis legionũ propius miscentur. Et subdit: At in superiori exercitu quarta ac duodeuicesima legiones, ijsdem hybernis tendentes, ipso Cal. Ianuar. die dirumpunt imagines Galbæ. Huc pertinent & illa lib. eodem: Nihil æquè prouinciã exercitũq; accẽdit, q̃ quod asseuerabat Mutianus, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriã ad militiã opulentã, quietamq; transferret, contrà Syriacis legionib. Germanica hyberna cœlo & laboribus dura mutarent. A B

Germanica hyberna.

Cæterũ inuenio & alia Germanica extisse hyberna in meditullio Germaniæ, ad Iulium fluuiũ, de quibus Velleius sic scribit: Pietas sua Cæsarem penè obstructis hyeme alpibus in urbem traxit, ad tutelam imperij, ueris initio reduxit in Germaniã. In cuius medijs finibus ad caput Iuliæ fluminis, hyberna digrediens princeps locauerat. GALLICA hyberna in mediterraneis Galliarum, paulo remotius à Rheno flumine erant, iam inde à C. Iulio Cæsare dictatore cõstituta, aduersus Brigantes & Armoricas gentes. De quibus mentio apud Cæsarẽ occurrit in Cõmentarijs. ut est ille locus lib. 4. Gallici belli: Cęsar in Belgis omniũ legionum hyberna cõstituit. Et iterũ lib. 5. Postea subductis nauibus, cõcilioq; Gallorũ Samarobrinæ peracto, quòd eo anno frumentũ in Gallia propter siccitates angustius prouenerat, coactus est aliter ac superiorib. annis exercitũ in hybernis collocare, legionesq; in plures ciuitates distribuere: ex quibus unam in Morinos ducendã C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiã in Essuos L. Roscio, quartam in Remis cum Tito Labieno in confinio Treuirorũ hyemare iussit: tres in Belgio collocauit. Et iterũ: Sed esse Galliæ cõmune consiliũ, omnibus hybernis Cæsaris oppu-

Gallica hyberna.

A ris oppugnandis hūc esse dictum diem, ne qua legio alteri legioni subsidio uenire posset. Idem lib. 6. sub finem: Nonnulli iudiciū ueriti profugerunt, quibus cum aqua atq; igni interdixisset, duas legiones ad fines Treuirorū, duas in Lingonibus, sex reliquas in Sennonibus finibus Agendici in hybernis collocauit: frumentoq; exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiā ad cōuentus agendos profectus est. Sic rursus sub finem libri 7 Gallicæ historiæ: Idem Cæsar imperat magnū numerum obsidum, legiones in hyberna mittit, captiuorū circiter uiginti milia Heduis Aruernisq; reddidit, T. Labienum cum duabus legionibus & equitatu in Sequanos proficisci iubet. Ad huiusmodi Gallica hyberna alludit etiam Tacitus lib. 18. Sed legio Italica (inquit) & ala Taurina abductæ cohortes decem & octo, Lugduni solitis sibi hybernis relinqui placuit. Porrò talia hyberna adhuc in Gallijs fuisse inclinante Imperio, Marcellinus eius temporis scriptor testis est: At in Gallijs (inquit) cum meliore statu res esset, & Eusebium atq; Hypatiū fratres sublimaret uocabulo Consulum, Iulianus contextis successibus clarus, apud hyberna sequestratis interim solicitudinibus bellicis, haud minore cura fortunæ multa conducentia disponebat. ILLYRICA hyberna Romanis quondam ad Sisciam erant, nobilem Sauiensis regionis coloniam, à Cęsare Tiberio primò, in bello Pannonico aduersus Batonem regem constituta. cuius rei Velleius Paterculus in hæc uerba est autor: Prosecutusq; longo & perq; laborioso itinere, cuius difficultas narrari uix potest, ut neq; uniuersos quisquam auderet adgredi, & partem digredientiū suorum, quisq; metu finium, uniuersi tentare non possent, remisit eò unde uenerant: & ipse asperrimæ hyemis initio regressus Sisciam, legatos, inter quos ipsi fuimus, partitis præfecit hybernis. HYBERNA Pannonica, limitem Istri aduersus obiectas Germanorum gentes, Marcomanos, Quados, Sueuos, & Nariscos, itemq; Sarmatas tuebātur. Quæ quidem duobus locis fuisse animaduerto. Alia quidem ad ripam Danubij, quòd is hyeme gelu adstringeretur, & efferas gentes tanquam tergo portaret: alia uerò procul in mediterraneis, ad Drauum fluuiū. Danubius quidem, quòd hyberno tempore congelatus, barbaros Romanā in ditionē transmiserit quondā, testatur Dion Cassius, qui Iazyges transgressos hoc pacto in Pannonias, Antoninū prostrasse tradit. Scribit & Strabo, Mithridatē regē Ponti in glacie Danubij uicisse barbaros. Et Iustinus, Scythas à Philippo rege, Istro glaciato uictos testatur. Ad quod illud etiam Ouidij carmen pertinere uidetur,

Illyrica hyberna ad Sauū flu.

Hyberna Pannonica.

B

Cæruleus uentis latices durantibus Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quaq; rates ierant, pedibus nunc itur, & undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.

Hac de causa inquam, hyberna Romani, & ea potissimū Pannoniæ parte cōstituerunt, ubi hodie Austriæ & Hungariæ cōfinia cernuntur, quatuor ut plurimū legionibus conflata: de quibus Ptolemæū, Dionē, Antoninū, & librū Prefecturarum consule. Et ad huiusmodi hyberna adludit Plinius lib. 4. cap. 12: Superiora, ait, inter Danubium & Herciniū saltum, usq; ad Pannonica hyberna, Carnuntij, Germanorumq; ibi cōfinium. Porrò Carnuntū ripensem Danubij in superiori Pannonia coloniā fuisse, & dictum est suprà, & suo loco clarius dicetur. Cæterū adludit ad huiusmodi hyberna Velleius eodē loco, quo Carnuntū delineat, in descriptione belli quod Tiberius Cæsar aduersus Maroboduū Sueuorū regē, duodecim legionib. in aciē eductis, susceperat. uerba Vellej sic habēt: Hūc uirū, & hāc regionē proximo anno, diuersis è partibus Tiberius Cęsar adgredi statuit. Sentio Saturnino mandatū, ut per Cattos excisis continētibus Herciniæ syluis, legiones Boiohemū (id regioni quā incolebat Maroboduus nomen est) ipse à Carnunto,

qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomanos orsus est. Rumpit, interdum moratur proposita hominũ, fortuna. præparauerat iam hyberna Cæsar ad Danubiũ, &c. Atq; hæc de hybernis Pannonicis ad Danubium. Fuerũt & alia hyberna Pannonica in mediterraneis, procul à Danubio, de quibus loquitur Cor. Tacitus lib.19: Meliore, inquit, fato fideq; partium Flauianarũ duces consilia belli tractabant. Pætouionẽ in hyberna XIII legionis cõuenerant. Illic agitauere, placeret ne obstrui Panno-niæ alpes, donec à tergo uires uniuersæ consurgerent. Porrò decimamtertiã legionem Pannonicam fuisse, idem autor lib.18. ostendit: At in Pannonia (inquit) decimatertia legio, ac septima Galbiana, dolorẽ iramq; Bebriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere. Huc pertinẽt eiusdem autoris uerba in uita Iulij Agricolæ, cum de clade Romanarũ legionum, & nudato limite sub Domitiano Cæsare loqueretur. Et ea insecuta sunt reipublicæ tẽpora, quæ silere Agricolam non sinerent. Tot exercitus in Mœsia Daciaq;, & Germania Pannoniaq;, temeritate, aut per ignauiam ducũ amissi: tot militares uiri, cum tot cohortibus expugnati & capti. nec iam de limite Imperij, & ripa, sed de hybernis legionum, & possessione dubitatum. Atq; hæc sunt, quæ de hybernis Pannonicis dicere habuimus.

Aestiua Romanorum. Sequuntur iam AESTIVA, quę & ipsa duplicia Romanis erãt, ueluti hyberna: sub tectis, & sine tectis. Id quod ex istis Liuij uerbis lib.7. Dec. tertiæ colligitur: Diutius ibi quàm Carthagine uixerit, habere fructũ imperij, prorogati Marcello, populum Romanũ: bis cæsum exercitũ eius, æstiua Venusiæ sub tectis agere. Et iterum lib. tertio Dec. tertiæ: Tyronum modò corporibus animisq; deficiebant, & deinde per omne æstiuorum tempus magna pars sine commeatu & signis dilabebantur. Idem lib.9. Dec. tertiæ: Quod ubi Scipioni relatũ est, æstiua sub tectis agere equitatus: Sint (inquit) uel plures, dum talem ducẽ habeant. eoq; minus sibi cessandum ratus, quo illi segnius rem agerent. Et rursus libro septimo Dec. quartæ: Nemini ad Naupactum ire placuit, occupato ad Coracem ab Ætolis saltu. Ne tamen segnia æstiua essent, & Ætoli non impetratam pacem ab Senatu, nihilominus per suam cunctationẽ haberent, oppugnare Acilius Amphissam statuit. Huc referendum est & quod scribit Velleius Paterculus: Penetrata ulteriora, cum omnẽ partem asperrimi & periculosissimi belli Cæsar uindicaret, in ijs quæ minoris erant discriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris eius in Germania fuerat, præfecisset. Et subijcit: De cuius uiri claro celebriq; cõsulatu prædiximus. Anni eius æstiua usq; in mensem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecere uictoriæ. Et iterum: Solus semper equo uectus est, solus cum ijs quos mutauerat, maiore parte æstiuarum expeditionum cœnauit sedens.

Aestiua Germaniæ. AESTIVA Germaniæ, ad hæc alludit Velleius Paterculus: Quo proposito (inquam) mediam ingressus Pannoniam, ueluti inter uiros pacis gaudentes dulcedine, iurisdictionibus agendoq; pro tribunali ordine trahebat æstiua. Huc alludit & Iulius Capitolinus in Marco: Diuam etiam Faustinã (inquit) à Senatu appellatam, gratulatus est, quam secum & in æstiua habuerat, & matrem castrorum appellarat. Intelligendus est locus ille de bello Marcomanico, ad Istrum gesto. Huc pertinent & illa Taciti uerba, quæ libro primo historiæ Augustæ leguntur: Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit, nullis nouis causis, nisi quòd mutatus princeps, licentiam turbarum, & ex Ciuili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Blæso: qui fine Augusti, & initijs Tiberij auditis, ob iustitiũ aut gaudium intermiserat solita munia. Atq; de æstiuis, quanquam plura in historijs extent, tamen hæc dicere uoluimus.

CAP.

CAP. V. DE CASTRIS ROMANIS, eorumque locatione, portis & tabernaculis.

A DE EXERCITV Romano, eiusque discrimine hactenus egimus. Iam ad castra oratio nostra conuertetur, quæ exercitus illius loca atque conceptacula fuerunt, fossa valloque circumdata, uel hoc reipublicæ illi celebrata nomine, quòd nō solùm copijs in aciem eductis propulsare inferentium iniurias nouerit, uerùm etiam quæ parta erant, non minore uirtute retinuerit, perpetuis in hoc castris in ipsis limitibus constitutis. Erant autem in castris, Forum, Prætorium, quæstorium, portæ, & tabernacula. De quibus omnibus antequam dicere occipiamus, de communi castrametandi ratione, ex præcipuis autoribus, T. Liuio, Tacito, Cæsare, & alijs, quædam loca præmittam. Quorum Cæsar lib. septimo Gallici belli, siue Hircius, qui historiam Cæsaris suppleuit, ita nominatim scribit: Erat eregionè oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregiè munitus, atque ex omni parte circumcisus, quem si tenerent nostri, & aquæ magna parte & pabulatione libera prohibituri hostes uidebantur. Sed is locus præsidio ab his non minus firmo tenebatur. Tamen silentio noctis Cæsar ex castris egressus, priusquam præsidium ex oppido uenire posset, deiecto præsidio potitus loco, duas ibi legiones collocauit, fossamque duplicem duodenûm pedum, à maioribus castris ad minora perduxit, ut tuti ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent. Ad hoc institutum faciunt & illa Titi Liuij uerba lib. primo Decadis quintæ, ubi omnia penè castrorum loca, & partes, portæque explicantur: *Loci autorum de castrametatione.*

B Vnus remansit (ait) Marcus Licinius Strabo, Tribunus militum tertiæ legionis, cum tribus signis ab sua legione relictus. Hunc, in uacua castra impetu facto, Histri, cum alius armatus ijs nemo obuiam isset, in prætorio instruentem atque adhortantem suos oppresserunt. Prælium atrocius quàm pro paucitate resistentiū fuit. Nec antè finitum est, quàm Tribunus militum, quique circa eum cōstiterant, interfecti sunt. Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerant, ad Quæstorium, Forum, Quintanamque hostes peruenerunt. Vbi cum omnium rerum paratam expositamque copiam, & stratos lectos in quæstorio inuenissent, Regulus accubans epulari cœpit. Huc referenda sunt & illa Cornelij nostri, libro primo historiæ Augustæ: At Romanus agmine propero syluam Cæsiam, limitemque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontē ac tergum uallo, latera concædibus munitus. Inde saltus obscuros permeat, cōsultatque ex duobus itineribus, breue & solitum sequatur. Et rursus: Postquam uallum introijt, portas stationibus firmat, globos armatorum certis castrorum locis operiri iubens. cæteri tribunal ingenti agmine circumueniunt. Huc alludit carmine isto Virgilius,

—Perque niues, perque horrida castra secutus.

Atque hæc in genere de castrametatione Romana. nunc castrorum discrimina elucidabimus. Inuenio uerò fuisse castra æstiua, castra prætoria, castra Palatina, castra aperta, plena, uacua, lunata & peregrina.

CASTRA STATIVA arbitror fuisse, quiescentium legionum castrametationes, seu mansiones, uti suprà de statiuis in prima significatione ostendimus. Cicero septima in Verrem: Iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarum loco, statiua sibi castra habebat. Liuius libro tertio Decadis tertiæ: Quieta inde statiua fuere, nec retrò etiam Consul mouit castra. Et iterum lib. quinto eiusdem: Ipse profectus cum cæteris copijs ad Galesum flumen, quinque millia ab urbe posuit castra, ex ijs statiuis regressus, ad inspiciendum opus. *Castra statiua.*

Et iterum

Et iterum lib.9. Dec.3. Ad Vticam tum castra Scipio, fermè mille passus ab urbe habebat, translata à mari, ubi paucos dies statiua cõiuncta classi fuerãt. Et sic intelligenda sunt loca Am. Marcellini lib.24. sub finem, cum de bello Iuliani in Perside gesto ageret: Quo cognito, inquit, hostes ut inedia nos cruciarẽt, herbas cum adultis segetibus incenderunt, & conflagratione procedere uetiti, statiuis castris, dum flammæ senescerent, utebãtur. Et iterum lib.24. Post quæ itinere festinato, Nisibi cupidè uisa, extra urbẽ statiua castra posuit princeps, rogatusq; enixè precante multiplici plebe, ut ingressus palatium more incederet principum. Idem lib.28. Anno secuto ingredi hostiles terras pari alacritate conatus, fusius Danubij gurgitibus uagatis, impeditus mansit, & immobilis, prope Carporum uicum statiuis castris, usq; autumnum locatis emensum. Meminit denique huiusmodi castrorum statiuorum Herodianus lib. sexto historiæ Augustæ: Neq; enim mercenario milite utuntur barbari, quemadmodum Romani consueuerunt: neq; statiuis castris exercitus habent, qui bellorum tractibus exercerentur. Ex quibus apparet, statiua castra fuisse præsidia in limitib. & legiones limitaneas. A

Castra præsidiaria. CASTRA præsidiaria, pro præsidio & statione usurpauit Marcellinus libro 23, de Iuliani in Persas procinctu locutus: Paulisper detentus, ut omen per hostias litando firmaret, Dauanum uenit castra præsidiaria.

Castra aperta. CASTRA in aperto, id est, sub dio. Meminit Liuius lib. tertio Dec. tertiæ: Agrumq; Campanum ferro ignîq; est depopulatus, donec coacti sunt Campani, nihil admodum uiribus suis fidentes, egredi portis, & castra ante urbem in aperto cõmunire. Et sic intelligitur hoc Maronis carmen septimo Æneidos:

> *Indomiti agricolæ, necnon & Troia pubes*
> *Ascanio auxilium castris effudit apertis.*

Castra maiora & minora. CASTRA maiora & minora. Meminit Liuius lib.2. Decad. tertiæ: Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoq; facto per medios uadit hostes: & cum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ iacularentur, translatis in dextram partem scutis, in maiora castra ad septingentos euaserũt. Et iterum: Lentulum in tumulum abripuit equus, tum inde effusa effugiunt septem milia hominũ in minora castra, decem in maiora, duo in uicum ipsum Cannas perfugerunt. Idem lib.5. Decad.1. Diu in medio cæsi milites, postremò desertis munitionib. perpauci in castra maiora, pars maxima atq; ipse Sergius Romã pertenderũt. Et iterũ: Ante omnia adiuuit memoria dominationis Sergij ac Virginij. Itaq; maioribus castris, unde antè cessatũ fuerat, breui spacio circumductę copiæ. B

Castra auersa. CASTRA auersa. Extat mentio apud Liuium lib.2. Dec. tertiæ: Tum itaq; ut exiguum spacium, uallum à uallo aberat, & idipsum totum propè compleuerat Romana acies, simul & per auersa castra à castris Hannibalis equitatus cum leui armatura emissus. Et iterum libro primo Decadis quartæ: Dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant, posteaquam mota signa Macedonũ sunt, & succedere ad uallum parati atq; instructi cæpere, omnes repentè relictis stationibus, per auersam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt.

Castra plena & uacua. CASTRA PLENA & uacua. Liuius libro nono Decadis quartæ: Luce prima Hispani acie instructi ad uallũ accesserunt, uacuaq; præter spem castra ingressi, quæ derelicta inter nocturnam trepidationẽ erant, diripuerunt. Et iterum lib.9. Decad.3. Scipio ut arcem relictam ab hostibus, & uacua castra uidit. Idem libro quarto Decadis quintæ: Neminem totis mox castris quietum uideres, acuere alij gladios, alij galeas bucculasq;, scuta alij, loricasq;.

Castra tumultuaria. CASTRA TVMVLTVARIA. Meminit Liuius libro octauo Decadis tertiæ: Inde nõ iam pugna, sed trucidatio ueluti pecorũ fieri, donec ipse dux fugæ autor in proximos colles cum septẽ millibus fermè semiermiũ euasit, cæteri

cæsi

A cæsi captiq;, castra tumultuaria raptim Pœni tumulo editissimo communierunt.

CASTRA secundum numerũ, quinta, sexta, septuagesima, decima, &c. Idem Liuius: Q. Scipio fuga ducis hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Syllano, ad castrorum obsidionẽ: ipse cum cæteris copijs septuagesimis castris, protinus causis regulorũ ciuitatumq; cognoscendis, ut præmia ad uerã meritorum æstimationẽ tribui possent. Et iterũ: Ab hac oratione dimissos ad iter se cõparare in diẽ posterũ iubet, profectusq; decimis castris peruenit ad Iberũ flumẽ. Castra secundum numerũ.

CASTRA lunata, à figura situs & castrametationis nominata sunt. Meminit Cæsar lib. 5. Ciuil. belli: Namq; pridie in eo castello munito, ibiq; trino præsidio relicto, ipse cum reliquis copijs lunatis castris, Thapsum operib. circũmuniuit. Huc alludit & Marcell. lib. 25. Quibus nõ sine magno terrore perspectis stipatus, armatarum cohortium globis cum primatib. fidentissimus Imperator, ut flagitabat maior uis, ita atrocior, lunari acie, sumptisq; lateribus, occursuros hostibus manipulos instruebat. Castra lunata. CASTRA duplicata & longa delineant à Polybio, in libello de Castrametatione Rom. in hæc nominatim uerba: Omnibus aũt quatuor legionibus consulibusq; ambobus in una castra coeuntibus, cõgregatisq;, nihil aliud cogitari potest, q̃ duos exercitus, prout dudũ exposuimus, pariter castrametatos auersos inuicẽ iunctos esse, cõtingẽtes semet ad cõtubernia extraordinariorũ utriusq; exercitus, ut figura fiat oblonga, locus duplo priore maior, circumferẽtia sesquialtera. Duplicata castra. CASTRA trigona cõmemorantur ab Vegetio pariter lib. 1. de Re mil. ca. 20. Interdum autẽ quadrata, interdum trigona, interdũ semirotunda, prout loci qualitas aut necessitas postulauerit, castra facienda sunt. Castra trigona. CASTRA rotunda, meminit Veget. idem lib. 3. cap. 8. Quibus ut oportet cautè, inquit, studioseq; prouisis, pro necessitate loci uel quadrata uel rotunda, uel trigona uel oblonga castra cõstitues. Nec utilitati præiudicet forma, tamen pulchriora credunt, quibus ultra latitudinis spacium tertia pars additur longitudinis. Castra rotunda.

B CASTRA peregrina, ad differentiam castrorũ prætoriorũ, dicebantur Romæ, quæ in Cælio monte erant, ubi hodie sunt ædes quatuor Coronatorũ. De quibus Marcel. lib. 16. sic scribit: Et diebus postea paucis ductus ad comitatũ Imperatoris, missusq; exinde Romã, in castris peregrinis, quæ in monte Cælio sunt, morbo ueterni consumptus est. Castra peregrina. CASTRA Palatina, ueluti legiones Palatinæ, quæ palatium Augustorũ tuebant. Meminit Symmachus lib. 1. Epist. ad Theodos. & Valent. Sed cum Venatij stratoris illicitã usurpatãq; militiã Marcellus argueret, quòd decurionũ ascriptus albo, ut gesta docuerũt, aduersum leges, ad Palatina castra transisset, nõ debui obiecta reticere. Huc alludit & Marcell. itidẽ inclinãtis Imperij autor, lib. 22. Cõuersus post hæc princeps ad Palatinos omnes omnino qui sunt, quiq; esse possunt. Et iterum lib. 25. Cum ad castellum Sumere nomine citis passib. tenderemus, iacẽs Anatolij corpus est inuentũ, q̃d tumultuaria opera terræ mandatũ est. Hic & milites sexaginta cum Palatinis recepimus, quos in munimentum Vaccatum cõfugisse retulimus. Castra Palatina. CASTRA prætoria, trium generũ erant. quędam Romæ mœnibus & turribus cincta, ubi prætoriani pro tutela urbis militabant. alia erant extra urbem, in quib. prætor Romanus imperabat. tertia deniq; erant inclinantis Imperij, ubi primanorũ legio in medio locata pugnabat. Castra prætoria. De primi generis castris prætorijs, quæ Romæ erãt, Tacitus meminit, in quib. cohortes prætoriæ urbanęq; legiones statiua habebãt, quorum autorẽ extitisse Seianum sub Tiberio, idem lib. 4. hist. Aug. autor est: Vim pręfecturæ modicã antè intendit, dispersas per urbem cohortes una in castra cõducendo, ut simul imperia acciperent, numeroq; & robore & uisu inter se fiducia ipsis, in cæteris metus crederetur. Et de his intelligendus est & ille Herodiani locus lib. 7. cum bellum intestinum Romę inter Senatum populumq; In urbe.

& mili-

& milites, electis in Imperatores Maximo & Balbino, describit: Quibus rebus inducta plebs (ait) Gallicanum faustis acclamationibus, milites'q; lapidibus incessit, quatenus licuit prosecuta. Cæterũ cum se illi in castra recepissent, paucis tantũmodo uulneratis, clausis portis armis'q; acceptis, castrorum mœnia defensabant. Et subdit: Cæterũ milites, utpote pugnandi peritissimi, pinnis se murorum clypeis'q; protegentes, sagittarũ iactu crebro ac prælongis contis multitudinẽ repellebant. Et sequitur in textu: Interea quotidie ad muros castrorũ dimicabañ, sed profectu nullo defensantibus supernè militibus. Idem lib. 2. cum Pertinacis interfectionẽ ab urbanis cohortibus cõmemorat: Qui statim, inquit, eo perpetrato scelere multitudinẽ declinantes, indignissimè laturã id facinus, occupant in castra abire, muro'q; se cõtinent, dispositis pro turribus armatis, qui populum à mœnib. arcerent. Ergo Iulianũ scalis demissis supra muros attollunt, nõ prius ausi referare portas, quàm cõueniret de numero dandæ pecuniæ. Meminit horũ castrorũ Iul. Capitolinus in historia Maximi & Balbini: Et cũ mille edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, ueterani se in castra prætoria contulerunt, cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsidere. Huc pertinet illud Spartiani in uita Didij Iuliani. Quo interfecto, cum Sulpitianus Imperator in castris appellari uellet, & Iulianus cum genero ad Senatũ uenisset, quem indictum acceperat: cum'q; clausas ualuas inuenisset, atq; illic duos tribunos reperisset, P. Florianum & Vectium Aprum, cœperunt cohortari tribuni, ut locũ arriperet. Quibus cum diceret, iam alium Imperatorem appellatũ, retinentes eum ad castra prætoria duxerunt. Sed postea'q; in castra uentum est, cum Sulpitiano præfecto urbis, socero Pertinacis cõcionante, sibi'q; imperium uendicante, Iulianũ è muro ingentia pollicentẽ nullus admitteret: primũ Iulianus monuit prætorianos, ne eum facerẽt imperatorẽ, qui Pertinacem uindicaret. Secundum genus castrorum prętorianorũ erat, quibus prætor Romanus extra urbem prȩerat: queãdmodum Consularia castra dicebantur, quibus Consul imperabat. De quibus intelligendus est locus T. Liuij lib. 2. Deca. 3: Illud ueterem ducem assuetum'q; Romano hosti mouit, quòd semel in prętorijs castris signum, bis in consularib. referebant cecinisse: duos profectò consules esse. & quoniam modò alter ab Hannibale discessisset, cura angebat. Ad hæc castra alludit etiam Appianus Alex. lib. 5. Ciuilis belli: Hircius in Antonij exercitũ ulterius progressus, dum ad prętoria castra depugnaret, tandẽ confossus in bello cecidit. Eius corpus mira celeritate præueniens Cæsar, ab hostibus eripuit, exercitum'q; continuit, quoad paulo pòst Antonium repelleret. Atq; hæc de secundo genere castrorum prætoriorum. Tertij uerò generis meminit Am. Marcellinus lib. 12. in hæc uerba: Exiliuit itaq; subitò ardens optimatũ globus, inter quos decertabant & reges, & sequẽte uulgo ante alios agmina nostrorũ interrupit, & iter sibi aperiendo, adusq; primanorũ legionẽ peruenit, locatã in medio: quæ cõfirmatio, castra prætoria dictitatur. ubi densior, & ordinibus frequens miles instar turriũ fixa firmitate consistens, prælium maiore spiritu repetiuit, & uulneribus declinandis intentus, seq; in modum mirmillonis operiens, hostiũ latera quæ nudabat ira flagrantior, districtis gladijs perforabat. Atq; hæc distinctius de castris prætorijs dicere habuimus, ex fide historica. Sequuntur CASTRA NAVALIA, quæ classem cõtinebant, de quibus loquitur Liuius lib. 10. Deca. 3: Pars maxima classem, quæ ad cõmeatus excipiendos parata erat, mittere iubẽt, ad opprimendam stationem nauium ad Vticam incautè agentẽ: forsitan etiam naualia castra, relicta cum leui præsidio, oppressuros. Sed satis de castrorum discriminibus, quæ Romanæ rei publicæ familiaria erant, dictum. Sequuntur partes castrorum, quarũ præcipua erat, & locus adeò dignior ob ducis cõmorationẽ, PRAETORIVM. habebat autẽ taberna-

Castra prætoria in exercitu extra urbem. *Castra prætoria inclinantis Imperij.* *Castra naualia.* *Prætorium.*

A tabernaculũ ducis, & eius de quo ſubinde authores meminerunt. T. Liuius lib. 1. Decadis 3: Hæc adſedens ægro collegæ, hæc in prætorio propè cõcionabundus agere. Stimulabat & tempus propinquum comitiorum. Et iterum: Apud Romanos haudquaquã tanta alacritas erat, ſuper cętera recentibus etiã territos prodigijs. Nam & lupus intrauerat caſtra, laniatiſq; obuijs, ipſe intactus euaſerat: & examen apum in arbore prætorio imminente conſederat. Idem libro ſecundo proximo, cum orationẽ Q. Minutij recitat: Caſtra cum Fabio iungemus, ad prætorium eius ſigna cum tulerimus. Et rurſus: Poſtea iam ſatis comperta ſolitudine, in caſtris concurſus fit ad prætoria conſulum, mirantium fugam hoſtium. Idem libro quarto: Poſtero die ubi ſigna cœperunt canere, primi omnium parati inſtructiq; ad prætorium conueniunt. Et rurſus libro quinto: Loquens de tribus caſtris, duorum uidelicet conſulum & prætoris: Tum ambo conſules circun ſederunt urbem, & Claudium Neronem prætorem ab Sueſſula ex Claudianis caſtris exciuerunt. Is quoq; modico ibi præſidio ad tuendum locum relicto, cæteris cum omnibus ad Capuam deſcendit. Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres exercitus diuerſis partibus opus adgreſsi. Meminit & libro ſexto eiuſdem tertiæ Decadis: Fuluius, ne idipſum impedimentum incœpto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis ſociorum imperauit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam buccinam præſtò eſſent. Idem libro ſeptimo eiuſdem: Scipio, cum adſeruari Numidam iuſsiſſet, quæ pro tribunali agenda erant, peragit. Inde cum ſe in prætorium recepiſſet, uocatum eum interrogat, uellet'ne ad Maſiniſſam reuerti. Sic libro octauo: In prætorio tetenderunt Albius & Atrius, claſsicum apud eos cecinit. Occurrunt præterea crebra de prætorio loca libro decimo eiuſdem Decadis: Hæc ſecum uolutanti, Lælius ac

B Maſiniſſa ſuperuenerunt. Quos cum pariter ambos & benigno uultu excepiſſet, & egregijs laudibus frequenti prætorio celebraſſet, abductum in ſecretum Maſiniſſam ſic alloquitur. Et ſubdit: Maſiniſſæ hæc audienti non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lachrymæ obortæ. Et cum ſe quidem in poteſtate futurum Imperatoris dixiſſet, docuiſſetq; eum, ut quantum res ſineret, fidei ſuæ temerè obſtrictæ conſuleret, ex prætorio in tabernaculum ſuum confuſus conceſsit. Et iterum: His ſermonibus circumſtantium celebratis, rex in prętorium ad Scipionem eſt perductus, &c. loquitur autem de Syphacis regis Numidiæ captiuitate. Huc pertinet quod ibidem ſcribit: Poſtremò quidem ipſe pararet in proximam noctem, proponit tribunis, edicit, ut ubi prætorio dimiſſo, ſigna concinuiſſent, extemplò educerent caſtris legiones. Placet unum adhuc locum adducere ex libro primo Decadis quintæ eiuſdem authoris, qui ſic habet, cum Perſei regis Macedonum captiuitatem deſcriberet: Secundum eam Paulus, ſicut erat, uictoriam ratus, uictimas cæcîdit. eo nuncio & conſilio aduocato, literas prætoris cum recitaſſet, Q. Aelium Tuberonem obuiam regi miſit: cæteros manere in prætorio frequentes iuſsit. Non aliàs ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit. Hactenus Liuius. quæ eo prolixius adducere libuit, ut quæ in prætorio fieri ſolita quondam ſint, æquus hiſtoriæ Lector intelligat. Apud prætorium quippe milites conueniebant, ſicubi tumultus excitaretur, aut copię in aciem eſſent educendæ. Apud prætorium præterea claſsicum canebatur, oratores deniq; & reges captiui ad prætorium ducebantur. Ad hæc uſurpantur ab authoribus hiſtoriarum ſubinde hi modi loquendi, Dimittere prætorium, & tendere in prætorio, erigere prætorium, id eſt, conſilium in prætorio ducum habitum ſoluere: & figere tentoriũ, uel tabernaculũ, in loco duci exercitus deſignato, quod capitale Romanis erat. Ad huiuſmodi prætorium alludit Suetonius in Auguſto, capite

Loca Liuij de prætorio castrorum.

Dimittere prætoriũ quid fuerit.

uigesimoseptimo: Ampla & operosa prætoria grauabatur. id est, iniquo animo ferebat. Et rursus in Caligula: In extructionibus prætoriorum atq; uillarum omni posthabita ratione, nihil tam efficere cócupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Et sic intelligendum est illud Ciceronis septima in Verrem: Curritur ad prætorium. Notandum hic obiter est, quamuis à prætore is quondam locus nomen acceperit, tamen consulum etiam, dictatorumq;, atq; adeò omnium ducum Romanorum fuisse. ut quot hi in castris supremi fuerint, totidem quoque prætoria extitisse. Vnde & allocutiones hi ad milites facere solebant: & ibi concionabantur, haberiq; conuentus militum solebat, quemadmodum apud tribunal, de quo mox dicemus. Hinc est illud Liuij octauo Decadis primæ: Cæterùm pro uictis fortunam & illos gerere, funesta duo consulum prætoria. Et iterum libro nono: Diu immobiles solent, deinde ubi prætoria consulum erigi uidere. Et rursus: Sua sponte legati ac tribuni conueniunt, militesq; in prætorium uersi, opem quam uix dij immortales ferre poterant, ab ducibus exposcunt. Et iterum: Aduersus quos Publius consul cum dimicaturus esset, prius alloquendos milites ratus, concionem aduocari iussit. Cæterùm sicut ingenti alacritate ad prætorium concursum est, ita præ clamore poscentium pugnam, nulla adhortatio Imperatoris audita est. Et hæc de Prætorio. Sequitur QVAESTORIVM: locus in castris fuit, ubi quæstoris tabernaculum erat, & ubi res pecuniaria expediebatur, & ubi tendebant Rationales, subadiuuæ, actuarij, chartulani & exceptores. de quo est illud Ciceronis pro Planco: Thessalonicam me, in quæstoriumq; perduxit. Liuius libro decimo ab Vrbe: Itaq; captum quæstorium, quæstorq; ibi Pansa occisus. Idem libro primo Decadis quintæ: Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerant, ad quæstorium, forum, quintanamq; hostes peruenerunt. Porrò & prætorij & quæstorij situm in castris, nemo melius depingit quàm Polybius in libello de Castrametatione Romana, cum forum quæstoriū delineasset: Deinceps uerò (inquit) peruium relinquitur spacium latitudinis centū pedum, æquedistans tribunorū tentorijs, ultra forum prætorium quæstoriumq; productum, per omnes antedictas ualli partes: ad cuius latus superius sociorum equites extraordinarij castrametantur, spectantes forum prætorium & quæstorium. Ad media horum equitum contubernia, & ad ipsum prætorij locum transitus relinquitur quinquaginta pedum, ducens ad posterius castrorum latus, ordine ad rectos angulos positus prædictæ plateæ. Et iterum clarius: His præoptatis dimetiuntur circunferentiam prætorij, deinde rectam lineam, iuxta quam ponuntur tentoria tribunorum. FORVM medio castrorum loco erat, inter prætorium, quæstorium, quintanam atq; decumanam portam. is locus erat extensus, & liber à tentorijs, campi instar, ubi res uenales exponebant, uel militum controuersiæ à consistorianis & præfecto castrorum iudicabantur. Quæ dictio subinde in castrorum descriptionibus apud authores occurrit. ut in illo Liuij libro primo Decadis quintæ suprà citato, ubi Histros, deiecto prætorio in quæstorium, atq; exinde in forum quintanamq; portam peruenisse scribit. Manet adhuc forum in Germanis castris, uulgò appellant den Spilplatz. Porrò forum hoc nomen accepit, cùm à foro iudiciali, tum à foro uenalium rerum. unde & integræ prouinciæ, quibus uidelicet emporia Romani frequentabant, fora appellata sunt: ut forum Iulium, forum Sempronium, & forum Aurelium, de quo Cicero in Catilinam. Fuerunt autem fora tria in urbe, Romanū, Iulium, & Augustum. de quibus Suetonius in Augusto: Fori extruendi causa fuit, hominum & iudiciorum multitudo, quæ uidebatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaq; festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumq; ut separatim in eo publica

Margin notes: A (beside line 1); Quæstorium. (beside "peratoris audita est"); B (beside "& prætorij & quæstorij situm"); Forum. (beside "tentoria tribunorum").

A publica iudicia & sortitiones iudicum fierent. Cæterùm in castris quoque triplex forum erat: Prætorium, quod prætorio & tabernaculis Imperatoris adhærebat, & Quæstoriū, & forum uenalium. De duobus primis meminit Polybius in libello de Castrametatione Romana: Cum igitur ita eueniat (inquit) ut cōsules unà castrametentur, sic semper utuntur castrametationibus: cū uerò seorsim, reliqua sanè similiter, forum autem prætorium quæstoriumque in medio statuunt utriusque exercitus. Et iterum: Deinceps uerò peruium relinquitur spacium latitudinis centum pedum, æquè distans tribunorum tentorijs, ultra forum prætorium quæstoriumque productum per omnes antedictas ualli partes. Et alio loco rursus: Locus (inquit) qui tribunorum tentorijs à parte posteriore subiacet, atque utrique parti Imperatoris tabernaculo adiacet, partim foro, partim quæstori, eiusque commeatibus deputatur. Et hæc de foro cùm in urbe, tum in castris. Sequuntur portæ illorum. PORTA PRAETORIA, qua parte ex prætorio uersus castra hostilia ducebatur exercitus. Meminit Liuius libro decimo Decadis quartæ: Iulius Cæsar, & L. Aurelius Cotta tribunus militum, huic legioni præpositi sunt. Q. Fuluius Flaccus legatus cum dextra ala ad prætoriam portam positus, duæ cohortes & triarij duarum legionum in præsidio castrorum manere iussi. Idem libro primo Decadis quartæ: Ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit, principes ex eadem legione in subsidijs posuit. M. Seruilius, & L. Sulpitius tribunus militum his præpositi. Tertia legio aduersus principalem sinistram portam instructa. Quo loco per sinistram principalem prætoria, & per dextram quæstoria intelligitur. Huc pertinet illud Cæsaris libro tertio belli Ciuilis: Sed Pompeius ut equitatū suum pulsum uidit, atque eam partem cui maximè confidebat, perterritam animaduertit, alijsque diffisus acie excessit, protinusque se in castra equo contulit, & ijs centurionibus quos in statione ad prætoriam portam posuerat, clarè, ut milites audirent: Tuemini (inquit) castra, & defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas circumeo, & castrorum præsidia confirmo. Hæc cum dixisset, se in prætorium contulit, summæ rei diffidens: & tamen euentum expectans. Sic Cornelius Tacitus libro uigesimo historiæ Augustæ: Sic exhausta nocte nouam aciem dies aperuit. Eduxerunt Bataui turrim duplici tabulato, quam prætoriæ portę (is æquissimus locus) propinquantem promoti ualidi contrà asseres, & incussæ trabes perfregere. Huc alludit & Marcellinus, inclinantis Imperij author, libro uigesimoquinto, cum Iuliani Cæsaris necem describeret: Ausi denique inter hæc equitum cunei, porta perrupta prætoria prope ipsum tabernaculum Principis aduenere, occisis multis suorum, & uulneratis, ui repulsi sunt magna. Huius portæ situm describit Vegetius libro primo, capite decimotertio: Porta aūt (ait) quæ appellatur Prætoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui ad hostem respicit: aut si iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam est profecturus exercitus. PORTA QVAESTORIA, iuxta quæstorium erat, & ipsa hostili exercitui à dextris opposita, quam à sinistris hostis habebat. de qua Liuius libro decimo Decadis quartæ: Fuluius Flaccus legatus cum dextra ala ad quæstoriam portam positus, duæ cohortes & triarij duarum legionum in pręsidio castrorum manere iussi. PORTA QVINTANA, uti & Decumana, ab agrorū limitibus & palis denominata est. Plinius libro decimoseptimo, capite uigesimosecūdo, cum de limitatione uinearum loquitur: Semper uerò (ait) quintanis scrutari, hoc est, ut quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. Sic igitur metaphora sumpta Romani à limitatione agrorum & uinearum, limitem castrorū posteriorem, eiusque portam Quintanam appellauere. Ad quam alludit Cæsar libro quinto Gallici belli: Vbi uisum

Porta prætoria.

B

Porta quæstoria.

Porta quintana.

est, sub uesperum dispersi, ac dissipati discedunt. Subitò Labienus duabus portis omnem equitatum emittit. Meminit huius & Liuius libro primo Decadis quintæ: Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerant, ad quæstorium, forum, quintanamq; hostes peruenerunt. Porrò Quintana porta forum attingebat, circa quã res uenales exponebantur. Vnde legitur Nero talem portam domi suæ excogitasse, in qua assumeretur precium prædæ per expilationes nocturnas parte hac acquisitæ, quæ diuideretur ac distraheretur ad licitationem. Dicitur autẽ merx ad licitationem uendi, quando illi addicitur qui precium maius obtulerit. Suetonij uerba in Nerone hęc sunt: Tabernulas etiam effringere, expilare, quintana domi constituta, ubi partæ & ad licitationem diuendendæ prædæ precium assumeretur. Fit allusio ad hanc similiter portam à Liuio libro nono Decadis primæ: Et luce orta postero die obequitauit hostium stationibus, quæ extra saltum dispositę erant: & cum satis diu tenuisset hostem, in castra se recepit, portaq; altera egressus ante noctem agmen assequitur. Ad hanc fortasse portam pertinent, quæ T. Liuius lib. 10. Decadis quartæ, de porta extraordinaria scribit: Aemilius posteaquam nihil usquam auxilij ostendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes uenirẽt, qui iam segnius secordiusq; oppugnabãt, ad quatuor portas exercitum instruxit: ut signo dato, simul ex omnibus partibus eruptionem facerent, quatuor extraordinarijs cohortibus duas adiũxit, præposito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta iussit. Delineat hanc portã suis coloribus eleganter Polybius: Confectis autem quinq; uijs (inquit) auersa rursum ab equitibus ponunt socialium peditum signa, augentes altitudinem ad portionem, uallum respicientia, transuersumq; utrumq; latus per singula signa prima, quæ sunt ab utraq; parte tabernacula principes ordinum capiunt, simulq; prędictum in modum intercalantes per singulas partes. Sextã turmã à quinta pedes quinquaginta submouent: itidẽ & peditum ordines, adeò ut fiat hic quoq; alius per medias legiones trãsitus, transuersus utiq; ad strigas, sed æquè distans tribunorũ tentorijs, uia quem uocant Quintanam, eo quòd post quinq; ordines traducitur. PORTA DECVMANA itidem à limite Decumano agrorum nomenclaturam accepit, quòd scilicet in postica castrorum parte esset. Qui autem limes Decumanus agrorũ fuerit, ex his Plinij uerbis libro decimooctauo intelligitur: Linea hæc erat ab æquinoctiali exortu ad occasum æquinoctialẽ, & limes qui ita secabat Decumanus uocabatur. Idem libro decimoseptimo: Vineas limitari decumano tradit, duodecim pedum latitudinis ad contrarios uehiculorum transitus. Sic decumana pyra apud Columellam libro duodecimo, & agrum decumanum Cicero quinta in Verrem appellauit. Fuit autem decumana in castris porta, omnibus alijs amplior & patẽtior. Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Eodemq; tempore equitatus eius nostris equitibus appropinquabat: & acies instructa à nostris, qui castra occupauerant, cernebatur, omniaq; sunt subitò mutata. Pompeiana enim legio celeri spe subsidij confirmata, ab decumana porta resistere conabatur, atq; ultro in nostros impetum faciebat. Et iterum libro quinto eiusdem: Quod ubi eius facere equitatus sæpius non intermittebat, & cum fortè ante portam turma densa adstitisset, scorpione accuratius misso, atq; eorum decurione percusso, & ad decumanam defixo, reliqui præteriti fuga se in castra recipiunt. Et iterum: Dum hostes quotidiano instituto sæpe idem faciendo, in negligentiam adducerentur, subitò manè imperat, porta decumana legiones se octo ueteranas cum parte equitatus sequi. Meminit huius portæ & Cor. Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Enisæq; legiones, uesperascente die in aperta & solida, neq; is miseriarum finis. Struendum uallum,

Porta decumana.

petendus

A petendus ager, amissa magna ex parte per quæ egeritur humus, aut exciditur cespes. Non tentoria manipulis, nō fomenta saucijs. Infectos cæno aut cruore cibos diuidentes, funestas tenebras, & tot hominū millibus unum iam reliquum diem lamentabantur. fortè equus abruptis uinculis uagus, & clamore territus, quosdā occurrentium obturbauit: tanta inde consternatio, inrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas: quarum Decumana maximè petebatur, auersa hosti, & fugientibus tutior. Vegetius hanc portā ita describit libro Rei militaris primo, capite uigesimoquarto: Decumana autē porta quæ appellatur, post prætorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam. hæc ille. forsitan & à decimatione denominationē quoq; sortita est, hac ratione. VALLUM & LORICA munitiones castrorum erant, quarum prima erat exterior aggere & palis, qui lingua uetustiori Valli dicebantur, tumultuario opere à militibus cōfecta. quā & hodie Germani, usu eius nimirum à Romanis desumpto, habemus, & gentilita uoce Schantzā uocamus. Cicero ad Catonem libro decimoquinto Epistolarū: Vallo & fossa circumdedi, sex castellis castrisq; maximis sepsi. Huc pertinet & illud Cæsaris libro secūdo Gallici belli: Castra in altitudinem pedum duodecim, uallo fossaq; duodeuiginti pedum munire iubet. Idem libro tertio Ciuilis: Erat eo loco fossa pedum quindecim, & uallum contra hostem in altitudinem pedum decem. Et iterum libro septimo Gallici belli, cæcum uallum appellat, in quo præacuti pali terræ affixi, herbis aut frondibus occultantur. Huc pertinent & illa Liuij libro quinto Decadis tertię: Noctibus quoq; sępe incursu repentino in portis ualloq; trepidatum est. nec aut locus aut tempus ullum uacuum à metu ac solicitudine erat Romanis: cōpulsisq; intra uallum, adempto rerum omnium usu, cum propè iusta obsidio esset. Et iterum libro septimo eiusdem: Numidæ ex composito paulisper in portis se ualloq; ostentauere. Sic Cor. Tacitus libro 20: Cum & loricā uallumq; (ait) per fines suos Treuiri struxere, magnisq; inuicem cladibus cū Germanis certabāt. Et sic intelligitur hoc carmen Tibulli lib. 1.

Vallum castrorum.

B

Non arces, non uallus erat. —

De ualli autem constitutione Vegetius libro tertio, capite 8. absolutè scribit in hunc modum: Tribus aūt modis definiūt castra muniri posse. Primū enim unius noctis transitum, & itineris occupationem leuiorem, cum sublati cespites circundant, & aggerem faciunt. Supra quam ualli, hoc est sudes uel tribuli lignei per ordinem digeruntur. Cespes autē circunciditur ferramentis, qui herbarū radicibus continet terram, fit altus semissem, latus pedem, longus pedem & semis. Quod si terra solutior fuerit, ut ad similitudinem lateris cespes non possit abscindi, tunc opere tumultuario fossa producitur lata pedes quinq;, alta tres, cui intrinsecus agger excrescit, ut sine metu securus quiescat exercitus. Et subdit: Opus uerò centuriones centum pedes metiuntur, ne quis minus foderit, aut errauerit alicuius ignauia. id tribuni circumeunt, nec antè discedunt qui strenui sunt, quàm fuerint perfecta: ne tamen aliquis superuentus laborantibus fiat, omnes equites & pars peditum qui non operantur, dignitatis priuilegio ante fossam in procinctu armata consistit, ut ingruentes repellat inimicos. Prima igitur signa locis suis intra castra ponuntur, quia nihil est uenerabilius eorum maiestate militibus. Idem Vegetius lib. 1. capite 25. quomodo fossa in uallo sit ducenda, docet hisce uerbis: Sed facile est, absentibus hostibus castra munire. Verùm si aduersarius incumbat, tunc omnes equites, & media pars peditum, ad propulsandum hostium impetū ordinantur in acie, reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra: & per præconem indicatur, quæ centuria prima, quę secunda, quę tertia, quæ quarta opus omne cōpleuerit. Post hæc à centurionibus fossa inspicitur, ac mēsuratur: & uindica-

tur in eos qui negligentius fuerint operati. Huc spectāt & quæ idē author scribit cap. 24. lib. 1: Castrorū aūt diuersa (ait) triplex'q; munitio est. Nam si nimia necessitas nō premit, cespites è terra circūciduntur, & ex illis ueluti murus instruitūr altus tribus pedibus super terrā, ita ut in ante sit fossa de qua leuati sint cespites, deinde tumultuaria fossa sit lata pedes nouē, & alta pedes septē. Sed ubi uis acrior imminet hostiū, tunc latissima fossa ambitū conuenit munire castorū, ita ut 12 pedes sit lata, & alta sub linea, ut appellamus, pedes nouē. Supra aūt sepibus factis hinc inde, quæ de fossa leuata fuerit terra cōijcitur, & crescit in altū quatuor pedes, duodecim lata, supra quam sudes de lignis fortissimis, quas milites portare consueuerunt, præfiguntur. hactenus Vegetius. Non inutilis porrò ad hanc ualli Romani explicationē esse uidetur, locus Polybij, qui est in libello de Castrametatione Romana, cuius haud equidem grauabor adscribere sensum. Refert enim is, uallum à tentorijs per omnia latera ducentos submoueri solitū pedes, quod uacuū multa militibus cōmoda præbebat. Erat enim rebus in castra importandis opportunū, exportādis'q;: atq; (ut uerbis utar Polybij) quando singuli, ut queq; strigarū proxima est, in hoc uacuū egrediunt, neq; in unū concursantes subuertunt, calcant'q; se inuicē. Qui'q; habent aut abigunt pecora, prędas'q; ex hostibus, huc deducētes, tutò per noctē seruāt. Et quod præcipuū est, si noctu hostis adgrediat, neq; ignis neq; telū peruenit ad ipsos, præter admodū rara, atq; ea innocua fermè, propter magnitudinē distātiæ, tentorijs præsertim circūiectis. Porrò LORICAM Vegetius duplicem distinguit: alterā lib. 2, de lateritijs parietibus, coronarum uidelicet proiecturā, siue fastigiatam structurā in parietibus, unde pluuia cadit, uulgò die zinnen am hauß. uerba eius hæc sunt: Cum in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut uentis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, nō patietur lorica testacea lædi laterē, sed proiectura coronarū recipiet extra perpendiculū stillam. Alterā uerò loricā idem lib. 4. describit, & alio nomine loriculā appellat: munimentū scilicet, quod ex uiminibus & ramis arborū obsessores urbium cōstruunt, nō ultra iactū teli ante fossam facientes, eam'q; uallo, sudibus & turriculis instruūt, ut erumpentibus è ciuitate possint resistere. quod quidē genus munimenti castrensis, Germani hodie cōposito uocabulo appellamus ain Schantzkorb. Et ad huiusmodi loricā alludit Cæsar lib. 5 Gallici belli: Turres contabulantur, pinnæ loricæ'q; ex cratibus attexuntur. Et iterū lib. 8: Turres crebras excitari in altitudinē triū tabulatorū, pontibus traiectis, constratis'q; coniungi, quorū frontes uiminea loricula muniretur, ut hostis à duplici propugnatorū ordine depelleretur. Huc pertinet illud Taciti lib. 4: Postera die Sabinus exercitū æquo loco ostendit, si Barbari successu noctis alacres præliū auderent. Et postquam castellis aut coniunctis tumulis non digrediebatur, obsidium cœpit per præsidia, quæ opportunè iam muniebat. Dein fossam loricam'q; cōtexens, quatuor millia passuū ambitu amplexus est. tum paulatim, ut aquā pabulum'q; eriperet, cōtrahere claustra, arcta'q; circūdare. Meminit etiā huius munitionis castrensis Marcellinus, inclinātis Imperij author, lib. 24. historię suę: Erat in hac eadem regione extentū spacium & rotundum, loricæ ambitu circumclusum, destinatas regijs uoluptatibus continens feras, ceruicibus iubatis leones, armis'q; hispidos apros & ursos, ut sunt Persici ultra omnē rabiem sæuientes, & aliquot lecta immania corpora bestiarū. Describit huiusmodi loricas in uallis usurpatas idem author lib. 21. Pluteos igitur præferentes oppugnatores, crates'q; densius textas, sensim incedentes, & cautè murū unà suffodere ferramentorū multitudine conabātur. Et iterum lib. 24. Verùm ubi innumeras crates præ se ferentes oppugnatores, iam mœnia perurgerēt, cum sagittarijs funditores, alij quinetiā saxa uoluentes ingentia, cū facibus & malleolis eos longius propul-

Lorica castrensis.

Lorica in uallo.

A propulsabant. LORICA porrò quid fuerit in Romanis castris, & quomodo à uallo differebat, docet Vegetius lib. 4. de Re militari cap. 18: Propter hoc obsidentes ultra iactũ teli fossam faciũt, eamq; nõ solum uallis & sudibus, sed etiã turriculis instruũt, ut erumpentibus ex ciuitate possint obsistere: quod opus loriculam uocãt. & sæpe cum obsidio describitur, inuenitur in historijs, loricula urbem esse circundatam. Atq; hæc de lorica & uallo. Cuius etiam duplicis uidetur Ammianus meminisse libro 24 historiæ suæ: Cõstratis postridie pontibus (inquit) exercituq; transuecto, & metatis alibi salubrius castris, uallo duplici circumductis. Quoniam, ut diximus, timebantur solitudines planæ. Commemorat idem & ex scutis factum uallum, sub finẽ eiusdem libri: ideo inter hæc ambigua, ne quid aduersum accideret, reuocantibus agmina classicis, in ualle graminea prope riuum, multiplicato scutorum ordine in orbiculatam figuram metatis tutius quieuimus castris. Hæc ille. Porrò nec modus loquendi historicus transeundus hic est, quo dicitur, Vallũ inijcere castris, pro eo quòd est uallo circundare. Liuius lib. 5 Dec. 3: Apparebatq;, parũ armis ad tuendum locũ sine munimento ualituros esse. Circumspectare atq; agitare dux cœpit, si quo modo posset uallũ circũ inijcere. Sed erat adeò nudus tumulus, & asperi soli, ut nec uirgulta uallo cædendo, nec terra cespiti faciundo, aut ducendę fossæ, alij'ue ulli operi apta inueniri posset. Idẽ lib. 6, obijcere uallũ eadẽ significatione dixit: Cum iam parui operis (inquit) munitio esset, obiecit uallũ Ro. imperator. Similis modus loquẽdi tersior est apud eundẽ lib. 8 Dec. 1, uallum inferre usq; ad stationes: quod hodie dicere solemus, Nahend zů hyn schantzen: Cum subitò aduenere (inquit) Samnitiũ legiones, tãta ferocia, ut uallum usq; stationẽ Romanã inferrẽt. VESTIBVLVM CASTRORVM fuisse præter forũ ipsum, prætoriũq; & quæstorium, cõmemorat T. Liuius lib. 5 Dec.
B 3, cũ de nece Gracchi procõsulis scribit, ab Hannibale in Campanis interfecti. Alij ab Hannibale, & ea uulgatior fama est, tradunt in uestibulo Punicorũ castrorum rogum extructũ esse. TRIBVNAL CASTRORVM erat tabulatũ, unde Imperatores alloquebãtur milites. Meminit Herodianus lib. 1: Edictũ itaq; omnibus, ut in campum de more adessent frequẽtes. Cum itaq; processisset Cõmodus, ac rem diuinã fecisset, erectũq; ad hoc ipsum medijs castris tribunal conscendisset, paternis amicis, qui multi sanè doctissimiq; uiri aderant, circunstantibus. Meminit tribunalis castrorũ & Tacitus lib. 1 historiæ Augustæ: Postquã uallum introijt, portas stationibus firmat, globos armatorũ certis castrorũ locis operiri iubet: cæteri tribunal ingenti agmine circũueniunt. Stabat Drusus, silentiũ manu poscens. Et subdit: Postremò deserunt tribunal, ut quis prætorianorũ militũ amicorum'ue Cæsaris occurreret. Et iterũ: Tum cõuulsos laniatosq;, & partim exanimes ante uallũ, aut in amnẽ Rhenũ proijciunt. Septimius cũ profugisset ad tribunal, pedibusq; ceruix aduolueretur, &c. Adludit ad huiusmodi, & qualis'nam sedes extitẽrit in castris, explicat, T. Liuius lib. 7. Decad. 1: Neq; erat in exercitu, qui quidẽ pedestria stipẽdia fecisset, uir factis nobilior. Is præcedẽs militũ agmen, ad tribunal pergit. Et iterũ lib. 8 eiusdẽ: Tum silentio facto, præcoq; Fabiũ magistrũ equitũ citauit, qui simul ex inferiori loco ad tribunal accessit. Et subdit: Lacerantibus uestem lictoribus, ad triarios, tumultũ iam in concione miscẽtes, se recepit. Inde clamor in totã concionẽ est perlatus. alibi preces, alibi minæ audiebant. Qui proximi fortè tribunal steterãt, quia subiecti oculis Imperatoris noscitari poterãt, orabant, ut parceret magistro equitũ, neu cũ eo exercitũ damnaret. Extrema cõcio & circa Fabiũ globus increpabãt inclementẽ dictatorẽ: nec procul seditione aberãt: ne tribunal quidẽ satis quietũ erat. Legati circunstantes sellã orabãt, ut rem in posterũ diẽ differret. Et iterũ: His uocibus cũ in se magis incitarent dictatorẽ, q; ma-

Duplex uallũ.

Scutatum uallum.

Vallum inijcere.

Obijcere uallum.

Vallum inferre.

Vestibulum castrorum.

Tribunal castrorum.

gistro equitũ placerent, iussi de tribunali descendere legati, & silentio nequicquã per præconem tentato, &c. Porrò fuisse huiusmodi tribunal castrense ex cespitibus & terra cõfectum, ex his uerbis Flauij Vopisci colligimus, cum Probi Cęsaris inaugurationem describeret: Idq; per multos circulos (ait) ut fieri assolet, diceret, quasi diuino nutu undiq; ab omnibus acclamatum est, Probe Auguste, dij te seruent. Deinde concursus, & cespitiũ tribunal: appellatusq; Imperator. Huc pertinet ille Capitolini locus in Gordianis: Cum Philippus contra Gordianum superbissimè ageret, & ille se imperatorẽ, & Imperatorũ prolem, & uirum nobilissime familię recognosceret, nec ferre posset improbitatem hominis ignobilis apud duces, & militiæ astãte præfecto Metio Gordiano affine suo, in tribunali processit, sperans posse imperiũ Philippo abrogari. TEMPLVM item in castris Romanis extitisse, ex his uerbis Herodiani lib. 5. aduertitẽ: Eo metu ictus Antonius, Alexandro secũ in uehiculo Imperatorio cõsidente, quod erat auro multo gemmisq; exornatũ, cõtendit in castra. Cæterùm portis reseratis, accepere utrunq; milites, atq; in templum castrorũ deduxerunt, salutãtes supra modũ, & lætis clamoribus prosequentes Alexandrũ, spreto propemodũ Antonino. Quæ ille ægrè ferens, cum in templo castrorũ pernoctasset, iratus militibus, notatis qui Alexandro acclamauerant, quasi seditionis & tumultus authoribus, arripi omnes ad suppliciũ imperauit. Sic Eusebius Pamphilus lib. 2. de uita Constantini Imperatoris, refert Christo tabernaculũ in castris loco gentilis tẽpli posuisse: Rex alterius apparatus esse rem opinatus, interim Seruatoris nomine agebat ferias. Tabernaculũ crucis in recessu positum erat: illic frugaliter & sanctè degebat, Deoq; supplicabat, quomodo illũ accepimus prophetã ex fide scripti sacrosancti extra castra, &c. tẽtoria habuisse. SIGNORVM RECEPTACVLVM erat in umbilico penè castrorũ, ante tribunorũ tentoria, in medio lineæ rectæ, solũ quà tribuni tendebãt. Ad quod alludit Polybius in libello de Romana castrametatione: Deinceps ordinãt signa (inqt) atq; ex utraq; legione Principũ hastatorũq; duo ad loci curã deputant, qui ante tribunos est: in hac enim platea maxima pars Romanorũ quotidie uersatur. Idcirco studiũ adhibẽt, ut ea aspergãt, uertaturq; diligenter. Ex reliquis duodeuiginti, tria quisq; tribunorũ sortiunẽ. Nã tot sunt hastatorũ Principũq; in singulis legionibus signa, secundũ antedictã diuisionem. Tribuni aũt sex, tria signa uicissim singulatimq; ministrant, tribuno ministerij huiusmodi castris assignato loco: tentoriũ erigunt ij, locumq; circa tentoriũ pauimentant, & si quid circũm sepire oporteat ad uasorum custodiã, id ipsis curę est. Et hactenus quidem ex historiarum fide hæc dicta sufficiãt de partibus castrorũ. Sequuntur tabernacula, & papiliones, quæ ducũ erant, singulorũq; militũ habitacula. Sed propriè loquendo, TABERNACVLA erant tentoria ducũ, & eorũ qui aliquo loco munereq; fuerunt militiæ. Id quod ex his locis T. Liuij aduertitur, lib. 5. Decad. 5, cũ prætoriũ prius descripsisset, in quo iussit Consul frequẽtes adesse, ob Persei regis captiuitatẽ, tandẽ subdit: Pullo amictus illa Perseus ingressus est castra, nullo suorũ alio comite, qui socius calamitatis miserabiliorẽ eum faceret: progredi præ turba occurrentiũ ad spectaculũ nõ poterat, donec Cõsul lictores misisset, qui submouẽdo iter ad prætoriũ facerent. cõsurrexit cõsul, & iussis sedere alijs, progressusq; paulũ, introeunti regi dextrã porrexit. Huc pertinet illud Marcellini lib. 29: Aduẽtu itaq; pluriũ copiarũ animati iudices, castrisq; ad tẽpus breuissimũ fixis, quia nec sarcinale iumentũ quisq;, nec tabernaculũ habuit, præter Principẽ, cui tapetes suffecerũt pro tentorio. Cæterùm inuenio tabernaculũ pro papilione, & uulgari etiã tentorio militum historicis usurpari. sic Cæsar libro sexto Gallici belli: Hic diffisus suæ (inquit) ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodijt. Quod confirmans Cicero libro

Templum castrorũ. *Signorum receptaculum.* *Tabernacula ducum.* *Tabernacula uulgaria.*

A B

A ro libro de Natura deorum secundo: Se, cum legeret libros, recordatum esse uitio sibi tabernaculum captum fuisse, in hortos Scipionis. Et ab huiusmodi tabernaculi acceptione, milites Contubernales dicti sunt, qui sub uno tabernaculo, id est, sub uno papilione militabant: qui aliàs Commanipulones nuncupantur. Ad quos alludunt monimenta illa uetustatis apud Moguntiacum Rheni reperta,

In Flershaym pago:

CN. CVRIONI SABINO LEG. XVII. MIL. P. METELLVS CALVINVS CONTVBERNALI DVLCISS. PO.

In Castel pago:

AVLVS CORAVLVS MIL. LEG. XXII. P. P. F. QVI VIXIT AN. XXXIII. STIP. XIIII. CIVES CIVITATI ANCHEVSANVS DIATR. ET MVCAPOR MVRALIS MIL. LEG. FRATRES ET CONTVBERNALES OPT. PIETATE FECERVNT.

Atq; hæc de tabernaculis. Sequuntur discrimina illorum, quæ erant Romanis celebriora: tabernacula prętoria, tabernacula laureata, tabernacula tensa, tabernacula tapetica, tabernacula coriacea uel pellita, tentoria sigillata, tentoria auersa, & papiliones. De quibus ordine à nobis ex fide historica dicetur. TABERNACVLA PRAETORIA, quibus Imperator uel dux belli in prętorio utebat̃, cuiusmodi intelligit T. Liuius libro quinto Decadis quintæ, cum in tabernaculũ prætorij Persea regem introductum ostendit: quem locum suprà adduximus. TABERNACVLA LAVREATA, à uictoria, ut literæ fascesq; nomen acceperunt. Meminit Appianus libro secundo Ciuilis belli: Amici & exercitus omnis his confisi lætabantur, & ut ad cætera impudenter cum impetu & contemptione, sic ad bellum quasi iam confectum ferebantur, quorum è numero pleriq; tabernacula lauro adornarant, contubernij causa. TABERNACVLA TAPETICA, meminit horum Marcellinus libro uigesimonono: Aduentu itaq; plurium copiarum animati iudices, castrisq; ad tempus breuissimum fixis, quia nec sarcinale iumentum quisquam, nec tabernaculum habuit, præter Principem, cui tapetes suffecerunt pro tentorio. TABERNACVLA TENSA, quæ & propriè tentoria uocabantur: unde tendere Historicis passim, pro eo quod est erigere papiliones, usurpatur. qualis est ille Ouidij locus:

Discrimina tabernaculorũ.

B

Tabernacula tapetica.

Tabernacula tensa.

Illic Aeacides, illic tendebat Vlysses.

T. Liuius septimo belli Macedonici: Et coarctatio plurium in angusto tendentium facilis futura erat. Et rursus libro quarto Decadis quintæ: De Eumene rege longè diuersa tradunt. Si Valerio Antiati credas, nec classe adiutum ab eo prætorem esse, cum sæpe eum literis accersisset, tradit: nec cum gratia ab Cõsule profectũ in Asiam, indignatumq; quòd ut eisdem castris tenderet, permissum nõ fuerit. Huc pertinent illa Cor. Taciti uerba lib. decimooctauo: At in superiori exercitu quarta & duodeuicesima legiones ijsdẽ hybernis tendentes, ipso Cal. Ianuar. die dirumpunt imagines Galbæ. Et iterum: Postremò ne salutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars tetendit. Vnde crebræ in uulgus mortes: & adiacẽtia Tiberi Germanorũ Gallorumq; obnoxia morbis corpora, fluminis auiditas & æstus patientia labefecit. Huc pertinet uersus Lucani primo Pharsaliæ:

Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Tendere quidẽ nos Germani uocamus, zelt auffschlahen: queadmodũ est, tentoria euertere, zelt abschlahen. Liuius lib. 4. Dec. 3: Manẽtibus superuenit Marcellus ab Agrigẽto iam occupato, cũ frustra eò peruenire hostẽ festinãs tetendisset.

Idem libro septimo Decadis tertiæ: Postero die fœdere accepta fides, dimissiq́; A ad copias adducendas: ijsdemq́; deinde in castris tendebant, donec ducibus ijs ad hostem peruentũ est. Et rursus: Neq; enim dilatari castra opus esse, ne hostis aduentũ alterius cõsulis sentiret, coarctatio pluriũ in angusto tendentiũ. TENTORIA siue tabernacula euersa, uel detensa, hoc est deiecta. Meminit Liuius libro 1. Decadis quintæ: Nequaquã eadem est tum rei forma. Apud Romanos terra mariq́; trepidatur. Nautici tabernacula detendunt, commeatumq́; in littore expositum in naues rapiunt. Appianus Alex. libro quinto Ciuilis belli, Cæsare admirari se dicente, ueniam petere, eos qui nondum conuenientia sibi ipsis effecissent: cognita eius mente, protinus signa arripuere, eaq́; ad Cęsarem ferentes tabernacula euertere cœperunt. Percepto tumultu, Lepidus è tabernaculo ad arma cõcurrit.

Tabernacula euersa, uel detensa.

TENTORIA uel tabernacula sigillata, à signis uel sigillis, quibus sculpta erant. Meminit Trebellius Pollio in Herode, uno ex 30 tyrannis, qui Imperium sub Galieno inuaserant: Herodes cum patre accepit Imperium, homo omnium delicatissimus, & prorsus orientalis & græcæ luxuriæ: cui erant sigillata tentoria, & aurati papiliones. Erant enim sigilla, parua signa: à quibus & sigillaria, tabernæ in quibus imagines uendebantur: & festa Saturnaliorũ, quibus sigilla inuicem ab amicis missitabantur. de quibus libro huius Operis penultimo abundè disseruimus. TABERNACVLA CORIACEA, uel pellita, aut pelles, uulgaria erant tentoria, & quę maiori in usu erant. unde, Exercitum sub pellibus habere, prouerbio dicebatur. Ad quæ adludit Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Speculatusq́; omnia cum cura renunciat, insidias profectò esse: ignes in parte castrorum, quæ uergat in hostem, ualidos: tabernacula aperta. Et clarius libro tertio eiusdem: Itaq; hercule, ueluti si cum alio exercitu à Capua exiret, nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit. Nam & redierunt pleriq; scortis implicitι: & ubi primùm sub B pellibus haberi cœpti sunt, uiaq́; & alius militaris labor excepit. Et iterum libro septimo Decadis quartæ: Consul, posteaquam detrectari certamina uidit, postero die, in cõsilium aduocauit, quid faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret: Instare hyemem, aut sub pellibus habendos milites fore: aut si concedere in hyberna uellent, differendum esse in æstatẽ bellum. Huc pertinẽt loca Cornelij Taciti, libro decimotertio: Adiectaq́; ex Germania legio cum equitibus alarijs, & peditatu cohortium: retentusq́; omnis exercitus sub pellibus, quamuis hyeme sæua adeò, ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentorijs locum non præberet. Et rursus libro decimoquarto: Contractus deinde omnis exercitus, sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Huc quoq; allũdit Plinius libro quinto, capite tertio: Numidæ uerò, Nomades à permutandis pabulis, mappalia sua, hoc est domus claustris circumferẽtes. Facit huc & quod Trebellius Pollio in Claudio scribit, solitas militibus pelles donari ad tentoria erigenda à ducibus, cum numerum donationum recenset, à Valeriano Augusto Claudio dono datarum: Vini ueteris, inquit, sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios duos, ceræ pondo centum quinquaginta: fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum satis est: pellium tentoriorum decurias triginta. Meminit porrò huiusmodi moris tentoria ex pellibus conficiendi, Ammianus Marcellinus, inclinantis Imperij author, libro uigesimotertio: Profectus exinde per supercilia riparum fluuialium, aquis adolescentibus undiq; cõuenis, cum armigera gradiens manu, in statione quadam sub pellibus mansit. Idem libro uigesimoquinto, de Iuliano sic scribit: Ipse aũt ad solicitam suspensamq́; quietẽ paulisper protractus, cum somno, ut solebat, depulso, ad æmulationem Cęsaris Iulij quædam sub pellibus

Tabernacula sigillata.

Tabernacula pellita.

Sub pellibus habere exercitum quid.

A bus scribentis, obscuræ noctis altitudine, sententijs cuiusdam philosophi teneretur, uidit squallidius, ut confessus est proximis, speciem illam Genij publici. Et sic intelliguntur uersus poetarum, Claudiani in Panegyrico primo Stiliconis:

Per galeam patris stimulos, ignesq; mariti
Vincit cura ducis, quoties sub pellibus egit
Aedonas hyemes, & tardi flabra Bootæ:
Sub diuo Riphæa tulit.— Et Sidonij in Panegyrico ad Maioranum:
Aut rex, aut populus, castris modo clausus, aprica
Vel sub pelle iacet, nec anni uertimus usum.

Atq; hactenus de pellibus, uel coriaceis tentorijs. Romanos autem tentoria ordine posita habuisse, testatur lib. 1. Decad. 4 Liuius, loquẽs de Philippo Macedonum rege, Romana castra ex colle despiciẽte: Ipse cum uiginti millibus peditum, quatuor millibus equitum, ducibus transfugis ad hostem profectus, paulo pòst ducentis passibus à castris Romanis, tumulum propinquũ Athaco uallo ac fossa cõmuniuit: ac subiecta cernẽs Romana castra, admiratus esse dicitur & uniuersam speciem castrorum, & descripta suis quæq; partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum interuallo, & negasse barbarorũ castra ulli uideri posse. Hæc ille. Deniq; de papilionibus, qui erant uulgaria ac gregariorum castra, scitus est Lampridij in Alexandro locus: In procinctu atq; in expeditionibus opertis papilionibus prandit atq; cœnauit, cum militarem cibum cunctis uidentibus sumeret. Et iterum: Prandebat fortè publico, ut solebat, conuiuio, id est apertis papilionibus, cibo militari accepto: neq; tum aliud discumbentibus militibus in tentorijs est repertum. Et hactenus de castris, tentorijsq;, & eorum discrimine. Sequi-
B tur, ut de castrorum muneribus, officijsq; dicamus.

CAP. VI. DE HIS QVAE IN CASTRIS erant muneribus, quæq; ad armamentarium pertinebant.



PRAECIPVA in castris Romanis munia erant, unde ea uidelicet administrabãtur, Præfectus castrorum, quæstor castrorum: & qui illis subijciebantur, metatores castrorum, metatici, episcopi, stratores, magistriani, armaturarum præfecti, & tribuni, rectoresq;, magister & præfectus uehiculorum, præfectus sarcinalium iumentorũ, præpositus bastaigiarum, officinatores, lignatores, pabulatores, frumentatores, & aquatores. De quorum singulis dicetur à nobis ordine. PRAEFECTVS CASTRORVM is arbitror fuit, quem corrupta uoce Profosium dicunt, qui foro castrorum utriq;, hoc est uenalitio, iudiciarioq; præest, ut quondam apud Romanos præfuit præfectus castrorum. Meminit T. Liuius libro secundo Decadis tertiæ: M. Statilium præfectum, cum turma Lucanorum exploratum. Huc faciunt loca Cor. Taciti libro primo historiæ Augustæ: Non tribunus ultra, non castrorum præfectus ius obtinuit: uigilias, stationes, & si quæ alia præsens usus induxerat, ipsi partiebantur. Idem libro duodecimo: Minus intenta apud nos militia fuit, siue hostes miseratione tanti regis acrius ad ultionẽ exarsere, præfectum castrorum & legionarias cohortes, extruendis apud Syluras præsidijs relictas circunfundũt. Et rursus lib. 14: Clara & antiquis uictorijs par ea die laus parta, quippe sunt qui paulo minus quàm 80 millia Britannorũ cecidisse tradant, militũ quadringentis fermè interfectis, nec multo amplius uulneratis. Bondicæa uitam ueneno finiuit: & Pœnius Posthumius, præfectus castrorum

strorum secundæ legionis, cognitis quartadecumanorũ uicesimanorumq; prosperis rebus, quia pari gloria legionẽ suam fraudauerat, abnueratq; contra ritum militiæ iussa ducis, seipsum gladio transegit. Idem libro decimooctauo: Vinctus præfectus castrorum Iulius Gratus, tanquã fratri apud Othonem militanti proditionem ageret, cum fratrem eius Iulium Frontonem tribunum Othomani sub eodem crimine iunxissent. Et iterum: Tum Alphenius Varus præfectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addidit consilium, uetitis obire uigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. Meminit huiusmodi muneris castrensis & Velleius Paterculus: Iam igitur in dubijs rebus (inquit) semetipse legiones adhortatæ, iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto præfecto castrorum, præfectisq; cohortium, non incruentis centurionibus. Et rursus, de Vari clade tractans: At è præfectis castrorum duobus, quàm clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit. qui cum longè maximam partem aciei, author deditionis, supplicio quàm prælio mori maluit. Et subdit: Lucij etiam Cedítij præfecti castrorum, eorumq; qui unà circundati Alisone immensis Germanorum copijs obsidebantur, laudanda uirtus est. qui omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabiles, uis hostium faciebat inexuperabiles, nec temerario consilio, nec segni prouidentia usi, speculatiq; opportunitatem, ferro sibi ad suos peperêre reditum. Ex quibus liquet, plures eisdẽ in castris præfectos extitisse, utpote in singulis legionibus singulos, qui suæ legionis res curarẽt, uti diximus, uenditicias, & iudicia complebant: qui deniq; eductis copijs ad prælium, interim castris præsidebant, & ne per insidias ab hostibus interciperentur custodiebant: quæ ipsi rursus, cum primùm constituerentur, designabant, & loca in campo opportuna pro his capiebant. Porrò munus ipsum præfecti castrorum breuiter delineat Vegetius libro secundo de Re militari, capite decimo: Erat etiam castrorum præfectus (inquit) licet inferior dignitate, occupatus tamen nõ mediocribus causis. Ad quem castrorum positio, ualli & fossæ destinatio pertinebat. Tabernacula uel casæ militum cum impedimentis omnibus, nutu ipsius curabantur. Præterea ægri contubernales, & medici, à quibus curabantur, uehicula, sagittarij, nec non ferramenta quibus materies secatur uel cæditur, quibusq; aperiuntur fossæ circa situm ualli, & aquæductus, item ligna uel stramina, arietes, onagri, balistæ, cæteraq; genera tormentorum ne deessent, aliquando procurabat. Is post longam probatamq; militiam peritissimus omnium legebatur, ut certè doceret alios, quod ipse cum laude fecisset. Atq; hæc de Præfecto castrorum. Sequitur QUAESTOR CASTRORUM, qui uices prætoris uel ducis in exercitu Romano gerebat, unde & quæstorium è regione prætorij suum peculiare palatium usurpabat. Quare Liuius libro quinto Decadis tertiæ, cum Semproniũ Gracchum prætorem per insidias à Pœnis interfectum ostendisset, castra egressum cum turma equitum: Si illis (inquit) qui ad Calorem fluuium interfectum memorant, credere uelis, capitis tantũ Gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad Hannibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cneum Cornelium quæstorẽ deferret. Is funus imperatoris in castris, celebrantibus cũ exercitu Beneuentanis, fecit. Et subdit, eundem quæstorẽ postea castris imperasse loco prætoris interfecti: Itaq; pedestre prælium erat, cum procul uisus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quæstor præerat, utriq; parti parem metum præbuit, ne hostes noui aduentarent. Huc pertinent illa Appiani Alexandrini uerba lib. 3. Ciuilis belli: Quod intuentes hi qui nuper uenerant, nullo ordine in fugam abeunt, magnoq; clamore ad uallum se proripiunt. Tunc quidem à Torquato quæstore properatum,

Quæstor castrorum.

Quæstor uicarius ducis absentis.

A cum perseuerante adhuc pugna necessarium fore existimauisset. Et iterum: Lepidus copias in tres partes diuidens, nocte milites egredi iubet, ut quæstorum qui proximi adesse dicebantur, custodiæ assisterent. Meminit huiusmodi quæstoris & Velleius Paterculus: Idem P. Clodius in Senatu, sub honorificentissimo ministerij titulo, M. Catonē à repub. relegauit. Quippe legem tulit, ut is quæstor cum iure prætorio adiecto, etiam quæstor emitteretur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemæum. Adludit porrò ad huius generis quæstorem & Cicero in Inuectiuis in Verrem: Sic enim (ait) à maioribus nostris accepimus, Prætorem quæstori suo parentis loco esse debere. Et iterū in oratione pro Murena: Quæstores, inquit, sortiebantur prouincias. Ita similiter quæstor, duce absente, hybernis totis præsidebat. Vnde Cæsar quinto Gallici belli: Acceptis literis circiter hora undecima diei, statim nuncium in Bellouacos ad M. Crassum quæstorē mittit, cuius hyberna aberāt ab eo millia passuum. Cæterùm fuit & aliud huiusce quæstoris munus, uendere & distribuere captiuos. Et sic intelligitur ille T. Liuij locus libro 6 Decad. tertiæ: Deinde acceptis nominibus ciuitatum, recensuit captiuos, quot cuiusq; populi essent, & nuncios domū misit, ut ad suos quisq; recipiendos ueniret. Si quarum forte ciuitatum legati aderant, eis præsentibus suos restituit. Cæterorum curam benignè tuendorum, C. Flaminio quæstori attribuit. Et iterum lib. 7: Aphros deinde uendere quæstorem iussit, circunfusa inde multitudo Hispanorum, & antè deditorum, & pridie captorum. Et alio loco: Cum Aphros uenderet iussu Imperatoris quæstor, puerū adultum inter eos forma insigni, cum audisset regij generis esse, ad Scipionem misit. Inuenio quoq; quæstorem prædæ pręfuisse, & pecuniam sub hasta aut corona uenditorum ad eum fuisse relatam. Id

Munus quæstoris quid.

B quod ex his locis Liuij lib. 5. Dec. primæ colligitur: Non prælio tantùm fudit hostes, sed castris quoq; exuit, ingētiq; pręda est potitus, cuius pars maxima ad quęstorē redacta est. Et iterum: Castra capta, præda ad quæstores redacta, cum magna militum ira. Verumenimuero quomodo ex urbe quæstor in Romanū exercitum translatus sit, colligit ex lib. 11. Cor. Taciti, qui ita nominatim scribit: Sed quæstores regibus etiā tum imperātibus instituti sunt, quod lex Curiata ostēdit, ab L. Bruto repetita: mansitq; Consulibus potestas deligendi, donec quoq; honorē populus mandaret. Creatiq; primū Valerius Posthumius, M. Æmilius Mamercus, sexagesimotertio anno post Tarquinios exactos, ut rem militarē comitarentur. Dein gliscentibus negocijs, duo additi, qui Romæ curarēt. Mox duplicatus numerus, stipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum uectigalib. post lege Sullæ uiginti creati, supplendo Senatui, cui iudicia tradiderat. Et quanq; equites iudicia recuperauissent, quęstura tamen ex dignitate candidatorū, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, donec sententia Dolabellæ uelut uenundaretur, A. Vitellio & L. Vipsano cōsulibus, cum de supplendo Senatu ageretur, primoresq; Gallię quę Comata appellatur, fœdera & ciuitatem Romanā pridem assecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expeteret. Multus ea super re uariusq; rumor, & studijs diuersis apud principē certabatur, asseuerantium nō modò ægram Italiam, ut Senatum suppeditare urbi suæ nequiret, suffecisse olim indigenas consanguineosq; populos, nec pœnitere ueteris reipub. Hæc de quęstore ex urbe in castra traducto, Tacitus. Iam quotuplex is fuerit, expediam. Inuenio autem alium fuisse quæstorem castrensem extra sortem: alium proquæstorē qui quæstoris absentis uicem gerebat, ut is prætoris locum tuebatur. De primo meminit Liuius lib. 10. Decad. tertię: Lęlium, cuius antè legati, eo anno quæstoris extra sortem, ex Senatusconsulto opera utebatur, cum Italico equitatu, ab sinistro cornu Masanissam, Numidasq; ab dextro opposuit. Porrò proquæstoris men-

Quādo et quo modo quæstor ex urbe in castra sit translatus.

Quæstor extra sortem.

tio extat apud Cæsarem lib.5.belli Ciuilis: Ipse omnibus rebus diligentissimè constitutis, liberis suis L.Cæsari, qui tum ibi proquæstore fuerat, cōmendatis. Denique ad quæstorē castrensem alludit & illa Antiquitatis inscriptio, quæ in Hungaria prope Budam extat: A

IVL. ATHENI. LIBERTO ET HEREDI IVLIA
CRESCENTIS Q. S. LEG. X GEM.

Mensores. MENSORES generaliter omnes designatores cùm castrorū, tum contuberniorum, dominiꝗ in ciuitatib. appellabant, quales sunt hodie qui in aulis principum castrisꝗ nuncupant die Furiermeyster. Meminit horū Vegetius lib.2. de Re militari: Mensores, inquit, sunt, qui in castris ad podismū dimetiunt loca, in quibus milites tentoria figant, uel hospitia in ciuitatib. præstāt. Codex Theodosianus, & Marianus Scotus in codice Præfecturarū, mensores subijciūt prętorio Orientis. Porrò Iuriscōsulti lib. XII Codicis, mensores alia significatione definiūt, qui frumentū mensurabant. Huc pertinet illud Plinij lib.6: Alexandri Magni uestigijs insistamus. Diognetus & Beton, itinerū eius mensores scripsere. ubi mensorū uocabulū generaliter ad chorographias & hodœporicas descriptiones extēditur. Et sic intelligitur locus Columellæ lib. 6: Quod ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. Item illud Horatij 1. Carm. Maris & terrę mensor. METATORES

Metatores. erāt eiusdem penè generis cum metatoribus qui in castris loca omnis ordinis militibus, pro cuiusꝗ dignitatis ratione designabant: quales hodie sunt qui in castris appellantur, die Quartiermeyster. Meminit Liuius lib.4. Dec.5: Tum iam apertè primis ordinib. imperat, metarentur frontē castrorū, & impedimenta constituerent. Quod ubi fieri milites sensere, alij gaudere palàm, quòd fessos uiæ labore, flagrātissimo æstu nō coegisset pugnare. Ex quibus uerbis colligimus, metatorū officium extitisse, nō solū cōtubernia & tentoria distinguēdi, uerumetiā ipsum circuitum castrorū describere, & locū pro situ castrorū ęquū capere. Cicero XI Philip. Castrorū, inquit, metator & urbis. Et sic intelliguntur hæc loca poetarum: Lucani primo Pharsaliæ, *Hesperios audax ueniam metator in agros.* B

Metare apud poetas quid sit

Ausonij in Mosella, cum de situ trium tabernarum loqueretur,

Aruaꝗ Sauromatum nuper metata colonis.

Huc pertinet illud Sidonij Apollinaris, in Panegyrico Anthemio dicto:

Contrahis, adgrederis, superas, includis, & ut te
Metato spacio castrorum Sardica uidit
Obsidione premis.——

Cæterùm alia significatione metatores in rure dicebantur, qui arbores in seminario uel arbusta disponūt, & ordine quodam digerunt, qui aliàs Decempedatores Ciceroni & Columellæ uocantur, metaphora arbitror à metatoribus castrensibus sumpta. Cicero XIII Philippica: Peritus metator & callidus decempeda sua saxa diuiserat. Hinc oliueti metator Plinio lib. 18 dicitur. Hunc oliueti metator Virgiliarū quatriduo, hūc caueat institor calamis, gēmisꝗ inoculator. METATICI & EPIMETATICI, Iurecōsultis eodem significatu quo metatores usurpantur: potissimum uerò, qui in comitatu Augusti designabant aulicis & Palatinis hospitia: quales sunt hodie quos uocamus Hofquartiermeyster/hoffurier. Meminere Iurecōsulti XII Codicis, l.1. repetita cōsuetudo. Item Iustinianus in Authent. ut nulli iud. uidetur epimetatica largiore accepisse significatione, pro collatione pecuniæ, quam à ciuibus extorquebāt milites, ne in eorum domibus hospitarentur. Extat & mentio epimetaticorū in l. omnes. tit. de metaticis. Erat autem mos, qui hodiéꝗ durat apud Germanos, quòd in domibus ac ualuis numerū & nomina militum scriberent. Vnde à foribus, Forerij nostro etiamnum seculo appellant. Huius muneris rationes egregiè delineat Polybius

Metatici & epimetatici.

A bius in libello de Castrametatione Rom. Cum uerò incedentes,inquit,appropinquauerint locandis castris, precedunt tribunus,& ex principibus ordinũ quicunque huic muneri assiduè fuerint addicti. qui posteaq; conspexerint totum locum qui optandus sit ponendis castris,in hoc ipso primũ deputauerunt,ubi ponendũ sit tentoriũ Imperatoris,ut est antè dictum: & iuxta quem aspectum latusq; quadrati,Imperatori assignato locandæ sint legiones. His præoptatis, dimetiunt circumferentiam prætorij,deinde rectam lineam,iuxta quam ponuntur tentoria tribunorum:deinceps eius æquedistantem, à qua incipiũt locari legiones. Similiter & ab altera parte prætorij,dimetiuntur loca lineis, de quibus paulo antè singulatim exposuimus.His peractis breui temporis spacio,eo quòd facilis est dimensio, siquidem omnia sunt determinata ac solita spacia. Post hæc signum figunt, unum primumq; in quo poni oportet loco Imperatoris,secundum ad præoptatũ latus, tertium ad mediam lineam ad quam Tribuni tendunt. Quartum apponunt legiones:& hæc quidem faciũt punicea,Imperatoris album. Ad alteram partem modò nudas hastas ponũt, modò signa ex alijs coloribus. His peractis,deinceps strigas dimetiuntur,hastasq; figunt ad singulas strigas. Vnde conuenienter cum appropinquauerit exercitus incedens,conspexeritq; castrorũ locũ,confestim omnibus omnino fiunt nota,cõiectantibus cõsiderantibusq; ex pretoris signo. Igitur unoquoq; manifestè agnoscente in qua striga,& qua strigæ parte tendat,eo quòd omnes semper eundem in castris locum tenent, fit simile quidpiam, quale cum in urbem notã & propriam ingreditur exercitus. Illuc enim à portis declinantes, mox unusquisq; procedunt,perueniuntq; ad proprias habitationes absq; ullo errore, propterea q; uniuersi ac singuli cognoscũt in qua ciuitatis parte sit ipsorũ diuersorium.

B EPISCOPI duplices erãt. Alij qui metatorib. præerãt,quales hodie ferè sunt qui Quartarũ magistri nuncupant,quib. & hodie forarij parẽt. Episcopi aũt nõ alia origine q; ecclesiæ antistites nominati sunt, q; circuẽundo dispicerẽt pro dignitate cuiusq;,hospitij cõmoditatẽ. Et in hac significatione utitur Cassiodorus lib. 4. Variarũ: Et primũ quidem interrogare militẽ,quis eum ad metatũ duxisset episcoporũ. Alij uerò episcopi erãt,qui uenalibus rebus preerant,& dispiciebãt ut recta æstimatione singula uenirẽt in castris,erantq; tales prefectis castrorũ subiecti. Et sic accipit à Iureconsf. in explicatione l. Arcadij. ff. de muner. & honor. ubi legitur: Episcopi hi propriè dicunt, qui præsunt pani & cæteris uenalibus rebus, quæ ciuitatũ populis ob quotidianũ uictũ necessaria sunt. Et talis episcopus oræ Campaniæ fuit Cicero in bello Ciuili, ut ipse de se testatur lib. 7. Epist. ad Atticũ: Vult enim,inquit,me Pompeius esse,quẽ tota hæc Campania & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negocij summa referatur. *Episcopi.*

STRATORES erant,qui loca dispiciebãt ac præparabãt,præeuntesq; unà cum metatorib. castra & loca accõmodatiora ad traijciendum exercitũ inquirebant:aggeres tumulosq; æquabant,struebant pontes,curabant syluas excindi, reliquaq; impedimenta ducendo exercitui auferebant. De quibus Vegetius lib. 2. de Re milit. ubi stratores inter fabros exercitus enumerat. Meminit stratorum in hac pariter significatione Symmachus in Epistolis ad Theodos. & Valent. Augg. lib. 1. Sed cũ Venãtij stratoris illicitã usurpatamq; militiã Marcellus argueret,quòd decurionũ adscriptus albo,ut gesta docuerũt,aduersum leges ad Palatina castra transisset,nõ debui obiecta reticere. Porrò alia significatione stratores Ciceroni dicunt tabellarij,scilicet qui mutatis equis,Imperatoris ac Senatus literas perferebant: quales hodie sunt, qui Cameræ nuncij,uel tabelliones nominant. Deniq; apud Varnefridũ lib. 6 Rerum Longobardicarũ,stratores delineant, quales hodie sunt Marescalci ac stabularij in aulis principũ,qui equis principis præsunt,& equitantis curam gerunt. In *Stratores.*

qua significatione usurpat & Marcellinus lib. 29. Cōstantinus Strator, paucos militares equos ex his ausus mutare, ad quos probandos missus est in Sardiniā. Meminere huius generis stratorū & Iureconsultus in l. ij. lib. XII Cod. cum de Palatinis sacri palatij tractat. A

Magistriani et magistrales. MAGISTRIANI & MAGISTRALES erāt inter fabros præcipui, & honoratioris loci, quiq; cæteris præesse solebāt: quemadmodū ignobiliores erant Fabricenses, Dendrophori, & Centonarij. Et quia, autore Vegetio, in singulis legionib. fabri militabāt, præcipuè ad usum belli necessarij, quales sunt ferrarij, lignarij, bractearij, loricarij, argentarij & figuli: erant in singulis quoq; legionibus aliquot magistrales, qui ceteros regebāt: & unus patronus, quē respiciebant cæteri, qui & præfectus fabrûm nūcupabat. Atq; hi è numero decurionū in municipijs asciscebant. De quib. copiose differit Suidas lib. 1. Meminit & Iustinia. in Auth. de mand. princ. uel potius præcep. præsidū: Deinde cōueniens est, inqt, ne eos qui hinc cōmeāt siue magisteriani sint, siue ex quocūq; alio iudicio, permittas subditos nostros superexigere. Et sic intelligunt monumētorū inscriptiones,

De præfecto fabrorum, Bergomi in Italia:

M. OPPIO CAPITONI Q. CAMVDIO Q. F. TN. T. PRIN. VEL. AMNIO SEVERO EQVO PVB. IVDICI SELECT. EX V. DECVR. TRIB. LEG. VIII. AVG. PRAEF. FABR. PATRONO COL. AVXIM. ET COL. AESIS ET MVNIC. NVM. NAT. ORDO ET PLEBS. TREIENS. PATRON. MVNICIPII CVRATORI DATO AB IMP. ANTONINO.

De curatore, Veronæ in templo S. Stephani:

D. M.
C. CALVENTI FIRMINI
CVRATORES INSTRVMENTI VERONES EX
NVMERO FABR.

De magistrali, Bononiæ in sacello beatæ Virginis:

P. CORNELII SATVRNINI MAGISTRALIS CORNELIA PRIMA VXOR EX INDVLGENTIA COLLEG. SIGNVM LIBERI BASIM C. AVLIS. B

Fabricenses. FABRICENSES, & ipsi inter fabros erāt, qui in officinis materiæ uel cudendæ uel fundendæ, expoliendæq; præerant. Cōnumerabanturq; inter Fabricenses, fabri ferrarij, bractearij, loricarij & argentarij. De quibus intelligendus est locus Liuij lib. 6. Dec. tertiæ sub finem: Hæc extra urbem terra mariq;, corpora simul animosq; ad bellum acuebant. Vrbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omniū generum in publica officina inclusis. Et iterū: Opifices ad duo milia hominū erant, eos publicos fore populo Rom. edixit, cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixè operā nauassent. Porrò ante constitutū Imperiū fuisse duplicia Romanis loca animaduerto, fabricensibus celebria, apud Arretinos in Italia, & apud Hispanos. Meminit Liuius lib. 9. Dec. 3: Arretini triginta milia scutorū, galeas totidem: pila, gesa, hastas lōgas milliū quinquaginta summā pari cuiusq; generis numero expleturos: secures, rutra, falces, alueolos, molas. Idem lib. 7. eiusdē, Hispanicarum fabricensiū meminit: Subductis nauibus Tarraconē, nauales socios terrestribus copijs addidit. Et armorū affatim erāt, captorū Carthagine, & quę post captā eam fecerat, tanto opificū numero incluso. Atq; hæc de fabricis, nōdum cōstituto Imperio. Quod ubi confirmatū est, propagatis latè Romanis limitib. plures sunt fabricæ atq; fabricenses excogitatæ, apud Cremonā in Gallijs. Sic liber Præfecturarū inclinantis Imperij, recenset in oriente quatuor fabricas, Ponticas tres, Asianas duas, & Illyrici quatuor: uidelicet per orientē, fabricam scutariorum Damasci, fabricā armorū & scutorū Antiochiæ, eorundem Edessæ, & fabricā hastarū Hieropolitanā Ciliciæ. In Ponto uerò, clibanariorū Cæsareæ, scutariorū Nicomediæ,

Fabricenses Italiæ.

Fabricenses Hispaniæ.

Catalogus omnium fabricarum per ditionem Rom.

A comediæ,& tertiā armorū Sardis Lydiæ. Sic in Asia & Thracia scutariā armorū
recenset Hadrianopoli,secundā Hemi mōtis,tertiā Martianopoli. Deniq; Illyrici
tractus cōmemorat, Thessalonicensem, Naissatinensem, Rhœtiacensem, & Her-
comagensem. Porrò de fabricis Gallicis extat locus apud Tacitū lib.3.hist. Aug. *Fabricenses Galliæ.*
in initiātis Imperij descriptione: Sacrouir occupauerat nobilissimarū Galliarū so-
bolem, liberalibus studijs sibi partā, ut eo pignore parētes propinquosq; eorum
adiungeret. Simul arma occultè fabricata iuuentuti dispertit. Quadraginta millia
fuere, quinta sui parte legionarijs armis, cæteri cum uenabulis & cultris. Meminit
earundē fabricarū Trebellius Pollio in Tyrannis, cum Marij uitā describit, qui ex
officina cōtra Galienū ad Imperiū erat uocatus. Cremonensem uerò fabricam ci- *Fabricēses Cremonenses.*
tat Marcell.lib.15.historiæ Cōstantij Cęsaris: Vt argumento ualidiore impiè stru
ctorū assereret fidē, cōpositas literas has cōcernentes, quas obtulerat principi per
præfectū, ad Tribunū miserat fabricæ Cremonensis, nomine Syluani & Malari-
chi, à quibus ut arcanorū conscius, monebāt parare properè cuncta, &c. Ex quib.
uerbis intelligimus, fabricis ac fabricensib. præfuisse magistros quosdā, qui & tri-
buni & præpositi fabricensiū nominabant. Atq; hæ quidem erāt fabricæ incipien
tis Imperij. Cæterū eo decrescente plures Romanis per omnes limites constitutæ
sunt, ut habet codex Noticiarū orientis & occidentis. Per orientē septē erāt, scuto
rum & armorū Damasci, Antiochiæ, Edessæ, Nicomediæ, Sardis Lydiæ, clibana
ria Cæsareæ Cappadociæ, & hastaria Hieropolitana Ciliciæ. In Thracijs fuerūt &
Illyrico oriētali, Hemi mōtis, Adrianopoli, Martianopoli, apud Thessalonicā, fa-
bricæ Naissacenses, fabricæ Rhœtiacenses, & Hercomagenses. Porrò per Illyricū
occidentale celebrabant scutorū & armorū Scordiscorū apud Sirmiū, scutaria A-
quincensis, scutaria Curtensis armorū Salonitana, & scutaria Laureacensis. Rur-
B sus in Italia erāt, sagittaria Cōcordiensis, scutaria & armorū Veronensis, scutaria
Cremonensis, loricaria Mantuana, arcuaria Ticinēsis, & spataria Lucensis. Sic in
Gallijs aduertit idē autor fabricas numero sex, uidelicet armorū omniū Argento-
magensis, sagittaria Matiscōnēsis: loricaria, balistaria, clibanaria & scutaria Augu
stodunensis: spataria Suessionensis & Remensis, scutaria & balistaria Treuirorū.
Atq; hæ omnes fabricę, earumq; magistri, tribuni ac custodes magistro officiorū
subijciebant, quēadmodū & scholæ omnes scutariorū atq; agentū in rebus. De
Tribuno fabricensiū alibi etiā, hoc est lib.14. Marcell. sic scribit: Epigonus è Lycia *Tribunus fabricensium.*
philosophus ducit, & Eusebius è Mœsia, pietatis cognomēto cōcitatus orator: cū
questor nō hos, sed Tribunos fabricarū insimulasset, promittētes armorū, si nouę
res agitari cœpissent. Et iterū: Prædiximus em̄ montiū sub ipso uiuendi termino,
his uocabulis appellatos fabricarū culpasse tribunos, & adminicula futurę ultio-
ni pollicitos. Idē lib.29. præpositorū fabricensiū meminit: Præpositū fabricę obla
to thorace polito faberrimè, pręmiūq; ideo expectātem, necare præcepit, & occi-
di, q pōdus paulo minus habuit species ferrea q̄ ille formarat. Vnde colligimus,
Tribunos fabricensiū fuisse eius penè loci, quo hodie in fabricis ferrarijs sunt qui
appellant **die Bergmeyster/Amptman des eisenärtz**. Præpositi uerò fuerunt, q̄s ho
die inter fabros primi ordinis nūcupamus **die Schmydmeyster**. Extat de fabricen
sibus & lex apud Iurecōsultos, à Theodosio & Valent. lata, tit. de heredib. decur.
Cæterū fabros Romano in exercitu primū omniū Adrianū Cęsarē instituisse, Au *Fabri in legionibus omnis generis.*
relius Victor in eius uiri uita testat: Immensi laboris, quippe qui prouincias om̄es
pedibus circūierit, agmen comitantiū præuertēs, cū oppida uniuersa restitueret,
augeret ordinibus: nāq; ad speciē legionū militariū, fabros, perpendiculatores, ar
chitectos, genusq; cunctū extruendorū mœniū seu decorandorū in cohortes cen
turiauerat. Fabrorum deniq; in Romanis legionib. meminisse uidet & Vegetius

T 3 sub

sub finē lib. secūdi: Habet, inquit, ferreos harpagones, quos lupos uocāt, & falces ferreas cōfixas largissimis contis. Item ad fossarū opera faciēda bidentes, ligones, palas, rastra, alueos, cophinos, quib. terra portet. Habet quoq; dolabras, secures, ascias, serras, quibus materia ac pali dolantur atq; secant. Habet prĕterea artifices cum omnib. ferramētis, qui ad expugnādas hostiū ciuitates testudines, musculos, arietes, uineas, ut appellāt, turres etiā ambulatorias faciant. Et iterū libri 2. cap. 11. Habet præterea legio fabros lignarios, instructores, carpētarios, ferrarios, pictores, reliquosq; artifices, ad hybernorū ædificia fabricanda ad machinas, turres ligneas, cæteraq; quibus uel expugnant aduersariorū ciuitates, uel defendunt propriæ, præparatos: qui arma, qui uehicula, cæteraq; genera tormentorū uel noua facerent, uel quassata repararēt. Et hæc cùm de fabricis ferrarijs, fabricensibusq;, tum etiam de fabris omnium generum in cohortibus insertis. Quare subinde fabrorum Romanis in monumentis, præfectorumq; horum mentio occurrit, ut in illis apud Bergomum Italiæ & Tiburi repertis. A

Bergomi:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQVITI ROM. EQVITI PVB. OMNES HONORES MVNICIPALES ADEPTO IVDICI DE SELECTIS, SACERDOTI COENIENSI COLLEGII FABRORVM CENTONARIORVM DENDROPHORORVM MILITIAE BERGOMATIS PATRONO.

Tiburi:

Q. HORTENSIO Q. F. COL. FAVSTINO ADVOCATO FISCI PRAEF. FABR. PATRONO MVNICIPII COLLEGIVM FABRVM TIBVRTIN. OB MERITA. L. D. S.C.

Saguntí, in Hispania:

L. ANTONIO L. F. GAL. NVMIDAE PRAEF. FABR. TRIB. MIL. LEG. I. ITALICAE L. POLIBIVS RVBRIVS AMICO.

Armamentarium. *Officia armamentarij.*

Fabrica atq; fabricēses recto ordine sequit ARMAMENTARIVM, & munia quĕ ad hoc pertinebāt, uidelicet Tribunus armamētarij, rector, & custos: quæ adhuc hodie nostro in armamentario militari q̄d Artolariā uoce Italica uocamus, officia manent, & uulgò dicunt Zeügmeyster/zeügwart/zeügschreiber. De quorū singulis posthac dicemus, si prius quid armamentariū fuerit, explicauimus. ARMAMENTARIVM ab armis nomen accepit, eratq; omnis generis armorū tormentorumq; & machinarū repositoriū: quale est hodie quod gentilitia lingua nuncupamus, ein zeüghauß. Meminit T. Liuius lib. 6. Dec. 3. cum obsidionē nouæ Carthaginis cōmemoraret: Hic pecunia omnis hostiū, sine qua neq; illi gerere bellū possunt, quippe qui mercenarios exercitatos alant: & quæ nobis maximo usui ad cōcitandos animos barbarorū erit, tormenta, arma, armamēta, & omnis apparatus belli est. Et iterū: Quæcunq; in officinis, quæq; in armamētario, ac naualib. fabrorum multitudo, plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. Et iterū lib. 2 Dec. 5: Iam pecuniā tantā habere, ut decem milia mercenariorū militū prĕter Macedonū copias, stipendiū in totū annū præparatū habeat, præter annuū quod ex metallis regijs capiat uectigal, arma uel tribus tantū exercitib. in armamētaria cōgessisse. Sic Cor. Tacitus lib. 18. Aperiri, ait, deinde armamentariū iussit: rapta statim arma sine more & ordine militiæ, ut prætorianus aut legionarius insignibus suis distingueret, miscentur auxiliaribus galeis scutisq;, nullo tribunorū centurionumue adhortante. Et iterū: Is quoq; magis uacuus quietis castris iussa exequeretur, uehicula cohortis repentè nocte onerari aperto armamētario iubet. Huc adijciendus est & ille Herodiani locus li. 7: Quippe iussis effringi publicis armamētis, in quibus pompæ magis instrumenta q̄ belli asseruabant, unde sibi quisq; munimentū corporis accōmodaret. Cæterū sub armamētario erāt scholæ armaturarum, magistro officiorū subiectæ: fabricæ, de quibus suprà dictū est: & cōditoriū B

mura-

A muraliũ tormentorũ: qualia erãt, aries, testudo, balista, catapulta, & scorpio. Meminit huius Marcel. lib. 18. Cæsar etiã tum Cõstantius, ut accolæ suffugiũ possent habere, tutissimũ eo tẽpore, quo Antoniniopolim, oppidũ aliud struxit, turribus circũdedit amplis & mœnibus, locatoq; ibi cõditorio muraliũ tormentorũ, fecit hostibus formidata. Ad huiusmodi conditoriũ alludit & Liuius lib. 9. Dec. 3. Tormenta machinasq; aduexerat secũ, & ex Sicilia cũ cõmeatu missæ erãt. Et nouæ in armamẽtario nullis taliũ operũ artificib. de industria inclusis. Et iterũ lib. 1. Dec. 4. Conflagrarũt & horrea regia, & armamentariũ, cũ ingẽti apparatu machinarũ tormentorũq;. Et quia de machinis muralib. incidit locus, nõ abs re fuerit, si locum Marcell. eiusdẽ adduxero, qui est lib. 23. ubi illæ omnes breuiter describunt: Dumq; hos alloquit, Xerxis illius potẽtissimi regis instar, classis aduenit, tribuno Cõstantiano, cũ comite Lucilliano ductante, quæ latissimũ flumen Euphratẽ ductabãt. in quo mille erãt onerariæ naues ex diuersa trabe cõtextæ, cõmeatus abundè ferentes, & tela, & obsidionales machinas. Quinquaginta aliæ bellatrices, totidemq; ad cõpaginandos necessariæ pontes. Re ipsa admonerer, breuiter, quantũ mediocre potest ingeniũ, hæc instrumentorũ genera ignorãtib. circũscripta monstrare. Et balistæ figura docebit prima. Ferrũ inter axiculos duos firmũ cõpaginatur, & uastũ, in modũ regulæ maioris extentũ: cuius ex uolumine tereti, q̃d in medio ars polita componit, quadratus eminet stylus extensus, recto canalis angusti meatu cauatus, & hac multiplici chorda neruorũ tortiliũ illigatus. Eiq; cochleæ duæ ligneæ cõiungunt aptissimè, quarũ prope unã adsistit artifex cõtemplabilis, & subtiliter apponit in temonis cacumine sagittã ligneã, spiculo maiori cõglutinatam. Hocq; facto, hincinde ualidi iuuenes uersant agiliter rotabilẽ flexũ. Cũ ad extremitatẽ neruorũ acumen uenerit summũ, percita interno pulsu, à balista ex oculis auolat, interdũ nimio ardore scintillans. Et euenit sępius, ut anteq; telũ cernat, dolor letale uulnus agnoscat. Ex his uerbis apparet, præter balistã quæ manu aut equo ferebat, fuisse etiã maiorẽ quæ curru uehebat, quã carrobalistã Vegetius uocat, & lib. 2. cap. 25. hũc in modũ describit: Legio aũt nõ tantũ militũ numero, sed etiã genere ferramentorũ uincere cõsueuit. Primũ omniũ instruit iaculis, quæ nullæ loricæ, nulla possunt scuta sufferre. Nã per singulas cẽturias, singulas carrobalistas habere cõsueuit: quib. nudi ad trahendũ, & singula contubernia ad armandũ uel dirigendũ, hoc est, XI homines deputant. nã hæ quanto maiores fuerint, tanto lõgius ac fortius tela iaculant. Nõ solũ autẽ castra defendũt, uerũ etiã in cãpo post aciẽ grauis armaturæ ponunt: ad quarũ impetũ nec eqtes loricati, nec pedites scutati posũt obstare. In una aũt legione LV carrobalistę esse solẽt. Et iterũ lib. 3. ca. 24: Carrobalistas aliquãto maiores, inqt, hæ em̃ longius & uehemẽtius spicula dirigũt, superpositas curriculis, cũ binis equis aut mulis post aciẽ ordinari cõuenit: & cũ iactu teli accesserint, bestiæ sagittis balistariorũ trãsfigunt. Latius autẽ & firmius cõtra eas præfigit ferrũ, cũ in magnis corporib. maiora sint uulnera. hæc ille. Huius iconẽ exercitui instructo præmisimus libro sequẽte: & si plures, & quidem retrò, isthic expressę esse deberẽt. Adde & aliũ locũ qui est lib. 4. ca. 22. Aduersum hæc obsessos defendere cõsueuerũt balistæ, onagri, scorpiones, arcubalistæ, fustibuli, sagittarij, fundæ. Balista funibus, neruis, chordisq; tenditur. Quæ quãto prolixiora brachiola habuerit, hoc est, quãto maior fuerit, tanto spicula longius mittit. Quæ si iuxta artẽ mechanicã temperet, & ab exercitatis hominibus, qui mensuram eius antè collegerint, dirigatur, penetrat quodcũq; percusserit. SCORPIONIS aũt (inqt porrò Marcellinus) quẽ appellãt nũc onagrũ, huiusmodi forma est. Dolant axes duo quernei, uel ilicei, curuãturq; mediocriter, ut prominere uideatur in gibbas. Hiq; in modum serratoriæ machinæ cõnectuntur, ex utroq; latere

Conditorium machinarum.

Machinæ obsidionales.

Balista qualis machina.

B

Scorpio qualis machina fuerit

A patētius perforati. Quos inter per cauernas funes colligant robusti, cōpagem ne dissiliat cōtinētes. Ab hac medietate restiū, ligneus stylus exurgēs obliquus, & in modū iugalis temonis erectus, ita neruorū modulis implicat, ut altius attolli possit, & inclinari, simulatq; unci ferrei copulant. Ex quib. pendet stuppa, uel ferrea funda: cui ligno fulcimentū prosternit ingens ciliciū, paleis confertū minutis, ualidis nexibus illigatū, & locatū super cōgestos cespites, uel lateritios aggeres. Nam muro saxeo huiusmodi moles imposita, disiectat qdquid inuenerit subter cōcussione uiolēta, nō pōdere. Cum igitur ad cōcertationē uentū fuerit, lapide rotūdo fundæ imposito, quaterni altrinsecus iuuenes repagula quib. incorporati sunt funes explicātes, retrorsus stylū penes uncinū inclināt. Itaq; demū sublimis adstans magister, claustrū quod totius operis cōtinet uincula reserat, malleo forti percussum. Vnde absolutus ictu uolucri stylus, & mollitudine offensus cilicij, saxū contorquet, quidquid incurrerit collisurū. Et tormentū quidē appellat, ex eo q; omis explicatio torquet: Scorpio autē, q; aculeū desuper habet erectū. Cui etiā onagri uocabulū indidit ætas nouella, ea re, q; asini feri cum uenatib. agitant, ita eminus lapides post terga calcitrando emittūt, ut perforent pectora sequentiū, aut perfractis ossibus capita ipsa displodāt. Porrò huiusmodi duplicē scorpionē & Vegetius uidet depingere lib. 4. cap. 22. Onager autē dirigit lapides, sed prę neruorum crassitudine & magnitudine saxorū pōdera iaculatus. Nam quāto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more cōtorquet. His duobus generib. nulla tormentorum species uehementior inuenit. Scorpiones dicebant, quas nūc manuū balistas uocāt: ideo sic nuncupati, q; paruis subtilibusq; spiculis inferāt mortē. Et rursus lib. 2. cap. 25. Item decē onagri, hoc est, singuli per singulas cohortes in carpentis bobus duob. portant armatis, ut si fortè hostes ad oppugnandū uenerint uallum, sagittis possint castra defendi. Cæterū pergit rursum describendis id genus machinis Am. Marcellinus: Hinc ad arietē, inqt, ueniemus. Eligit abies, uel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro cōcludit, & prolixo, arietis efficiēs prominulā speciem: quæ forma huic machinamēto uocabulū indidit. Et sic suspensa utrinq; transuersis asseribus & ferratis, quasi ex lance uinculis trabis alterius continetur. Eamq;, quantum mensuræ ratio patit, multitudo retrò repellens, rursus ad obuia quæq; rūpenda protrudit ictibus ualidissimis, instar adsurgētis & cedētis armati. Qua crebritate ueluti reciproci fulminis impetu ædificijs scissis, in ruinas cōcidūt structurę laxatæ murorū. Hoc genere operis si fuerit exerto uigore discussum, nudato uallo defensoribus, solutisq; obsidijs, ciuitates munitissimæ recludunt. Pro his arietū machinamentis, iam crebritate despectis, cōditur machina scriptoribus historicis nota, quā Helepolim Græci cognomināt: cuius opera diuturna Demetrius Antigoni filius, Rhodo, alijsq; urbibus oppugnatis, Poliorcetes est appellatus. ædificat autē hoc modo: Testudo cōpaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreis clauis aptata, & cōtegitur corijs bubulis, uirgarūq; recēti textura, atq; limo aspergunt eius suprema, ut flāmas detractet, & missiles casus. Conferuntur autem eis frontalibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graues: qualia nobis pictores ostendunt fulmina, uel fictores: ut quidquid petierit, aculeis exertis abrumpat. Hanc ita ualidā molem palis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parieti uiribus admouet concitis. Et nisi desuper propugnantiū ualuerint uires, collisis parietibus aditus facit ingentes. MALLEOLI autē genus teli, figurantur hoc modo: Sagitta est cannea, inter spiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, concauatur uentre subtiliter, & plurifariam patens: atq; in alueo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et sic emissa lentius arcu

Margin notes: *Onagri machina.* — B — *Arietis machina.* — *Helepolis machina.* — *Malleoli.*

A arcu inualidorũ. hæc ille. Et sic intelligunt loca T. Liuij de ijsdem, lib. 6. Dec. 3. Et sub ipsa porta Capuæ, quæ ad Vulturnum fert, pugnabatur: necꝫ tam armati irrumpentibus Romanis resistebant, quàm quòd porta balistis scorpionibusq́ꝫ instructæ, missilibus procul hostes arcebat. Et iterum: Captus & apparatus ingens belli, catapultæ maximæ formæ centum uiginti, minoris 281. balistæ maiores trigintaduæ, minores quinquagintaduæ. Scorpionum maiorum minorumq́ꝫ, & armorum ingens numerus. Ad balistarũ tormentũ alludit etiam in historia Aureliani Fl. Vopiscus: Dici nõ potest, quantũ hic sagittarũ, qui belli apparatus, quantum telorũ, quantũ lapidũ. Nulla pars muri est, quæ nõ binis & ternis balistis occupata sit. Ignes etiã tormentis iaciuntur. Porrò Liuius lib. 6. Decad. 3. meminit duorũ generũ scorpionũ, maiorũ scilicet & minorũ: quemadmodũ si uelimus nostra inuenta puxarum cõparare, simili discrimine sunt maiores, uulgò Maurprecherin: & minores, uulgò Valkhanen, &c. Locus Liuij sic habet: Capta urbe, decẽ milia capitũ, alibi supra quincꝫ & uiginti inuenio: scorpiones maiores, minoresq́ꝫ ad LX captos scripserim, si autorẽ Grecum sequar Silenũ: si Valeriũ Antiatẽ, maiorũ scorpionũ sex millia, minorũ XIII. Idẽ lib. 4. Dec. 3, de Archimede Syracusano locutus, & Syracusarũ obsidione: Murũ ab imo ad summũ crebris cubitalib. ferè cauis aperuit, per quæ caua pars sagittis, pars scorpionib. modicis ex occulto petebãt hostẽ. Et rursus lib. 9 de Annibale in Brutijs agente scribens: Dum scalæ, quęcꝫ alia ad oppugnandũ opus erãt, parant ad uisendũ qua maximè parte adgrederet, progressus ad murũ, scorpione ictus, qui proximus eum fortè steterat, territus iam tum periculoso casu, receptui canere iussit. Huc pertinet & illud Cęsaris lib. 7. Gallici belli: Quidã ante portã oppidi Gallus, qui per manus seui ac picis traditas glebas in ignẽ e regione turris proijciebat, scorpione ab latere dextro traie-

Loca Liuij de machinis muralibus.

Duo genera scorpionum.

B ctus exanimatusq́ꝫ cõcidit. Hunc ex proximis unus iacentẽ transgressus, eodẽ illo munere fungebat: eadẽ ratione ictu scorpionis exanimato altero successit tertius. Hactenus Cæsar. Ex quibus omnib. autorũ locis patet, scorpionũ eundẽ prope effectũ quondã fuisse, qui modò est bombardarũ, sed sine igne tamen, ac cõbustione, suffocationeq́ꝫ illi necabãt. Atcꝫ hactenus de machinis obsidionalibus, solitis in armamẽtario adseruari: de quibus prolixius Vegetius, & multis locis T. Liuius exactius tractãt. Sequunt munia ipsi armamẽtario propria. RECTOR armorum, qui & tribunus & pręfectus uocabat, ex armamẽtario quę necessaria erãt ad usum belli promebat, & bello extincto iterũ recõdebat, præterea quibus opus erat, in fabricis & à fabricensib. parari curabat. Quod modò munus seculũ nostrũ, nostraq́ꝫ in lingua appellat, das Zeügmeyster ampt. Meminit Marcel. lib. 15. Verũ cũ plerosq́ꝫ recẽtis ærũnæ documẽta terrerẽt, in tuto fore residua credẽs hæreret Arbetio, tres simul exiluere tribuni: Arintheus, agẽs uicẽ armaturarũ rectoris: & Seniauchus, qui equestrẽ turmã comitũ tuebat. Idẽ lib. 29. Sed Maximinus in omne auidus nefas, & genuinos mitigare nequiẽs flatus, quib. præfecturæ accesserat tumor, increpabat Equitiũ, per Illyricũ eo tẽpore magistrũ armorũ. Meminit & tribuni armaturarũ lib. 27: Signo igit per buccinas dato, cum pede collato res agi cœpisset, insueta uexillorꝫ facie territi stetere Germani. Quib. hebetatis paruper, reparatisq́ꝫ cõfestim, aduscꝫ diei extremũ cõcertatione protẽta, ualidius imminẽs miles fructũ rei bene gestę sine dispẽdio quæsisset, ni Balcobaudes armaturarũ tribunus, magniloquẽtia secordi coalitus, ꝓpinquãte iam uespera cessisset incõditè. Et rursus lib. 15. idẽ: Cõfestim, ait, iniqtate rei percitus Malarichus gẽtiliũ rector, collegis adhibitis strepebat immaniter, circũueniri homines dicatos Imperio ꝑ factiones & dolos minimè debere, ꝓclamãs: petebatq́ꝫ, ut ipse relictis obsidũ loco necessitudinib. suis, Mallobaude armaturarꝫ tribuno spõdẽte, ꝙ remearet uelocius.

Scorpionis cũ bombarda cõparatio.

Rector armaturarum.

Magister armorum.

Tribunus armaturarum.

CVSTOS

Custos armorum. CVSTOS armorum, extat hodie etiamdum, quē gentilitia lingua Zeuguartū, hoc est, si latinè reddamus, custodem machinarū armorūq; uocamus. Alludunt ad huiusmodi munus passim Antiquitatis exempla, quorū tria subijcere placuit: A

Viennæ, in ædibus D. Vuolf. Lazij:

GATTIO ROMVLO AVGVST. MIL. LEG. X. G. ARMOR. CVSTO. LE. XIIII. GEM.

Comi, ad S. Fidelem martyrem, in Rhœtia:

V. F.
C. VIRIVS SABINVS VETERAN. ARMOR. CVSTOS LEG. XIIII. GEM. MART. VICT. D. M.

Iaderæ, in Dalmatia:

C. IVL. PRISCI. V. A. VI. M. X. D. VIII. IVLIVS GERMANVS ARMORVM CVSTOS ET VAL. MARTIANAE PARENTES.

Porrò, quòd hic silentio transeundum nō est, inclinante Imperio, ut in descriptione reipub. sub Arcadio & Honorio habet Marianus: quibus præerāt custodes armorū, per Orientē armamentaria quatuor erāt: duo per Asianā diœcesim, in Thracijs unū, tria per Ponticū, & per Illyricū quatuor, quorū hæc erāt nomina, scutaria & armorū Damasci, scutaria & armorū Antiochiæ, scutaria & armamentaria Edessæ, hastaria Hieropolitana Ciliciæ, clibanaria Cæsareæ Cappadociæ, scutaria & armorū Nicomediæ, scutaria & armorum Sardis Lydiæ, scutaria & armorum Adrianopolis, scutaria & armorū Hemi montis, scutaria & armorū Martianopoli. Quibus per Illyricū iungebant̄ Thessalonicense, Naissacense, Rhœtiacense, & Hercomagense. *Magister uehiculorum.* MAGISTER etiam siue præfectus uehiculorū erat in exercitu, ut hodie etiamdum est, quē uulgò dicimus **den geschirrmeyster**, subiectū quoq; (ut olim) armamentario castrensi, eiusq; rectori. Alludit ad hoc officiū Cæsar lib. 3. Ciuilis belli: Remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabant̄. Cic. ad Att. lib. 1. Misimus qui pro uectura solueret. Idem 3. in Verrē: Longā, inquit, difficileq; uecturā. Meminerūt & Iurecōsulti XII. Cod. l. 1. §. hac nostri. cum de parauerediis disputāt. B *Vectores & aurigæ.* Præterea magistro uehiculorū parebant uectores & aurigæ. Marcell. lib. 29. Deniq; post huiusmodi uindicata q̃plura, Hilariū aurigam cōuictum atq; confessum, uixdum pubescentem filium suum uenefico tradidisse, docendum secretiora quædam, legibus interdicta. Et iterum: Athanasius fauorabilis tunc auriga, suspectus ei uulgari leuitate, ut uiuus incendi iubetur. Huc deniq; alludit inscriptio Vetustatis, quæ Auximi in Italia extat:

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN. TREBELLIO PELIDIANO. EQ. PVB. TRIB. LEG. II. TRAIAN. FORTIS TRIBVNO COH. XXXII. VOLVNTAR. TRIB. LEG. VI. VICTRI. PROC. AVG. PROMAGIST. XX. HERED. PRAEF. VEHICVLORVM QQ. PATR. COL. ET SVO PON. COL. FABR. AVXIM. OB EXIMIVM INTER MVNICIPES SVOS AMOREM.

Præfectus iumentorum sarcinalium. PRAEFECTVS sarcinaliū iumentorū Romanis in exercitu erat, & castris, qui hodie in aulis magis principū reperitur, & asinorū actuarius nūcupatur. Alludit ad huiusmodi munus T. Liuius lib. 1. Dec. 5. Et parte alia Titus & Caius Ælij tribuni militum tertiæ legionis, cum equitatu adueniunt: confestim, & quos binos oneraria in iumenta imposuerunt, secuti, & consul cum toto agmine. Marcellini *Actuarij iumentorum.* porrò manifestior est locus lib. 15. Syluanus pedestris militiæ rector iratus, & efficax ad hęc corrigēda, primū ipsis superuenit, Arbitione id maturari modis quib. poterat adigēte, ut absenti æmulo, quē quietū superesse adhuc grauabat̄, periculo sæ molis onus impingeret, actuarius sarcinaliū principis iumentorū, cōmendatitias ab eo petierat ad amicos, ut quasi familiaris eiusdē esset notissimus. Huc pertinet illud Suet. in Claudio: Diu atq; etiā post tutelam receptā alieni arbitrij, & sub pędagogo fuit, quē barbarū & olim superiumētariū, & de industria sibi appositū.

Extat

A Extat deni〈que〉 præfecti sarcinalium iumentorum mentio in lib. Præfecturarũ Scoti, quemadmodum & cõmemoratur isthic PRAEPOSITVS bastaigiarum, qui habebat Tertiocerium, hoc est, tertias honore tabulas: κηρὸς enim tabula Græcis est, à cera nominata. Sic bastaigij, ἀπὸ τοῦ βαστάζειν Grece uerbo, quod est portando, nomenclaturã sortiti sunt. Erant uerò sub hoc præpositi baiuli, & præcentores baiulorum, de quibus Marcell. lib. 14. sic scribit: Incenderat autẽ audaces usq; ad insaniam homines, ad hæc quę nefarijs egere conatibus, luscus quidam, curator urbis subitò uisus, cum〈que〉 eo Sthenelaus baiulorũ præcentor, ad expediendũ quod orsi sunt incitans uocibus crebris. Qui haud longè postea, ideo uiuus exustus est. De baiulis porrò subinde Cicer. meminit. ut illud est 3. Tuscul. Nec quid〈que〉 inter Alcibiadem, summo loco natũ, & quẽuis baiulum interesse. Idem de Claris oratorib. Operarij autẽ, aut baiuli, deesse nõ possunt. Et rursus 2. de Oratore: Remigem aliquem, aut baiulũ, nobis oratorẽ descripserat. Sanè extat nobis hodie & in castris passim, & in ciuitatibus, hoc genus hominum, qui parua mercede cõducti, res grauissimas quò uelis portant: quos Itali Vakhynos appellãt. OFFICINATORES, ut Vitruuio & Vegetio describuntur, mercatores erãt, qui officinas in castris habebant, omnes res necessarias militibus diuendentes, quos hodie in castris Merkatandos uoce Italica uocamus: de quibus & monumenta illa accipienda sunt,

Præpositus bastaigiarum.

Bastaigij & baiuli.

Officinatores.

Romæ, in ædibus domini à Golot, Secretarij Apostolici:	Paduæ, in ædibus Francisci Contareni D.
T. IVL. BALBILLO SAC. SOLIS EVTYCHES AVG. LIB. OFFICINATOR A STATI VISA MICO OPTIMO DEDICA. KAL. IAN.	N. CC. VI. C. SEPVL. ONESIMI OFFICINATORI.

B P. CORNELIO ANVLLINO III. ET M. AVFFIDIO FRONTONE COSS.

FRVMENTATORES tam equites q̃ pedites dicebantur, qui prædabundi frumenta ex agris cõportabant. Huc alludit T. Liuius 7. ab Vrbe: Placuit, dum inclusus paueret hostis, frumentatum per agros militẽ duci. Et clarius lib. 2. tertię Dec. Hannibal pro Gerionis mœnibus (cuius urbis captæ at〈que〉 incensæ ab se in usum horreorum pauca reliquerat tecta) statiua habebat. Vnde frumentatũ duas exercitus partes mittebat, cum tertia ipsa expedita in statione erat. Idem lib. 1. Macedonici belli: Improuiso impetu Gallorum cum frumentatorib. est circumuentus. Et iterum eodem: Vbi effusos uidit, cum omni equitatu & Cretensium auxiliaribus, quantum equitẽ uelocissimi pedites cursu æquare poterant, citato profectus agmine, intra castra Romana & frumentatores cõstituit signa. Inde diuisis copijs, partim ad cõsectandos uagos frumentatores emisit. Et rursus lib. 2. Dec. 5: Nam cum ex frumentatorib. refugientes quidam in castra, nunciassent Cõsuli, circumsideri præsidium. Sic Cæsar lib. 4. Gallici belli: Prædandi (ait) frumentandi〈que〉 causæ. Et iterum septimo eiusdem: Omnes nostras pabulationes frumentationes〈que〉 obseruabat. Meminit & Tacitus 20. hist. Aug. Primùm agmen securum incessit, nõdum satis firmo Ciuile. Qui rursus missos Nouesium frumentatores, datas〈que〉 in præsidium cohortes, uelut multa pace ingredi occępit. Huc pertinet & illud Ciceronis 8. ad Atticum: Ne〈que〉 solus cum ista copia tantam multitudinẽ sustinere poteris, ut frumentatũ eat. Cæterùm hic notandum est, & aliam Romanis in ciuitatibus fuisse frumentationẽ, qua frumenta distribuebantur uiritim, quando nouus aliquis princeps rempub. capessendam suscepisset. De qua locus Suetonij in Augusto est intelligendus: Impetum se cœpisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. PABVLATORES inter equites modò erant, qui fœnum ex agris tumultuaria opera collectum, in castra ferebant, ad equos iumenta〈que〉

Frumentatores.

Pabulatores.

iumentaq́ꝫ sustinenda. quorum sæpe T. Liuius meminit, ut lib. 2. Deca. tertiæ: Dij propè ipsi eo die magis distulere, quàm prohibuere imminentem pestem Romanis. Nam fortè ita euenit, cum referre signa in castra iubenti Consuli milites nõ parerent, serui duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Seruilio atq; Attilio cõsulibus, inter pabulatores excepti à Numida fuerant, profugerũt eo die ad dominos. Et iterum lib. 5. eiusdem: Is tum cum equitatu Numidarũ, aduenienti P. Scipioni occurrit: & deinde assiduè dies noctesq́ꝫ infestus aderat, ut nõ uagos tantũ procul à castris, lignatum pabulatumq́ꝫ progressus, exciperet. Idem lib. 8. quartæ Dec. Tum uerò instare dissipatis Galli, & cedere: magnaq́ꝫ pars oppressi forent, ni statio pabulorum, sexcenti equites occurrissent. Et iterũ lib. nono: Haud procul Hippone & Toleto urbibus, inter pabulatores pugna orta est. Quibus dum utrinq; subueniẽ à castris, paulatim omnes copiæ in aciem eductæ sunt. Huc pertinet illud Cæsaris 5. Gallici belli: Repentè ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. Et iterum 7. eiusdem: Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & cõmeatu Romani prohibeantur. Porrò qui de re rustica scribunt, generalius uoce ista utuntur. Columella lib. 7: Nam quamuis prædictum animal in pabulationem spurcè uersetur. Varro lib. tertio: Si è bono loco transtuleris, ubi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. A

Aquatores. AQVATORES lixarum & calonum manus erat, qui aquæ facultatem militibus faciebãt, quam à fluminibus riuisq́ꝫ & fontibus proximis in castra portabant. De quibus Liuius lib. 1. Deca. 5: Stationes ab omnibus partibus castrorum circundatæ sunt: in Histriaq́ꝫ suum præsidiũ statiuum: repentina cohors Placentina, opposita inter mare & castra: & ut idem aquatoribus ad fluuium esset præsidium. Idem lib. 2. tertiæ Dec. aquationem eleganter describit: Vt uentum ad Cannas est, ubi in conspectu Pœnum habebant, bina castra cõmuniunt, eodem fermè interuallo quo ad Gerionem, sicut antè copijs diuisis. Aufidus amnis utrisq; castris affluens, aditum aquatoribus ex sua cuiusq; opportunitate, haud sine certamine dabat. Ex minoribus tamen castris, quę posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani: quia ripa ulterior nullum habebat hostiũ præsidium. Et iterum lib. 10. eiusdem: Cæterùm Scipio cum colloquium haud abnuisset, ambo ex composito duces castra protulerunt, ut coire ex propinquo possent. Scipio haud procul Nadagara urbe, tum ad cætera loco opportuno, tum quòd aquatio intra teli coniectum erat, consedit. Huc alludit & Cæsar lib. 1. Ciuilis belli: Hęc consultantibus eis, nunciatur, aquatores ab equitatu premi nostro. Et iterum lib. 4. Gallici belli: Tamen sese nõ longius millibus passuum quatuor, aquationis causa processurũ eo die dixit. Idem lib. 8. eiusdem belli: Ex ea cum tela tormentis iacerentur, ad fontis aditus, nec sine periculo possent aquari oppidani. Huc pertinet illud Salustij in Iugurtha: Aquatum est equus ingressus. Huc fortasse non pertinent, quæ scripserunt de aquatione largiore significatione, qui de Re rustica lucubrarunt, quale est illud Columellæ lib. 7: Pabula mutemus, & aquationes potius regionis. Et illud Plinij lib. 32: Et hoc utebatur in multis uarijsq́ꝫ per aquationes autumni nascentibus. Huc alludit & Virgilius quarto Georgicon: B

Sed circùm tutæ sub mœnibus urbis aquantur.

Lignatores. LIGNATORES, peditum manus erat, & lixarum, qui ligna & stipites in castra pro focis inferebant. Liuius lib. primo Decadis quintæ: Titus & Caius Ælij tribuni militum legionem tertiam, quę pabulatores & lignatores tueretur, uia quæ Aquileiam fert, duxerant. Huc pertinet & illud Cæsaris lib. sexto Ciuilis belli: Insequenti tempore, cum nostri temerè in opere distenti essent, equites in oliueto, dum lignantur, interfecti sunt aliquot.

CAP. VII. DE MILITUM INAUGURAtione in Romana republica, & quomodo ad signa collecti fuerint.

A  VM, quem de castris Romanis habuimus sermonẽ, ordine excipit, militis Romani inauguratio. de qua dicturi, simul cõsuetudinem illius populi adijciemus, quã in scribendo milite is quondã adhibebat. Primò enim euocabantur, qui militare cogebantur: atq; uocabãtur Addicti, priusquã forent in catalogum redacti. Deinde uerò scripti recensebantur: qua in re iustitij solennitas, decursioq; equitũ, & classiariorũ transuectio peragebãtur. Quibus factis, adhortati à duce per allocutionẽ, sacramento simul militari adigebant. Eratq; hoc ita cõpletum militaris uitæ auspiciũ. De quibus singulis ordine à nobis, & ex fide historica dicetur, sumpto ab euocatione initio. Erat aũt EVOCATIO duplex, altera dignitatis in equestri ordine, altera in militia, qua ingruente bello, ad diuersa loca diuersi tribuni mittebantur (quod adhuc hodie nobis Germanis fit) qui milites cõgregatos scribebant. Quamobrem rectè Seruius libro octauo Aeneidos, duo genera militiæ distinguit: quorum alterum per coniurationem à priuatis & seditiosis assumebatur, alterum in rebuspublicis, & publicè fiebat. Quamuis uerò de prima euocatione ad propositum nihil sit, tamen dicemus aliquid ordinis gratia, unum aut alterum locum ex historijs adducentes. Suetonius in Galba: Delegit (inquit) & equestris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum usu, Euocati appellarẽtur, excubiasq; circa cubiculũ suum uice militũ agerent. Quam historiã breuius describens Cor. Tacitus, in retexenda Galbę uita tradit, Vitelliũ libertum Galbę annulis donatum, & in equestrẽ ordinem cooptatum. De huiusmodi euocatis intelligendus est & Vellei Paterculi locus ille, cum Cassij cædẽ in Philippis describeret: Deciderat Cassij caput (ait) cũ euocatus aduenit, nuncians Brutum esse uictorem. Qui cum Imperatorẽ prostratum uideret: Sequar, inquit, eum, quem mea occidit tarditas. & ita in gladium incubuit. Et sic intelligitur & illud Taciti lib. 18, cum Galbæ necem recenseret: Non interfuit occidentium, quid diceret. De percussore, nõ satis constat. Quidam Terentium euocatum, alij Lecanium: crebrior fama tradidit Camurum, decimæquintæ legionis militẽ, impresso gladio iugulũ eius hausisse. Intelligitur de illa euocatione & illud Cęsaris in Commentarijs: Erat crastinus euocatus in exercitu Cæsaris, qui superiori anno apud eum primũ pilum duxerat in legione decima. Sed satis hæc de prima equitũ euocatione. transeo ad alterã, de qua præcipuè hocce libro agere intendimus. Erat autem, ut Seruius super Virgilium testatur, euocare nihil aliud, quàm ad diuersa loca diuersos cogere exercitus. Ad quod genus euocationis alludit T. Liuius lib. 2. tertiæ Decad. Dictator authoritate patrum dictus est M. Iunius, & T. Sempronius magister equitũ. Delectu habito, iuniores ab annis 17, & quosdã pretextatos scribunt. Quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Itẽ ad socios Latinumq; nomen, ad limites ex formula accipiendos, mittunt arma, tela, &c. Et rursus alludens lib. 3. Decad. 3: Romæ Consules transactis rebus, quæ in urbe agendę erant, mouebant iam se, cõsulto prius Senatu, ad bellum: T. Sempronius, militibus Sinuessam diem ad cõueniendum edixit, &c. Et alio loco eiusdem: Dictorq; cum Magone in Hispaniã præmissus est, ad cõducenda 20 millia peditum, quatuor equitum. Idem lib. 6 eiusdem: In Hispaniã principio ueris P. Scipio, nauibus eductis, euocatisq; edicto Tarraconẽ sociorum auxilijs, classem onerariasq; ostium inde Iberi fluminis petere iussit. Huc pertinet illud Salustij in Catilina: Principẽ

Euocatio militaris.

De euocatione equestri.

B

De euocatione militari loca authorum.

coniurationis, euocatorem & seruorum & ciuium perditorū exire patieris? Sic A Cicero ad Appium in Epist. Antonium præfectum euocatorū misi ad te, cui si uidebitur, cohortes traderes. Idem lib. 10 ad Atticū: Sed hac super re nimis nauitam ipse audire uideor iam euocantē. Et iterum in oratione pro Rabirio: De te ipso inquam Labiene quæro, cum ad arma consules ex S.C. euocassent. Meminit in hac significatione & Cæsar in Comm. subinde lib. 1. Ciuilis belli: Magnus numerus equitum Romanorum & decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat. Et iterū lib. 4: Legiones quas in Aphricā ducturus erat, & auxilia mittit, ad traiectum. ipse classem quā parabat, ut inspiceret, Hispalim accedit, ibiq; moratur. Propterea φ edictū tota prouincia proposuerat, ut quibus pecunias imperasset, neq; contulissent, se adirent. Quę euocatio uehementer omnes turbauit. Et iterū lib. 5 eiusdē belli: Cumq; idem in pluribus animaduerti cœptū esset, subitò legati euocatiq; obsecrare Cæsarē, ne dubitaret signum dare, uictoriā sibi propriā à dijs immortalibus portēdi. Et sic pariter intelligendus est Trāquilli locus in Augusto, cap. de Moderatione & ciuilitate: Affuit & clientibus, sicut Scutario cuidā euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarū. Idem in historia Vespasiani: T. Flauius Petrinius, municeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarū partium centurio, incertū spōte an euocatus, profugit ex Pharsalia. Meminit huius euocationis militaris, quod equidē miror, superiorū seculorū author historiæ nō ignobilis, Lambertus Schafnaburgēsis, qui Henrici quarti, sub quo floruit, res gestas cōgessit: Illis innuētibus (inquit) pręcepit, ut 6 Id: Martij principes de toto regno Goslariā conueniant. statuto die cæterorū principum nullus eò uenit: Saxones & Turingi cum infinita multitudine de tota Saxonia & Turingia sacramēto euocati aderāt.

Atq; hæc habuimus, quę de Euocatione, ex fide historica diceremus. Porrò nec illud silentio inuoluendum est, ante constitutū Imperium, qui ad bellum erāt B euocati, ADDICTOS nuncupatos, qui inclinante Imperio Tyrones dicebantur. Et sic intelligitur locus Liuij lib. 6 Decad. 1: Merces seditionis proposita cōfestim seditionem excitauit. nam & addicebantur multi, & ad Prenestini famā belli nouas legiones scribendas patres censuerant. Et iterum iuniores & senatores addictos distinguit: Iisdē opibus (inquit) obtinuere, ut aduersus Latinos Volscosq;, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo impediente, omnibus iunioribus sacramento adactis, tres exercitus scriberent. Et iterum libro 9 ab Vrbe: Is prout rei magnitudo postulabat, omnes iuniores sacramento adigit. Et iterum: Romamq; is metus manaret, adeò ut omnes iuniores sacramento adigerentur. Huc pertinēt quæ de cogendo TYROCINIO eleganter in hoc significatu scribit Marcellinus, inclinantis Imperij author, lib. 19. Quam adulatorum cohors augebat, id sine modo strepentium, quòd externis sopitis, & ubiq; pace cōposita, proletarios lucrabitur plures, & tyrocinia cogere poterit ualidissima. Aurū quippe gratanter prouinciales corporibus dabant, quæ spes rem Romanā aliquoties adgrauauit. Et iterū lib. 20, de Constantio Cæsare locutus: Impensiore cura (ait) limitē instruebat, cum omni apparatu bellorū arma quoq; & tyrocinia cogens, legiones augens iuuentutis ualidæ supplementis. Et rursus alibi: Parabantur nihilominus externorum atq; ciuilium instrumenta, & augebatur turmarum equestrium numerus. Pariq; studio supplementa legionibus scripta sunt, indictis per prouincias tyrocinijs, omnisq; ordo & professio uexabatur. Et iterum lib. 20, in epistola Iuliani ad Constantiū contexta, ubi milites ex Gallijs ad euocationē Constantij in orientē mittere recusabat, his uerbis: Hoc sanè sine ulla dubitatione firmauerim: tyrones ad peregrina ac lōginqua Galli mittere, diuturna perturbatione casibusq; uexati grauissimis, nec sua sponte poterunt, nec coacti, hæc ille. Adludit

Addicti militiæ qui.

Tyrocinia cogere & indicere.

A ludit huc deniq; Herodianus Græcus author, in historia Seueri Septimij, ut uersio habet: Eductis igitur militibus, ut ad iter se accingerent, cōtractisq; undiq; copijs, & delectu iuniorum tota Italia habito, simul reliquijs Illyrici exercitus, quæ in Thracia remanserāt, occurrere iussis. Non uidentur abhorrere ab huiusmodi tyrocinio, quæ scribit T. Liuius libro nono Decadis tertiæ ab initio, cum de Scipione loquitur: Ita trecētis Siculis Romani equites substituti, sine publica impensa docendorum atq; exercitandorū cura Siculorum habuerunt. Et rursus lib. 9 Decad. 1. In quas cum iussu Cōsulum, nec signo accepto uictores uadunt, malo tyrocinio imbuendū. hactenus Liuius. Cæterùm manet adhuc id nobis Germanis euocationis genus, tum uerò apud nos Austriacos potissimū, cum ingruente hoste, quintus, sextusq; & tertius ex rure euocatur: Gentiliter dicimus, **Wan man dem fünfften man/dem sechsten/vnd dem dritten auffbeütt.** Fuit eadem & apud Francos tuos, REX INVICTISSIME, consuetudo ita recepta, ut non dubitem à Romanis ad eos translatam esse. Ita enim ex legibus illorum Salicis licet intelligere, si in remotas regiones proficiscēdum erat, puta Hispaniam aut Auariā, quinq; Saxones sextū instruebāt: si contra Schlauinos, Bohemos, duo tertium instructū mittebant: si in Sorrabos, omnes uenire cogebantur. Sed placet, quę proposuimus hactenus, ueterum monumentorum inscriptionibus ex more confirmare.

Tyrocinium apud Liuium.

Francorum mos in euocatione.

Tipherni in Italia:

C. ANIVS C. F. POMP. GALLVS
DOMO ARRETIA LEG. IIII.
SCYTH. MILITAVIT IN PR. AN.
XXVII EVOC. AN. II. S. IN.
LEG. IIII. SCYTHIA, ANN.
B XXIIII. VIX. AN. LX. MERV.
AN. XXXVIII H. S. E. ATIME-
TVS L. EX TESTAMEN
TO F. C.

Auximi, in Italia:

C. OPPIO C. F. VEL. BASSO
P. P. P. C. PR. I. D. AVX. LEG.
IIII. FL. FEL. LEG. II TR. FOR.
EVOC. AVG. AB ACT. FORI-
BVS PR. PR. MIL. COH. II PR.
ET COH. XIII ET XIIII VRB.
OMNIBVS OFFICIIS IN CALI-
GA FVNCTO CENTVRIONES
LEG. II TRAIAN. FORTIS.

Romæ, in templo S. Sebastiani:

AELIAE MARCIANAE CONIVGI
DVLCISSIMAE ET INCOMPARA
BILI QVAE VIXIT AN. XVIIII
DIEBVS II. C. SEIVS MASCVLI
NVS EVOC. B. M. F.

Carinthia, ruderibus Soluensis coloniæ:

AD NAMATONIS F. ETRONIS
NBVS VLI. F. VXORI SEXTVS
ANTONINVS VERVS EVOCAT
ROMAE SPORT. M. S. XIII HAE
REDES V. F.

Cæterùm ritū ac rationes huiusmodi euocationis militaris scitè depingit Polybius in libello de Castrametatione Romana: Cum uerò militum delectū habituri sunt (inquit) cōsulari præditi magistratu prædicunt publicè diē, quo adesse oportebit Romanos omnes per ætatē ad arma idoneos. Atq; id singulis annis faciunt. Vbi uerò aduenit præstitutus dies, omnib. qui militiæ habiles sunt in urbē coeuntibus, atq; in Capitoliū congregatis, diuidunt seipsi iuniores tribuni, sicut populus Imperatoresúe instituerint, in quatuor partes: quoniā in quatuor ipsi legiones uniuersam primamq; partitionē copiarum distribuūt. Atq; hi qui primi quatuor electi sunt, primi legioni assignantur: tres, qui deinceps, secundæ legioni tribuuntur: quatuor subsequētes tertię, tres ultimi in quartā transferuntur. Ex prouectioribus uerò duos sanè primos primæ tribuunt legioni, tres secundos secundæ, duos subsequētes tertiæ, tres ultimos quartæ, ex prouectioribus inquā. Cum in hunc modum tribuni ordinati constitutiq; fuerint, ut omnes legiones æquales principes habeāt, &c. SCRIPTIO militaris sequitur, quæ ut quondā Romanis

Scriptio militaris.

V 2 fuerat,

fuerat, ita Germanis adhuc nobis in militũ inauguratione manet: sustinenturq́ꝫ A eam ob rem proprij notarij, in singulis cohortibus singuli, qui militũ catalogũ ac cuiusq́ꝫ ordinẽ, stipẽdio adnotato adseruãt. Meminit Appianus Alex. lib. 3. Ciuilis belli: Mos enim Romanis (inquit) in eorũ exercitibus olim fuit, singulatim per numerũ quosq́ꝫ describere, lege militari sortitos. Adludit huc & Liuius lib. 2. Decad. 3, ubi à magistro equitũ scriptionem fieri solitã refert: Fabianis duas legiones se adiecturũ ad Serueianũ exercitum dixit. His per magistrũ equitum scriptis, Tibur diem ad conueniendũ edixit. Et lib. 3 sequenti: Triginta millia peditũ, quatuor equitũ, arbitror ex Campania uos scripsisse: iam pecuniæ affatim esse, frumentiq́ꝫ. Et rursum: Dictator creatis magistratibus, Theanũ in hyberna ad exercitum redijt, relicto magistro equitũ Romæ, qui cum post paucos dies magistratũ inituros esset, de exercitibus scribendis cõparandisq́ꝫ in annũ patres cõsuleret. Idẽ lib. 6 Decad. 3: Dimissis Siculis Cãpanisq́ꝫ, delectus habitus. Scripto deinde exercitu, de remigũ supplemento agi cœptum. Idẽ lib. 2. Decad. 5: Delectus cõsules multo intentiorẽ quàm aliàs curã habebãt, Licinius ueteres quoq́ꝫ scribebat milites. Huc pertinet illud Cor. Taciti lib. 18, in fine, de Vitellij imperio loquẽtis. Insuper confusis prauitate uel ambitu, ordo militiæ, sedecim prætoriæ, quatuor urbanæ cohortes scribebantur, quîs singula millia inessent. Plus in eo delectu Valẽs audebat, tanquã ipsum Cecinnã periculo exemisset. Porrò scribebantur etiã milites ex libertinis, urgente necessitate: ut Velleius Paterculus, describens à Maroboduo belli illati terrorẽ: Habiti itaq́ꝫ (inquit) delectus, reuocati undiq́ꝫ & omnes ueterani uiri, fœminæq́ꝫ ex censu libertinorũ coacti dare militẽ. DELECTUS post scriptionẽ fiebat, numerum militũ industriãq́ꝫ ac arma, atq́ꝫ adeò ordinẽ cuiusq́ꝫ inspiciendo: quæ & ipsa ad nos cõsuetudo deflexit, sed in alium ritum detorsa manet in nostris, quas corruptè à monstratione Mustris uocamus. Romanæ quippe B reipub. delectus nõ eadem erat cõsuetudo. Pedes enim primis tẽporibus in iustitio recẽsebatur, & quidem à solo equitum magistro: deinde in lustris ciues Romani, qui militare ut possent, probati sunt à censoribus. Postea uerò ob bellorum frequentiã, quæ inferebantur Rom. pop. non solũ in iustitijs uacationũ indictarum, lustrisq́ꝫ quinquenniorũ miles conqueri cœptus est: uerumetiã missis in colonias & municipia inquisitoribus, iuniores omnes euocabantur, atq́ꝫ cõtracti in unum locũ ordine cùm à Censoribus in urbe, tum uerò extra, à quouis militiæ magistro, ut scripti erant, per locũ angustum trãsmittebantur, eo ipso ritu, qui hodie nobis Germanis perseuerat. Qui quidẽ delectus præcipuè in stipendiarijs, in uoluntarijs aũt ciuibusq́ꝫ ostensio in armis atq́ꝫ apparitio militaris cognominabaẽ, quãuis hæc ipsa sæpenumero cõfundantur. Atq́ꝫ is erat in peditatu recensendo mos. Alius in equitibus erat, & classiarijs. Quorũ hi quidẽ transuectionẽ, illi uerò decursionẽ habebant: hoc est, naues ordine transuehebanẽ, atq́ꝫ ita considerabatur eorũ qui inerant & uirtus & numerus. Equites quoq́ꝫ, ut in parentatione solebant, ad rogũ decurrentes sese ostendebant. De quibus omnibus dicendũ nobis ex fide historica, & breuiter & ordine erit. Atq́ꝫ de IUSTITIO, in quo primis tẽporibus milites delecti recensebantur à magistro equitũ, meminit T. Liuius lib. 6. Decad. 1: Placuit eiusdẽ auspicijs defendi remp. cuius recuperata esset, dictatoremq́ꝫ dici M. Furiũ Camillum. Is dictator C. Seruiliũ Halam magistrum equitũ dixit: Iustitioq́ꝫ indicto, delectũ iuniorũ habuit, ita ut seniores quoq́ꝫ, quibus aliquid roboris superesset, in uerba sua iuratos centuria, &c. Et iterũ: Se uerò bene sperare, patres & de bello & de pace, uniuersaq́ꝫ repub. erecti gaudio firmãt. Nec dictatore unq́ꝫ opus fore reip. si tales uiros in magistratu habeat, tam concordibus iunctos animis, parẽre atq́ꝫ imperare iuxtà paratos: laudemq́ꝫ cõferentes potius in mediũ, quàm

Delectus ueteris genera & modi.

Delectus in iustitio.

A quàm ex cõmuni ad se trahentes: iustitio indicto, delectuq; habito Furius ac Valerius ad Satricũ profecti sunt. Erat aũt iustitiũ Romanis (ne & illud ignoremus) iurisdictionis intermissio, quas uulgus Vacationes uocat. Cic. ad Att. lib. 4. Epistolarũ: Memmius aũt dirempta cõcione, inuicto Caluino planè refrixerat: & eo magis nunc concitare dictaturã, fauere iustitio & omniũ rerum licentiæ. Sic Gellius lib. 10. cap. 1. Veluti quoddam iustitiũ, id est, iuris inter eos quasi interstitionẽ quandam, & cessationẽ. Huc pertinet illud Liuij lib. 7. Decad. 1. Cũ de industria omnia, ne quid per plebeium consulẽ ageretur, proferrẽtur, silentiũ omnium rerum ac iustitio simile ociũ fuit. Cæterùm notandũ obiter hic est, non solũ huiusmodi uacationẽ iustitij ob delectus militares Romanis in usu fuisse, uerumetiã ob alias quasdã necessarias causas: uidelicet ob cõsulum absentiã, & prætorum, si bellis omnes simul occuparentur: quod secundo bello Punico subinde cõtigit. item, ob cladem quandam insignẽ, aut principis parentationẽ, funerisq; elationẽ, talis interdũ intermissio dicendi iuris & in urbe & in castris fiebat, iustitiumq; eadem originis ratione nominabatur. Hinc illud est Liuij: Ac propè iustum iustitiũ omnium rerum futurũ uidebatur, donec consul ad urbem redijsset. id est, omnia acta publica interim erant suspensa. Et iterum: Nunciata ea clades, maiorẽ quàm res erat, terrorẽ excitauit. nam ut exercitu delecto, ita iustitiũ indictũ. Huc pertinet illud Taciti lib. 1 historię August. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Blæso, qui fine Augusti, & initijs Tiberij auditis, ob iustitiũ aut gaudium intermiserat solita munia. Eo principio lasciuire miles, discordare, pessimi cuiusq; sermonibus præbere aures: deniq; luxũ & ocium cupere, disciplinã & laborẽ aspernari. Hæc ille, de iustitio. Sequitur secũdus modus delectus, quę erat LVSTRATIO: cuius quia generalis uox erat, ad supplicationes expiationesq;,

Iustitiũ Romanis quid fuerit.

Ob quas causas iustitij uacatio indicebatur Rom.

Lustratio militaris.

B & quinquennalem ciuium ostensionẽ extenta, his missis, ut in militia maneamus, propterea quòd res cunctas ab augurio sacrisq; Romani occiperent, nomenclaturã Delectus accepit: siue quòd, sicut in expiationibus sacris, singuli ordine purgabantur (ut Maro canit 6 Aeneidos,

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ
Lustrauitq; uiros, dixitq; nouissima uerba,)

ita similiter in militum delectu ordine singuli uocati recensebantur, digniq; militiæ Romanę, ut in altera sacris, efficiebantur. Quod cũ ita sit, tam larga postremò huius uocis metaphora sumpta est, ut quinquennali quoq; solennitati accõmodaretur, quod lustrum Romani, Olympiadem Græci dixerunt: quòd sub eodem tẽpore uidelicet omnium nomina, uitæq; rationes lustrando per capita tributim Romana in ditione exigerent. Porrò meminere lustrationis illius militaris Cic. lib. 1. de Diuinatione: Qui exercitu lustrato, cũ Aretium uersus castra mouisset, & cõtra Hannibalem legiones duceret. Cęsar 8 Gallici belli: Legionibusq; ex omnibus hybernis ad fines Treuirorũ euocatis, eò profectus est, ibiq; exercitum lustrauit. Huc faciũt loca Liuij, lib. 8 Decad. 4: Vere primo Ephesum consul uenit, acceptisq; copijs à L. Scipione, & exercitu lustrato, concionem apud milites habuit. Et rursus: Gallis responsum, cũ Eumenes rex uenisset, tum daturã ijs leges: ciuitatum legationes cum benignis responsis, lætiores etiã quàm uenerãt, dimissæ. Antiochi legati pecuniã in Pamphiliam, frumentaq; ex pacto cũ L. Scipione fœdere, iussi aduehere, eò se cũ exercitu uenturũ. Principio deinde ueris, lustrato exercitu profectus, die octauo Apameã uenit. Ibi triduum statiuis habitis, tertijs rursus ab Apamea castris in Pamphiliã, quò pecuniam frumentumq; regios conuehere iusserat, peruenit. Idem lib. 1 Dec. 5: Eodem paucis post diebus, C. Vale-

Quomodo lustratio in militiã transierit.

Loca authorũ de lustratione militari.

rius cõsul alter uenit. Ibi diuisis copŷs, priusquã digrederentur, cõmuniter ambo exercitus lustrauerunt. Accepit in hac significatione & Tacitus lib. 15: Tum lustratũ ritè (ait) exercitũ, ad concionem uocat, orditurq; magnifica de auspicŷs imperatorŷs, rebusq; à se gestis aduersus inscitiã Pæti. Meminit & Appianus Alex. lib. 4 Ciuilis belli: Tum ingẽtes copias Brutus & Cassius, ad Nigrũ sinũ recensentes, ad gerendũ bellũ processerũt, reliquis ad necessitates aliàs distributis. Lustrauere præterea exercitũ solito more: & ad ea quę polliciti fuerãt, qbusdã promissa dona tribuere, cũ pecunię magnitudine cõfiderent. Adludit ad hoc deniq; genus lustrationis & Herodianus lib. 6 historiæ Aug. de Alex. Cæsaris in Persas procinctu locutus: Cæterùm festinato itinere cũ Illyricas etiã gentes exercitusq; lustrasset, magnis inde quoq; uiribus collectis, Antiochiã contendit. Hæc ille. Et quia in lustrationis generib. sumus, nõ possum silentio transire, q & sicut lustrũ quinquennale illud censores cõdebant, ciuesq; in urbe recensebant primis tẽporibus: ita similiter militaris illa, de qua loquimur, lustratio inclinante siue progrediente Imperio ab eodẽ censorũ magistratu perficiebatur. De primo quidẽ extat locus apud Liuium lib. 9 Decad. 3: Lustrum conditũ serius, quia per prouincias dimisere runt censores, ut ciuium Romanorũ in exercitibus, quãtus ubiq; esset, referretur numerus. Censa cum ŷs 215 millia hominũ. Condidit lustrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarũ, quod nunquã antea factum erat, deferẽtibus censoribus censum receperũt. Subscribit Liuio, inclinãtis Imperŷ author, Trebellius Pollio uidelicet, qui in historia Valeriani Cæsaris, dũ epistolã Decŷ imperatoris ad Valerianũ recenset, cum ex Senatuscõsulto illi officiũ Censoris detulisset: Fœlicem te (inquit) Valeriane Senatus sentẽtia, immò animis atq; pectoribus totius orbis humani suscipe censurã, quã tibi detulit Romana resp. quã solus mereris, iudicaturus de moribus nostris: dũ æstimabis, qui manere in curia debẽt. Tu equestrem ordinẽ in antiquũ statum rediges: tu censibus modum pones: tu uectigalia firmabis, diuides statum, resp. recẽsebis. Tibi legũ scribendarũ authoritas dabĩt: tibi de ordinibus militũ iudicandũ est. Tu arma respicies: tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de præfectis eminẽtissimis iudicabis: excepto deniq; præfecto urbis Romæ, exceptis cõsulibus ordinarŷs, & sacrorũ rege, ac Maxima uirginũ Vestaliũ, (si tamẽ incorrupta permanebit) de omnibus sententiã feres. Hactenus ille, de lustratione à censoribus inclinãte etiamdũ Imperio obita. Nõ possum hic silentio trãsire genus quoddã lustrationis, quod in censu agendo adhibebatur, & Capitatio dicebatur, ad quã adludit Appianus Alex. lib. 2 Ciuilis belli: Cũ census populi describeretur, uix dimidiũ turbæ, quæ ante bellũ fuerat, inuentũ est. Meminit Marcellin. lib. 17. Iulianus eum sedatus leniens, scrupulose cõputando & uerè, docuit nõ sufficere solũ, uerumetiã exuperare capitationis calculũ, ad cõmeatuum necessarios apparatus. Huc alludit Euangeliũ Lucæ, cũ scribit, edictum exiuisse à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis, &c. Sequitur DELECTVS ostensionalis, quę & apparitio militaris, siue castrẽsis nuncupabatur: quẽadmodũ hodie adhuc à monstratione armorũ uidelicet & corporũ, monstrã Itali, & Germani corruptè Mustrã appellãt. Quę similiter, ut nunc quoq;, uel in prima militũ inscriptione adhibebãt, uel post prælia oppugnationesq;, aut luem aliquã militibus desideratis. Liuius lib. 1. Dec. 3: Paulisper tamẽ affectos animos creauit repentina profectio Annibalis in Oretanos, Carpitanosq;. qui duo populi, delectus acerbitate cõsternati, retentis cõquisitoribus, metũ defectionis cũ præbuissent. Et iterũ: Partim distribui per Aphricã iubet, simul conquisitoribus in ciuitates missis, quatuor millia scripta delectę iuuentutis. Idẽ lib. 2 eiusdẽ Dec. Dum cõsul placandis Romę dŷs, habẽdoq; delectu dat operã, Hannibal profectus ex hybernis

Lustratio utraque à censoribus fiebat.

Capitatio.

Delectus ostensionalis, id est, monstra.

A bernis eſt. Et iterũ lib. 5 eiuſdẽ: Idẽ negociũ P. Corn. datũ, cui & delectus mandatus erat. Isq; per fora cõciliabulaq; edixit, ut cõquiſitio Volonũ fieret, ijq; ad ſigna reducerent. Idẽ lib. 1. quintæ Dec. Duas præterea legiones cõſules ſcribere iuſsi, cũ iſto numero peditũ equitumq;, & decẽ milia peditũ ſocijs imperare, & ſexcentos equites. Delectus cõſulibus eo difficilior erat, q̃ peſtilentia, quæ priore anno in boues ingruerat, eò uerteret in hominũ morbos, qui inciderãt. Et rurſus lib. 2. eiuſdẽ Decad. Delectus cõſules multo intentiorẽ q̃ aliàs, curã habebant. Licinius ueteres quoq; ſcribebat milites, centurionesq;. Et multi uoluntate nomina dabant. Huc pertinet illud Cæſaris lib. 5 Gallici belli: Nam Cn. Pompeius legionẽ primã quam ad Cæſarẽ miſerat, confectã ex delectu prouinciæ. Et rurſus lib. 5 Ciuilis belli: Priore enim anno propter aduerſariorũ delectus, qui ſtipendiarij, aratores, milites eſſent facti, meſſem nõ eſſe factã. Sic Cor. Tacitus lib. 14 hiſtoriȩ Auguſtæ: Motus Senatu & Pedius Blȩſus, accuſantibus Cyrenẽſibus, uiolatũ ab eo theſaurũ Aeſculapij, delectũq; militarẽ precio & ambitione corruptũ. Et rurſus lib. 16: Eodẽ anno delectus per Galliã Narbonenſem, Aphricamq; & Aſiam habiti ſunt, ſupplendis Illyrici legionibus, ex quib. ætate & ualetudine feſsi ſacramento ſoluebantur. Adludit ad hoc genus recenſorum militũ & Herodianus lib. 6. cum de Alex. Cȩſaris in Perſas apparatu ſcribit: Igit̃ in Italia prouincijsq; reliquis, delectus habebantur cunctorum, qui uel habitudine corporis, uel ætatis uigore, idonei fore ad pugnã uiderentur. Motusq; ingens omnibus Romani imperij regionibus extitit, delectibus habẽdis. Spartianus in Adriani hiſtoria: Hiſpanias petijt, & Tarraconæ hyemauit, ubi ſumptu ſuo ædẽ Auguſti reſtituit, omnibus Hiſpanis Tarraconẽ in conuentũ uocatis: Delectumq; iocularitet (ut uerba ipſa ponit Marius Maximus) detrectantibus Italicis uehementiſsimè, cæteris prudenter
B & cautè cõſuluit. Et ſic intelligitur illud Plinij lib. 33, cum ait: Vt è quinq; liberis, ſenectuti ſuæ in delectu ſaltẽ unus concederetur. Atq; hæc quidẽ priorum ætatũ Imperij authores protulerunt. At inclinante ea rep. nõ ſolum delectũ, huiuſmodi militum luſtrationẽ, ſcriptores appellant, uerumetiã expreſſè uel oſtenſionem in armis, uel apparitionẽ militarem nominant. Sic Marcellinus lib. 17. laudato firmatoq; concordi omniũ uoluntate conſilio, conuerſisq; uniuerſis ad ea quæ erãt citius cõgerenda, cõmeatus, milites, arma, cæteraq; inſtrumẽta quȩ poſcebat procinctus aduentans, perpetua hyeme parantur. Nos interea pauliſper cis Taurum morati ex imperio, ad partes Italiæ uenientes, feſtinantes prope flumen uenimus Hebrũ, ex Odryſarũ montibus decurrentẽ. Ibiq; principis ſcripta ſuſcepimus, iubentia omni cauſatione poſthabita, reuerti Meſopotamiam, ſine apparitione, nullam expeditionem curaturi moleſtam. Idem libro 24. Laxatis cuneis iumenta dilatauit, & homines, ut decimo penè lapide poſtremi diſpararentur à ſigniferis primis. Quod arte mira ſæpe feciſſe Pyrrhus ille rex dicitur Epirotes, opportunis in locis caſtrametandi, armorumq; ſpeciem diffundendi ex induſtria, uel attenuandi perquàm ſcientiſsimus, ut ubi ueniſſet, plures æſtimarẽtur, aut pauci. Sarcinas uerò & calones, & apparitionẽ imbellẽ, impedimentorũq; genus omne, inter utrumq; latus inſtituit. Porrò pertinẽt ad delectus rationẽ & quæ idẽ author lib. 26 ſcribit: Néue armatorũ mobilitas ſȩpe uerſabilis præſentiũ quendã inclinaret arbitrũ, attentè prouidebat Equitius, & cũ eo Leo, adhuc Dagalaypho magiſtro equitũ, rationes numerorũ militariũ tractans, exitialis poſtea magiſter officiorũ. Videt̃ pertinere ad huiuſmodi ſcriptionẽ militarẽ, quȩ ſcribit Polybius de caſtrametatione Romana. Nam cũ tribunorũ electionẽ à populo magiſtratuq; publicè factã cõmemoraſſet, de qua paragrapho ſuperiori ex eiuſdẽ eſt dictũ authoritate, ſubdit poſtea: Poſt hæc ſeorſim cuiuſq; legionis tribuni ſedentes, tribus ſingulatim

Apparitio militaris.

tim in legiones sortiuntur, aduocantq́ quã sors assiduè prætulit, atq; ex ea eligũt quatuor adolescentes ætate & corporis habitu quàm simillimos: productisq́ ijs optionẽ faciunt, primi primæ legionis tribuni, secundi secundæ, tertij tertiæ, postremi quartæ. Rursus quatuor alijs productis, primi optionem faciunt secundæ legionis tribuni, & sic deinceps, ultimi aũt primæ. Post hos alijs quatuor productis primi accipiunt tertiæ legionis tribuni, postremi secundæ: semperq́ in hunc modum ad portionẽ, atq; ambitu quidẽ facta electione, accidit ut pares in legiones singulas uiri distribuantur. Non possum hic transire, quod Lampridius in Alex. scribit de militibus ostensionalibus: Milites quos ostensionales uocant, nõ preciosis, sed speciosis clarisq́ uestibus ornabat: nec multũ insignibus, aut ad apparatũ regiũ auri aut serici deputabat, dicẽs Imperiũ in uirtute esse, nõ in decore. Sed placet ex instituto nostro, & hãc sermonis nostri partẽ exẽplis uetustatis adornare, quę ex his quę præmisimus iam sanè etiam atq; etiam rectius intelligẽtur: A

Milites ostensionales.

Aquileiæ:

IMP. CAES. INVICTVS AVG. AQVILEIENSIVM RESTITVTOR ET CONDITOR. VIAM QVOQ. GEMINAM A PORTA VSQ. AD PONTEM PER TYRONES IVVENTVT. NOVAE ITALICAE SVAE DELECTVS LONGI TEMPORIS LABE CORRVPTAM, MVNIVIT ET RESTITVIT.

Romæ in porticu templi S. Gregorij:

TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII, FACTA HOMINVM ARMIGERORVM OSTENSIONE IN ROMA, SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA LXXXXVII MIL. X.

Atq; hactenus de eo quẽ in peditibus recensendis adhibuerũt Romani, more, dictũ sit. Superest, ut etiã equestris, classicæq́ militiæ rationes eo in genere exequamur. Dictũ est aũt suprà, q decursione equites in militia lustrabantur, & trãsuectione classiarij. DECVRSIO igitur quia nõ unius generis erat, neq; uno tantũ casu usurpabaẽ, paulo altiorẽ distinctionẽ requirit. Quippe alia erat decursio funebris ad rogũ defuncti facta ab equitibus, alia decursio ludicra in publica lętitia & ludis adhibita: tertia erat militaris siue lustratoria, de qua dicere occœpimus. In singulis quidem harũ eques armis & equo instructus, manu sociorũ comitãte, tanq; in prodromo, ad scopum quendam siue metam decurrere solebat. Sed in funere quidem ad rogũ adigebantur equi. In ludicra etiã pedes, scutis supra se in formã testudinis densatis, procurrebat. in militari deniq; equites, ut erant in turmas alasq́ diuisi, cum suis uexillis ad castrũ uallum'ue cursum instituebant: lustrantibus interim atq; oculis circunspicientibus, & equorũ in cursu & hominũ in sedendo armandoq́ industriã atq; agilitatem, ipsis ducibus. Damus uerò hic decursionis illius iconem lectori, ut ex saxo ueteri Romanæ inscriptiõis delineauimus. De decursione militari Tacitus lib. 3. Sed si licẽtia adsit, sæuum, ambitiosum, potestatis auidum, incedere inter milites, habere ad manum centuriones, præsedisse nuper feminã exercitio cohortium, decursu legionum, &c. Extant porrò omniũ harum, quas memorauimus, decursionũ authoritates apud classicos historiæ authores. De FVNEBRI DECVRSIONE meminit Liuius lib. 5. Dec. 3, cũ Gracchi procõsulis ab Hannibale interfecti parentationẽ & exequias describit: Alij ab Hãnibale (& ea uulgatior fama est) in uestibulo pinnarum castrorum, rogum extructum esse, armatũ exercitum B

Decursio qualis.



A citum decurrisse cum tripudijs Hispanorũ, motibusq́ armorum & corporũ suæ cuicq́ genti assuetis, ipso Hannibale omni rerum uerborumq́ honore exequias celebrante. Huc pertinet illud Appiani Alex. lib. 1 Ciuilis belli, cum Syllæ mortem describit: Lecticã subiere potentiores (inquit) ex Senatu omni, ijdemq́ campo Martio intulere, quo in loco Reges duntaxat humari consueuerant: Equites uniuersusq́ exercitus circa pyrã cucurrit. Huc quoq́ alludit Maro lib. 11. Aeneid. Decursio funebris qualis.

Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon,
Constituere pyras. huc corpora quisq́ suorum,
More tulere patrum, subiectisq́ ignibus atris,
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, ululatusq́ ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis, sparguntur & arma:
It cœlo clamorq́ uirûm, clangorq́ tubarum.

Porrò intelligit huiusmodi decursionem equitum, Polybius in eo libello quẽ de Romana castrametatione reliquit: His ita distributis, inquit, equites antiquitùs sanè posteriores peditibus legionarijs solebant recensere: nunc uerò priores, censusq́ eorũ habita ratione, ditiores à censore deliguntur, describuntq́ trecentos in singulas legiones. Præterea decursionem ludicrã duplicem ei fuisse reip. inuenio: alterã equestrem in ludo Troiano, & alteram pedestrẽ in Circẽsibus. De prima est accipendus locus Suetonij in Caligula: Edidit (inquit) Circenses plurimos à mane usq́ ad uesperas, interiecta modò Africanarum uenatione, modò Troiana decursione. hæc ille. Plura lege libro 11 huius Operis, ubi ex professo & prolixè de hoc ludicro tractamus. Atqui alterius pedestris decursionis in Circẽsibus, mentionẽ facit T. Liuius lib. 4. Decad. 5, in Macedonici belli descriptione: Iuuenes etiam quidã Romani, ludicro Circensi ad usum belli uerso, partẽ humillimã muri cæperũt. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentiũ circum complendi, uaria spectaculorũ cõquirere genera. Nec semel quadrigis, semel desultore misso, uix unius horæ tẽpus utrumq́ curriculum complebat. Inter cætera sexageni fermè iuuenes, interdum plures apparitoribus ludi armati inducebantur. Horum inductio in parte simulachrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegãtioris exercitij, quàm militaris artis, propiorq́ gladiatoriũ armorum usum cum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis supra capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertijs magis, & quartis: postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta ædificiorũ sunt, testudinem faciebãt. Hinc quinquaginta fermè pedum spacia distantes duo armati procurrebãt, coniunctiq́ inter se, ab ima in summam testudinẽ per densata scuta cũ euasissent, nunc ueluti propugnantes per oras extremę testudinis, nunc in media inter se cõcurrentes, haud secus quàm stabili solo persultabant. Hac testudine humillima muri parte admota, cum armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabantur: depulsisq́ his in urbem, duorum signorum milites transcenderunt. Id tantũ dissimile fuit, quod & in fronte extrema, & ex lateribus soli habebant super capita elata scuta, ne nudarent corpora, sed prætecta pugnantium more. ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes læserunt, & testudine iniecta imbris in modum, ludicro fastigio innoxiè ad imum labebantur. Hæc Liuius, de ludicra peditum decursione: cuius ad nos umbra quoq́ peruenit, quo passim ludentes exercitãtur, cum alius super alium saltat. Potuit uerò hinc

Decursio ludicra.

B

rò hinc quoq; manasse aliud ludicri nostratis genus, quo in Saturnalibus passim pueri utuntur, gladijs strictis choream ducentes, ac postea facta testudine sibi mutuò insilientes: uulgò der Rayffdantz. Meminit huiusmodi ludicræ decursionis, Aulus Gellius quoq; libro Noctium Atticarũ 7. cap. 3. Sed non perinde ut in decursibus ludicris, aut simulachris præliorum uoluptarijs fieri uidemus, nõ inquã distinctè nimis ac comptè atq; modulatè res acta est: sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa acies est, multisq; locis Marte uario pugnatur. Cæterùm cõmonefaciendus hic mihi lector est, tria fuisse ludicrę decursionis genera. Primum cuius iconẽ dedimus, & quam locus Liuij adductus delineat, nostro seculo inter ludos domesticos recepta, uulgò ain Zigayner/ain rayffdantz/ain maruſſkhadantz. Secundũ genus ludicrę decursionis, uel exercitij genus ad palũ & sudes fiebat, cuius meminit Vegetius lib. 2 de Re militari, cap. 23. Ad palũ quoq; uel sudes iuniores exerceri percõmodum est, cum latera uel pedes aut caput petere, punctim cæsimq; condiscant. Saltus quoq; atq; ictus facere pariter assuescãt, insurgere tripudiantes in clypeum, rursusq; subsidere, nunc gestiẽdo prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire: missilibus etiã palos ipsos procul ferire meditẽtur, ut & ars dirigẽdi, & dextræ uirtus possit accrescere. Sagittarij uerò uel funditores scopas, hoc est, fruticum uel straminum fasces pro signo ponebãt, ita ut sexcentis pedibus remouerentur à signo, ut sagittis uel certè lapidibus ex fustibalo destinatis signum sæpius tangerent. propterea sine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo fecerant. Hinc succedit tertium genus ludicræ decursionis, quæ propriè Exercitium armaturę, eductio in campum, uel campicursio nominatur, quam Fla. Vegetius lib. 1 Rei militaris cap. 27 in hunc modum describit: Præterea & uetus consuetudo permansit, & diui Augusti atq; Hadriani constitutionibus præcauetur, ut ter in mense tam equites quàm pedites educantur ambulatũ: hoc enim uerbo hoc exercendi genus nominant. Decem milia passuum armati instructiq; omnibus telis pedites, militari gradu ire ac redire iubebantur in castra, ita ut aliquã itineris partem cursu alacriore conficerent. Equites quoq; diuisi per turmas, armatiq; similiter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequerentur, interdum cederẽt, & recursu quodam impetus repararent. Non solum aũt in campis, sed etiam in cliuosis & arduis locis, & ascendere & descendere utraq; acies cogebatur: ut nulla res uel casus prorsus pugnantibus posset accidere, quam nõ antè boni milites assidua exercitatione didicissent. Idem lib. 2 cap. 23 huius generis meminit exercitij: Militaris legionis ordinatione digesta, ait, ad exercitium reuertamur, unde (sicut iam dictũ est) exercitus nomẽ accepit. Iuniores quidem & noui milites, manè & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum: ueteres aũt & eruditi sine intermissione semel in die exercebantur armis. Neq; enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicã tradit: sed post quanta uolueris stipendia, inexercitatus miles semper est tyro. Idcirco armaturam quæ festis diebus exhibetur, non tantum qui sub campiductore sunt, sed omnes æqualiter contubernales quotidiana meditatione discebant, & corporis uelocitatem. Nam & uelocitas usu ipso acquiritur corporis, & scientia feriendi hostem, seq; protegendi, præsertim si gladijs comminus dimicetur. Illud uerò maius est, ut seruare ordines discant, ut uexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitentur. Idẽ lib. 3. cap. 4. ubi docet quo pacto seditiones militũ in castris possint præuideri: Cui uulneri (ait) multiplex medicina cõsueuit opponi, ut dum adhuc separati sunt in sedib. suis tribunorũ uel uicariorum, nec nõ etiã principũ, ad omnem disciplinã arctissima seueritate teneant: nihilq; aliud nisi deuotionẽ moderationemq; custodiant, campicursionẽ (ut appellant)

Ad palum exercitatio. *Campicursio tyronij.* *Exercitus etymon.* *Diebus festis exercebantur milites.*

A B

A lant) inſpectionemq́ armorum aſsiduè faciant. Et iterum capite nono eiuſdem: Ad præcepta uel nutũ ſuum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus, exerceantur atq; doceantur, quamdiu poſſunt eſſe perfecti. Si uerò in campicurſione, in ſagittando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi, nec ſic quidem temerè occaſione captata, ad publicam deducendi ſunt pugnam, ſed ante minoribus prælijs imbuẽdi. Hactenus Vegetius de Campicurſione, uel exercitio militari: quod qua arte, quóue artificio à campiductore, uel tribunis principibus centurionibusq́ fuerit adminiſtratum, docet copioſe Aelianus in libello de Inſtruendis aciebus, ex euentu neceſsitateq́ artẽ efficiens. quem locũ non grauabor inſerere. Sequitur, ut quemadmodum ordines conuerti ex ſuo loco, ſuæq́ inſtructioni reſtitui debeãt, doceamus. Cum itaq; ordines cõuerti in haſtam aſſueſcere uolumus, præcipitur, decuriã dextri extremi quieſcere, cæteras omnes per ſingulas declinare in haſtã, dextrorſumq́ procedere, tum reddere in arrectũ. Deinde iuga poſteriora colligere, atq; ità denſato milite conuerti in haſtã. Quo facto, ſi reſtitui ſuum in locũ placuerit, uidemur immutari ad ſcutum; hoc eſt, quemcunq; in locũ uergere auerſum. Tum ordinẽ totum reuerti, hoc eſt, quemadmodũ milite obdenſato cõuerſus ſpectauit dextrorſum, ita totũ transferri in locum unde conuerti incœperat. Mox decuriones quieſcant, reliqui procedant per iuga, deinde immutentur, ut uergant quorſum principiò ſpectabant. Tum decuria dextri extremi quieſcat (hæc enim ſuum iam obtinet locum) reliquę omnes ad ſcutum declinent, & procedentes reſtituantur. Ad poſtremum, ſurſum præcipitur. Itaq; ſuum quiſq; recipit locum, & ſeruat. At ſi conuertere ordinem ad ſcutum uelimus, præcipitur, decuriã lęui extremi quieſcere, reliquos omnes declinare in ſcutum, ſiniſtrorſumq́ procedere, tum reddere in arrectum: deinde iuga poſteriora colligere, mox ad ſcutum conuerti, ut iam actum ſit quod uoluerimus. Hinc ſi

Artificiũ campicurſionis.

B reſtituere placet, non ſecus quàm illos in haſtam conuerſos reſtituemus. quippe qui rurſus quemq; in haſtam immutari præcipiemus, deinde ordinem reuerti, mox decuriones quieſcere, & reliquos omnes procedere per iuga, tum immutari: poſtmodum decuriam lęui extremi quieſcere, utpote ſuum iam locum obtinentem: reliquas declinantes in haſtam procedere, dum iuſta recipiant interualla: ad poſtremum, reddere in arrectum, atq; ita omnes ſuum locum recipient. Si autem inflectere ad haſtam placuerit, duas ſimul conuerſiones ordinis faciemus. Itaq; efficietur, ut decuriones à proſpectu aduerſo in aduerſum per ordinis immutationem tranſeant. At cum reſtituere uolumus, præcipitur item ad haſtam inflectere, hoc eſt, duas item conuerſiones ibidem ordinibus dare. Ita enim fit, ut eòdem ſpectent decuriones, quorſum principiò conſtituti ſpectabant, antequam ulla inflexio fieret. Hæc cum fecerimus, decuriones quieſcere præcipiemus, reliquos immutatos iuga relaxare poſteriora, tum rurſus mutari, & ordinis poſtremam decuriam dextram quieſcere. Iam enim hæc ſuum in locum reſtituta eſt: reliquos declinare in ſcutum, procedere, & ſuis interuallis reſtitui, mox reddere in arrectum, itaq; ordines primum ſuumq́ locum recipient. Sed ſi inflectere ad ſcutum uelimus, præceptis utemur contrarijs: hoc eſt, bis inflecti in ſcutum: quo facto, reſtitutionem agemus. quod ex his quæ modò expoſui, apertum iam eſt. Deflexio agitur, cum ordinem ter partem uerſus eandem conuertimus: hoc eſt, aut in haſtam, aut in ſcutum. Facit porrò inflexio in haſtam, ut militum ora transferantur à parte primore ad poſteriorem. Deflexio autem facit, ut à primore uel ad læuam deueniant, uel ad dextram. Nam ſi ad haſtam deflectitur, in læuam transfertur: ſi ad ſcutum, in dextram. Si phalangem denſari cornu uerſus dextrum placuerit, præcipiemus, decuriam cornu dextri quieſcere, reliquas

autem

autem declinari in hastam, atq; in dextram colligere, tum reddere in arrectum, & iuga posteriora colligere. cum autem restituere libet, quiescere decuriones præcipiemus, reliquos immutari, & iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari, mox decuriam cornu dextri quiescere (iam enim restitutum in dextra est) reliqui in scutum declinēt, suosq; duces sequantur, & primis interuallis receptis reddant in arrectum. Si aūt cornu uersus sinistrum densari phalangē libuerit, præceptis contrarijs utemur. Mediam item phalangē si densari placuerit, præcipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum, læuam ad hastam, tum procedere mediā uersus phalangem, mox omnes reddere in arrectum, iugaq; posteriora colligere. At si phalangē primis restituere locis uelimus, præcipitur immutari, & per iuga procedere, excepto primo: tum omnes rursus mutari, & dextram duplarem phalangem declinare in hastam læuam, aut in scutum: mox sectari suos ductores, donec ad prima deueniat interualla, deinde reddere in arrectum. Sed quoties immutatur, si per densationē agitur, erecta teneri spicula omnia, ne impediant, conuenit. Iis eisdem exercitijs ac præceptis leuis quoq; armatura instituenda, erudiendaq; est. Sunt autem præcepta hæc, immutationum, conuersionū, inflectionum, euolutionum & restitutionū, utilia ad subitos hostium superuentus, quos uel à latere, uel à fronte intulerit. Hactenus Aelianus: quæ tum ad campicursionem, tum non ineptè ad ludicre primum genus, cuius Liuius meminit, præcepta pertinere ac facere uidentur. **Also verdraet man sich auch / vnd laufft hin vnd her / vnd khumbt widerumb zů der ersten stell / im Marusthadantz.** Sed satis de illo genere decursionis. Sequitur tertiū genus, DECVRSIO MILITARIS, de qua & prçcipuè hocce Capite dicere instituimus. Quā Romani nō magis ad recēsendos milites, quàm ad eos exercēdos, & ad pugnā assuefaciendos, excogitauere, & quā Vegetius lib. 2. de Re militari inter militares exercitationes cōmemorat, docens equites ad decursionē cum præuio tibicine egressos, admonēte etiam tibicine regressos. Scribit Liuius præterea lib. 4 ab Vrbe, morē Romanis fuisse lustrationis: Quo sacro peracto, decurrere exercitū, & diuisas bifariam duas acies cōcurrere solitas fuisse ad simulachrū pugnæ. Id si uerum est, superest equidem & illius nobis exercitij uestigiū quoddā. Scriptis enim copijs solemus, & habito delectu, omnes cohortes quæ ad bellum certū destinantur, in campum producere. ibi in duas acies diuisus exercitus, pugnæ imaginē concurrens edit: gentilitia lingua uocamus, **Sich in ayner schlachtordnung probiern.** Meminit uerò huius exercitij militaris, ac prçcipuè equestris, maximus authorum M. Tullius Cicero, libro undecimo Epistolarum familiariū: Necesse est (ait) Antonius Apenino Alpibusq; se teneat, & decursionibus per equites quos habet multos. Meminit illius subinde & T. Liuius, præcipuus Romana in historia author, qui lib. 3 Decad. 3: Interim T. Sempronius consul Romanus Sinuessæ, quò ad cōueniendum diem edixerat, exercitu lustrato transgressus Vulturnū amnem, circa Linternum castra posuit. Ibi quia ociosa statiua erant, crebrò decurrere milites cogebat, ut tyrones (ea maxima pars uolonum erant) assuescerent signa sequi, & in acie cognoscere ordines suos. Idem libro quarto eiusdem Decadis: Et Statorius ex multa iuuētute Regi pedites cōscripsit, ordinatosq; proximè morem Romanū, instruendo & decurrendo, signa sequi, & seruare ordines docuit. Et lib. 6 iterum de Scipione Aphricano scribens, & nouę Carthaginis expugnatione: Primo die (inquit) legiones in armis, quatuor milliū spacio decurrerūt: secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit: tertio die sudibus inter se, in modum iustæ pugnæ concurrerunt, præpilatisq; missilibus iaculati sunt: quarto die quies data, quinto iterum in armis decursum est. Meminit eiusdem & Cor. Tacitus libro secūdo: Nec Plancina

Decursio militaris quæ fuerit.

A se intra decora fœminarum tenebat, sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse, in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere, &c. Huc pertinent illa Suetonij in Nerone: Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit, indicta decursione prætorianis, scuta sua manu prætulit. Idem in Galbę historia: Ipse maximè insignis, quòd campestrem decursionem scuto moderatus esset, ad Essedũ Imperatoris, per uiginti passuũ millia cucurrit. Ad huiusmodi decursionem alludit etiam Lampridius in uita Alexãdri Cæsaris, his uerbis: Alexander igitur, cui Mammea mater fuit, à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam ciuilibus quàm militaribus, ne unum quidem diem sponte transire passus est, quo se nõ & ad literas & ad militiam exerceret. Sic Capitolinus in Maximinis, cũ de quarta legione Maximino cõmissa loquitur: Accepta igitur legione (inquit) statim eam exercere cœpit. quinto quoq; die iubebat milites decurrere, simulachra bellorũ agere, gladios, loricas, galeas, scuta, tunicas, & omnia arma illorũ quotidie inspicere. Huc facit deniq;, quod Herodianus lib. 6 historię Augustæ scribit, de Maximo ad imperiũ postulato: Cum igitur frequẽtes in campum cõuenissent, uenienti de more ad exercendos tyrones, Maximo (dubiũ) ignaro, an re prius cõposita, purpurã circundant, Imperatoréq; salutãt. Et sic intelligitur illud Claudiani carmẽ, q̃d in sextũ Honorij cõsulatũ luculentissimũ scripsit:

Hic & belligeros exercuit area lusus: Descriptio decursionis pedestris Romanæ.
Armatos hic sæpe choros, certáq; uagandi
Textas lege fugas, inconfusósq; recursus,
Et pulchras errorum artes, iocundáq; Martis
Cernimus, insonuit cum uerbere signa magister:
Mutatos edunt pariter tunc pectora motus.
B *In latus inlisis clypeis, aut rursus in altum*
Vibratis, grauè parma sonat, mucronis acutum
Murmur, & umbonum pulsu modulante resultans.
Ferreus alterno concentus clauditur ense.
Unà omnis submissa phalanx, tantáq; salutant
Te princeps galeæ: partitis inde cateruis
In uarios docto discurritur ordine gyros.
Quos neq; semiferi Gortynia tecta iuuenci,
Flumina nec crebro uincant Mæandria flexu,
Discreto reuoluta gradu. torquentur in orbes
Agmina, perpetuúsq; immoto cardine claustris
Ianus bella premens, læta sub imagine pugnæ
Armorum innocuos paci largitur honores.

Quibus ex locis liquet, decursionem talem magis pro exercitio, quàm delectu militum institutũ, ut Vegetius etiã scribit. Ad quã Liuius deniq; alludit lib. 7 primę Decad. Non aliàs militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militũ haud grauatè obeundo: in ludo præterea militari, cum uelocitatis uiriumq; inter se æquales certamina ineant, comiter facilis uincere ac uinci uultu eodem. Et quia de Decursione nobis sermo fuit, adnotandum & hoc obiter est, locum, in quo huiuscemodi decursio fieri consueuerat, Græcis quidem κατάδρομον, Latinis decursorium, siue peculiari uoce DIRIBATORIVM appellatũ fuisse. Quos secuti Francì tui, REX INVICTISS. eundem decursionis locũ posterius in ædes ob nimiam familiaritatem adscitũ, Torneamentum & Turnizũ, à ludis arbitror Troianis nuncupauerunt. Quemadmodũ in hanc usq; diem nullam regiam, nullamq; Diribatoriũ.

Turnizarum origo in castris. arcem esse uidemus, quę non huiusmodi locum aliquem amplum haberet, in quo A
maiores nostri Turnizare, hoc est decurrere solebant, & in armis se exercere.
Torneamentorum origo. Atque ea uera est TORNEAMENTORUM origo, à Frācis quidē ad nos deuoluta, sed quā Franci rursus à Romanis accepere. Porrò primùm diribatorium à M. Marcello Romę extructum fuisse inuenio: quemadmodum morem eum primus iterum nobis Germanis Henricus Auceps reddidit, decursorio siue diribatorio in Mersburgo Saxoniæ designato nobilitati. Meminit Cicero de Reditu suo ad Senatū: Quando (inquit) ulla dignitate, tot rogatores, diribatoresque, custodesque uidistis? quasi diceret, diuisores, qui uiritim pecuniam diuiderent. Sic Plinius lib. 16 scribit: Quę diribatorio superfuerat uiginti pedibus breuior. Apuleius lib. 2 Aurei asini: Diribatores plusculi splendidè cincti, fercula copiosa scitulè subministrata. Meminit huius uocis & Marcellinus lib. 18 historiæ suæ: Dum hæc in castris Constantij quasi per lustra aguntur, & scenam & diribatores, uenundatę subitæ potestatis precium per potiores diffunditāt domos, Antoninus ad regis hyberna perductus auēter suscipitur. Adludit ad huiusmodi locū Suetonius in Nerone: Ex utroque ordine & sexu pleraque ludicra partes sustinuerunt. Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit. Meminerūt & Iureconsulti titulo de Actionibus emphyt. Nam si periculosum est (inquiunt) ante uenditionem facere solitus est, culpa tua id factum esse uidebitur. Puta enim eum fuisse seruum, qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Atque hactenus & de Decursorio, & de decursione, tam pedestri quàm
Decursio naualis. equestri. Fuisse autem decursionem suam & classiarijs, quæ proprio uocabulo TRANSVECTIO nominabatur, ex his T. Liuij uerbis apparet, quę lib. 4 Decad. 3 leguntur: Sub idem ferè tempus & naues longæ quinque & quinquaginta Carthaginensium cum Bomilcare classis præfecto in magnum portum Syracusis ex B
alto decurrere. Et iterum lib. 6: Remigum classici milites tranquillum in altum euecti, agilitate nauium simulachrum naualis pugnæ experiebantur. Et iterum libro nono eiusdem, ad hanc alludit decursionem: Quo die uenerunt, hospitio comiter accepti, postero die terrestrem naualemque exercitus, non instructos modò, sed his decurrentes classem in portu, simulachrum & ipsam edentem naualis pu-
Transuectio equestris. gnæ ostendit. Atque hæc unum transuectionis genus erat, sociorum naualium. Alterum uerò equitum erat, de quo Dionysius in 6 Antiquitatum scribit: In honorem apparitionis castrorum, eiusque uictorię quæ ad lacum Regillum parta est, equites in equis sedentes, transuehi incipientes à templo non Honoris, sed Martis extramurano: pergentesque per forum iuxta ædem Castoris, substitere. Addit quoque, hanc trāsuectionem Idibus Quintilibus fieri solitam, quo die apud lacum Regillum prosperè erat pugnatum, Castore & Polluce auxiliantibus. Atque hæc transuectio postea in consuetudinem abijt, ut post partam insignem uictoriā, oliuarū ramis coronati, atque trabeis puniceis induti equites, ita trāsueherentur, secū gestantes ornamenta præmiaque cuncta fortitudinis, & quæcunque in prælio ob rem bene gestam erant à ductoribus suis consecuti. Huius ritus meminit Suetonius in Augusto, cap. de Bellica uirtute per eum honorata: Equitum turmas frequenter recognouit, post longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque detrahi quenquam in transuehendo ab accusatore passus est, quod antea fieri solebat. Et sic intelligendus est locus Valerij Maximi lib. 2. de Institutis antiquis: Equestris uerò ordinis iuuentus omnibus annis bis urbē spectaculo sui sub magnis authoribus celebrat, die Lupercalium & equitum probatione. Et subdit: Trabeatos uerò equites Idibus Iulij Q. Fabius transuehi instituit. Commemorat hunc morem & Plinius lib. 15 Naturalis historiæ: Et Fabium Rutilianum

(scribens)

A (scribens) qui semper Idibus Quintilibus, &c. Liuius denique sub finem libri noni Decad. 1. Fabium Maximum huius rei authorem fuisse scribit. Ab eo (inquit) institutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus transueherentur. Et quia in ueteribus ceremonijs Romanorum hic sumus, uenit mihi in mentem & alterius ritus, qui equestri ordini proprius erat. De quo scribit Plutarchus in Põpeio: Moris scilicet fuisse P. R. ut equites peracta legitima militia, equos per medium forum ducerent, corã censoribus, illisque recenserent Duces & Imperatores sub quibus militassent. Quo in loco censores quemlibet notabant uel laude, uel infamia, iuxta meritum cuiusque. Atque isthic equi adimebantur, quæ erat insignis equestris ordinis nota, de qua paulo pòst dicetur. Atque ad id genus consuetudinis adludit Suetonius in Augusto, cap. de Bellica uirtute: Et senio uel aliqua corporis labe insignibus permisit, præmisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus uenire. mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque ex quadraginta retinere eum mallent. Idem in alio capite, de Vitæ ratione: Impetratisque à Senatu decem adiutoribus, unumquemque equitum rationẽ uitæ reddere coegit. atque ex improbatis alios pœna, alios pecunia notauit, plures admonitione. Atque hactenus quæ ad genera delectus pertinebant in militia Romana, à nobis ex fide historica prolixè discussa sunt. Iam ratio ordinis requirit, ut cæteros quoque ritus in auguratione militum usurpari solitos, explicemus. Erant autem, Adlocutio, sacramentum, auspicium, autoramentum, & iuramentum. ADLOCVTIO (cuius iconem ex uetustis nummis saxisque in frontispicio Operis dedimus) duobus temporibus fiebat. Primò, cum iuramẽto milites erant adstringendi: quod nos dicimus, Wann man den Artickelbreiff lißt. Secundò, aliàs semper in conuentu militum à duce exercitus alloquente & stante fiebat, quan-

Ritus equitibus emeritis in foro Romæ.

Adlocutionis ritus & origo.

B do uel de ratione pugnæ fugæ'ue, aut ob stipendia aliasque res necessarias Imperator exercitus cogebatur cum militibus tractare. quæ & hodie consuetudo nobis Germanis superest, quod gentilicia lingua dicimus, Ain gemayn halten. Meminit Titus Liuius libro sexto Decadis tertię, de Scipione Africano scribens: Eòdem legiones ex hybernis conuenire cum iussisset, ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum. Quò cum uenisset, alloquendos maximè ueteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, cõcione aduocata ita disseruit. Et iterum libro octauo eiusdem, cum orationem Scipionis ad seditiosos milites recenset: Tum silentio per præconem facto, ita cœpit: Nunquam mihi defuturam orationem, qua exercitum meum alloquerer, credidi. Huc pertinet illud Herodiani libro primo historiæ Augustæ, cum de Commodi Cæsaris initijs scribit: Paucis autem pòst diebus celebraro iam funere, uisum amicis est, adolescentem adducere ad exercitum, ut & milites alloqueretur: & qui nouis Imperatoribus mos est, prẽmijs eligendis ueluti auctoramento quodam illorum animos adiungeret. Eusebius libro tertio de uita Constantini, allocutionem fieri solitam etiam per epistolam scribit, his uerbis: Conscripsit in hanc etiam rem solicitè, causa potissimum numinis, ut homines omnes ad studium temperantiæ conuerteret, edicta & decreta: quanquam allocutione sua per epistolam minimè dignatus est, eosque ad ueri cognitionem incitauit. De sacramento scribit Vegetius libro secundo de Re militari: Milites iurare solent, & ideo militiæ sacramẽta dicuntur. Iurant autem se omnia strenuè facturos, quæ præcepit Imperator, nunquam deserturos militiam pro Romana republica. Refert Liuius, usque ad secundi belli Punici tempus, sola sacramenti religione auctoratos fuisse milites: mox iureiurando adactos à militum tribunis, se conuenturos iussu consulum, neque iniussu eorum abituros. Porrò qui sacramentum semel dictum deseruerant, his pollices præci-

debantur. Et ideo qui se à militia eximere studebant, sibi pollices præscindebant, ut essent inepti & inhabiles ad bellum. Hinc Suetonius in Augusto: Equitem Romanũ, quòd duobus filijs adolescentibus captis detrectandi sacramenti causa pollices amputasset, ipsum bonaq; eius hastæ subiecit. Cicero lib. 3. Officiorum scribit, Athenienses præcidisse pollices Aeginensiũ iuuentutis, ne populus qui classe ualebat, secum descendere posset in certamen uiriũ maritimarum. Sic Valerius Max. in capite de Seueritate scribit, de seuera Senatus animaduersione in Caium Vectienum, qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat. Porrò non eadem ratione illa apud Romanos, & illa apud Athenienses, pollicum abscissio facta est. apud hos quidem, ut inepti essent ad ducendum remos, ad quã operam pollices cum primis auxiliantur: apud illos uerò, quòd iurare nõ possent, quia pollicibus, non impudico & annulari, ut hodie, omne iuramentũ Romanis præstabatur: uel quòd ignominiæ nota à militia hominẽ excluderet. Non possum hic silentio transire consuetudinem, quæ militibus apud Romanos obseruabatur, quum duci illorum alloquenti consentirent, hastas supra scuta quatiebant. Cuius nominatim Liuius meminit lib. 8 Decad. 3: Vix finem dicendi fecerat, cum ex præparato simul omniũ rerum terror oculis auribusq; est offusus: exercitus, qui corona concionem circundederat, gladijs supra scuta cõcrepuit. Meminit & Marcellinus, inclinantis Imperij author, lib. 22, cum orationẽ Iuliani Cæsaris ad milites recitat: Hac (inquit) fiducia spei maioris animatus inferior miles, dignitatum iam diu compers & præmiorũ, hastis feriendo clypeos, sonitu assurgens ingenti, uno propemodum ore dictis fauebat & cœptis. Idem lib. 21. Hoc sermone Imperatoris, uice alicuius miraculi comprobato, mota est incitatius concio, & rerum cupida nouandarum, unanimi antè consensu, &c. Et iterum lib. 25: Incredibile dictu est, quanto ardore milites ad uindictam, ira & dolor feruentior inuolabat, hastas ad scuta concrepans, etiam mori (si tulisset sors) obstinatos. Deniq; commemoratur, uel saltem insinuatur huiusmodi allocutio apud Polybium in libello de Castrametatione Romana: Quin etiam iuuentutem (inquit) probè excitant ad periclitandũ (intelligit Romanos) cum enim usus expostulet, atq; eorum quipiam strenuè se gesserint, uocat Imperator ad concionem exercitus: productisq; qui aliquid præter cæteros egisse uisi sunt, primùm de laudibus singulorũ pro concione orationem habet, exponens quicquid strenuè gesserint, & si cuius boni in eorum uita sit conscius, quod mentione dignum uideatur: postmodum ei qui hostem uulnerauerit, gesum donat. Et hactenus de Adlocutione, quam uocem subinde ueteribus cùm nummis tum saxis superiori iconi subscriptam inueni. Porrò uerborum seriem, qua Imperatores rei castrensis milites alloquebantur, recenset obiter Ammianus libro uigesimoquarto: Animabat autem (ait) Iulianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negociorum magnitudinem deieraret assiduè, sic sub iugum mitteret Persas, ut quassatum recrearet orbem Romanum. quemadmodum & Traianus fertur aliquoties iureiurando dicta consuesse firmare: Sic in prouinciarum speciem redactam uideam Daciam, sic pontibus Istrum & Euphratem superem. IVRAMENTVM militare duplex erat. alterum, quod præsides & milites limitanei Imperatori & in auguratione, & quotannis Cal. Ianuar. dicebãt, idq; propriè Sacramentum nominabatur. alterũ, quo milites duci suo adstringebãtur, omnia se strenuè facturos quæ præcepisset, neq; deserturos eum, militiamq; illius iurantes: idq; non solum pollicibus eleuatis fiebat, uerumetiã strictis gladijs, ceruicibusq; admotis perficiebatur. De primo quidem SACRAMENTO, quod principi præstabatur, & quod cum Imperij constitutione esse cœpit, Suetonius in Galba ita scribit: Sed maximè feruebat superioris

Nota de pollicum præcisione.

Ritus consensus Romani militaris.

Iuramentũ militare duplex.

Sacramentũ.

A perioris Germaniæ exercitus, fundari se præmijs nauatæ aduersus Gallos & Vindicem operę. Ergo primi obsequium rapere, ac se Cal. Ianuarij adijci sacramento, nisi in nomen Senatus, recusarent. Quam historiam similiter Tacitus scribens: Paucis, inquit, post Calend. Ianuar. diebus, Pomponij propinqui imperatoris è Belgica literæ afferuntur, superioris Germaniæ legiones rupta sacramenti reuerentia alium imperatorem flagitare, ac Senatui populoq; Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. Cum igitur Calend. Ianuar. à Flacco ad iusiurandum cogerentur, quòd per Imperatorem iurare mos erat, illi accedentes Galbæ imagines euerterunt, demolitiq; sunt. Meminit huius iuramenti nominisq; idem libro primo historiæ Augustę: Asinius Gallus, ut legumlatorum tituli, uictarum ab eo gentium uocabulo anteferrentur, L. Arruntius, censuere. Addebat Messala Valerius, renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij. Idem libro decimosexto: Non sinebat Capito Cossutianus, præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ, quod authoritate eius concidisset, iuuantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. Quin & illa obiectabat, principio anni uitare Thraseam solenne iusiurandū, nuncupationibus uotorum non adesse. Et iterum: Eiusdem animi est, Poppæam diuam non credere: cuius, in acta diui Augusti & diui Iulij non iurare. Et libro decimooctauo: Inferioris inde Germaniæ legiones solenni Calend. Ianuar. sacramento, & pro Galba adactæ, multa cunctatione & raris primorū ordinum uocibus: cæteri silentio proximi cuiusq; audaciam expectauere. Idem libro eodem: Postquam uniuersa clasiariorum legio sacramentum eius accepit, haud dubiè iam in castris omnium mentes, tantusq; ardor, ut non contenti agmine & corporibus in suggesto, in quo paulo antè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa O-
B thonē uexillis circundarent: nec tribunis nec centurionibus adeundi locus. Gregarius miles insuper caueri præpositos iubebat. Strepere cuncta clamoribus, & tumultu, & exhortatione mutua, non tanquam in populo & plebe uarijs segni adulatione uocibus: sed ut quemque affluentium militem aspexerant, prehensare manibus, complecti armis, collocare iuxtà, præire sacramentum, modò imperatorē militibus, modò Imperatori milites commendare. Nec deerat Otho prætendens manus, adorare uulgum, iacere oscula, & omnia seruiliter pro dominatione. Postquā uniuersa clasiariorū legio sacramentum eius accepit, fidens uiribus, & quos adhuc singulos extimulauerat, accendendos in communeratus, pro uallo castrorū ita cepit. Hæc ille. Qui locus de sacramento dicto Imperatori in inauguratione prima accipiendus est, ueluti etiam illi, qui eodem libro sequūtur: Tribuni, centurionesq;, & uulgus militū, industria, licentia, per uirtutes, per uoluptates, ut cuiq; ingenium, adsciscebantur, antequam Titus aduentaret: Sacramentum Othonis acceperat uterq; exercitus, præcipitibus (ut assolet) nuncijs, & tarda mole Ciuilis belli. Et rursus ibidem: Isq; primus principatus dies in posterum celebratus. Quamuis Iudaicus exercitus, quinto Nonas Iulij apud ipsum iurasset, eo ardore, ut ne Titus quidē filius expectaretur, Syria remeans, & consiliorum inter Mutianū & patrem nuncius. Idem libro uigesimo, huius in creatione Imperatorum à limitaneis præstiti iuramenti meminit hisce uerbis: Mittitq; legatos ad duas legiones, quę priore acie pulsæ, in uetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. Et sequitur: Sed adigente Ordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentū, non uultu, neq; animo satis affirmans. Et cum cæteri iusiurandi uerba conciperent, Vespasiani nomē, hæsitantes, aut leui murmure, & plerunq; silentio transmittebant. Huc pertinet & locus eiusdem Cornelij, in uita Agricolæ: Is missum ad delectus agendos (ait) Agricolam, integreq; ac

strenuè uersatum, uicesimæ legioni tardè ad sacramentum transgressæ præpo- A
suit. Alludit ad huiusmodi sacramentum & Tranquillus in Nerone: Mox tri-
bus urbanas ad sacramentum citauit. Erat enim consuetudo, quòd non solum
milites limitanei foris, ac prætoriani domi, tale in inauguratione principis iura-
mentum præstarent, uerùm etiam ciues adeò ipsi & Romani, exteriq; in prouin-
cijs dicere sacramentum nouo Imperatori cogebantur. Porrò describit iura-
mentum illud Herodianus quoq;, cum de Pertinace imperatore facto loquitur:
Hæc dicente Læto, minimè iam cohibuit populus, quin cessante adhuc & dubi-
tabundo milite, Augustum illum declarare, patremq; appellare, & faustis omni-
bus acclamationibus prosequi. Id tum etiam milites faciebant, quanquam non
pari alacritate: sed circunfusa undiq; inermibus, festumq; agitantibus diem, po-
puli turba, facile illos acclamare, ac uocare Pertinacem Augustum coegit. Mox
iurati de more in illius nomen: factaq; re diuina, laureati omnes populus & exerci
tus prosequebantur. Et rursus, loquens de prætorianis: Ipse edictum propo-
nit, ut relictis intra castra armis exeant, pacatorum habitu, quales procedere in
pompam, aut ludos celebrare consueuissent, iurentq; in Seueri nomen. Idem li-
bro eodem, in eadem Seueri historia: Inuehens præterea in prætorianas cohor-
tes, quæ sacramentum militare ciuili imperatorioq; sanguine polluissent: uindi-
candam esse aiebat, ac persequendam Pertinacis cædem. Tale est & illud quod
idem author in oratione Seueri ad Illyricos exercitus commemorat: Quantum
uel fidei uel religionis erga deos, per quos iurati estis, quantumq; honoris impe-
ratoribus exhibeatis. hæc ille. Qui rursus libro sexto eiusdem historiæ, à præsi-
dibus prouinciarum huiuscemodi sacramentū principi dictum fuisse, scribit his
uerbis: (loquitur aūt de Seuero Septimio, Pannoniæ præside) Sed quòd illi extre
mum maximiq; momenti somnium, spem propemodum omnem conciliauit, id B
ne nobis quidem silentio prætereundum. Quo enim tempore nunciatū est, Per-
tinacem ad imperium adscitum, peracto Seuerus sacrificio, iuratusq; fidem prin-
cipi, ubi primùm domum redijt, somno prehensus est. Atq; hactenus de Sa-
cramento primi generis. sequitur alterum iuramentum, quo ducibus suis exerci-
tus alligabantur, militibus pollices eleuantibus, & strictos gladios iugulis admo-
uentibus (hoc enim ritu fiebat) id quàm sanctum Romanæ reipublicæ, & quanta
cum reuerentia, & dictum primo, & postea inuiolabiliter custoditum extiterit,
docere hæc Titi Liuij loca possunt. qui libro secundo Decadis tertiæ in hunc
modum scribit: Libertini etiam, quibus liberi essent, & ætas militaris, in uerba
iurauerunt. Ex hoc urbanoq; exercitu, qui minores quinq; & triginta annis e-
rant, in naues impositi. Et iterum: Milites tunc, quod nunquam antea factum
erat, iureiurando à tribunis militum adacti, iussu consulum conuenturos, neq; in-
iussu abituros. nam ad eam diem nihil præter Sacramentum fuerat. hæc ille. Qui-
bus innuit, initia huiusce militaris iuramenti tribunis à cohortibus dicti: cum an-
tea solum sacramentum fuisset, hoc est, Consulibus creatis recens & Senatui
præstitum. de quo suprà locuti sumus. Idem libro quinto eiusdem: Et triumui-
ros binos creari iussit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapi-
dem in plateis forisq;, & in conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspice-
rent: & si roboris satis ad ferenda arma habere uiderentur, etiamsi nondum mi-
litari ætate essent, milites facerent. Tribuni plebis, si ijs uideretur, ad populum
ferrent: ij qui minores septem & decem annis, sacramentum dixissent, ijs perin-
de stipendia procederent, ac si septem & uiginti annorum, aut maiores, milites fa
cti essent. Huc pertinet & quod libro septimo Decadis primæ scribit: Dictator ad
continendos proprio bello Tiburtes, consulari exercitu iusso manere, omnes iu-
niores

Iuramentū militare à tribunis cohortium à militibus exactum.

A niores, nullo detrectante militiam, sacramento adegit. Idem libro octauo tertiæ eiusdem Decadis, in allocutione Scipionis Africani ad legiones tumultuantes facta: Apud uos (inquit) quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos, nec quo nomine quidem appellare debeam, scio. Ciues? qui à patria nostra desciuistis. an milites? qui imperium auspiciumq́ abnuistis, sacramenti religionem rupistis? Et iterum libro sexto: Per omnes deos, paratos iurare magis quæ uelint, quàm quæ sciant uera esse: & obstringere periurio non se solum, suumq́ caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentiq́ religionem. Hæc Liuius. Ex quibus liquet, tribunis tale iuramentum nomine reipublicæ Senatusq́ Romani à cohortibus prestitum fuisse: quod hodie adhuc uexilla Capitaneis suis dicere solent. Secundò patet, ingenuos tantum, & rarò libertinos, non nisi summa necessitate ad huiusmodi iuramentum militare fuisse admissos. Item, non nisi qui annos compleuerant uigintiseptem, rarò admodum qui minores forent. Quemadmodum decem & septem annorum etiam milites, in Punici secundi belli necessitate summa, iuramentum tribunis dixisse ad militiam, idem Liuius, loco quem modò adduximus, testatur. Colligimus postremò etiam ex Liuianis uerbis, tale iuramentum per deos factum, cum deuotione capitum ad quæuis infortunia: quæ adhuc hodie nobis consuetudo manet, sed ritu ueteri in religionem nostram detorto. Adijciuntur enim sub finem & militaris & ciuilis iuramenti, hæc uerba: **Als mir Gott soll helffen/vnd all haylgen,** &c. Porrò alludit ad huiuscemodi iuramentũ Cornelius Tacitus lib. primo historiæ Augustæ, cum Blesum increpantem Pannonicas legiones seditiosas ad Nauportum Sauiæ Pannoniæ introducit: Percennio'ne & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius & Vibulenus stipendia militibus & agros emeritis largientur? &c.

Quæ in iuramento militari fiebant.

Origo iuramẽti nostri.

B Et sic pariter intelligitur illud Plinij libro decimo: Ipse enim dubitò ob hæc maximè, quia, ut iam dixeram, sacramento militari isti nondum distributi in numeros erant. Huc pertinet illud Ammiani libro uigesimosexto: Lupicinus enim pridem à Iouiano, pari modo promotus magister equitum, partes tuebatur Eoas. Tunc & Equitius Illyricano præponitur exercitui, nondum magister, sed comes: & Serenianus olim sacramento digressus, recinctus est, ut Pannonius, &c. Ex quo patet, Sacramẽto digredi, eleganter Romanis fuisse dictum, pro eo quod est, uiolare iusiurandum. Sic Sacramento soluere in honesta potissimum missione, Sacramento remouere in causaria, & Sacramento abijcere in missione ignominiosa, quæ & exauctoratio dicitur, ab eodem authore, eleganti formula loquendi prolata sunt. Vt est illud quod scribit libro uigesimoquarto: Statimq́ concitus ira, immani cum armigera manu, festinatione ipsa tutissimus peruolauit: & grassatoribus fœda consternatione depulsis, residuos duos tribunos sacramento soluit, ut desides & ignauos. Et rursus libro decimoquinto, cum Athanasij episcopi Alexandrini depositionẽ refert: Athanasium eo tempore episcopum apud Alexandriam, ultra professionem altius se efferentem, sciscitariq́ conatum externa, ut prodidere rumores assidui, cœtus in unum quæsitus eiusdem loci multorum synodus, ut appellant, remouit à sacramento, quod obtinuerat. Idem libro uigesimoquinto: Abiecti sunt autem sacramento etiam alij quatuor ob flagitium simile, uexillationũ tribuni. Hoc enim correctionis moderamine leuiori, impendentiũ consideratione difficultatũ cõtentus est Imperator. Sic Sacramẽta auferre apud Varronẽ lib. 2. de Lingua latina legitur, cũ scribit: Is qui petebat, inquit, & qui inficiabatur de alijs rebus, uterq; quingenos æris apud pontificẽ deponebãt. De alijs rebus certo alio legitur numero assiũ. qui iudicio uicerat, suum sacramentũ auferebat: uicti ad ærariũ redibant, id est, ea pecunia quam

Sacramento digredi.

Sacramẽto soluere & abijcere.

Sacramẽtã auferre.

deposuerant, mulctabantur. Meminit huiusmodi sacramenti & Cicero pro Cecinna: Quum Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Duumuiris religionem iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari, quòd Arretinis dempta ciuitas est. Alludunt ad huiusmodi militare sacramentum & iureconsulti lib. 12 Codicis, l. finali, de ueteranis. Atq; hæc uera sacramenti est explicatio, quòd à sacris denominatum fuisse uerisimile, quòd non minus scilicet quàm res sacra seruari à quouis debeat. Hinc & pecunia pro sportula in sacris ædibus reposita, & milites iurati authoribus interdum, largius sumpta & metaphoricè ipsius uocabuli ui, Sacramenta historicis appellantur. Quale est illud apud Ciceronem & Varronē subinde repetitum, Sacramēto uincere. Et quia inde cœptū est, ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, sportulæ iudicū inde nomen traxerunt. adeò etiam, ut principium litis eodem nomine diceretur Vlpiano in lege prima, de uarijs cogni. Dum in iudicio (ait) honor petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit. Et sic intelligitur illud Satyrici, ubi milites sacramenta nominantur, cum canit:

Sacramēti metaphorica & largior usurpatio.

Sacramenta milites dicti.

—*Atq; alia emolumenta notemus* Sacramentorum.—

Cæterùm Polybius in libello de Castrametatione Romana, à tribunis solitū exigi sacramentū, quod ducibus præstabatur, itemq; peculiariter tribunis solitū iurari à militibus, refert. Verba eius ex eo libro subijciā: Delecto perfecto, prędictū in modum cōgregant ex his tribuni suos quisq; per singulas legiones, unumq; eligentes maximè idoneum, sacramento adigunt profiteri, obtemperaturū se ducibus proculdubio, atq; eorū mandata pro uiribus executurū. Tum reliqui iurant singulatim procedētes, idipsum significātes, omnia uidelicet facturos sese, quemmodum primus ille. Et rursus: Cum uerò dies aduenerit, quo se omnes conuenturos iurauerunt in locū à Consule deputatū. Designat aūt ferè semper uterq; separatim suis legionibus locū. nam utriq; seorsim plerunq; datur locus, sociorū unus, Romanis legionibus duo. Cōueniunt autem iurati omnes, nemine subterfugiente, quoniā nulla excusatio admittitur, præter auspiciū, ualetudinemq;. Et iterum: Ast ubi castrametati sunt, cōuenietes tribuni ab omnibus qui in castris sunt, liberis pariter seruisq;, singulatim iusiurandum exigunt. Iurant autem illi, se nihil è castris furto ablaturos: immò si quis etiam inuenerit quippiam, id allaturū ad tribunos. Et rursus Vegetius lib. 2. capite 5, quo pacto illud iuramentum inclinante præcipuè Imperio, quo Vegetius floruerat, dictum fuerit, docet his uerbis: Diligenter igitur lectis iunioribus, animis corporibusq; præstantibus, additis etiam exercitijs quotidianis, quatuor, uel eo amplius, mensium, iussu auspicijsq; inuictissimi Principis legio formatur. nam pictis in cute punctis milites scripti, & matriculis inserti, iurare solent: & ideo militię Sacramenta dicuntur. Iurant autem per Deum & Christum & spiritum sanctum, & per Maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda. nam Imperatori, cum Augusti nomen accepit, tanquam præsenti & corporali Deo fidelis est præstanda deuotio, & impendendus peruigil famulatus. Deo enim uel priuatus uel militans seruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat authore. Iurant autem milites, omnia se strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana republica. Simile apud Germanos milites inoleuit, quòd cōiuges suas Sacramenta per risum appellant: ab eo arbitror, quòd inter sacramēta nostræ religionis matrimonium recensetur. Nam & hæc potissimū causa religionis nostræ propagatores mouit, ut ob reuerentiā atq; occultam facultatē eas res Sacramēta uocarint, quibus fides ipsa in animis nostris & uera CHRISTI inuocatio fulcitur: qualia esse matrimoniū, sacerdotium,

A tium, Eucharistiam sacram, Baptismum, Confirmationem, Pœnitentiãq; & Inunctionem morituri, sincerioris religionis homines credunt. Et iam huic de Sacramento tractationi finem eram impositurus, cum subit in mentẽ, ut quo ritu ueteres soliti sint iurare, ostendamus. Illud aũt constat, non ut nostro tẽpore, impudico & annulari digitis eleuatis fieri solet, uerùm pollice erecto præstitum fuisse. Vnde multi sibi pollices præscindebant, ad euitandam militiam. Huc pertinet quod scribit Marcellinus de Gallorũ moribus: Nec eorum aliquando quisquã, ut in Italia, munus Martiũ pertimescens, pollicẽ sibi pręscidit, quos iocularitet Murcos appellant. Recepta est ea & cõsuetudo & lex apud Francos postea, qui Gallis successerunt, quorũ lex Saliqua talis legitur: Si quis alicui pollicem absciderit, cũ 12 solidis componat. Et si proximum à pollice, uel minimũ absciderit, cum 9 sol. cõponat, unum sicut & alium. sic illos medianos duos digitos cum 10 solidis cõponat. Et si non fuerint abscisi, sed est mãcus, & stat rectus, ut nõ posit plicari: hoc impedimentũ est ad arma baiulare. Hæc lex est, quæ scilicet aliam causam reddit, quòd demptis digitis inhabilis homo reddatur ad arma ferẽda. Et sic intelligitur quod extat apud iurecõsultos in exẽplo Fortunatiano, ubi de causa disputãt, quæ dicitur Achromos, hoc est sine colore. talis ibi proponitur quæstio: Decẽ milites tempore belli pollices sibi amputabãt, & rei sunt lesæ reip. Tanta facultas olim & sacramento & pollicibus à Romanis dabatur, ut quia illi nõ essent, nec sacramẽti religionẽ perfici, nec sine sacramento dicto militia quempiã posse rectè fungi, crederẽt illi. Nam & pollicem Latini à pollendo idcirco, & Græci ἀντιχεῖρα, quasi alteram siue minorẽ manum uocauere. Erat deniq; & alter quispiã ritus, de quo suprà facta est mentio, qui non nisi in castris erat receptus: nempe, quæcunq; pollicibus iurassent, ut ea uera esse & ex animo profecta iudicarent, caput iræ deorum

Sacramẽta religionis nostræ unde dicta.

Quo ritu sacramentũ militare apud Romanos præstabatur.

Alter iurãdi ritus per strictos gladios.

B deuouebant, strictos gladios ceruicibus admouendo. Ad quẽ ritum alludit Marcellinus lib. 21 historiæ suæ: Hoc sermone Imperatoris, uice alicuius oraculi cõprobato, mota est incitatius concio: & rerum cupida nouandarũ, unanimi consensu uoces horrendas, immani scutorũ fragore miscebat, magnum elatumq; ducẽ, & (ut experta est) fortunatũ, domitorem gentiũ appellãs, & regum. Iussiq; uniuersi in eius nomen iurare, solenniter gladijs ceruicibus suis admotis, sub execrationibus diris, uerbis iurauere cõceptis: omnes pro eo casus, quoad uitã profuderint, si id necessitas exegerit, perlaturos. Hęc ille. Quibus author is alludit ad hoc, quod Vegetius lib. 2. de Ratione militaris iuramẽti scribit: Milites iurare (inquit) solẽt, & ideo militiæ sacramẽta dicunt. Iurant aũt se omnia strenuè facturos, quę præceperit Imperator, nunquã deserturos militiã pro Romana rep. Ad quod alludit & Liuius lib. 2 Decad. 3: Milites tunc, quod nunquã antea factum erat, iureiurando à tribunis militũ adacti, iussu consulũ cõuenturos, neq; iniussu abituros. Hic nõ possum silentio transire morem Francorum, qui adhuc apud Hungaros manet. Adhibebat litigans iuraturus aliquot uiros, potissimum duodecim, qui cum litigante iurabãt, se credere uerum esse quod litigans iurauerit. Et dicebantur tales à sacramento iurisiurãdi, Sacramentales. De quibus una lex Saliqua sic habet, de furtis: Si duas saicas, hoc est, sex denarios, uel amplius, quis furatus fuerit, usq; ad solidos, quod sunt tres tremisses, cum sacramentali uno iuret. Et si amplius quàm solidum, siue tres, plúsue usq; ad quinq; solidos furatus est, cum sacramentalibus sex iuret. Si bouẽ domitũ uel uaccã lactantẽ furatus fuerit, cũ sex sacramentalibus iuret, uel duo campiones pugnẽt, & sortiantur de illis, cui Deus fortiorẽ dederit pugnã. Et iterum in Legibus de incendijs: Si quis ignẽ posuerit in domũ, ita ut flamma eructet, & arserit, & à familijs liberata fuerit, unũquemq; de liberis cũ sua Hreuauunti, eo quod illos in Vnuuan quod dicitur, hoc est, in desperationẽ uitæ

fecerit.

fecerit. Et non componat amplius, nisi quantum ignis consumpserit. Ducalis uerò disciplina integra permaneat. Et si negare uoluerit, cum his cum campione se defendat, aut cum duodecim sacramentalibus iuret. Et hæc habuimus, quæ de ritu religioneq́ iuramenti ueteris reipublicæ Romanæ, ex fide historica dicere potuimus. Sequuntur, quæ iuramento præstituto adhuc militi erant complenda, ut is rectè & legitimè ad militiam ueniret. hæc erant, Auspicium & auctoramentum. A

Auspicium militare. AVSPICIVM MILITARE arbitror fuisse, quod nos appellamus, articulorum literis propositis, iuratos Duci dominoq́ (ut uocant) belli iam esse: Wañ man den Artickelbrieff verlesen hat / vnd die knecht nun dem Khriegsherrn geschworen / vnd verpundten sindt. Meminit T. Liuius libro primo Decadis tertiæ: Ob hoc ratus auspicijs emetiendis, Latinarumq́ feriarum mora, & consularibus alijs impedimentis retenturos. Et rursus libro octauo eiusdem, in adlocutione Scipionis ad legiones tumultuantes, sub finem secundi Punici belli: Apud uos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos nec quo nomine appellare debeam, scio. Ciues? qui à patria uestra desciuistis: an milites? qui imperiũ auspiciumq́ abnuistis, sacramentiq́ religionem rupistis. Huc pertinet & illud libro quinto Decadis primæ: Consulibusq́ morbo implicitis, placuit per interregnum renouari auspicia. Et iterum: Nec nisi dictator dictus, auspicia in exercitu habere: lex Curiata lata est, dictatorq́ absens dictus. Et iterum Decade tertia, loquens de Africano: Quin mihi ne hodie quidem scire uidemini, quò amentiæ progressi sitis: quid facinoris in me, quid in patriam, parentesq́ ac liberos nostros, quid in deos sacramenti testes: quid aduersus auspicia, sub quibus militastis: quid aduersus morem militiæ, disciplinamq́ maiorum. Hæc ille. Sic & nostro seculo capitanei obijcere solent militibus delinquentibus, articulorũ literas, Das sy haben wider den artickelbrief / wider iren ayd vnd gemaynen khriegsbrauch gehandelt. Meminit auspicij in hac significatione & Cor. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Hic Drusus urbe egressus, repetendis auspicijs, mox ouans introijt: paucosq́ post dies, Vipsani mater excessit. Meminit & Flauius Vopiscus in historia Aureliani: Secundis igitur prælijs usus, auspicijs Claudianis, rempublicam in integrum reddidit. Huc alludit deniq́ & Claudianus elegantissimus inclinantis Imperij poeta, in bello Gildonico, hoc carmine: B

Certa fides cœli: sed maior Honorius author:
Illius auspicijs immensa per æquora miles,
Non plaustris, Arctoq́ regor, contemne Bootem Nauita.—

CAP. VIII. DE AUCTORATIONE MILItum, & exauctoratione, pœnisq́ militaribus.



MILES itaq́ Romanus, eo quo diximus ritu, atq́ ijs medijs in militiam adscitus, legitimè militare dicebatur, habebatq́, quod Romana in republ. prærogatiuæ erat instar, auctoramentum, hoc est priuilegium ac iura omnia militiæ Romanæ, ad quam nõ quiuis, sed ciues duntaxat Romani aut Latini admittebantur. Neq́ ex ijs omnes, sed qui libertinorum iam filij essent, & annos 27 attigissent. Pertinebat ad auctoramentum & obligatio, qua mercede accepta miles, tribuno suo in primis, deinde Imperatori exercitus Senatuiq́ Romano, siue Augusto erat adstrictus, ad omnia munia militaria obeunda. Qua de re Seneca libro tertio de Beneficijs, sic scribit: Hominem uenalis uitæ crebris auctoramentis accendebat. Quintilianus in Gladiatore: Nec difficilem tantum, sub illo præsertim auctoramento, habuisset missionem, sed noluit gladiator uiuere. Sic Seruius

A uius enarrans illud Virgilij, Ipse patri filiam uoueo: dicit solos parentes habuisse potestatem auctorandi. Itaque auctoramentum triplex erat Romanis, militare uidelicet, gladiatorum, & paternum. De gladiatorum auctoramento, quo uidelicet certo stipendio ad munus gladiatorum hi erant adstricti, meminit Suetonius in Tiberio, cum de ludis & spectaculis à Tiberio editis loquitur: Primum in foro, secundum in Amphitheatro rudiarijs quibusdam reuocatis auctoramento centum millium. Adludit etiam ad huiusmodi uocem auctoramenti Aelianus in libello de Instruendis aciebus: totam uerò ipsam decuriam, ait, ordinem uersum & decaniam, nonnulli etiam Enomotiam, quasi auctorationem à sacramento militari appellant. Et sic intelligitur uersus Horatij secundo Sermonum:

Quid refert uri uirgis, ferroq; necari,
Auctoratus eas? —

Sic Plinius scitè populum Romanum auctoratum dixit, pro eo quod est, gladiatorum morti obnoxium, qui uidelicet cum periculo uitę in ligneis theatris spectacula spectaret. quę sæpe, laxatis compagibus ruinam fecerunt, & multa hominum millia interfecerūt. T. Liuius auctoratum proditorē metaphoricè appellat, quasi obligatum & adstrictum. Manilius quoque 6 Astronomicωn, seruos perpetuo epitheto exauctoratos appellat. Eusebius Pamphilus auctoramento libro 3 de uita Constantini utitur pro cōmissione, cum ait: Et præfectis auctoramentum ad persequenda uisa rescripto Imperatoris in prouincias est datū. Igitur queadmodū miles ductori erat in omnibus munijs adstrictus, ita delinquens in ijs exauctorabat: quod alia uoce Expunctionē authores appellāt. Germani nos utriusque uocabuli uim exprimētes, dicimus, Außthůn/außleschen. Suetonius in Claudio: Modò circumspectus & sagax, interdum inconsultus & præceps, nonnunquā fri-

B uolus amentique similis, cum decurias rerū actu expungeret, eum qui dissimulata uacatione, quam beneficio liberorū habebat, responderat. Et sic intelligitur illud Liuij lib. 7 Decad. 1: Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen nisi ipso uolente expungeretur. Huc alludit Seneca quarto Beneficiorū: Pignus protinus aliud inuicē mittere, & munus munere expungere. metaphoricè dictū est. Hinc illud est prouerbiale apud Plautū, expūcto in manipulo. Sic Paulus iureconsultus in Codice, tit. de Re militari: Ex causa desertionis notatus ac restitutus tēpore, quo in desertionis causa fuerit, impēdijs expungitur. Fit & auctorationis subinde mentio apud classicos historię authores. Suetonius in Augusto: Populares citra cōmoda emeritorū exauctorauit. Lāpridius in uita Alex. Seueri tatis aūt tantæ fuit in milites, ut sæpe integras legiones exauctorauerit, ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquā timuerit. Et iterum: Postea cū nihilominus post ista fremerent, exclamauit, Quirites discedite, atque arma ponite: mirando exemplo, depositis armis, depositis etiā sagulis militaribus, omnes nō ad castra, sed ad diuersoria uaria recesserunt. Tuncque primū intellectū est, quantū eius seueritas posset. Tunc legionem, quam exauctorauit, rogatus per dies triginta, priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit. Sequitur eadem in historia: Quod illi ingentem in pręsentia reuerentiā, magnam apud posteros gloriā peperit, cū eò accessisset, ut de animi uirtute nomen acceperit. Siquidē solus inuētus sit, qui tumultuātes legiones exauctorauerit, ut suo loco ostēdetur. Et sic intelligitū illud Ammiani lib. 24. Residuos duos tribunos sacramento soluit, ut desides & ignauos: decē uerò milites ex his qui fugerāt, exauctoratos capitali addixit supplicio. Ex quo loco apparet, non unū exauctorationis genus extitisse. Alij enim emeriti ob tot annorū operā, non assentiente duce, uerumetiā cū prærogatiua & ornamento quodā concesso sacramēto soluebant. Quæ quidē

Expunctio quæ fuerit.

Loca de exauctoratione militari.

Exauctorationis Romanæ tria genera.

Missio

Missio honesta dicebatur, sub qua erat uacatio. Alij uerò aut ob seniũ aduersamq́ue ualetudinem, aut quòd inepti ad bellum essent, siue demum ad hæreditatem adeundam maturabant, aut ob morbũ uxoris, mortemq́ue. Et hæc Causaria siue Necessaria missio dicebatur, siue honestior exauthoratio. Qua qui dimittebantur, cõmeatum accipere à duce belli cogebãtur. gentilitia lingua uocamus Geurlaubt mit ayner paßportdt. Erant denique tertij generis milites, qui ob facinus quoddã perpetratũ, siue quod fugissent ex acie, aut militiã omnino deseruissent, sacramẽto militari à ducibus uel inuiti liberabãtur: quæ missio ignominiosa dicebatur. Cuius tantum pondus erat, quod neque in castris, neque in urbe, Augustorumq́ue comitatu his aliquẽ habere locũ licebat. Quod nostra lingua dicimus, Das läger verpietten/nymmer dörffen vnder eerlich gesellen kummen. Quod ciuili in rep. igne & aqua interdicere nuncupatur. De quibus ordine distinctionis causa dicã. MISSIO HONESTA, cũ miles finito bello, & dimisso exercitu, accepto diplomate à duce suo sacramento liberatur, siue quò uelit abire permittitur. Atque eadem interdum nõ finito bello cõcedebatur militi, qui annos scilicet stipendiorum cõpleuisset, qui erant 16. & sicubi dux belli obijsset, cui erat iuratus. De qua intelligenda sunt hæc loca T. Liuij lib. 6 Decad. 3: Vt suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius proprætor in Sicilia præesset: dum ne quẽ militem legeret ex eo numero, quibus Senatus missionem reditumq́ue in patriã negasset. Et iterum lib. 25 ab Vrbe cond. Volonum exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipẽdia fecerat, uelut exauthoratus morte ducis, ab signis discessit. Et libro postea 36, cum deseruisset milites, exauthoratos dimisit. Clarius describit huiusmodi honestã exauthorationem lib. 9 Decad. 4: Senatusconsultum factum est, ut singulis his centena milia æris quæstores urbani ex ærario darent: utque cõsul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Ebutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, néue censor ei equum publicum adsignaret. Idẽ lib. 1 Decad. 5: Romæ magna ex non opinato lætitia fuit. Delectus omissus est: exauthorati, qui sacramento dixerant: & exercitus, qui Arimini pestilentia affectus erat, dimissus. Huc pertinet & illud Taciti lib. 20 historiæ Augustæ: Denique quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore, alij ob culpam, sed carptim ac singuli, quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur. Atque hæc de missione honesta, sub qua & VACATIO militiæ comprehendebatur: in hoc differens, quòd hæc aliquid ultra facultatem discedendi comprehenderet, uidelicet immunitatem aut in perpetuum, aut ad certum tempus. Porrò inuenio quatuor uacationum genera celebrata Romanis fuisse: uidelicet uacationem ex priuilegio, uacationem ex gratia, uacationem ob exantlatã militiam ueteranorum, & uacationem prætorianorum. VACATIO ex priuilegio, uel ciuitatibus rebusq́ue publicis erat concessa, uel certis quibusdam ob rationem meritorũ lociq́ue personis. Sic Liuius lib. 3 Decad. 3: Ne prætoribus quidem (inquit) qui ad ius dicendum creati erãt, uacatio à belli administratione data. Et huc alludunt alij eiusdem authoris loci, ut illud libro 7 Decadis 1: Quod per magnos tumultus fieri solitum erat, iustitio indicto delectus sine uacationibus habitus esset, legiones quãtum maturari potuit, in Auruncos ductæ. Et lib. 8 iterum: Extemplò igitur consules noui L. Aemilius Mamercus, Cn. Plautius, eo ipso die Cal. Quintilibus, quo magistratus inierunt, cõparare inter se prouincias iussi: & Mamercus, cui Gallicũ bellũ euenerat, scribere exercitum sine ulla uacationis uenia. quin opificum quoque uulgus & sellularij, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem libro septimo Decadis tertiæ: Dijs ritè placatis, delectum consules habebãt, acrius intentiusq́ue quàm prioribus annis quisquã meminerat, habitum. Nã & belli terror duplicatus, noui hostis in Italiam

Missio honesta quæ fuerit.

Vacationum genera.

Vacationis primum genus.

A

B

A Italiam aduenturi: eo minus iuuentutis erat, unde scriberēt milites. Itaq; colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam uacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. Quibus recusantibus, edixere in diem certum, ut quo quisq; iure uacationem haberet, ad senatum deferret. Idem & libro tertio eiusdem Decad. ab initio meminit: Vbi hoc modo exauctoratum equitem, cum gratia Imperatoris cæteri uiderunt, se quisq; excusare, & uicarium accipere. Huc pertinet quod libro nono scribit Decadis quartæ: Senatusconsultum factum est, ut singulis his centena millia æris quæstores urbani ex ærario darent, utq; consul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoq; tempore ferrent: ut P. Ebutio, emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, néue Censor ei equum publicum adsignaret. Secunda uacatio erat ex gratia & immunitate, penè eadem cum illa superiori, nisi quòd ad certum modò tempus priuilegium exprimebatur. De qua extant hæc loca Liuij libro tertio Decadis tertiæ: Prenestinis militibus senatus Romanus duplex stipendium, & quinquennij militiæ uacationem decreuit. Et iterum libro nono eiusdem: Erectis expectatione patribus, subiecerūt colonias Latinas, & quę Q. Fabio & Q. Fuluio consulibus abnuissent milites dare. Eas annum iam fermè sextum uacationem militiæ, quasi honoris & beneficij causa habere, cum interim boni obedientesq; socij, pro fide atq; obsequio imperij Romani, cōtinuis omniū annorum delectibus exhausti essent. Et iterum: Ita præcisa spe senatum adeundi deprecandiq; delectus, in his duodecim colonijs per longam uacationē numero iuniorum aucto, haud difficulter est profectus. Ad hanc uacationem alludit & Cor. Tacitus libro XVIII: Adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis suspectus consilia eius fouisse, ubi Flauium Sabinum præficere, iudicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat, plerisq; Vespasianū fra-
B trem in eo respicientibus: Flagitatum, ut uacationes pręstari centurionibus solitę remitterentur. Namq; gregarius miles, ut tributum annuum pendebat, pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipsis castris uaga, dum mercedem centurioni exolueret, neq; modum oneris quisquam, neq; genus quæstus pensi habebat: per latrocinia & raptus, aut seruilibus ministerijs militare ocium redimebant. Tum locupletissimus quisq; miles labore ac sæuitia fatigari, donec uacationem emeret. Vbi sumptibus exhaustus, socordia miser elāguerat, inops pro locuplete, & iners pro strenuo, in manipulum redibat. Ac rursus alius atq; alius, eadem egestate ac licentia corrupti, ad seditionem & discordias, & ad extremum bella ciuilia ruebāt. Sed Otho, ne uulgi largitione centurionū animos auerteret, ex fisco suo uacationes annuas exoluturum promisit. hęc ille de secundo genere uacationis ex gratia: quam adhuc facere principes ijs solent, quorum opera in aliquo ministerio utuntur: & quam uacationem philosophis, medicis ac professoribus artium iura ciuilia largiuntur. De qua nominatim lege duodecimum Codicis, de his qui à principe uacationē acceperunt. Meminit siue adludit ad hoc genus uacationis antiquis historicis comparandus author Lambertus Schafnaburgensis, qui sub Henrico quarto elegantē Germaniæ Germanus historiam scripsit, cum de procinctu Henrici quarti in Saxones loquitur: Episcopus Coloniensis causatus impiū fore, si calamitatis quæ oppressura esset fratrem suum Magdeburgensem episcopū, & consobrinum suum Halberstatensem episcopum, spectator adesset, uacationē impetrauerat, haud grauatè hoc concedente rege. Sequitur tertium genus uacationis, quæ omnibus militibus, post sedecimum militiæ annū aliquibus, quibusdam uigesimum numerantibus, potissimum si annorum ætatis etiam forent quinquaginta, quondam concedebatur. Hoc est, cum ueterani iam rude donati, in colonias mitterentur, & agros accipere, pro opera nauata reipublicæ tot annis merentur.

Vacationis secundū genus.

Tertium genus uacationum ueteranorum.

rentur. Cuius meminit T. Liuius libro secundo Decadis quintæ, in oratione M. Popilij centurionis: Sex coronas (inquit) ciuicas accepi, XXII stipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis sum quinquaginta. Quòd si mihi nec stipendia omnia emerita essent, necdum ætas uacationem daret, tamen cum quatuor milites pro me uno uobis dare P. Licini possem, æquum erat me dimitti. Et iterum: Primùm, quòd bellum senatus Perseo iussisset: deinde, quòd ueteres centuriones quàm plurimum ad id bellum scribere censuisset, nec ulli qui non maior annis quinquaginta esset, uacationem militiæ esse. Intelligendus est de hoc genere uacationis & locus Liuij libro septimo Decadis primæ: Consul educto in æstiua milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorũ hominum instituit, alijs emerita dicendo stipendia esse, alios graues iam ætate, aut uiribus parum ualidos. Meminit porrò huius uacationis Cor. Tacitus libro primo historiæ Augustæ, sub finẽ: Edixit Tiberius militare ærarium eo subsidio niti, simul imparem oneri rempublicam, nisi uicesimo militiæ anno ueterani dimitterentur. Ita proximæ seditionis malè consulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum. Et rursus: Igitur uolutatis inter se rationibus, placitum, ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dare uicena stipendia meritis. Et iterum libro eodem: Responsum à concione est, mandata Clemẽti centurioni quæ perferret. Is orditur à missione, à sexdecim annis, de præmijs finitæ militiæ. Et sequitur: Acclamauere, ut filius Blesi tribunus legatione ea fungeretur, peteretq; militibus missionem ab sedecim annis. Porrò præter annos militiæ atq; ætatis, certus quoq; numerus stipendiorum ad talem missionem exigebatur, ut Tacitus uidelicet modò citato loco scribit, cum tumultuantium in æstiuis Pannoniæ legionum querelas exaggerat: Satis per tot annos ignauia peccatum, quòd trecena & quadragena stipendia, senes & plerunq; truncato ex uulneribus corpore tolerent, ne dimissis quidem finem esse militiæ. Et iterum: B Atrocissimus ueteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut suprà stipendia numerantes, mederetur fessis, neu mortem in ijsdem laboribus, sed finem iam exercitæ militiæ, atq; inopem requietem orabant. hæc ille. Superest, ut quartum quoque genus uacationis explicemus, quod prætorianis proprium fuerat. Ad quam alludit Cornelius Tacitus libro primo historiæ Augustæ: An prætorias cohortes, quæ binos denarios acciperent, quę post annos penatibus suis redduntur. Et iterum libro quinto: At Iunium Gallionem qui censuerat, ut prætoriani actis stipendijs ius adipiscerentur, in quatuordecim ordinibus sedendi, uiolenter increpuit, uelut coràm rogitans: Quid illi cum militibus, quos neque dicta imperatoris, neque præmia, nisi ab Imperatore, accipere par est? Et hactenus de uacationibus ex fide historica dictum est satis, quas Treugas nominare ueteres Franci Germaníq; solebant. Sequitur secundum genus, MISSIO CAVSARIA, uel necessaria, quam promiscuam Tacitus appellat: quę dari solebat, cum quis uitio animi uel corporis, & ualetudine minus idoneus militiæ uidebatur. Vnde causarij dicti sunt milites, hoc genere missionis exauctorati. Quorum meminit Liuius libro sexto Decadis primæ: Siue mora hęc, siue cura, Latini atq; Hernici mouerint, pro certo habeo ita rem gesturum, ut patre auo, teq; ipso, ac sex tribunatibus dignum est. Tertius exercitus ex causarijs senioribusq; à L. Quintio scribatur. Meminit huius generis missionis idem libro quarto Decadis tertiæ: Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpserunt, qui quadriennio non militassent, quibus neque uacatio iusta, neque morbus causa fuissent. Et ea præsidio mille hominum in ærarios relata. Huc pertinent & illa Cornelij Taciti uerba libro primo historiæ Augustæ, in oratione Drusi ad tumultuantes Illyrici legiones: Egregiam uerò duci nostro

Missio causaria.

Causarij milites.

A nostro gratiam refertis. Hunc ego nuncium patri leta omnia alijs è prouincijs audienti, feram: ipsius tyrones, ipsius ueteranos, non missione, nō pecunia satiatos? Et iterum libro decimooctauo: Cæterùm ut largitionibus, affectæ tamen imperij opes sufficerent, amputari legionum auxiliorumq́ numeros iubet, supplementis uetitis, & promiscuæ missiones offerebantur. Exitiale id reipublicę, ingratum militi, cui eadem munia inter parcos periculaq́, ac labor crebrius redibant. Et sic quoq; intelligitur illud Spartiani in Hadriani historia: Post hæc profectus in Gallias, omnes causarios liberalitatibus subleuauit. Alludit huc deniq; Tranquillus in Vespasiano: Nonnulli, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam ualetudinis, tradunt. Porrò qui ex necessitate & causa aliqua missionem impetrabat, commeatum accipiebant diplomate à duce tradito, ne missio illi infamiæ cederet. Pertinebat igitur COMMEATVS ad hoc genus missionis propriè, & erat facultas discedendi, consentiente uel duce exercitui, uidelicet (ut Festus ait) quo ire & redire quis posset. Meminit Cæsar hac significatione libro V Ciuilis belli: Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut commeatu dato cum signis, non potuerunt antè transire in Aphricam, ad millia quatuor, equites CCCC, funditores sagittariosq; mille, uno commeatu Cæsari occurrerūt. Huc pertinent loca T. Liuij libro primo Decadis tertiæ, cum de Hannibale loquereť, quomodo Hispanis fuerit adulatus: Si quis uestrûm (inquit) suos inuisere uult, commeatum do, primo uere adsitis edico. Et iterum libro tertio eiusdem: Et ubi primò sub pellibus haberi cœpti sunt, unaq́; & alius militaris labor excæpit, tyronum modò corporibus, animisq́; deficiebant. Et deinde per omne æstiuorum tempus, magna parte, sine commeatu ab signis dilabebantur: neq; aliæ latebræ quàm Capua desertoribus erat. Idem libro octauo eius-

Commeatus discedendi.

B dem: Et noctu quidam prædatum in agrum circà pacatum ierant, postremò interdiu ac propalàm sine commeatu, ab signis abibant. Et de hoc item genere commeatus, intelligendus est alter locus Liuij libro septimo Decadis primæ: Consul educto in æstiua milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit: alijs emerita dicendo stipendia esse: alios graues iam ætate, aut uiribus parum ualidos. quidam in commeatus mittebantur. Idem libro octauo Decadis eiusdem: Nam polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non magister equitum dictatoris pareat imperio. Nemo hominum, nemo deorum uerecundiam habeat. Non edicta imperatorum, non auspicia obseruentur. Sine commeatu uagi milites, in pacato, in hostico errent, immemores sacramenti, licentia sola se ubi uelint exautorent. Huc alludit Plinius in epistola ad Traianum: Et multas (ait) & omnes publicas causas petendi commeatus reddidisti. Tacitus libro decimoseptimo: Namq; gregarius miles, ut tributū annuum pendebat, pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipsis castris uaga, dum mercedem centurioni exolueret. neq; modum oneris quisquam, neq; genus quæstus pensi habebat. Suetonius in Tiberio: Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficij sui centuriones, à commeatu castra repetentes, mandata ad plura dedisse ambigua. Sic Ælius Spartianus in historia Hadriani: Nam cum ad quendam scripsisset uxor sua, quòd uoluptatibus detentus & lauacris, ad se redire nollet, atque hæc Hadrianus per frumentarios cognouisset, petente illo commeatum, Hadrianus ei lauacra & uoluptates exprobrauit. Capitolinus in Pertinace: Deinde præfectus cohortis à M. Aurelio imperatore & præside Syriæ, quòd sine diplomatibus cursum usurpauerat, ab Antiochia ad legatum suum ire coactus est. Meminit deniq; commeatus in hac significatione Marcellus iurecōsultus, de pœnis,

l. ne legati. Commeatum (inquit) remeatum'cꝫ darem. Item de Re militari, l. prima, & l. desertorem. Item de muni. l. quoties. & l. Titius. Sic Vlpianus: Senatores (ait) liberum commeatum, ubicunqꝫ uelint morandi arbitrium impetrauerũt, domicilium in urbe retinent. Similiter Paulus iureconsultus scribit: Qui cõmeatus spacium excessit, emansoris uel desertoris loco habendus est. Refert & Modestinus iureconsultus: Si ad diem cõmeatus quis non ueniat, perinde crimen statuendum est, ac si emansisset, uel deseruisset militiam. Et sic intelligitur illud Marcellini lib. 27: Denicꝫ edictis propositis, impunitatecꝫ promissa, desertores ad procinctũ uocabat, & multos per diuersa, libero cõmeatu dispersos. Porrò formulam commeatus describit Cassiodorus lib. 7 Variarũ: Nemo dubitat homines sua uarietate recreari, quia in continuatione rerum magnũ mentibus constat esse fastidiũ. Dulcedo mellis si assiduè sumatur, horrescit. Quia cum sit homo cõmutabilis, naturæ suæ desiderat habere qualitates. Et ideo festinanti tibi prouinciali oblectatione refoueri, copiam tot mensium in supradicta prouincia concedimus immorandi. Ita tamen, ut cum promeritas inducias transegeris, ad urbanas sedes redire festines. Huc pertinet illud Pauli Diaconi li. 3 Longob. historiæ, cap. 14: Erat aũt tunc author is iuuenili ætate floridus, statura decẽs, flaua cæsarie perfusus, & multum decorus aspectu. Qui mox à rege cõmeatu accepto, cum suis in Italiam reuersus est. In eadem significatione cõmeatus uoce elegãter utitur Lambertus noster Schafnaburgensis monachus, autor antiquis etiam historiæ autoribus comparandus. Is enim in historia Henrici IIII, sub quo floruit in Germania, ita scribit nominatim: Ad ultimum considerans archiepiscopus completã esse malitiam eius, & obstinatum in malis ingenium, nec tempore iam corrigi posse, nec ratione, anno penè ante exortũ bellum Saxonicum petijt, uacationem deinceps sibi dari ab exterioribus reipub. negocijs. Et sic impetrato cõmeatu, in Sigebergense monasteriũ secedens, illic in uigilijs & ieiunijs, in orationibus & eleemosynis, quod supererat ætatis, exigebat. Et iterum: Tamen impunitatis amore libenter amplexantur oblata, promittũt quicquid iubet, promissa repetita sæpius sacramento roborãt. Et accepto cõmeatu, in sua singuli cum gaudio reuertuntur. Denicꝫ cõmeatus in hac significatione meminit quocꝫ Veget. lib. de Re mil. 3, cap. 4: Campicursionẽ, ut ipsi appellant, inspectionem'cꝫ armorũ assiduè faciant, nullis commeatibus uacent, nomẽ & signa obseruare nõ desinant. Atcꝫ hæc cùm de cõmeatu, discedendi scilicet facultate, tum de missione causaria dicta sint. Sequitur MISSIO ignominiosa, quæ & propriè exauctoratio siue expunctio uocabatur, de qua suprà attigimus, & cuius meminerunt Iureconsulti, Vlpianus in l. 2, de his qui notantur infamia: & Marcianus in l. milites. §. missionũ. de re militari. Erat aũt ritus in exauctoratione, quòd aliquis eiurare militiam cogebatur. Hinc est illud Taciti lib. 12: Repentè per edictum Vitellij, ordine senatorio mouetur, quanquam lecto pridem senatu, lustro'cꝫ condito, simul affinitatẽ Clodius diremit. Adactus'cꝫ Sillanus eiurare magistratum, & reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est. Et hæc sunt quæ de missionum militarium generibus collegimus in historijs. ad quas alludunt etiam Vetustatis exempla, & præcipuè ad honestam missionem, quarum rhapsodias subiecimus.

Moguntiaci proximo pago Castell:

FL. IVLIO MATERNO VET. LEG. XXII. P. P. F. MISSVS HONESTA MISSIONE EX DVPLICARIO FL. SABINVS ATTILIVS VETERANVS ET F. IVLIVS REGINVS MILES LEG. XXII FRATRES ET HEREDES.

Auximi in Italia:

L. SALENO T. F. VEL SEDATO TETER. AVG. GG. ACCEPT. HONEST.

A NEST. MISSION. EX COHO. XLII VRBAN. PR. QQ. QVAESTORI REIPVBLICAE AVXVMAT PATRONO MANSVETA LIB. PATRON. OPT. CVIVS DEDICA. DECVRIONIB. SINGVLIS IIII. N. ET COLONIS SINGVL. IIII. N. D. D. D.

Romæ, in ædibus Archiepiscopi Sipontini:

L. CORNELIO FIRMIANO Q. R. AVILA VETERANO COH. MI. PR. MISSO HONESTA MISSIONE. QVI VIX. ANN. XXXXV. H. EX TESTAMENTO IPSIVS POSVERVNT.

In ædibus Grifoneti:

C. MARCIVS C. F. SERE SALVIANVS HORBA GENIO CENTVRIAE COH. X. PR. ET MARI BASSI IN QVA MILITAVIT ANNIS XIX. VOTO SVSCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PR. NON. IANVA. Q. FABIO CAPVLLINO M. FLAV. APRO COSS. ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT.

Et hactenus de autoramento militum, ipsorumq́ꝫ exauctoratione. ad quā pertinere uidentur & pœnæ militares, quarum aliæ mitiores erant quàm ut exauctoraret, uidelicet admonitio per pugillares, locū tentorij mutare, ab hybernis excludi, cibum stando capere, stando ante prætoriū cespitē ferre, hastæ ademptio, equi ademptio, tunicæ depositio, & discincturæ. Erant & quædam maiores animaduersiones, quę tamen nec ipsæ exauctorabant, ad hordeum ablegare, ad fossiones, fustigatio, & scopatio. Cæteræ exauctorationē sequebant̄, & quidem usqꝫ ad interitū: manuū abscissio, decimatio, uicesimatio, percussio securis, & surreptio ad crucē, itemq́ꝫ ad palū. Atqꝫ in his omnis disciplina militaris Romanæ reipub. con-
B sistebat, quamobrē & militares animaduersiones appellatę sunt. De quibus T. Liuius lib. 5 Dec. 1: Omnium primū in eos qui à Veijs in illo pauore fugerant, more militari animaduertit, effecitq́ꝫ ne hostis maximè timendus militi esset. Suetonius in Augusto, cap. de disciplina militari, pœnas mitiores præcipuas uno ceu fasce collegit his uerbis: Centuriones statione deserta itidem, ut manipulos capitali animaduersione puniit, pro cætero delictorum genere uarijs ignominijs affecit, ut stare toto die iuberet ante prætorium tunicatos, discinctosq́ꝫ, nonnunquam cum decempedis, uel etiam cespitem portantes. Meminit etiam Modestinus iureconsultus, qui inter castigationes militares enumerat, pecuniarū mulctam, militię mutationē, munerum interdictionem, à gradu deiectionē, & (quæ ignominiosissima erat) ad metalla suffodienda ablegationē. De quibus ordine à nobis, & speciatim dicetur, sumpto à leuioribus initio. ADMONITIONIS & castigationis uerbis factæ, meminit Suetonius in Augusto, cap. de disciplina militari: Atqꝫ ex improbatis alios pœna, alios ignominia notauit, plures admonitione, sed uaria. Leuissimū genus admonitionis fuit, traditio coràm pugillariū, quos tacitè & ibidem statim legerent. Est autem sensus horū Tranquilli uerborū de traditione pugillarium, quòd centurio uel tribuni milites castigaturi, in cæratis tabellis crimina ipsorum adnotabant, quæ cogebantur prima admonitione milites legere sine arbitris, ut soli crimina cognoscerent, antequā euulgarentur. Fuit & altera castigatio admonitoria Romanis familiaris, prohibere delinquentē occursu. Cuius meminit Tacitus lib. 16: Igitur omni ciuitate ad excipiendum principem spectandumq́ꝫ regem effusa, Thrasea occursu prohibitus, nō demisit animū, sed codicillos ad Neronem composuit, requirens obiecta, & expurgaturū adseuerans. hæc ille. Manet eius moris adhuc imago quędam in aulis principū, qui illis, quos ob crimina in odium uocarūt, dextram subtrahunt. MVTATIO tentorij, & ipsa inter leuiores pœnas recense-

Admonitionis militaris pœna.

Mutatio tentorij pœna.

recensebat. de qua Liuius lib. 5 Dec. 3: Nunc deteriore conditione sumus, quàm apud patres nostros fuerunt captiui. Quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque in quo tenderent in castris, est mutatus: quæ tamen, semel nauata reipublicæ opera, & uno fœlici prælio, recuperarunt. EXCLUSIO ab hybernis, ipsa quoque moderatior pœna militiæ extitit, præsertim illa quæ ab urbium hybernis & sub tecto fiebat exclusio. Meminit T. Liuius lib. 9 Dec. 3: Tum uocatos in concionē milites prętor signa extra urbem efferre iubet, castraque in campo locat, cum graui edicto, si quis miles aut in urbe restitisset, aut secū extulisset quod suum non esset. Loquitur autem de pœna Locrensi præsidio irrogata à M. Pomponio prætore, quòd socios iniquè tractassent. Idem lib. sexto eiusdem Dec. Huic generi militum senatus eundem quem Cannensibus finem statuerat militiæ. Additū etiam utrorumque ignominiæ, ne in oppidis hybernarent, ne'ue hyberna propius ullam urbem decem millibus passuum ædificarent. CIBUM stando capere per omne belli tempus: qua pœna affecisse Gracchum consulem in secundo Punico bello, exercitū uolonum, quòd in prælio socios deseruissent, Liuius scribit libro quarto Decadis 3: Tunc, quod ad Volones attineret, omnes ait malle laudatos à se dignos indignosque, quàm quęquam eo die castigatum esse. Quod bonum, faustum, fœlixque reipub. ipsisque esset, omnes eos liberos esse iubere. Ad quam uocem, cum clamor ingenti alacritate sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur, tum Gracchus: Priusquam omnes iure libertatis æquassem (inquit) neminem nota strenui aut ignaui militis notasse uolui. nūc exoluta iam fide publica, ne discrimen omne uirtutis ignauiæque pereat, nomina eorum qui detrectatæ pugnæ memores secessionem paulo antè fecerunt, referri ad me iubebo: citatosque singulos iureiurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter quàm stantes cibum potumque, quoad stipendia facient, capturos esse. Hanc mulctam ita æquo animo feretis, si reputabitis, nulla ignauiæ nota leuiore uos designare potuisse. CESPITEM PORTARE, & stare ante prætorium. Recenset hanc leuiorem pœnam Suetonius in Augusto: Centuriones statione deserta, itidem ut manipulos capitali animaduersione puniјt, pro cætero delictorum genere uariјs ignominiјs affecit, ut stare per totum diem iuberet ante prætorium: interdum tunicatos discinctosque, nonnunquam cum decempedis, uel etiam cespitem portantes.

Exclusio ab hybernis. *Cibum stando capere.* *Cespitem portare.*

SAGORUM DEPOSITIO memoratur inter leuiores pœnas à Lampridio in Alexandro, cum seditionem militarem sedatam ab hoc Cæsare recenseret: Cum nihilominus post ista fremerent, exclamauit: Quirites discedite, atque arma deponite: mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diuersoria uaria recesserunt. Tuncque primùm intellectum est, quantum eius seueritas posset. Plutarchus in Lucullo, memorat genus ignominiæ militaris apud priscos fuisse usurpatū, ut tunicis interioribus solutis, fossam fodere coram exercitu cogerent. qua ignominia quondam Lucullus milites castigauerat. DEPOSITIO CINGULORUM ET BALTHEORUM, quod genus pœnæ proprio seorsim uocabulo discinctura & recinctura uocabatur, manetque hodie adhuc in ordine equestri, maiori tamen quàm olim ignominia: quo ritu, ut nos dicimus, equites aurati degradantur. Cæsar libro sexto belli Ciuilis: Hoc præterito tempore, serui transfugę nunciauerunt, oppidanorum bona uendere, ne cui extra uallum liceret exire, nisi discinctum: idcirco quòd ex quo die oppidum Ategua esset captum, metu conterritos quàm plures profugere Bethuriam, neque sibi ullam spem uictoriæ propositam habere. ut si quis ex nostris transfugerit, in leuem armaturam coniјci. Huc facit quod Herodianus scribit libro se-

Sagorum depositio. *Depositio cingulorum & baltheorum.*

A bro secundo historiæ Augustæ, cum prætorianas cohortes ob necem Pertinacis à Seuero Septimio punitas scribit, & increpantem eundem introducit: sed quoniam ius fasq; negat, stipari à uobis iam principem, uiolato iureiurando, ac manibus ciuili imperatorioq; sanguine pollutis, proditaq; fide, custodiaq;, animas quidem & corpora uobis nostra largietur humanitas. Porrò militibus meis ita præcipio: recingant uos, ac uestimentis exutos militaribus nudos dimittant. Vobis autem sic impero, discedatis quàm longissimè. edico item iuroq; ac denuncio, capite pœnas daturum, si quis uestrûm posthæc intra centesimum ab urbe lapidem conspicietur. His imperatis, euestigiò milites Illyrici cōcurrūt, breuesq; illos gladiolos detrahunt, quos auro argentoq; ornatos in usum pompæ suspensos habebāt. Tum zonis uestituq; & cæteris militiæ insignibus per uim ablatis, nudos ad unū exauctoratosq; dimiserunt. Et iterum lib. 7: Cohortibus, quę signa amiserāt, hordeum dari iussit: centurionesq; manipulorū, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs discinctos destituit. Alludit ad hunc morē & Vulcatius Gallicanus: Nam statim ad signa edici iussit, & programa in parietibus fixit, ut si quis cinctus inueniretur apud Daphnē, discinctus rediret. Et sic est intelligendū quod Sidonius Apollinaris scribit in epistola ad Vicentiū lib. 1: Donec odij publici mole uallatus, & prius cinctus custodia quàm potestate discinctus, captusq; destinatusq; peruenit Romam. Ex quibus liquet, ut ignominiosa erat recinctura, ita honorifica militi cincturā fuisse: cogebanturq; milites in castris nō nisi cincti baltheo gladioq; incedere. Vnde est illud Taciti lib. 11: Legiones operum & laborum ignaras, populationibus lætantes, ueterem ad morem reduxit, ne quis agmine decederet, nec pugnam nisi iussus iniret: stationes, uigiliæ, diurna nocturnaq; munia in armis agitabantur. Feruntq; militem, quia uallum non accinctus, atq; alium, quia
B pugione tantum accinctus foret, morte punitos. Fuit huiusmodi recinctura Francorum quondam genti usurpata, ut habet lex Saliqua: Si quis liberum hostili manu recinxerit, quod Heriretta dicunt, & clypeum & sagittam in curtem proiecerit, cum 42 sol. cōponat. Si aūt minus fuerint scuta, uerùm tamē ita per uim iniustè cinxerit, quod Heymzuht uocant, cum 12 sol. comp. Hic nota, duo adhuc genera recincturæ ignominia caruisse: uidelicet in mensa ubi accumberent, necessariò & ex disciplina militari cingulum ac baltheum cum gladio deponere cogebantur. Ad quam alludit Trebellius Pollio in historia Galieni: Nam cum cingula sua plerięq; militantium, qui ad conuiuiū uenerant, ponerēt, hora cōuiuij, Saloninus puer siue Galienus, his auratos constellatosq; baltheos rapuisse perhibet. Et cum esset difficile in aula Palatina requirere quod perijsset, ac taciti militares uiri detrimenta pertulissent, postea rogati ad conuiuiū cincti accubuerunt. Cumq; ab his quęreretur, cur non soluerent cingulum? respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atq; hinc tractum morē, ut deinceps cum Imperatore cincti discumberent. Negare non possum, aliam plerisq; uideri huius rei ortum esse morem. Dicunt enim, militare prandium ab eo quod ad bellum milites paret, à cinctis initum: cuius rei argumentum est, quòd à discinctis etiam cum Imperatore cœnatur. Atq; hæc de primo genere recincturæ militaris nota carentis. Fuit & altera discinctura non modò sine ignominia, uerùm etiam cum laude & priuilegio, Imperio saltē inclinante. De qua locus Sidonij accipiendus est libro quinto epistolarū, ad Aumastum epistola: Hi sunt (ait) tunicatis ocia, stipendia paludatis, uiatica ueredarijs, originē nobilibus, consessum prioribus, congressum æqualibus, cinctis iura, discinctis priuilegia, &c. Et iterū lib. 1 epistolarū, ad Heronium: Et in hoc Coruinorū familiæ Deciana pręferebat, quod qualia impetrabat cinctus Auienus, talia cōferebat Basilius discinctus alienis. Et hactenus de utroq; genere recincturę

Duo genera recincturæ nō ignominiosæ.

ignominiosa uidelicet,& nota carente. Sequitur aliud iterum moderatæ pœnæ A militaris genus, HASTAE uel equi ademptio. Meminit Marcellinus lib.25: Cum Tertiacos equites,quòd legiones deseruissent in prælio aduersus Persas,Iulianus accusatos punire statuisset:unde ad indignationē iustam (inquit) Imperator erectus,ademptis signis,hastisq; diffractis,omnes eos qui fugisse arguebantur,inter impedimenta & sarcinas & captiuos agere iter,imposuit. Porrò equorū ademptio in equitatu tantū irrogabatur,cuius subinde meminit Liuius lib.9 Decad.4: In equitatu recensendo, L.Scipioni Asiatico ademptus equus. In censibus quoq; accipiendis,tristis & aspera in omnes ordines censura fuit.Idem lib.4 Dec.3:Additumq; inerti Censoriæ notæ triste Senatusconsultum, ut hi omnes quos Censores notassent,pedibus mererēt,mitterenturq; in Siciliam, ad Cannensis exercitus reliquias.Et iterum lib.7: Illis omnibus & multi erant adempti equi,qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant. Idem lib.4 Dec.5: Censores censum Idibus Decembribus seuerius quàm ante habuerūt,multis equi adempti:inter quos P.Rutilio,qui tribunus plebis eos uiolenter accusarat. Tribu quoq; is motus, & operarius factus, ad opera publica facienda. Retinuerunt hunc morem pœnæ militaris & Franci,apud quos lex Francica habet:Si quis aliquem de equo suo deposuerit quod Marhsalh uocant, cum sex solidis cōponat. Scitum est quod scribit A.Gellius lib.Noct.Att.7.cap.22: Nimis pingui homini (ait) & corpulento, censores equum adimere solitos,eum minus idoneum ratos esse,cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus.Non enim pœna id fuit,ut quidam existimant,sed munus sine ignominia remittebatur.Tamen Cato in oratione quam de sacrificio cōmisso scripsit, obijcit hanc rem criminosius, uti magis uideri posset cum ignominia fuisse.Quod si ita accipias,id profectò existimandū est,nō omnino inculpatum,neq; indesidem uisum esse, cuius corpus in tam immodicū mo- B dum luxuriasset,exuberassetq;. AD OPERA muliebria condemnatio.Meminit illius Euseb.Pamphilus lib.2 de uita Constātini:Quibus aūt nobilitas erepta per uim & inusta iudicij nota huiusmodi est,ut in cōclaue muliercularū uel linariā tabernā protrusi,miserandum ac deprecandū laborē sustinerēt. AD HORDEUM ablegatio,nō solùm ignominiæ,sed omnino pœnæ etiā militaris genus erat, cum ob delictū grauius integrę legiones nō nisi hordeaceis panibus pascerentur. Meminit T.Liuius li.7 Dec.3,de Marcello scribēs: Quæ ignauia militū erat,ab Hannibale uictus,cohortibus quæ signa amiserant, hordeū dari iussit: centurionesq; manipulorū, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs discinctos destituit. Sic Tranquillus in uita Augusti,cap. de disciplina militari: Item alios immodestè missionem postulantes,citra cōmoda emeritorū pręmiorū exauctorauit.Cohortes,si quæ cessissent loco,decimatos hordeo pauit. Scribit quoq; Frontinus,M. Antoniū,legatū cum ignominia dimisisse,reliquis ex legione hordeū dari iussisse. Erat enim hordeū antiquitùs gladiatorū cibus, quos aliqui autores inde nimirū Hordearios uocarūt. Plin.li.18 uocat hordeariū æs, quod pro hordeo equiti Romano dabatˀ. Cæterùm huius pœnæ militaris Polybius quoq; mentionē facit, in libello de castrametatione Romana: Hos ex omnibus illis (inquit) qui timidè se gesserint,sorte eximit,& fuste cædit,ut suprà dictū est, nulla deprecatione admissa:reliquos,ordei eius pro tritico dimenso,extra uallum munimentaq; tendere iubent. Ergo periculi ac sortis formidine æquè omnibus imminente,quandoquidē casus in incerto sit: exēplo aūt dati ordei ad omnes pertinēte, id quod est receptū consuetudine,facit insuper ad terrorē correctionēq; delictorū. Meminit illius & Veget.lib.1 de Re mil.cum tyrones hac pœna affici solitos docet, qui parū exercitio profecissent: Ita aūt seuerè (inquit) apud maiores exercitij disciplina seruata est,ut &

Hastæ uel equi ademptio.

Ad opera muliebria condemnatio.

Ad hordeum ablegatio.

A est, ut & doctores armorũ duplicibus remunerarent armis, & milites qui parũ in illa prælusione profecerint, pro frumẽto ordeũ cogerentur accipere. Nec antè eis in tritico redderetur annona, quàm sub præsentia præfecti tribunorum uel principũ experimentis datis, ostendissent se omnia quę erant in militari arte, complesse.

SANGVINIS MISSIO, & ipsa ex numero mitiorum pœnarum militarium fuerat, cuius meminisse uidetur Gellius libro noctium Atticarum decimo, capite octauo: Fuit hæc quoq; (inquit) antiquitùs militaris animaduersio, iubere ignominiæ causa militi uenam solui, & sanguinem dimitti. Cuius rei ratio in literis ueteribus, quas equidem inuenire potui, non extat. Sed opinor factum hoc primitùs, in militibus stupentis animi, atq; à naturali habitu declinantis, ut non tam pœna quàm esse medicina uideret: postea tamen ob pleraq; alia delicta idem factitatũ esse credo, per cõsuetudinẽ, quasi minus sani uiderent omnes qui delinquerẽt. hęc ille. Sanguinis missio.

AD FOSSIONES & metallica. Meminere Iureconsulti de condemnatis ad metalla. Ad quod alludens Plutarchus in Lucullo, refert moris prisci fuisse, ut ignominiæ causa milites publicè coram exercitu fossam discincti fodere cogerentur. Meminit huius pœnæ Eusebius Pamphilus libro 1 de uita Constantini Magni, cum Christianorum persecutionem factam sub Maxentio & Constantino describit: Hinc luxata uirorũ adolescentium & mulierum corpora, dexter oculus extinctus calybe ignito, mutili poplites, ipsi demum immorituri metallis. Et rursus libro 2: Deinde sua recuperabunt alij, quibus adempta bona fuerunt, ac qui toleranter ipso iudicij tempore illustrati cœlitùs se gesserant, & ad metalla confecturi se descenderant, aut fuerant deportati in insulas. Hinc titulus extat Iureconsultis libro XI Codicis, de metallarijs, qui uidelicet ad fossiones illas damnati erant. Eusebius hos metallicos uocat, secundo de uita Constantini, cum scribit: Qui damnati iudicio, metallici summa ærumna ut essent, aut suas operas publicè locare necesse habebant. Notandum hic tamẽ est obiter, Iureconsultis undecimo Codicis metallarios etiam dici, qui metalla è terræ uisceribus effodiebant, quos hodie nominamus Perghknappen. Ad fossiones.

B

FVSTIGATIO, uel fustuarium, aut fustinarium, quod adhuc pœnæ genus apud Hungaros manet, qui delinquentes in militia, atq; domini seruos, tribus fustibus solent dedolare, quod gentiliter gens Harumpaltza appellant. Meminit uerò huius pœnæ Lampridius in Alexandro: Si quis de uia in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subijciebatur in conspectu eius, aut uirgis. Idem in historia Commodi, cum eius condemnationem scribit: Delatoribus fustem, parricidæ gladiatoris memoria aboleatur. Huc pertinet illud Taciti lib. 2 hist. Aug. Quę postquã L. Apronio (nam Camillo successerat) cõperta, magis dedecore suorũ quàm gloria hostis anxius, rara ea tempestate, & è ueteri memoria facinoris, decimũ quemq; ignominiosæ cohortis, sorte ductos, fuste necat. Alludit ad hoc genus pœnæ Cicero III Philip. Fustinarium meruerunt legiones, quę Consulem relinquerent. Sic Liuius pariter: Fustinariũ (inquit) meret, qui signa relinquit. Eusebius Pamphilus fustuariũ appellat, scribens lib. 2 uitæ Constantini: Qui quouis ex loco Christianos exterminassent, nõ eorũ (qua modò impietate dixi) quos ultricibus pœnis examinarat, non ipsius antesignani malorum, quem uiderat oculis ad fustuarium diuinitùs arripi. Hæc ille. Fuit uerò huiusmodi militaris fustigatio etiam Francis usurpata, ut habet lex Saliqua his uerbis: Si quis in exercitu, quando aliqui defendere uolunt casas uel scurias, ubi fœnum uel granum inueniuntur, scandalum fecerit (hoc autem uetandum est, ne fiat: sed tollat ligna & pabulum quantum uult) si quis hoc ausus fuerit facere, quod facere lex uetat, ille tunc si inuentus fuerit, coram duce disciplinæ hostili subiaceat, uel ante comitem suum quinquaginta percussiones accipiat. Fustigatio.

Cæterùm

Cæterùm Polybius scribit, hoc genus pœnæ, his qui excubias non rectè obijssent, irrogari solitum, hisce nominatim uerbis: Qua re cognita, uocatur ordinũ ductor. Is ducit eos quibus est commissa uigilia. hi disceptant cum circuitore: & si custodum fuerit delictum, confestim profert id circuitor, adhibitis testibus, qui proximi sint. tenetur enim hoc facere. At si nihil eiusmodi factum sit, crimen recidit in circuitorem: statim'q; aduocato concilio, coram Tribuno dicit causam. Et si condemnetur, fuste cæditur. Id supplicium eiusmodi est. Accepto fuste Tribunus uix tantum attingit damnatam: quod ubi factum est, omnes qui in castris sunt, cædentes fustibus lapidibusq;, plerosq; in ipsis castris conficiunt. At si qui euaserint, ne sic quidem seruari possunt. Etenim quo'nam pacto? Quibus neque in patriam redire licet, neq; aliquis ex necessarijs domi eum accipere auderet: ab hoc funditùs pereunt, qui in talem inciderint calamitatem. Eidem pœnæ obnoxius est tam tergiductor, quàm alæ præfectus, nisi præceperint, ille circuitoribus, hic alæ præfecto, quæ proxima sit in tempore opportuno. Quapropter cum eò usque uehemens atque inexorabilis pœna sit, haudquaquam apud eos uigiliæ aberrant. Et subdit: Fuste cęditur etiam qui furto sustulerit quidpiam è castris, nec non qui falsum testimonium dederit, & si quis flore ætatis abutens deprehendatur. Ad hæc qui ter ob idem crimen mulctatus sit, in hæc tanquam crimina animaduertunt. Probro autem ducunt, ignauiæ adscribentes militi delicta huiusmodi: Si qui strenuè se gessisse falsò retulerint, ad tribunos honoris causa adipiscendi: itidem si qui in præsidio dispositi, perculsi metu, datum ipsis locum deseruerint. Similiter si quis telum aliquod ob metum abiecerit, in ipso conflictu. Proinde nonnulli in præsidijs manifestè perituri, multiplici manu circumuenti, locum semel datum deserere nolunt, pœnam metuentes delicto competentem. Alij in ipso periculo excusso clypeo, aut ense, aut alio quopiam telo, temerè irruũt in hostes, aut in potestate habituros se sperantes quę perdiderint, aut aliquid perpessos, manifestum opprobrium deuitaturos, conuiciaq; suorum. A B

Scopatio. SCOPATIO, pœna erat militaris, Romanæ reipublicæ in primis familiaris, quando milites scoparum fasciculo manuali tergora nudati cędebantur. Quod hodie etiamdum non solum in castris, sed urbibus etiam passim pœnæ genus manet: uulgò *außstreychen*. quod cùm ob reliqua crimina, tum furta præcipuè adhibetur. Meminit Suetonius in Nerone: Statuę eius à uertice currus appositus est, cum inscriptione Græca: Nunc demũ agona esse, & trahere tandem alterius collo, & scopa deligari. Et sic intelligitur illud Taciti libro primo historiæ Augustæ: Actum de ea seditione apud patres: dicebantur'q; sententiæ, ut prætoribus ius uirgarum in histriones esset. Sic Liuius libro septimo Decadis primæ: Nec populus in eos qui missi Romam fuerant, mitior fuit, medio in foro omnes uirgis cæsi, ac securi percussi. Et iterum libro octauo Decadis tertiæ, de pœna in seditiosos milites à Scipione Africano in castris Hispaniæ irrogata: Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladijs ad scuta concrepuit. Præconis audita uox, citantis nomina damnatorum in concilio. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij: deligati ad palum, uirgis'q; cæsi, & securi percussi. Fuit autem duplex scopatio, altera cum ademptione capitis, ob grauius delictũ, cuius locis citatis Liuius meminit: altera, sine adfectione capitis. Ab utroque autem genere Romanus ciuis eximebatur, sunt'que ea de re Iureconsultis duæ nominatissimæ leges, Portia & Sempronia, scriptæ. Hinc legitur in actis Apostolorum, quemadmodum diuus Paulus, cum ad hanc in nauigio pœnam raperetur, & se Romanum ciuem profiteretur, eius priuilegij ergò fuerit liberatus. *Manus abscißio.* MANVS ABSCISSIO, quæ, ut olim Francis familiarissima erat,

A ma erat, ita hodie etiamdum nobis Germanis manet. Meminit Vulcatius Gallicanus in Cassio: Idem multis desertoribus manus abscidit, alijs crura incidit, ac poplites, dicens maius exemplum esse uiuentis miserabiliter criminosi, quàm occisi. Huc pertinet lex Saliqua Francorum, de disciplina militari: Si quis in exercitu aliquid furatus fuerit, pastorium, capistrum, frenum, uel filtrum, uel aliud quodlibet, & probatus fuerit: si seruus est, perdat manus suas: dominus uerò eius, ipsam rem, si habet, reddat. Si autem liber homo hoc fecerit, cum quadraginta solidis redimat manus suas, & quod tulit reddat. SECVRI percutere, frequentissima Romanæ reipublicæ pœna fuit, ubi capitali supplicio aliquis foret afficiendus, & in castris potissimum. Fuit autem moris, ut prius ad palum ligatus uirgis cæderetur. Et huiusmodi securis percussio in Italia adhuc, atque Anglia manet. Nam Germanis gladio caput demitur. Liuius libro octauo Decadis tertiæ, memorat integram legionem hoc genere supplicij affectam. Ita enim scribit: Regium quondam in præsidium missa legio, interfectis per scelus principibus ciuitatis, urbem opulentam per decem annos tenuit. propter quod facinus tota legio, millia hominũ quatuor, in foro securi percussi sunt. DECIMATIO, uicesimatio, centesimatio, & tributorum exactiones erant, cum pro decennario numero, uigenario, centenarioque, uectigal certum pendebatur. Et supplicij genera præterea fuerunt, militaris, cum sorte delectus à legione uel integro exercitu, decimus, uigesimus atque centesimus quisque morte mulctabatur. Quod tametsi nobis in hanc consuetudinem non extat, uidetur tamen huic pœnæ militari similis illa esse, quũ nocens deprehensus per ordines armatorũ currere cogitur, quò in transcursu à circunstantibus hinc inde militibus hastis transfigatur: uulgò durch die spieß lauffen. familiarissimum Germanis castigationis militaris genus. Porrò decimationis

Securi percussio.

Decimatio.

B meminit T. Liuius libro secundo ab Vrbe: Cætera multitudo sorte decimusquisque ad supplicium lecti. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta, magis dedecore suorum quàm gloria hostis anxius, raro ea tempestate, & è ueteri memoria facinore, decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos fuste necat. Idem libro decimo octauo: Accessit callidè uulgatum, temerè creditum, decimari legiones, & promptissimum quemque centurionum: dimitti undique atroces nuncij, sinistra ex urbe fama infensa Lugdunensis colonia. Huc pertinent uerba in oratione Cæsaris, quam Appianus Alexandrinus libro secundi Ciuilis belli recitat, ad milites habitam: Vos dum in Gallia essetis, plurima ex imperio meo adepti, ad hoc bellum non partes, sed in unum coniurantes peruenistis: nunc in medio agendarum rerum me relinquitis, & prætoribus uestris aduersamini, Imperatorẽ ab illis deposcentes, quorum mandatis obsequi debetis. Testis igitur in hanc diem meæ erga uos liberalitatis ac clementiæ, Petræi leges deinceps imitabor. Nouæ itaque legionis, quæ seditionis causam in primis præstitit, decimum quemque morte mulctabo. Gemitu ab uniuersa legione edito, prætores genubus affusi, ueniam suppliciter ab eo deposcebant. Cæsar post modicum uix tandem ab ira liberatus, hoc solum concessisse uisus, ut centum duntaxat & uiginti seditionis autores ab omnibus eligeret, duodecimque ex his à cæteris selectos supplicio afficeret. Sic Macrinum, Capitolinus refert, milites ob seueritatẽ centesimasse & decimasse. Et Frontinus in quarto: M. Antonius (inquit) cum ager ab hostibus incensus esset, ex his qui operæ fuerant, duarũ cohortium militem decimauit. Huc alludit Trebellius Pollio in Galienis: Fuit tamen nimiæ crudelitatis in milites. nam & terna millia, & quaterna militum singulis diebus occidit. Idem in uita Ingenui tyranni: In omnes Mœsiacos tam milites quàm ciues asperrimè sæuijt, nec quenquam suæ crudelitatis

exortem

exortem reliquit, usqueadeò asper & truculentus, ut pleraſq; ciuitates uacuas à A
uirili ſexu relinqueret. Commemorat hanc deniq; pœnam Polybius in libello de Caſtrametatione Romana, ubi de deſertis excubijs & loco derelicto in ordine tractat: Quod ſi aliquando (ait) hæc eadem circa plures fieri contigerit, & ſigna aliqua cunctim, perſuaſione ducta, locum deſeruerint, omnes fuſte cædere aut interficere nō approbāt, ſed rei ſolutionem inueniunt, utilem pariter, terribilem'q;. Quippe conuocato exercitu, tribunus productos in medium deſertores accuſat, inuehitur'q; acerbè. deniq; quinq; aut octo, interdum etiam uiginti, atq; in totum ratione habita multitudinis, ut decima ad ſummum exiſtat pars delinquentium, hos ex omnibus illis qui timidè ſe geſſerint, ſorte eximit, & fuſte cædit, ut ſuprà dictum eſt, nulla deprecatione admiſſa. *Crucis ſupplicium.* CRUCIS ſupplicium, profugarum ſupplicium erat: à quo hodie patibulum deſumptum, familiariſſima militiæ Germanæ Hiſpanæ'q; pœna eſt. Liuius lib. decimo Decadis tertiæ: De profugis grauius quàm de fugitiuis conſultum. Nominis latini qui erāt, ſecuri percuſſi, Romani in crucem ſublati ſunt. *Ad ſtipitem incendere.* AD STIPITEM incendere, hodie hæreticis & falſarijs peculiare, Romanis etiam in caſtris erat. Meminit Vulcatius Gallicanus in Caſſio: Nam primùm milites, qui aliquid prouincialibus intuliſſent per uim, in illis ipſis locis in quibus peccauerant, in crucem ſuſtulit. Primus etiam id ſupplicij genus inuenit, ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum: id eſt, materiam, & à ſummo uſque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenſis'q; alijs, alios fumo cruciatos, timore etiam alios necaret. *Ad ſtipitem ſurripere.* AD STIPITEM ſurripere, quod genus horrendi ſupplicij Turcis, Hungaris, Vualachis'q; peculiare eſt, quod'ue Germani proditoribus adhibent, uulgò ſpiſſen. Meminit Vopiſcus in Aureliano: Quo interfecto, cum eſſet res prodita, & ſepulchrum ingens & templum illi detulerunt hi à quibus interemptus eſt. Sanè Mneſtheus po B
ſtea ſurreptus ad ſtipitem, beſtijs obiectus eſt.

CAP. IX. DE MAGISTRATIBUS, ET PRImis muneribus militiæ Romanæ.



CASTRIS iam itaq;, & quę in caſtris erant, ritè explicatis, miles ſe offert, quotuplex is Romano populo, & qualis fuerit. De quo antequā dicere occipiam, magiſtratus mihi eius ſunt definiendi, à quo uidelicet is moderabatur. Erat autem is duorum generum: alius quidem totius exercitus, qui & ſummi erant, magiſter utriuſq; militiæ ſiue armorum, magiſter pedeſtris militiæ & equeſtris: alius erat ordinis, legatus, tribunus, primus pilus, centurio, manipulus, optiones, &c. quæ omnia officia ſiue munia autoribus, præfecturæ exercitus, præpoſiturę militares, miniſteria militiæ, poteſtates caſtrenſes, ordines caſtrenſes, dignitates militares, prærogatiuę, honores militares, numeri gradus'q; militares, & promotiones, alijs'q; interim nominibus appellantur. *Præfecturæ militares.* PRAEFECTURAS exercitus uocat Appianus Alex. libro ſecundo Ciuilis belli: Et ſenatorum multitudo conſpecta, qui partim ad urbanos magiſtratus atq; ſacerdotia, partim ad prouinciarum exercitum'q; præfecturas, à Cæſare in futurum creati fuerant. *Præpoſituræ militares.* PRAEPOSITURAS militates Capitolinus in Gordianis appellat: Neq; enim quiſquam ferri potuit, datis, eunuchis ſuffragantibus, militum præpoſituris, negatum laboribus præmium. Lampridius in Heliogabalo: In ſenatum legit, ſine diſcrimine ætatis, cenſus, generis, pecuniæ merito: militaribus etiam prępoſituris, & tribunatibus & legationibus ac ducatibus uenditis, & procurationibus Palatini officij. *Dignitates militares.* Sic DIGNITATES Iulius Capitolinus dicit idem in Maximinis: Hæc diu ſub Antonino Caracalla ordines

duxit

A duxit centuriatos, & cæteras dignitates militares sæpe tractauit. PRAEROGATIVAS militares Lampridius nominat in historia Alexandri Cæsaris: Deinde senatum & equestrem ordinẽ purgauit. Ipsas deinde tribus, & eos qui militaribus nituntur prærogatiuis, purgauit, & palatium suum, comitatum omnem, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis. HONORES militares Flauius Vopiscus in Proculi uita appellat, ita scribens: Hic tamẽ cum etiam post honores militares se improbè & libidinosè tam fortiter ageret, hortantibus Lugdunensibus, & qui Aureliano grauiter offensi uidebantur, & Probum uehementissimè pertimescebant, ad imperium uocatus est ludo penè ac ioco. Præterea huc pertinere uidentur, quæ Trebellius Pollio scribit de gradibus militaribus, & Capitolinus de numeris militaribus: Et uir quidem strenuus (inquit Trebellius in historia tyrannorum) ab militaribus usque ad imperiũ euectus est gradibus. Capitolinus in uita Maximi & Balbini Cæsarum: Siquidem semper uirtuti & militari seueritati studuit: attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros. Quo nomine & Marcellinus lib. 23 uocare uidetur: Proinde quamprimũ consultæ rationes copiam præbuissent, rumore præcurso, hostiles occupat properans terras, nondum adulto uere, missa per militares numeros tessera. Idem ORDINES castrenses nominat libro 25: Itaque tristibus lætum aliud addebatur, missos à Iouino milites aduentare, quos capita scholarum ordo castrensis appellat. Vocat is & POTESTATES castrenses lib. 21: Nec occurrebat magister equitum prouinciæ rectori, nec contingi ab eo ciuile negotium permittebat, sed cunctæ castrenses & ordinariæ potestates, ut honorum omnium apicem, priscæ reuerentiæ more præfecti semper suspexere. Idem lib. 27, FASTUS militares nuncupat, ita nominatim scribens: Hunc Imperatorẽ omnium primũ in maius militares fastus ad damna rerum euexisse,

B cõmunes dignitates opesque eorum sublimius erigentẽ. Inuenio denique & PROMOTIONES militares, Ælio Lampridio in Diadumeno dici, in oratione eius ad milites: Habete igitur commilitones pro imperio, aureos ternos: pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas. Huc pertinẽt quę lib. 20 Marcellinus scribit: Præfectos prætorio æquitate & meritis notos, tua nobis dabit clementia: residuos ordinarios iudices, militiæque moderatores promouendos, arbitrio meo concedi est consentaneũ. Et iterum lib. 21: Imperatoriæ autoritatis coturnum utique custodiens, popularitatem elato animo contemnebat, & magno. Erga tribuẽdas celsiores dignitates impendiò parcus, nihil citra administrationem præter pauca nouari perpessus, nunquã erigẽs cornua militaria: nec sub eo dux quispiam cum clarissimatu prouectus est. Sic liber præfecturarũ Scoti, meminit equitũ promotorũ iuniorum sub magistro præsentiali, & clibanariorum promotorũ per Orientẽ. Atque hæc de nominibus munerũ militarium, quibus ab autoribus historiarũ passim uocantur. Iam ne aliquis dubitare possit, diuersa ea à ministerijs præsidiatus extitisse prouinciarũ, quemadmodum & magister militiæ alius erat à præside atque præfecto prætorio, insinuare istud apertè solent hæc Ammiani uerba: Iussum est aũt ad implenda hæc perrecturis, extollere seriem gestorum in melius. Et rumores quoque irent breues, diffunderent concinnentes, procinctum Parthicũ exitu prospero terminatũ, additisque festinando itineri noctibus, prouinciarũ militiæque rectoribus insinuare noui principis scripta. Sed uenio ad ipsa munia, initio sumpto à supremo magistratu, qui dictaturę quõdam assimilari posset. MAGISTER utriusque militiæ, siue rei castrensis, aut etiam armorũ Marcellino sępe dictus erat, inclinante uidelicet Imperio, quem initiantẽ & antea Romana respub. Imperatorem uocabat: à quo summa omnium rerũ consiliorumque in bello castrisque dependebat: & à quo iura nõ solùm legiones cohortesque &

Prærogatiuæ militares.

Honores militares.

Gradus militares.

Numeri militares.

Ordines militares.

Potestates castrenses.

Fastus militares.

Promotiones militares.

Munia militaria alia à munibus præsidiatus.

Magister utriusque militiæ.

A tesq; & illorum magistratus, legati tribuniq; accipiebant, uerumetiam equitatus, classis, quæstorium, ærarium, præsidiatus limitis, cunctaq; apparitio, & quæ modò enumeratis subiecta munia erant, regebantur. quòd scilicet utramq; militiam, pedestrem equestremq; administraret, hoc nomen sortitus: unde & illustris titulum, ueluti urbis præfectus, merebatur. Qui non unus huic reipublicę fuit, sed secundum limites alius atq; alius. Quamobrem ne cum magisterio castrensi, præfecti prætorio, spectabilis uiri confunderetur, Scoti codex notitiarum hunc magistrum militiæ Præsentialem appellat, quòd laboranti prouinciæ bello aliquo, hic semper adesset: cum præfectus prætorio etiam nullo bello limite presso gubernaret. Sic nimirum Salustium Marcellinus præfectum prætorio Galliarũ, & cum eo Neuitam magistrum armorũ, ibidem celebrat. Et in Illyrico magistrum armorum siue militiæ memorat Equitium, & Probum præfectum prætorio ibidem. quod genus dignitatis militaris nos hodie in Austria Generalẽ, teutonicè Generaloberster uocamus. Porrò inuenio hac honoris prærogatiua in limite Istri siue Illyricano ordine functos maximos uiros, Lentulum sub Augusto, sub Tiberio Pisonem quendam & M. Vinitium, sub Germanico Scriboniũ Camillũ, sub Nerone Sergium Galbam, sub Vespasiano Mutianum: sub Domitiano Oppium Sabinum, & Cornelium Fuscum, à Dacis in Pannonia fusos atq; interfectos. item sub Marco Cæsare Marcellum Rutilianum, & Heluium Pertinacẽ: sub Commodo Seuerum Septimium, postea Cæsarem: sub Alexandro Maximinum Thracẽ: sub Philippo præterea Decium, sub Galieno Aurelianum & Probum, sub Caro & Carino Diocletianum, omnes posterius ad fastigium Augustale euectos. Tales fuerunt quoq;, sub Constantio Anatolius, sub Valentiniano primo Equitius, sub Gratiano Decius Ausonius poeta, sub Archadio & Honorio Stilico Vandilus, sub Theodosio Talassius, sub Martiano Maternus, qui cum Athila conflixit: B sub Zenone deniq; & Iustiniano Arazarius & Germanus patricius, sub Iustino Narses & Bellizarius: & sub Mauritio, qui postremi eius reipublicæ fuerunt, Priscus & Commentiolus. Sed hæc satis. Redeo ad institutum, ut corroboremus huius quoq; mentionem uocis autoribus non solum inclinantis Imperij, Marcellino inquam, Claudiano, Cassiodoro & Symmacho, uerùm adeò Tito Liuio etiam, historiæ Romanæ antesignano, factam. cuius libro quarto Decadis tertiæ, hæc uerba leguntur: Orauit, ut duo legationem referrent ad Imperatores suos, unus apud se magister rei militaris remaneret. Ad huiusmodi magistrum alludit etiam Cicero tertio de Finibus: Rectius magister populi, is enim est dictator, quàm Sylla, qui trium pestiferorum uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Huc pertinet & illud Vopisci in Aureliano: Expetit à te munus solitum nostra respublica: aggredere, quid moraris? tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu tribunos. Hic notandum est, Ammianum Marcellinum nunc magistrum militiæ, rei'ue castrensis, nũc magistrum uocare armorum. cuius ex aliquot locis autoritatem inserere libet. De Equitio meminit libro uigesimoprimo: Lupicinus enim pridem à Iouiano pari modo promotus magister equitum, partes tuebatur Eoas: tunc & Equitius Illyricano præponitur exercitui, nondum magister, sed comes. Et iterum libro uigesimonono: Sed Maximinus in omne auidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus, quibus præfecturæ accesserat tumor, increpabat Equitium per Illyricum eo tempore magistrum armorum, ut peruicacem & desidem, necdum opere quod maturari dispositum est, consummato, addebatq; ut consulens in commune, quòd si paruo suo Marcelliano deferretur potestas per Valeriani ducis, &c. Et rursus lib. 26: His cognitis, Valentinianus eodem Equitio aucto magisterij dignitate, repedare ad Illyricũ destinabat, ne persulcatis

Catalogus omniũ ordine magistrorum militiæ in Illyrico occidentali.

Locus Liuij de magistro militiæ.

Locus Ciceronis de tali magistro.

Loca Marcellini de magistris armorum.

A sulcatis Thracijs perduellis formidatus inuaderet. Et iterũ: Et electi quidam stolidítate præcipites, ad capessendum Illyrium missi sunt, nullo præter petulantiam adiumēto confisi, aureos scilicet nũmos effigiatos in uultũ noui principis, aliaq; ad illecebras aptantes. Quos corruptos Equitius, per eas regiones militũ rector, extinxit genere diuerso pœnarum. Meminit præterea & aliorũ in limitibus magistrorum huiusmodi, ut lib.16: Hoc eo fingente licentius, Eutherius, ut postulauit, inductus, iussusq; loqui quod uellet, uerecundè & modicè docet uelari ueritatem mendacijs. Magistro enim armorum, ut credebatur, cessante consultò, industria uigili Cæsarem diu obsessum apud Sennonas, barbaros repulisse. Qui quidem locus, de Eutherio magistro militię per Gallias sub Constantio accipiendus est. ut & ille lib.20, ab initio: Hyemem agens apud Parisios Cæsar, distractusq; in solicitudines uarias, uerebatur ire subsidio transmarinis, ut retulimus antè fecisse Constantium, ne rectore uacuas relinqueret Gallias, Alemannis ad sæuitiã etiam tum incitatis & bella. Mittere igitur ad hæc loca ad rationes componendas Lupicinum placuit, ea tempestate, magistrum armorum, bellicosum sanè, & castrensis rei peritum. Idem lib.21 scribens Iuliani Cæsaris res in Gallijs aduersus Alemannos gestas: Discedens inter hæc Iulianus à Rauracis, peractis quæ docuimus dudum, Salustium præfectum promotum remisit in Gallias Germaniano iusso uicē tueri Nebridij, itidemq; Neuitæ magisterium commisit armorum. Non possum hic silentio transire consuetudinem, qua Augusti in designando hoc usi magistratu sunt, quam memorat Marcellinus lib.25: Hinc Procopius alter notarius, & Memorius militaris tribunus, ad tractus Illyricos mittuntur, & Galliarum, nunciaturi Iuliani mortem, & Iouianum post eius obitum ad culmen Augustum euectum. Quibus mandauerat princeps, ut Lucillianum socerum suum post deposi-
B tum militiæ munus digressum ad ocium, morantemq; eo tempore apud Sirmiũ, oblatis magisterij equitum & peditum codicillis, quos ijsdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent. hæc ille. Manet & hodie is mos, quo literis, aliquo nomine & fama uiri, ad magistratus petũtur: uulgò uocant **Credentzbrieff**. Atq; hæc ex Marcellino de magistro armorum, siue militiæ. Cui quare hoc nomen sit additum, cum antea Imperator uocaretur: arbitror Imperio constituto, ut esset discrimen, cum iam Imperatoris uox monarchiæ accommodaretur, magistros uocitatos, qui antea cùm dictatores, tum Imperatores fuerant: quando & Cicero libro tertio de Finib. Dictatorem magistrum populi nominauit. Scitum est illud quod Vlpianus iureconsultus scribit ff. de uerb. signific. l. cui præcipua. Cui præcipua cura rerum, inquiens, incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt, debent, hi magistri appellantur. Quinetiam & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. Eadem metaphora magistri dicuntur, qui bona sub hasta uendunt. ad quos magistros alludit Cicero libro primo epistolarum ad Atticum: Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is quem putabant magistrum fore, si bona uenirent, L. Pontius. Et iterum libro sexto: De hæreditatum possessionibus & bonis possidendis, magistris faciundis, uendendisq; ex edicto. Cæterùm priusquam huic sermoni de magistro siue militiæ, siue armorum, finem imponamus, libet huc adscribere ex Modesto, quę ad huius muneris explicationem cum primis pertinere uidentur. Vbi enim is de legatis legionum tractat: Sed legati (inquit) Imperatoris ex consularibus ad exercitus mittebantur, quibus legiones & auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis, uel necessitate bellorum. In quorum locum illustres uiros constat magistros militum substitutos, à quibus non tantum binæ legiones, sed etiam plures numero gubernabantur. hæc ille. Ex

Magistri definitio apud iureconsultos.

Magistri hastæ.

quibus liquet, mutata facie Imperij, mutata & rerum penè omnium uocabula esse: quod sæpe monuimus, & quod sæpe lectorem historiarum aut detinet, aut hallucinari facit. Sed hic in dubium uoco, magister militiæ, & magister utriusque militiæ, idem'ne an diuersa extiterint. Videtur enim maiorem inclusisse dignitatem ac numeros muneris amplioris, utriusque militiæ magisterium, quàm legatum habuisse, quem constat peditatui tantū, neque toti etiam præfuisse. Neque uerò etiam alienum fuerit, hoc loco doctissimi poetæ Claudiani carmen luculentissimum, & aliquot ex Vetustate exempla inscriptionum adferre, quæ id quod proponimus testimonio maiori fulciant. Est autem Claudiani uersus de laudibus Serenæ, Stiliconis uxoris, talis: A

Locus Claudiani de magistris militiæ.

—Si bellica nubes
Ingrueret, quamuis annis & iure minori
Cedere grandæuos equitum peditumque magistros
Aspiceret.—

Huc facit & Sidonij Apollinaris haud contemnendum carmen, in Panegyrico Anthemij:

Suspicit hinc reducem duplicati culmen honoris
Patricius, nec non peditum hic equitumque magister
Præficitur castris.— Et iterum:
Huic reduci datur omnis honor, & utriusque magister
Militiæ, consulque micat coniuncta potestas.

Viennæ Austriæ, in collegio:

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI VALENTIS ET GRATIANI PERENNIVM AVGVSTORVN SALVBER. IVSSIONE, HVNC BVRGVM A FVNDAMENTIS ORDINANTE VIRO CLARISSIMO EQVITIO COMITE, VTRIVSQ. MILITIAE MAGISTRO, INSISTENTE ETIAM LEONTIO P. P. MILITES AVRELIANES LAVREACENSES CVRAE EIVS COMMISSI, CONSVLATVS EORVMDEM PRINCIPVM NOSTRORVM TERCII. B

Treuiris ad S. Paulinum:

HIC IACET ELIVS CONSTANTIVS VIR CONSVLARIS COMES ET MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE ATQVE PATRICIVS SECVNDO CONSVL ORDINARIVS.

Romæ:

FL. STILICONI V. C. FLAVIO STILICONI ILLVSTRISSIMO VIRO MAGISTRO EQVITVM, PEDITVMQ. COMITI DOMESTICORVM TRIBVNO PRAETORIANO.

IMPP. CAES. D. D. INVICTISS. PRINCIPIBVS ARCADIO ET HONORIO VICTORIB. ET TRIVMPHATORIB. SEMP. AVGG. OB INSTAVRATOS VRBI AETERNAE MVROS PORTAS ET TVRRES, EGESTIS IMMENSIS RVDERIBVS EX SVGGESTIONE C. ET INLVSTRIS MILITIS ET MAGISTRI VTRIVSQ. MILITIAE AD PERPETVITATEM NOMINIS EORVM MV. SACRA CONSSITVIT CVRANTE EORVM FL. STILICONE V. C.

Magister equitum.

MAGISTER EQVITVM maioris dignitatis erat ante constitutū Imperium, qui à dictatore dicebatur (cuius subinde T. Liuius meminit, & de quo nos libro

A huius Operis sexto, cum equitatū describimus, attigimus) quàm inclināte scilicet Imperij maiestate, quem hocce Capite recensemus, qui equitū solorum in limite tempore belli curam gerebat: cum alter, præter equites, peditatus etiam ius post dictatorē usurpasset. Vnde scribit Marcellinus lib. 15. Ad quem procinctum Imperator egressus, in Rhœtias, camposq; uenit Caninos. Et digestis diu cōsilijs, id uisum est honestum & utile omnibus, ut eò cum militis parte Arbitio magister equitum, cum ualidiore exercitus manu, relegens marginis lacus Bregantiæ. Qui quidem locus de magistro equitum limitis Rhœtici est intelligendus, ueluti ille sub finem prędicti libri de magistro equitum Galliarum accipitur: Hunc Prosper adæquabat pro magistro equitū agente etiam tum in Gallijs militem regens. Porrò libro 16, inter magistrum equitum & præfectum ordinis equestris distinguere uidetur: Namq; ut documenta liquida prodiderunt, proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus, sed eos medullis prouinciarū saginauit Constantius. Sub hoc etenim ordinum singulorum autores, infinita cupidine diuitiarum arserunt, sine iustitię distinctione uel recti, inter ordinarios iudices Ruffinus primus præfectus prætorio, & inter militares equitum magister Arbetio, præpositusq; cubiculi, & Vrsicinus equestris ordinis præfectus, quæstor & in urbe Auiti. Idem autor equitum magistri in prouincia agentis meminit, hoc est, qui in limitis custodia sub præfecto prætorio manebat, uel nullo bello flagrante. sic enim scribit eodem libro: Et quod indignitati rerum est adsignandum, periclitanti Cęsari distulit suppetias ferre Marcellus magister equitum, agēs in stationibus proprijs. Idem lib. 26: Silentibusq; cunctis, Dagalaiphus tunc equestris militiæ rector, respondit fidentius. Et libro 26: Victor magister equitum ad Gothos est missus, cogniturus apertè, quā ob causam gens amica Romanis, fœderibusq; in-

B genuæ pacis obstricta, armorum dederat adminicula. Et iterum lib. 28: Clarius per hanc occasionem impendiò tempestiuam, Alemannos gentis antedictę metu dispersos adgressus per Rhœtias Theodosius, eo tempore magister equitum, plurimis cæsis, quoscunq; cæpit, ad Italiam iussu principis misit. Idem lib. 29: Africanus causarum in urbe defensor assiduus, post administratam prouinciam, ad regendam aliam aspirauit: cuius suffragatori magistro equitum, id petenti sub agresti uerbo responderat. Et iterum lib. 21: Alios per mediterranea Rhœtiarū magistro equitum Neuitæ commissas. Et rursus sequente lib. 22, Iouini magistri equitum in Illyrico meminit: Breui deinde Secundo Salustio promoto præfecto prætorio, summam quæstionū agitandarum, ut fido cōmisit, Mamertino & Arbitione & Agilone atq; Neuita adiunctis, itidemq; Iouino magistro equitum, per Illyricum recens promoto. Et de huiusmodi magistro equitum, arbitror intelligendum locum Cassiodori lib. 7 Variarum cognitionum, cum formulam principis Dalmatiarum recenset: Hoc etiam tui loci probatur exemplo, sine quo nec secretarij præstitus accessus, nec postulationis pompa peragitur: totusq; ille iudicis ita tibi legibus probatur creditus, ut sine te nequeat esse profectus. Comiti quidē prouinciarum potestas data est, sed tibi index ipse commissus est. Itaque per indictionē illam ad prouinciam te iubemus excurrere, ut mixtus indicis officio, competentia loco tuo peragas. Et qui princeps à nobis egrederis, nullis uilitatibus accuseris. De hoc arbitror intelligendum & illud Marcellini libro uigesimoprimo: Leuibus tamen indicijs super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones curabat rem ea tempestate castrensem. Et iterum: Anni tempore iam recente, Valentinianus cum Gratiano Rhenum transgressus, in diuisis agminibus quadratis, ipse medius incedebat, Iouino & Seuero magistris rei castrensis altrinsecus ordinum latera seruantibus.

Loca Marcelli ni de magistro equitum.

Locus Cassiodori de principe rei militaris.

Locus Marcellini de comite rei castrensis.

Magister peditum. MAGISTER PEDITVM inclinante primùm Imperio factus est, qui legatos legionum modò, & non equitum seueros decurionesq; gubernabat. qualem hodie supremum regimentorum dicimus. Inuenio uerò magistros peditum, uti etiam equitum, duorum generum extitisse: agentes uidelicet in prouincijs, & alios qui simpliciter in quibusuis castris peditum legiones regebant. Sed placet quod proponimus, ex ipso Ammiano Marcellino audire. nam is potissimū ex omnibus historiæ autoribus, quos equidem scio, huius generis magistratus castrensis mentionem facit. qui lib. 15 sic scribit: Cum diuturna incuria Galliæ cedes acerbas, rapinasq; & incendia, barbaris licenter grassantibus, nullo iuuante perferrent, Syluanus pedestris militiæ rector iratus, & efficax ad hæc corrigenda primùm ipsis superuenit. Et iterum, de eodem agente in Gallijs peditum magistro, lib. 16: Habita itaq; deliberatione, adsistentibus locorū peritis, quod nā iter eligeret ut tutum, multa ultro citroq; dicebātur: alijs per arborosam, quibusdam per sedes Leucorum iri debere firmantibus. Sed cum subsererent quidā, Syluanum paulo antè magistrū peditum, per compendiosas uias, uerùm suspectas, quia tenebris multis umbrantur, cum octo auxiliarium millibus ægrè transisse. Et iterum: Et ille literis gratanter acceptis, Sirmium uenit, comitantibus socijs, libratisq; diu super pace consilijs, quam fundari posse cum Persis Musonianus retulerat, in Oriētem cum magisterij remittitur potestate. Et iterū de eodem Galliarū magisterio scribens: Et cum rectà præeuntē secuturū, ut ductorē morigerū miles: parte alia Barbatio, post Syluani interitū promotus ad peditum magisterium. Idem lib. 17: Ad quos repellendos cum ualida manu missus Barbatio, in locū Syluani peditū promotus magister. Et rursus lib. 18: Hæc dum in Gallijs cœlestis corrigit cura, in comitatū Augusti turbo nouarū exoritur rerū à primordijs leuibus adductus, ad lamenta progressus, in domo Barbationis pedestris militiæ tunc rectoris, examen apes fecere perspicuum. Sic lib. 20: Quæ cum ita geruntur (scribit) post Amidę oppugnationē, Vrsicinum ad cōmilitium principis & peditum magisterium reuersum (successisse enim eum Barbationi prædiximus) obtrectatores excipiunt. Iterū lib. 21: His relatione cōmuni consortiumq; cognitis, Iulianus Constantinopoli etiamtū hybernans, solerti remedio turbatis consuluit rebus, moxq; Agilonē magistrū peditū ea tempestate probè cognitū miserat. *Magister largitionum.* MAGISTER largitionū, seu comes, ferè eiusdem erat dignitatis ordinisq;, cuius est hodie thesaurarius. & apud Hungaros magister Tauernicorū. Erat uerò triplex: principis alius, qui & propriè Sacrarum largitionū comes uocabatur: castrensis, & prouincialis. Et ne quis putet nouū hoc, uel barbarū uocabulum fuisse, is audiat Liuiū lib. 5 Dec. 3: Tanto inde fauore ad suffragiū ferendū in tribus discursum est, ut tribuni repentè incœpto desisterēt. Ædilitia largitio hæc fuit. Romani ludi pro temporis illius copijs magnificè facti, & diem unū instaurati, & congij olei in uicos singulos dati. Sed placet autorū locis, tres illos largitionū magistros confirmare. Quapropter *Largitio sacra principis, & eiusdem magister.* de magistro siue comite sacrarū largitionū, qui principis thesauros & indulgentias curabat, hæc loca autorū accipienda sunt. Tacitus lib. 1 hist. Aug. Tum proferre libellum, recitariq; iussit. Opes publicæ continebātur: quantū ciuium sociorumq; in armis, quot classes, regna, prouinciæ, tributa aut uectigalia, & necessitates ac largitiones. quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus (loquitur ibi de testamēto Augusti.) Et iterū: Cæterùm cupidine dominandi cōcitos ueteranos per largitionē, paratū ab adolescente priuato. Idem lib. 2, cum de Tiberio scribit: Nepos erat oratoris Hortensij, inlectus à diuo Augusto, liberalitate decies sestertiūm, ducere uxorē. Subdit mox in responsione Tiberij: Cum inuidia senatus & principū siue indulserint largitionē, siue abnuerint, &c. Suetonius in Galba: Li-

A beralitates Neronis,nō plus decimis concessas,per L equites Romanos ea conditione reuocandas curauit,exigendasq́. Et rursus: Qui ex liberalitate Neronis acceperit centū sestertia,is restitueret nonaginta,& decē tantūmodo retineret. Sic Capitolinus in historia Marci: Si quis unquā proscriptus esset à præfecto urbis, nō libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit. Huc pertinet illud Eutropij lib.18: Et facto prandio Theodorus præpositus prætorij, cœpit eis texere intentionē suā. Contigit aūt inueniri Anastasiū comitē largitionū. Et de huiusmodi largitione,eiusq́ magistro,intelligenda sunt hæc Marcellini loca lib.16: Req́ cōperta iubetur Mauortius tunc pręfectus prætorio,uir sublimis constātiæ,crimē acri inquisitione spectare,iuncto ad audiendi societatē Vrsulo largitionū comite. Idem lib.21: Salustium præfectū promotū remisit in Gallias,Germaniano iusso uicem tueri Nebridij,itidemq́ Neuitæ magisterium commisit armorū,Gunoariū proditorē antiquū timens: quem,cum scutarios regeret, latenter prodidisse Veteranionē,suū principē,audiebat: & Iouis quæsturā, cuius in actibus Magnentij meminimus,& Mamertino largitiones curandas. Et libro 22: Palatinas dignitates ueluti ex quodam tribuens perpendiculo,& sub ea nemo celsum aliquid acturus in regia, repentinis adhibitus est uel incognitus. Sed qui post decennium officiorū magisterium,uel largitiones,uel simile quidquam esset recturus, apertissimè noscebatur. Et iterum eodem loco: Quo tædio Iulianus defatigatus,ad largitionū comitem uisum propius: Iube (inquit) periculoso garritori pedum tegmina dari purpurea,ad aduersariū perferenda. Quem, ut datur intelligi,chlamydem huius coloris memorat sibi consarcinasse,ut sciri possit, sine uiribus maximis quid panculi perficiant leues. Alludit præterea ad huiusce largitionum magisterium alius inclinantis imperij autor, Cassiodorus uidelicet libro 2 Variarum cognitionum,in epistola Theoderici regis ad Dromanarios: Et ideo comiti sacrarū largitionum nostra præcepit autoritas, ut in Hostiliensi loco constitui debeatis. Et iterum libro tertio: His meritis ad honorum celsa perductus,largitiones sacras fida protexit custodia. Manifestius paulò hoc munus describit libro sexto: Comitiuam (inquit) sacrarum largitionum, indicia rerum uerba testantur,quod uerè decorum,uerè fuit omnimodis exquisitum, in donorum regalium parte sequestratam facere dignitatem,& alterius honorem dicere,dum nos constat dona conferre. Et subdit, magistrum largitionum Cal.Ianuarijs dona principis distribuisse,uidelicet strenas: Supplicum per te fortunas (ait) erigimus, Calendis Ianuarijs affatim dona largimur: & lætitia publica, militia tua est. Idem refert,largitionum magistros numismatibus curasse uultum Imperatoris imprimere, uestibus Imperatorijs, salis prouentui & mercaturis præsedisse: Verùm hanc liberalitatem nostram (inquit) alio decoras obsequio, ut figura uultus nostri metallis usualibus imprimatur, monetamq́ facis de nostris temporibus futura sæcula commonere. Et subdit: Vestis quoque sacra tibi antiquitus noscitur fuisse commissa. Negociatores, quos humanæ uitæ constat esse necessarios, huic potestati manifestum est esse subiectos. Nam quidquid in uestibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quidquid in gemmis ambitio humana potest habere preciosum, tuis ordinationibus obsecundat: & ad iudicium tuum confluunt, qui de extremis mundi partibus aduenere. Salis quoque commercium, inter uestes sacras & preciosissimam margaritam, non ineptè tibi deputauit antiquitas. Huc sunt referenda, quæ de hoc munere scribit codex Marinianus, de notitijs Orientis & Occidentis: qui uidelicet sub comite sacrarum largitionum, hoc est Palatino, enumerat comites largitionum per omnes diœceses: comites præterea commerciorum, quorum septem erant,

Loca Cassiodori de magistro largitionum.

Potestas magistri largitionum.

Qui magistro largitionum parebant.

per Orientem, per Ægyptum, per Mœsiam, per Scythiam, per Pontum, & per Illyricum. Item sub eodem magistratu recenset prępositos thesaurorum duodecim prouinciarum, de quibus lib. secundo. §. de comite thesaurorum, dictum est. Idem subijcit illi comites metallorũ per Illyricum, comites rationales in Aegypto. Rursus enumerat sub eodẽ officio, cui subiecti erant, aliquot procuratores, & aliquot primiceria, atq; indulgentias principis. Procuratores erant quinq; uidelicet monetarum, lanificiorum, baphiarum, gynæciorum & bastaigiarum. Primicæria uerò erant quatuor: Primicerium totius officij, primicerium scrinij canonum, primicerium exceptorum, primicerium scrinij tabulariorum, & primicerium numerariorum: quorum erant sex, uidelicet aureæ massæ, argenti, auri ad responsum, à pecunijs, ab annulis, & uestiarij sacri. His cohærebant item largitioni sacræ obnoxia, secundocerium officij, & tertiocerium officij, qui tractabant Bastagias: magistri deniq; priuatæ rei, & magistri lineæ uestis. Cæterùm INDVLGENTIAS arbitror fuisse donationes Augustorũ, quæ emeritis pace belloq; fiebant, quas hodie in aulis principũ Germani appellare solent Gnadengelt: quam uocem arbitror posterius in literariam donationem Pontificis summi detortam. Non enim nouum est, sed uetus nomen, cuius Capitolinus meminit in Pij historia: Si quos (inquit) repetundarum damnauit, illorum liberis bona paterna restituit, ea tamen lege, ut illi prouincialibus redderent, quod parentes acceperant. Ad indulgentias pronissimus fuit. Et rursus: His, quos Hadrianus damnauerat, in senatu indulgentias petijt, dicens etiam ipsum Hadrianum hoc fuisse facturũ. Meminit huius uocis & Marcellinus libro decimosexto: Deniq; id eum adusq; imperij finem, & uitæ, scimus utiliter obseruasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariæ rei concederet reliqua. Atq; hæc de magistro sacrarum largitionum, hoc est Augustali & Palatino, dicta sufficiant. ad quẽ Claudianus item poeta alludit hoc carmine, in Panegyrico Manlij Theodori:

Indulgentiæ apud ueteres.

A

B

—Terris edicta daturus,
Supplicibus responsa uenis: oracula regis
Eloquio creuere tuo, nec dignius unquam
Maiestas meminit sese Romana locutam.
Hinc sacræ mandantur opes, orbisq; tributa
Possessi, quidquid fluuijs euoluitur auri,
Quidquid luce procul uenas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

Largitio prouincialis.

LARGITIO PROVINCIALIS erat in limitibus, qua limitaneis militibus liberalitates præfectorum elargiebantur. Cuius erãt species: Congiarium, præcipuè Romæ, & clauiarium. Manet huiusmodi largitionis magister apud Hungaros, quem Tauernicorum appellant. Nec uicedominus Austriæ ab hoc multũ diuersus est. Et de huiusmodi prouinciali largitione intelligenda sunt loca autorũ. Cæsaris lib. 4 Ciuilis belli: Cassius legionibus in hyberna dispositis, ad ius dicendum Cordubam se recepit, contractumq; in eo æs alienum, grauissimis oneribus prouincię constituit exoluere. Et ut largitionis postulat consuetudo, per causam liberalitatis speciosam, plura largitori querebantur, pecuniæ locupletibus impertiebant. Tacitus lib. primo hist. Aug. Destinatum excidio Vbiorum oppidum, imbutasq; præda manus in direptionẽ Galliarũ erupturas augebat metum, gnarus Romanę seditionis, etsi omitteret, inuasurus hostis. At si auxilia & socij aduersum abscedẽtes legiões armarent, ciuile bellũ suscipi, periculosa seueritas, flagitiosa largitio, seu nihil militi, seu omnia cõcederent. Meminit huius & Vopisc. in Probo: Quæ

A Quæ deinde fœlicitas emicuisset, si sub illo principe milites nō fuissent? annonam prouincialibus daret nullus, stipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos thesauros habet Romana respublica. Sic Aurelius Victor in uita Traiani: Hic imperium apud Agrippinam, nobilem Galliæ coloniam, accepit, habens diligentiam in re militari, in ciuilibus leuitatem, in subleuandis ciuitatibus largitionem. Huc pertinent loca Marcellini, qui lib. 18 sic scribit: Et dum totius orientis didicisset interna uirorū, stipendijq́ parte maxima per Illyricum distributa, ubi destinebatur ex negotijs serijs Imperator, adlapsuro iam præstituto die soluendæ pecuniæ, quam per syngrapham debere se confiteri ui metuq́ compulsus est, cum omnibus se prospiceret undiq́ periculis opprimendum, largitionum comite ad alterius gratiam infestius perurgente, fugam ad Persas cum coniuge liberisq́ & omni uinculo charitatū, omni molimine conabatur. Idem lib. 22: Cum enim Cæsar in partes mitteretur occiduas, omni tenacitate stringendus, nullaq́ potestate militi quidquam donandi delata, ut pateret admotus asperior exercitus: hic idem Vrsulus datis literis, ad eum qui Gallicanos tuebatur thesauros, quicquid posceret Cæsar, proculdubio cesserat dari. Idem lib. 26: Et dedignatus hominē superare, certamine despicabilem autoritatis & celsi fiducia corporis ipsis hostibus, iussit suum uincire rectorē. Atq́ ita turmarū antesignanus Vmbratius comprehensus, suorū manibus. Quæ dum hoc modo procedūt, Venustus quidam largitionum apparitor, sub Valente multo antè Nicomediam missus, ut aurū susceptū stipendij nomine, militibus per Orientē distributis uiritim tribueret. Et rursus lib. 27: Emicuit tamē per id tempus, inter alias humilium neces, mors Dioclis ex comite largitionū Illyrici, quem ob delicta leuia flammis iussit exuri. Et sic intelligitur etiā locus Cassiodori lib. 6 Variarum, in formula comitiuæ sacrarum largitionū: Pa-
B rū est aūt (scribit) quòd prouinciarū iudices tuæ subiaceāt potestati, ipsis quoq́ proceribus chartarum confirmas, dum perfectum nō creditur, nisi à te fuerit per solennitatem cōpletum. Accipitur de illa largitione & illud Sidonij Apollinaris lib. 1 Epistolarum, epistola ad Vincentium: In Capitolio custodiebatur à Flauio Asellio hospite, comite sacrarum largitionum: qui adhuc in eo semifumātem præfecturæ nuper extortæ dignitatē uenerabantur, interea legati prouinciæ Galliarum. Atq́ hactenus de largitione prouinciali, cuius species extitisse clauiarium & congiarium dixeramus. CLAVIARII quidem meminit Tacitus in hæc uerba: Seditiosæ militum uoces terrebant, clauiarium (donatiui nomen est) flagitantium, ne pecuniam aut frumentum prouiderent, & festinatio atq́ auiditas præpediebant. Suetonius in Othone, cum patris sui mentionem fecisset: Interfuit (inquit) huic bello pater meus Suetonius, leuis tertiædecimæ legionis tribunus Augusti Clauius. Alludit ad huiusmodi donorū liberalitatē Ouidius hoc carmine: *Clauiarium quid fuerit.*

—*Claui mensura coacta est.*

CONGIARIVM tametsi in urbe potissimum dabatur, & præcipuè in principū inaugurationibus, ut hodieq́ fit, tamen libet de eo dicere, cum ad prouincias magis quàm militiam pertineret: quod donationis genus à uasis mensura, hoc est congio, nomenclaturam accepit, quo pecunia mensurabatur, & in populum distribuebatur atq́ spargebatur. Meminit Suetonius in Augusto cap. de liberalitate: Congiarium populo frequēter dedit, sed diuersa fermè summa, modò quadringentos, modò trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenosq́ nummos. Ac ne minores quidem pueros prætorijs, quamuis nō nisi ab undecimo ætatis anno accipere consueuissent. Frumentum quoq́ in annonæ difficultatibus, sæpe leuissimo, interdū nullo precio uiritim dimensus. Et iterū in historia Tiberij: Prandiū dehinc populo mille mēsis, & cōgiariū tricenos nūmos uiritim dedit. Idē in Calig. *Congiarij liberalitas.*

Congiarium populo bis dedit, tricenos sestertios, toties abundantissimum epulum senatui equestrique ordini. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ, cum de Tiberio loquitur: Additurque pontificatus, & quo primùm die forum ingressus est, congiarium plebi admodum læto, quòd Germanici stirpem iam puberem aspiciebat. Huc alludit Quintilianus libro sexto Institutionum: Congiarium (inquit) commune nomen est liberalitatis atque mensuræ. Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, qui amicis dabantur, exiguitatem, heminarium esse dixit: alludens ad alterum mensuræ genus. Cæterùm huius liberalitatis originem memorat T. Liuius libro quinto Decadis tertiæ: Aedilitia (inquit) largitio hæc fuit, ludi Romani pro temporis illius copijs magnificè facti, & diem unum instaurati, & congij olei in uicos singulos dati. Idem libro septimo Decadis quartæ: Eodem anno censuram multi & clari uiri petebant: quæ res tanquam in se parum magni certaminis causam haberet, aliam contentionem multo maiorem excitauit. Petebant T. Quintius Flaminius, P. Cornelius Cnei filius Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Portius Cato, M. Claudius Marcellus, M. Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Aetolosque deuicerat. In hunc maximè, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauor populi se inclinabat. Ex quibus uerbis colligimus, & à mensuræ genere, huic nomen liberalitati accessisse: & non unum, uerùm plura eius genera extitisse: alterum in liquido humoris, ueluti olei, de quo iam ex Liuio dictum est: alterum in solido pecuniæ, de quo apertè locus Aelij Lampridij in Commodo intelligitur: Congiarium dedit populo, singulis denarios septingẽtos uicenos quinos. circa alios omnes parcissimus fuit, quod luxuriæ sumptibus ærarium minuerat. Porrò inuenio congiarium duplex fuisse, maius & minus. Ad quam diuisionem alludit Spartianus in Hadriano: Quo plus authoritatis haberet, ornatè, & ad cõprimendam de se famam, congiarium duplex, præsens populo dedit, ternis iam per singulos aureis se absente diuisis. Sic Herodianus congiarij magni mentionem facit libro tertio: Postea uerò quàm in templum Iouis ingressus est, omniaque sacrificia de more peregit, reuersus in Palatium, magnoque congiario populum Romanum uictoriæ nomine prosecutus est, ac nummos militibus largitus est, simul alia permulta indulsit. Loquitur autem de initijs Septimij Seueri. Idem libro secundo: Igitur Seuerus paucos dies in urbe moratus, dato plebi uberrimo congiario, donatisque abundè militibus, & ex his robustissimo quoque in locum exauctoratorum delecto, ad imperij custodiam, statim ipse in Orientem profectionem parat. Et rursus libro quinto de Heliogabalo scribens: Diuiso igitur congiario in populũ, ut mos est imperium suscipientibus, spectacula omnifariam edebat magnificentissima. Huc pertinent illa Lampridij in Alexandri Cæsaris historia: Conciones in urbe multas habuit, more ueterum tribunorum & consulum. Congiarium populo dedit, donatiuum militibus, ter carnem populo addidit. Huc alludit Capitolin. Congiarium populo dedit, militibus donatiuũ. Et Plinius in Panegyrico, Traianum laudat, quòd congiarium dedisset populo, quo locupletatæ essent tribus, & militibus exhibuisset donatiuum. Porrò de quantitate congiarij, & quantum in plebem solitum fuerit distribui pecuniarum, hoc adnotauit Cor. Tacitus libro decimotertio: Cæterùm coloniæ caput atque Nuceria, additis ueteranis firmatæ sunt, plebique congiarium quadrigeni nummi uiritim dati, & sestertiûm quadringent. ærario illatum, ad retinendam populi fidem. Et iterum libro secundo historiæ Augustæ: Cæterùm Tiberius nomine Germanici, trecenos plebi sestertios uiritim dedit. Videtur denique alludere ad huiusmodi congiarij exhibitionem, monumentum Vetustatis Perusiæ inuentum:

Congiarij origo.

Duplex cõgiarij liberalitas.

Congiarij quantitas.

A

B

C. VRBIO

A C. VRBIO C. F. L. N. TRO. GALLO PROCVLLEIANO PATRONO PERVSINORVM, PATRONO ET CVRATORI R. P. VERONENSIVM, IVDICI DE V. DEC. AEDILI PATRONO COLL. CENT. VRBIVS DIMIDIANVS AVO CHARISSIMO. OB CVIVS DEDICATIONEM DEDIT DECVRION. * II PLEBI * L. L. D. D. D.

LARGITIO MILITARIS, siue castrensis, cuius species donatiuum autoribus memoratur, erat pecunia, quam magister largitionis militaris, militibus ob res bene gestas nomine Augusti erogabat: cuius nõ solùm inclinantis Imperij autores, sed uetustiores etiam meminerunt. Cæsar lib.3 Ciuilis belli: Et cum laboris sui periculiq; testimonium afferre uellent, millia sagittarum circiter triginta in castellũ coniecta Cæsari renunciarunt: scutoq; ad eum relato, Seuæ centurionis, inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta: quem Cęsar, ut erat de se meritus, & de republica, donauit millibus ducentis æris. Meminit & T. Liuius lib. 8 Dec. 3: Pecuniã in ærarium tulerunt, sestertiûm tricies octoginta millia æris, militibus quinquagenos senos asses diuidit. Tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum rediisset. Et iterum sub finem libri decimi eiusdem, cum de Scipionis triumpho ageret: Romam peruenit, triumpho omnium clarissimo urbem est inuectus, argenti tulit in ærarium pondo centũ millia, militibus ex prędа quadragenos diuisit. Sic Cor. Tacitus libro historiæ Augustę 2: Et postquam Syriam & legiones attigit, largitione, ambitu, infimos manipulorũ iuuando, cum ueteres centuriones, seueros tribunos dimoueret. Et iterum libro 17: Bis & uicies mille sestertiûm donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit, decima parte liberalitatis apud quemq; eorum relicta. At illis uix decumæ super portiones erant, iisdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuiq; ac perditissimo nõ agri, nõ fœnus, sed solum instrumenta uitiorum manerent. Huc pertinet illud Appiani Alex. lib. 4 Ciuilis belli: Huius igitur concionis causa statim ipso tribunali militi mille quingentos drachmas Italas, turmę duci quincuplum, tribuno amplius ad eundem tribuemus modum. Hæc effatus, & uerbo & opere muneribusq; eos instruens, concionem dimisit. Loquitur autem ibi de Cassio. Et iterum in oratione Bruti: Victoriæ præmia integra, cum perfectis rebus nostris, de nobis dij iudicium dederint, uobis tribuam. Nunc hesternę uirtutis gratia, mille drachmas unicuiq; militi, ducibus uestris æquè præmia debita persoluam. Huc alludit & Spartianus in uita Hadriani: Quamuis Crassum postea procurator, egressum insula, quasi res nouas moliret, iniussu eius occiderit, militibus ob auspicia Imperij duplicem largitionem dedit. Meminit & Flauius Vopiscus in Probi historia: quæ deinde fœlicitas emicuisset, si sub illo principe milites non fuissent? Annonam prouincialibus daret nullus, stipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos thesauros haberet respublica. Est præterea qui huc faciat, apud Aurelium Victorem locus in Marco: Hic cum ærario exhausto largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere prouincialibus aut senatui aliquid uellet, instrumentum regij cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit. Marcellinus lib. 26: Venustus (inquit) quidam largitionũ apparitor sub Valente, multo antè Nicomediã missus, ut aurũ susceptũ stipendij nomine militib. per orientẽ diffusis, uiritim tribueret. Qui locus de apparitoribus, hoc est ministris accipiendus est, quorum opera in diuidendo largitionum magistri utebantur. Sic & tesseræ donatiui Dion meminisse uidetur, cum scribit: Exhibuit deinde quædam ad utilitatẽ & lucrũ, tesserulas ligneas supernè in theatrũ sparsit, in quibus signa erãt aut esculenti aut uestis argẽtei, præterea uasis & aurei,

Largitio militaris, & loca autorum de ea.

B

Tesseræ donationum & liberalitatis.

equorum domitorũ, pecorum, seruorum, &c. Supersunt talium tesserarum aut liberalitatis publicæ uestigia quædam, in ollarum publicatione, quas uocant, & in bacchanalibus passim ciuitates celebrare solent: gentilitia lingua dicimus, wann man ein hafen laßt außgehn. Sed redeo ad militarem largitionem, quæ peculiari uoce DONATIVVM nominabatur. De quo Cor. Tacitus libro XX, in hæc uerba scribit: Iisdem diebus Batauorũ & Caninefatum cohortes, cum iussu Vitellij in urbem pergerent, missus à Ciuile nuncius adsequitur: intumuere statim superbia ferociaq́ꝫ, & precium itineris donatiuum, duplex stipendium, augeri equitũ numerum, promissa sanè à Vitellio postulabant. Idem lib. XII: Et Cæsar adulationibus Senatus liberis cessit, ut uicesimo ætatis anno consulatũ Nero iniret: atqꝫ interim designatus, proconsulare imperiũ extra Italiam haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur. Additũ nomine eius donatiuũ militi, & congiarium plebi. Idem lib. 14: At postea quàm frustra obiecta sunt, infensa militibus patribusq́ꝫ & plebi, dissuasisset donatiuũ & cõgiarium, periculaq́ꝫ uiris illustribus instruxisset. Et iterum lib. 17: Bis & uicies mille sestertiûm donationibus Nero effuderat: appellari singulos iussit, decima parte liberalitatis apud quemqꝫ eorũ relicta. Herodianus lib. 3, in historia Septimij Seueri: Hæc locuto Seuero (inquit) confestim exercitus uniuersus Albinum hostem declarat: exceptoq́ꝫ faustis acclamationibus ipso, nihil non alacritatis & studij clamoribus ostendentes, magis magisq́ꝫ hominẽ spe addita succenderunt. qui amplissimo donatiuo milites prosecutus, statim uniuersos contra Albinũ educit. Idem lib. 4, cum de Iuliani inauguratione, occiso Pertinace in castris prætorijs tractat: Tum pro salute imperioq́ꝫ suo, singulis militibus Atticarum drachmarum duo millia supra quingentos pollicetur. Et in fine libri 6: Postea uerò quàm beneuolentiam omnium atqꝫ alacritatẽ prouocauit, duplicata scilicet annona, ingentiq́ꝫ promisso donatiuo, pœnisq́ꝫ omnibus & ignominijs remissis. Loquitur autem isthic de Maximini Thracis inauguratione, occiso Alexãdro. Huc referendus est præterea locus Ælij Lampridij, in historia Alexandri Cæsaris: Conciones in urbe multas habuit, more ueterum tribunorũ & consulum, congiarium populo ter dedit, donatiuum militibus ter. Ex quibus omnibus colligitur, donatiuum fuisse genus liberalitatis, quod militibus distribuebat, uel post uictoriã, uel cum aliquis creabatur Augustus: pecunia scilicet illa, quæ ultra stipendium, ut magis essent addicti, adijciebatur. Quod quomodo fiebat, memorat Sulpitius Seuerus, in uita diui Martini: fuisse scilicet consuetudinem apud Romanos, ut singuli milites citarentur ad donatiuum, quod militibus imperator erogabat. Et olim diuus Martinus, donatiuum Iuliani Cæsaris, cum non amplius militaturus esset, accipere recusauit, dicens, Donatiuum tuum pugnaturus accipiat. Cæterùm ne & illud transeamus, donatiui quãtitas quæ fuerit, docet Ælius Spartianus in Didio Iuliano: Sanè cum uicena quina millia militibus promisisset, trecena dedit. Inde habita cõcione militari, uespera in senatum uenit, totumq́ꝫ se senatui permisit: factoq́ꝫ senatusconsulto, Imperator est appellatus. Sic Iul. Capitolinus in Marci & Veri Antoninorum inauguratione: Actis igitur quæ agenda fuerant in Senatu, pariter castra prætoria petiuerunt, & uicena millia numûm singulis, ob participatum imperium, militibus promiserunt. Sed placet, ex consuetudine nostra, quod nunquam nõ facimus, Vetustatis exemplo quæ dicimus confirmare, quæ Reatæ in Italia, in hæc uerba legitur:

Origo ollarum. *Donatiuum.* *Donatiui quantitas.*

SANCTO FIDIO SENI PATRI DE DECVMA, VICTOR TIBEI LVCIVS MVNIVS DONVM MORIBVS ANTIQVEIS PRO VSVRA HOC DARE IVSSVM ANIMO SVO PERFECIT, TVA PACE ROGANS TE COLENDEI DISSOLVENDEI TV, VT

FACILIA

A FACILIA FAXEIS, PERFICIAS DECVMAM VT FACIAT VERAE RATIONIS PROQ. HOC ATQ. ALIAS DONIS DES DIGNA MERENTI.

Ad huiusmodi donatiuum alludit & Claudianus poeta libro secundo in Rufinum, hoc carmine:

Nunc epulas tempus socij, nunc larga parare
Munera, donandumq́ nouis legionibus aurum.

Hic notandum insuper est, dona militibus Imperatorũ quoq; testamento fuisse expressa. ut de Augusti testamento locutus Cor. Tacitus libro historiæ Augustæ primo: Cuius testamentũ inlatum per uirgines Vestales, Tiberium & Liuiã hæredes habuit. Liuia in familiã Iuliam, nomenq́; Augusti adsumebatur. In spem secundam, nepotes pronepotesq́; : tertio gradu primores ciuitatis scripserat, plerosq; inuisos sibi, sed iactantia apud posteros, gloriaq́; , legata non ultra ciuilem modum, nisi quòd populo & plebi CCCCXXXV. Prætoriarum cohortium militibus, singula nummûm milia, legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum trecenos nummos uiritim dedit. Inuenio deniq; dona militibus per quinquennia fuisse elargita, cuius rei meminit Ælius Lampridius in historia Antonini Diadumeni: Habete igitur milites pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas dij faciant, ut hæc sæpius fiant. Dabimus autem per cuncta quinquenñia, id quod hodie deputauimus. Fit mentio huius largitionis & Iureconsultis l.1.tit. de Re militari, cum de περισσεύματος loquuntur, quod Græcis est donatiuum, licet falsò barbari Iureconsulti legant perapateumatis. Atq; hæc de magistro largitionum, seu comite dicta

B sufficiant. Sequitur CAMPIDVCTOR, fortè qui exercitum per commodas uias ducebat, locorumq́; & uiarum gnarus erat: quales adhuc hodie exercitibus iunguntur. Meminit uerò huius uocis siue officij Lampridius, in historia Alexandri Seueri, in serie adlocutionis ad milites: Romani uestri socij (inquit) mei cõtubernales & commilitones, amant, potant, lauant, Græcorum more etiam quidam se instituunt. Hoc ego diutius feram? & non eos capitali dicam supplicio? tumultus posthæc ortus est. Atq; iterum: Qui in concione estis, uocem in bello contra hostem, nõ contra Imperatorem uestrum necessarium emittite. Certè campiductores uestri hanc nos docuerunt, contra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere: non contra eum, qui acceptam à prouincialibus annonam, qui uestem, qui stipendia uobis tribuit. Huc pertinẽt quæ Ammianus Marcellinus libro decimoquinto scribit: Sed ubi uentum est Aquileiam, Marinus ex campiductore, eo tempore uacans, autor perniciosi sermonis, & alioquin natura feruẽtis, in taberna relictus, dum parantur itineri necessaria, lateri cultrum casu repertum impegit. Atq; hactenus de campiductore in primo significato, cuius erat munus inter maiora seu ministeria seu magistratus militares habitum. Inuenio & minoris loci campiductoris uocem autoribus usurpatam, pro eo uidelicet, qui tyrones in campum ducebat, atq; in disciplina militari exercebat. Hinc nominatim Vegetius libro 1. cap. decimotertio: Præterea (inquit) illo exercitij genere quod armaturam uocant, & à campiductoribus traditur, imbuendus est tyro. Et iterum libro secundo, capite 24: Inexercitatus miles semper est tyro. Idcirco armaturam quæ festis diebus exhibetur, non tantum qui sub campiductore sunt, sed omnes æqualiter contubernales quotidiana meditatione discebant. Et libro tertio cap. sexto: Proponendi ergo sunt exercitatissimi campiductores, uicarij uel tribuni, qui alacriores retardent, & pigrius incedentes accelerare compellãt. Et capite eiusdem libri po-

Dona militibus ex testamentis.

Dona per quinquennia.

Campiductor.

Campiductores tyronum.

stremo, in apostrophe ad Valentinianum imperatorem: Quam in serenitate tua Persa miratur, ad equitandi scientiam uel decorē, quem Hunnorum Alanorumq́ natio uelit imitari, si possit: ad currendi uelocitatē, quam Sarracenus Indusq́ non æquat: ad armaturę exercitationem, cuius campiductores uel pro parte exempla intellexisse gaudent. Porrò aliud in militia Romana erat tergiductoris munus, & tantum nō acie instructa ad pugnam necessarium, ut in tergo militis præesset & duceret ad partem aciei laborantē. Ad quod, opinor, officium aliqui ex tribunis legebantur. Meminit huius subinde uocis non solùm Vegetius, sed præcipuè etiam Ælianus, in libello de Acie instruēda: Optimus cuiusq́ decuriæ (ait) præponi, & ductor cæterorum omnium esse debet, qui & Decurio, & decanus, & dux, & primus, & præses nominatur: ultimum decuriæ tergiductorem uocamus. Et iterum: Sunt qui genus hoc ordinis CCLVI Xenagiam, à mercenario milite uocent, eiusq́ principem Xenagum. In hisce singulis CCLVI hominum manipulis homines supraordinarij quinq́ habentur: signifer, tubicen, præco, tergidux, minister. Et iterū: Tergidux supraordinarius singulorū ordinum prudens peritusq́ esse debet, qui prouideat & procuret, quemadmodum milites ordinis totius uersent inter se, atq́ iūgent: & recētes uel metu uel aliqua alia causa prohibeat, & restitui cogat in ordinem: at etiam cum constipandum sit, compellat militem, cogatq́ si usus exigit, in arctum quàm maximè adduci. Ita enim fit, ut uires & robur phalanx accipiat. Quas ob res non modò in fronte, uerumetiam in tergo legionis principem & ducem aliquem statui necessariū ducimus. Idem, cum Rhombū delineasset (turmæ id genus est): Versu (inquit) aliquot equitibus instituto, quorum primus præfectus sit turmæ, ultimus autem tergiductor: in eius latus utrunque uersus alios numero hominum unitate minores disponēs, qua eques per interiecta interualla distat ab equite.

Tergiductor aciei.

CAPUT DECIMUM, DE MUNERIBUS legionis Romanæ.



QVAE proximo Capite à nobis distincta munia fuerunt, totius exercitus Romani erant, & ipsius militiæ quasi magistratus quidam. Quæ uerò nunc dicentur, ad quamq́ legionem pertinebant, quæ uno ceu fasce T. Liuius lib. octauo Dec. primæ cōplectitur his uerbis: Cum polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, nō magister equitum dictatoris parêret imperio. hæc ille. LEGATVS (ut interim nihil de legato administrante prouincias, ac legatis liberis dicamus) satis constat, legionē Romanam is quòd moderatus fuerit, ueluti cohortem tribunus: qui interdum Imperatore, siue prætore, aut etiam quæstore absente, castris præsidebat, quod postea ex fide historica confirmabimus. Iam plures eisdem in castris legatos fuisse, utpote totidem, quot legiones fuerant, ostendit Cæsar, maximus autorum, libro quarto Gallici belli: Reliquum exercitum Q. Titurio Sabino, & Lucio Aurunculeio Cottæ legatis in Menappios, atq́ in eos pagos Morinorum, à quibus ad eum legati non uenerant, ducendum dedit. Et iterum lib. quinto, cum exercitus in hyberna distributionem describeret: Subductis nauibus, concilioq́ Gallorum Samorobrinæ peracto, quòd eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius prouenerat, coactus est, aliter ac superioribus annis, exercitum in hybernis collocare, legionesq́ in plures ciuitates distribuere. Ex quibus unam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit: alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Essuos L. Roscio, quartam in Remis cum Tito Labieno in confinio Treuirorū hyemare

Legionum officia.

Legatus.

Multos in exercitu legatos fuisse.

A mare iussit. Tres in Belgio collocauit. his M. Crassum quæstorem, & L. Munatium Plancum, & Caium Trebonium legatos præfecit. Ex quibus uerbis præter alia liquet, legatum fuisse sub quæstore inferiorem paulò dignitatem: cum tamen non quæstor, sed Imperator exercitui præesset: ueluti rursus tribuni legatorum iussa capessebant. Hinc est illud Cæsaris libro quarto Gallici belli: Onerarijs coactis, contractisq́, quod satis esse ad duas legiones transportandas existimabat, quidquid præterea nauium longarum habebat, quæstori, legatis, præfectisq́ distribuit. hæc ille. Cæterùm usuuenit interdum, ut præfati sumus, superioribus magistratibus absentibus, hoc est, dictatore, consule, prętore, imperatore, ac quæstore, uti unus etiam legatus totum exercitum administraret, ac pluribus legionibus præesset. Et sic intelligenda sunt hæc loca Cæsaris libro quarto Gallici belli: Cæsar postera die T. Labienum legatum, cum his legionibus quas ex Britannia reduxerat in Morinos, quòd rebellionem fecerāt, misit. Et lib. quinto: Sed meridie cum Cæsar pabulandi causa tres legiones, atq́ omnem equitatū cum Caio Trebonio legato misisset. Sic libro sexto sequente: Partito exercitu, T. Labienum, cum legionibus tribus ad Oceanum uersus, in eas partes quæ Menapios attingunt, proficisci iubet: C. Trebonium cum pari legionum numero, ad eam regionem quæ Aduaticis adiacet, populandam mittit. Idem libro primo Ciuilis belli: Dum hæc parat atq́ administrat, Q. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone, circumq́ ea loca hyemandi causa deposuerat, in Hispaniā præmittit. Eadem sunt apud T. Liuium, qui Cæsarem ætate & scribendi laudę sequitur. cuius quidem libro octauo Decadis primæ hæc uerba leguntur: Fortè ita eo anno euenit, ut quotiescunq́ dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio mouerentur. Cæterùm in oculis exemplum erat Q. Fabius, M. Valerio legato,
B qui castris præerat, ne quam uim hostium magis quàm trucem dictatoris iram timeret. Et iterum libro primo Decadis tertiæ, loquens de consule Sempronio: Multis simul anxius curis, exercitum extemplò in naues impositum, Ariminum supero mari misit, Sexto Pomponio legato cum uigintiquinq́ longis Vibonensem agrum, maritimamq́ oram Italiæ tuendam attribuit. Et iterum libro quinto eiusdem Decadis: Relicto igitur modico præsidio in castris, præpositoq́ T. Fonteio legato, media nocte profectus, cum obuijs hostibus manus conserūt. Et libro septimo: Et consul quidem, quantis maximè poterat itineribus, ad collegam ducebat, relicto Q. Tatio legato, qui castris præesset. hæc ille. Itaque discrimina modò, non species erant legatorum huiusmodi, quæ enumerauimus: quòd alij potestatem uicariam habebant, aut qui cum pluribus legionibus ad exercitū mittebantur: alij uerò legiones singulas moderabantur, & tribunis ac centurionibus legionum imperabant. tertij deniq́ generis erant, qui cohortes tantū aliquas, uel imperfectas legiones ducebāt: quos ego discriminis causa legatos minores appello. Et de talibus locus Cæsaris extat lib. 5 Gallici belli: Vnam legionem, quam maximè trans Padum conscripserat, & cohortes quinq́ in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam & Rhenū, qui sub imperio Ambiorigis & Catiuulci erant, misit. His militibus Q. Titurium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottam, legatos præesse iussit. Et sic intelligitur locus Liuij lib. 6 Decad. 3: C. Fuluius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit è regione Vulturni amnis. Adhæc meminit Plinius legatorū primi principis, de quibus extat illud Liuij lib. sexto Decadis tertiæ: Et M. Attilius legatus primi principis ex eadem legione. Non possum hic silentio transire, quod & ipsum ad hanc uidetur muneris legatorum legionis dignitatem pertinere, ad hoc uidelicet non nisi prætorios uiros fuisse admissos. Hinc est illud Taciti libro secundo Augustæ historiæ: Et certamen Gallo

Legatus pluribus legionibus præfuit.

Tertium genus legatorum, qui ducebant imperfectas legiones.

Legatus primi principis.

aduersus Cæsarem exortum est. nam censuit, in quinquennium magistratuum comitia habenda, utq; legionū legati, qui ante à prætura ea militia fungebantur, iam tum prætores destinarentur. PRAEFECTVS LEGIONIS, quasi legati uicarius atq; adiutor erat, quē Modestus in libello de Nominibus militaribus in hæc uerba describit: Præfectus legionis, proprius iudex erat legionis, habens comitiuam primæ ordinis dignitatem: qui absente legato, tanquam uicarius ipsius, potestatem maximam retinebat. Tribuni, centuriones, cæteriq; milites eius præcepta seruabant: uigiliarum, siue præfectionis tesseras ab eodem petebant. Si miles crimen aliquod admisisset, autoritate præfecti legionis à tribuno petebatur ad pœnam. Arma omnium militum, item equi, uestes & annona, ad curam ipsius pertinebant. Disciplinæ seueritas exercitus, non solùm peditum, sed equitum etiam legionariorum, præcepto eius quotidie curabantur. Alludit ad huiusmodi munus & Vegetius libro de Re militari tertio, capite decimoseptimo: Sed optima ratio est (inquit) & ad uictoriam plurimum confert, ut lectissimos de peditibus, equitibus, cum uicarijs, comitibus, tribunisq; uacantibus, habeat dux post aciem præparatos. TRIBVNVS MILITARIS (quia de tribunis plebis, consularibus celerum, regentibus prouincias, palatinis notariorum, armaturarumq; & stabuli, alio loco à nobis dictum est) præerat Romanæ cohorti, & unum signum ducebat: cuius erat officium, iura militibus suæ cohortis tribuere, unde & nomen adeptus est, eosdemq; sacramento adigere, ad militiam exercere, uestimenta, armaturas, ualetudinemq; singulorum inspicere, custodias curare, & alia munia obire, de quibus posterius dicetur singulatim. Porrò originem tribunorum militarium recenset Liuius libro septimo Decadis primæ: Et cum eo anno primùm placuisset, tribunos militum ad legiones suffragio fieri: nam antea, sicut nunc, quos Ruffulos uocant, Imperatores ipsi faciebant. Et iterum libro octauo Decadis tertiæ, suffragio populi creatos testatur, ita scribens, cum seditionem legionum in Hispanijs contra Scipionem Africanum describit, & eundem increpantem milites introducit: Quid, inquit, populus Romanus, cum imperiū ablatum à tribunis, suffragio populi creatis, ad homines priuatos detulistis? Porrò non idem numerus legionis Romanæ tribunorum, quauis imperij ætate fuerat. primis enim temporibus quatuor modò in legione tribuni erant, qui constituto Imperio & paulo antè secundum numerum ordinemq; cohortium decem fuere: Primus, uel primicerius, secundanus, tertianus, quartanus, &c. Atqui quatuor duntaxat tribunos primis temporibus in legione fuisse, testatur Liuius lib. 9 Dec. 1: Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraq; pertinentia ad rem militarem. Vnum, ut tribuni semideni, in quatuor legiones crearētur, quæ antè perquàm paucis suffragio populi locis, dictatorum & consulum fermè fuerunt beneficia. Et iterum libro secundo Dec. tertiæ: Cæterùm cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat: & de legione secunda L. Publicius Bibulus, & P. Cornelius Scipio: & de legione tertia Appius Claudius, qui proximè Ædilis fuerat, omniū consensu ad P. Scipionem admodum adolescentē, & ad Appium Claudium summa Imperij delata fuit. Quamuis igitur tribuni non ultra cohortem imperium ex lege fuerit: inuenio tamen tribunum interea non solùm plures cohortes duxisse, uerumetiam integræ legioni præfuisse, legato uidelicet absente. Sic Liuius libro primo Decadis quintæ: M. Ebutius tribunus militum legionis, duos manipulos militum adijcere iussus est. Titus & Caius Ælij tribuni, legionem tertiam, quæ pabulatores & lignatores tueretur, uia quę Aquileiam fert, duxerunt. Et iterum: Vnus remansit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiæ legionis, cum tribus signis

Præfectus legionis.

Tribunus militaris.

Officium tribuni.

Origo tribuni.

Quatuor tribuni unius legionis primis temporibus.

Tribuni plures cohortes ducebant.

A signis ab legione sua relictus. Ad hunc ordinem possunt referri tribuni inclinãtis Imperij, prætorianarum cohortium, Cornutorum, Gentilium, Iouiorum, Herculeorum, Victorum, Iuniorum, Honorianorum, Braccatorũ, & aliarum quę erant instar legionum, manuum, peditum. Porrò huiusmodi tribunus primus, & inclinante Imperio Primicerius appellabatur, qui uidelicet legioni primæ millenariæ præfuerat, & Aquilam regebat, cum mille subiectis peditibus, & trecentis quinquaginta equitibus. De quo locus est accipiendus T. Liuij lib. 1 Dec. 5: Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur. Priores tamen Consul, copiæq; quæ à mari reducebantur, ad uallum accesserunt: L. Atius tribunus primus secundæ legionis, nõ hortabatur modò milites, sed docebat etiam, si uictores Histri, quibus armis cæpissent castra, ijsdem capta retinere in animo haberent. Atq; hæc ex Liuio, de primo tribuno. Sic Secundanus nominabatur, qui secundam cohortem ducebat: & Tertianus, qui tertiam, & sic de alijs. Cæterùm inclinante Imperio, non solùm in plura officia tribuni nomenclatura translata fuit, ut quicunq; uideli cet iura daret, tribunus diceretur, tribunus protectorum, tribunus notariorum, tribunus armaturarum, tribunus stabuli, tribunus decurionũ, &c. uerumetiam ipsa in militia alius fieret tribunus cum lato clauo, alius uacans. quorum ille, ab ornamento uestis, quo decoratus ab Augusto esset: hic quòd uel munere functus foret, aut tanquam supernumerarius officij administrationem operiretur. Et sic intelligitur illud Iulij Capitolini in Maximino: Occiso Heliogabalo, ubi Maximinus comperit Alexandrum principem nominatum, Romam contendit. quem Alexander, miro cum gaudio, mira cum gratulatione suscepit, ut in Senatu uerba faceret talia: P.C. Maximinus tribunus, cui ego latum clauum addidi, ad me confugit, qui sub impura illa bestia militare non potuit. Sic Trebellius Pollio in hi-

Tribunus primus uel primicerius.

Secundanus & tertianus.

Tribuni cum lato clauo.

B storia Balistæ tyranni, qui aduersus Galienum unà cum alijs imperium inuaserat: Est & alia eius epistola, qua gratias Balistæ agit, in qua docet sibi præcepta gubernandæ reipublicæ ad eundem data, gaudens quòd eius consilio nullum adscriptitium, id est uacantem haberet, & tribunum nullum stipatorem, qui non uerè pugnaret. Meminit huius uocis & Marcellinus libro decimosexto: Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXLIII, rectores autem quatuor, Baynabaudes Cornutorum tribunus, indeq; Laipso, & Innocentius cataphractarios ducens, & uacans quidam tribunus, cuius non suppetit nomen. Et iterum libro decimooctauo: Hariobaudem uacantem tribunum, fidei fortitudinisq; notę, nullo conscio, legationis specie ad Hortarium miserat. Atq; hæc de tribunorum militarium distinctione. Venio ad rationes muneris ipsius, quarum prima erat, SACRAMENTO adigere suæ cohortis milites, ut ex istis uerbis Liuij libro secundo Decadis tertiæ sumitur: Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, iureiurando à tribunis militum adacti, iussu consulum conuenturos, neq; iniussu abituros: nam ad eam diem nihil pręter sacramentum fuerat. Et ubi ad decuriatum aut centuriatum conuenissent, sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant sese fugæ atq; formidinis ergò non abituros, neq; ex ordine recessuros, nisi teli petendi aut sumendi, aut hostis feriendi, aut ciuis seruandi causa: id ex uoluntario inter ipsos fœdere, à tribunis ad legitimam iusiurandi adactionem translatum. Secundum erat munus, EXERCERE MILITES, quod uocabatur ad tyrocinium. Hinc Capitolinus in historia Maximini: Tertio uerò die (inquit) cum processisset Seuerus in campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum uidit, iussitq; statim tribuno ut eum coherceret, ac Romana militia imbueret. Sic Iureconsulti tit. de Re militari: Officium tribunorũ est (aiunt) milites in castris continere, & ad exercitationem producere, querelas commili-

Tribuni uacantes.

Primum munus tribunorũ.

Secundum tribunorum officium.

tonum audire, ualetudinem inspicere, &c. Sequitur tertia pars muneris, COHORTEM suam in aciem producere, & suo loco statuere. Sic Cæsar nimirũ scribit libro septimo Gallici belli: Postero die Cæsar cõcione aduocata, temeritatem cupiditatemq́ militum reprehendit, quòd sibijpsis iudicauissent, quò procedendum, aut quid agendum uideretur: neq́ signo recipiendi dato constitissent, neq́ à tribunis militum legatisq́ retineri potuissent. Huius meminit & Liuius lib. nono Decadis tertiæ: Cæterùm Lentulus ei parti usum equitis fore ratus, quę prior in dehiscentem interuallis hostium aciem equites emisissent, S. Cornelio tribuno militum imperat, equites per patentes relinquerent uias. Et iterum libro decimo eiusdem: Postremò, quod ipse pararet in proximam noctem, proponit: tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso signa concinuissent, extemplò educerẽt castris legiones. Erat præterea & illud inter præcipua munus tribuni, uigilias curare, & stationes. ad quod alludit Cornelius Tacitus libro decimooctauo historiæ Augustæ: Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra, ac si contrà tenderent, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientię. Sic Iulius Capitolinus in Macrino: Tribunum qui excubias deseri passus est, carpento rotali supernexum, per totum iter uiuum atq́ exanimem traxit. Huc pertinet quod Herodianus libro tertio de tribuno prætorianorum scribit, cum Plautiani præfecti prætorianorum consilia, cum Saturnino tribuno super occidendo Seuero imperatore communicata explicat: Saturninus erat quidam tribunus, qui Plautianum in primis obseruabat: & cum facerent idem omnes, unus tamẽ ille, maiori quadam uenerationis specie magis magisq́ homini obrepserat. Et subdit in allocutione Plautiani: Neque tu uel magnitudinem rei pertimueris, uel nomina Imperatorum expaueris. Intrare tibi in cubiculum, ubi somnum capiunt, soli nempe licet: redeunte uice nocturnæ custodiæ, clàm nulloq́ prohibente, facilè quod uolueris, transiges. Sequitur quintum, quod in tribunis cohortium obseruauimus. Munus erat autem, missionem dare suis militibus, & sacramento soluere: quod adhuc hodie ius Capitanei uexillorum usurpant. Huc alludit Tacitus lib. primo historiæ Augustæ: Sensit miles in tẽpus confecta, statimq́ flagitauit. Missio per tribunos maturatur, largitio differebatur. Habebant porrò carceres & custodiam tribuni, atq́ ad capiendũ ab Imperatoribus ducibusq́ mittebantur. Hinc est illud Taciti lib. 3: Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætorię cohortis deductus est, uario rumore, custos salutis an mortis exactor sequeretur. Et lib. 4: Missusq́ à Cæsare properè Staius tribunus cum ualida manu, ducem ipsum & proximos audaciæ in urbem traxit. Inuenio quoq́ tribunos cum mandatis missos fuisse ab Augustis legatorum instar. ad quod pertinet illud T. Liuij libro octauo tertiæ Decad. ad tumultuantes legiones in Hispanijs missos septem tribunos à Scipione Africano fuisse: Stupenti itaq́ (inquit) seditioni, cum uiuere primùm, mox etiam ualere Scipionem certi autores afferrent, tribuni militum septem ab ipso Scipione missi superuenerunt. Confirmat hoc & Ammianus libro uigesimoquinto, cum Iouiani Cæsaris inaugurationem in Armenijs describit: Hinc Procopius alter notarius, & Memorius militaris tribunus ad tractus Illyricos mittuntur, & Gallicanos, nunciaturi Iuliani mortem, & Iouianum post eius obitum ad culmen Augustum euectum. Eadem ratione, ab Imperatoribus tribunos missos fuisse ad occidendum, quos morti destinauerant, loco aliquo officioq́ existentes. Tacitus libro tertio: Nihil de ea re Tiberius apud senatum disseruit. Patris iussa simulabat, quibus perscripsisset, tribuno custodiæ apposito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoquidem ipse supremum diem expleuisset. Idem libro undecimo,

Tertium tribunorum officiũ.

Quartum tribunorum officium.

Quintũ tribunorum officiũ.

Sextum officiũ tribunorum.

Septimum munus tribunorũ.

Octauum munus tribunorũ.

A

B

decimo,

A decimo, de nece Messalinæ Claudij Cæsaris uxore agens. Quod ubi auditum, & languescere ira, redire amor, ac si cunctarentur, propinqua nox & uxorij cubiculi memoria timebantur, prorupit Narcissus, denunciatque centurionibus & tribunis, qui aderant, exequi cædem. Et iterum libro decimoquinto, cum Pisonis, Poppeæ, Tigillini ac Senecæ à Nerone demandatas neces scribit: Hæc ubi (ait) à tribuno relata sunt, Poppeæ & Tigillino coràm, quod erat sæuienti principi intimum consiliorum, interrogat, an Seneca uoluntariam mortem pararet, cum tribunus nulla pauoris signa, nihil triste in uerbis aut uultu deprehensum affirmauit: ergo regredi & indicere mortem iubetur. Huc spectat quod de Saturnino tribuno Herodianus libro tertio scribit: Erat enim genere Syrus, ac sunt fermè ad orientem mortales acerrimis ingenijs: cognito furore ac uecordia, quãtumque ei liceret minimè ignarus, haudquaquam ausus detrectare, ne scilicet continuò daret pœnas, cum se optata ac lubentia simularet audire, prius adorato illo tanquã Imperatore, iam libellum petebat demandatæ sibi necis. Quippe mos tyrannis, cum aliquem indemnatum occidi iubent, per literas potissimum iniungere, ne dein cædis imperatæ nullum relinquatur argumentum. Hic Plautianus cæcutiens nimia cupiditate, dat libellum tribuno, atque ad cædem mittens, admonet diligẽter, ut interfecto utroque principe, priusquam diuulgetur facinus, se iubeat acciri: quo antea in Palatio conspiciatur, quàm occupatum imperium quisquam audiat. hactenus Herodianus. Memoratur præterea & hoc muneris fuisse tribuni militaris (quod ab initio recensuisse debebam) tesseræ symbolum militibus dare, uulgò die Lhzeiden geben: quæ etiamnum consuetudo perseuerat. Liuius libro octauo Decadis tertiæ: Forma tamen Romanorũ castrorum constabat, una ea spe, quòd tribunos ex contagione furoris, haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in prouincijs sinebant, & signum ab eis petebãt, & in stationes ac uigilias ordine ibant. Porrò hoc signũ, constituto Imperio tribuni ab Imperatore petebant: quod Vocabule dicebatur, futuræ administrationis quasi omen atque auguriũ quoddam. Hinc est illud Ælij Spartiani in historia Septimij: Iussit deinde signum tribuno dari, Laboremus: quia Pertinax quando ad Imperiũ ascitus est, signũ dederat, Militemus. Inuenio insuper datũ & hoc fuisse muneris tribunis, quòd legatos exterarũ gentiũ uenientes in castra, in prætorium ducerent, ac duci exercitus exhiberent. De qua re Liuius lib. X Dec. 3: Zana quinque dierũ iter à Carthagine abest. Inde præmissi speculatores, cum excepti à custodib. Romanis, deducti ad Scipionẽ essent, traditos eos tribunis militũ, iussosque omisso metu uisere omnia, per castra quà uellent, circũduci iussit. Nõ possum hic transire, quod ipsum quoque ad ratiões muneris tribunitij spectat, tribunos olim in exequijs militarib. Imperatorũ suorũ, ducumque cineres gestasse ad tumulũ. Ad quẽ morẽ alludens Tacit. lib. 3 hist. Aug. cum Germanici mortẽ describit: Igitũ (ait) tribunorũ centurionumque humeris cineres portabanẽ, præcedebant signa incõpta, uersæ fasces. Atque hæc sunt, quæ de tribunorũ munere assidua historiarũ lectione obseruare potuimus. Superest adhuc, ut quo loco tribuni in acie steterint, & in castris tetenderint, & quo stipẽdio, uestitu, annonaque decorabanẽ, definiamus. Ad quã rem uidetur facere quod Liuius scribit lib. 8 Dec. 3: Erupit deinde seditio, postquã reprehendere atque improbare tribunos ea quæ fierent, & conari obuiam ire, & propalàm abnuere, furoris eorum se futuros socios senserint. Fugatis itaque ex principijs, ac paulo pòst è castris tribunis, ad principes seditionis gregarios milites, C. Albium Calenum, & C. Atrium Vmbrum, delatũ omnium consensu est imperium. Et iterũ: Forma tamen castrorũ constabat una ea spe, quòd tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis, defectionisque rati fore,

Nonum tribuni officium.

B *Tribuni prætorianorum officium.*

Decimum tribunorum officium.

Vndecimum officium.

Quo loco in castris tribuni fuerint.

iura reddere in principijs sinebant. Denicp de annona stipendiocp & uestimentis huic muneri addictis atcp concessis, Trebellius Pollio in Claudio ita scriptum reliquit: Claudium Illyricanæ gentis uirum, tribunum Martiæ quintę legioni fortissimæ dedimus, uirum deuotissimis quibuscp ac fortissimis ueterum præferendum. Huic salarium de nostro priuato ærario dabis annuos frumēti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millia, uini ueteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios uiginti, ceræ pondo centum quinquaginta: fœni, palei, aceti, holeris, herbarum, quantum satis est. Et subdit de uestimentis locutus: Pelliū tentoriorū decurias triginta, mulos annuos sex, equos annuos tres, camelos annuos decem, mulas annuas nouem, argenti in opera annua pondo quinquaginta: Philippeos nostri uultus annuos centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem, & trientes centum sexaginta, item in caueos & scyphos pondo undecim, item in caueos & scyphos & zima pondo undecim: tunicas russas militares annuas, sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, fibulam auream cum acu, cupream unam. Hæc ille. quæ satis coarguunt, tribunitij muneris dignitatem, atcp locum in castris. Atcp de his uestimentorum generibus libro huius Operis octauo abundè à nobis dicetur. Pertinet uerò etiam ad explicationem huius muneris, quod Modestus scribit, tribunos maiores ab Imperatoribus datos, minores ex merito electos. ita enim scribit lib. de Nominibus militaribus: Iis decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedites VI milia CV, equites CCCCCCCXXVI. Minor itacp numerus armatorum in unaquacp legione esse non debet. maior autem consueuit esse: & non tantum unam cohortem, sed etiam alias miliarias, si fuerit iussa suscipere. Tribunus maior per epistolam sacram Imperatoris iudicio destinatur, minor tribunus prouenit ex labore. Sic Aelianus in libello de Instruendis aciebus: Duo manipuli pentacosiarchiam, cohortem quingentariam componunt, hominum DXII, centuriarum XXXII, cuius princeps pentacosiarcha tribunus minor, &c. Erat autem tribunus maior, quem Telarcham uidetur Aelianus Græcè appellare, qui miliariam primam cohortem regebat. de quo Vegetius libro secundo cap. duodecimo: Decem cohortes (ait) habere legionē diximus. Sed prima erat miliaria, in qua censu, genere, literis, forma, uirtute pollentes milites mittebantur. Huius tribunus præerat, armorū scientia, uirtute corporis, morumcp honestate præcipuus. Reliquæ cohortes, prout principi placuisset, à tribunis uel præpositis regebantur. Huc pertinet quod scribit Polybius in libello de Castrametatione Romana, minores tribunos ex militibus electos, qui quincp annua stipendia fecissent: Posteaquā declarauere (inquit) consules, tribunos militū constituūt, quatuordecim quidem ex his quibus quinque annua stipendia facta sint, decem aūt alios præter hos qui decem reliqua fecerint. Cæterùm munus tribunorum erat, non solùm ducere cohortem suam, uerumetiam suos in campicursione milites exercere, eorumcp uestitum ac arma inspicere. Hinc scribit Vegetius loco suprà allegato: Tanta autem seruabatur exercendi milites cura, ut non solùm tribuni uel præpositi contubernales sibi creditos sub oculis suis iuberent quotidie meditari, sed etiam ipsi armorum arte perfecti, cæteros ad imitationem proprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem solicitudo per hanc laudatur industriam, cum miles ueste nitidus, armis bene munitus ac fulgens, exercitui usu & disciplina eruditus incedit. Refert Polybius, tribunos quoque metaticos ac episcopos in castrametatione iuuisse: His omnibus præparatis (ait) accipient tribuni Romanos pariter, sociosćp, castrametantur, unà existente apud eos simplici speculatione in locandis castris. Et ha-

Annona tribunorum.

Stipendium tribunorum.

Vasa tribunorum.

Vestimenta tribunorum.

Genera tribunorum.

Munera tribunorum.

A Et hactenus de tribunis, quorum plura erant inclinante Imperio, & apud Græcos genera. Scribit enim Aelianus: Duæ cohortes quingentariæ Mœrarchiam, id est, cohortem miliariam faciunt, hominum MXXIIII, centuriarum sexaginta quatuor: cuius præfectus Merarcha, tribunus maior. duæ millenariæ Meros, hoc est partem constituunt, hominum bis millium quadraginta octo: cuius præfectum Merarcham, à parte, quasi partarium dicimus, decuriarum CXXVIII. Sic decrescens ætas Imperij uacātes tribunos excogitauit, cuius subinde uidetur uocis Marcellinus meminisse, & de cuius munere Vegetius libro tertio cap. decimoseptimo: Sed optima ratio est (inquit) & ad uictoriam plurimum confert, ut lectissimos de peditibus, equitibus, cum uicarijs comitibus, tribunisq; uacantibus habeat dux post aciem præparatos. Interim ne consuetudinem nostram egrediamur, libet aliquot Antiquitatis exemplis hanc de tribunis militaribus tractationem exornare.

Merarcha tribunus.

Tribunus uacans.

Viennæ, in ædibus nostris:

FORTVNAE CONSECRATVM GENIOQ. HVIVS LOCI HONORATEI IVN. TIBERIANICI TRIB. MIL. LEG. X. G. PP. T. CLAVD. VALENTINVS CORNICVLARIVS EX VOTO AQVIL. ET AEMIL. COSS.

Arimini, in Italia:

Q. FABIVS MAXIMVS DICTATOR BIS COS. V. INTERREX II AEDIL. CVR. Q. II TRIB. MIL. PONTIFEX, AVGVR, PRIMO LIGVRES SVBEGIT, EX HIS TRIVMPHAVIT, TERTIO, ET QVARTO HANNIBALEM CVM PLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COHERCVIT.

B CENTVRIO Romanis is dicebatur, qui centuriam peditum ducebat, hoc est, centum pedites: qui inde centuriati dicebantur, ueluti officium ipsum centurionatus: & ordinare milites centenario numero in aciem, centuriare. Et sic intelliguntur loca autorum. Liuij lib. 9 Dec. 3 ab initio: Scipio posteaquam in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq;. Et libro quinto Decadis tertiæ: M. Atinius Thurinis cum modico præsidio præerat: quem facilè elici ad certamen temerè ineundum rebantur posse, non tam militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quàm iuuentutis Thurinæ. Eam ex industria centuriauerat, armaueratq; ad tales casus. Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Centurionatū inde egit, citatus ab Imperatore, nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ strenuè in prælijs fecisset, & cui erant dona militaria, edebat. Si tribuni, si legio, industriam innocentiamq; adprobauerant, retinebat ordines. Idem libro decimooctauo: Haud dubiè iam in castris omnium mentes, tantusq; ardor, ut non contenti agmine & corporibus, in suggesto, in quo paulo antè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem uexillis circundarent: nec tribunis aut centurionibus adeundi locus. Sic Iul. Capitolin. in Maximinis: Hic sub Antonino (inquit) Caracalla ordines duxit centuriatos, & cæteras dignitates militares sæpe tractauit. Et sic de centurijs, hoc est centum militum manu, sub uno centurione existentium, scribit Marcellinus libro decimoseptimo: Tali textu rectè factorum, Constantius iam metuente sublimior, militariq; consensu secundò Sarmaticus appellatus, ex uocabulo subactorum. Iamq; discessurus, conuocatis cohortibus & centurijs & manipulis omnibus, tribunal insistit. Et rursus libro uigesimoprimo, de Constantio in Persas eunte locutus: Summa itaq; cœptorum, quorsum euaderet, ambigens, cum in unum exercitus conuenisset, omnes centurias & manipulos & cohortes in concionem uocauit. Idem lib. uigesimotertio: Signo

Centurio.
Centuriati.
Centuriare quid fuerit.
Centurionatus.
Centuriati ordines.
Centuriæ peditum.

Signo itaq; per lituos dato, cum centuriæ omnes & cohortes & manipuli conuenissent, ipse aggere glebali adsistens, coronaq; celsarum circundatus potestatum, talia ore sereno disseruit. Sed hactenus de centurijs, quas, uti diximus, centuriones singuli ducebant. Erantq; centuriones plures in una cohorte. In millenaria quidem decem erant, quorum dignior, & qui tribunis reliquarū cohortium Secundanis, Tertianis, Quartanis'ue, &c. loco & dignitate æqualis fuerat, Primus pilus dicebatur. Sic cæteræ cohortes plures centuriones habebāt: Secundana quidem cohors duos, & Tertiana totidem: qui tamen non integras centurias regebant, & quorum primores Principes, & primorum ordinum nominabantur centuriones. Itaq; quòd plures in cohorte una centuriones extiterint, colligitur ex his uerbis Cæsaris libro primo Ciuilis belli: Totis uerò castris milites conturbari, & dolere hostem ex manibus dimitti, bellum necessariò longius duci, centuriones tribunosq; militum adire, atq; obsecrarę, ut per eos Cæsar certior fieret, neu labori suo, neu periculo parceret. Et iterum: Id ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebant legati, centuriones, tribuniq; militum, ne dubitaret prælium cōmittere. Et libro quarto: Qui prælio, duobus millibus militum amplius amissis, centurionibus XXXVIII, tribunis quatuor, cum reliquis copijs Salonam se recepit. Cæterùm ad dignitatem huius muneris militaris facit, quod idem Cęsar scribit lib. 1 Ciuilis belli: Sed ex numero tribunorum, militum, centurionumq; nonnulli sua uoluntate apud eum remanserant, quos ille postea magno in honore habuit, centuriones, amplorisq; ordinis equites Romanos in tribunitium restituit ordinem. Sic Liuius lib. secundo Dec. quintæ: Delectus consulum, multo intentiorem quàm aliàs curam habebant. Licinius ueteres quoq; scribebat milites, centurionesq;, & multi uoluntate nomina dabant, quia locupletes uidebant, qui priore Macedonico bello, aut aduersus Antiochum in Asia stipendia fecerāt, cum tribuni militum centuriones, sed primū quemq; citarent: tres & uiginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati, tribunos plebis appellarūt. Huc pertinet & illud Dionis in Hadriano: Cum centurio esset, in consilium uocauit prius quàm præfectos. cui ille inquit: Turpe est Cæsari cum centurione disserere, præfectos uerò non admitti. Porrò ne lateat lectorem, quo loco in castris acieq; centuriones constiterint, docet hoc Cor. Tacitus lib. 18 historiæ Augustę: Ante aquilam præfecti castrorū, tribuniq; & primi centurionū candida ueste, cæteri iuxta suam quisq; centuriam armis donisq; fulgentes. Ex quo loco & armaturæ genus huius ordinis militum, uestimentorumq; aduertimus. Quæ clarius paulo describens Virgilius Maro, libro nono Æneidos ita canit:

Quot cēturiones in prima cohorte.

Quot cēturiones in reliquis cohortibus.

De loco & dignitate officij centurionum.

Quo loco in castris & acie centuriones steterint.

Arma & uestimenta centurionum.

Bis septem Rutuli, muros qui milite seruant,
Delecti: Ast illos centeni quemq; sequuntur
Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci
Discurrunt, uariantq; uices, fusiq; per herbam
Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos,
Collucent ignes, noctem custodia ducit
Insomnem ludo.——

Cæterùm scribit Modestus, centuriones fuisse cataphractos, scutaq; gestasse, & galeas ferreas, transuersis & argentatis cristis, ut facilius à suis cognoscerentur. Idem refert, propterea magnum fuisse centurionibus honorem impensum à Romanis, ut cæteri milites ex tota legione, omni labore & deuotione contenderent ad tanta præmia peruenire. Atq; hæc de centurionū munere breuiter ex historijs dicta sint: nunc discrimina eius docebo. Quippe occurrit passim mentio apud authores primi pili cēturionis, primorum ordinum

Dignitas centurionum.

A ordinum centurionum, qui & principes nuncupabantur: Centurio quoq; tribunitius, ducennarius, classiarius, prætorius, manipularis, auxiliorum, fabrorum, & niceteriorum, classicis historiæ autoribus cōmemorantur. De quibus ordine dicendum nobis est, exordio sumpto à PRIMOPILO, quem uocat Vegetius in secundo principalem: qui non solùm Aquilæ præerat, sed sub se centuriones alios quatuor, unà cum suis militibus habebat: uidelicet, qui CCCC in prima acie, & inter prima signa gubernabat. Et, ut uerbis Vegetij utar: Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur cēturio primi pili, qui quatuor centuriones alios regeret, & caput legionis diceretur. hæc ille. Sed placet de Primopilo (qui quidem à genere hastulæ, quam manibus suis præferebat, nomen est sortitus) autores historiarum quid tradiderint memoriæ, audire. T. Liuius libro septimo Decadis primę sic scribit: Septimum primum pilum iam Tullius ducebat. neq; erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, uir factis nobilior. Et iterum: Id propter Salonium postulatum est ab coniuratis, qui alternis propè annis & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc Primipili appellant. Et rursus libro decimo quartæ Decadis: Quatuor extraordinarijs cohortibus duos adiunxit præpositos, M. Valerio legato erumpere extraordinaria porta iussit, ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit, principes ex eadem legione in subsidijs posuit. Idem libro secundo quintæ Decadis: Bis deinde in Hispania militaui, semel Q. Fuluio Flacco, iterum Tiberio Sempronio Graccho prætore. à Flacco inter cæteros, quos uirtutis causa secum ex prouincia ad triumphum deducebat, deductus sum: à Tiberio Graccho rogatus, in prouinciam iui: quater intra paucos annos primumpilum duxi. Et iterum libro quarto eiusdem: Placere igitur, tribunum militum, primopilo legio-

Primipili centurio quis fuerit.

B nis secretum edere imperium: illum, & deinde singulos, proximo cuiq; in ordine centurioni dicere, quid opus facto siet. Huc alludit & libro quinto tertiæ Decadis: M. Centenius fuit, cognomine Penula, insignis inter primi pili centuriones, & magnitudine corporis & animi. hactenus Liuius. Porrò meminit huius nominis & officij, paulò uetustior autor Cæsar libro tertio Gallici belli: Cumq; res esset ad extremum perducta, P. Sextius Baculus primipili centurio, quem Neruico prælio quàm pluribus confectum uulneribus diximus. Et rursus libro tertio Ciuilis belli: Millia sagittarum circiter triginta in castellum coniecta, Cæsari renunciauerunt, scutoq; ad eum relato Seuæ centurionis, inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta. Quem Cæsar, ut erat de se meritus, & de Republica, donauit millibus ducentis æris, atque ab octauis ordinibus ad primum pilum se traducere pronunciauit. Meminit insuper huius ordinis dignitatis que centurionum, Cornelius Tacitus libro quarto historiæ Augustæ, cum de Frisiorum rebellione tractat: Tributum his Drusus iusserat modicum, pro angustia rerum, ut in usus militares coria boum penderent, non intenta cuiusquam cura, quæ firmitudo, quæ censura, donec Alennius è primipilaribus, regendis Frisijs impositus, terga urorum delegit. Et rursus libro decimoquinto: Primùm è perculsis Pactium primipili centurionem obuium habuit. dein plerosque militum, quos diuersas fugæ causas obtendentes, redire ad signa, & clementiam Pæti experiri monebat. Idem libro decimooctauo: Tradidere se abeunti Turullius Cærealis, cum quàm pluribus classicis, & Iulius Briganticus cum paucis equitum: hic præfectus alæ in Batauis, ille primipilaris, & Cecinnæ haud alienus, quòd ordines in Germania duxerat. Idem libro uigesimo: Heluidius Priscus regione Italiæ, Tarracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinem primipili duxisset, ingenium illustre altioribus studijs iuuenis admodum dedit.

dedit. Vegetius lib. secundo cap. 8 scribit, primum pilum, uel centurionem primi pili, ex primo principe legionis promoueri solitum. Qui nō solùm aquilę pręerat, uerumetiam quatuor centurias, hoc est quadringentos homines in prima acie gubernasse, & tanquam caput legionis meritò consecutum accommodo. Atque hæc ex fide historica de primo pilo, siue primi pili centurione, qui & primus princeps, & primus hastatorum uocabatur. Nam cæteri Secundani principes erāt in reliquis cohortibus, & plures in una legione, cum primus pilus siue primus princeps legionis Romanæ unicus modò esset. Meminit uerò primi principis subinde T. Liuius lib. quinto Dec. tertiæ: Iamq́ intra uallum Peligni pugnabant, cum altera parte Valerio Flacco tribuno militum tertiæ legionis, exprobrāte Romanis ignauiam, qui socijs captorum castrorum concederent decus, Titus Pedanius princeps primus centurio, cum signifero signum ademisset. Et iterum ibidē: Et donati quorum opera castra hostium capta erant, ante alios Vibius Pelignus, & Titus Pedanius primus princeps tertiæ legionis. Et libro sequēte: M. Attilius legatus primi principis ex eadem legione, signum inferre in cohortem Hispanorum coegit. Sic libro 2 quintæ Dec. primum hastatum pro primo pilo dixit, in serie orationis Spurij Ligustini centurionis militaris: Hic me Imperator dignum iudicauit, cui primum hastatum prioris centurię adsignaret. Tertio iterum uoluntarius miles factus sum, in eum exercitum qui aduersus Ætolas est & Antiochum regem missus. A' Marcio Pelio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus. Sed placet, antequam ad reliquos principes ueniamus, primum pilum suis Antiquitatis exemplis ex more ornare. A

Primus princeps.

Primus hastatus.

Slatnia Transyluaniæ, ubi sunt aurifodinæ:

AVRELIAE PRISCILLAE CONIVGI PIETATE ET CASTITATE INCOMPARABILI, AVRELIVS SABINVS PRIMIPILARIS. B

Mathelicæ, in Italia:

C. ARRIO C. F. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. CORNICVLARIO TRIBVNO EVOCATO AVG. COH. I. VIGIL. TERCENARIO, DONIS DONATO AB IMP. HADRIANO HASTA PVRA CORONA AVREA LEG. III AVG. PRIMIPILARI.

Principes centuriones.

PRINCIPES, de quibus licet ab exordio huius libri dictum est, cum de principijs Romano in exercitu disputaremus, tamen libet pauca adhuc ex historijs testimonia adferre, quę confirmant, quod diximus, principes duorū generum extitisse: alios qui in principijs consisterent, omnis generis hastati pedites: alios, & quidem propriè, centuriones primorum de singulis cohortibus, prima cohorte Aquilifera excepta, quæ primum principem, siue primum pilum habebat. De principibus talibus primo significato intelligendus est T. Liuius lib. 8 Dec. 1: Hæc prima frons in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus nomen est. Et iterum lib. 2 tertię Dec. Et noua de integro pugna exorta est, nō illa ordinata per principes hastatos ac triarios. In altero aūt significato, hoc est, de centurionibus primorū ordinum, qui principes uocabant̄ Romanis, scribit Liuius lib. decimo Decadis quartæ: Quatuor extraordinarijs cohortibus duos adiunxit præpositos, M. Valerio legato erumpere extraordinaria porta iussit, ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit, principes ex eadem legione in subsidijs posuit. Et sic intelligendus est hic Taciti libro primo locus, cum cladē Quintilij Vari recenset: Lucis (inquit) propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primos ordinum cēturiones mactauerāt. Et iterū: Idem Blesus, & L. Apronius eques Romanus è cohorte Drusi, iustusq́ Catonius primi ordinis centurio ad Tiberium mittunt̄.

Et rursus

A Et rursus lib. 17. Nec principes modò coloniarum aut castrorũ, quib. presentia ex affluenti, & parta uictoria magnæ spes. Huc alludit Iul. Capitolinus in hist. Gordianorum: Sed Philippus etiam addidit, rumorẽ per milites spargere, adolescentem esse Gordianũ, Imperium nõ posse regere: melius esse illum imperare, qui militem gubernaret, qui rempub. sciret. Corrupit præterea etiã principes, effectũq; statim ut Philippus ad imperiũ posceretur. Non alienũ est à nostro instituto, q̊d Trebellius Pollio in hist. Tyrannorũ scribit: His dictis, cum alia die demanè processisset, à principib. Imperator est salutatus. Loquitur uerò de Regilliano Illyrici præfecto, qui cõtra Galienum imperium inuaserat. Atq; hæc de centurionibus, qui principes siue primorũ ordinum uocabant. Sequuntur CENTVRIONES prætoriani, qui in prætorianis erant cohortibus, quæ ut cæteras militares dignitate præstabant, & numero militum: ita & illarum centuriones, qui & plures q̃ centum regebant, & loco ampliori, mox post primos pilos cõnumerabantur. Meminit Cor. Tacitus lib. 17. hist. Aug. Insignem illa die uirum, & senem trucidare pergunt, disiecta plebe, Semproniũ Densum, quẽ ætas nostra uidit. Centurio is prætoriæ cohortis ad Galbæ custodiã à Pisone additus, stricto pugione occurrens armatis, & scelus exprobrans, ac modò manu, modò uoce uertendo in se percussores, quanq; uulnerato Pisone, effugium dedit. CENTVRIONES ducennarij, qui ducentos ducebant, quorũ aliquot erant in cohorte miliaria, & in pretorianis cohortibus, atq; inclinante Imp. potissimũ in Neruiorũ, braccatorũ, cornutorũ, gentiliũ, Iouiorũ, uictorũ, tertianorũ, Honorianorũ, Valentinianensiũ, & aliorũ iustiorib. paulo cohortibus, quæ per id tempus legionũ instar erãt. De huius quidem generis centurionib. scribit Veget. lib. 2. Primus, inquit, hastatus duas centurias, id est ducentos ducebat in acie secunda, quem nunc Ducennarium uocant.

Centuriones prætoriani.

Ducennarij centuriones.

B Idem eiusdem lib. cap. 8. Trium generum ducennariorũ meminisse uidetur. Erat enim primus hastatus, quem & propriè ducennariũ uocat, & Ælianus Xenagum, qui ducentos milites regebat. Erat princeps primæ cohortis, qui centurias duas non integras gubernabat. Et erat secundus hastatus, qui milites centum & quinquaginta ducebat. Hinc scribit Modestus item: Primus hastatus duas centurias, id est CC homines ducebat in acie secunda, quem nunc ducennariũ uocant. Princeps autem primæ cohortis centuriã semis, hoc est CL homines gubernat. Sic decem centurijs regebantur, quibus magnæ utilitatis gratia magnus honor à ueteribus est constitutus, ut cæteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta præmia peruenire. His adijcit quartum genus Ælianus, in libello de Instruendis aciebus in hunc scribens modum: Duæ centuriæ manipulum reddunt decuriarum sedecim, hominum CCLVI, cui manipularius præest. Sunt qui genus hoc ordinis CCLVI Xenagia à mercenario milite uocent, eiusq; principem Xenagum. CENTVRIONES centenarij, cõmunes & uulgares erãt in cohortibus omnibus, quorum dicto centum modò milites audiebãt. Et, ut Vegetij uerbis utar, Centuriones, qui singulas ducebant centurias, nunc Centenarij nominantur: atq; tales ab ordinibus & loco qui stabant in acie, specialia nomina alia usurpabant, Decumani, Nonani, Octani Septimaniq; dicebantur. Et sic intelligitur locus Liuij libro secundo Decadis quintæ: In eo exercitu qui in Macedoniam est trãsportatus, biennium miles gregarius fui. aduersus Philippum regem tertio anno uirtutis causa mihi T. Quintius Flaminius, decimum ordinem hastatum adsignauit. Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Scutoq; ad eum relato Seuæ centurionis, inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta. quem Cæsar, ut erat de se meritus, & de republica, donauit millibus ducentis æris, atque ab octanis ordinibus ad primum pilum se traducere pronunciauit. Meminit huius generis centurionum

Centenarij centuriones.

Decumani centuriones.

rionum, præter Vegetium, & Modestus in libello de Vocabulis castrensibus: A Erant, inquit, centuriones, qui singulas centurias curabāt, qui nūc Centenarij nominantur. Et iterum: Centuriones, qui nunc centenarij uocantur, bellicosas loricas transuersis cassidum cristis, ut à suis facilius noscerentur, habebant. quiq; singulas gubernare iussi erant cateruas, ut nullus existeret error, cum cuncti milites sequerentur nō solùm uexillum suum, sed etiam centurionem, qui signa habebat in galea. hæc ille. quæ repetit ijsdem penè uerbis Vegetius libro secundo, cap. 13.

Centuriones ordinarij. CENTVRIONES ordinarij cōmemorantur ab Æliano in libello de Instruendis aciebus: Quatuor decuriæ, tetrarchiam quadruplarem dixerim, decuriam hominum sexagintasex: cui præest tetrarcha, quadruplaris decurio. Duæ quadruplares illæ centuriam constituunt, hominum CXXVIII, decuriarum octo: cuius præfectus centurio, & à nonnullis Ordinarius dicitur. *Centurio manipularius.* CENTVRIO MANIPVLARIVS, quem triginta milites sequebantur, qui aliàs Manipulus maior dicitur. ad quem adludens Liuius libro octauo Decad. primæ, sic scribit: Ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicum spacium. Meminit huiusmodi centurionum & inscriptio Vetustatis, quæ haud procul ab Arimino Italiæ est reperta:

IVSSV MANDATOVE P. R. COS. IMP. TRIB. MIL. TIRON. COMMILITON. ARMATAE QVISQVIS ES MANIPVLARIAEVE CENTVRIO TVRMAE VE LEGIONARIAE, HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO, ARMA DEPONITO.

Centurio auxiliariorum. CENTVRIO auxiliariorum, ad imitationem nimirum Romanæ militiæ in nationum copijs institutus atque factus. Meminit Vulcatius Gallicanus in historia Cassij: Cum exercitum duceret, & inscio ipso, manus auxiliaria centurionibus suis B autoribus tria milia Sarmatarū negligentius agentium in Danubij ripis occidissent, & cum prẹda ingenti ad eum redijssent, sperantibus centurionibus pra miū, quod perparua manu tantum hostium, segnius agentibus Tribunis, & ignorantibus, occidissent, rapi eos iussit, & in crucem tolli. *Centurio classiarius.* CENTVRIO classiarius inter socios nauales erat, centurijsq; horum imperabat. quod genus muneris apud Hungaros adhuc superest, qui illos Vveyuodas cognomināt. Meminit Cor. Tacitus lib. 14. cum Neronis matris Agrippinæ necem describeret: Cubiculo modicum lumen inerat, & ancillarum una: magis ac magis anxia Agrippina, quòd nemo à filio, ac ne Agerinus quidem: aliam ferè littore faciem, nunc solitudinē, ac repentinos strepitus, & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla: Tu quoq; me deseris? prolocuta, inspicit Anicetum, trierarcho Herculeo & Oloarito centurione classiario comitatum. Præterea suos habuisse centuriones in militia Romana & centonarios ac dolabrarios fabros, coarguit hæc Vetustatis inscriptio, quæ in agro Comensi Rhœtiæ altæ eruta est:

L. APITIO BRVTIDIO SOTERICHO VIVIR. VRB. QVAESTORI ANNI PRIMI CVR. PRAESIDI ET ALBVTIAE SEX. III. EXORATAE EIVS CENTVRIA CENTONAR. DOLABRAR. SCALADIOR. L. DD. C.

Atq; hactenus de centurionū generibus, ac discrimine: nunc munia ipsorū diuidemus. Erant autē, uigilias curare, diuidere milites in cohortes, sicubi prælium fieret, aut aliàs instruebatur acies: tueri in progressu atque statiuis imagines principum, ad expugnanda mœnia milites ducere, milites atque adeò tribunos delinquentes in custodia tenere, atque pro ratione culpæ punire. *Officia centurionum.* Fungebantur præterea centuriones legationibus, uel à militibus ad ducem missi, uel ab ipso duce ad ho-

A ad hostes, amicosq; mandata publica ferebant. Denicq; ad interficiendum aliquo loco officioq; insignes uiros, accepto prius libello mãdatæ necis, centuriones ablegabantur: quo hodie apud Turcas Zausij munere fungũtur. De quibus omnibus pleraq; apud classicos historiæ autores testimonia supersunt. Nam quòd uigilias curarint, id ex his uerbis Taciti libro 15. colligitur: Addidit gloriæ Corbulo comitatem, epulasq;. & cogitante rege causas, quoties nouum aliquid aduerteret, ut initia uigiliarum per centurionem nunciari, conuiuium buccino dimitti. Sic T. Liuius lib. 10 tertiæ Decadis, refert à centurionibus in cohortes diuisos milites. uerba Liuij subijcere placet: Igitur omnibus qui bello apti erant, in unũ coactis, equos, arma, tela diuidit. equites in turmas, pedites in cohortes, sicut quondam à Romanis centurionibus didicerat, distribuit. Huc pertinet illud Taciti libro 18: Tum Alphemus Varus præfectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit cõsilium, uetitis obire uigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. Sic Liuius libro quinto Decadis tertiæ, locutus de oppugnatione Syracusarum: Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorũ militum collocutus, electisq; per eos ad rem tantam agendam audendamq; idoneis centurionibus, militibusq;, & scalis in occulto comparatis, cæteris signum dari iubet. Præterea quòd imagines centurionũ curæ cõmissæ extiterint, ostendit Cor. Tacitus lib. 17 historiæ Augustæ: Quatuor cẽturiones duodeuicesimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurniusq; Repentinus, cum protegerent Galbæ imagines, impetu militũ abrepti, uinctiq;: nec cuiquam ultrà fides, aut memoria prioris sacramenti. Ad hæc custodiam centuriones habuisse, puniendiq; atq; asseruandi milites potestatem, arguitur ex hoc Liuij loco, qui extat libro octauo Decadis tertiæ: Ergiagontis reguli uxor, forma exi-
B mia, custodiebatur inter plures captiuos, cui custodiæ centurio præerat. Sic Cæsar libro Ciuilis belli quinto, cùm de Aulo Fonteio, T. Allieno, M. Tirone, & C. Clusiano tribunis seditiosis scriberet: Itaq; tradidit eos centurionibus (inquit) & ad singulos non amplius singulis additis seruis, in naui imponendos separatim curauit. Huc pertinet quod Tacitus scribit libro primo historiæ Augustæ: Tum, ut quisq; præcipuus turbator, cõquisiti: & pars extra castra palantes, à centurionibus aut prætorianarum cohortium militibus cæsi. quosdam ipsi manipuli, documentum fidei tradidere. Et iterum: Venisse tempus, quo ueterani rudes animos, materiam missionum, iuuenes largiora stipendia, cuncti modum miseriarũ exposcerent, sæuitiamq; centurionum ulciscerentur. Sic legationibus pariter in exercitu functos centuriones fuisse, multis autorum locis colligimus. Liuius libro quarto Decadis quintæ: Haud procul inde Anitij castra aberant, ad quem literis missis, ne quid ad ea quæ fierent moueretur, Senatum, prædam Epiri ciuitatum, quę ad Persea defecissent, exercitui dedisse, submissis centurionibus in singulas urbes quæ se dicerent ad præsidia deducenda uenisse, ut liberi Epirotæ sicut Macedones essent. Ad ea quæ dicimus, alludit Cæsar lib. 1 Ciuilis belli: Diuulgato Domitij consilio, milites qui erant Corphini, primò uesperi secessionem faciunt, atq; ita inter se per tribunos militũ, centurionesq;, atq; honestissimos sui generis colloquunt. Non alienũ est & illud quod Cor. Tacitus scribit lib. 1. hist. Augustæ: Cæteros latebræ texere, uno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promptum ingeniũ. Et iterũ: Responsum est à cõcione, mandata Clementi centurioni, quę perferret. Idem lib. 14. Et Vologeses, quo bellũ ex æquo modo pararet, an ut æmulationis suspectos per nomen obsidum amoueret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarũ: accepitq; eos centurio Hesterius à Veuidio missus. Et rursus lib. 15: Casperius centurio in eam lega-

Primũ munus centurionum.

Secundum munus cẽturionũ.

Quartum munus cẽturionũ.

Quintum munus cẽturionũ.

Sextũ munus.

tionem delectus, apud oppidum Nisibim septē & triginta millibus passuum à Tigranocerta distantē, adit regē. Idem lib. 17: Heluetij interceptis epistolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebant, centurionē & quosdam militū in custodia retinebant. Et lib. 18: Centurionemq; Sisennium dextras, cōcordiæ signa, Syriaci exercitus nomine, ad prætorianos ferentē, uarijs artibus adgressus est, donec Sisenna clàm relicta insula, trepidus & uim metuens aufugeret. Ad postremū, cēturiones à ducibus, uti & tribunos, ad neces occultas eorū qui ob fortunā arridentē fastigijs rerum inhiabant, destinatos fuisse, ostendit Tacitus lib. 20 hist. Augustę: Inter quę Claudius Sagitta præfectus alæ Petrinę, prospera nauigatione præuenit Papirianū centurionē à Mutiano missum, asseuerauitq; mandata interficiendi Pisonis centurioni data. Meminit & Lampridius in historia Heliogabali: Sabinū consularē uirum, ad quem libros Vlpianus scripsit, quòd in urbe remāsisset, uocato centurione, mollioribus uerbis iussit occidi. Sed centurio aure surdidiore imperari sibi credidit, quòd urbe pelleret. Spartianus in Iuliano: Et Iulianus quidem neq; Britannicos exercitus, neq; Illyricos timebat. Nigrum uerò misso primipilario occidi præcipit. Et iterum: Missus est pręterea Aquilius centurio, notus cædibus Senatorijs, qui Seuerinū occideret. Porrò dabantur his qui ad neces ordinabant, codicilli, ne factum negare autor posset. Vnde est illud Taciti lib. 1. hist. Aug. Nuncianti centurioni, ut mos militiæ est, factum esse quod imperasset: neq; imperasse se, & rationē facti reddendam apud Senatū respondit. Quod postquam Salustius Crispus particeps secretorum (is ad tribunum miserat codicillos) comperit, metuens ne reus subderetur, iuxtà periculoso facto, seu uera promeret, monuit Liuiam, ne arcana domus, ne consilia amicorum & ministeria militum uulgaret. Et iam finem eram centurionibus impositurus, cum uenit mihi in mentem, duo in hoc ordine insignia fuisse: collegium uidelicet quod habebant, atq; uacatio centurionibus propria. COLLEGII centurionū meminit Liuius lib. 2. Dec. 5: Cum tribuni militū, centuriones, sed primū quemq; citarent, tres & uiginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati, tribunos plebis appellarunt: duo ex collegio, M. Fuluius Nobilior & M. Claudius Marcellus ad consulem reijciebant. Et de hoc collegio potest fortasse accipi inscriptio monumenti Romani, quæ in Transyluania extat:

Septimum munus centurionum.

Collegium centurionum.

P. AEL. P. FIL. PAP. GENIALI DEC. ET PONTIAE
COL. APVL. PATRON. COLLEG. CENT. P.
AELIVS EVTHIMVS LIBERT.

Vacatio centurionum quæ fuerit.

De VACATIONE tametsi egerimus, cum de missionū & exauctorationū generibus scriberemus, tamen hic peculiariter de centurionū uacatione, classicorū autorum testimonia peruestigabo. quorum T. Liuius lib. 2. Dec. 3. sic scriptum reliquit: Pro centurionibus M. Popilius, qui biennio antè consul fuerat, ita uerba fecit: Militares homines, & stipendia iusta, & corpora ætate & assiduis laboribus confecta habere: nihil recusare tamen, quo minus operam reipublicæ dent. id tamen deprecari, ne inferiores ijs ordines, quàm quos, cum militassent, habuissent, attribuerentur. P. Licinius cōsul Senatusconsultū recitari iussit: primū, quòd bellum Senatus Perseo iussisset: deinde, quòd ueteres centuriones q̄plurimum ad id bellum scribi censuisset: nec ulli qui nō maior annis quinquaginta esset, uacationē militiæ esse. Huc pertinent illa Taciti lib. 1. Hinc sæuitiā centurionū & uacationē munerū redimi. Et iterum lib. 18: Sed Otho, ne uulgi largitione centurionū animos auerteret, ex fisco suo uacationes annuas exoluturū promisit: rem haud dubiè utilem, & à bonis postea principibus perpetuitate disciplinæ firmatam. Et rursus: Vacationes centurionibus ex fisco numerat. Ex quibus uerbis liquet, uaca-

A uacationem centurionum paulo aliam fuisse à uacatione cõmuni militari. Hæc enim missionis honestæ genus erat, & priuilegium immunitatis atq; cessationis à militia: illa uerò largitionis species, ob fidem præstitam, & multis annis nouatã, pecuniæ donatiuum exhibitũ, uulgò kriegßgnaden. DVCENNARIVS, ut scribit Scotus in præfecturis Romanis, princeps officij fuit, uel apud præfectum Augustalem, uel comitẽ Orientis, aut alios deniq; pręsides, ascitus ex schola agentiũ, qui in adorata clementia principali cum insignibus exibat. Is sub se habebat cornicularium, adiutorem, cõmentariensem ab actis, numerarios, exceptores, & aliquot alios officiales. MANIPVLVS duplex Romanæ reipublicæ erat, maior uidelicet, & minor. quorum hic triginta militibus, atq; uiginti interdum, unus centurio imperabat, cuius signifer fasciculum fœni hastæ præfixum gerebat: unde & manipuli nomen tam ipse centurio, quàm manus subiecta sortiti fuerũt. Alter uerò erat minor, decem militum manus, quòd coniunctis manibus dimicarent, altera origine dicta: quibus qui præerat, Decanus nominabatur, siue Decurio peditum. De maiori manipulo, à centurione manipulari recto, & qui signiferũ habebat, hæc loca Liuij accipienda sunt, lib. octauo Decad. primæ: Prima acies hastati erãt manipuli quindecim, distantes inter se modicum spacium. Manipulus leues uicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Idem libro secundo Decadis tertiæ: Nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies: nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. Et libro septimo eiusdem: Tum Consul ingenio hostis usus, quò minus in tam apertis collibus timeri insidiæ poterant, quinq; cohortes, additis quinq; manipulis nocte iugum superare, & in auersis collibus considere iubet. Idem libro primo quartæ Decadis: Fatigatos enim equos uirosq; non tam prælio, quàm itineris simul longitudine, simul prope B ra celeritate habebat. Itaque turmatim equites, inuicemq; manipulos leuis armaturæ aquatum ire & prandere iubet. Ad huius generis manipulum retorquendus est & Cæsaris locus libro sexto Gallici belli: Calones in proximum tumulum procurrunt, hinc celeriter deiecti, se in signa manipulosq; conijciũt. Et iterum secundo Ciuilis belli: Proxima nocte centuriones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis uigintiduobus ad Actium Varum perfugiunt. Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Adsistentem concionem quia permixta uidebatur, discedere in manipulos iubet, sic melius audituros responsum, uexillum præferri, ut id saltem discerneret cohortes. Qui locus omnino de manu quadam sequente signum intelligitur: quemadmodum simili loquendi formula idem autor Discedere in cohortem dixit, pro eo quod est, iubere milites cohortales signum proprium sequi. Sic Manipulatim alloqui, idem libro 18 dixit, seorsim cum unaquaq; manu manipulari agere de re quapiam: Allocuti sunt (inquit) Licinius & Proculus & Plotius Firmus præfectus, ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. Huc alludit Marcellinus lib. 17. circa finem: Tali textu rectè factorũ Constantius iam metuente sublimior, militariq; consensu secundo Sarmaticus appellatus, ex uocabulo subiectorum, iam discessurus, uocatis cohortibus & centurijs & manipulis omnibus tribunal insistens, signisq; ambitus & aquilis & agmine multipliciũ potestatũ. Atq; hæc de manipulo maiori, manu uidelicet peditum leuis armaturæ uicenorũ, qui signum peculiare sequebantur, manipulũ uidelicet fasciculum fœni hastæ præfixum, ut Ouidius in Fastis canit:

Pertica suspensos portabat longa maniplos.

Et ne alicui dubium sit, manipulum talem maiorem signum propriũ habuisse, quòd manipulares (ita milites nominabant, qui in tali numero erant, ueluti centurio illorũ manipularius) sequebantur, & ad quod productum cõgregabantur,

Manipulus.

Manipulus maior quid fuerit.

colligi omnino potest ex his locis Liuij, qui libro 6. tertiæ Decadis sic scribit: Nonius ubi hæc Imperatoris dicta accepit, secundi hastati signum ademptum signifero in hostes infert. Et libro septimo eiusdem, in oratione Scipionis: At si eosdem animos habuissetis, terga nostra uidisset hostis, signa alicui manipulo aut cohorti abstulisset. Et rursus ibidem: Et primo turbarunt signa ordinesq;, & partim occultatis partim dissipatis terrore qui circà erant, nudauerunt una parte aciem: laetiusq; signa mouissent, ni Caius Decimius Flauus tribunus militum, signo abrepto primi hastati, manipulum eius signi se sequi iussisset. Idem lib. quinto tertiæ Decadis: Tum Pedanius princeps primus centurio, cum signifero signũ ademisset, Iam hoc signũ, & hic centurio (inquit) intra uallum hostiũ erit: sequantur, qui capi signum ab hoste prohibituri sunt. Manipulares sui primò transcendentem fossam, deinde legio tota secuta est. De huiusmodi manipularibus, hoc est militib. illis ex numero uel manu uiginti, uti dictum est antea, & centurione manipulario qui illis præerat, loquitur T. Liuius etiam libro 5. tertiæ Decadis: Alij strati humi suum quisq; nominatim ducem implorare, neq; sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionib. manipulares, & ipso imitante & increpante Martio. Atq; hæc de maiori manipulo dicere uoluimus. Sequitur MANIPVLVS minor, qui non à centurione, uerùm à decano gubernabatur, decem uidelicet peditũ manus, quam Rotam Germani (quemadmodũ decanum eius, Rotæ magistrum) appellamus, Romanis item contubernium dictum, quot uidelicet sub uno papilione habitare milites possent. In qua acceptione, manipuli manifestè meminit Cæsar lib. 1 Ciuilis belli: Quibus rebus confectis, flens Petreius, manipulos circuit, militesq; appellat, neu se, neu Pompeium absentem, imperatorem suum, aduersarijs ad supplicium tradant. Et sic intelligenda & Liuij loca sunt, libro primo Decadis tertiæ: Interim miles ignibus ante tentoria factis, oleoq; per manipulos ut molliret, ac cibo per ocium capto. Idem libro octauo tertiæ Decadis: Ab hac exhortatione ducis incitati, scalas, electis per manipulos uiris diuidunt, partito exercitu. Et iterum libro primo Decadis quintæ: Et ut idem aquatoribus ad fluuiũ esset præsidium, M. Ebutio tribuno legionis secundæ, duos manipulos militum adijcere iussus est. Huc pertinent & illa Cornelij Taciti libro primo historiæ Augustæ, ubi de contubernijs agit: Progrediuntur contubernijs, quis ille flebilis socius, quid tam triste, illustres feminas, non centurionem ad tutelam, non militem. Et iterum: Blesus paucos maximè præda onustos, ad terrorem affici uerberibus, claudi carcere iubet. nam etiam tum legato à centurionibus, & optimo quoq; manipularium patiebatur. Idem lib. duodecimo: Et prælio soluti in ratibus, prætorianarum cohortium manipuli turmæq; abstiterant. Huc alludit & Fla. Vopiscus in Probo: Ille singulos manipulos adijt, uestes & calciamenta perspexit. hoc est, contubernia & papiliones. Et iterum, manipulatim in campo Tribunos fuisse allocutos milites scribit. quod non aliter potest interpretari, quàm per contubernia. Ita nimirum Spartianus Commanipulones appellat, in contubernio militantes sub decano. Idem (inquit in historia Pescennini) ob gallinacei unius direptionem, decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant, securi percuti iussit. Sanè de decem peditum magis numero is locus, quàm de uiginti intelligitur: quippe gallus uix decem ad esum suffecerit, nedum uiginti. Vnde est illud Marcellini libro 25: Et Imperatori, cui non cupediæ ciborum ex regio more, sed sub columnellis tabernaculi parcius cœnaturo, pultis portio parabat̃ exigua, etiam munifici fastidienda gregario. Quicquid ad ministeria parabatur, per contubernia sui securus egessit. Credendum est autem, decanum ipsum siue decurionem pedestrem Manipulum dictum, & nouem sub eo constitutos milites, æquè

Marginal notes: Manipulares. — Manipulus minor. — Loca autorum de manipulo contubernij. — Manipulus decanus. — A — B

A quę ut illos uiginti qui signum & centurionem sequebantur, manipulares & commanipulones. Et sic accipitur illud Taciti libro 18: Nec Principes modò coloniarum aut castrorum, quibus præsentes ex affluenti & parta uictoria magnæ spes, sed manipuli quoque & gregarius miles uiatica sua & baltheos phalerasque et insignia armorum argento decora, loco pecunię tradebant. Tale est & illud Cæsaris septimo Gallici belli: Nõnulli de muris per manus demissi sese militibus tradebant. L. Fabius centurio legionis octauæ, quem inter suos eo dię dixisse constabat, excitari se Auaricensibus præmijs, neque commissurum, ut prius quisquam murum ascenderet: tres suos nactus manipulares, atque ab his subleuatus murũ ascendit. Et rursus: Marcus Petreius, eiusdem legionis centurio, cum portas excindere conatus esset, à multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis iam uulneribus acceptis, manipularibus suis qui illum secuti erant: Quoniam me, inquit, unà uobiscum seruare non possum, uestrę quidem certè saluti prospiciam. Extat & Iureconsultis lex, officia. C. libr. de cohortalib. hoc est, contubernalibus, manipularibus, siue cõmanipulonibus: uulgò Rottgesellen/Burßgesellen. Ad quos & illæ Antiquitatis inscriptiones adludunt, quæ in urbe supersunt:

Manipulares milites contubernij.

P. AELIO MAXIMINO MIL. COH. V.
PR. P. V. EX. EVMONI. QVI VIX.
AN. XXXI. MENS. VIII. MILITAVIT
AN. XII. OMNIBVS EXPEDITIONIBVS FVNCTO, AVRELIVS SEXTIANVS COMMANIPVLVS ET HAERES
EIVS CONTVBERNALI CARISSIMO.

D. M. S.
T. CAMPILIO T. F. MANIPVLARI VIX. AN.
XXXIX. D. XVI. CAMPILIAE FESTAE SORORIS VAE. VIX. AN. XXII.
MENS. III. D. VI.

Et hæc quidem de manipulo utroque à Latinis autoribus obseruata reperi.

B Aliter manipulos ac decurias Græci delineant, decuriam uidelicet sedecim militum facientes, quibus decurio præerat, ut decanus manipulo minori Romano: & manipulum ducentorum peditum, qui à manipulario gubernabantur. Hinc est quod Ælianus scribit de Instruendis aciebus libro: Vnde fit, ut quoniã decuriam sedecim hominibus constare proposuerimus, mille & uigintiquatuor decurias confici necesse sit. Decuriæ in ordines digerũtur, quibus singulis uel nomen proprium inditum est. Duæ namque decuriæ Dilochiam, uelut duplarem quandam decuriam, siue armaturam cõstituunt, hominum trigintaduorum. cuius ordinis princeps Dilochita, duplaris quidam decurio appellatur. Quatuor decuriæ Tetrarchiam, quadruplarem dixerim decuriam faciunt, hominũ sexagintaquatuor: cui præest tetrarcha, quadruplaris decurio. Duæ quadruplares illæ centuriã constituunt, hominũ centum & uigintiocto, decuriarum octo: cuius præfectus centurio, & à nonnullis Ordinarius dicitur. Duæ centuriæ manipulum reddunt, decuriarum sedecim, hominum CCLVI: cui manipularius præest. hæc Ælianus.

Porrò manipulariorum ac decanorum, decurionumque munus quod fuerit, ex his Polybij uerbis colligitur, in libello de Castrametatione Romana: Velites autẽ (ait) qui supersunt, æqualiter in omnes partes distribuêre, partesque appellauere ordinẽ, manipulũ & signum: duces uerò, centuriones & principes, seu ductores ordinũ. Hi in singulos manipulos, ex his qui reliqui sunt, elegerũt ipsi duos, uigore corporis animique in primis præstantes, qui signiferi futuri sint. Duos autem in singulos ordines faciunt duces, probè quidem. Cum enim incertũ sit, quid quisque dux facere aut pati possit, nec res bellica admittat excusationem, nunquam manipulum esse uolunt sine duce, præside'ue. Si igitur uterque adsit, qui primus electus est, præest dextræ parti ordinis: qui secundus, uiris præest qui ad sinistram signi partem sunt. Si non adsit uterque, qui præsens est, præest omnibus.

Et hactenus de manipulis, quantū ad distinctionē historicam pertinere uidet. A Superest unum adhuc optionis munus, quod ipsum omnibus muneribus militaribus cōmune erat, eiusmodi omnino, quod hodie uulgari lingua nostra Leütenandbefelch uocamus. OPTIO igitur, qui & Accensus atque administer, adiutorq́, & inclinante Imperio Supernumerarius, Vicemgerens, & Vicarius est appellatus, ut Vegetius lib. 2. de Re militari est autor, ab optando nomen accepit: quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, tales tanquam adoptati eorum, soleant uniuersa curare. Addit Varro lib. quarto de Lingua Latina: Primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt, etiam nunc terni: quos hi primò administros sibiipsis optabant, optiones uocari cœpti: quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. Huc facit & illud Festi grammatici: Sed in re militari (inquit) Optio appellatus is, quem decurio aut cēturio optat sibi rerum priuatarum ministrum. Sic etiam optiones Iureconsulti appellarūt, ut est uidere in l. finali. ff. de iure immunitatis. ubi Callistratus: Quibusdam aliquam, inquit, uacationem munerum grauior conditio tribuit, ut sunt mensores, optio, ualetudinarij, &c. Nec tamen prætereundum, apud Impp. eum qui in Palatina militia idipsum agit, quod optiones in exercitu, etiam optionem dici, ut indicat Imperatorū Honorij & Theodosij constitutio in l. super, & ibi annotauit Alciatus. C. de iure fisci. lib. x. Sanè hi & Accensi uocabantur, ab eo quòd ad legionum censum adscripti, & quòd in locum demortuorum aut ægrotorū subrogabantur. Hic tamen monendus est mihi Lector, accensos etiam militum genus fuisse, qui in acie postremi loco & robore erant. De quibus Liuius libro octauo Decadis primæ sic scribit: Primum uexillum triarios habebat, ueteranum militem spectatæ uirtutis: secundum rorarios, minus roboris, ætate factisq́: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Et iterum: Accensos à nouissima acie B ante signa producere. Cæterùm de accensis in alio significatu, hoc est, optionibus, de quibus hoc loco tractamus, sunt quoque apud eundem autorem testimonia non uulgaria, lib. tertio Decad. primæ: Collegarum nouem singuli accensi apparebant. Et lib. quinto Dec. 5. Assuetis regio imperio, tamen nouū formam terribilem præbuit tribunal, submotor aditus, pręco, accensus. Huc alludit Cicero tertia in Verrem, cum de Nerone accenso loquitur. Et ad Q. fratrem scribens: Accensus sit eo etiam numero, inquit. Quæ loca Tullij enarrans Pedianus: Accensi dicebantur (ait) attributi decurionibus, hoc est, ministri illorum, quasi ad custodiam additi. Porrò Breuiarium Theodosij alia paulò significatione accensi primi scrinij mentionem facit, quem Græci ἀντιγραφία dicunt, uulgò ein Gegenschreiber, lingua Gallica Contrarotulatorem. tantum de accensis. ADIVTORIS uerò uox, quę subinde in monumentis Vetustatis occurrit, usurpatur etiam à Liuio libro sexto tertiæ Decadis: Ad eas copias quas ex uetere exercitu Hispania habebat, quæq́ à Puteolis cum Claudio Nerone traiectæ erant, decem millia peditū, & mille equites adduntur. Et M. Iunius Syllanus proprætor, adiutor ad res gerendas datus est. Sic Cæsar tertio Ciuilis belli, adiutoris quæstoris mentionē facit his uerbis: Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellum quæstorem cum legione nona positum habebat. Huic, quòd ualetudine minus commoda utebatur, Fuluium Posthumium adiutorem submiserat. Cassiodorus libro sexto Variarum, Adiutoris magistri officiorum mentionem facit: Adiutor etiam (inquit) magistri nostris præsentatur obtutibus, ut uicaria sorte beneficij eligamus eius præsidium, qui nobis præstat fidele solatium. Porrò recenset codex Præfecturarum, adiutorem unum corniculariorum. Et in monumentorū inscriptionibus passim, adiutores tabulariorum libellorumq́ commemorantur. Adeò ut in eam

Optio in Romano exercitu

Accensi duplices.

Adiutores.

paulo

A paulo altius inquirens quæstionẽ, adiutores maioribus officijs, optiones inferioribus fuisse existimem. Non possum hic præterire (quod aliqui forsan barbarũ existimabunt, quemadmodũ illa Succentor, Subprior, &c.) Subcenturionis uoculam Liuio usurpari hac ipsa significatione, pro optione centurionis. Nam libro octauo Dec. primæ, sic nominatim is scribit: Romano haud satis fidenti uiribus, iam Romæ permissum erat ab Consulibus, ut subcenturionem sibi quem uellet, eligeret. Et iterum alio loco: Permissum centurionibus, ut subcenturiones sibi, quisquis uellet, eligeret, qui eum tutarentur. Porrò Vegetius lib. 2. de Re militari, cap. 19: Optiones non solùm accensos, sed etiam supernumerarios dici solitos refert: Ad obsequia tamen iudicum, ait, uel tribunorũ, necnon etiam principaliũ, deputabantur milites, qui uocabantur Accensi, id est, postea additi quàm fuisset legio cõpleta: quos nunc Supernumerarios uocant. Tenet hæc adhuc apud Germanos cõsuetudo, qui omnibus penè superioribus muneribus castrensibus suos Leitinandos adijciũt. Venio nunc ad Vicemgerentis, siue Vicariatus uoculã, quæ magis inclinantis Imperij propria fuit, & eius seculi autoribus. Vopiscus in historia Aureliani: Habuit ergo multos ducatus, inquit, plurimos tribunatus, uicarias ducum & tribunorũ diuersis temporibus propè XL. Et iterũ: Tunc enim Vlpius Crinitus, publicè apud Byzantiũ sedenti Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnũ de se iudicium habitum, quòd eidem uicarium Aurelianũ dedisset. Et rursus in oratione Vlpij Criniti ad Valerianũ Cæsarẽ: Iam in arrogando Aureliano, quem mihi uicariũ iudicij tui autoritate fecisti, censui esse referendum. Huc pertinet quod scribit Ammianus lib. 15. historiæ suæ: Tres simul exiluere tribuni, Arintheus agens uicem armaturarũ rectoris. Et iterum lib. 17: Inter quos Aristonetus affectatam regens diœcesim, curans uicaria potestate. Et
B lib. 23: Et Apronianũ Romæ decreuit esse præfectũ, Octauianũ proconsulem Africæ, Venusto uicariam cõmisit Hispaniæ. Rursus lib. 29: Quo ad Cæsariensem digresso, Gildonem Firmi fratrem & Maximũ misit correctores: Vincentiũ, qui curans Romani uicem, inciuilitatis eius erat particeps, & furtorum. Huc facit & quod Symmachus scribit ad Theodosium Augustũ: Nam cum ad examinandos actus Bassi præfecti urbis potestas uicaria id secretarium cõmune perdidisset. Et subdit, insinuans manifestè, uicarium causas distinxisse, & urbis præfecto auxilio fuisse, quos hodie Austriacæ prouinciæ Verweser/Verwalter appellant: Hic ilicò uir clarissimus, inquit, & laudabilis uicarius, ut subscriptio libelli indicat, adesse præcepit. Vbi pariter ambo consedimus, ut seriem querelarum recitatione cognoui, admonui, ut is qui aderat, uicariam sedem probaturus intraret. Sed placet Caput istud Vetustatis exemplis concludere, ijs quæ ad sermonis nostri scopum pertinere uidentur.

Subcenturio.

Vicarij qui fuerint.

DE OPTIONE MONVMENTA.

De optione centurionum, Venusiæ in Apulia:

C. OPTIO. FILIO HORATIO LEGATO XII COHORTIS PRIMVS OPTION. PHILARGYRVS.

Albæ Iuliæ, in Transyluania:

GEMOT. T. CLAVDIVS MANSVETVS OPTIO.

De optione signiferorum, Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. VELINO BASSO P. C. PR. AVXIMO LEG. III. FL. FEL. EVOC. AVG. AB ACTIS FORI PR. PR. SIGNIF. OPTION.

Albæ Iuliæ in Trãsyluania:

DEAE NEMESI AVR. MARIVS

De optione uexillliferorum, Pisis:

C. VRBIVS IVCVNDVS VEXILL. COH. II. VIG. VISERTILATINI. MIL. AN. VI. M. VII. DIES XVIII. IN EIS TESSERAR. OPTIO VEXILLARIVS VIX. AN. XXVII.

De optio-

De

De optione frumentariorum:

I. O. M.

PRO SALVTE IMPP. L. SEPTIMII SEVERI ET M. AVRELII ANTONINI AVGG. FR. CLARIS. ET IVL. AVG. MATER CAES. SVB CVRA. FL. MVTIANI S. FR. M. FIRMIDI: SPECVLATVS FR. LEG. II. ITAL. P. F. OPTIO CONSECRAVIT.

RIVS OPTIO SIGN. LEG. XIII GEM. CVM SEVERIA SECVNDINA CONIVGE PRO SALVTE SVA ET MARIAN. BONOSAE DEDICA. XIII. CAL. OCTOB.

De optione tesserariorum, Mathelicæ Italiæ: A

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MIL. IX. COH. PR. EQVITI CON. EIVSDEM. DONIS DONAT. AB IMP. HADR. TORQVIBUS ARMILLIS PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGVLARI PRAEF. PR. TESSERARIO OPTIONI.

DE ADIVTORE MONVMENTA.

In genere:

Belæ, in monasterio Styriæ:

VE. CAIVS ATTIE F. AL. XXX. ET LITVGENAE ADIVTORIS CONI.

Celeiæ Styriæ:

D. M.

FLA. VALER. AVR. ADIVTORI CIVI AFRO NEGOT. Θ. AN. * V. CON. R. TITVLVM POSVIT.

In oppido S. Viti Carinthiæ:

TVL. PIO INSEQVENT. VETER. B. ET SYLVANIVS ADIVTOR HER. FAC. CVRA.

Albæ Iuliæ in Transyluania:

GENIO TIB. CLAVDIVS MANSETVS OPTIO.

In specie:

De adiutore prætorij Pætouione Styriæ:

I. O. M.

PRO SALVTE ET INCOLVMITATE PL. VAL. TIB. MARTIANI IVNIOR. P. VAL. MARCIANVS MIL. DVP. LEG. X. GEM. ANTONINIANA ADIVTOR FRAETOR.

De adiutore tabulariorũ Pætouione Styriæ:

MENSIBVS III FORTVNAT. AVG. LIB. ADIVT. TABVLAR. FI.

De adiutore à libellis, Romæ in horto Baptistæ Iacobi: B

D. M.

M. AVRELIO AVG. LIBERTO A LIBELLIS ADIVTORI FABIA AEGENIA CON. B. M. F.

De adiutore centurionum, Budæ Hungariæ:

Q. VATINIO ADIVTORI QVONDAM CENTVR. LEG. II. ADIVTR. H. M. V. AEL. DIODOTVS C. V. HERES PIVS FECIT.

De adiutore Duumuirorum, Engedino Transyluaniæ:

I. O. M.

CAETERISQ. DIIS CONTIBVS M. OPPELLIVS ADIVTOR IIVIR. COL.

CAP. XI. DE GENERIBUS MILITUM, *quo ad muneris diuersitatem.*



QVI maiores Romana in militia magistratus extiterint, muniaq́ꝫ, superiore cap. absoluimus. Supersunt adhuc militares functiões potius, q̃ officia: utpote quib. nõ unus aut alter, sed multi una in legione satisfaciebãt. Erant autẽ milites tesserarij, anguriati, commentarienses, centuriati, consistoriani, & cõmeatales, atq́ꝫ etiã tibicinũ fidicinumq́ꝫ genera. De quibus ordine à nobis dicetur, sumpto initio à TESSERARIIS, quibus tesseræ symbolum per contubernia diuidendi cõmissum fuerat, sicubi castra essent mouenda, aut ad prælium miles excitandus foret, ut id quàm fieri posset occultè fieret, atque hæc hostem consilia laterent.

Tesserarij.

A latêrent. Meminit tesseræ militaris Cæsar libro 6. Ciuilis belli: Et cum essent in legionẽ distributi, coniurant inter sese, ut noctu, signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionẽ facerent, illi cædem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte, uigilia tertia, tessera data, extra uallum omnes sunt cõcisi Mundenses duces. Sic Liuius libro septimo Decad. primæ: Præmisso nuncio ad consulem in castra ingenti gaudio concitantur, & tessera data incolumes reuerti. Et iterum lib. nono: Quod postquam Consuli nunciatum est, extemplò tesseram dari iubet, ut prandeat miles, firmatisq; corporibus, arma capiat. Idem lib. 7. Decad. 3: Nocte clàm ingredi uisum est. Tessera per castra ab Liuio consule data erat, ut tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. Et mox libro octauo eiusdem: Tesseram uesperi per castra dedit, ut ante lucem uiri equi'ue pransi essent. Huc pertinent loca Marcellini lib. 14. Proinde concepta rabie sæuiore, quam desperatio incẽdebat, & fames, amplificatis uiribus, ardore incohibili in excidium urbium, matris insolentia efferebantur. Quam comes tuebatur Castritius, tresq; legiones Belgicis sudoribus induratæ. Horũ aduentũ prædocti speculationibus fidis rectores militum, tessera data solenni, armatos omnes celeri eduxere studio. Et iterum: Vtq; præliorũ periti rectores primò cateruas densas opponunt, & fortes, deinde leues armaturas, pòst iaculatores, ultimasq; subsidiales acies, si sors adegerit, inuasuras: ita propositis urbanæ familiæ suspensæ, digerẽtibus solicitè, quos insignes faciũt uirgæ dextris aptatæ, ueluti tessera data castrensi, iuxta uehiculi frontẽ, omne textrinũ incedit. Et lib. 21. His Iulianus, ut poscebat negocij magnitudo, præstructis, expertus quid in rebus tumultuosis anteuersio ualeat, & progressus, per tesseram edicto itinere in Pannonias, castris promotis & signis, temerè se fortunæ cõmisit ambiguæ. Idem lib. 25. Ob quæ reputabat multa, & formidanda. Diffusum abundè militem per prouinciales, leui tessera colligi posse expertus. Et lib. 26. Valentinianus princeps, ut prędiximus, declaratus, dato in perendinũ diem signo proficiscendi, conuocatis primoribus, &c. Hinc est illud Pomponij de Origine iuris libro secũdo: Fabius (inquit) qui missus ad Carthaginenses legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram uellet deferre, utramq; sustulit. & ait, Carthaginenses petere debere, utram mallent. Talia fuerũt symbola in bello, Marij Pan deus, Syllæ Apollo Delphicus, Cæsaris Venus genitrix. Et sic pariter intelliguntur loca poetarum, & inscriptio Romanæ uetustatis quæ Mathelicæ in Italia est reperta. Virgilij septimo Æneidos: *Loca autorum de tessera militari.* B

—*Ut bello tessera signum.* Claudiani in secundo Panegyrico Stiliconis:

Decretoq; togæ felix legionibus iret
Tessera, Romuleas leges rediisse fatemur.

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. EQVITI COH. EIVSDEM DONIS DONAT. AB IMP. TRAIANO TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGVLARI PRAEF. PR. TESSERARIO OPTIONI FICI CVRATORI.

Cæterùm sunt & alia duo genera tesserariorum, uidelicet frumentaria & pecuniaria: de quibus libro huius Operis secundo abundè dictum est. Atqui nec illud silentio transeundum est, tesseram olim & hospitibus quandam dari solitam fuisse. Hinc qui ius hospitij uiolasset, tesseram confregisse dicebatur. Plura lege apud Zasium in l. secunda. ff. de origine iuris. Et apud Budæum in l. sed etsi susceperit. ff. de iudic. COMMENTARIENSES milites erant, qui in commentarios referebant custodias, & ueluti diaria uigiliarum conficiebant. *Tessera hospitij.* *Commentarienses.*

quan-

quanq; Asconius in tertiã Ciceronis orationẽ in Verrem, Cõmentariensem cum Accenso & Corniculario confundat. Porrò alia significatione Cõmentarienses Iureconsultis dicunt, quibus Imperatorũ cõmentaria cõmissa sunt. Sic Paulus ff. de iure fisci: Quoties apud fiscum agitur, ait, actorũ potestas postulanda est, ut merito his uti liceat, eaq; manu cõmentariensis adnotanda sunt. Plura in Cod. de cust. reorum, l. ad cõmentariensem. Quo nomine uidelicet custodes etiã carcerum dicebantur. A

Angariati. ANGARIATI milites, & præcipue equites, & perangariati, qui uigilias, stationes, gestationesq; in usum belli obibant. Hinc est illud Vegetij: Si uerò ad uigilias uel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, uel ad decursionẽ campi milites exeunt. Huc alludit & Suidas: ἀγγαρεία δ᾽ ἐστὶ δημοσία καὶ ἀναγκαία δουλεία, publicum scilicet & necessarium munus. Porrò Iureconsultis angariæ, siue perangariæ sunt munera, quæ in operis personarum uersantur: ut est in l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & in l. hac nostræ. Cod. de præpos. sacri cubiculi, lib. 12. Sunt qui persicam uocem esse arbitrentur, apud quos nuncij & baiuli uocantur ἄγγαροι. In Euangelio autẽ XXVII Matthæi, & XXIII Lucæ, Angariauerũt Simonẽ quendam Cyrenæum: hoc est, coegerunt. Pertinet ad explicationem huius generis, quod scribit Vegetius lib. secundo, cap. 19: Quotidianas etiã in pace uigilias, item excubitum siue angarias, de omnibus centurijs & contubernijs quę uicissim milites faciunt. Et iterum cap. 22. Si uerò ad uigilias uel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, uel ad decursionem campi exeũt milites, tubicine uocante operantur, & rursus tubicine admonente cessant. Idem lib. 3. cap. 8. Nam à castris, ait, diminutiuo uocabulo sunt nuncupata castella, intra quæ in angarijs aliquanti pedites equitesq; degentes, tutum iter cõmeatibus præstant. Et libro eodem, capite 26. In bello qui plus in angarijs uigilauerit, plusq; in exercẽdo milite laborauerit, minus periculum sustinebit. Ex quibus uerbis colligimus, duorum significatuũ angarias Romanis fuisse, primò laboris uicissitudinem militibus per contubernia centuriasq; iniuncti pro uallo ac lorica, alijsq; necessarijs faciendis significasse, quod modò Robat Germani dicimus: quod solent genus colonis suis nobiles ex iure ac quadam interdum tyrannide imponere. Secundò angariæ erant mansiones in itineribus, quibus uias à latrocinijs Romani tutas præstabant, fortè quòd labore huiusmodi uicissitudinario talia castella forent extructa. Hic uenit mihi in mentem, hac ratione uocabulum illud posterioribus seculis ad trimestre anni spacium fuisse accõmodatum, quod hodie angariam dicimus, fortè quòd quater in anno & singulis trimestribus coloni dominis suis talem cogerentur laborem uel operam uicissitudinariam exhibere, Ein Robat thůn alle Quattember. B

Centenarij. CENTENARII milites dicebantur barbarici, quorum erant in quacunq; centuria duo, de alia natione à Græca atq; Romana, qui & Phrygiones alio uocabulo, & Polymitarij Græcis nuncupabantur. Meminere Iureconsulti lib. XII Codicis, in l. ij. Scrinijs quisque ducennarij numero, unius centenarij. Idem in l. 1. de præpositis agentib. Verumenimuero apud Francos centenarij iudices erant pagorum sub Comite constituti, hodie Sculteti.

Beneficiarij. BENEFICIARII, quos Imperator aut dux beneficio promouisset in militiam. Cæsar lib. quarto Ciuilis belli: Petreius uerò non deserit sese, armat familiam, cum hac & prætoria cohorte cetratorum, barbarisq; equitibus paucis, beneficiarijs suis. Legitur & prætoris beneficiarij mentio in monumento Veronensi, cuius exemplum subijciam.

Veronæ, in templo S. Proculi:

L. OCTAVIVS L. F. IOB. MARCELLINVS BENEFICIA-
RIVS PRAETOR P. B. L. VOCATVS T. F. I.

Plura

A Plura Vegetius lib. 2. Beneficiarij (inquit) ab eo appellati sunt, quòd promouētur beneficio tribunorum. ad quod & illa inscriptio pertinere uidetur, quæ apud Bucinum Campaniæ legitur.

Bucini Campaniæ:

C. COELIO ANICCETO MIL. COH. II. PR. SINIC. TRIB. SPE BENEFICIATVS HVIC ORDO SANCTISSIMVS DECVRION. OB SPEM PROCESSVS EIVS HONOREM DECVRIONATVS GRATVITVM OBTVLIT. QVI VIX. AN. XXIII. MVLIER COELIA PRIMA MATER FILIO DVLCISSIMO.

ORDINARII ET EXTRAORDINARII. Ordinarij, inquit Modestus de Nominibus militaribus, dicebantur, qui in prælio primos ordines ducebant. Scribit & Vegetius libro secundo, cap. 7. Ordinarij dicuntur, qui in prælio præsunt, & primos ordines ducunt. Augustales appellantur, qui ab Augusto ordinarijs iuncti sunt. De extraordinarijs hæc addit Polybius in libello de Castrametatione Romana: Ast ubi socij unà cum Romanis cōgregati sunt, curam distributionis eorū tractationisq; habent cōstituti à socijs principes, Præfecti appellati, numero duodecim. Qui primū ex omnibus qui accesserint auxiliaribus aptissimos eligunt, equites pedites'q;, operam suam ad administrandum cōsulibus rectè exhibituros. Hos uocant Extraordinarios. VOLVNTARII: de quibus etsi fusius dictum sit libro huius Operis sexto, ubi de cohortibus uoluntarijs egimus: libet tamen locū Polybij de locatione eorum in castris hic inserere. Is enim cum forum quæstoriū delineasset: Ab ultimo, inquit, utriusq; partis Tribunorū tentoria, à parte posteriori quasi inflexum tenentes ordinē, uersus tentoria extraordinariorū equitū electi, & quidem uoluntarij, in gratiam consulum militantes, uersus transuersa ualli latera locantur, spectantes quidam ad quæstorios cōmeatus, quidam parte altera uersus forū. Plerunq; autē contingit, ut hi non solùm contubernia habeant propinqua consulibus, uerùm etiam, ut incedente exercitu atq; in cæteris usibus circa consulem quæstorem'q; diuersentur, eis'q; operam curam'q; impendant. *Ordinarij & extraordinarij* *Voluntarij.*

B

CONSISTORIANI, qui militaribus cōsistorijs, cum de militibus iudicaretur, interesse solebant: ut hodie Sculteti castrenses cōsistoria celebrant. Meminit Marcell. lib. 15: Hisq; cognitis statuit Imperator, dispicientibus consistorianis & militaribus uniuersis in negocium præterinquiri. Porrò ad rationem munerū militarium referendi sunt & hi, qui concentu animos militum cōmouebant, quos hodie Germani in uexillis appellamus **die Spilleüt**. Erant autē quadruplices, cornicines, tibicines, buccinatores, & æneatores: quos hodie Germani non omnes in usu habemus. Sed posteriora genera in equitatu manserunt: buccinatores, quos hodie **Drummeter** appellamus: & æneatores, uulgò **die Hertrumler/die Herpauker**. Manent & cornicines adhuc Heluetijs, Vri pago præcipuè, ubi Tauriscorū ueterum reliquiæ sunt. Manserūt & tibicinum uestigia in peditatu, sed alio ritu, uulgò **die Pfeiffer bei dem fändle**. Inclinante Imperio & organorum cantores erant, qui receptui canebant, ut ex his uerbis Pollionis in Gallieno aduertit: Sæpe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, cum processui & recessui cani iuberet. *Consistoriani.* *Musica castrensis.*

CORNICINES, tubicines, necnon buccinatores Romano erant in exercitu, diuerso usu temporeq; adhibiti. Tubicines enim, ut scribit Vegetius libro 2. cap. 22. ad bellum uocabant milites, & rursum receptui canentes reuocabant. Similiter quoties ad opus aliquod aut campicursionem aut uigilias angarias'q; milites exibant, à tibicinibus admonebantur, atq; eisdem canentibus reuocabantur. Cornicines autem quoties canebant, non milites, sed signa ad eorum obtemperant nu- *Cornicines & tibicines.*

tum, cum illa mouebãtur, aut iam mota essent. Quoties autem pũgnabatur, tubicines & cornicines simul canebant. Denicꝙ buccinatores personabant imperatore procedente, aut cum in militem animaduertebatur, id'cꝙ Classicum nominabatur imperij insigne. Porrò TIBICINES ET CORNICINES erant in cohortibus singulis singuli. Tibicines quidem ad prælium, secessionem, uigilias & opera bellica, item ad mouenda signa canebant: cornicines uigilias reuocabant. In prælio uerò, dum inibatur, aut milites ad pugnam uel ad concionem cõuentus'cꝙ euocabantur, omnes simul personabant: quod Classicũ nominabatur. Cicero in epistola ad Gallum lib. 7: Ille autẽ qui sciret se nepotem, bellum tibicinem habere, & sat bonum uictorem, discessit à me. Liuius lib. 2. Decad. 1: Cornicines tibicines'cꝙ in equos impositos, canere ante uallum iubet. Idem lib. 4. Decad. tertiæ: Ex interiore parte claustra refringere iubet. Et tenentes partem urbis cornu signum dare, ut cæteræ copiæ admouerentur. Et iterum: Lentior deinde æqualior'cꝙ accedens auribus, magnã partem hominũ sopiuit, postquam portum tenuere cornicines. Et rursus lib. secundo Decad. quartæ: Dioxippus præfectus cohortis mercede militantium auxiliorum conuocatis in forum militibus tuba signum ex arce dari iubet, ut hostes adesse omnes scirent. Huc pertinet & illud Taciti libro primo historiæ Augustæ: Postquam hæsere munimentis, datur cohortibus signũ, cornua'cꝙ & tubæ cõcinuere, & in clamore ac impetu tergis Germanorũ circumfunduntur. hæc ille. Sed placet, quod diximus de CLASSICO, paulo altius repetere. Primò omnium quòd apud prætorium fuerit, illa Liuij uerba lib. octauo Decad. tertiæ ostendunt: In prætorio tetenderunt Albius & Atrius. Classicum apud eos cecinit, signum ab eis petitum est. Deinde uerò quòd ad conuentus atcꝙ concionem classico milites quondam ab imperatoribus belli uocati fuerint, testatur idem Liuius lib. quinto Decad. primæ: Luce orta uocatis classico ad concilium militibus ad Tribunos, cum rectè & perperàm facto precium deberetur, Manlius primũ ob uirtutem laudatus, donatus'cꝙ nõ à Tribunis solum militum, sed consensu etiam militari. Et iterum lib. 7. Vbi ad prætorium uentum est, consul classico ad concionem uocat. Idem lib. 8. Vbi audiuit consul, extemplò filium auersatus, cõcionem classico aduocari iussit. Et rursus ibidem: Haud multo pòst dictator aduenit, classico'cꝙ extemplò ad concionem aduocauit: tum silentio facto, &c. Eadem ratione, quòd ad prælium classicum concinebatur, coarguunt hæc T. Liuij loca lib. 4. Decad. 3: Ad quæ clamor cum ingenti consensu est sublatus. pugnã poscebant, signum'cꝙ ut daret extemplò ferociter instabant. Gracchus prælio in posterum diem pronunciato, concionem dimisit. Postero die ubi signa cœperunt canere, primi omniũ parati instructi'cꝙ ad prætorium conueniunt. Et iterum signũ dari properè iussit, proijcerent capita, inuaderent'cꝙ hostem, claram satis & insignem uirtutem esse. Idem lib. quinto Decad. eiusdem: Terrorem tuba audita ex theatro faciebat. nam & Romana erat, à proditoribus ad hoc præparata: & inscienter à Græco inflata, quis aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Et iterum eodem loco, de Syracusarum expugnatione scribens: Hexapylon (inquit) est portula. ea magna ui refringi cœpta, & è muro ex cõposito tuba datũ signum erat. Et subdit: Ita medio itinere intercepto, cæteræ copiæ silenti agmine ad proximos hostes ductæ. Et cum statio nulla pro portis, necꝙ in uallo custodiæ essent, uelut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetrauere. Inde signa canunt, & tollitur clamor. Huc pertinet, quod de tertio buccino scribit Liuius, libro sexto tertiæ Decadis: Fuluius, ne idipsum impedimẽtum incœpto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis sociorũ imperauit, ut duobus milibus equitum delectis, denunciarent ut ad tertiam buccinam præstò essent. Idem

Tibicines & cornicines.

Classicũ quid fuerit.

Classicũ ad cõuentus & conciones.

Classicum ad prælium.

A Idem lib.10 Dec.eiusdem: Cum maximè hęc Imperator apud Carthaginenses, duces suarum gentium, inter populares pleraq; per interpretes intermistos alienigenis ageret, tubæ cornuaq; à Romanis cecinerunt: tantusq; clamor ortus, ut elephanti in suos sinistro maximè cornu uerterent. Hactenus Liuius, cui libro secundo historię Cor. Tacitus subscribit: Tum Sentius occinere cornua tubasq;, & peti aggerem, erigi scalas iussit, & promptissimum quemq; succedere, alios tormentis hastas & saxa ingerere. Huc alludit deniq; Maro lib. 11 Æneidos, cum oppugnationem Laurentis ab Ænea factam describit, hoc carmine:

Perfodiunt alij portas, aut saxa sudesq;
Subijciunt, bello dat signum rauca cruentum
Buccina, tum muros uaria cinxere corona.

Atq; de cornicinibus, tibicinibusq;, atq; classico hactenus. Sequuntur BVCCINATORES, qui ad conuentus, cõmunitates, conuiuia, mensasq; personabant: quorũ in militia antiquissimi autorũ meminerunt. Cæsar lib.2. Ciuilis belli: Qua re animaduersa Varus, & terrore exercitus cognito, & buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit. Liuius lib.3. Dec. tertiæ: Quia duces nec prohibere paucos temerè rogantes, nec dare signũ uniuersæ pugnæ uolebant. Vbi uerò transeundi amnis apertè signum dedere, buccinæ concrepuere. Huc alludit & Tacitus lib. 15. historiæ Augustæ: Addit Corbulo glorię comitatem, epulasq;. Et rogitante rege causas, quoties nouum aliquid aduerterat, ut initia uigiliarũ per centurionẽ enunciari, conuiuiũ buccina dimitti. Marcellinus lib.27: Suisq; pro temporis copia cibo recreatis & somno, primo aurorę exortu in aperta planicie cõposuit aciem, dilatatam arte solerti, ut spacijs amplioribus occupatis, æquiparare Romani hostiũ B multitudinem apparerent, inferiores numero licet, uiribus pares. Signo igitur per buccinas dato, cum pede collato res agi cœpisset, insueta uexillorũ splendentium facie territi stetere Germani. Et iterũ lib.24. Sed ubi animis in audaciam restitutis, armisq; raptis inter tumultũ, exercitus cantu cõcitus buccinarũ, minore murmure festinarunt, eruptores perterriti, reuerterũt intacti. Ex quibus apparet, inclinante Imperio buccinas in Romanũ exercitũ fuisse introductas, & loco tibicinum usurpatos, qui hodie in equitatu manent. AENEATORES, quòd supra ænea tympana personabant, inclinante item Imperio introducti erant, quorũ hodie in equitatu memoria manet. Quanq; & in peditatu tympana sint recepta, corio tamen non supra æneum, sed supra ligneum extenso: uulgò **Drummel/Her drummel.** Meminit Marcell. lib.16: Dato (inquit) æneatorum cantu solenniter signo ad pugnandum, utrinq; magnis cõcursum est uiribus populi. propilabant missilia, & properantes citò magis q̃ considerato cursu Germani, telaq; dextris applicantes inuolauere nostrorũ equitum turmas frendentes. Idem lib.24: Cum igitur noctis plerunq; processisset, ęneatorum occentu signo dato progrediendi, ad pugnam & ad arma concursum est.

Buccinatores.

Aeneatores.

CAP. XII. DE GENERIBVS MILITVM, *quoad prærogatiuam ac dignitatem,*



QVONIAM superiore capite milites ex munerũ diuersitate diuisimus, ratio ordinis requirit, ut ornamenta etiam militiæ explicemus, penes quæ milites alios atq; alios celebrari autoribus historiarũ cõtingit. Sic nempe milites Cornicularios, torquatos, monozonos, rudiarios, & commeatales passim obseruauimus, nõ aliunde q̃ ab ornamentorũ insignibus, quibus ob emeritã militiã deco-

decorati fuerāt, denominatos. Inuenio autē CORNICVLARIOS duorū generum fuisse: alios centuriones, manipulos atq; accensos, à corniculis sub quibus militabant, cum sibi subiectis militibus: alios à corniculorū dono atq; decore appellatos. Primi generis Cōmentarienses ac Clauicularij dicebantur. de quibus Alciatus: Accensi, ait, dicebantur attributi decurionibus, hoc est ministri eorum, quasi ad censum additi, quos nunc Cōmentarienses & Cornicularios appellamus. Huc pertinet illud Vegetij lib. 2. de Re militari: Et qui sub uno corniculo militabant, centurio & sui milites, ambo Cornicularij dicebantur. Sic Frontinus lib. tertio: Tribunus ac Cornicularius, inquit, uigiles quosdam excitauit. Et sic intelligendū est illud Valerij Maximi lib. sexto: Cui Cōminius, inquit, tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium suum stupri causa appellasset. Et in hac significatione pariter accipit Iulius Firmicus, cum libro tertio Matheseos scribit: Erunt, inquit, cornicularij, cōmentarienses & clauicularij. Legitur & lib. XII Codicis, tit. de prox. sacr. scrinij. optiones primiscriniorum cornicularios fuisse uocatos. Redeo ad secundum genus Corniculariorum, qui emeriti milites erant, armillis corniculisq; uirtutis ergò donati. Quod hodie etiamdum aliquot Germaniæ principes in more habent, ut aulicos suos multo tempore cognitos, & in uarijs ministerijs usurpatos, similiter corniculis argento cōprehensis ex humeris suspensis donent. Cuius quidem ornamēti originem describit Liuius decimo ab Vrbe cond. Papirium consulem equites omnes ob insignem in bellis operam donasse corniculis armillisq; argenteis. Huc alludit & Suetonius in libello de Claris grammaticis, cum Orbilium scribit corniculo meruisse: nimirum intelligi uolens, eum fuisse corniculariū. Idem in Domitiano, cum eius necem depingit: Saucium & repugnantem adorti, Clodius cornicularius, & Maximus Parthenij libertus, & Saturius decurio cubiculariorū. Huc pertinent præterea quæ de hoc genere Symmachus scribit lib. 1. Epist. ad Theodosium Augustum: Petronianus, urbanarū cohortiū miles, ad corniculariorū gradum inculpati laboris diuturnitate prouectus, more institutoq; maiorū testimoniū meruit castrēsis industriæ, quod cæteris quoq; post honestum cursum stipendiorum iudicia detulerunt. Verumenimuero placet & illud genus ministerij, Antiquitatis exemplis adornare.

Cornicularij primi generis.

Secundum genus corniculariorum.

MONVMENTA DE CORNICVLARIIS.

In Germania inuenta,

Viennæ Austriæ in ædibus Vuolfg. Lazij Doctoris Medici:

FORTVNAE CONSECRATVM GENIOQ. HVIVS LOCI. HONORATEI TIBERIANICI TRIB. MIL. LEG. X. G. F. P. P. T. CLAVDIVS VALENTINVS CORNICVLARIVS EX VOTO POSVIT AQVIL. ET AEMIL. COSS.

Labaci Carniolæ, in curia D. Teutonicorum:

M. TITIO M. F. CL. TI. BARBIO TITIANO DECVRIONI AEMONAE, LEG. II. ADIVTRI. ITEM LEG. X. FRETENS. HASTATO IN COH. | LEG. II. TRA-

In Italia eruta,

Neapoli, in foro publico:

P. AEL. P. F. AGRIPPINO CORNICVLARIO PROCONS. PROVINCIAE BELGICAE FRATRI CARISSIMO ET AELIAE AMABILI MATRI PIISSIMAE VICTORINVS AVG. LIBER. FECIT.

Mathelicæ, in ecclesia S. Blasij:

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI. MIL. IX. COH. PRAE. EQVITI COH. EIVSDEM, DONIS DONATO AB IMP. TRAIANO TOR-

A TRAIAN. EX CORNICVLAR. PR. PR. LARCIA VERA FILIO PIISSIMO L. D. D. D.

Moguntiæ, in ædibus præfecti Eytlvvolf.

C. IVLIO FLAVIANO CORNICVLARIO LEG. XXII. P. P. F. STIPENDIORVM XVII. QVI VIX. AN. XXXV. MENS. XI. D. XXV. COCCEIA CHRYISIS CONIVGI INCOMPARABILIS PIETATIS.

TORQVIBVS, ARMILLIS, PHALERIS, OB BELLVM DACICVM SINGVLARI PRAEF.

Transyluania Hungariæ, in ruderibus Sarmizgetusæ Varhel.

DEO, QVI EST MAXIMVS AVREL. SEPTIMIVS ROMANVS MILES LEG. XIII. G. CORNICVL. VIX. AN. LX.

TORQVATI & duplicati erant milites, torquiũ ornamentis, ut illi corniculis, decorati: quib. & duplex plerunq; stipendiũ dabatur, unde Duplares dicti sunt. Quo ex euentu Manlio Torquato memoria apud posteros mansit: quam historiam scribit Liuius lib. 7 primæ Dec. Porrò manet nobis Germanis hoc militũ genus, torquatiq; ac ampliori stipendio incedunt, qui aut aliquot annos stipendia fecerunt, aut loco aliquo nati cæteris in acie præferuntur. At neq; nomen uetus omnino abijt, Doppelsoldner uulgò nuncupamus. De torquiũ donis, siue insignibus, Liuius lib. 4. Decad. 3: Octo milia hominũ cæsa, haud multo minus q̃ milia capta. Et signa militaria LVIII, & spolia plura Gallica, fuere annuli aurei, torques, &c. Idem lib. quarto Dec. 5: Dum bellum in Macedonia geritur, legati transalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius nomen traditur) Romã uenerũt, pollicentes ad Macedonicũ bellũ auxilia. Gratiæ ab Senatu actæ, munerаq; missa, torquis aureus duo põdo, & pateræ aureæ quatuor pondo, equus phaleratus, armaq; equestria. Huc pertinet & locus Cor. Taciti lib. 3. hist. Aug. Quo prælio Ruffus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq; est ab Apronio torquibus & hasta. Ad hæc meminit Torquatorũ draconariorũ ac signiferorum Marcellinus lib. 20. hist. Augustæ, de Iuliano scribens: Sed cum id quoque turpe esse asseueraret, Maurus nomine quidam, postea comes, qui rem male gessit apud Succorum angustias, speculantiũ tunc hastatus, abstractũ sibi torquem, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit. Porrò discrimina torquatorum paucis uerbis Vegetius explicauit lib. 2. cap. 7: Torquati duplares, ait, torquati simplares, quibus torques aureus solidus, uirtutis præmiũ fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duplas cõsequebatur annonas, duplares duas, simplares unã. hæc ille. Non dissimili ratione, ob stipendij duplicationẽ Germanis tales manent Duplares, gentilitia illorũ lingua Doppelsoldner nuncupati. Et huc referenda sunt monumenta Vetustatis:

Torquati & duplicati.

B

De Torquatis, Mathelicæ in Italia, in ecclesiâ S. Marci:

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. EQVITI EIVSDEM DONIS DONATO AB IMP. TRAIANO, TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS.

De duplaribus, Pætouione Styriæ:

PRO SALVTE ET INCOLVMITATE PL. VAL. TIB. MARCIANI IVNIOR. P. VAL. MARCIANVS MIL. DVPL. LEG. X. GEM.

Apud Moguntiacum:

FLAVIO IVLIO MATERNO VET. LEG. XXII. P. P. F. MISSVS HONESTA MISSIONE EX DVPLICARIO FL. SABINIVS ATTILIVS VET. ET FL. IVLIVS REGINVS MIL. LEG. XXII.

MONOZONI illustres olim cingulo militari, siue baltheo fuerunt, & honorati

inter milites. De quibus Iureconsultis fit mentio in lege Valentis. Quem à priscis temporibus ad Germanos morem esse deuolutum inuenio, ut sicut apud Romanos ob egregia facta miles baltheo donabatur: ita uetustiori adhuc in militia Germanorum, cingulo ac gladio (quæ hodie ornamenta in calcaria sunt uersa, & auri præcincturam) miles emeritus publicè ornabatur. Hinc cingulo donare, elegantius & prisco ex more dicimus, quod hodie mutata consuetudine, gladio percuti, & auratum fieri equitem, dicere solemus. Cæterùm Romanis hunc morem extitisse, Herodianus lib. quarto ostendit, de Bassiano Antonino scribens: Multisq; uictimis immolatis, ac thure cumulatis altaribus, ad Alexandri monumentũ tum se contulit, paludamentumq; purpureum, & claris gemmis annulos conspicuos, baltheumq;, & si quæ alia gestabat elegãtiora, dempta sibi tum, illius imposuit sepulchro. De baltheorum ornamentis meminit & Iulius Capitolinus in Maximinis: Natali Gethæ filij minoris Seuerus militares dabat ludos, propositis præmijs argenteis, id est, armillis, torquibus, & baltheolis. Idem in Gordianis: Post hæc Carthaginem uentum, cum pompa regali, & fascibus laureatis, filiusq; legatus patris exemplo Scipionũ, ut Dexippus Græcus historiæ autor est, gladij potestate succinctus est. Et sic intelligendus est locus T. Liuij libro quarto Decad. tertiæ: Deinde in custodiam C. Cassio tribuno militum traditus, uix gladiatorio accepto. Huc potest accõmodari & illud Cæsaris libro quinto Gallici belli, loquentis scilicet de milite multa egregia patrante: Et uerutum, inquit, in baltheo defigitur. Sic Flauius Vopiscus in Aureliano, cum de Castrensibus legibus agit: Ferramenta Samiata sint, calciamenta fortia: uestis noua uestem ueterem excludat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. Spartianus in historia Hadriani: Exemplo etiam uirtutis suæ cæteros adhortatus, cum etiam uicena millia pedibus armatus ambularet, triclinia de castris & porticus & cryptas & topia dirueret, uestem humillimam frequenter acciperet, & sine auro baltheum sumeret. Extat denique cinguli ornamenti mentio apud Cassiodorum, inclinantis Imperij autorem, qui in epistola ad Colossum comitem libro tertio Variarum sic scribit: Proinde prosperis initiatus auspicijs, ad Sirmiensem Pannoniam, quondam sedem Gothorum, proficiscere illustris cinguli dignitate præcinctus. Et libro sexto, quum formulam & insignia patriciorum describit: Hinc est, ait, quòd & honor ipse cinctus est, cum uacaret, nihil iurisdictionis habens, & iudicantis cingulum nõ deponens, in quo felicitas perpetua nascitur, dum successoris ambitio nõ timetur. Præterea adludit ad hanc cõsuetudinem cinguli militaris & Virgilius Maro libro quinto Aeneidos:

Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Threicijs, lato quam circum amplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.

Sic Persius in Satyris:

Cæcum uulnus habes, sed lato baltheus auro
Protegit.—

Et Claudianus secundo in Eutropium:

—Nec grata timentum
Munera, militiam nullam, nec prima superbus
Cingula dignari. nam quis non consule tali
Vilis honos?—

Idem secundo Stiliconis Panegyrico:

Hoc etiam, quamuis corrumpi munere nullo
Te certum est, mirare libens, ac suscipe cinctus,
Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit

Pectine,

A *Pectine, tincta simul repetito murice fila, &c.*

Et rursus describens huiusmodi baltheum, ibidem ita canit:

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aspera, gemmatasq; togas, uiridesq; smaragdis
Loricas, galeasq; renidentes hyacinthis.

Atque hæc de cinguli ornamento. Nunc porrò de recinctura, hoc est cingulorum ac gladij ademptione (quæ ignominiæ militaris nota erat) ex fide historica dicere libet, ad quam Lampridius in historia Alexandri Cæsaris sic alludit: Quocunque iter legiones faciebant, tribuni accincti, centuriones uerecundi, milites amabiles erant. Huc pertinet illud Vulcatij Gallicani in uita Valerianorum: Nam statim ad signa edici iussit, & programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret. De huiusmodi recinctura siue discinctis accipiendus erit & ille Cæsaris locus libro sexto Ciuilis belli: Hoc præterito tempore serui transfugæ nunciauerunt, oppidanum bona uendere, ne cui extra uallum liceret exire, nisi discinctum, idcirco quod ex quo die oppidum Ategna esset captum, metu conterritos quamplures profugere in Hetruriam. Intelligitur pariter & illud Taciti libro undecimo: Legiones operũ ac laborum ignaras, populationibus lætantes, ueterẽ ad morem reduxit, ne quis agmine decederet, nec pugnã nisi iussus iniret. Stationes, uigiliæ, nocturna diurnaq; munia in armis agitabantur. Feruntq; militem, quia ad uallum non cinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foret, morte punitos. Huc pertinet illud Herodiani lib. secundo, in oratione Seueri Septimij, qua prætorianos præcipiebat ob Pertinacis necem exauctorari: Sed quoniam iusq; fasq; negat stipari à uobis iam principem, uiolato iureiurando, ac manibus ciuili & imperatorio
B sanguine pollutis, perditáq; fide, custodiáq;, animas quidem & corpora uobis nostra largietur humanitas. Porrò militibus meis ita præcipio: Recingant uos & uestimentis exutos militaribus nudos dimittant. Vobis autem præcipio, discedatis quàm longissimè. edico item, iuroq; ac denuncio, capite pœnas daturum, si quis uestrûm posthac intra centesimum ab urbe lapidem conspiciatur. His imperatis, è uestigio milites Illyrici concurrunt, breues'que illos gladiolos detrahunt, quos auro argentoq; ornatos, in usum pompæ suspensos habebant. Tum zonis uestituq; ac cæteris militiæ insignibus per uim ablatis, nudos ad imum, exauctoratos'que dimiserunt. Cæterùm non solùm baltheus & gladius in recinctura ignominiosè adimebantur: uerùm etiam torques, phaleræ, armillæ, clypei, & reliqua dona militaria: ut hodie etiamnum insignia auferuntur, & tituli, ob delicta, ab Augustis. Vnde scribit Tacitus libro duodecimo, Caractato regulo Sylurorum apud Britannos, cum rebellasset, adempta, simulatque fuisset captus, dona militaria extitisse: Tunc incedentibus, ait, regijs clientulis, phaleræ torques'que, quæ'que externis bellis quæsierat, traducta, mox fratres & coniunx. Huc pertinet illud Tranquilli in Augusto, hunc Cæsarem scribentis milites discinctos stare iussisse ad ignominiam delendam. Et sic pariter intelligitur illud Ammiani libro uigesimosexto: Tunc & Equitius Illyricano præponitur exercitui, nondum magister, sed comes. Et Serenianus olim sacramento digressus recinctus est, ut Pannonius. Atque hactenus de Romanis. Iam orationem ad Germanos ueteres conuertam, apud quos uidelicet utrumque genus in usu fuerat, ornamentum uidelicet cinguli ac gladij, & recincturæ nota. Ad quod adludens Otho Frisingensis libro primo de Rebus à Friderico Cæsare primo gestis, capite trigesimosecundo, cum de Geysa Hungariæ rege bellum Austriæ inferente loquitur: Dux etiam, inquit, cum suis non longè ex altera parte eiusdem

Loca autorum de recinctura.

Cincturæ ac recincturæ consuetudo apud Germanos.

Gladij &565 balthei ornamenta à Germanis recepta.

fluuij, qui Imperij Romani & regni illius, ex uno Danubij latere (nam ex alio fluuius Maraha) limes est, suos conuocans, itidem castrametatur, missis exploratoribus, qui statum hostium diligenter inquirendo ediscerent. Altero die Rex in prædicto campo, ad quandam ligneam ecclesiam accedit: ibiq; ab episcopis (nam eousq; in puerilibus annis constitutus, nondum militem induerat) accepta sacerdotali benedictione ad hoc instituta, armis accingitur. Sic de Austriæ principibus ueteribus, annales antiquissimi à me inuenti, referunt: Anno M C IIII Leopoldus Marchio sanctus accinctus est gladio. Et rursus: Anno M C LXXX Otacher ex Marchione Styriensi Ducis nomen adeptus est, eo anno quo & gladio accinctus est. Et iterum: Anno M CC XXV Fridericus dux Austriæ & Styriæ consecrationis ensis dignitate Viennæ sublimatur. Atq; hinc arbitror morem istum defluxisse, quo hodie, sed inuerso, Germani utuntur, ut principes, sicubi aliquem ob laude parta facinora decorare uolunt, gladio tangant, quos Equites auratos passim uocamus: & qui ueteri more atque elegantius loquuntur, Cingulo militari donatos appellant. Non enim gladio uerberabantur; quod hodie fit, qui insigne aliquid in bello aut prælio egissent: sed gladius illis cum cingulo à principe accingebatur, quos uidelicet hoc Capite dicimus Monozonos Iureconsultis Græca origine, historijs cinctos nuncupari: qui hodie Equites aurati, quòd aurum in calcaribus scilicet & gladio ferre possint, appellantur. Hinc legimus in Annalibus peruetustis Austriæ: Anno Domini M CC XLV Fridericus dux Austriæ, auro plenus & argento, in festo S. Georgij centum & quadragintaquatuor iuuenes de terra sua nobiles, apud Viennã honorificè donauit gladio & cingulo militari. Equidem in peruetustis picturis atque sculpturis licet talem cinctum uidere, cingulum uidelicet bullis aureis graue ac densum, in lumbos ac uentrem demissum, unde pugio ex uno, & ex altero latere gladius pendent. B
Porrò fuisse huius figuræ Romanis etiam usurpatũ cingulum, & præcipuè Principibus, hoc carmen Claudiani ostendit secunda Panegyri Stiliconis:

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aspera, gemmatasq; togas, &c. —

Principes gladio accinguntur. *Consuetudo Germanorũ in cinguli donatione.* *Baltheus Germanorum.*

Et hæc de Monozonis atque balthei ornamentis. quæ interdum ob grauia facinora atque delicta ignominiosè adimuntur, haud aliter atque illis de quibus locuti fuimus, qui discingebantur: uulgò Germani uocamus, **Wann man eym die Ritterschafft nimbt/schwerdt/gürtel/vnd sporen abnimbt/rc.** RUDIARII, aliàs Emeriti nominabantur, uirga, quæ Rudis dicebatur, donati, quod insigne erat uacationis honestæ à militia. de qua quidem Ouidius ita canit:

Et me donari iam rude tempus erat.

Rudiarij qui fuerint.

Cicero in secunda Antoniniana: Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti. Sueton. in Tiberio: Vsq; ad principatus initia per hæc ferè transegit. Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in aui Drusi dedit, diuersis temporibus & locis. Primùm in foro, secundum in amphitheatro, rudiarijs quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum milium. Verũenimuero de huiusmodi uirga an sit intelligendus locus Marcellini libro 14, haud satis scio. Scribit enim: Vtq; præliorum periti rectores primò cateruas densas opponunt, & fortes, deinde leues armaturas, pòst iaculatores, ultimasq; subsidiales acies, si sors adegerit, inuasuras: ita præpositis urbanæ familiæ suspensæ digerentibus solicitè, quos insignes faciunt uirgæ dextris aptatæ, ueluti tessera data castrensi. Porrò non uidetur extra institutum esse, si locum Polybij hic recensuero, ex libello eius de Romana castrametatione, quot stipendijs rudiarij ac ueterani efficiebantur: Equites sanè, ait, qui decem, pedites uerò ex his qui sextum & quadragesimum

ætatis

A ætatis attigerint annum, quos in necessitate reipublicæ duntaxat stipendia facere est opus: illis exceptis, quorum census quadringentas drachmas non excedit. hos enim omittunt, omnes ad usum nauticum reseruantes. Quod si aliquando necessitas urgeat, tenentur pedites uiginti annua stipendia facere. Vrbanum uerò magistratum inire licet nemini, priusquã decem annua stipendia perfecerit. Cæterùm de emeritis, & eorum uacatione ac præmijs, meminit Liuius lib. primo Decadis quartæ: Ludi deinde à P. Cornelio Scipione, quos Consul in Africa uouerat, magno apparatu facti, & de agris militum eius decretum. Vt quot quisq; eorum annos in Hispania aut Africa militasset, in singulos annos bina iugera acciperet, eum agrum Decemuiri assignarent. Huc pertinent illa Taciti libro primo historiæ Augustæ: Igitur uolutatis inter se rationibus placitum, ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dari uicena stipendia meritis, exauctorari qui sena dena fecissent, & retineri sub uexillo. Et iterum sub finem libri: Edixit Tiberius militare ærariũ eo subsidio niti, simul imparem oneri rempublicam, nisi uicesimo militiæ anno ueterani dimitterentur: ita proximæ seditionis mala consulta, quibus sexdecim stipendiorũ finem expresserant, abolita in posterum. hæc ille. Sed iam Vetustatis inscriptionibus, quod proponimus, cõfirmabimus, ut consuetudo nostra in hocce Opere ubiq; est.

Lugduni in Gallia:

D. M.
D. SEX. COSSVTIO SEX. F.
QVIRINO PRIMO EMERITO EX COH. XIII. VRBIS
B T. SILIVS HOSPES SIGNIFER COH. EIVSDEM AMICO POSVIT.

Tipherni in Italia:

CANIVS C. F. POMP. GALLVS DOMO
ARETIA LEG. IIII. SCYTHICAE MILITAVIT IN PRAETORIO AN. XXVII
EVOC. AN. II. S. IN LEG. IIII. SCYT.
AN. XXIIII. VIX. AN. LX. MERV.
AN. XXVIII. H. S. E.

COMMEATALES uocabantur in exercitu Romano, qui in stipendij partem ex cõmeatu alimenta accipiebãt, ut hodie adhuc in more est, Die man mit der profiandt außhelt in der besatzung. Meminit Iustinianus de præfectis prætorio Africæ, l. quas Deo. his uerbis: Nullum audeant duces uel tribuni commeatalem de ipsis dimittere, ne dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquant prouincias. *Commeatales milites.*

CAP. XIII. DE GENERIBVS MILITVM, *quoad militiæ rationem.*



QVIA ordine in hoc Opere procedimus, posteaquam de generibus militum quoad prærogatiuas dignitatisq; gradus dictum est nobis, discrimina eorundem porrò quoad rationem militiæ explanare libet. Sic enim milites legionarij, milites uexillarij, item classiarij, subsidiarij, præsidiarijq;, atque scholares, authoribus historiæ passim occurrunt: quæ à nobis ita distinguentur omnia, ut æquus Lector uideat, nihil à nobis proponi, quod nõ fide dignis historiæ testimonijs fulcire queamus. Atq; ut exordiũ huius nostræ tractationis sumamus, LEGIONARII hi dicebantur, quicunq; in numero legionũ milites, & sub imperio legati erant. Nec enim omnes milites in legione scribebantur. siquidem uelites, & leuis armaturæ pedites, nõ censebantur in numero legionariorum. Porrò meminit huius & uocis & generis militum, T. Liuius lib. sexto Decad. tertiæ: Stare

Stare hinc legionarios milites & classiarios, per omnes deos paratos iurare, magis quæ uellent, q̃ quæ sciant uera esse. Et iterũ: Socijs C. Lælius præfectus classis, legionarijs M. Sempronius Tuditanus aderat. Idem lib. 8. Dec. eiusdem: Legionarij cæteram partem urbis peruadunt, direptione & cæde obuiorum. Idem lib. 5. Dec. quartæ: Quod ubi animaduertit consul ad perturbandos ordines eorum C. Liuium Salinatorem, qui præerat alarijs equitibus, quàm concitatissimos equos immittere iubet, & legionarios equites in subsidijs esse. Huc pertinet illud Cæsaris libro primo Gallici belli: Cæsar, quòd neq; colloquium interposita causa tolli uolebat, neq; salutem suam Gallorũ equitatui cõmittere audebat, commodissimũ esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, eis legionarios milites legionis decimæ, cui q̃ maximè confidebat, imponere. Idem lib. 1. Ciuilis belli: Premebãtur Afraniani pabulatione, aquabantur ægrè, frumenti copiam legionarij nõnulli habebant. Et iterũ lib. 3. eiusdem: Eò legiones duodecim, equitatum omnẽ uenire iusserat. Sed tantũ nauium reperit, ut angustè XV milia legionariorũ militũ & quingentos equites transportare possent. Et iterũ: Simul nauibus circũuecti milites, in interius uallum tela cõijciebant, fossæq; aggere complebantur, & legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormẽtisq; cuiusq; generis telisq; terrebant. Idem lib. 4. eorundem Cõment. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorũ militũ circiter CCCC, & paulo post eum numerum classiarij & remiges. Et lib. 5. Ciuilis belli: Labienus in equo, capite nudo uersari in prima acie, simul suos cohortari, nõnunq; legionarios Cæsaris ita appellare. Et rursus lib. 6. Nam ceciderũt ex leui armatura trecenti uigintiquatuor, ex legionarijs centum trigintaocto. Meminit præterea huius nominis & Cor. Tacitus lib. 14: Auxitq; copias Cæsar, missis è Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliariorũ cohortibus, & mille equitib. Idem lib. 17: Nec diu in tantis armatorũ odijs quies fuit. Augustæ Taurinorũ, dum opificem quendam Batauus ut fraudatorẽ insectatur, legionarius ut hospitem tuetur. Et lib. 19: Et Vipsanus Messala tribunus cum Mœsicis auxiliaribus assequitur, quos militiæ gloria legionarijs quanq; raptim ductus æquabat. Sic Iul. Capitolinus in historia Macrini: Statim tamen ad delendum militum motum stipendium legionarijs & prætorianis dedit solito uberius. Tale est & illud Ammiani Marcellini libro decimonono: Proinde uallo apud Acunincum locato, celsoq; aggere in speciem tribunalis erecto, naues uehentes quosdam legionarios expeditos, alueum fluminis ripis proximum obseruare sunt iussæ. Et iterum libro 24: Dum hæc luce agerentur ac palàm, nunciatur imperatori peruigili cura distento, legionarios milites, quibus cuniculorum erant fodinæ mandatæ, cauatis tramitibus subterraneis, sublicisq; suspensis ima penetrasse. CATERVARII milites erant, qui nullo ordine seruato per cateruas coibant: ut Germanorum quondam, hodie Hungarorũ consuetudo tenet. Erant enim cateruę Gallorum quondam ac Germanorum, quemadmodum Macedonum phalanges fuerant. Vitruuius omnes nationes cateruarias esse scribit. Meminit Tranquillus in Augusto: Sed & cateruarios oppidanos, inter angustias uiarum pugnantes. VEXILLARII dicebantur, qui sub uexillis erant. Erant uerò uexilla auxiliorũ prætorianorũ, ueteranorũ & tyronũ. Item uexillum in centurijs erat, quinquaginta & LX milites comprehendens. Meminit huius uocis inter castrensia munia Liuius libro quinto Decadis quartæ: Dum perturbatos & trepidantes uiderent, instarent, si restitui ordines siuissent, integro rursus eo prælio, & dubio dimicaturos, inferre uexillarios iussit signa, omnes connixi tandem auerterunt hostem. Huc referenda sunt Cor. Taciti loca, libro 18: Certũ erat Spurinæ (is enim Placentiam obtinebat) necdum uenisse Cecinnã &

Marginal notes: A; B; Cateruarij.; Vexillarij.

A & si propinquaret, coercere intra munimenta militem, nec tres prætorias cohortes, & mille uexillarios cum paucis equitibus ueterano exercitui obijcere. Et rursus sub finem libri: Dein quinta & duodeuicesima secutæ postremo agmine, una & uicesima rapax, & prima Italica incessere, cum uexillarijs Histris Britannicarũ legionũ, & electis auxilijs. Idem lib. 19: Eò postremò ardoris profectus est, ut uexillarium fugientẽ hasta transuerberaret. Et iterum: Aduertit ea res Vespasiani animũ, ut uexillarios è legionibus, ducemq; Viridiũ Geminũ spectatæ militiæ deligeret. Huc faciũt & illa Fl. Vopisci uerba in Firmij historia: Nam quidã Burburus nomine, de numero uexillariorũ notissimus potator, cum ad bibendũ eũdem prouocasset, situlas duas plenas mero duxit. CLASSIARII dicebant nõ solùm remiges, sed omnes milites ex nauibus pugnantes. Erãt autẽ inferioris dignitatis, legionarijs. Hos Liuius socios nauales uidet appellasse, de quibus copiosiorẽ sermonẽ lib. huius Operis 6 instituimus. Meminit uerò classiariorũ primus omniũ Cæsar lib. 4. Ciuil. belli: In his rebus occupato Cæsare, militesq; hortante, remigũ magnus numerus, & classiariorũ ex longis nauibus nostris in molem se eiecit. Et iterũ: Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorũ militũ circiter CCCC, & paulo post eum numerũ classiarij & remiges. Meminit porrò & T. Liuius classicorũ, eodem ut arbitror significatu, lib. 1. Dec. 3: Haud procul Tarracone classicos milites, naualesq; socios, uagos palantesq;. Sic Cor. Tacitus lib. 4. hist. Aug. Et erat ijsdem regionib. (inquit) Curtius Lupus quæstor, cui prouincia ueteri ex more Calles euenerat. Is disposita classiariorũ copia cœptantẽ tum maximè coniurationẽ disiecit. Et iterũ lib. 19. Reliqua loca classiarij rectis nauibus obtinebant. Idem lib. 18: Othonem comitabanť speculatorũ lecta corpora, cum cęteris prætorijs cohortibus ueterani, è prætorio classiariorũ ingens numerus. Et rursus: Capta Pannoniorũ cohors apud Cremonam, intercepti etiam equites ac mille classiarij inter Placentiam, Ticinumq;. Talis est & Suetonij locus in Tiberio: Locus capræis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat, excipiente classiariorum manu. Idem in Galbæ historia: Nam cum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinũ statum cogeret. Huc alludit deniq; Lampridius in Commodo ita scribens: Sanè cum illi sæpe pugnanti ut Deo populus fauisset, irrisum se credens, populum Romanũ à militibus classiarijs qui uela ducebant, in amphitheatro, interim præceperat. Ex quibus liquet, classiarios inferioris dignitatis extitisse. Sic & Tacitus centurionis classiarij mentionem facit, ad discrimen eorum qui in legionibus erant. Cæterùm Modesto de Nominibus castrensibus, classiarij nõ solùm dicuntur milites classi addicti, uerùm etiam buccinatores, qui classicum canebant. Ita enim scribit: Classiarij autem appellantur Buccinatores, qui cornu ducunt exercitum. Hoc insigne uidetur Imperij. quia classicum canit imperatore præsente, uel cum in militem capitaliter animaduertitur. SVBSIDIARII, qui supplemento & in subsidium uel exercitui laboranti, uel prouinciæ ciuitatiq; mittebantur, si quando ab hostibus hæ pressæ, defendi suis proprijs uiribus satis non possent. Meminit T. Liuius libro nono Decadis primæ: Nec deinde quidquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est. Quia & ex hostium exercitu, prima tota acies, deleta uno prelio fuerat, subsidiarijs modò relictis, uix quod satis esset ad castrorũ præsidiũ. Et apud Romanos tantum uulnerũ fuit, ut plures post prælium saucij decesserint. Et iterum lib. 5. eiusdem Decadis: Parumper subsidiarios tutatus est locus: In reliqua acie simul est clamor proximis ab latere, ultimis ab tergo auditus. Et rursus: Vbi Galli cum acie legionum recta fronte concurrissent, subsidia in auersos transuersosq; impetum darent, ad subsidiarios signa conuertit.

Classiarij.

B

MVNI-

Munifices. MUNIFICES qui fuerint, docet Vegetius libro secundo de Re militari, cap. 7: A
Hi sunt milites principales, qui priuilegijs muniũtur. reliqui Munifices appellantur, quia munia facere cogũtur. & iterum cap. 19: Fasciculariа tamen, id est, lignũ, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quòd hæc munia faciant. Galearij. GALEARII genus erat calonum, de quibus Vegetius libro tertio de Re militari, cap. 6. Et ideo ad exemplum militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt. Denique ex ipsis calonibus, quos Galearios uocant, idoneos & peritos usu legebant, quos non amplius quàm ducentis sagittarijs puerisque præfecerant: hisque uexilla dabãt, ut scirent ad quæ signa deberent impedimenta colligere. Idem libro primo, cap. decimo: Non solùm autem pedites, sed & equites, ipsosque equos, uel lixas, quos Galerios uocant, ad natandum exercere percommodum est. Præsidiarij. PRAESIDIARII, qui oppidorum arciúmque præsidio aduersus hostes erant impositi. Meminit Vopiscus in Aureliani Cæsaris historia: Nam erumpentes (inquit) Sarmatas in Illyrico cum trecentis præsidiarijs solus attriuit. Huc adludit Marcellinus libro 21: Quod ubi patrare non poterat, magnitudine'ue tantæ difficultatis obsideri remissius cœpta est, & excubijs stationibusque relictis, præsidiarij milites uastantes agros propinquos omnibus congruentibus abundabant. Sic Procopius lib. tertio Gothici belli: Bellisarius interea (ait) Valentinũ ex suis armigeris, alterũ Phocam nomine, & hunc quidem bello egregium, Romanũ ad portum cum exercitu misit, eius ut loci præsidium cum præsidiarijs militibus alijs, quibus Nocentius Scholares milites. præerat, custodirent. SCHOLARES milites Vegetio dicuntur, qui tanquam in scholis exercentur, haud multũ à tyronibus diuersi. Ita enim & in balneis scholæ erant, quarum Vitruuius meminit: & in porticibus, de quibus Plinius: Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua, qui sunt in schola, in octauæ porticibus, & Philippi. Porrò Marcellinus libro 26. meminit capitum scholarum, hi B
erant præfecti exercendorum militum: His itaque tristibus (inquit) lætum aliud addebatur, missos à Iouino milites aduentare, quas capita scholarũ ordo castrensis appellat, nunciantes æquo animo Iouiani imperium amplecti exercitum. Et de huiusmodi schola accipiendum est monumentum in Vrbe à Cardinale Farnesio repertum:

BEBRYX AV. L. DRVSIANVS A. FABIVS XANTHVS
CVR. IMAGINES ARGENTEAS DEORVM SEPTEM
AD DEDICATIONEM SCHOLAE.

Schola Martia. Sed placet ordine scholarum discrimina explicare. SCHOLA Martia tyronũ erat: qualem adhuc Turcarũ tyrannus habet, optimum ac robustissimum quenque ex captiuis, curans ad militiæ difficultatem exerceri. Meminit Cassiodorus libro quinto Variarum cognitionũ, in epistola Theoderici regis ad Abundantiũ præpositum: Ostentent (inquit) iuuenes nostri bellis, quod in gymnasio didicere uirtutis. Schola Martia mittit examina, pugnaturus ludo qui se exercere cõsueuit in ocio. Et iterum lib. 6, scholis magistrum officiorũ præsedisse scribit: Ad eum nimirum palatij pertinet disciplina, ipse insolentium scholarũ mores procellosos, Schola scutariorum. moderationis suæ terminis prosperè differenat. SCHOLA scutariorum societas militaris fuit, exercendorũ illorum qui scuta in bellum portabant. Inuenio uerò quadruplicem hanc extitisse, primam, secundam, tertiam, & clibanariorum, sagittariorúmque, ut Marianus est autor, qui eas magistro officiorum subdit. Quarum prioris duæ peditum erant, tertia uerò equitum. De prima extat locus Ammiani, ab initio libri 26: Interque eos quidam spe uana sufflati, moderatione quæritabant diu exploratum & grauem, & rumoretenus obscuris paucorum susurris nomen

A nomen præſtringebatur Equitij, ſcholæ primæ ſcutariorũ etiã tum tribuni. Idem ſecundæ ſcholæ meminit ſub finem libri prædicti: Quibus compertis, Valentiniano, qui cum his redierat, ſcutariorum ſecunda cõmittitur ſchola, qui multo pòſt auctus dignitate, malè rem apud Illyricum geſsit. Deniq; ſcholæ ſcutariorũ, clibanariorum, mentionem facit Codex præfect. Romanarũ. SCHOLAE ſagittariorum Mariano duæ recenſentur, Scutariorum & clibanariorum, quorum hi erant equites cataphracti, illi pedites. SCHOLA GENTILIVM, unde uidelicet milites excebantur ad cohortes ſiue legiones Gentilium, de quibus libro ſexto huius ex profeſſo diſſeremus. Meminit Ammianus libro uigeſimoſeptimo: Promptè ante alios (ait) periere duo iuuenes lecti, in principijs adeundi diſcriminis, Saluius & Lupicinus, ſcutarius unus, alter è ſchola gentiliũ, fragore terribili concitantes, haſtasq; criſpando. Porrò Codex præfecturarum recenſet ſcholam Gentilium ſeniorum. SCHOLA tyronum, erat eorum qui à campiductore exercebantur in campicurſione, ſiue exercitatione quam uocabant Armaturæ. De qua ſcribens Vegetius libri primi capite octauo: Sed non ſtatim punctis ſignorũ inſcribendus eſt tyro delectus, uerùm antea exercitio prætentandus, ut utrum uerè tanto operi aptus ſit, poſsit cognoſci. Et iterũ clarius libro ſecundo capite 19: Sed quoniam in legionibus plures ſunt ſcholæ, quæ literatos milites quærunt, ab his qui tyrones probãt, in omnibus quidem ſtaturæ magnitudinem, corporis robur, & alacritatem animi cõuenit explorare. Et capite poſtea 21. Nam quaſi in orbem quendam per diuerſas cohortes & diuerſas ſcholas milites promouentur, ita ut ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus, uadat ad decimam cohortem: & rurſus ab ea creſcentibus ſtipendijs, cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili centurio, poſtquam in orbem omnes cohortes per

B diuerſas adminiſtrauerit ſcholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita cõmoda conſequatur. SCHOLA SPECVLATORVM, fortè qui ad ſpeculandas res hoſtium alebantur Auguſtis, inclinante Imperio, & magiſtris militiæ. Meminit uerò ſpeculatorũ T. Liuius libro ſecundo Decad. tertiæ: Per eoſdem dies ſpeculator Carthaginenſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſisq; manibus dimiſſus. Et rurſus lib. 7 eiuſdem: Hannibal nocte proxima caſtra mouet: cupientẽ inſequi Marcellum prohibuit multitudo ſauciorum. Speculatores qui ſequerentur agmẽ miſsi, poſtero die retulerunt, Brutios Hannibalem petere. Idem libro primo Decadis quartæ: Paucis uix qui ſepelirent bello abſumptos, relictis, æquè raptim ac uenerat tranſgreſſus ponte Euripũ, per Bœotiam Athenas ducit, pari incœpto haud diſparem euentum ratus reſponſurum. Et reſpondiſſet, ni ſpeculator, Hemerodromos uocant Græci, ingens die uno emetientes ſpacium contemplatus, regium agmen è ſpecula quadã progreſſus, nocte media Athenas perueniſſet. Huc pertinet & Ammiani Marcellini locus, qui eſt libro 18. Tamen quoniã ſpeculatores apparatus omnes apud hoſtes feruere, conſtanti adſeueratione perfugis concinentibus affirmabant, oſcitante homunculo Niſibim prope uenimus, utilia paraturi. Eò referẽda ſunt & uetuſtatis monumenta, quæ in Hungaria atq; Dalmatia extant.

Scholæ ſagittariorum. *Schola gentilium.* *Schola tyronum.* *Schola ſpeculatorum.*

Budæ, in Hungaria:

SCHOLA SPECVLATORVM LEG. I. ET II. ADIV. PIARVM, FIDELIVM SEVERINARVM REFECTA PER EOSDEM QVORVM NOMINA INFRA SCRIPTA SVNT, DEDICANTE FL. AELIANO LEG. AVG. PR. PR. KAL. OCTOB. MODESTO ET PROBO COSS.

Iaderæ, in Dalmatijs: A

BONAE MEMORIAE CASTISSIMAE CONIVGI MEDIAE PROCI LIAE MVNIC. DIONISIVS SPECVLATOR MARITVS CVM QVA VIXIT ANN. XXII. IPSA AVTEM VIXIT ANNIS XXXVII.

Schola Palatina. SCHOLA PALATINA, quemadmodum & militia Palatina, dicebatur, de qua iurecōsulti tractant l. secunda, de priuilegijs scholarium. Iidem libro duodecimo Codicis, comitis siue tribuni scholarum meminere. Fit illius etiam à Seuero Sulpitio in historia diui Martini mētio, & apud Marcellinū libro decimoquarto his uerbis: Quo cōperto Montius tunc quæstor, asper quidem, sed ad lenitatē propensior, consulens in cōmune, aduocatos Palatinarum primos scholarum allocutus est mollius. Cæterùm Palatinorum seorsim meminit idem libro 22: Inducta in iudiciū fœmina quædam, cum Palatinū aduersarium suū è numero protectorum cinctum præter spem cōspexisset, hoc factum insolens tumultuando querebatur. *Schola domesticorum.* SCHOLA DOMESTICORVM, memoratur ab eodē Marcellino libro uigesimosexto: Tunc & Equitius Illyricano preponitur exercitui, nondum magister, sed comes. Et Serenianus, olim sacramento digressus recinctus est, ut Pannonius, sociatusq; Valenti, domesticorū præfuit schole. Domesticorum porrò meminit Marcell. libro 14: Arculanus aduenit, protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius. Et iterum libro 22: Iouinianus etiam tum protector domesticus, cum regia prosequi pompa Constantinopolim usq; iussus est. Idem libro 15: Missus igitur ad eos corripiendos Teutomeres protector domesticus, cum collega, onustos omnes cathenis, ut mandatum est, perducebat. Arbitror aūt domesticos fuisse, qui nunc Curiales, uel Aulici nominātur: qui à comite proprio regebātur, qui libro Præfecturar. domesticorū comes, hodie uerò Marescalcus aulæ appellatur. B Sic protectores domestici, de quorum schola hic loquuntur, opinor fuisse inclinante Imperio, qui corpus Imperatoris protegebant, quales hodie sunt qui Harizeri Hispanis dicuntur. *Protectores qui fuerint.* Cæterùm notandum hic obiter est, ex domesticorum schola comites Palatinos creatos, qui adhuc mos Romanis pontificibus manet. Testatur hoc Marcellinus libro uigesimoquinto: Quibus compertis Valentiniano, qui cum his aderat, regenda scutariorum secunda committitur schola, & Vitalianus consortio domesticorum adiungitur, Herulorum è numero miles. qui multo pòst auctus Comitis dignitate, malè rem per Illyricū gessit. Præterea de protectoribus domesticis, quod diximus fuisse stipatores ac laterones Principis, qui Spiculatores antea etiam uocabātur, à genere hastæ quā ferebant, placet fide dignis authorum classicorum testimonijs fulcire. de quibus uidelicet Iulius Capitolinus in historia Maximiniani sic nominatim scribit: Postea uerò cum uidit neq; filio, neq; familiæ suæ tutum id esse, uolens suscepit imperium, & appellatus est ab omnibus Afris Augustus cū filio, apud oppidum Thisdrim. Inde Carthaginem uenit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. Meminit & Spartianus in Caracalla: Per Thracias (inquit) cum Præfecto prætorio iter fecit. Inde cum in Asiam traijceret, naufragij periculum adijt, antenna fracta, & ut in scapham cum protectoribus descenderet. Et iterum: Occisus est aūt in medio itinere, inter Carras & Edessam, quum leuandæ uesicæ gratia ex equo descendisset, atq; inter protectores suos coniuratos cædis ageret. Huc pertinet illud Marcellini libro decimoquinto: Protectores uerò pronunciati, uertere solum exilio, ut Marino ijsdem conscijs, mori permisso, ueniam Arbetione meruere precante. Huc adludit Symmachus lib. 1 Epistolarum ad Theodosium Augustū: Nam Theodorus, ut adseruit, ex protectoribus ab Annano

A nano quodam in re sua procurator creatus. Porrò extat talis schola protectorum adhuc apud Turcarum tyrannum, qui decimatos pueros undiq; in prouincijs suis, qui ad militiam idonei esse uidentur, conquirit, exercitosq; schola aliquot annis, ex his Ianizaros, hoc est, protectores efficit. SCHOLA NOTARIORVM recensetur à Mariano in Codice præfecturarum Romanarum, qui eam dispositioni uiri spectabilis Primicerij subijcit. Comprehendebat uerò omnis generis notarios ac scribas, de quibus abundè inter initia libri secundi huius Operis locuti sumus. adludit ad huiuscemodi scholā notariorū inscriptio monumenti Romæ à cardinale Farnesio reperti: *Schola notariorum.*

C. AVILIVS LICINIVS TROSIVS CVRATOR SCHOLAM DE SVO FECIT BEBRYX SCRIBIS LIBRARIIS ET PRAECONIBVS AED. CVR. SCHOLAM.

SCHOLA ARMATVRARVM describitur eidem, quæ à tribuno ac rectore armamentarij administrabatur. hodie dicimus, **Was zů der arkhelay gehöret / die arkhelay vnd zeügdiener.** Fit etiā mentio scholæ uexillariorum in monumento quodam uetustatis, quod Comi in Rhœtia est alta erutum, cum hac inscriptione: *Schola armaturarum.*

EX * CC. MEMORIIS EIVSDEM VALERIANAE ET APPII VALERIA FILIA EIVS PER OFFIC. TESSERARIOR. QVOTANNIS PONATVR ET PARENTETVR ITEM CORONAE MIRT. TERNAE ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE ETIAM PONANTVR MICATE DE SOLITIS * EX XL. PROFVNDANTVR. ITEM APPIVS EVTYCHIANVS MARITVS EIVSDEM VALERIANAE SCHOLAE VEXILLARIOR. LARGITVS EST HS
B XXXN LX. CIVIS SVMMAE REDDITVM QVOTANNIS.

SCHOLA AGENTIVM in rebus, ab eodem authore commemoratur, qui eam uiro spectabili proconsuli Achaiæ subijcit. Porrò agentiū in rebus, subinde classici historiarū authores meminere, ut Trebellius Pollio in uita Posthumij: Nam cum se grauissimè regeret more illo quo Galli nouarum rerum semper sunt cupidi, Loliano agēte interemptus est. Sic Ammianus lib. 16. Cum exercere præludia disciplinæ castrēsis philosophus cogeretur, ut princeps, artemq; modulatius incedendi per Pyrricham, cōcinnentibus discretè fistulis, uetus illud prouerbiū, Clitellæ boui impositæ sunt: Planè non est nostrum onus, Platonē crebrò nominans, exclamat. Inductis quadam solenni die agentibus in rebus in consistoriū, ut aurū acciperent, inter alios quidam ex eorū consortio, non ut moris est, expansa chlamyde, sed utraq; manu cauata suscepit. Et Imperator: Rapere (inquit) nō accipere sciūt agentes in rebus. Idem lib. 22: Et quanq; hæc quæ uetimus, eius displicuere fautoribus, sequentia tamē seueritatis recto uigore sunt gesta. Apodemium enim ex agente in rebus, quem in Syluani necem, & Galli, effrenatius arsisse docuimus. Multa extāt præterea apud Iureconsultos de agentibus in rebus, cum de cōmissarijs uel uicem gerentibus Augustorū loquuntur. Equidem hodieq; Cæsares nostri suos habent agentes, & apud Romanū Pontificem, & in repub. Venetorū. de quibus & inscriptio illa monumenti quod in Hispania est erutū, intelligendū est: *Schola agentiū in rebus.*

PIO ATQ. INCLYTO DN. TRAIANO NOBILISSIMO AC FORTISSIMO ET FELICISSIMO CAESARI SEPTIMIVS AGINDINVS V. C. AGENS PER HISPANIAS V. C. P. T. VICE SACRA COGNOSCENS, NVMINI MAIESTATIQ. EIVS SEMPER DICTATISSIMVS.

CAP. XIIII. DE DISCRIMINE MILItum, quoad ordinis rationem. A



RANT militum gradus preterea, ac appellationes, quos ordo in acie discriminabat, antesignani uidelicet, postsignani, rorarij & triarij. De quibus, ne nihil nostro instituto deesse uideatur, dicendũ est aliquid, sumpto ab ORDINARIIS initio: quo nomine dicebantur in castris, qui ordinem Romanæ aciei componebãt, quales Germani hodie gentilitia uoce Vuayblios uocamus. Allusisse uerò mihi uidetur ad hocce munus Marcellinus lib. 14. Ire enim ipse cõpellebatur ad militem, quẽ exagitabat inopia simul & feritas: & alioquin coalito more in ordinarias dignitates asperum semper & sæuum. Porrò largiori significatu hac uoce utitur Vopiscus in Bonosi uita, omnes milites in ordinibus merẽtes ita nominans: Militauit primùm inter ordinarios (inquit) deinde inter equites ordines duxit. Cæterùm in ordine quot fuerint milites, declarat Liuius lib. 8 Decad. 1: Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies accepit esse, postremò in plures ordines instruebantur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexilliferum unum habebat. Ex quibus liquet, ordinarij uocem in Romana militia trifariam accipi solitam, primò illis inditam, qui ordines construebant: secundò, qui in ordinibus militabant: & tertiò, qui meritò, & tanquam per gradus dignitatẽ aliquam, sine indulgentia foret consecutus: quemadmodũ similiter ordinarios cõsules, & iureconsultis ordinarios iudices, ordinarios seruos nuncupatos cõstat: ita nimirũ ordinarios tribunos, ordinarios centuriones dicemus, ad differentiam eorum qui uacantes erant, hoc est, supernumerarij, de quibus aliàs locuti sumus. ANTESIGNANI, qui primum locum in acie occupabant, & ante signa stabant, cũ principibus: hastati uidelicet, ac uelites, quiq; pila ac gæsas portabant, qui & primi pugnam incipiebant, à principibus adiuti. Meminit T. Liuius libro sexto Decadis primæ: Quod ubi uidere ipsum Camillum iam ad munera corporis senecta inualidum, uadentem in hostes, procurrunt pariter omnes clamore sublato, Sequere imperatorem, pro se quisq; clamantes. Emissum etiam signum Camilli iussu, in hostium aciem ferunt, idq; ut repeteretur concitatos antesignanos. Ibi primũ pulsum Antiatem, terroremq; non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum. Et rursus libro septimo eiusdem Decadis: Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo antè dictum est, exclamat: Aspice imperator (inquit) quemadmodũ exercitus tuus tibi promissa præstet: piloq; posito, stricto gladio in hostem impetum facit. Sequuntur Tullium antesignani omnes, primoq; impetu auertêre hostem. Idem libro quarto Decadis tertiæ: In eas uelites, antesignaniq;, & qui primi agminis erant, aduenientes ex itinere, priusquam castris locum caperent, adeò contemptum impetum fecerunt. Et libro octauo Decadis quartæ: In eos qui portas stationibus suis clauserant, legionum antesignani pila coniecerunt. Meminit & Cæsar libro primo Ciuilis belli: Hoc sperans, legiones tres ex castris educit, acieq; in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atq; occupare eum tumulum iubet. Et rursus: Sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos uiros antesignanos centuriones Cæsar ei classi attribuit, qui sibi id muneris depoposcerant. Et libro tertio eiusdem belli: Huic suos Cæsar equites opposuit, expeditosq; antesignanos admiscuit quadringentos, qui tantum profecere, ut equestri prælio cõmisso pellerent omnes. Et subdit: Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat, ut quoniã numero multis partibus esset inferior, adolescentes

Ordinarij. *Antesignani.* B


tes

A tes atq; expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatē armis inter equites præliarij iuberet. Huc referenda sunt & illa Ammiani libro uigesimoquarto: Flagrans posthæc ad eruendum castellum, ubi periclitatus est, operam conuertit & curam, nusquam ab antesignanis ipse digrediens, ut inter primos dimicans, militi ad fortiter faciendum esset exemplo. Et rursus libro sequenti: Et quoniam acies adusq; lapidem quartum porrigebatur, antesignani clamore quodam Iouianum audientes Augustum, eadem multo magis sonabant. Cæterùm antesignanos scitè describit, atq; uno ceu fasce comprehendit Liuius, libro octauo Decadis primæ, cum ordinem Romanæ militię delinearet: Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spacium. Manipulus leues uicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam gæsaq; gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus est nomen. SVBSIGNANI qui fuerint, docet eodem loco Liuius: Subsignani. Hos sequebantur scutati omnes (loquitur autem de principibus & antesignanis) insignibus maximè armis. Hos triginta manipulorum agmen antepilanos, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat. Earum unamquamq; primum pilum uocabant: tribus ex uexillis constabat, uexillum centum octuagintasex homines erant. POSTSIGNANI, Postsignani. scutati erant, & grauioris armaturæ, inter quos ueluti principes inter antesignanos, triarij elucescebant. Meminit Marcellinus libro uigesimooctauo: Sed dum euanesceret, uerecundè retrogrediens, & pectus ostentans: quę dum in curriculo semihoræ aguntur, post signum nostri, qui tenebant editiora collis, exclamant, aliam cataphractorum multitudinem equitum ponè uisam, celeritate B quàm maxima propinquare. Et iterum libro uigesimoquarto: Cedentesq; deformiter cunctos auerterent secum, ut postsignani penè omnes reiecti centurias, nullo renitente, licentius auerterent terga. RORARII erant armaturæ leuis, Rorarij. qui primi prælium auspicabantur: unde & metaphoricè nomē adepti sunt, quòd tanquam ante pluuias soleant rorare. Erant autem in pilatos, ferentarios, funditoresq; distincti. De quibus T. Liuius libro octauo Decadis primæ ita scribit: Primum uexillum triarios ducebat, militem spectatæ uirtutis: secundum rorarios, minus roboris ætate factisq;: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum, eò & in postremam aciem rejciebantur. Et rursus: Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos. TRIARII postrema acie, & quasi subsidio totius exercitus Triarij. locabantur, spectatæ uirtutis, armisq; insignes, pedites scutati omnes: quos Varro ideo dictos existimat, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Qui quemadmodum in prælio se gesserint, describit luculenter Liuius libro octauo primæ Decadis: Triarij (inquit) sub uexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus quàm uallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prosperè pugnatum esset, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios redijsse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, ubi in interualla ordinū suorum principes & hastatos recepissent, extemplò compressis ordinibus, ueluti claudebant uias, unoq; continente agmine, iam nulla spe pòst relicta incedebant. Et subdit: Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos, addiderantq; uires hastatis ac principibus. Et triarij genu dextro innixi, nutum Consulis ad consurgendum expectabant. Tum Consul triarijs: Consurgite nunc integri aduersus fessos, memores patriæ parentumq; & coniugum ac liberorū, memores consulis pro uestra uictoria occubantis. Vbi triarij consurrexerunt,

xerunt, integri refulgentibus armis, noua ex improuiso exorta acies, receptis in interualla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorũ perturbant, hastasq́ ora fodientes, primo robore uiriũ cæso, per alios manipulos ueluti inermes prope intacti euasere. Huc spectat, quod idem scribit libro octauo Decadis tertiæ: Additum erat & triariorum equiti præsidium. Et iterum libro decimo eiusdẽ: Romanus post hæc principes, hastatorũ prima signa, in subsidijs triarios constituit, equitatũ Italicum ab dextro cornu. Et rursus: Instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triarijs postremam aciem clausit. Non possum pręterire hoc loco, quod scribit de Triariorũ locatione in acie Romana Polybius, in libro de Romana castrametatione: Indéq́ sunt turmę productim interpositę, præterquã quòd post prędictos equites utriusq́ legionis, triarios ad singulas turmas singula signa forma perquã simili collocant, figurisq́ sese inuicem cõtingentibus, sed respicientibus in alterã partẽ, auersis ab equitũ aspectu, dimidiata altitudine, ad longitudinem signi cuiusq́: eóq́ multitudine etiã dimidio pauciores plerunq́ sunt hi cæteris partibus. Quamobrem cum inæqualis existat sæpenumero uirorum multitudo, contingit, ut semper adæquenter secundum longitudinẽ partes omnes ob altitudinis differentiã. Huc pertinet quod scribit Vegetius lib. 1 cap. 20. Sed triarij genubus flexis (ait) solebant intra scuta subsidere, ne stantes uulnerarentur uenientibus telis. Et cum necessitas postulasset, tanquam requieti uehementius inuaderent hostes. Constat quidem sæpe factam esse uictoriam, cum hastati illi, & qui priores steterant, interijssent. Et iterum lib. 2 cap. 8: Triarius prior centum homines regebat, sic decem centurię cohortis primæ à quinq́ ordinarijs regebantur, quibus magnæ utilitates & magnus honor à ueteribus institutus. A

CAP. XV. DE ARMATURAE GENEribus, & militum Romanorum discrimine penes eam. B

Leuis & grauis armatura.



DVPLEX Romanis armatura distinguebatur, leuis & grauis. Sub leui erãt uelites, ferentarij, sagittarij, funditores, hastatiq́, & primum in Romana acie locũ occupabant. ad grauem pertinebant principes hastati, & triarij. Testatur hoc Vegetius lib. 2 de Re militari, cap. 2: Legio autẽ proprijs cohortibus plena (ait) tum grauem armaturam, hoc est, principes, hastarios, triarios, antesignanos: item leuem armaturã, hoc est ferentarios, sagittarios, funditores, balistarios, cũ proprios & sibi impositos equites legionarios ijsdem matriculis teneat, cum uno animo pariq́ cõsensu castra muniat. Et lib. 1: Erant autem apud ueteres inter pedites qui dicebãtur leuis armaturę, funditores, & ferentarij, qui pręcipuè in cornibus locabantur, & à quibus pugnandi sumebatur initium. Huc pertinet quod Modestus scribit de Nominibus castrẽsibus: Ferẽtarij aũt armaturæ leuis, & sagittarij, & funditores, aduersarios prouocabãt, ante aciem procedentes: si hostes fugare poterãt, sequebantur. Sed si eorum uirtute ac multitudine premebantur, ad suos & post eos stabant. Excipiebat aũt prælium grauis armatura, & tanquam murus, ut ita dicam, ferreus stabat: & non solum missilibus, sed etiã gladijs cõminus dimicabant. Et si hostes fugassent, nõ sequebatur grauis armatura, ne aciem suam ordinationemq́ turbaret, & dispersos recurrentes hostes incõpositos opprimerent. Sed leuis armatura cũ funditoribus, sagittarijs & equitibus fugientes, sequebatur inimicos. Meminit huius distinctionis & Aelianus in libello de Instruẽdis aciebus: Pedestris itaq́ ordo, in partes digeritur tres, armatos, uelites

&pelta-

A & peltatos. Armati grauissimis inter pedites armis uti cõsueuerunt, more Macedonũ, & ob eam rem grauis armatura dicũtur, ac nomen illud Armati speciale accipiunt. nam scutum amplius & rotundum gerunt, & hastam longiorem. Velites leuissimè omnium armantur, quocirca uel Expeditos nuncupari eosdem licuit: non loricam induunt, non ocrea muniuntur, non clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt, sed telis tantum utuntur, aut sagittis, iaculis, lapide aut ex funda, aut ex manu, quo in genere Argili telum ponendum est, &c. Sed libet ordine discrimina militum, quoad armaturam expedire. VELITES, alijs à uolitando dicti, ceu ob leuitatem armorum uolarent: alijs uerò, quòd simplicibus uestimentis uelati, hoc est tecti essent, alioquin inermes quodammodo uiderentur. De quorum origine scribit Liuius libro sexto Decadis tertiæ: Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes maximè uigore & leuitate corporis ueloces. Eis parmæ breuiores quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis uelitaribus inest. Eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerant, & uehi post sese, & desilire perniciter, ubi datum signum esset. Postquã id assuetudine quotidiana satis intrepidè uisum est fieri, in campum qui medius inter castra murumq́ erat, aduersus instructos Campanorum equites processerunt. Et ubi ad coniectum teli uentum est, signo dato, uelites desiliunt. Pedestris inde acies ex equitatu repentè in hostium equites incurrit, iaculaq́ cum impetu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos uirosq́ passim coniectis, permultos uulnerauerunt. Pauoris tamen plus ex re noua atq́ inopinata iniectum est, & in perculsum hostem equites iniecti, fugam stragemq́ eorum usq́ ad portas fecerunt. Inde equitatu quoq́ superior Romana acies fuit: institutumq́, ut uelites in legionibus essent. Authorem, peditum equiti immiscendorum, centurionem Q. Nauium ferunt: honoriq́ id ei apud imperatorem fuisse. De uelitum armatura idem Liuius libro quarto Decadis tertiæ hoc adnotauit: Ex cæteris nauibus sagittarij, funditoresq́, ac uelites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est, uix quenquam consistere sine uulnere in muro patiebantur. Huc alludit Sallustius in Iugurthino bello: Præterea iere sagittarij, & cohors Peligna, cum uelitaribus armis, itineris properandi causa. Porrò inuenio uelitum genera, siue discrimina dicere mauis, hæc fermè Romanæ reipublicæ fuisse: Velites antesignanos, uelites hastatos, uelites equites, & uelites auxiliares. De quibus omnibus authorum testimonia non desunt. Quale est & illud Liuij libro decimo Decadis tertiæ: Quò elephanti hostium accepti, nihil ordines turbarent, Lelium, cuius antè legati, eo anno quæstoris extra sortem, ex senatusconsulto opera utebatur, cum equitatu Italico, ab sinistro cornu, Masinissam Numidasq́ ab dextro opposuit, uias patentes inter manipulos, antesignanorum uelitibus (ea tunc leuis armatura erat) compleuit. Idem de Velitibus hastatis libro primo Decadis quartæ: Turbauit hunc ordinem (ait) pugnandi, non acrior quàm pertinacior impetus Romanorum. nam haud secus quàm si tota acie dimicarent, & uelites missis hastis comminus gladijs rem gerebant. Idem de Velitibus equestribus, uel in equos ab equitibus ascitis, libro 10 Dec. 3: Tantusq́ clamor (inquit) ortus, ut elephãti in suos, sinistro maximè cornu uerterẽt. Mauros ac Numidas addidit facile Masinissa, perculsis terrorem, nudauitq́ ab ea parte aciẽ equestri auxilio. Paucæ tamen bestiarũ intrepidæ in hostẽ actæ, inter uelitũ ordines cũ multis suis uulneribus ingentẽ stragem edebant. Resilientes enim ad manipulos uelites, cũ uiam elephantis, ne obtererẽtur, fecissent, in ancipites ad ictũ utrinq́ conijciebant hastas. Nec pila ab antesignanis cessabãt, donec utrinq́ incidẽtibus telis exacti, ex Romana acie, hi quoq́ in suos

Velites. *Velitum genera.*

B (marginal letter beside "ti immiscendorum")

dextro cornu, ipsos quoq; Carthaginensium equites in fugam uerterunt. Et sic A intelligitur locus Ammiani Marcellini de uelitari auxilio, libro historiæ suæ uigesimo: Moto ergo uelitari auxilio, Herulis scilicet & Batauis, numerisq; Mœsorum plurimis, adulta hyeme dux antedictus Bononiã uenit. Ex quibus omnibus constat, uelites hastatos fuisse, leuissimè omnium armatos, ut insilire uideli cet in equos, desilireq; rursus, urgente necessitate possent. De locatione præterea uelitũ in Romana acie, non grauabor ascribere quod refert Modestus de Vocabulis castrensibus: Quòd si equites (inquit) impares fuerint, more ueterũ uelocissimi cũ scutis leuibus pedites, ad hoc ipsum exercitati, ijsdẽ miscendi sunt, quos expeditos quasi uolitantes, uelites nominabant. Quo facto, quamuis fortissimi equites hostium euenerint, tamen aduersus mixtum agmen pares esse nõ possunt. Vnum hoc remedium omnes duces ueteres inuenerunt, ut asuefacerent iuuenes currentes egregiè, & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent, cum leuioribus scutis gladijs atq; missilibus. Scitum est & quod de uelitibus Aelianus scribit: Velites leuissimè omniũ armantur. quocirca uel expeditos nũcupare eosdem licuit. Non loricam induunt, non ocrea muniuntur, nõ clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt: sed telis tantum utuntur, aut sagittis, iaculis'ue, aut lapide ex funda, manuq;. Atq; hæc de Velitibus dicta sint. sequuntur HASTATI, quorũ erat prope Principes prima in acie locus. Vnde est illud Liuij lib. 7 Decad. 1: Ab Romanis nec opus intermissum. Triarij erant qui muniebant: & ab hastatis, principibusq;, qui pro munitionibus intenti armatiq; steterunt. Et iterum: Nec tu mihi plus, quàm unius legionis principes hastatosq; dederis. Nunc uerò tametsi multorũ generũ extiterint qui hastilia gerebãt, ut uidelicet pilati, spiculatores, lancearij & tragularij: tamẽ ijs omissis, & in aliũ locũ reiectis, loquendo in genere, & quoad ordinem, hastatorũ discrimina peculiaria fuerunt, prohastati, primò & secundò hastati, &c. qui omnes inter ordines à tergo in latum sex pedes ab inuicẽ distabant, ne in pugna accedendi discedendiq; interuallum deesset. Meminit uerò hastatorum T. Liuius lib. 10 Decad. 4: Quatuor extraordinarijs cohortibus duos adiunxit, præpositos à M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta iussit, ad dextrã principalem hastatos legionis primæ instruxit, principes ex eadem legione in subsidijs posuit. Sic Cæsar libro Ciuilis belli primo: Ita uario certamine pugnatũ est. Nostri in primo cõgressu circiter septuaginta ceciderũt. In his Q. Fulginius, ex primo hastato legionis quartædecimę, qui propter eximiã uirtutẽ ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. Porrò meminit secundohastatorum Liuius lib. 6 Decad. 3: Nauius ubi hæc Imperatoris dicta accepit, secundohastati signũ ademptum signifero, in hostes infert. Atqui tales hastati manipuli erant, inter signiferos suo loco declarati. Extat aũt hastariorũ mentio & in Codice præfecturarũ, qui inter auxilia Palatina Illyrici hastarios seniores & iuniores recenset. Verùm ad reliqua hastatorum genera uenio. PILATI erant, qui breuiora hastilia, quinq; pedũ uidelicet & semis longa, ac ferro triangulo unciarum nouẽ præfixa, Romano in exercitu ferebãt, quæ Pila uocabantur. de quibus Liuius lib. 10 Decad. 1: Romano scutũ maius corpori tegumẽ, tum & pilum, sed paulo q; hasta uehemẽtius ictu missuq; telũ. Meminit preterea Dion Cassius in Traiano: Qua iactura perculsus Decebalus, cõfestim primores pilatorum legatos delegit, atq; ad Traianũ misit qui diceret, Regẽ ad quascunq; pacis cõditiones uenturũ. Porrò præpilatorũ meminit T. Liuius lib. 6 Dec. 3: Primo die legiones in armis 4 miliũ spacio decurrerũt. Secũdo die arma curare, & tegere ante tentoria iussit. Tertio die sudib. inter se admodũ iustæ pugnę decurrerũt, præpilatisq; missilibus iaculati sunt. Huc pertinent & illa Marcellini lib. 24. Cristatis galeis B

Hastati. Pilati.

chorusci

A chorusci Romani, uibrantesq; clypeos ueluti pedis anapæsti præcinentibus modulis, leuius procedebant, & præpilatis missilibus per procursatores principis pugna tentatis, excita undiq; humus rapido turbine portabatur. Idem libro decimosexto antepilanorum mentionem facit, ita scribens: Quo cum iam prope densantes semet in cuneos nostrorum conspexere, ductores steterunt uestigijs fixis, antepilanis hastatisq; & ordinum primis ueluti insolubili muro fundatis. Polybius & quo ad genera militum, & quo ad telorum discrimina, pilatos ab hastatis separat. Hasta quippe maior pilo erat. Tum hastati omnes clypeati fuerant, deniq; pilati parmas duntaxat paruas gerebant. Hinc est illud Polybij loco citato: Pili telum lignum habet longitudine plerunq; bicubitali, crassitudine digitali, spiculum unius spithamę, palmi inquam maioris, eò usq; attenuatum & acutum, ut mox primum post iactum necessariò flectatur, sitq; inhabile ad remittendum, alioquin commune fieret telum. His adde quæ scribit Vegetius libro secundo capite decimoquinto: Item bina missilia, unum maius ferro triangulo unciarum nouem, hastili pedum quinq; & semis, quod pilum uocabant, nunc Spiculum dicitur, ad cuius ictum præcipuè exercebantur milites, quod arte & uirtute directum, & scutatos pedites & loricatos equites sæpe transuerberat. Aliud minus ferro triangulo unciarum quinq;, hastili trium pedum & semis, quod nunc Verriculum, nunc uerutum dicitur. hæc ille. Ex quibus liquet, & duo extitisse genera pilorum, & spiculum quod pilum idem fuisse. Quare & spiculatores à pilatis haud multum abfuerint, necesse est. Sequuntur iam SPICULATORES. Hastati hi erant, qui imperatorem ducemq; exercitus ad latera sequebantur, quos Græci Doryphoros uel somatophylacas, Latini laterones & stipatores, nos uerò Germani Drabandos uocamus. Cæterùm quemadmodum omnes spiculatores

Hasta. *Pilum.* *Spiculum.* *Verriculum.* *Spiculatores*

B laterones fuerunt, ita non omnes laterones spiculatores erant: sed hi duntaxat, qui spicula gestabant, quæ tela erant missilia, ferro triangula unciarum nouem, hastili pedũ quinq; & semis præfixa, uulgo Schießpfeil. Meminit huius generis satellitum Suetonius in Augusto, cap. de Conuiuijs, & Tacitus libro decimoseptimo: Ibi tres & uiginti spiculatores consalutatũ Imperatorem, ac paucitate salutantium trepidum, & sellæ festinanter impositum, strictis mucronibus rapiunt. Idem libro decimooctauo: Ipsum Othonem comitabantur spiculatorũ lecta corpora, cum cęteris prætorijs cohortibus. Et iterum libro decimonono: Fabius Valens cum quatuor spiculatoribus, & tribus amicis, totidemq; cẽturionibus ad naues regreditur. Et rursus: Dilapsis spiculatoribus cætera cohors non aspernata cõcionantem. LANCEARII, à lancea, genere hastilis Hispanici, quod Græcis λόγχυ, & antiquo Romano uerbo Lucullea dicebatur, ut Plinius libro decimoquinto est author. Meminit Appianus Alexand. libro secundo Ciuilis belli: Et cum eo Iuba rex, qui pedites alios ad triginta millium numerum, Numidas equites ad uiginti millium, lancearios quoq; multos, & elephantes sexaginta alios secum haberet. Huc spectat illud Marcellini libro uigesimoprimo: Concione mox absoluta, Arbitionẽ ante alios faustũ ad intestina bella sedanda, ex anteactis iam sciens iter suum, præire cum lancearijs & mattiarijs & cateruis expeditorũ præcepit. Cæterùm codex Præfecturarum in limitibus Rom. imperantibus Archadio & Honorio, quinq; generum lancearios enumerat: uidelicet seniores sub magistro præsentiali inter legiones palatinas, iuniores sub magisto militũ per Thracias, tertios Augustenses in Illyrico orientali, & ibidẽ Lancearios Scobenses inter 18. comitat. Thraciæ. Idem in Illyrico occidentali per Pannonias & Noricum commemorat à municipijs, ubi statiua habebant, denominatos lancearios Sabarienses, laureacenses, & comaginenses; & ad Rhenum deniq;, lancearios Honorianos

Lancearij.

rianos Gallicanos. Porrò de Laureaci ac Comagini in Austria ruinis, in fine Operis clarius à nobis dicet. Atqui lancearũ & Cor. Tacitus & Lucanus poeta meminere: quorũ ille, Disiectã (inquit) fluitanteq́ testudinẽ lanceis cõtisq́ testant, donec disiectã cõpage scutorũ, exangues prosternerẽt. Sic Lucanus lib. 5 Pharsaliæ: A

Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.

Ad hæc omnia extat nobis Germanis non solum lanceę usus: uerùm etiam lancearij in hunc usq; diem & manent, & apud exteras nationes concelebrantur.

Tragularij. TRAGVLARII, & fustibulatores, erant in quarto ordine collocati, graui armaturæ adnumerati. Portabãt enim tragulas Gallicas, & contos alij, uulgò dicimus Die schweynspieß vnd spiesser füeren. Fustibulatores porrò adhuc Thurcis & Hungaris usurpantur, fustibus in bellum armati, quos hodie Martalosios & Haydones dicere solemus. Erat autẽ fustis quondam pedes quatuor longus, cui per medium funda erat adalligata de corio, unde utraq; manu impulsa saxa mittebãtur.

Contarij. Meminit contariorum Capitolinus in Maximinis: Cum ponte iuncto in Germaniam transire Maximinus uellet, placuerat ut contarij cum eo transirent, pons postea solueretur. Cæterũ qui fuerint Romano in exercitu fustibulatores, docet his uerbis Vegetius lib. 3 de Re militari, cap. 14: In quarta acie ponebantur interdum carrobalistæ, & manubalistarij, fundibulatores, & funditores. Fundibulatores sunt, qui lapides fustibalis iaciunt. Fustibalus, fustis est longus pedibus 4, cui per mediũ ligatur funda de corio, & utraq; manu impulsus, propè ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt, qui fundis ex lino uel setis factis (has enim dicũt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa. Item TRIANGVLARII, ut uerbis Vegetij lib. 2 cap. 15 utar, erant, qui ad manubalistas uel arcubastalistas

Ferentarij. dirigebant sagittas. FERENTARII stabãt in tertio ordine, ea tela gerentes, quibus lapides iacerent in hostes, unde à feriendo dictos Varro autumat: uel potius à ferendo, quòd tela ea ferrent, quę alijs in pugna subministrarent. Itaq; scitè Plautus in Trinummo, amicum ferentarium appellat, id est auxiliarium. Sic Salustius in Catil. Postquam eò uentum est, unde à ferentarijs prælium cõmitti posset. Meminit & Cor. Tacitus lib. 12: Sed eò quoq; irrupere ferentarius, grauisq; miles: illi B

Funditores. telis assultantes, hi cõferto gradu, &c. FVNDITORES, qui lapides è fundis coriaceis iaculabantur, erant sub ferentariorũ numero in graui armatura cõprehensi. Celebrabantur uerò Romanis potissimũ ex Balearibus insulis, quorum opera etiã Romani hac subinde in parte utebãt. Meminit Liuius lib. 1 Dec. 3: Tredecim millia 850 pedites cetratos misit in Africã, & funditores baleares 870. Et rursus lib. 4 eiusdem Decadis: Ex cæteris nauibus sagittarij funditoresq́, & uelites etiã, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est: uix quenquã sine uulnere consistere in numero patiebantur. Huc pertinẽt illa Cæsaris secundo Gallici belli: Numidas & Cretas sagittarios, & funditores baleares subsidio oppidanis mittit. Et lib. 1 Ciuilis belli: Has subsidiariæ ternæ, & rursus aliæ totidem suæ cuiusq; legionis subsequebantur, sagittarij funditoresq́ media comitabantur acie, equitatus latera cingebat. Tacitus lib. 13 historiæ Augustæ: Alios scalas mœnibus admouere, multos tormentis faces & hastas immittere iubet, libratoribus funditoribusq́ attributus locus, unde eminus glandes torquerent. Tale deniq; est & illud Salustij: Ipse cum expeditis cohortibus, adhuc funditorum & sagittariorum delecta manu, &c. Et sic intelligitur uersus Claudiani in quartũ consulatum Honorij:

Nec non in clypeo uigiles perducere noctes,
In galea portare niues, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes baleari spargere funda.

Huc pertinet quod scribit Vegetius lib. 1, cap. 16: Fundarũ autem usum primi Balea-

A Balearium insularum habitatores & inuenisse, & ita perite exercuisse dicũtur, ut matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quẽ ex funda destina to lapide percussissent. Sepe enim aduersum bellatores Cassidius cataphractis lo ricisq; munitos, teretes lapides de funda uel fustibalo destinatis, sagittis sunt omnibus grauiores, cũ mẽbris integris, lethale tamẽ uulnus importet. In omnib. aũt ueterum prælijs funditores militasse, nullus ignorat. SAGITTARII triplices Romanæ reipub. fuere, qui arcu sagittas emittebant, balistarij, & tormentarij. In primo genere Osdroeni olim, Ituræi & Cretenses, cum primis clari habebantur. Liuius lib. 7. Decad. 3: Auxilia ex Hispania quoq; à P. Scipione, Liuio missa, ad id bellũ, quidã authores sunt, quidã octuaginta millia Hispanorũ Gallorumq;, duo millia de legionibus militũ, equitũ ad mille octingentos, mistos Numidas Hispanosq;, M. Lucretium has copias nauibus aduexisse: & sagittariorũ funditorumq; ad quatuor millia, ex Sicilia M. Manliũ misisse. Sic Cęsar lib. 1 Ciuilis belli: Multo his minora nauigia addũt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur. Magnum numerum sagittariorum, magnum numerum Albicorũ, de quibus suprà demonstratum est. Et lib. 3: Quæ cum erant loca Cæsari capienda, etsi prohibere Pompeius totis copijs, & dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditoresq; mittebat. Idem lib. 5: A' dextro interim cornu funditores sagittarijq; concita tela in elephantes frequenter inijciunt. Huc alludit Capitolinus in uita Maximini: Posthæc transijt in Germaniã cũ omni exercitu, & Mauris ac Osdroenis, & Parthis, & omnibus quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maximè orientalia secum trahebat auxilia, quia nulli magis contra Germanos quàm expediti sagittarij ualẽt. Vopiscus in Aureliano: In tua potestate erit militiæ magisterium. Habes sagittarios Ituræos tercentos, Armenios sexcentos. Talis est & Sagittarij.

B ille locus Trebellij Pollionis in Claudio: Huc ex regione Dardania dabis milites ducentos, ex cataphractarijs centũ, ex equitibus 160, ex sagittarijs Cretensibus sexaginta. Scribit Vegetius lib. 1. cap. 20, sagittarios apud Romanos sinistra brachia manicis ferreis muniuisse, & galeis fuisse tectos. Quid enim pedes sagittarius (inquit) faciet, sine cataphracta, sine galea, qui cũ arcu scutũ tenere nõ potest? BALISTARII erant, qui sagittas ex tormentis emittebant. Liuius lib. 6. Decad. 3: Et sub ipsa porta Capuæ quę ad Vulturnũ fert, pugnabatur. neq; tum armati, irrumpentibus Romanis resistebant, quàm quòd porta balistis scorpionibusq; instructa, missilibus procul hostes arcebat. Et iterũ: Captus & apparatus ingens belli: catapultæ maximæ formæ centum uiginti, minores 281: balistæ maiores 33, minores 52: scorpionũ maiorum minorumq;, & armorũ telorumq; ingens numerus. Balistarij.

Cæterùm balistæ figuram describit Ammianus lib. 23: Balistæ figura docebatur. primò ferrum inter articulos duos firmũ compaginebatur, & uastum, in modum regulæ maioris extentũ, cuius ex uolumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet stylus extentus, recto canalis angusti meatu cauatus, & hac multiplici chorda neruorum tortiliũ illigatus. Eiq; cochleæ duæ ligneæ coniunguntur aptissimè, quarũ propè unã adsistit artifex contemplabilis, & subtiliter apponit in temonis cacumine sagittã ligneã, specula maiori conglutinatã. Hocq; facto, hincinde ualidi iuuenes uersant agiliter rotabilẽ flexũ. Cum ad extremitatẽ neruorum acumen uenerit summũ, percita interno pulsu balista ex oculis auolat, nimio ardore scintillãs. Et euenit sępius, ut antequã telum cernatur, dolor lethale uulnus agnoscat. hæc ille. Porrò Vegetius libro quarto de Re militari, capite 21 & 22, distinguit trium generum balistarios, hoc est, manubalistarios, arcubalistarios, & carrobalistarios: postremi magnam balistam ex curru dirigebant, de quibus suprà dictum iam est, cum de Custode armaturarum fuissemus locuti. Sequuntur Balistæ figura.

quuntur

Tormentarij. quuntur TORMENTARII, qui scorpiones, catapultas, ac reliqua tormenta in hostes expediebant, de quibus aliàs suo loco diximus. Huc alludit Cæsar libro secundo Ciuilis belli: Alij ex castris sese incitãt, fit in hostes impetus eorum, sed muro sagittis tormentisq́ꝫ fugientes prosequi prohibentur. Huc referri possunt IACVLATORES, quæ uox ad funditores æquè tormentariosq́ꝫ extenditur. Liuius lib. 1. Decadis tertiæ: Pro eo supplementum ipse ex Aphrica maximè iaculatorum leuium armis petijt. Et iterum libro secundo: Læuum cornu extremi equites sociorum intra pedites ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt, iaculatores ex cæteris læuum, armorum auxilijs prima acies facta. Idem libro septimo: Hannibal turmatim per equites, peditumq́ꝫ iaculatores, leuia certamina serens, casum uniuersæ pugnæ non necessarium ducebat. Meminit huius generis militum Vegetius libro primo cap. 15: Cato in libris de disciplina militari, euidenter ostendit: & Claudius, pluribus iaculatoribus antè institutis atqꝫ perdoctis, hostem cui prius impar fuerat, superauit. Et iterum libro tertio: Quibus scuta deerãt, siue lapidibus manu iactis, siue missilibus in hoc ordine dimicabant, quos Accensos tanquam iuniores, & postea Additos nominabant. Idem lib. 4 cap. 21. Admotis turribus funditores lapidibus, sagittarij iaculis, manubalistarij uel arcubalistarij sagittis, iaculatores plumbatis ac missilibus è muris submouẽt hostes. Hæc ille. Ex quibus liquet, triũ generum iaculatores Romanis fuisse celebratos, qui è fundis lapides, qui plumbatas, & qui missilia iaculabant. de Plumbata libro huius Operis octauo abundè dictũ est. Recipio me iam ad Grauem armaturam. In qua erant Principes, non illi centuriones primi, qui centurijs præerãt, de quibus ab initio huius dictum est: uerùm in unaquaqꝫ legione mille & ducẽti prouecti ætate, & armis instructissimi, scutis hastisq́ꝫ longioribus egregiè muniti. de quibus scribit Polybius in libello de castrametatione Romana: Romæ aũt tribuni, ubi milites iurare adegerũt, denunciato die singulis legionibus, ac loco ad quẽ adesse oporteat inermes, tum quidem eos dimisere. Congregatis autem in præstitutum diem, deligunt ex his minimos ætate, fortunæq́ꝫ perquàm tenuis, in pilanos. His adultiores, in eos quos Hastatos uocant: ætate ac robore præstantes, in principes: natu maximos, in triarios. Tot enim ac tales sunt apud Romanos differentiæ tam appellationum quàm ætatum, immò etiam armaturarũ in unaquaqꝫ legione. Diuiduntq́ꝫ eos talem in modũ, ut sint prouecti ætate ijdẽ triarij numero sexcenti, principes mille ducenti: ijs pares hastati, reliqui ætate minimi uelites, pilani'ue. Meminit huius generis militũ & Vegetius libro tertio, capite decimoquarto: Instructionis (inquit) lex est, ut in primo exercitati & ueteres milites collocentur, quos antea Principes uocabant: in secundo ordine circundati cataphractis sagittarij & optimi milites cũ spiculis uel lanceis ordinentur, quos prius Hastatos uocabant. Atqꝫ hactenus de militibus, quoad discrimina eorum armorũ quæ manu gestabãtur. Nunc penes ea quibus corpora protegebantur procedentes, colophonẽ huic libro imponemus. SCVTARII dicebantur in postrema acie, qui scuta ferebãt, cuius generis triarij fuerũt. quorũ Suetonius in Augusto sic meminit: Affuit & clientibus (inquit) sicut scutario cuidã euocato quondã. Marcell. lib. 27. Inter quos Valerianus fuit, domesticorum omnium primus, & natus spado quidam scutarius exectus, ita bellator, ut Sicinio ueteri cõpararetur. Idem alibi, scutariorum primæ & secundæ scholæ mentionem facit. Verumenimuero scutatorum armaturã eleganter describit Vegetius libro primo, capite uigesimo: Pedites autem scutati præter cataphractas & galeas, etiã ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere. Sic erant armati illi, qui in prima acie pugnantes principes, in secunda hastati, in tertia triarij uocabãtur. Porrò quondam Germani Bohe-

Margin notes: Iaculatores. Scutarij. (A, B section letters in right margin)

A ni Bohemiq́ scutati militabant, longissimis crassissimisq́ scutis cōtecti, quod genus adhuc in portis arcuum cernitur. Hic porrò admonendus est Lector, scutarios in alio significatu etiam dici fabros scuta facientes. Et sic de fabricis scutariorum Vegetius libro secundo de Re militari, ac codex Præfecturarum loquuntur. PARMVLARII, qui & Peltastæ ac peltati dicebantur, hoc est, qui parma tecti pedites pugnabant, quos Iphicrates primus dicitur apud Græcos instituisse, & apud Romanos C. Marius sustulisse. Vnde scribit Quintilianus in secundo: Percunctans Theodoreus an Apollodorus esset, ego (inquit) parmularius sum. nec sanè potuit urbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi. Suetonius in Domitiano: Detractum è spectaculis in harenam canibus obiecit, cum hoc titulo: Impiè locutus Parmularius. Romanos uerò in exercitu parmis etiam usos esse, Liuius quarto ab Vrbe testatur: Dat signū Volscis Imperator, ut parmatis nouæ cohorti hostium locus detur. Idem in octauo eiusdem: Quem cuspide parmaq́ innexum. Huc pertinet carmen Virgilij, Parmularij.

Ense leuis nudo, parmaq́ inglorius alba.

Horatius secundo Carminum:

Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

Non possum hic præterire, quod scribit Polybius de Romana castrametatione: Iubentur (inquit) natu minimi gladium gestare, pila, parmamq́. Parma tum firmitatem habet ob structurā, tum magnitudinem, quæ tutando corpori sit satis. Nam rotunda cum sit, tripedalem habet diametrū. hæc ille. Extat hoc genus scuti adhuc apud Indos. Hodie Hungari tantum Turcæq́ clypeati cernuntur, diuersa tamen clypei figura. De clypeo autem, cuius quondam figuræ extiterit, scribit B Polybius in libello de Romana castrametatione, hunc in modum: Romana armatura, primùm sanè clypeus, cuius latitudo curuæ superficiei pedum duorū semis, longitudo pedum quatuor: maiori additi amplius quatuor digiti, duplici tabulato, glutino taurino linteolo infuso compactus. Eius exterior superficies uituli corio integitur, hinnuli'ue, aut eiusmodi animalis. Habet circunferentia ferreū munimen, à summis imisq́ partibus, quo ensium ictus uehementiores tutò excipit, terræq́ adnitendo non corroditur. Impactus est autem huiusmodi clypeo etiam ferreus umbo, qui ingentes sustinet ictus, ac lapidum impetū, sarissarumq́, teliq́ quantumlibet uiolenti. PELTATI dicebantur, qui parua rotundaq́ humeris scuta in formam lunæ suspendebant, quod hodie in Hispaniensi exercitu crebro usu uisitur. Meminit Liuius octauo tertiæ Decad. Menippum item quendam ex regijs ducibus cū mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Idem lib. 1 quartæ Decad. Noctu cetratos, quos Peltastas uocāt, loco opportuno, inter bina castra in insidijs abdiderat. Huc spectat carmen Virgilij 1. Aeneidos: Peltati.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Vnde est & illud Plinij libro 12: Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet. Huius generis militum armaturam Aelianus breuiter depingit, in libello de Instruendis aciebus: Peltatis (ait) similis Macedonicæ illi armatura in usu est, sed leuior. Nam & pelta scutum paruum leueq́ est, & conti eorum longè sarissis sunt breuiores. Deniq́ genus illud armaturæ locum inter uelites & armatos tenere apertū est, uidelicet grauius quàm uelites, leuius quàm armati. Quamobrē sunt plures qui eos cum uelitibus iungant, & utrosq́ uocare uelint Leuem armaturam. CETRATI propriè Hispani atq́ Afri dicebantur, qui minimas atq́ exactè rotundas peltas gestabant. Liuius lib. 1 Decad. 3: Pro eo supplementū ipse ex Aphrica, maximè iaculatorū leuium armis petijt, ut Afri in Hispania, Hispani in Cetrati.

 Africa,

Africa, melior procul ab domo futurus uterq; miles, uelut mutuis pignoribus obligati stipendia facerent. Tredecim millia octingentos, quinquaginta pedites cetratos misit in Africã. Et iterũ lib. 3 eiusdem: Nec Numida Hispano eques par fuit, nec iaculator Maurus cetrato. Idem lib. 4 Decad. 5: Thessalonicæ Eumenes & Athanagoras præerant, cũ paruo præsidio duorum millium cetratorũ. Et iterum lib. 7 quartæ Decad. Extra hanc ueluti iustam aciem, parte dextra consul, Achæorũ cetratis immistos auxiliares, Eumenes tria millia fermè peditum æqua fronte instruxit. Meminit & Cæsar libro primo Ciuilis belli: Erant, ut suprà monstratũ est, legiones Afranij tres, Petrej duæ, præterea scutatę citerioris prouinciæ, & cetratæ ulterioris Hispaniæ, cohortes circiter octuaginta. Et iterum: Hos leuis armaturæ Lusitani, peritiq; earum regionum, cetrati ulterioris Hispaniæ consectabantur. A

FINIS LIBRI QVARTI REIPVBLICAE ROMANAE Commentariorum, authore Vuolfg. Lazio.

REIPVBLICAE ROMANAE IN EXTERIS PROVINCIIS CONSTITUTAE LIBER

Quintus, de Legionibus Romanis, & earum constructione, nominibus & dignitate.

CAP. I. DE DISCRIMINE LEGIONUM, *phalangum, agematum, & caterUarum.*



MILITIA Romana quæ extiterit, historica fides satis superq; libro superiore explanauit. Quæ nondum tamẽ absoluta uideri tractatio potest, quia genera rerũ isthic, nõ species, sumus prosecuti. Quocirca ut nihil reipub. illi æternæ ad splendorem decedat, constituta militia exercitũ componemus, ac si iam in hostem abeundum nobis foret: imitaturi scilicet architectos, & præcipuè Reges urbiũ constructores, qui circunscriptis ciuitatis pomœrijs, atq; muro ualloq; & fossa factis, postea domos ædificant, & concessis priuilegijs aliunde colonos accersunt. In militia igitur Romana, de cuius militibus castrisq; atq; more uniuerso locuti iam sumus, non unius generis exercitus erant: alij enim, uti & nunc, pedestres fuerunt, alij equestres, classiarij deniq; nõnulli. Atq; de Pedestri hocce Libro dicemus, qui in legiões atq; cohortes secabat. At nec legiones unius generis institutiq; tunc erant. Quanquam enim propria huic populo iam inde ab initio, quòd sub legato mererẽt quinq; mille pedites & trecenti equites, in cohortes decem & turmas CL subdiuisi, legio extiterit: illam tamen maioris minorisq; discrimine in aciem subinde producebant Romani, & loco legionũ interdum ab alijs nationibus phalanges, agemata ac cateruas mutuabant. Quamobrẽ operæprecium fortè fecero, si antequã de Legione dicere occipiã, discrimen prius illius, ab ijs quas modò memorauimus, Lectori mõstrauero. Diuersa namq; ista extitisse, uel hic Liuij locus lib. 4 Decad. 5, coarguit: Interuallum quod inter cetratos & phalanges erat, impleuit legio, atq; aciem hostium interrupit. A' tergo cetratis erat, frontẽ aduersus clypeatos habebat: Aglaspides appellabantur. Secundam legionem L. Albinus consularis ducere aduersus Leucaspidem phalangem iussus, ea me- B

Discrimen legionis & phalangis.

A ea media acies hostium fuit. Hæc ille. Et numero militum igitur, & insigni, legio Rom. à phalange Macedonica differebat. Nam cum legio maxima, quę Quadrata dicebatur, non ultra sex millia peditū, & septingentos triginta equites complecteretur: phalanx apud Græcos octo milliū ad minus numerum militū habebat. Et quemadmodum legio Romana aquilæ aureæ signo radiabat, ita aspidis simulachro phalanx ductabatur: quæ quia nō unius coloris fuerat, idcirco in leucaspidem, argyraspidem, & aglaspidem discriminabat: cum unius coloris semper aquilæ ferculum Romano populo extiterit, nec legiones aliter quàm ex numeri diuersitate, hybernorūq́;, & ex aliquo euentu, uariarent: ut pòst uidebitur. Huc pertinet, quod scribit Liuius lib. 7 Decad. 4: Ad latus dextrum phalangitarum mille & quingentos pedites Gallogræcorū opposuit. His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adiunxit: addita his ala mille fermè equitum, Agema eam uocabāt. Medi erant lecti uiri, & eiusdem regionis misti multarum gentium equites, continens his grex 16 elephantorum est oppositus in subsidijs. Ab eadē parte paululū producto cornu regia cohors erat, Argyraspides à genere armorum appellabantur. Idem lib. 2 Decad. 5, agema Macedonicū cum legione Romana cōfundere uidetur, cum ait: Summa omniū quadraginta millia armata fuere, quorū pars fermè dimidia phalangitæ erant. Hippias Beræus præerat. Delecta deinde, & uiribus & robore ætatis ex omni cetratorū numero duo erant agemata, hanc ipsi Legionem uocabant. Præfectos habebant Leonatum & Thrasippum. Ex quibus uerbis iam porrò liquet, quemadmodū phalanx Græca Romanam legionē numero militum superabat, ita legio rursus agema Macedonicū uincebat. At si quis roget, cur hic de phalangibus Macedonicis loquamur, cum Romanā remp. hoc Opere, nō Græcam illustremus: huic ego rursus respondebo, phalanges non ita proprias Macedonibus fuisse, quin suam etiam in remp. interdum Romani adsciuerint. Quare & phalanges instruxisse legitur Cæsar Iulius. Et de Nerone Tranquillus sic nominatim scribit: Parabat & ad Caspias portas expeditionē, conscripta ex Italicis senum pedum tyronibus noua legione, quā Alex. Magni phalangem nominabat. Sic Cor. Tacitus lib. 18 Vitelliū refert, cum legiones omnes Belgicas, inferiorisq́; Germanię, contra Othonē in Italiam ductaret, phalangē scilicet sub Valente duxisse. Idem tradit de Basliano Antonino Cæsare Herodianus lib. 4 historiæ Aug. Ipse, inquit, prodibat Macedonico habitu causiam gestans, & crepidas: ac lectissimā iuuenum manū in exercitu, phalangem Macedonicā appellabat, iussis ducibus nomina sibi ducum Alexādri imponere. Præterea iuuenes Sparta accitos, Laconicā & Pitanatem centuriā uocabat. Non aliud deniq; in Alexandri Seueri historia Aelius Lampridius animaduertit, inquiens: Elaborabat deniq;, ut dignus illo nomine uideretur, immò ut Macedonē ilium uinceret: dicebatq́; inter Romanū Alexandrū & Macedonem multum interesse. Fecerat deniq; Argyraspidas, & Chrysaspidas fecerat, & phalangem triginta millium hominum, quos Phalangarios uocari iusserat, & cum quibus multum fecit in Perside. Rectè igitur Vegetius libro primo de Re militari, capite secundo: Deniq; Macedones, inquit, Græci, Dardani, phalanges habuerunt, ut in una phalange armatorum octo milia censerentur: Galli atq; Celtiberi, plure sq́; Barbaricæ nationes, cateruis utebantur in prælio, in quibus erant sena milia armatorum: Romani legiones habent, in quibus singulis sena milia, interdum amplius militare consueuerunt. Quid uerò inter legiones & auxilia interesse uideatur, non ab re uidetur ut hoc etiam loco expediam. Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus uenientes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectatione consentiūt. Non possum autem præterire,

Agema quid fuerit.

B Phalangibus usi sunt etiā Romani.

quod scribit Aelianus in libello de Instruẽdis aciebus: Magna, inquit, ex parte pha A langẽ grauis armaturæ numero 16 mil. 384 institui censent oportere, leuis armaturæ subduplo eius numeri: itemq́ huius subduplo equitum phalangẽ describunt. Nam 16 mil. 384 numerus, dimidiari subinde usq; in unitatem potest. Et subdit: Duæ partes phalangarchiam, phalangem simplarẽ consumant hominũ quatuor milium centum & sedecim, decuriarum ducentarum & quinquaginta sex. Cuius præfectus Palangarcha, princeps phalangis simplaris dicitur: nonnulli strategiam, id est præturam, hunc ordinem uocant: & strategum, id est prætorem, eius principem nominant. Ex quibus liquet, quatuor generum phalanges extitisse, leuis armaturæ, grauis armaturę, equestrẽ & phalangarchiam. In quarum singulis non idem numerus militum erat, ut suprà patuit. Quin hic præterea notandum est, iugũ fuisse phalangis partẽ. Vnde relaxare iuga apud Aelianũ, terminus olim fuerat militaris. Atq; hæc de Phalange. CATERVAE aũt Gallorũ potius Germanorumq́ fuerũt, serò tandem unà cũ auxilijs talium gentiũ receptæ: quemadmodum erant, sed in ordinẽ meliorẽ redactę, Gentilium, Braccatorũ, Cornutorũ Petulantiũ, Iouiorum, Seniorũ, &c. De quibus legitur illud Taciti libro quarto: Interim barbari cateruis decurrentes, nunc in uallum manualia saxa, præustas sudes, decisa robora iacere. Sic Marcellinus libro decimonono: Mox aũt audito, q; ultimum penè tractus in exitium in abrupto staret adhuc Imperator, antiquissimum omnium exercitus ratus eum iuuare (nondum enim exemptum periculis existimauit) salutis fastu fidentior, licet ob procursionem subitam semitectus, sonorum & Martium frendens, barbarorum mori obstinatorum cateruis semet immersit. Idem libro uigesimoquinto, ferratas cateruas Persarum commemorat, quòd laminis scilicet ferreis horum equites uterentur: Prope lucis confinia (inquit) immensa Persarum apparuit multitudo, cum Merene equestris magistro B militię, filijsq́ regis duobus, & optimatibus plurimis. Erant autem omnes cateruæ ferratæ, ita per singula membra densis laminis tectæ, ut iuncturæ rigẽtes compagibus artium conuenirent, humanorumq́ uultuum simulachra ita capitibus diligenter aptata, ut in bracteatis corporibus solidis ibi tantũ incidentia tela possent hærere, ubi per cauernas minutas, & orbibus oculorum affixas parcius uisitur, uel supremitates narium angusti spiritus emittuntur. Huc alludit præterea Claudianus poeta hoc carmine, in laudes Stiliconis Panegyri prima:


Tu neq; uesano raptas uenalia curru
Funera, nec uanam corpus meditaris in unum
Sæuitiam. turmas equitum, peditumq́ cateruas,
Hostilesq́ globos tumulo prosternis amici.

De cateruis loca authorum.

Atq; hactenus de discrimine legionum, phalangum, agematum, & cateruarũ: quę cuncta sub uno quasi genere, ipsa uidelicet expeditione cõprehendebantur. Hinc est illud Cæsaris octauo Gallici belli: Deinde omnium impedimentorum agmen, quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus esse consueuit. Hoc confirmat & inscriptio Vetustatis, quæ Albæ Iuliæ apud Transyluanos extat, ubi legionis quintæ Macedonicæ sub expeditione Britannica Flauia mentio fit:

Expeditio.

AESCVLAPIO ET HYGIAE CAETERISQ; HVIVS LOCI SALVTARIBVS C. IVL. FRONTONIANVS VET. EXPED. B. F. COS. LEG. V. M. P. REDDITIS SIBI LVMINIBVS GRATIAS AG. EX VISO PRO SE ET CAPSIA MAXIMA CONIVGE ET IVLIA FRONTINA FIL. V. S.
L. L. M.


LEGIONES SECVNDVM NVMERVM
TRIBVNVS MILITVM
PORTA PRÆTORIA
LEGATVS.
MAGISTER PEDITVM
MAGISTER EQVITVM
LEGIONES SECVNDVM AVGVSTOS
VIGILIÆ
VESTIBVLV CAST.
MAGISTER VTRIVSQ MILITIÆ CVM INSIGNIIS IPSIVS
VALLVM CVM LORICA
VESTIBVLVM CAST.
PORTA PRÆTORIA
PORTA QVÆSTORIA
Spacium à uallo ad tentoria amplissimum, ad importanda exportandaq; necessaria, pecoraq; tenenda, & ne ignis telaq; hostium noceant.
SIGNVM AD PRÆTORIVM EXCVBANS.
PRÆTORIVM CASTROR
FORVM PRÆTORIV
ALLOCVTIO
CVNEVS EQVESTRIS CV DRACONIBVS ET VEXILLIS
QVÆSTORIV
DECVRS LVDICRA
TENTORIA TRIBVNOR
FORVM QVÆSTORIVM
RECEPTACVLV SIGNORVM
ALA EQVITV LEGIONARIORVM
PRICIPES ORDINES ET CENTVRIONIBVS
FORVM VENALIVM
ANTE PRINCIPIA
LEGIONES PROVINCIARVM
AQVILÆ ET SIGNA
TRIARII GENVA FLECTENTES.
CARROBALISTA
ALA EQVITVM LEGIONARIOR
PORTA DECVMANA
PORTA ET VIA QVINTIANA
Leg.1.Gallica.
Leg.1.Fla.Pacis.
Leg.2.Iul.Alp.
Leg.2.Fl.Virtu.
Leg.3.Fl.Salu.
Leg.3.Iul.Alp.
Leg.5.Hercul.
Leg.7.Gemina.
Leg.7.August.
Leg.8.Germ.
Leg.10.Forten.
Leg.undecima.
Leg.1.Theba.
Leg.Augusta.
Leg.Regia.
L.Constantini.
L.Constanciaca.
L.Valentini.
L.Gracianensis.
L.Honoriana.
L.Gallicana.
L.Germaniciana.
L.Pannoniciana.
L.Mœsiaca.
L.Britannica.
L.Sicambrica.
L.Geminiacensis.
Leg.Iouia.
Leg.Cornuta.
Leg.Braccata.
Leg.Marcia.
Vrsariensis.
Leg.Felix.
Leg.Victrix.
Gratorum.
Defensorum.
Superuentorum.
Propugnatorum.
Exculcatorum.

CAP. II. DE LEGIONUM PRIMA DIVISIONE, & quot millia peditum quæque habuerint.

A 
ON idem semper numerus militũ in legione Rom. fuit. quẽadmodum nec Germanorũ regimenta (quæ quispiã non absurdè uel legionibus, uel phalangibus cõparabit) eundẽ usq; numerũ absoluunt. Hinc factũ est nimirũ, ut alias ordinarias legiones Romani, alias extraordinarias constituerent: ORDINARIAS appellantes, quæ cõpletũ numerũ habebãt, q erat 6000 peditũ, & 730 equitũ. Has quadratas legiones Vegetius, Liuius expeditas uocat. De quib. intelligenda sunt loca Liuij, lib. 4 Dec. 3: Carthaginenses Illiturgi oppugnare adorti, quia præsidiũ ibi Romanũ erat, uidebantq; inopia eum locũ maximè oppugnaturi, Cn. Scipio, ut socijs præsidioq; ferret opem, cũ legione expedita profectus, inter bina castra cũ magna cæde hostiũ urbem est ingressus. Idẽ lib. 6 eiusdẽ Dec. Claudio Neroni ex his duabus legionibus, quas ad Capuã habuerant, sex millia peditũ, & trecentos equites quos ipse legisset, & sociũm Latini nominis peditũ numerũ parẽ, & 800 equites decernũt. Et iterũ lib. 6: Suppleuitq; ita eas legiões, ut singulę sena millia & 200 pedites, 300 haberent equites. Et rursum lib. 4 Dec. 5: Hunc exercitũ ac collegã primo quoq; tẽpore mittere in Macedoniã iussus, neq; in ea prouincia plusquã duas legiones esse, eas repleri, ut sena millia peditũ, 300 haberent equites. Atq; hæc de ordinarijs, quadratisq;, & absoluti numeri legionibus. Sequunt EXTRAORDINARIAE, quæ & imperfectæ legiones dicebant, ex quibus Gemellæ postea processere. Harũ aliæ habebant quinq; millia peditũ, & equites nũc 400, nũc 300, atq; etiã 200: aliæ uerò quatuor dũtaxat peditũ millia cõplectebantur, & equites 300 plus minus'ue: aliæ rursus tria duntaxat millia peditũ & equites 300, pleræq; millæ duntaxat pedites ac quingẽtos, cũ equitibus 300 numerabant. Non dissimile in nostris uexillis Germanicis cõtingere solet, quorũ ex lege militari cũ quodq; cõtinere pedites 500 deberet, inueniunt tamẽ quæ uix 300, alia quę 400 habeãt. Et de huiusmodi legionibus imperfectis loquunt authores. Liuius lib. 1 Dec. 3: Sempronio datæ legiones duę, ea quaterna millia erãt peditũ, & 300 equites. Et iterũ lib. 6: L. Cincio prætori ad obtinendã Siciliã Cannẽses milites dati sunt, duarũ legionum instar. Cæsar lib. 5 Gallici belli: Vnã legionẽ, quã proximè trãs Padũ cõscripserat, & cohortes quinq; in Eburones, quorũ pars maxima est inter Mosam & Rhenũ, qui sub imperio Ambiorigis & Cauulci erãt, misit. His militib. Q. Tituriũ Sabinum & L. Aurunculeiũ legatos præesse iussit. Ex quibus liquet, & quinq; cohortibus legatum pręsedisse, ut appareat eas cohortes legionis instar fuisse. Et rursus lib. 7 eorundẽ Cõment. Iis rebus cognitis, Cæsar Labienũ cũ cohortibus sex subsidio laborãtibus mittit, & imperat, si sustinere nõ posset, deductis cohortibus eruptione pugnaret. Idẽ huc pariter alludit lib. 1 Ciuilis belli: Mittit eò M. Antoniũ cũ legionis octauæ cohortibus quinq;, &c. Sed libet numerũ militum legionum imperfectarum, ordine fide historica cõfirmare. Primùm omnium de legionibus 5000 peditum, & equitum 300, plus minus'ue, testimonia sunt multa apud T. Liuiũ, qui lib. 8 Dec. 1 ita nominatim scribit: Scribebantur aũt quatuor ferè legiones, quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones 300. Idẽ lib. 2 Dec. 3: Alijs nouas quatuor legiones quinq; legionibus additas, ut nouẽ legionibus rem gererent, numero quoq; peditum equitumq;, legiones auctas millibus peditum, & centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina millia peditum treceni equites essent. Et iterum lib. 3: Decreuerunt patres, ut Q. Fuluius Flaccus quinq; millia peditũ, 400 equites scriberet, eamq; legionẽ primo quoq; tẽpore in Sardinam trajciendã curaret. Idem lib. 7 quartæ Dec. Roma

Legiones ordinariæ siue quadratæ.

Legiones imperfectæ, extraordinariæ.

B

Legio imperfecta quinq; millium.

na acies unius prope formę fuit, & hominum & armorum genere. Duæ legiones Romanę, duę sociûm ac Latini nominis erant, quina millia & quadringentos singulę habebãt. Et rursus nono libro postea: Victa postremò absentium gratia est, & s. c. factum, ut prætores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites, &c. Et iterum libro quarto quintæ Decadis: Id præsidij additum Anitio, præter duas legiones quas portare in Macedoniam est iussus, quina millia peditum & ducentos habentes, trecentos equites. Simile est de legione quatuor millium eiusdẽ authoris testimoniũ, cuius lib. 6 Dec. 1 hæc uerba leguntur: Quatuor legionibus quaternûm milliũ scriptis, exercitu indicto, ad portã Esquilinã in posteram diem. Et lib. 7: Vndiq; nõ urbana tantũ, sed etiã agresti iuuentute, decẽ legiones scriptæ dicuntur, quaternûm milliũ & ducentorum peditum, equitumq; trecentorum. Sic lib. 8 Decad. 3: Propter quod facinus tota legio millia hominum quatuor in foro Romę securi percussi sunt. Meminit præterea triũ millium peditũ & 300 equitum legionis, Cæsar lib. 3 Ciuilis belli: Propter necessitudines regni, reliquasq; eius loci opportunitates, cum legionibus, una, quã ex Thessalia se sequi iusserat: & altera, quã ex Achaia à Fusio legato uocauerat, equitibusq; octingentis, & nauibus longis Rhodijs decem, & Asiaticis paucis, Alexandriam peruenit. In his erant legionibus hominũ tria millia ducenti. Ita similiter legionis, quæ mille tantũ & 500 haberet, lib. 4 eiusdẽ historię mentionẽ facit: Excepta enim (inquit) legione sexta, quã secum adduxerat Alexãdria ueteranã, multis laboribus periculisq; functã, multisq; militibus partim difficultate itinerũ ac nauigationũ, partim crebritate bellorũ adeò diminutã, ut minus mille hominũ in ea esset. Et hæc de numero militũ unius legionis Romanæ, ex fide historica dicta sufficiãt. Cæterùm alludit ad huiusmodi incertũ numerum militum Ro. legionũ, unde legiones plenæ siue quadratæ imperfectæq; ac gemellæ distinctæ fuerunt, Polybius in libello de Romana castrametatione: Cum uerò elegerint præsentem (inquit) multitudinẽ, hoc aũt est, ut faciant singulas legiones modò quaternûm milium & 200 peditum, modò 5000, si quãdo maius aliquod uideatur periculum imminere, &c. Cæterùm perfectã siue plenam legionẽ describit Vegetius lib. 2 cap. 7. His decẽ cohortibus (ait) legio plena fundatur, quę habet pedites 6000 centum, equites 730. Minor itaq; numerus armatorum in una legione esse nõ debet. Maior aũt interdum esse cõsueuit, si non tantum unã cohortem, sed etiã alias miliarias fuerit iussa suscipere. Et iterum capite secundo eiusdem: Legio autem proprijs cohortibus plena, cum grauem armaturam, hoc est principes hastatos, triarios, antesignanos, item leuem armaturam, hoc est ferentarios, sagittarios, funditores, balistarios, cum proprios & sibi impositos equites legionarios ijsdem matriculis teneat. Idem capite sequenti causam reddit, quamobrem Romanæ interdum fuerint legiones imperfectæ, quæ hunc non attigerint numerum: legionum nomen in exercitu permanet hodie, sed per negligentiam superiorum temporum robur infractum est, cum uirtutis præmia occuparet ambitio, & per gratiam promouerentur milites, qui promoueri cõsueuerant per laborem. Deinde contubernalibus completis stipendijs, per testimoniales ex more dimissis, nõ sunt alij substituti. Præterea necesse est, morbo aliquo debilitatos, aliquos dimitti, aliquantos militiam deserere, uel diuersis casibus interire: ut nisi annis singulis, immò singulis penè mensibus, in recedentium locum iuniorum turba succedat, quamuis copiosus exhauriatur exercitus. Est & alia causa cur attenuatæ sint legiones. magnus in illis labor est militandi, grauiora arma, sera munera, seuerior disciplina. quod uitantes pleriq;, in auxilijs sæpe festinant militiæ sacramenta percipere, ubi & minor sudor, & maturiora sunt præmia.

Legio quatuor millium.

Legio trium millium.

Legio mille hominum.

Legio plena, quæ & quadrata.

A

B

CAP.

CAP. III. DE DISCRIMINE LEGIONUM, quo ad militum genera.

A PRIMUM omniũ quia à generibus ad species digredi placet, legiones Ro. sub sua quasq; genere diuidã. quo fiet, ut quæ dubia hactenus in historiis fuerũt, ea nõ solũ enucleent: uerũ etiã, unde tot nomenclaturæ legionibus accesserint constituto Imperio, perspicuũ euadat. Itaq; legio aliter quoad genera militum, aliter quoad loca unde educebant, itẽq; aliter penes populos ubi præsidiũ agitabant, diuidebat. Nihil dicã de cognominib. quę accipiebãt alia atq; alia, interdũ à ducibus, interdũ ab insignibus, ac iis ornamẽtis prærogatiuisq;, quib. ab augustis, peculiariter quæq; fuerãt ornata. De quib. omnibus ordine à nobis dicet, sumpto initio ab eo discrimine, q̃d illis militũ genera impressere. Vnde legiones uidelicet Prætorianæ, ueteranæ, & tyronũ, distinguendę in primis nobis erunt, deinde etiã seruorũ: & quę à populis auxiliaribus nominũ discrimina meruerũt, Macedonicæ, Ponticæ, Cilicenses, Lucanorũ, Zianorũ, Germanorũ, Menapiorũ, Mattiorũ, Metensiũ, Gotorũ, Maurorũ, Neruiorũ, Gẽthungorũ & Sicãbrorũ. quarũ omniũ mẽtio subinde historiis fit, ut patebit ordine. PRAETORIANAE igit legiones Romæ erãt ex prætorianis cùm milib. tũ cohortibus cõstitutæ, quæ magna ex parte eligendi Imperatoris prærogatiuã usurpabant: haud minus sanè atq; hodie Cõstantinopoli Ianizarorũ copias hoc niti priuilegio uidemus, in Turcarũ tyrãno, qui hodie Grecorũ est Cęsar, designãdo. De quib. quoniã proximo libro, cũ de cohortibus prætorianis loquemur, fusior est sermo institutus, parciores erimus: hoc modo præfinientes, duplices has fuisse, Augustales uidelicet, quę in urbe semper manebãt, & Augustos declarabãt: & peregrinas in his prætoriis, quę procedẽte Imperio is po- *Prætorianæ legiones.*

B pulus in limitibus excitauerat, custodiã agentes, uel potius quas prętores in bellũ educebãt: quarũ mẽtio interdũ, præter cohortes, in historicis occurrit. Appianus lib. 4 Ciuilis belli: Domitius Caluinus onerariis nauib. duas Cæsari legiones, quę Martię ob audaciã earũ cognominabãt, afferebat: Prętoriã insuper cohortẽ, 2000 uirorũ, equitũ turmas 4. Et iterũ lib. 5 eiusdem Dec. Lucio sex legionũ exercitus aderat, quas ipse ad cõsulatũ accedens cõgregarat. Huic Antonii undecim alię accesserãt, quib. Calenus prędidebat, & hæ per Italiã distributę omnẽ. Cęsaris legiones 4 Capuæ fuere, & prætoriæ quædã circa ipsum. VETERANAE legiones, ex Veteranis militib. cõstitutæ, hoc est, qui iam 16 stipendia fecissent: quę & Alaudę uocabant, à galearũ insignibus, ut suo loco dicemus. Has primus omniũ scripsisse Cęsar Iul. dicit, cũ ex Gallia profectus Ciuile bellũ ordiret. Has auxit Augustus, cũ bellũ in Philippos aduersus Brutũ & Cassium traduceret: quo cessante, tot in Italia colonias ex his ueteranis fuisse deductas, Appianus Alexand. author est. Meminit Liuius lib. 4 Dec. 3: M. Valerio Græcia, Macedoniaq;, cum legione & classe quã haberet: Q. Mutio cũ uetere exercitu, duæ autem legiones erant. Et iterum: Collocutusq; cũ legatis de rationibus belli gerendi, ut ueterũ militum uerba audiuit, q̃ multarũ rerũ ipse ignarus esset, ex cõparatione tam ordinatę disciplinę animaduertit. Et rursus lib. 1 Dec. 4: Tum P. Sulpitius secundũ uota in Capitolio nũcupata, paludatus cũ lictorib. profectus ab urbe, Brundusiũ uenit, & ueterib. militib. uolũtariis ex Africano exercitu in legiones descriptis. Huc pertinẽt & illa Cæsaris loca, lib. 3 belli Ciuil. Legiones, inqt, effecerat ciuiũ Ro. 9. quinq; ex Italia quas traduxerat: unã ex Sicilia ueteranã, quã factã ex duabus Gemellã appellabat: unã ex Creta & Macedonia ex ueteranis militib. qui dimissi à superioribus imperatorib. in iis ꝑuinciis cõsederãt. Et iterũ: At ueteranę legiõis milites itẽ cõflictati & tẽpestatis & sentinæ uitiis. Et subiicit: Ex omnib. copiis Antonius, quarũ erat *Veteranæ legiones, siue ueteres.*

summa ueteranorũ trium legionum, uniusq́ꝫ tyronũ, & equitum 800, plerasq́ꝫ naues in Italiã remittit. Meminit & Appianus Alex. lib. 3 Ciuilis belli: Cõmilitabãt præterea nõnulli ex ueteranis, qui tyronibus in duplo potiores habebãtur. Eiusmodi sunt etiã Cor. Taciti loca lib. 1 historiæ Augustę, in oratione Germanici, increpantis seditiosas legiones: Hunc ego nunciũ patri, læta omnia alijs ex prouincijs audienti, ferã? ipsius tyrones, ipsius ueteranos, nõ missione, nõ pecunia satiatos: hic tantũ interfici centuriones, eijci tribunos, includi legatos: infecta sanguine castra, flumina, meq́ꝫ precariam animã inter infensos trahere. Meminit deniq́ꝫ ueteranorũ, à tyronũ legionibus separans, Iul. Capitol. in Maximinis: Statim deniq́ꝫ illum tribunũ legionis quartæ ex tyronibus, quã ipse composuerat, dedit, & eum in hæc uerba prouexit: Veteres milites tibi Maxime mi charissime, idcirco nõ credidi. Verũenimuero multas legiones ueteranas exauctoratas fuisse ab Augusto, Appianus in primo scribit, quas nominatim Dion Cassius in 55 recensens, dicit fuisse, 16. 17. 19. 23. 24. 25. & alias quasdã usq́ꝫ ad quadragenariũ numerum, & ultra. Locus Appiani de exauctoratione illarũ sic habet: Cæsar & Antonius post uictoriã in Philippis habitam, sacrificia dijs immortalibus adoleuere splendida. deinde laudatis exercitibus, atq́ꝫ adornatis uictoriæ præmijs, Cæsar in Italiam, ut militibus agros domosq́ꝫ deligeret, profectus est. Et subdit: Dimiserant quippe ab exercitu ea tẽpestate multitudinem ingentẽ eorũ qui militiam integrè exercuerant, octo millibus duntaxat exceptis: quos iterum militare deprecãtes, ipsi inter se diuidentes, ad prætorias cohortes addiderant. Et iterum libro eodem, cũ Manij cuiusdam aduersus Antoniũ querelam exaggerat: Italiã ferè omnem (ait) octo supra decem urbiũ loco, militibus attribui: & quatuor ultra triginta legionibus, pro octo ac uiginti qui unà militassent, impendi. Et rursus: Ex his qui in Philippis & Mutinæ meruerant, ueluti antiquioribus, missionemq́ꝫ deposcentibus, ultrò cõcessit, & ad uiginti millia numero sacramento liberauit, ad insulas eos præmittens, ne cæteros ad tumulum seditionemq́ꝫ concitarent. Sed placet, quæ diximus hactenus, exemplis Vetustatis confirmare:

Legiones ueteranæ ab Augusto multæ exauctoratæ.

A

B

Valentiæ in Hispania:

Q. HERENNIO HETRVSCO MESSIO DECIO NOBILISS. CAES. PRINCIPI IVVENTVTIS VALENT. VETER. ET VETERES.

C. VALENTI HOSTILIANO MESSIO NOBILIS. CAES. PRINCIPI IVVENT. VALENT. VETERANI ET VETERES.

Tipherni in Italia:

M. SEPTIMIO M. F. HOR. SEPTIMIANO EQ. PVB. IIIIVIR I. D. PRAEF. FABR. ROMAE DE IIII SC. A MILIARI OPERE VETERES ASTAENO PATRONO.

Tyronum legiones.

TYRONVM legiones non solum cõstituto labenteq́ꝫ Imperio scriptæ sunt, sed in primo adhuc bello Punico ac secundo in usu fuerũt. Sicubi magna quæpiã necessitas Ro. remp. cõtingebat, tyrocinia undiq́ꝫ exciebãtur, ac mittebantur qui iuuenum facerent delectũ, in uillis passim ac castellis, oppidisq́ꝫ. quod hodie adhuc fieri uidemus: quod iuniorum habere delectum, subinde Liuius uocat: ut libro superiori, cũ de delectu militari scriberemus, ostensum est. Meminit uerò seorsim tyronũ legionis idem Liuius lib. 2 Dec. 3: Dictator ex authoritate patrũ dictus M. Iunius, & T. Sempronius magister equitũ, delectu edicto, iuniores ab annis 17, & quosdã prætextatos scribũt, &c. Clarius adhuc meminit Cæsar lib. 3 Ciuilis belli: Harũ altera nauis ducẽtos uiginti ex legione tyronũ sustulerat, altera ex ueteranæ paulo minus ducentis se cõpleuerat. Et rursus lib. 5 eiusdẽ historię: Interim indies & naues longè adaugeri, & onerarię quãplures eòdem concurrere, & legiones tyronum

A ronū conuenire. Huc pertinet & locus Appiani Alex. lib. 3 Ciuilis belli: Decimo legiones decē aderant, quarū quatuor cæteris bellicosiores, iampridē fame morboq; tabuerant: electorū uerò nuper sex supererāt, uerùm ignauæ, & laborū inexpertes. Et clarius postea: Cæsarem aūt, inquit, duę similiter legiones delectorū sequebanť, quę ab Antonio ad ipsum trāsierant. tyronū itē una, duę ex primis cū eo militātibus. Huc alludit Herodianus lib. 6 historię Aug. Hunc igiť, inquit, Maximinū ob eam quā suprà diximus rei militaris peritiam, tyronibus uniuersis Alex. præfecerat, quos ad militię munera exerceret, atq; ad bellandum idoneos redderet. Alludit ad eius generis legiones & Aelius Lampridius in historia Alex. Seueri: Multi dicunt à Maximino immissos tyrones, qui ei ad exercendū dati fuerāt, eum occidisse. Meminit deniq; & Iulius Capitolinus quartę tyronum legionis, in historia Maximinorū: Statim deniq; illum tribunū legionis quartæ, ex tyronibus quam ipse composuerat, dedit. Non possum hic præterire quod scribit Vegetius lib. 1 cap. 14. de exercitio huiuscemodi legionū, de quo pauca etiā attigimus libro superiore, cū campicursionē tractaremus: Tyro (inquit) qui cū claua exercetur ad palū, hastilia quoq; ponderis grauioris, q̄ uera futura sunt iacula, aduersus illū palum, tanquā aduersus hominē iactare cōpellitur. In qua re armorū doctor attēdit, ut magnis uiribus hastile cōtorqueat, ut destinato ictu uel in palum uel iuxtà dirigat missile. Eo enim exercitio & lacertis robur accrescit, & iaculandi usus atq; peritia acquiritur. Sed propè tertia uel quarta pars iuniorū, quæ aptior potuerit reperiri, arcubus ligneis sagittisq; lusorijs ad illos ipsos semper exercenda palos. At doctores ad hanc rem & artifices eligendi, & maior adhibenda solertia, ut arcū diligenter ac scienter teneant, ut fortiter impleant, ut sinistra fixa sit, ut dextera cū ratione ducatur, ut ad illud quod feriendū est oculus pariter ac animus cōsentiant, B ut siue in equo siue in terra rectè sagittare doceant. Quam artē & disci opus est diligenter, & quotidiano usu exercitioq; seruari. hæc ille. Equidem nostro seculo huiusmodi tyronij exercitij uel imago quæpiā ad nos peruenit. Siquidem in oppidis ciuitatibusq; passim iuniores ciuium filij arcubus tormentorumq; iaculis, diebus festis exercentur, atq; ad militaria passim munia præparantur. SERVORVM uel uolonū legiones ante cōstitutū Imperiū celebratiores fuere, quarū subinde secūdo Punico bello T. Liuius mentionē facit, libro uidelicet secundo tertię Dec. Et aliā formam, inquit, noui delectus, inopia liberorū capitum, ac necessitas dedit: octo millia iuuenum ualidorū ex seruitijs, prius sciscitātes singulos, uellént ne militare, empta publicè armauerunt. Et lib. 3 sequēti: Præter duas urbanas legiones, quæ principio anni à consulibus conscriptę fuerant, & seruorū delectum, cohortesq; ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultimū propè desperatæ reip. auxiliū. Idem lib. 4 eiusdē belli & Decad. Legiones magna ex parte uolonum habebat, qui iam alterum annū libertatem tacitè mereri, q̄ postulare palàm maluerant. Et lib. 5: Seruorū legionibus T. Sempronius Cos. toties iam cū hoste signis collatis pugnauit. Operæpreciū habent, libertatē ciuitatemq; pro seruis tantū ad hoc bellum emptis, nobis simul congredi cū hoste liceat. LIBERTINORVM legiones memorantur Macrobio lib. Saturnaliorū primo, cap. 11: Libertini (inquit) qui post cladem ad Trasimenū acceptā in sacramentum militare uocati sunt: Bello sociali, cohortes duodecim ex libertinis cōscriptæ, operā memorabilem præstiterunt. Ad has alludit Suetonius pariter in uita Augusti: Libertino milite prætorquā Romæ, impendiorū causa, ut si tumultus in grauiore annona metueretur, bis usus est: semel ad præsidiū coloniarū Illyricū contingentiū, item ad tutelā ripę fluminis Rheni. Eosq; seruos uiris fœminisq; pecuniosiorib. indictos ac sine mora manumissos, sub priore uexillo habuit, aut immixtos cum ingenuis, aut eodem modo

Seruorum legiones.

Libertinorum legiones.

modo

modo armatos. Atq; hactenus de legionibus ueteranis, tyronum & seruorum. A Sequuntur nunc quę à militũ non quidem generibus, sed natali solo appellationẽ sortitæ legiones fuerũt. Quarum antiquissima MACEDONICA, in bello Punico secundo Liuio celebratur. de qua idem lib. 4 Dec. 3 sic scribit: M. Valerio Græcia Macedoniaq; cũ legione & classe decreta. Et iterũ lib. 6. Quasq; ibi res terra mariq; egisset, exposuit. Philippum inferentẽ bellum Aetolis in Macedoniã retro ab se cõpulsum, ad intima penitus regni abijsse, legionemq; inde deduci posse. Sic legionis PONTICAE Cæsar ipse meminit libro quarto Ciuilis belli: Tricesimam sextam legionem in dextro cornu collocauit, Ponticam in sinistro. Et iterum: Mittit P. Sextium ad C. Prætorium quæstorẽ, ut legionem adduceret, quæ ex tumultuarijs militibus in Ponto confecta erat. Idem CILICENSIS legionis lib. 3 Belli ciuilis nomen cõmemorat: Cilicensis legio cõiuncta cum cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat. Recẽset & LVCANORVM legionem sub Metello & Sylla Appianus Alexãdrinus lib. 1 Ciuilis belli: Alia Lucanorum legio duce Albinouano clade exercitus audita, excandescẽte eo, ad Metellũ transijt. Eadem ratione inclinante Imperio, quo tẽpore Valentinianus primus rerũ potiebatur, Marcellinus ZIANNORVM legionẽ cõmemorat, ita scribẽs: In hoc prælio Persarum maior, ut dictum est, apparuit strages, nostrorũ admodum leuis. Eminuit tamen inter uarios certaminũ casus ueterani mors, uiri pugnacis, qui legionẽ Ziannorũ regebat. Quæ sequũtur legiones, inclinantis potissimũ Imperij erant, cũ auxiliares paulatim Ro. militiã accepissent, atq; ex his duces passim in comitatu Augustorũ crescerent. Quemadmodũ animaduertit Eusebius Pamphilus lib. 4 de uita Cõstantini, loquẽs de Scythis & Sarmatis: Iis portus unicus, inquit, Constantini fides extitit. nam generis conseruandi nõ insuetus, hosce Romano solo accepit, idoneorũ delectum ad supplendas legiones habuit. Sic codex B Prefecturarũ in diœcesi Valerię, cõmemorat legionẽ Transacincũ. Sic NERVIORVM legiones subinde, ac Batauorum & Herulorũ, Marcellinus celebrat: de quibus proximo libro, ubi de cohortibus agimus, copiosiorẽ instituimus sermonẽ. Sed placet pro ratione instituti nostri, unũ ex Ammiano locũ adferre, qui lib. 20 sic scribit: Decentiũ tribunum & notariũ misit: auxiliares exinde protinus abstracturum Neruios, Herulos, Batauos, &c. Huc facere fortè potest, quod Tacitus scribit lib. 20. Et Neruiorũ cohortes metu seu perfidia latera nostrorũ nudauere. Sic ad legiones peruentũ, quæ amissis signis intra uallũ sternebantur. Porrò adducuntur Marcellino, & in exercitu Romano cõmemorantur, GERMANORVM legiones auxiliares, siue cohortes dicere mauis, lib. 25: Ideoq; latenter progressi (inquit) aut imperitia nandi gurgite fluminis absorbebantur: aut si undarũ ui superata uenirent ad ripas, à Sarracenis uel Persis, quos, ut diximus paulo antè, exturbauere Germani, cædebantur ut pecora. Et sic intelligitur illud eiusdẽ lib. 29: In Macriani locum (de Valentiniano Imp. loquens) Bucinobantibus, quæ contra Moguntiacũ gens est Alemanna, Fraomariũ ordinauit, quẽ paulò postea quoniam recens eundem penitus uastauerat pagum, in Britanniã translatum potestate tribuni Alemannorum præfecerat numero. hæc ille. Ex quibus omnibus liquet, Germanorũ & legiones & cohortes inclinante Imperio Romano in exercitu extitisse. Id quod illud pariter Claudiani carmẽ in bello Gildonico cõtestatur:

Et pelagi superare moras, transmittere primus
Ipse paro: quæcunq; meo gens barbara nutu
Stringitur, adueniat: Germania tota feratur
Nauibus, & socia comitentur classe Sicambri.

Macedonica legio.
Pontica legio.
Cilicẽsis legio.
Lucanorum legio.
Zianorum legio.
Neruiorum legiones.
Germanorum legiones.

Eodem

A Eodem tempore auxilia Menapiorum, Diuitensium Tungrensium, Mattiorum, Metensium, & Secunciensium, qui omnes populi fuerunt Germaniȩ, codex Theodosianus, & præfecturarum Rom. inter legiones Pseudocomitatenses Illyrici recenset. Meminit & Maurorum in Persia legionum auxiliarium Marcellinus libro uigesimoquinto: Et Corduenam cum castellis quindecim, & Nysibim, & Syngaram, & castra Maurorum, munimentum perquàm opportunum. Meminit Maurorũ & codex Scoti in descriptione Illyrici occidentalis, qui sex genera horum in auxiliis cõmemorat, uidelicet Mauros, Honorianos, seniores & iuniores inter auxilia Palatina 65 occidẽtis. Et ibidem: Mauros, Thoantes, seniores & iuniores. Rursus inter comitatenses, legiones occidentis Mauros cetratos & Iuniacos recenset. Et ut capiti finem imponamus, legiones Gothorum, Gruthungorum atq; Sicambrorũ sub signis Romanis militasse, Archadio & Honorio imperantibus, multis in locis eiusdem seculi scriptor, ac doctissimus poeta Claudianus testatur, qui in Eutropium libro secundo sic canit:

Maurorum legiones.

Verte faces, aliis exordia sume rapinis.
Non tibi Riphæis hostis quærendus ab oris:
Non per Caucaseas accito turbine ualles
Est opus, Ostrogothis colitur, mixtisq; Gothunnis
Phryx ager, hos paruæ poterunt impellere causæ
In scelus. — Et iterum:
—*Nascuntur in ipso*
Bella sinu, legio pridem Romana Gruthunnis,
Iura quibus uictis dedimus, quibus arua domosq;
B *Præbuimus, Lydos, Asiæq; uberrima uastant.* Idem libro primo in eundem
Arduus & flauis signabat iura Sueuis,
His tribuit leges, his obside fœdera sancit
Indicto bellorum alios transcribit in usus,
Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.

Atq; hæc omnia quȩ diximus, cõfirmat Vetustatis inscriptio, quȩ adhuc hodie prope Budã in Hũgaria, hoc est, intra Pãnoniȩ inferioris limites, hisce literis legit:

LEGIO SICAMBRORVM HIC PRAESIDIO COLLOCATA CIVITATEM AEDIFICAVER. QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT.

Atq; hæc de auxiliaribus legionibus. Porrò decrescente Imperio sub Archadio & Honorio, respublica Romana etiam in Palatio & Illyrico usa est, præter illas, & aliis partim ex populis Germanicis, partim ex aliis nationibus cõflatis. Vnde Codex Mariani, qui præfecturas Romanas continet ut sub Archadio & Honorio fuit, inter auxilia Palatina recenset Cornutos seniores & iuniores, Iouios seniores & iuniores, Mattiacos seniores & iuniores, Brisgauos seniores & iuniores, Rhœtos Felices seniores & iuniores, Valentinianenses & Gallicanos, Gracianenses seniores & iuniores, Honorianos Mauros seniores & iuniores, Honorianos Gallicanos, Honorianos Marcomanos seniores, Marcomanos Cottos seniores, Leones seniores & iuniores, Celtas seniores & iuniores, Mauros Thoantes seniores & iuniores, Valentinianenses seniores & iuniores, Salios Petulantes seniores & iuniores, Brachatos seniores, Brachatos Britannicianos, Tubãtes, Bructeros, Ambsuarios, Tungros sagittarios, Tungricanos arcarios, sagittarios Neruios, Segunciẽses, Sequanos, Victores iuniores, & Gallos, exculeatores seniores iuniores, & exculeatores iuniores Britãnicianos, Latinos, Sabinos & Augusteos.

CAP.

CAP. IIII. DE DISCRIMINE LEGIONUM, *quo ad loca ex quibus erant eductæ, & ubi præsidium Romanæ reipub. nomine agitabant.*



ECERVNT legionum diuersitatẽ loca pariter, non solum ea unde erant excitæ, uerumetiã ubi præsidiũ agitabant, nobilis reip. nomine. Atq; à primo genere Latinæ legiones, coloniares, uernaculæ, gentiles, albicorum, bucolicorumq; discriminabantur. Secundum genus duplicem partitionẽ habebat: aut enim penes stationes castrenses, legiones urbanę, Palatinę, comitatenses, & pseudocomitatenses & classicę nominabantur: aut à regionibus quas tuebantur, legiones Italicenses, Actiacæ, Gallicanæ, Germanicæ siue Germanicianæ, Hispanienses, Pannonicæ siue Pannonicianæ, Macedonicæ, Syriacæ, Thebaicæ, Vagabantæ & Europenses dicebantur. De quibus ordine singulis ex fide historica dicemus, sumpto initio à primo genere. Equidem non multum uariabant legiones Italicæ, latinæ, & uernaculæ, quòd ex eadem prouincia omnes forent scriptę, hoc est, ipso Latio. Sed inter illas discrimen hoc erat, quòd ITALICAE ex omnis generis populis Italiæ, uidelicet Thuscis, Vmbris, Lucanis, Samnitibus, &c. cõstituerent: LATINAE uerò ex latinis modò, aut qui ius Latij habebãt. de qua re sub finẽ Operis peculiariter à nobis dicet, cum de priuilegio Latino & Romano à nobis tractatur. VERNACVLAE deniq; legiones erant ex domesticis, & ex popularibus, intra & prope Romã habitantibus conflatę: qualẽ armasse Cæsarẽ aduersus Pompeiũ, ipse in Cõmentarijs Ciuilis belli testat. Sic enim uuas uernaculas Italię Plin. lib. 14, & uolucres uernaculas Cic. 3. de Orat. dixere. Porrò discrimẽ erat inter legiones Italicas & Italicenses, quòd hę Italiã uidelicet defenderent, ex omnis generis populis cõflatæ: illę uerò extra Latiũ ductæ, at ex Italis cõscriptę, alijs in locis operam reip. nobili nauabãt. De quibus Cęsar subinde meminit lib. 3 Ciuilis belli: Legiones effecerat ciuiũ Romanorũ nouem, quinq; ex Italia quas traduxerat, unã ex Sicilia ueteranã. Huc pertinent loca Cor. Taciti lib. 18. Et Iunius Blesus Lugdunensis Galliæ rector, cũ Italica legione & ala Tauriana Lugdunũ tendentibus. Et iterum: Sed legio Italica, & ala Taurina, abductæ cohortes 18, Lugduni solitis sibi hybernis relinqui placuit. Et alio loco: Otho reuocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad utrunq; Germanicũ exercitũ, & ad legionẽ Italicã, easq; quę Lugduni agebãt copias, specie senatus misit. Idẽ lib. prædicto: Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere, & mirũ dictu, à paucioribus Othonianis, quo minus in uallũ impingerentur, Italicæ legionis uirtute deterriti sunt. Porrò in monumẽtis Vetustatis subinde tertię & quartę Italicarũ mentio occurrit, quas in Rhœtijs excubasse uerisimile est: nam & isthic crebra talia exempla reperiũtur.

Legiones Italicæ. — *Vernaculæ.* — *Legiones Italicenses.*

A — B

LATINARVM legionũ usus ante constitutũ duntaxat Imperiũ Romanis fuit. de quib. Liuius cùm alibi, tum præcipuè lib. 6 Dec. 1 scribit: Postero die iterata pugna, & aliquandiu ęqua uirtute fortunaq; Latinę maximè legiones lõga societate militiã Ro. edoctę restabãt. Idẽ lib. 7 Dec. 1: Pax latinis petentibus data, & magna uis militũ ab ijs ex fœdere uetusto quod multis intermiserãt annis, accepta: quo pręsidio cũ fulta res Ro. esset, leuius fuit. PRAETEREA VERNACVLARVM legionũ, & uernaculorũ militũ subinde Cæsari mẽtio fit lib. 2 Ciuil. belli: Hoc timore adductũ Galloniũ Gadib. excessisse: his cognitis rebus, altera ex duab. legionibus, quæ Vernacula appellabat, ex castris Varronis astante & inspectãte ipso, signa sustulit. Et lib. 4: Laterẽsis cũ id nõ dubitaret, accurrit lętus in castra, militib. uernaculis & secũdæ legionis, quib. odio sciebat pręcipuè Cassiũ esse, gratulat. Sic lib. 6: Sed ex qui-

Latinæ legiones. — *Legiones uernaculæ.*

A ex quibus aliquid firmamenti se existimabat habere, duæ fuerunt uernaculæ, quę à Trebonio transfugerāt. Et rursus: Dum cupidus agmen aduersariorū insequitur, à uernaculis legionarijs exceptus est, & interfectus. & alio loco ibidem: Eodem tempore manè loricatus unus ex legione uernacula ad nos trāsfugit. Et subdit: Eodemq́ tempore centuriones loricati octo ad Cæsarem transfugerūt, ex legione uernacula. Alludit ad huiusmodi legiones & Cor. Tacitus lib. 1. historiæ Augustæ: Sed quibus Silius, inquit, moderabatur, mente ambigua, fortunā seditionis alienæ speculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab undeuicesimanis quintanisq́ initio, & tractis prima quoque ac uicesima legionibus. nam ijsdem æstiuis in finibus Vbiorum habebantur, per ocium, aut leuia munia. Igitur audito fine Augusti, uernacula multitudo nuper acto in urbe delectu, lasciuiæ assueta, laborum intolerans. Seneca de Benefic. Et quum uagus atq; erro uernaculis congregatur. Sic Iul. Capitol. in historia Macrini: In annonis tribuendis largissimus fuit, in auro parcissimus: in uernaculis uel aulicis tam impius, tam pertinax, tam asper, ut serui illum sui nō Macrinum dicerent, sed Macellinum. Sequuntur reliqua discrimina. LEGIONES coloniares, quæ ex colonis Romanis erant scriptę. meminit Cæsar lib. 6. Ciuilis belli: Sed ex quibus aliquid firmamenti existimabat habere, duæ fuerunt uernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant, & una facta ex colonis quæ fuerant in his regionibus. Quòd autē coloni fuerint coloniarū ciues, coarguunt hæc Liuij uerba ab initio lib. 10. Dec. 1: Ab externis fermè bellis ociū fuit, Soram atq; Albam coloniæ deductæ, Albam in Æquos sex milia colonorū scripta. Huc pertinent quę Appianus Alex. scribit lib. 3. Ciuilis belli: Donec P. Ventidius, qui cum Cæsare unà militabat, Antonij amicissimus, Ciceronis acerbitatē haud ferendam ratus, ad Cæsaris colonias profectus est, ueluti notior apud omnes, ac duas ad Antoniū legiones eduxit. *Legiones coloniares.*

B LEGIONES gentiles, quarum subinde Marcellinus mentionē facit, arbitror fuisse, quæ Liuio à socijs excitæ dicuntur. Ad quas alludens nimirū Cæsar lib. 4. Ciuilis belli, sic scribit: Adiūgit Cn. Domitius legioni trigesimæsextę, duas à Deiotaro, quas ille disciplina atq; armatura nostra complures annos constitutas habebat. Et Tacitus lib. 2: Non admixtis desertoribus, & tyrone nuper intercepto, suisq́ & Plancinæ seruitijs, auxilia Cilicum quæ reguli miserant, in numerū legionis composuerat, Cæsarisq́ se legatum testabatur. Tales porrò fuerunt legiones, quarum sub finem Capitis superioris meminimus, Neruiorū, Batauorū, Herulorū, Sicambrorum, & aliæ q̄plures ibi notatæ. Verumenimuero legionum siue militum Gentilium Ammianus seorsim subinde nomina cōmemorat lib. 15: Confestimq́ iniquitate rei percitus Malarichus, gentilium rector, collegis adhibitis strepebat. Et iterum lib. 16: Ideo confidentes, quòd nec scutarios adesse prodentibus perfugis didicerant, nec Gentiles per municipia distributos, ut cōmodius uescerentur. Et idem lib. 20: Iratus supra modum Constantius, nec discusso negocio, nec patefieri quæ scientiam eius latebant permissis, ad petitum calumnijs deposita militia digredi iussit ad ocium, Agilone ad eius locum moderandum à se promoto ex Gentilium scutariorum tribuno. Et sequitur: De scutarijs autē & gentilibus excerpere quęcq; promptissimū, & ipse perducere Sintula iubetur, Cæsaris stabuli tunc tribunus. AGRESTIVM legiones, quarum duas memorat Cæsar: Albicorum, hoc est, ex Alpibus excitas, & Bucolicorum ex pastoribus. Meminit & Liuius secundo Punico bello legionis Agathyrnarum agrestium. Loca porrò Cæsaris sic habent, lib. 1. Ciuilis belli: Ita cognito hostium aduentu, suas naues ex portu educunt, cum Massiliensibus confligunt. Pugnatum utrimq; est fortissimè atq; acerrimè: neq; multū Albici nostris uirtute cedebant. Et iterum: Atq; iniecta manu fer- *Legiones gentiles.* *Albicorum & agrestium legiones.*

rea, & retenta utraque naue, diuersi pugnabant, atque in hostium naues transcendebant: & magno numero Albicorũ & pastorum interfecto, partem nauium deprimunt. Et iterum lib. 2: Neque uerò coniuncti Albicis cominus pugna deficiebãt, neque multũ cedebant uirtute nostris. Sic de pastoribus & bucolicis lib. 3. Ciuilis belli: Pompeius filius cum classe adduxerat DCCC, quos ex seruis suis, pastorum suorũ coegerat: CCC Tarcundarius Castor & Donilaus ex Gallogræcia dederãt. Et rursum eodem libro: Atque eo in Italiã euocato, quòd magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, sibi cõiunxit, atque eum in Turinũ ad solicitandos pastores premisit. Huc alludit Vulcatius Gallicanus in uita Auidij Cassij: Nam & cum bucolici milites per Ægyptum grauia multa facerent, ab hoc retusi sunt. Huc porrò pertinet quod scribit Liuius lib. 6. Decad. 3: Quatuor milia hominum erant, mistí ex omni colluuione, exules, obærati, capitalia ausi plerique, & cum in ciuitatibus suis ac sub legibus uixerant: & postquã eos ex uarijs causis fortuna similis cõglobauerat, Agatyrnæ per latrocinia ac rapinam tolerantes uitam. Videtur etiã huc posse retorqueri quod scribit Tacitus lib. 18: Nec mora prælio, sed acie ita instructa, ut pars classicorũ mixtis paganis in colles propinquos exurgeret. Atque hæc de primo genere dicta sufficiant. Venio ad alterum genus, loca statiuorũ, unde uarietatẽ legionibus accidisse diximus. Sic urbis statiua Romę, ut cõstituto Imperio cohortes dederũt urbanas, de quibus proximo tractabitũ libro: ita primis temporib. urbanas nõ semel legiones armauere, quas equidem credo à Cæsare uernaculas dictas. Et de huiuscemodi VRBANIS legionib. Liuius duntaxat mentionẽ facit lib. 3. Decad. 3: Et dictator M. Iunius rebus diuinis perfectis, latoque ut solet ad populum, ut equũ ascendere liceret, præter duas urbanas legiones quæ à principio anni à cõsulibus cõscriptæ fuerãt, &c. Et rursus: Legiones præterea duas primo quoque tẽpore ex Sicilia acciri, atque inde consul, cui legiones urbanæ euenissent, militum sumeret quantũ opus esset. Idem lib. 4: Prætori Sempronio prouincia Ariminũ, Cn. Fuluio Suessula cum binis item legionib. euenerũt, ut Fuluius urbanas legiones duceret. Idem lib. 5: Supplementũ in eas quisque scriberet sibi, M. Iunio inter consules legiones urbanæ prioris anni datæ. Et lib. 6: Exercitus eis duo decreti, qui in Hetruria Galliaque essent. eæ quatuor legiones erant, urbanæ duæ superioris anni in Hetruriã. Sic lib. 7. eiusdem Decad. Consules priusquã in prouincias irent, duas urbanas legiones in supplementũ, quantum opus erat cæteris exercitibus militũ, scripserũt. Talis est & lib. 10. locus: Tria milia militũ in eam classem ex decreto Patrum consules scripserunt, & duas legiones urbanas ad incerta belli. Extat & mentio lib. 1. quartæ Dec. Et consules duas urbanas legiones scribere iussi. Et 7 eiusdem Decadis: Ex agro quo uictos bello mulctauerat Boios, deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno cõscriptæ erant. Et ut semel finiam, lib. 2. quintæ Decad. de huius generis legionibus sic scribit: C. Sulpitio Galbæ prętori negocium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas iusto numero peditum equitumque. Sed hactenus de urbanis. Sequuntur & LEGIONES PALATINAE: eæ nõ solùm, quæ principis palatio excubabant, urgente Imperio dicebantur, uerumetiam diuersis in limitibus ac prætorijs aliæ atque aliæ fuere, in metropolitanis uidelicet & palatijs solitis Augustorũ. Hinc sub magistro præsentiali militũ uno codex Pręfecturarũ legiones Palatinas sex recenset, & quinque uexillationes palatinas equitũ. quarũ erãt nomina, primani, undecimani, Martiarij seniores, lancearij iuniores Daci & Scythæ. item equites promoti seniores, comites clibanarij, comites sagittarij iuniores, comites Taifali, & equites Arcades. Sub altero uerò magistro præsentiali collocat fortè per occidentẽ sex, item Palatinas legiones, Neruios, Martiarios iuniores, Herculianos seniores, Iouianos

Marginal notes: Vrbanæ legiones. — Legiones Palatinæ.

A uianos iuniores,Fortenses & lancearios seniores. Idem Codex per orientale Illyricū legionē Palatinā unam collocat Britonū seniorū. Et per limites Istri ac Rheni in occidente, duodecim legiones Palatinas describit, uidelicet Iouianos seniores,Herculianos seniores,Diuitenses seniores,Pānonicianos seniores,Mœsiacos seniores,Trongerectianos seniores,armigeros propugnatores,Cymbrianos,Octauanos, Thebæos, & lancearios Sabarienses. Meminit huius generis legionū Marcell.lib.25.cum ex Persia reditū Iuliano interfecto describeret: Cumq; ad castellum Sumere nomine citis passibus tenderemus, iacens Anatolij corpus est inuentū,quod tumultuaria opera terræ mandatū est: hic & milites LX cum Palatinis recepimus. LEGIONES Comitatenses,ut ego conijcio,erant,quę Augustū in procinctum abeuntē comitabantur, quales hodie sunt apud Turcas Ianiczerorum: quòd uidelicet comitatū Augusti,hoc est aulam sequerentur,sic dictæ. Meminit Marcell.lib.29: Et adiumenta militantiū ad uastandum hostis implacabilis incrementis uirium adolesceret, ad abolendum cum comitatensi auxilio militis pauci Theodosius magister equitum mittitur. Cæterùm Scotus in codice Præfecturarū Rom. in limite orientis legiones Comitatenses cōmemorat octo, primā Flauiam Cōstantiam Thebæorū, primam Flauiam Theodosianā, secundam felicem Valentis Thebæorū,quintam Macedonicā,septimā Geminiā,decimam Geminiam,Martenses seniores,& balistarios seniores.Idem sub magistro militū per Thracias in limite Illyrici orientalis, XVIII legiones Comitatenses recenset: primā Maximinianā Thebæorū, primā Flauiā Geminiā, tertiā Diocletianā Thebæorū, tertiodecimanos, quartodecimanos, Iuliā Alexandriā,Solenses Gallicanos,ac seniores Augustenses, Valentinianenses,Cōstantinos,Daphnenses,Diuitēses Gallicanos,Pānonicianos iuniores,balistarios iuniores,Cōstantinos seniores,Tranos,Menapios,& lancearios Scobenses.Rursus sub dispositione uiri Spectabilis magistri militū per Illyricū occidentale, ad Istrū collocat legiones Comitatenses octo secundarios,Mineruios,Martiarios cōstantes,Martios,Dianenses,Germanicianos seniores,lancearios iuniores,& lancearios Augustenses. Idē deniq; autor sub magistro militū præsentiali occidentis legiones Comitatenses enumerat, uidelicet primā Flauiā pacis,secundā Flauiā uirtutis,secūndā Britannicā,tertiā Flauiam salutis,tertiā Iuliam,tertiā Augustanorū,tertiā Italicā,tertiā Herculeā, septimam seniorū,& aliam iuniorū,undecimianos Fortenses, Pacatianenses, Germanicianos iuniores, Mauros cetratos, Merapes seniores,propugnatores seniores & iuniores,armigeros,defensores iuniores,Certoriacenses,Geminiacenses,Honorianos felices Gallicanos,lancearios Gallicanos Honorianos,Pręsicantes, Fortenses, Vrsacienses,& Flauias uictrices Constantianas. LEGIONES pseudocomitatenses & ipsæ inclinante primū Imperio cōstitui cœptæ,quarū sub præfecto prætorij orientis recenset Scotus decē numero:uidelicet primā Italicā,primā Armeniacā, primā Isauriā sagittariorū, secundam Armeniacā, quartā Italicā, sextam Parthicam,Fortenses auxiliarios,funditores,balistarios Theodosiacos & Transtigritanos. Idem sub magistro militū per Illyricū nouem legiones pseudocomitatenses cōmemorat, secundam Theodosianā, balistarios Theodosianos iuniores, felices Theodosianos iuniores, Tunacenses auxiliarios, Vlpianenses Sempenses, Burgaracenses,Metenses & Scapenses. Enumerat deniq; is in occidēte sub magistro pręsentiali militū, ad Istrū uidelicet & Rhenū fluuios,Lingones pseudocomitatenses XVIII,uidelicet legionē primā Alpinam,legionē secundam Alpinam Iuliam,primam Flauiam Gallicanā,primā Flauiam Metis,lancearios Laureacenses, lancearios Maginenses uel Comaginenses,Martenses,Pōtinenses, Ancianenses, Taurunēses,Romanēses,Septimanos,Maurosos,Iuniacos,Cōstantiacos, Abrincatenos,

Legiones comitatenses.


Classiariæ legiones. catenos, defensores iuniores, & superuentores iuniores. CLASSIARIAE legiones, quæ nauibus impositæ mari uehebantur, atq; ibi belligerabant. Meminit huius lib. 6. Dec. 3: T. Octacilio & M. Valerio Siciliæ Græciæq; ora cum legionib. classibusq;, quibus præerāt, decretis, quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naues. Sic Tacitus primæ classicæ meminit lib. 18: Tum resumpta militia, robur Flauianarū partiū fuere: prima classiariorum legio in Hispaniam missa, ut pace & ocio mitesceret. Meminit & duarum Martiarū legionū, in mari ac inter classicas pugnantium, atq; in mari deniq; submersarū, Appianus Alex. in Ciuilis belli descriptione. Sed hæc de primi generis statiuis. Venio nunc ad discrimina statiuorum, quæ regionibus accedebāt, ubi legiones excubabant, & peculiaria inde nomina sortiebantur. Sic EVROPENSES & milites & legiones nuncupabantur, quæ in limitibus prouinciisq; per Europam cōsistebant. Cuius uocis meminit Trebellius Pollio in Claudij Cæsaris uita, ubi & Dacisianorū meminit hoc significatu, & ILLYRICIANORVM, ita scribens: Quæso igitur mi Venuste, inquit, si mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato & Herenniano placari, nescientibus hoc militibus Dacisianis, qui iam sæuiunt. Et iterum, epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorē Syriæ: Claudium Illyricianæ gentis uirum, tribunum Martiæ quintæ legioni fortissimæ dedimus, uirum deuotissimis quibusq; ac fortissimis ueterū præferendum. Sic Herod. lib. 3: Itaq; confestim fracti orientalium animi, Illyricianis autem spes ingens addita est. Talis est locus apud Cæsarem lib. 6. Ciuilis belli: Q. Pompeius, inquit, Niger eques Romanus Italicensis, ex acie nostra ad congrediendum progressus est. Pronunciauit in hunc sensum & GALLICANOS Marcellinus lib. 25: Deniq; id pro multis nosse sufficiet, exhortatū eum supplici concione, militē Gallicanum pruinis adsuetum, & Rheno, peragratis spacijs regionū extentis, per tepentem Assyriam adusq; confinia traxisse Medorum. Eadem ratione GERMANICIANOS appellauit Suetonius in Tiberio, eos milites ac legiones, qui aduersus Germanos, limites Romanos ad Rhenū Istrumq; tuebantur: Seditio, ait, militum in Illyrico & in Germania exorta est: flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquarentur stipendia prætoriana Germanicianis. Habebant autē Germaniciani plus stipendij q̄ prætoriani, ob limitis difficultatē. Sic nimirū Ptolemæus in Pannonia superiori legionē decimā Germanicianam collocat, quę Græcè appellatur λεγεὼν δεκάτη γερμανική. Liber Præfecturarū quoq; sub magistro militū Illyrici equitū Germanicianorū seniorū meminit. Idem inter octo legiones Comitatenses Illyrici legionē Germanicianorū seniorū describit, & inter legiones Comitatenses 32 occidentis Germanicianos iuniores cōmemorat. Huc fortasse poterit referri, quod scribit Marcell. lib. 27. de Germanicopolitanis. Cæterùm neq; illud silentio transeundum est, Tacito libro 19 Germanicas legiones uocari, quas hic Germanicianas ex autoritate historiæ appellauimus. Verba eius hæc sunt: Frustra Vespasianū timeri, quē tot Germanicæ legiones, tot prouinciæ uirtute ac fide, tantū deniq; terrarū ac maris, immensis spacijs careat. Idem lib. 1. historiæ Aug. At Romæ nōdum cognito qui fuisset exitus in Illyrico, & legionum Germanicarū motu audito, trepida ciuitas incusare Tiberiū. Atq; hæc de Germanicianis legionib. Sequuntur BRITANNICIANI, quos duplices Scotus enumerat, inter 32 Comitatenses legiones occidentis, uidelicet Britānicianos inuictos iuniores, & Britannicianos exculeatores iuniores. Item HISPANIENSES, cuius uocis Liuius adhuc mentionē facit lib. 3. Dec. 3: Hæc prætor in cōcione dixit, qua die uestimenta, frumentū, Hispaniensi exercitui præbenda. Et rursus lib. 9. quartæ Dec. De exercitibus Hispaniensib. magna cōtentio fuit inter nouos prætores

Marginal notes: Europenses. Dacisiani. Illyriciani. Gallicani. Germaniciani. Britanniciani. Hispanienses.

A tores & amicos absentiũ. Huc alludit Ælius Spartianus in Hadriano: Origo imperatoris Hadriani uetustior à Picẽtibus, posterior ab Hispaniẽsib. manat. Et Vopiscus in Bonoso: Bonosus homo Hispaniensis fuit, origine Britãnus, Galla tamẽ matre. Huc pertinet illud quoq; Symmachi lib. 1. Epist. ad Theodos. Augustũ: Edita ratio est uectigaliũ, quæ Hispaniẽses atq; Alexãdrinos inuehere debuit commeatus. PANNONICIANAM enumerat Marcellinus lib. 29, cũ scribit: Quibus cõcito cursu ruẽtib. infestius, obuiã legiones motę sunt duæ, Pãnoniciana & Mœsiaca, ualida prælijs manus. Sic codex Præfect. Rom. inter octo Comitatẽses Thraciæ unã legionẽ Pãnonicianorũ cõmemorat. Et rursus sub magistro militũ Illyrici, equites auxiliarios Pãnonicianos enumerat: ut inter legiones Comitatẽses orientis Pãnonicianos iuniores, & inter Palatinos occidẽtis Pãnonicianos seniores. *Pannoniciana legiones.*

His antiquiores fuerũt Actiacæ atq; Syriacæ legiones, eodẽ euentu atq; significatu denominatę: quarũ ACTIACARUM Tacitus meminit li. 1. hist. Aug. Diuus Augustus uultu & aspectu Actiacas legiones exterruit. De Syriacis Appianus Alex. C. Cæsar, inquit, cũ per Syriã proficisceret, legionẽ in ea dereliquit. Eadẽ est de Thebaicis legionib. Ægypti autoritas apud Marcel. li. 14. Emensis itaq; longis interuallis & planis, cũ Hadrianopolim introijsset urbẽ Hemimontanã, Vscudumã antehac appellatã, fessasq; labore diebus duodecim recreans uires, cõperit Thebæas legiones in uicinis oppidis hyemãtes. Cæterũ Scotus quatuor Thebæarum legionũ meminit, uidelicet primæ Flauiæ Cõstantiæ Thebæorũ, primæ Maximinianæ Thebæorũ, secũdæ felicis Thebæorũ, & tertiæ Diocletianæ Thebæorum. His in alio exẽplari sub dispositione ducis Thebaidos adducit, secũda Traiana, secũda Flauia Cõstantia, prima Valẽtiniana, & tertia Diocletiana. Superest adhuc unũ genus earũ legionũ quę à statiuis regionũ denominationẽ sortitę fuerũt, B cuius meminit Marcel. li. 29, cũ de Vagabãte loquit: Qui cũ uenissent, inquit, Vagabanta, legionibus nobilẽ locũ. Est aũt illi tum sermo de expeditione in Persas. *Actiacæ legiones.* *Syriacæ legiones.* *Thebaicæ legiones.*

CAP. V. DE DIVISIONE LEGIONUM, *penes insignia & ornamenta.*



INDIDERUNT Romani legionibus & insignia, quæ in signis uexillis'ue ac imaginib. passim capitibusq; ferebãt, cognomina. Sic enim Alaudas legiones, Mineruias, Martias, Iouias, Herculeas, Solenses, & Cornutas histori[j]s appellari nouimus. Inuenimus etiam Laureatas hoc nomine, prætextatas & Augustas fuisse dictas. De quibus ordine tractabit à nobis. ALAUDAE legiones erãt ex ueteranis cõflatæ, qui galeas instar auicularũ huius uocis gestabãt fabrefactas. meminit subinde legionũ istarũ Cicero in Epistolis ad Atticũ, cum ait: Antonius cum legione Alaudarũ ad urbẽ pergere, pecunias municipijs imperare. Et iterũ: Huc accedunt Alaudi, cæteriq; ueterani. Et rursus ibidẽ, Antesignanos & manipulares, & Alaudas iudices se cõstituisse dicebat. Præterea idem Cicero in Philippicis insectanter Antoniũ criminatur, quòd decuriã iudicũ quondã fecisset ex legiõe Alaudarũ. Huc pertinẽt quę scribit Trãquillus in Iulio dictatore: Qua fiducia ad legiones, quas à rep. acceperat, aliàs priuato, aliàs publico sumptu addidit, unã etiã ex trãsalpinis conscriptã, uocabulo quoq; Gallico: Alauda eñ appellabat, quã disciplina cultuq; Romano institutã & ornatã, postea uniuersam ciuitate donauit. Meminit & Plin. lib. 11. ca. 37. At quę ab illa Galerita appellata quondam, postea Gallico uocabulo etiã legioni nomẽ dederat Alauda. Recẽset & Antonini itinerariũ, ad ripã Rheni in Belgis tres hoc cognomine legiones, quintã uidelicet, nonã & decimã. Plura lege infrà, in explicatione legionis decimæ Germanicæ. MARTIAE legiones, uel à signo Martis, uel ob audaciã roborisq; præstan *Alaudæ legiones.*

tiam duæ fuerũt primis temporibus, in bello Ciuili Augusti & Bruti, quas in mari submersas Appianus tradit, ita scribẽs lib. 4. Ciuilis belli: Eamet die qua in Philippis inter utrosq; certatũ fuerat, ingens clades in Ionio pariter accepta est. Domitius Caluinus onerarijs nauibus duas Cæsari legiones, quę Martię ob audaciã earũ cognominabanť, afferebat. His cẽtũ & triginta nauib. lõgis occurrẽtes Murcus & Domitius, eas strenuè aggrediunť. Et subdit: Quibus indignati milites, & præsertim Martiales, quòd ui superiores ob impotentiã agẽdi tam fœdè necarentur: quidã se iniecere flãmis, alij triremes hostiũ ingressi, necẽ intulere alijs, aut ab illis passi sunt. Naues semiustæ perlongũ euasere, uiros deferẽtes quosdã ab igne, alios fame sitiq; cõsumptos. Et rursus lib. 3. Carsuleium ad illum mittunt, qui prætoriam Cæsaris cohortẽ ac legionẽ Martiã deduceret, quo illi per angusta trãseunti afferret opem. Huc alludit, mea quidẽ opinione, Tullius in epist. ad Octauiũ: Neq; tua fides fefellisset, & ueteranis in unũ cõductis, & duabus legionib. à pernicie patriæ ad salutẽ auocatis, subitò propè tam affectã ac prostratã rempub. tuis opibus extulisti. Meminit legionis unius Martiæ & Velleius Paterculus in hist. Augusti: Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quẽ ex transmarinis prouincijs Brundusiũ uenire iusserat, legio Martia & quarta, cognita Senatus uoluntate, & tanti iuuenis indole, sublatis signis ad Cæsarẽ se cõtulerunt. Cõmemoratur eadem legio, eodemq; cognomine, in fragmento (quod ipsi inuenimus) Velleij de bello Rhœtico ad Augustã Vindelicũm gesto sub Augusto Cæsare: Hãc urbem, inquit, T. Annius pretor ad arcendas barbarorũ excursiones Cal. Sextilibus, exercitu circũuenit. ad meridianã oppidi partẽ, quæ sola à cõtinenti erat, prætor ipse cum legione Martia castra operosissimè cõmuniuit. Porrò credendũ est, hãc ex duabus in mari periclitatis tum superfuisse, quam tamen deletam in Vindelicia à Sueuis, tum idem quod inuenimus Velleij fragmentũ testatur his uerbis: Deniq; coadunatis uiribus castra irrumpũt, prætorẽ qui paulo altiorẽ tumulũ frustra cæperat, Romana ui resistentẽ, obtruncant: legionẽ diuinam, ut ne nuncius cladis superesset, funditùs delent. Hactenus ex fragmento. Itaq; duas illas Martias legiones tum intercidisse cõstat. Cæterũ labẽte imperio alias hoc cognomine Martias legiones fuisse scriptas inuenio: quemadmodũ primæ & quintæ Martiarũ monumenta per Hungariã meminisse solent. Et Marcell. in hist. Cõstantij Iuliani ac Valentiniani, duas Cõstantienses Martias: & lib. 26. Martẽsem legionẽ cõmemorat. Recenset & codex Præfecturarũ Rom. qui rempub. sub Arcadio & Honorio describit, legionẽ quartã Martiam in Arabico limite. Et rursus inter Palatinas sub magistro præsentiali, duos hoc nomine Martiarios seniores & iuniores citat. Idẽ sub magistro militũ occidẽte inter Comitatenses Martiarios alios iuniores describit. Et inter octo Comitatenses Illyrici orientalis Martiarios Cõstantes recenset. Ad hæc omnia inscriptio Vetustatis Comi in Rhœtia alta, legionẽ decimãquartã Martiã appellat, cum hoc elogio: V. F.

C. VIRIVS SABINVS VETERANVS ARMOR. CVSTOS LEG. XIIII. GEM. MART. VICT. D. M.

Huc referri potest quod scribit Marcellinus lib. 26. historiæ Augustæ: Cuius diritati adiectum erat incentiuũ exitiale, socer Petronius, ex præposito Martensium militũ promotus repentino saltu patricius. *Mineruiæ legiones.* MINERVIAE legiones quot fuerint, nescio: unius certè Cor. Tacitus lib. 1. historiæ Augustæ mentionẽ facit, à Tiberio Cęsare institutę, in oratione Germanici ad tumultuantes apud Rhenum legiones: Prima'ne, inquit, & uigesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorũ socia, tot præmijs aucta, egregiam duci uestro gratiam refertis? Ptolemæus lib. 2. in descriptione Galliæ, Mineruiã legionẽ ad Bononiã maris, ubi hodie est

A die est Bolonia Angliæ, haud procul à Caletibus, collocare uidetur. Enumerat quoque codex Præfecturarum Mineruios inter octo Comitatenses Illyrici legiones. commemorat denique primam Mineruiam inscriptio, quæ in agro Comensi his legitur uerbis:

T. ANNIO T. F. QVIR. MAXIMO POMPONIANO FLAM. DI
VI AVG. AVGVRI PRAEF. ALAE MILI. PR. V. CONT. PRAEF.
ALAE PR. PRAETO. LEG. PR. MINERV.

IOVIAE duæ enumerantur à codice Præfect. Romanarũ: altera Iouiorum in Illyrico occidentali, ubi nunc Austriaca ditio inferior est. & altera seniorũ inter Palatinas sub magistro præsentiali, sub quo inter auxilia LXV Palatina pariter describit Iouios seniores & Iouios iuniores Gallicanos. Idem Iouios alteros seniores & iuniores Gallicanos inter XXXII auxilia Palatina occidentis. Et inter legiones Palatinas ibidẽ Iouianos seniores cõmemorat. Meminit & Antonini itinerariũ, quod antiquiorẽ rempub. hoc est sub Antoninis describit, Iouiæ legionis in Mœsia. Porrò Ammianus Marcel. ad Iouiam legionẽ subinde alludit lib. 25. Deinde legiones Iouiorũ atq; uictorum laborantibus suis ferentes auxilium. Et iterum: His ita cæco quodam iudicio fortunæ peractis, Iouianorũ signifer, quos Varronianus rexerat, dudum cum nouo dissidens principe. Et lib. 27: Vnde cum consecuti Bataui uenissent, & Heruli, Iouijq; & uictores fidentes uiribus numeri. Idem lib. 29: Et hoc elogio perijt homo disertus, ad potiora festinans, ut multi, Claudium & Salustium ex Iouianorũ numero adusq; tribunatus dignitates progressos. Et lib. 26. Firmatusq; meliorũ sententijs agmina duo præcedere iussisset, quibus nomina sunt Iouij atq; uictores, castra perduellium irrupturos. Deniq; notatu dignum est quod Scotus scribit in codice Præfecturarũ, Iouios aquilam auream pro insigni habuisse. Et cum constet in Norico Ripensi hanc legionem excubasse, fortasse haud extra rem coniectura illa erit, insignia Austriæ supra Anisum aquilæ aureæ in nigro clypeo, hinc fortè primũ omniũ defluxisse: quemadmodum inferiori Austriæ in tractu & confinibus Pannoniarũ Alaudas aureas, à legione decima Alauda isthic collocata, mansisse ex uetustate, in Cõmentarijs nostris Viennensibus confirmauimus. Porrò alludit ad huiusmodi legion. Claudianus poeta, de bello Gildonico:

Iouiae legiones.

B

—Iouiamq; cohortem
Rex ducit superûm: premitur nec signifer ullo
Pondere, festinant adeò uexilla moueri.
Neruius insequitur, meritusq; uocabula Felix,
Dictaq; ab Augusto legio, nomenq; probantes
Inuicti, clypeoq; animosi teste leonis.

Huius legionis ex omnibus unius, quoad cognomina, mentionem facit Vegetius lib. primo de Re militari, cap. 17: Plumbatarum quoq; exercitatio (quas Marciobarbulos uocant) tradenda est iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena milia militum habuerunt, quæ, quòd his telis scienter utebantur, & fortiter, Marciobarbuli uocabantur. Per hos longo tempore strenuissimè constat omnia bella confecta, usq; eò, ut dum Diocletianus & Maximianus ad Imperium uenissent, pro merito uirtutis hos Marciobarbulos Iouiarios atque Herculianos censuerint appellandos, eosq; cunctis legionibus prætulisse doceantur. HERCVLEAE LEGIONES, nimirum ab Herculis insigni, siue imagine, quam loco aquilæ miliaria cohors, uel in centurijs uexilliferi ferebant, sic denominatæ, tres enumerantur in libro Præfecturarum: Herculea seniorum inter sex

Herculeæ legiones.

legiones Palatinas, & altera seniorũ in Illyrico orientali: itidẽq; tertia Herculea in Illyrico occidẽtali, in cõfinibus Norici & Pãnoniæ. Meminit subinde Marcellinus lib. 22. Breui deinde, secundo Salustio promoto præfecto prætorio, summã quæstionũ agitandarũ ut fido cõmisit, Mamertino & Arbitione & Agilone ad Neuitam adiunctis, itidemq; Iouino magistro equitũ per Illyricũ recens prouecto: qui omnes trãsgressi Chalcedona, præsentibus Iouianorũ Herculianorũq; principijs & tribunis. Et iterũ lib. 25. Ad quorũ fremitũ accessumq; terribilẽ (loquitur de Persis) equis inter initia turbatis, & uiris, Iouiani & Herculiani, occisis beluis paucis, cataphractis equitibus acriter restiterunt. SOLENSES, ab imagine nimirũ solis appellatæ, duæ à Scoto in libro Præfecturarũ Rom. recensentur: altera seniorum inter XVIII Comitatenses Thraciæ legiones, & altera Gallicanorũ. CORNVTAE, inclinantis Imperij pariter cum alijs modò enumeratis, legiones fuerũt, à cornuum cerui inflexorũ insigni denominatæ, ut Scotus est autor: qui duas etiã hoc nomine enumerat, iuniorũ & seniorũ, inter auxilia Palatina occidentis. Idem & Cornutos regios inter auxilia Palatina præsentialia describit, quibus etiã Braccatorum tertiam addit. Meminit Marcell. lib. 15. Quæsitis magna industria cautis ministris, obstricto religionũ cõsecratione colloquio, Braccati solicitarentur atq; cornuti, fluxioris fidei, & ubertate mercedis ad momentũ omne uersabiles. Idem lib. 16. Doctus deniq; exploratorũ delatione recẽs captorũ, æstate iam torrida, fluuium uado posse transiri, hortatus auxiliares uelites cum Baynobaude Cornutorum tribuno misit. Et iterũ ibidem: Cornuti enim, inquit, & Braccati usu præliorum diuturno firmati, excipiũt eos iam gesturientes barritũ ciere uel maximum. loquitur de bello Constantij aduersus Alemannos prope Rhenum gesto. Reperio deniq; uergente Imperio celebres ab insignibus nominatas scilicet (ut autor est Marianus) extitisse legiones, primã Flauiam Pacis, secundam Flauiam Virtutis, & tertiam Flauiam Salutis. Sic duas legiones LEONVM, iuniorũ uidelicet & seniorum, idem cõmemorat inter 65 auxilia Palatina occidentis, eodẽ nimirũ euẽtu ab insigni leonis appellatas. LAVREATAE legiones in uictorijs & triumphis, nõdum cõstituto Imperio, incedebãt atq; cognominabant. Meminit Liuius lib. 5. Dec. 5: Et legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt, & nauales socij.

Solenses legiones. *Cornutæ legiones.* *Legiones pacis, salutis & uirtutis.* *Legiones leonum.* *Laureatæ legiones.*

PRAETEXTATAE legiones cõmemorant à Liuio lib. 2. Dec. 3: Dictator ex autoritate patrũ dictus M. Iunius, & T. Sẽpronius magister equitũ, delectu edicto, iuniores ab annis XVII, & quosdã prætextatos scribũt: quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Ex quib. liquet, prætextatas legiones easdẽ fuisse, quæ tyronũ antè sunt interpretatæ: in hoc tantũ diuersæ, q hæ ditiores equitũ aut patriciorũ filios accipiebãt, qui scilicet publicè prætextam gerebãt, & anno pubertatis publicè hanc in foro deponebãt. AVGVSTAE legiones, quæ uidelicet nomine Cæsareo erãt decoratæ, triũ generũ inueniunt: simpliciter Augustæ, prima, secunda, tertia, quarta, octaua, decimaoctaua & uigesimasecunda, in monumentis Vetustatis passim cognominant. aliæ erant Augustæ prætoriæ, & tertij generis Augustæ prætoriæ peregrinæ. Et hoc de incipiente Imperio. At uerò isto inclinante, duæ hoc cognomine codici Præfecturarũ legiones cõmemorantur, una inter 18 Comitatẽses Thraciæ, & altera lãceariorũ Augustẽsiũ inter octo legiones Comitatẽses Illyrici. Sed placet testimonij causa inscriptiões monumẽtorũ sup ea re adducere. FORTENSES, à fortitudine uidelicet, quæ per syncopen in inscriptiõib. Frētenses cognominant: quale florente Imperio decimã in Iudæa Dion cõmemorat. Et inclinãte eo codex Mariniani Decimanos Fortenses in oriẽte, & inter X Pseudocomitatẽses eiusdẽ limitis Fortẽses auxiliarios, & rursus Fortẽses Palatinos inter auxilia Palatina sub magistro præsentiali, & Fortenses deniq; Comitatenses in occidente describit.

Prætextatæ legiones. *Augustæ legiones.* *Legiones Fortenses.*

De Au-

De Augusta prætoria peregrina, Tiburi in templo sancti Vincentij:

HERCVLI TIBVRT. VICT. ET CAETERIS DIIS PENATIBVS TIBVRT. L. MINITIVS MATALIS COS. AVGVR LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE MOESIAE INTER. VOTIS.

CAP. VI. DE DISCRIMINE LEGIONVM ex euentu aliquo.



A ISTINXIT legiones Romanis & euentus, cum uel subitò essent scriptæ, uel sine stipendio in bellum prodirent. Item ubi duæ imperfectæ legiones cõiungebantur. Præterea si qua fidelē diu operam reip. nauasset, aut quia auxilio, præsidióue limitaneo missa fuisset, denique si felix foret, & uictoriā sæpe reportasset. Quibus ex casibus tumultuariæ legiones, uoluntariæ, gemellæ, piæ, fideles, adiutrices, felices atque uictrices, reipub. illi cognominatæ fuere. TVMVLTVARIAE igitur legiones, quòd re subita per tumultū & necessitate urgēte fuissent euocatæ, describūtur Liuio lib. 10. Decad. 4: Et prætoribus Q. Petilio & Q. Fabio imperatū est, ut Petilius duas legiones ciuiū Romanorū tumultuarias scriberet, & omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret. Meminit & Cæsar lib. 4. Ciuil. belli: Mittit P. Sextiū ad C. prętoriū quæstorē, ut legionē adduceret, quę ex tumultuarijs militibus in Ponto confecta erat. VOLVNTARIAE legiones sine stipendio militabāt, ut hodie adhuc in usu sunt, quæ Germanis gentilitia uoce Freyfändle dicuntur. Meminit Liuius lib. 2. Dec. 3: Sicut nobis adolescentibus priori Punico bello Calpurnius Flauiā trecentis uoluntarijs, cum ad *Tumultuariæ legiones.* *Voluntariæ legiones.*

B tumulū eos capiendū, situ inter medios hostes, duceret. Et lib. 7: Cæterū in ipso itinere auctū uoluntarijs agmen erat, offerentibus sese ultro, & ueteribus militib. iam perfunctis militia, & iuuenib. quos certatim nomina dantes, si quorū corporis species robur que uiriū aptū militia uidebat, conscripserat. Et iterū lib. 8. Sabinus que omnis ager, milites polliciti, Marsi, Peligni, Marrucini que, multi uoluntarij nomina in classem dederūt. Idem lib. 1. Dec. 4: Consules binas legiones scribere iussi, ueteres dimittere exercitus: Sulpitio, cui nouū ac magni nominis bellū decretū erat, permissum, ut de exercitu quē proconsul Scipio ex Africa deportasset, uoluntarios quos posset, duceret: inuitū ne quem militē ueterē ducendi ius esset. Et rursus lib. 7. eiusdem Dec. Paludatus ab urbe profectus est, ad quinque milia uoluntariorū ex Romanis socijs que, qui emerita stipēdia sub imperatore P. Africano habebāt. Et alio loco ibidē: Hęc summa copiarū erat Romanis, & duo milia militum Macedonū Thracū que, qui uoluntate secuti erāt. Huc pertinet q̄d Velleius Paterculus scribit: Cõtractis que in una castra decē legionib. LXX, amplius cohortibus 14. sed pluribus quam decē ueteranorū milibus, adhuc magno uoluntariorū numero. Et illud Taciti lib. 4: Multitudinem ueteranorū prætexebat imperator, & delectibus supplendos exercitus. nam uoluntariū militē deesse. Ac si suppeditet, nõ eadē uirtute ac modestia agere, quia plerunque inopes ac uagi militiā sumāt: percensuit que cursim numerū legionū. Et Iul. Capitolinus in hist. M. Cęsaris: Instante sanè adhuc pestilentia, inquit, & deorū cultū diligētissimè restituit, & seruos quēadmodū bello Punico factū erat, ad militiā parauit, quos uolūtarios exēplo uolonum appellauit. GEMELLAE, uel legiones geminæ (quo cognomine apud Ptolemæū, Dionē & Tacitū, & passim in inscriptionib. Vetustatis, legiones septima, X, XIII, ac XIIII celebrant) quæ fuerint, ostendit Cęsar lib. 3. Ciuilis belli, his uerbis: Le- *Gemellæ uel geminæ legiones.*

bis:Legiones effecerat ciuiũ Romanorũ nouem, quinq; ex Italia quas traduxerat, unam ex Sicilia ueteranã, quã factam ex duabus Gemellã appellauit. Huc alludit etiã lib.1. eiusdem belli: Item ex finitimis regionibus, quas potest cõtrahit cohortes, ex delectibus Pompeianis: in ijs Camerino fugientẽ Vlcillem Hirum, cum sex cohortibus quas ibi in præsidio habuerat, excipit, quibus coactis tredecim efficit. Alludit præterea ad huius generis nominisq; legiones Liuius lib. 6. Dec.3: Exercitus ciuiũ sociorumq; minui iussus, ut ex duabus legionib. una legio, quinq; milia peditũ & CCC equites relinquerent. Et rursus lib.10. eiusdem Decadis: Vt ij consules cum tribunis agerent, si eis uideretur, ut plebem rogarent, cui iuberẽt in Hispania imperiũ esse, is ex duabus in unam legionẽ conscriberet Romanos milites, & in XV cohortes socios Latini nominis. Sic Tacitus decimætertiæ Gemellæ in Pannonia, & eodem nomine XIIII in Batauis mentionẽ facit. Memorant et inscriptiones septimã Geminiã in Hispanijs. Denique codex Præfecturarũ Ro. inter decẽ & octo Comitatenses Thraciæ primã Geminiã enumerat. Et in occidentis magisterio militũ inter legiones Comitatẽses XXXII, Geminiacẽses describit. A

Adiutrices. AVXILIARIAE, siue adiutrices legiones (quo nomine Ptolemæus primã & secundam in Pannonijs celebrat) fortè ab euentu lati auxilij nomenclaturã sortitæ fuerũt. Hinc est illud Cęsaris lib.6. Ciuil. bel. Quarta fuit Afraniana, ex Africa quã secũ adduxerat, reliquæ ex fugitiuis auxiliares cõsistebãt. De quarũ prærogatiua Cõstantinus Imp. apud Iurecõsultos lib. XII Cod. l. fin. de castren. pecul. agit. Tacitus lib.17. refert Othonẽ Cæsarẽ primã adiutricẽ instituisse. Cõmemorãtur hoc cognomine legiones etiã Dioni & Antonino in Itinerario, & monumentis præcipuè per Hungariã his literis, LEG. ADI. Tales multæ fuerũt legiones inclinante Imperio sub Theodosio, Arcadio, Honorio & Valentiniano, immutato parũ nomine auxilia Palatina dictæ. Sub magistro præsentiali enumerant̃ à Scoto 18. Tertia sagittariorũ Valẽtis, tertia Theodosiana, felix Theodosiana Isaurorũ, felix Honoriana iuniorũ & uictorũ, sagittarij iuniores & seniores Gallicani, Bataui seniores, Braccati iuniores, Cõstantiani, Salij, Matoiaci, Metobarij, Angleuarij, Hiberi, Vrsi, & defensores. Idem in limite orientis recenset secundã Theodosianã, felicem Theodosianã, felicẽ Arcadianã, Cornutos, Regios, Tubantes, Buccinobantes, Turingos, Thraces falconarios, Martiarios iuniores, Vindelicos, sagittarios seniores orientales, sagittarios iuniores orientales, & sagittarios Dominicos. Idẽ in occidente 65 cõmemorat, quas cohortes potius maiores fuisse autumo. de quibus lege de Cohortibus auxiliarib. proximo lib. Meminit tamen Scotus in descriptione reipub. inclinantis, primę adiutricis legionis in Bregetione, & secũdæ adiutricis in statiuis Pannoniarũ per Florentiã, Aquincum & Cirpum distributæ. B

Piæ fideles. PIAE FIDELES legiones, in exemplis passim Vetustatis sub hisce literis exprimunt̃, LEG.P.F. Qua laude cognominis decima Germanica potissimũ, & prima ac secunda adiutrices repræsentant̃ hisce literis, LEG.X.G.P.F. LEG.I.ADI.P.F.

Felices. FELICES legiones eodẽ, arbitror, euẽtu denominatę sunt. quarũ tertiã hoc nomine Antonini Itinerariũ in Norico ripẽsi describit, ad quã Vopiscus etiã in hist. Probi Cęsaris alludit, cũ epistolã Aureliani Cæsaris ad Probũ recenset: Recipe, inquit, in fidẽ tuã legionẽ tertiã felicẽ, quã ego adhuc nulli nisi ꝓuecto credidi. Meminit & codex Pręfect. Ro. legiõis felicis Theodosianæ in Illyrico orientali, inter nouẽ pseudocomitatẽses: & felicis Valentinianẽsis in administratiõe Illyrici occidentalis per Pannonias. Idem Codex inter auxilia Palatina limitis Gallicani felicẽ alterã Theodosianã, & felicẽ Arcadianã recenset. Et rursus in oriẽte legionẽ felicẽ Thebæorũ cõmemorat, & felicẽ Honorianã sub magistro præsentiali militũ. Et sic intelligit̃ carmen Claudiani in bello Gildonico, ubi ad Arcadianã felicẽ alludit:

Neruius


A *Nervius insequitur, meritusq; uocabula felix,* *Dictaq; ab Augusto legio.—*

VICTRICES, uel uictorũ, & Græcè Nicephoricæ, incipiente Imperio, omnes Britanniæ legiones appellabantur, uidelicet sexta, decimasexta, & uigesimatertia. Dion lib. 55 meminit sextæ uictricis in Britannia. Porrò codex Præfecturarum Ro. enumerat quadruplices, Victores Honorianos, Theodosianos, Gallicanos, & seniores inter LXV auxilia Palatina oriẽtis. Idem uictrices Flauias legiones inter 32 Comitatenses orientis cõmemorat. Ad huiusmodi uictorũ legiones pertinet, quod Marcel. scribit lib. 26. Firmatusq; meliorũ sententijs agmina duo præcedere iussisset, quib. nomina sunt Iouij atq; uictores, castra perduelliũ irrupturos. Et iterum lib. 27. Vnde cum consecuti Bataui uenissent, & Heruli, Iouijq; & uictores, fidentes uiribus numeri. Idem lib. 25: Deinde legiones, ait, Iouiorum atq; uictorum laborantibus suis ferentes auxilium. Et ad huiusmodi legionũ genus alludit inscriptio, quæ extat in pago Scaligerorum prope Veronam Athesis: *Victrices.*

D. M.

S. MERCVRIO MAGNO D. S. FRATRI SVB CL. PRAESIDE PROTRANSP.
C. T. F. TRIB. MIL. TRIVM VICTOR. III. PR. Q. C. ET CN. POM. CONS.

CAP. VII. DE COGNOMENTIS LEGIONVM *à ducibus illarum, siue legatis inditis.*



POSSVNT fortasse & cognomenta à ducibus parta, ad legionum discrimina referri. Sic legiones IVLIANAS memorat Cæsar lib. 5 Ciuil. belli: Iamq; minus mille passuum ab oppido Vzita, q̃d Scipio tenebat, aberãt legiones Iulianæ. Huc alludit Appianus lib. 3 Ciuil. belli: C. Cæsar cum per Syriã proficisceret, legionẽ in ea dereliquit, iam tum in Parthos meditatus bellũ. huius cura Cecilio Basso mãdata fuerat. Iulius autẽ Sextus adolescens adhuc, Cæsaris affinis atq; cognatus, legionis dignitatẽ & nomẽ obtinebat. POMPEIANAE legiões eidẽ Cæsari lib. 3. Ciuil. bel. describunt: Omniaq; sunt subitò mutata. Põpeiana enim legio celeri spe subsidij cõfirmata, à Decumana porta resistere conat. Et iterũ: Legiones sibi alias ex Asia adduci iussit, quas ex Pompeianis militibus cõfecerat. Huc pertinet & illud Appiani 3 Ciuilis: Albinus ad hæc nuper à Dolabella missus in Ægyptum, quatuor legiones è prouincia ducebat, quas è Põpeij clade Crassiq; dispersas, Cleopatra sub Cæsare collectas retinebat. AFRANIANA recensetur à Cæsare lib. 6. Ciuilis: Quæ à Trebonio transfugerãt, & una facta ex colonis quæ fuerãt in his regionibus, quarta fuit Afraniana ex Africa. FABIANAE cõmemorant à Cæsare 1 Ciuil. belli: Huc, inquit, cum quotidiana cõsuetudine congressæ pabulatorib. præsidio proprio legiones Fabianæ duæ flumen transissent. Obseruaui & in lateribus coctilibus, apud nos Viennæ erutis, decimã legionẽ Germanicam, ut quæ apud nos statiua habebat, Ptolemæo, Dione & Antonino autoribus, Fabianam nuncupatã. Vnde Fabianæ nomen, quo olim Vienna appellabatur, in Commentarijs nostris rerum Viennensiũ deduximus. GABINIANAE legiones recensentur à Cæsare lib. 3 Ciuilis belli: Erant cum Achilla copiæ, ut neq; numero neq; genere hominũ, neq; usu rei militaris cõtemnendæ uiderent: milia enim XX in armis habebat. hæc cõstabant ex Gabinianis militibus, qui iam in consuetudinẽ Alexandrinæ uitæ atq; licentiæ uenerant. BASSIANA, refertur ab Appiano, quarto Ciuilis belli: Nam cum dignitatẽ & præturam cõtineret S. Iulius Cæsaris affinis, legionemq; in delicijs inhonestè duceret, conquerente Basso, contumelijs eundẽ insectatus est, postremò omniũ Bassum appellãs. ob quæ cũ minus parẽret ille, duci à lictorib. confestim iussit. tumultu inter eos turpiter exorto, cũ Bassus telis en-

B

Iulianæ. *Pompeianæ.* *Afranianæ.* *Fabianæ.* *Gabinianæ.* *Baßiana.*

lis ensibusq; impeteretur: exercitus rei deformitate perspecta, Iulium occidit. milites facti primũ pœnitentia, deinde Cæsaris timor insecutus est. Iure igitur iurando in unum conspirantes, nisi uenia illis aut fides præberetur, ad mortem usq; decertare uelle, Bassum ad hæc ipsa secum compulere. A

Lucianæ. LVCIANAE legiones enumerantur ab eodẽ Appiano li. 5. Ciuilis: Belli autẽ auspicia huiusmodi fuere: duæ Lucij legiones apud Albam dissidentes, eiectis ducibus ad defectionem inclinarunt.

Antoninianæ. ANTONINIANAE. ad has alludit Cæsar lib. 3. Ciuilis belli: Præterea magnum numerũ ex Thessalia, Bœotia, Achaia, Epiroq; supplementi nomine in legiones distribuerat: his Antoninianos milites admiscuerat. De huiusmodi legione intelligendum est & illud Appiani Alex. lib. 2. Ciuilis belli: Lepidus uerò præfectus equitũ, cum in foro persistens, quid actum esset intelligeret, ad insulã quæ intra fluuium est sita, accurrens (ibi enim militum legio consederat) in campũ adduxit, ut ad Antonij mandata paratum retineret. Inuenio in monumentis & à M. Antonino Cæsare decimã atq; XIII legiones Antoninianas nominatas.

Valerianæ. VALERIANAE legiones, quæ in Teutoburgensi saltu ab Arminio & Germanis, unà cum Quintilio Varo duce deletæ fuerant, Augusto imperante, numero tres. Alludit ad has Cor. Tacitus lib. 2: Sed fama classis amissæ, ut Germanos ad spem belli, ita Cæsarem ad coercendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Catthos imperat. ipse maioribus copijs Marsos irrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus, propinquo loco defossam Varianæ legionis aquilam modico præsidio seruari indicat.

Mutiana & Camilliana legiones. MVTIANA & Camilliana eadem ratione à ducibus siue legatis decimatertia legio Pannonica denominata fuit: quorum Camillum Scribonianũ imperiũ arripuisse, ad Claudiũ Cæsarem Eutropius tradit. Mutianum uerò Vespasiano legiones Pannonicas auxilio in Italiam aduersus Vitelliũ duxisse, Tacitus lib. 18 scribit. Ita uerò in lateribus Viennæ apud nos erutis notæ scriptæ sunt: LEG. XIII. G. MVTI. Et iterũ: LEG. XIII. G. CAMIL. B

Magnentiacæ. MAGNENTIACAE legiones, inclinante Imperio fuerunt, à Magnentio institutæ, qui imperium aduersus Constantiũ arripuerat. Meminit Marcell. eius temporis historicus, lib. 19: Erant nobiscum duæ legiones Magnentiacæ, recens è Gallijs ductæ, ut prædiximus, uirorum fortium & pernicium, ad plenarios conflictus aptorũ. Et iterum sub finem lib. 18: Magnentiaci & Decentiaci, quos post consummatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos ad orientẽ uenire compulit Imperator.

Decentiaci. Et iterũ de DECENTIACIS eodem libro, & codex Præfecturarũ.

Constantinianæ. CONSTANTINIANAE enumerant in lib. Præfecturarum inter octo Comitatenses Thraciæ, duæ uidelicet Seniorũ, & Daphnensiũ.

Constantiacæ. CONSTANTIACAE referuntur à Marcellino lib. 21: Duas legiones Constantiacas, addita una sagittariorũ cohorte, quas inuenerat apud Sirmiũ, ut spectatæ adhuc fidei per speciem necessitatũ urgentium misit in Gallias.

Valentinianæ. VALENTINIANAE & Gratianenses recensentur à Scoto in lib. Præfecturarũ inter XVIII comitatenses Thraciæ & Occidentis, qui Gratianenses seniores & iuniores inter LXV auxilia Palatina cõmemorat.

Theodosiana. THEODOSIANA cõmemoratur ab eodem inter legiones Illyrici orientalis, cognomine Seniorum.

Honorianæ. HONORIANAE octo describuntur in sæpedicto lib. Præfecturarũ, uictrix uidelicet, uel uictorum, felix seniorum Gallicanorum, Cattorum seniorum, Maurorum iuniorũ, Maurorum seniorum, & Arcariorum seniorum.

Stiliconiana. STILICONIANA, ad quam alludit Claudianus, in bello Getico, hoc carmine:

Totaq; præciso mutassent agmina cornu,
Ni celer instructa Stilico legione secutus,
Subsidijs peditum pugnam instaurasset equestrem.

CAP.

A CAP. OCTAVVM. DE DIVISIONE ET DISCRIMINE legionum à primo numero cognominatarum.



HOC numero & nomine legiones inuenio Romanæ reipublicæ, alias passim atque alias, non uno quidem tempore, sed uarijs seculis, bellis, locisque usurpatas in re castrensi fuisse. Quarum erant (quantum quidem repetere memoria licet) quoad prouincias, à quarum statiuis quæ nomina sortitæ sunt, hæ fermè erant: Prima Italica, prima Gallica, prima Hispanica, prima Aphricana, prima Pannonica, prima Mœsica, prima Mesopotamica, prima Armeniaca, prima Isaurica, & prima Parthica. Inuenio quoque authoribus hoc numero alias celebrari, à ducibus potissimũ denominatas, Augustam primam, Tiberiacam primam, Traianam primam, Flauiam primam, Constantiacam primam, Theodosianam primam, Maximinianam primam. Et quæ ab euentu aliquo dictæ sunt, primam Martiam, primam Adiutricẽ, & primam Geminam: de quarum singulis ordine historię testimonia adferemus. *Primarum legionum discrimina omnium.*

PRIMA ITALICA triplex fuit, secundum alias atque alias Imperij ætates. Quippe altera bello Punico secundo, ante adhuc constitutum Imperium, scripta: altera à Cæsare dictatore, in Gallijs habita: quã quia relinquere, à Senatu iussus, coactus erat, in illud perniciosum bellum, quod illi cum Pompeio fuit, erupit. quę an manserit usque ad tempora Othonis Cæsaris, affirmare non ausim, quum & illo tempore, hoc numero legio Italica Tacito celebretur. Atque de prima Italica, quæ Punico bello & Macedonico reipublicę nauauit operam, hęc Liuij testimonia sunt, libro secundo Decadis tertię, cum æquatũ Minutio magistro equitum imperium cum Fabio Max. ostenderet: Ita obtinuit, ut legiones, sicut consulibus mos est, inter se B diuiderent. Prima & quarta Minutio, secunda & tertia Fabio euenerunt. Et iterum, cum Cannensem cladem describit: Cæterùm cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat. Idem libro quarto Decadis tertiæ, uectam hanc ex Italia in Siciliam testatur his uerbis: Romana item classis uigintiquinque remes legionẽ primam Panormi exposuere. Et libro quinto eiusdem: Deinde per libidinem aut metum deserentium locum, prima legio & sinistra ala primò instructa, & in longitudinẽ porrecta acies. Et rursus libro septimo ibidem: Itaque excitus tumultu raptim ad hostem copias agit. iam primos occupauerat equestris terror, peditum etiam prima legio & dextra ala prælium inibant. Idem legionis primæ mentionẽ facit in belli Macedonici descriptione, libro decimo Dec. quartæ: Æmilius, posteaquam nihil usquam auxilij ostendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes uenirent, qui iam segnius secordiusque oppugnabant, ad quatuor portas exercitum instruxit, ut signo dato, simul ex omnibus partibus eruptionem facerent: quatuor extraordinarijs cohortibus duas adiunxit, præposito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta iussit. Ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit: principes ex eadem legione in subsidijs posuit. Idem lib. primo Dec. quintę, in Istrico bello primam legionem recenset, cum ait: M. Titinius prętor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque Ariminum conuenire iuberet, Nero paludatus Pisas in prouinciã est profectus. Et hactenus de legione prima Italica, ante constitutum Imperium. Fuit & altera hoc numero legio, quæ bello Ciuili inter Cæsarem & Pompeium gesto interfuit, & quã Cæsar ex Alpinis scripserat, atque in Galliam traduxerat. Hanc, uti diximus, quia factione Pompeij à Senatu iussus erat, Cæsar relinquere coactus erat, perniciosissimi belli ciuilis ansa & initium

Prima Italica in Punico bello.

Prima Italica in Macedonico bello.

Prima Italica in Istrico bello.

Prima Italica in ciuili bello Cæsaris & Pompeij.

initium datum fuit. Meminit ipse Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Cæsar cùm Pompeij castris appropinquasset, ad hunc modum aciem eius instructã animaduertit. erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ à Cæsare initio dissensionis ex senatusconsulto: quarum una prima, altera tertia cognominabatur. Meminit præterea primæ legionis Tacitus libro decimooctauo in bello Ciuili, quod inter Othonẽ & Vitellium gestum erat. an uerò superior illa fuerit, affirmare non possum. Verba Taciti hæc sunt: Cecinna complexu Vitellij multo cùm honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmisit. Mox uexillarij quartædecimæ & sextædecimæ legionum: dein quinta & duodeuicesima secutę: postremo agmine, una & uicesima rapax, & prima Italica incessere cum uexillarijs trium Britannicarum legionum, & electis auxilijs. Et iterum lib. 19: Relictis castris, abrupto ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primæ Italicæ & undeuicesimæ rapaci iungerent, quas Cecinna ad obtinendam Cremonam cum parte equitum præmiserat. Huc pertinere uidetur quod idem scribit lib. 18: Sed legio Italica & ala Taurina abductæ. cohortes XVIII Lugduni solitis sibi hybernis relinqui placuit. Manlius Valẽs legatus Italicę legionis, quanquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit. Et sic intelliguntur monumenta Vetustatis,

Legio prima Italica in bello ciuili inter Othonem & Vitellium.

Sagunti ruinis in Hispania:

L. ANTONIO L. F. GAL. NVMI
DAE PRAEF. FABRVM TRIBV-
NO MIL. LEG. PRIMAE ITALI-
CAE L. POLYBIVS RVBRI-
VS AMICO.

Ad S. Vitum, in Carinthia:

VEPONIVS AVITVS VIV. FEC. SI
BI ET DIACOXIAE MEITIMAE
CON. KARIS. ET VEP. QVARTAE
MIL. LEG. ITAL. PR. Θ. AN. X-
XXV STIP. IIII BEL. DVC. CO.

His adijciendum est tertium genus legionis primæ Italicæ, cuius statiua Ptolemæus qui sub Traiano scripsit, in Mœsia inferiori, ubi est hodie Bulgaria, ad Dorodorum municipium collocat, ubi eius & Scotus meminisse uidetur per municipia nouem & sexaginta, &c. LEGIO prima Gallica, quæ & Liberiaca, & ab insignibus Mineruia, & postea ab Aelio Nerua Cæsare Traiana fuit cognominata. Hæc'ne à Iulio Cæsare, uel eius priuigno Augusto scripta primũ omnium fuerit, incertus sum. Ad Rhenum sanè compositam hanc fuisse, & præcipuè in Vbijs ad Bonnam, quo tempore rebus humanis Augustus excessisset, Cor. Tacitus libro 1 hist. Aug. testatur, cum seditionem legionum limitis Gallicani describeret, à Germanico Cæsare cohercitã. In cuius increpatione hæc uerba leguntur: Prima'ne & uicesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorũ socia, tot præmijs aucta, egregiam duci nostro gratiam refertis? hunc ego nũcium patri, læta omnia alijs è prouincijs audienti, feram? Et iterum lib. eodem: Extractum cubili Cæsarem, tradere uexillum, intento mortis metu subigunt: mox uagi per uias obuias habuere legatos, audita consternatione ad Germanicum tendentes: ingerũt contumelias, cædem parant, Planco maximè quem dignitas fuga impediuerat. Quo loco alludit ad signum Mineruæ, quod primæ legioni Gallicæ cõcessum erat. Sic primã Mineruiam in Gallia excubasse, idem Tacitus lib. 20 subinde asserit, quam Traianus postea Augustus, Spartiano authore, traduxit in Daciam: qua de re in uoce Mineruiæ plura dicemus. Huc pertinent quæ de eadem legione idem autor scribit eodem libro, locutus de uictoria Germanici aduersus Germanos: Exciuit ea cædes (inquit) Bructeros, Tubantes, Vsipetes: saltusq; per quos exercitui regressus, insedere. quod gnarum duci: incessitq; itineri & prælio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant; mox prima legio, & medijs impedimentis sinistrum

Legio prima Gallica uel Mineruia.

strum

A strum latus undeuicesimani. Et iterum de Arminij uictoria loquēs: Neq; tamen Arminius, quanquā libero incursu, statim prorupit: sed ut hæsere cœno fossisq; impedimenta, turbati circum milites, incertus signorū ordo, ut quæ tali in tempore sibi quisq; properus, & lentæ aduersus imperia aures, irrumpere Germanos iubet, clamitans: En Varus, &, eodemq; iterum fato uictæ legiones. Et paulo pòst subdit: Plurimus circa aquilas labor, quę neq; aduersum ferri ingruentia tela, neque figi limosa humo poterant. Cecinna dum sustentat aciem, suffosso equo delapsus circumueniebatur, ni prima legio sese opposuisset. Atq; hactenus de prima legione incipientis Imperij, pro limite Gallicano cōposita. Quòd uerò Vitellij etiam atq; Othonis temporibus, quædam hoc nomine ad Rhenum legio excubarit, colligi ex eodem Tacito potest, qui libro decimoseptimo ita scriptū reliquit, cum de abductis à Rheno, à Vitellio contra Othonem legionibus loquitur: Spurina (inquit) comperto itinere hostium, defensam Placētiam, quæq; acta, & quid Cecinna pararet, Annium Gallum per literas docet. Gallus legionem primam in auxilium Placētiæ ducebat, diffisus paucitate cohortium, ne longius obsidium, & uim Germanici exercitus parum toleraret. Sic libro 18: Proxima legionis primę hyberna erāt, & promptissimus è legatis Fabius Valens: is die postero Coloniam Agrippinensium, cum equitibus legionis auxiliariumq; ingressus, imperatorem Vitellium consalutauit: secutæ ingenti certamine eiusdem prouinciæ legiones, & superior exercitus speciosus, Senatus populiq; Romani nominibus relictis, tertio Nonas Ianuarias Vitellium accessit. Idem lib. 20, de bello Ciuilis & Cerealis in Belgis intestino tractans: Dein patientia & arguentibus ipsis qui suaserant, tanquam secuturus scripsit Herennio Gallo, legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batauos, se cum exercitu tergis eorum hæsurum. Et

B iterum postea: Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorū lixarumq; ignauia: sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpit, ut Batauos numero impares circumfundant. Illi ueteris militiæ memores in cuneis congregantur, densi undiq;, & frontem tergaq; ac latus tuti: sic tenuē nostrorū aciem perfringunt, cedentibus Belgis pellitur legio, & uallum portasq; trepidi petebāt. Et rursus: His, inquit, inter se uocibus insistentes, flammauere insuper allatæ à Vespasiano literæ: quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit, uinctosq; qui attulerant ad Vitellium misit: sic mitigatis animis Bonnam hyberna primæ legionis uentū. Atq; hæc de legione prima Gallica. Quòd uerò eadem TRAIANA fuerit, luculenter hæc Taciti lib. 20 ostendunt: Res aduersę discordiam peperere, ijs qui è superiore exercitu erant, causam suam dissociantibus: Vitellij tamē imagines in castris & per proximas Belgarum ciuitates repositæ, cum iam Vitellius occidisset: deinde mutati in pœnitentiā primani quartaniq; & duodeuicesimani, Voculam sequuntur. Apud quem resumpto Vespasiani sacramento, ad liberandum Moguntiaci præsidium ducebantur. Porrò quemadmodum à Mogūtiaco in Vbios usq; statiua, his quæ recensuimus uerbis Tacitus innuit: ita Ptolemęus lib. 2 Geographiæ cap. 9, tabula Europæ tertia, cum tricesimam Vlpiam inter Vetera castra & Agrippinam descripsisset, tandem subdit hæc uerba: Tum Bonna, & legio prima Traiana, inde Mogūtiacum. Similiter itinerariū Antonini, inter Vetera castra & Burginatium, in descriptione itineris è Lugduno Argentoracū, coloniæ meminit Traianæ, nimirū à legione eius nominis dictę, de qua multa sunt apud Marcellinū: & unde Trechshusio, famigerato ad Rhenum uino generoso pago, appellationem accessisse, longè doctissimus uir B. RHENANVS scitè argumentat̄. Cæterùm conijcio hanc posterius legionē à limite Rheno à Traiano fuisse abductā, in expeditione Dacica illa

Traiana prima legio.

aduersus Decebalum suscepta: atq; hac occasione in Pannoniã uenisse, ut fortasse eandem cum prima adiutrice quis conijcere queat. Quam tamen opinionem Ptolemæus infringere uidetur, qui seorsim primæ adiutricis in Pannonijs, & primæ Traianæ ad Rhenum mentionẽ facit. Abductam uerò à Rheno fuisse in bello Dacico, Spartianus testatur in historia Traiani, de Hadriano loquens: Secunda (inquit) expeditione Gallica Traianus eam primæ legioni Mineruiæ præposuit, secumq; duxit. Deniq; liber Præfecturarum disserens de administratione Romana inclinãtis Imperij, quæ fuit sub Theodosio & Valentinianis, meminit Mineruiorum inter octo legiones Comitatenses, Illyrici orientalis, per tractum scilicet Græciæ, Macedoniæ, & Daciæ. Ita enim inquit: Auxilia Palatina sex, Ascarij iuniores, Ascarij seniores, Petulantes iuniores, Sagittarij lecti, Inuicti iuniores, Atecotti, Ligures. itẽ legiones Comitatenses octo, Mattiarij, Constantes, Mattij Dianenses, Germaniciani seniores, Secundani, Lancearij Augustenses, Mineruij, & Lancearij iuniores. Huc pertinent monumenta Vetustatis reperta

Mineruia prima legio.

Lugduni in Gallia, monasterio S. Hirenæi:

D. M. ET MEMORIAE AETERNAE SOLENNIO FIDO MIL. LEG. I. MINERVAE IMAGINI FERO MATVRINA VICTORINA CONIVGI CARISSIMO PONENDVM CVRAVIT, ET SVB ASCIA DEDIC.

MILITI LEGIONIS PRIMAE DEDIC.

In agro Comensi supra Heluetios:

T. ANNIO T. F. QVIR. MAXIMO POMPONIANO FLAM. DIVI AVG. AVGVRI PRAEF. ALAE MIL. PR. V. CONT. PRAEF. ALAE PR. PRAETO. LEG. PR. MINERV.

Legio prima Hispanica.

LEGIO PRIMA HISPANICA, quæ & classicorũ, uel classica, prætoriaq; nominabatur, primũ omnium ab Augusto Cæsare aduersus Sextum Pompeiũ, qui Siciliã occupauerat, scripta fuit: meminit Appianus Alex. lib. 5 Ciuilis belli, cum bellũ nauale ad oram Aphricæ, inter hos uiros gestũ describeret: Ex quibus nonnulli (inquit) titubantes, supplicio affecti sunt. Messalam insuper Dicæarchã præmisit, & legionẽ quæ prima nominatur, ad Hipponũ adducere imperat. Interfuit hæc legio & intestino bello, quod inter Othonẽ & Vitelliũ flagrabat: accita propterea ex medijs Hispanijs ab Othone in Italiã. Vnde scribit Tacitus lib. 17: Missus & Celsus Marinus ad electos Illyrici exercitus, Vispani in portum tendentes. præceptũ Æmilio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanos milites ex Libertatis atrio accerserent: legioni classicæ diffidebat, infestæ ob cædem commilitonũ, quos primo statim introitu trucidauerat Galba. Et iterũ: Ipsum Othonem comitabant̃ speculatorũ lecta corpora cum cæteris prætorijs cohortibus, Veterani è prætorio, classicorũ ingens numerus. Et rursus lib. 18: Tum resumpta militia, robur Flauianarũ partium fuere, prima classicorũ legio in Hispaniã missa, ut ocio & pace mitesceret. Vndecima & septima suis hybernis redditæ. Et sequit̃ eodem libro: Scriptum in Britanniam ad quartadecumanos, in Hispaniã ad primanos epistolæ, quòd utraq; legio pro Othone aduersa Vitellio fuerat. Idem lib. 20: Legiones uictrices sexta & decimaoctaua Vitellianarũ, una & uicesima è recens conscriptis, secunda Pœninis Coctianisq; alpibus, pars monte Graio traducuntur: decimaquarta legio è Britannia, tertia ac prima ex Hispania accitæ. LEGIO PRIMA AFRICANA, fortè eadem cum Hispanica: ea uidelicet occasione, quòd ex Hispania in Aphricam breui itinere transportari poterat. Nam & Ælius Spartianus autor est, Seuerũ Septimium imperatorẽ aduersus Nigrum Pescenninum, qui contra se erat ad Imperium subrogatus Iuliano, in Africã legiones misisse. Cæterùm adludit ad hanc legionẽ Marcellinus lib. 29: Quibus imminẽtis

Legio prima Africana.

periculi

A periculi metu defixis, reuertiq; iussis ad sua, Cæsareã ire tendebat, urbem opulentam quondam & nobilem, cuius itidem originẽ in Africæ situ digessimus plenè: eam'q; ingressus, cum omnẽ penè incẽdijs latè dispersis uidisset exustã, horridas'q; canicie silices, primã & secundam legionẽ id tempus ibi locari disposuit. Ad hanc alludit monumentũ quod Viennæ in collegio legitur: P. CLAVD. PALLANTI HONOR. REPENTINO ADLECTO INTER TRIBVN. LEG. LEG. PR. PROVINC. AFRICAE. LEGIO prima Pannonica, quæ & adiutrix pia fidelis'q; cognominabatũ. de cuius origine scribit Cor. Tacitus lib. 18: Fortè inter Padum, inquit, uiam'q; patenti campo, duæ legiones congressæ sunt: pro Vitellio una & uicesima, cui cognomen Rapaci, ueteri gloria insignis: è parte Othonis, prima adiutrix, nõ antè in aciẽ educta, sed ferox & noui decoris auida: Primani, stratis unæ & uicesimanorũ principibus, aquilam abstulere: quo dolore accensa legio, & impulit rursus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima signa uexilla'q; ab hostibus rapuit. Meminit eiusdẽ lib. 19: Capto Valente cuncta ad Victoris opes cõuersa, initio per Hispaniã à prima adiutrice legione orto: quę memoria Othonis infensa, Vitellio decimã quoq; & sextã traxit. Huc pertinẽt loca Capitolini in Pertinace & Clodio Albino: Inde ad ducentorũ HS stipendiũ translatus in Daciã, suspectus'q; Marco, quorundã relatu à partibus remotus est, & posteą per Claudiũ Pompeianũ generũ Marci quasi adiutor eius futurus, uexillis regendis ascitus est. In quo munere approbatus, lectus est in senatũ. Postea iterũ re bene gesta, prodita est factio, quæ illi cõcinnata fuerat: Marcus'q; imperator, ut compensaret iniuriã, prætoriũ eum fecit, & primę legioni regendę imposuit, statim'q; Rhœtias & Noricũ ab hostibus uindicauit. Quæ uerba satis ostendunt, in finitima Norico scilicet & Pannoniæ prouincia, legionẽ hanc primã statiua habuisse.

Legio prima Pannonica adiutrix.

B De qua rursus in historia Claudij Albini locus est accipiendus, cum ita scribit: Egit tribunus equites Dalmatas, egit & legiones quartanorũ & primanorũ. De huius deniq; legionis prerogatiua, extat constitutio Constantini Imperatoris, Cod. de castrensi peculio, lib. 12: Ius castrensis peculij (inquit) tam scriniarios, quàm exceptores, cæteros'q; qui in officio tuo merent, ac si in legione prima adiutrice militent, habere præcipimus. Id quod omnino probat, hanc legionẽ usq; ad seculum inclinantis Imperij mansisse, & quidem in antiquis statiuis Pannoniarũ. Namq; & codex noticiarũ in descriptione reipub. Archadianæ, legionis primæ adiutricis apertè meminisse uidetur, in Bregetione. Sed placet super hac re & Vetustatis exempla adferre.

Monumenta legionis primæ adiutricis per Hungariam, hoc est, Pannoniam, Sabariæ in confinibus Austriæ & Hungariæ:

L. VAL. L. FIL. CL. CENSORINVS DEC. C. C. S. ITEM VET. LEG. I. ADIV. EX B. F. COS. AN. V. F. S. ET FLAVIAE INSEQVENTINAE CON. AN. IX ET VALERIO CENSORINIANO.

Taurini, hoc est Rabæ, Episcopali sede:

VICTORIAE AVG. NN. ET LEG. I. ADI. P. F. ANTONINIANAE P. MARCIVS P. FILIVS SEXTIANVS EPHESO P. P. D. D. Et iterum:

IVNONI REGINAE MINERVAE NEPTVNO LIBERO PATRI DIANAE CAETERISQ. DIBVS L. ANTON. SABINIANVS CORNEL. LEG. LEG. I. ADI. PESE TEMPLVM VETVST. CONLAPSVM EXCLVDVM CVR. CVM AVRELIANO CON.

Budæ ueteri, ubi Sicambria erat:

COCCEIAE VALERIAE P. TENACIVS GEMELLINVS AVG. EX TESTAMENTO P. TENACI VINDICIS LEG. I. P. CL. D. D. D.

Vaciæ prope Budam, sede Episcopali:

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN. TREBELLIO PELIDIANO EQ. PVB. TR. LEG. II. TRAIAN. FORTIS ET COH. XXXII VOLVNTAR. TRIB. LEG. I. ADI. PROC. AVGVST. PROMAGIST.

Prope Sopronium:

PRO SALVTE IMP. L. SEPTIMII SEVERI ET M. AVRELII ANTON. AVGG. FR. CLARISS. ET IVL. AVG. MATER CAESARIS SVB CVRA FL. MVTIANI S. F. R. M. FIRMIDIVS IVSTVS FR. LEGI. AVX. P. F. OPTIO CONSECRAVIT.

Albæ Iuliæ Transyluanæ:

P. AELIAE IVLIANAE MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI ET Q. R. FLAM. ET IIVIRAE. CL. APVL. ET ADOPTIVAE P. AEL. MATR. CELLI VET. EX PRAEF. ET CIVI CL. ET I. ADIVT. DABES ET PHILETVS.

Monumēta legionis primæ Adiutricis alibi reperta, Tarraconæ Hispaniæ: A

M. AVREL. M. F. PAB. LVCILIO POETO: VIOR. EX SINGVLARIBVS IMP. LEG. I ADIVT. LEG. II. TR. LEG. VII CL. LEG. VII GEMEL. HASTAR. PR. ANNOR. LX STIPENDIOR. XXXX IVLIA IVVENTINA ET HERES MARITO PIENTISSIMO.

Vrbini in Italia:

C. SESTIO C. F. STEL. SABINO TRIB. COH. XIII. VRB. P. P. LEG. I. ADIVTRICIS P. FID. LEG. VIII. AVG. EX TFRCENARIO COH. VIII. VR.

Tergesti in Histria:

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII. FLAM. ET LEG. I. ADIVT. VICT. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVGVSTI GERM. PROVINC. HISPAN. CITER. ASTVRIAE ET CALECIARVM FLAMEN DIVI CLAVDII DEDIT ITEMQ. DEDICAVIT.

B

Legio prima Mœsica. LEGIO prima Mœsica, inclinante Imperio fuit, ab Ammiano Marcellino commemorata lib. 29, cum bellum Sarmaticū describit: Quibus cōcito cursu ruentib. infestius, obuiam legiones motæ sunt duæ, Pannonica & Mœsica, ualida prælijs manus: quæ si conspirasset, abierat proculdubio Victrix: sed dum discretim grassatores adorti festinant, ortis inter se discordijs impediti, de honore certabant & dignitate. quo intellecto Sarmatę sagacissimi, nō expectato certandi signo solēni, Mœsicam primā incessit: dumq; milites arma tardum per tumultū expediunt, interfectis plurimis, fiducia aciem perrupere Pannonicā. Hanc Scotus in Scythico limite describit, & Iouiam cognominat, Nouioduno & Accisso collocans.

Legio prima Macedonica. LEGIO prima Macedonica antiquissima fuit, Romanæ reipub. adhuc in bello Macedonico ante constitutū Imperium usurpata: quæ quando desierit esse, incertum est: meminit Liuius lib. 2 Dec. 5: Consulti patres, cui consulatū populi Rom. non negasset, ab se prouinciā negari superbū rati, sortiri consules iussere. P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obuenit: legiones inde sortiti sunt, prima & tertia in Macedoniā traijcerentur, secunda & quarta in Italia remanerēt. *Legio prima Mesopotamica.* LEGIO prima Mesopotamica recensetur à Dione lib. 55, quam à Seuero Septimio scriptā in Macedonia tradit. An aūt eadem fuerit cum prima Isaurica, & prima Armeniaca, quarū meminit liber Præfecturarū Rom. in limite Orientis, inter decem Pseudocomitatenses, non sanè ausim affirmare. Porrò an eadem cum Parthica prima extiterit, de qua Ammianus lib. 20 scribit, digna quæstione res esset, nisi Armeniā Parthis proximā esse constaret. In qua limitē Orientis subinde Romani restituebant, & legiones ibi perpetuò cōtra Persas alebant: ut cōiectura forsan uana omnino non sit, quæ sub Traiano Mesopotamica fuerat appellata, eandem inclinante Imperio & primā Armenicam & primā Parthicam dictam fuisse. Habet autem

locus

A locus Marcellini sic, cum de excidio Singaræ urbis in Persia tractat: Residui omnes (ait) mandato Saporis uiui comprehensi, ad regiones Persidis ultimas sunt asportati: tuebantur autem hanc ciuitatē legiones duæ, prima Flauia, primaq́ue Parthica, & indigenæ plures cum auxilio equitum illicò ob repentinum inclusorum. Porrò meminit & Syriacæ legionis à Basso conscriptæ Appianus Alexand. libro primo Ciuilium: & Ciliciensis legionis à Pompeio contra Cæsarem dictatorem institutæ, Cæsar quoq; tertio Ciuilis belli, nomen commemorauit. LEGIO prima Martia, non ex illis fuit quas superiori Capite explicauimus & bello Ciuili inter Cæsarem & Pompeium, Augustum Brutumq́ue gesto, interfuisse diximus: sed eodem euentu, quo illę, nomenclaturam & ista consecuta fuit, inclinantis Imperij legio: cuius inscriptio meminit, infra Strigonium in Hungaria à nobis obseruata:

Legio prima Martia.

IVDICIO PRINCIPALI DOMINORVM NOSTRORVM VALENTINIANI VALENTIS ET GRACIANI PRINCIPVM MAXIMORVM DISPOSITIONE ETIAM ILLVSTRIS VIRI VTRIVSQ. MILITIAE MAGISTRI EQVITII COMITIS FOSCANVS PRAEPOSITVS LEGIONIS PRIMAE MARTIORVM VNA CVM MILITIBVS SIBI CREDITIS HVNC BVRGVM CVI NOMEN COMMERTIVM ET CONSTRVXIT ET AD SVMMAM MANVM OPERIS IN DIEBVS XXXXVIII CONSVLATVS DIVI NOSTRI GRATIANI AVGVST. BIS ET FROBI VIRI CLARISS. FECIT PERVENIRE.

LEGIO PRIMA FLAVIA, non una hoc numero fuit, sed quintuplex cognomine autoris, uidelicet prima Flauia Constantiensis, prima Flauia Theodosiana, prima Flauia Constantia Thebæorum, prima Flauia Maximiniana, & prima Flauia Gemina: enumerantur in Codice præfecturarum inter legiones Comitatenses orientis. Idem primam Flauiam Gallicanam Constantiam XVII Pseudocomitatenses occidentis cōmemorat. Et aliam primam Flauiam Metis collocat, ex earundem numero. Constantiacæ insuper mentionem facit Marcellinus libro uigesimono, quū de Aphrica loquitur: Quibus inuentis periculi metu defixis, reuertiq́ue iussis ad sua, Cæsaream ire tendebat, urbem opulentā quondam, & nobilem, cuius item originē in Africæ situ digessimus plenè. Eamq́ue ingressus, cum omnem penè incendijs latè dispersis uidisset exustam, horridasq́ue canicie silices, primam & secundam legiones ad tempus ibi locari disposuit. Et ne quis dubitet locutum isthic fuisse de prima nō qualibet, sed Constantiaca, sequitur postea eodem in textu: Quamobrem cōuersus hinc, uenit ad municipium Sugabarritanū Transcellensi monti accliue: ubi inuentos equites quartæ sagittariorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat, ut contentum se leuiori supplicio monstraret, omnes contrusit ad infimum militiæ gradum usq;, & Constantianorum peditum partē Tigauias uenire iusserat, cum tribunis. hæc ille. Huc pertinet & alter locus eiusdem, qui est libro decimosexto, cum de bello ad Rhenum in Germania gesto à Constantio tractat: Exiliuit itaq; subitò ardens optimatū globus, inter quos decernebant & reges. Et sequente uulgo ante alios agmina nostrorum interrupit, & iter sibi aperiendo adusque primanorum legionem peruenit locatam in medio, quæ confirmatio castra prætoria dictitatur. Hic notandum est, primam Constantiacam, & primam Maximinianam è numero Thebaicarum legionum fuisse, quæ CHRISTVM confessæ, multos martyres dedere, ut in diuorum historijs legitur: quorum apud Treuiros, statiuis scilicet suis, post uictoriam de Alemannis relatam, conditoria uenerantur. Qua de re Lampertus Schafnaburgensis, insignis superiorum seculorum Chronographus, sic scribit in historia

Legio prima Flauia.

B

Thebaicæ legiones Christianæ.

Henrici quarti: Rex (inquit) Aquisgrani profectus, sanctũ Speum confessorẽ, & A brachiũ iusti Simeonis, cuius mentio est in Euangelio, & caput Anastasij monachi & martyris, aliorũq; sanctorũ reliquias ibi accepit, atq; in Hartesburg transtulit. Treuiris quoq; apud S. Paulinũ XIII corpora sanctorũ Thebææ, ut putat̃, legionis reperta sunt, quorũ hæc nomina in tabulis plumbeis conscripta ibidẽ reperta sunt: Palmatus, Tyrsus, Maxẽtius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Soter, Hormisda, Papyrius, Constãs, Iouianus, &c. dumq; ex crypta, ubi sancti pausabant, terra portantur, os quoddam incautè proiectũ sanguinem fudit nõ modicũ, & usq; hodie permanet sanguinolentũ. De passionibus horum, hæc ad nos ab ipsis Treuirensibus scripta prolata sunt. Rictionarius Maximiniani Imperatoris præfectus, legionẽ Thebeam iussu ipsius, circumquaq; persecutus Treuirim, propter quos IIII Non. Octob. est ingressus, & eadem die occidit ibi ducẽ eiusdem legionis Tyrsum, cum omnibus comitatibus suis. Sequenti aũt die Palmatũ, Treuericę ciuitatis consulem & patricium, cum omnibus eiusdem principibus ciuitatis. Tertia aũt die cædem exercuit de plebe sexus utriusq;.

Historia de martyrib. Thebææ legionis.

Legio I. Pacis, Valentinianæ, Noricorũ, etc.

LEGIO prima Pacis, inclinantis Imperij erat, & inter legiones 32 Comitatenses in Cod. præfecturarũ recensetur, quam ab insigni Pacis deę cognominatã arbitror, ut aliam secundam numero. LEGIO prima Valentiniana, & prima Maximiana, à Scoto in limite & sub duce Thebaidos enumerãtur. LEGIO prima cognomento Noricorũ, militũ liburnariorũ, cohortis quintæ partis superioris, eidẽ Codici in Norico describit̃, & in municipio Adiuuense collocat̃, & in Falsiana.

CAP. IX. DE LEGIONIBUS QUAE À SEcundario numero nomenclaturam acceperunt.



HAUD minorẽ partitionẽ secundarius numerus in legionibus Romanis admittit, cùm ex prouinciarũ statiuis, tum ex his cognomẽtis quæ à ducibus sortiebant̃, alia atq; alia secunda legio foret: uidelicet secunda Italica, secunda Africana, secunda Britannica, quæ & Augusta cognominata fuit, secunda Rhœtica, secunda Macedonica, secunda Armeniaca, & secunda Ægyptiaca, quę & Thebaica dicebat̃. Tales fuerũt & penes cognomina ducũ distinctiones. unde legionẽ secundam Pompeianam, legionẽ secundam Iuliam, legionẽ secundam Traianã, & secundam Flauiam, in autoribus historiarũ obseruauimus: de quibus singulis ordine à nobis dicet̃. B

Legio secunda Italica.

LEGIO secunda Italica, quemadmodũ & prima, nõ eadem diuersis seculis extitit. alia quippe bello Punico & Macedonico, Liuio celebratur: alia Tacito, & quam Marcũ Cęsarẽ traduxisse in Noricũ mediterraneũ, subscriptiones Vetustatis contestant̃. Refert & Dion Cassius lib. 55: Septimiũ Cæsarẽ legionẽ secundam in Italia cõscripsisse. Sed placet Liuiana testimonia audire. quale est illud li. 2 Dec. 3, in Punici belli descriptione, cum de clade Cannẽsi loqueret̃: Cæterùm cum ibi, inquit, tribuni militũ quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat, & de legione secũda L. Publius Bibulus, & P. Cornelius Scipio, omniũ consensu ad P. Scipionẽ admodum adolescentẽ, & Appium Claudiũ summa imperij delata est. Idem lib. 3 Dec. 4: Consules in prouinciã profecti sunt: Marcellum Boiorũ ingressum fines, fatigato per diem totũ milite uia faciẽda, castra in tumulo quodã ponentẽ, Corolanus regulus Boiorũ cum magna manu adortus, ad tria millia hominũ occidit: & illustres uiri aliquot in illo tumultuario prælio ceciderũt, inter q̃s præfecti sociũm T. Sẽpronius Gracchus, M. Iunius Syllanus: & tribuni militũ de legiõe 2, A. Ogulinus & P. Claudius. Et rursus li. 5 eiusdẽ Dec. Hæc agenti nũcius uenit à T. Sempronio Longo, nõ sustinere ex-

A traordinarios impetū Gallorū, & cæsos permultos esse: & qui supersint, partim labore, partim metu remisisse ardorē pugnæ: legionē alterā ex duabus si uideretē submitteret, priusquā ignominia acciperet. Secunda legio missa est, & extraordinarij recepti. Idem lib. 1 Dec. 5, cum Histricū bellum describit: M. Ebutius tribunus militū (inquit) secundæ legionis, duos manipulos militū adijcere iussus est. Et iterū ibidem: L. Atius tribunus primus secundæ legionis, nō hortabatur modò milites, sed docebat etiā, si uictores Histri quibus armis cæpissent castra, ijsdē capta retinere in animo haberent, primùm exutū castris hostem ad mare persecuturos fuisse. Et rursus lib. 4 eiusdem Dec. Castris præmunitis C. Sulpitius Gallus tribunus militū secundæ legionis, qui prætor superiori anno fuerat, consulis permissu ad concionē militibus uocatis pronunciauit. Et alio loco ibidem: Impleuit legio, atque aciem hostiū interrupit: à tergo cetratis erat, frontem aduersus clypeatos habebat: Aglaspides appellabantur. secundam legionem L. Albinus consularis ducere aduersus Leucaspidem phalangē iussus. Idem lib. 2 quintæ Dec. apertis uerbis secundæ legionis statiua in Italia describit his uerbis: Sortiri cōsules iusserunt: P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obuenit. Legiones inde sortiti sunt; prima & tertia in Macedoniā traijcerentur, secunda & quarta ut in Italia remanerent. Et iterum, ueteranā hanc docēs legionē extitisse: C. Sicinius prætor (inquit) qui exercitū paratū ad traijciendum haberet, C. Popilio consuli ex autoritate senatus scribit, ut & legionē secundam quæ maximè ueterana à Liguribus erat, & socios Latini nominis quatuor milia peditū, equites ducentos Id. Febr. Brundusij adesse iuberet. Atque hactenus de legione Italica ante constitutū Imperium: quæ uerò posterius scripta fuit siue à Marco Cæsare, siue Septimio Seuero, cognomēto Pia fidelis atque Augusta, duobus in locis statiua habuit: hoc est, Italia, & exinde
B in Norico mediterraneo, ubi hodie Carinthiæ ducatus, & Celeiensis comitatus uisuntur. Subscribunt monumenta, quæ isthic eruūtur, quorū aliquot subnectere placuit. Cæterùm & Scotus inter 32 Comitatenses secundariorū Italicianorū meminisse uidet, post aliquot secula à bello Macedonico, utpote in rep. Archadij & Honorij. Idem secundā Italicā in Norico cōmemorat, & in Laureaco collocat.

In Italia primis statiuis, Brixiæ:

L. CALIARRIANI MEDICO LEG. II. ITAL. QVI VIX. ANN. XLIX. MENS. VII. SCRIBONIA FAVSTINA CONIVGI CARISSIMO.

Carrariæ agri Lucensis:

I. O. M.

PRO SALVTE IMPP. L. SEPTIMII SEVERI ET M. AVRELII ANTONINI AVGG. FR. CLARISS. ET IVL. AVG. MATER CAESAR. SVB CVRA FL. MVTIANI SER. M. FIRMIDIVS SPECLATVS FR. LEG. II. ITAL. P. F. OPTIO CONSECRAVIT: IDEM DEDICAVIT III ID. AP. SEVERO ET VICT. COSS.

Romæ, in templo S. Stephani:

M. IVL. HIERANT. VIX. AN. LXXXII M. IIII. D. XXII PARENT. PIENTISS. FECERVNT M. CORNELIVS T. F. SATVRNINVS T. LEG. II. AVG. ET M. CORNELIVS IVLIANVS FILII PIISSIMI ET IVLIA HIEROPHILA CONIVNX.

In Norico mediterraneo, secundis statiuis.

Ad S. Donatum Carinthiæ: D. M.

VALERIVS PRISCIANVS MIL. LEG. II. ITAL. P. F. VL. FEC. SIBI ET VALERIAE SVRILLAE CONI PIENT.

Celeiæ Styriæ: D. M.

SECCIVN. SECVNDIN. VET. LEG. II. ITAL. PETEIVLA SEVERIA CONI.

CONI EIVS SIBI ET SECCIAE SECVNDINAE FIL. ET MARIIS MAXIMO ET SECVNDO NEPOTIBVS SVIS VIVI FECERVNT. A

Legio secunda Britannica Augusta.

LEGIO SECVNDA BRITANNICA item Augusta cognominata, multis tẽporibus præsidium in Britannia agitabat, educta posterius à Nerone in Bructeros & Frisios: quibus debellatis, in Batauis collocata fuit: unde eam cum reliquis legionibus limitis Gallicani, Vitellius Cæsar contra Othonem eduxit. Atq; adeò habuisse etiamnum statiua ibidem, & sub Traiano, & M. Aurelio Antonino, ex Dionis Cassij lib. 55, & itinerario Antonini apparet, cũ is iter à Muridono Viriconium supputaret. Meminit & Ptolemæus lib. 2 Geographiæ, cap. 3, tabula 1 Europæ: ubi legionem secundam Augustam post Tomorem & Iscam proximè insulis Orcadibus collocat, ubi hodie est Leskert Angliæ. Huc pertinent quæ Tacitus scribit lib. 1 hist. Augustæ, ubi nauibus uectã ex Britannia in Germaniã tradit: At Germanicus (inquit) legionum quas nauibus uexerat, secundam & quartamdecimam itinere pedestri P. Vitellio ducendas tradit, quo leuior classis uadoso mari iuuaret. Idem lib. 14: Et miles, inquit, qui ne mulierum quidem neci temperabat, confixaq; telis etiam iumenta corporũ cumulum auxerant. Clara & antiquis uictorijs par ea die laus parta. quippe sunt qui paulò minus quàm octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringẽtis fermè interfectis, nec multo amplius uulneratis. Bondicea uitã ueneno finiuit. Et Pœnius Posthumus præfectus castrorum secundæ legionis, cognitis quartadecumanorũ uicesimanorumq; prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudauerat, abnueratq; contra ritũ militiæ iussa ducis, seipsum gladio transegit. Idem lib. 19 tractans de intestinis in Belgica bellis, Vitellio & Vespasiano imperantibus: Nec Galliæ cunctabantur, & Britanniæ inclytus erga Vespasianũ fauor: quod illic secundæ legioni à Claudio præpositus, & bello clarus egerat. Et rursus: Quanquã alij tradiderint, Macedonicã dextro suorum cornu, quintam & quintamdecimam cum uexillo nonæ secundæq; & uicesimæ Britannicarum legionũ. Idem lib. 21: Proprios inde stimulos legionibus admouebat, domitores Britanniæ quartadecumanos appellans, principem Galbam sextæ legionis autoritate factum. Illa primùm die secundanos noua signa nouamq; Aquilam dicaturos. Porrò mansisse hãc legionem usq; ad seculum infelix Archadij & Honorij, decrescente iam Imperio, & quidem eodem in limite Britanniæ, docet Scotus in Codice præfecturarum, qui sub dispositione uiri Spectabilis comitis littoris Saxonici per Britanniam decem alias manus militares enumerat, legionẽ secundam Augustam in portu Rutupis. Sed placet monumenta ea de re subnectere: quanquam & lateres infiniti Viennæ reperti sint, quorum aliquot apud me memoriæ ergò adseruantur, cum hac inscriptione: LEG. II. BF: hoc est, Legio secunda Britannica Flauia. B

Vaciæ, prope Budam Hungariæ:

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVAEST. VRBAN. TRIB. PLEBIS PRAETORI CVRATORI VIAE LATINAE LEG. X. FRETENS. LEG. AVG. PR. PROV. DACIAE COL. VLP. TRAIAN. SARMAT.

Prope Strigonium Hungariæ:

L. ANNIO FABIANO TRIVMVIRO CAPITALIVM TRIB. LEG. II. AVG. LEG. LEG. X. FRETENS. LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMAR. VLPIANAR. TRAIANAR. SARMATICAR. QVAESTORI TVRBANTIVM TRIB. PLEB.

Vueyssenkirchij Styriæ:

AVRELIO CANDIO MIL. LEG. II. AVG. AN. XX.

LEGIO

A LEGIO SECVNDA AFRICANA, Africæ præsidio ad fretum Gaditanum à Pompeio Magno, quod is contra Iulium Cæsarem dictatorem susceperat, collocata fuit, siue ea fuerit siue alia, ad tempora usq; Valentiniani primi, in Africa superat, hoc nomine & numero. Meminit Cæsar lib.4 belli Ciuilis: Interim L. Titius, qui eo tempore tribunus militum legionis uernaculę fuerat, nunciat fama legionem trigesimam, quam Q. Cassius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim castra haberet, seditione facta, centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli nõ patiebantur, discessisse, & ad secundam legionem cõtendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Et iterum lib.5: Quò postq; Cæsar peruenit, & animaduertit aciem pro uallo Scipionis castris, elephantisq; dextro sinistroq; cornu collocatis: & nihilominus partem militum castra non ignauiter munire, ipse acie triplici collocata, legione decima secundaq; dextro cornu, octaua & nona sinistro oppositis quinq; legionibus. hæc ille. Quod uerò hoc numero nomineq; legio adhuc fuerit in Aphrica, Valentiniano primo imperante, facilè ex hoc loco Marcellini qui est libro 29 elucescit: Quibus imminentis, inquit, periculi metu defixis, reuertiq; iussis ad sua, Cęsaream ire tendebat, urbem opulentam quondam & nobilem, cuius item originem in Africæ situ digessimus plenè: eamq; ingressus, cum omnẽ penè incendijs latè dispersis uidisset exustam, horridaq; canicie silices, primam & secundam legiones ad tempus ibi locari disposuit: ut fauillarum egerentes aceruos, agitarent ibi pręsidium, ne repetito Barbarorum impetu uastaretur.

Legio secunda Africana.

LEGIO SECVNDA AEGYPTIACA à Scoto in codice præfecturarũ Rom. inter octo Comitatenses orientis enumeratur, adiecto cognomẽto Valentis Fœlix. Hanc porrò Traianũ Cæsarem ibi collocasse, Dion autor est libro 55. ad quas inscriptiones Vetustatis illæ alludere uidentur.

Legio secunda Aegyptiaca.

B Torcelli, fori Iulij:

CHAERONTI AVG. N. DISP.
RAT. COP. EX PED. FEL. II
ET III. GERM.

Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. VEL BASSO P. P.
P. C. PR. I. D. AVX. LEG. IIII FL.
FEL. ET LEG. II. TRAIAN.

LEGIO SECVNDA PARTHICA, quę & Armeniaca, quod in Armenia assiduè contra Parthos, qui & Persæ, excubaret: cuius extat mentio apud Æliũ Spartianum in historia Caracallæ. Deinde, inquit, cum iterũ uellet bellum Parthis inferre, atq; hybernare Edessæ, atq; inde Carras Luni dei gratia uenisset, die natalis sui VIII Id. Aprilis, ipsis Megalensibus, cum ad requisita naturæ discessisset, insidijs à Macrino præfecto prætorio positis, qui post eum inuasit imperiũ, interemptus est. Conscij cędis fuerũt, Nemesianus, & frater eius Apollinaris, Retianusq;, qui præfectus legionis secundæ Parthicę militabat, & qui equitibus extraordinarijs præerat. Meminit præterea huius legionis sub Valentiniano primo Ammianus, inclinantis Imperij autor, lib.29. nam agens de Nisibi in Persia: Munimẽtum (inquit) impendiò ualidũ, in colle mediocriter edito positum, uergensq; in margines Tigridis, atq; ubi loca suspecta sunt & humilia, duplici muro uallatũ, ad cuius tutelam tres legiones sunt deputatæ: secunda Flauia, secundaq; Armeniaca, & Parthica itidem secũda, cum sagittarijs pluribus Zabdicenis. Recenset deniq; & liber Præfecturarũ, inter decem Pseudocomitatenses orientis, legionẽ secundam Parthicã: ut appareat hanc legionẽ multis seculis integram, & limitem orientis à Persis fuisse tutatã. LEGIO SECVNDA MACEDONICA, antiquissima fuit, Liuio adhuc ante constitutum Imperium cognita, quam fortasse eandem extitisse cum Italica superius enumerata arbitrandum est. De qua Liuius sic scribit libro quinto Decadis quintæ: Macedonicus exercitus Imperatori erat negligenter adfuturus comitijs ferendæ legis; sed Cos. Seruius Sulpitius Galba, qui tribunus

Legio secunda Parthica.

Legio secunda Macedonica.

militum

militum secundæ legionis in Macedonia fuerat, priuatim Imperatori inimicus, prensando ipse & per suæ legionis milites solicitando stimulauerat. Et iterum libro quarto eiusdem: In dextrum cornu, unde circa fluuium cōmissum prælium erat, elephantes inducti, & ala sociorum: & hinc primùm fuga Macedonum est orta. nam sicut pleraq; noua commenta mortalium, in uerbis uim habent explendo, cum agi non quemadmodum agantur, edisseri oportet, sine ullo effectu euanescunt: ita tum elephanti in acie, nomen tantum sine usu fuerunt. Elephantorū imperium subsecuti sunt socij nominis Latini, pepuleruntq; læuum cornu, in medio secunda legio immissa dissipauit phalangem. LEGIO SECVNDA RHOETICA, à constituto Imperio usq; ad bellum Ciuile quod inter Vitellium & Vespasianum gestum erat, in Coctianis alpibus & altiori Rhœtia statiua habuit: ad quam scilicet alludit Cornelius Tacitus libro uigesimo historiæ Augustæ, cum Vitellij ac Vespasiani pro imperio conflictum describit: Legiones uictrices sexta & decimaoctaua, Vitellianarum una & uicesima, è recens conscriptis secunda, Pœninis Coctianisq; alpibus, pars monte Graio traducunt. LEGIO SECVNDA POMPEIANA, commemoratur à Cæsare libro sexto Coment. Ciuilis belli: Eo die Aulus Valgius (inquit) senatoris filius, cuius frater in castris Pompeij fuisset, omnibus suis rebus relictis, equum conscendit & fugit. Speculator de legione secunda Pompeiana captus à militibus, interfectus est. LEGIO SECVNDA TRAIANA, siue adiutrix, aut auxiliaria, commemoratur in itinerario Antonini inter Salinas ueteres & Aquincum. cuius etiam Spartianus uidetur in historia Hadriani meminisse his uerbis: Quare à Traiano abductus à patria, & pro filio habitus, nec multo pòst deceuir litibus iudicandis datus, atq; inde tribunus secundæ adiutricis legionis creatus, post hoc in inferiorem Mœsiam translatus, extremis iam Domitiani temporibus. hæc ille. Porrò nec illis ualde reluctor, qui secundam Traianam, & secundam adiutricem diuersas extitisse contendunt, quod & monumentum Labaci in Carniola repertū adstruere uidetur. Hic uenit mihi in mentem Codicis noticiarum, qui rempublicam decrescentem sub Archadio & Honorio depingit, & apertè legionem secundam adiutricem post multa secula in Pannonijs describit, eorumq; in municipijs collocare uidetur, Florentia, Acinco, Cirpo, & Castello contra Tautantum. Sed placet Vetustatis exemplorum testimonia audire. Idem secundam legionem Traianam in limite Thebaidos, & sub dispositione ducis illius recenset.

Legio secunda Rhœtica. *Legio secunda Pompeiana.* *Legio secunda Traiana.*

MONVMENTA VETVSTATIS.

De legione secunda Traiana, Labaci in Carniola:

M. TITIO M. F. CL. TI. BARBIO TITIANO DECVRIONI AEMONAE LEG. II. ADIVTRIC. ITEM LEG. X. FRETENS. HASTATO IN COH. LEG. II. TRAIAN. EXCORNICVLAR. PR. PR. LARCIA VERA FILIO PIISSIMO L. D. D. D.

Auximi:

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN. TREBELLIO PELIDIANO EQ. PVB. TRIB. LEG. II. TRAIAN. FORTIS TRIB. COHORTIS XXXII. VOLVNTAR. TRIB. LEG. VI VICTRICIS.

De legione secunda Adiutrice.

Per Pannoniam in Hungaria, Budæ ueteri:	Italia, Brixiæ:
Q. VATINIO ADIVTORI QVONDAM	P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE Q. FLA-

A DAM CENTVRIONI LEG. II. ADIV. H. M. V. AE. LI. DIODOTVS C. V. HAERES PIVS FECIT.

Ibidem:

L. P. VALERIO HELIODORO TI. LE. II. ADIVTRICIS L. P. VALERIVS CHILO FILIVS EIVS.

Ibidem:

DEO INVICT. CORNEL. AB ASCANT. LIB. CORN. PAVLI P. P. LEG. II. AD.

Ibidem:

L. VALERIVS L. ANI. CRESCENS VER. MIL. LEG. II. ADI. PE. COMINI PAVLIN. AN. XXXX. STIPENDIOR. XVIII. T. F. H. F. C. H. S. E.

Q. FLAMINI DIVI TRAIANI PONTIF. IIVIR. QVINQ. TRIB. LEG. II. ADIVTRIC. PIAE FID. CVRATOR. REIP. BERGOM. DATVS AB IMP. TRAIANO.

Vrbini:

C. CESTIO C. F. STIEL. SABINO TRIB. COH. XIII. VRB. P. P. LEG. I. ADIVTRICIS P. F. LEG. VIII. AVG. EX TERCENARIO COH. VIII. PR. COH. VIII. VRB. LEG. II. ADIVTRIC. PIAE FID. ET LEG. VI. CLAVDIAE P. F. DONIS DONAT. AB IMP. ANTONINO AVG. HASTA PVRA.

Tarracone Hispaniæ:

C. IVLIO REBVRRO MIL. LEG. VII. G. F. D. SECISAMA BRASACA A. LEG. II. ADI. XXIIII. LICINIVS RVFFVS MIL. LEGIONIS EIVSDEM.

LEGIO secunda cognomine Flauia triplex urgente Imperio fuit, duæ in oriente prima Flauia Theodosiana, & prima Flauia Constantia Thebæorum: tertia in occidente fuit, & inter 32 Comitatenses Mariano recensetur ab insigni deæ legio Pacis Flauia nominata. Priorum quidem statiua Marcellinus ad Tigridem B in Armenia describit lib. 20. & unà cum secunda Armeniaca & Parthica recenset: quem locum superius in secundæ Parthicæ explicatione adduximus. Adludunt ad hanc passim monumenta Antiquitatis: è quibus unum ex Mulenbacho Transyluaniæ sumptum, fidei ergò subijciam: *Legio secunda Flauia triplex.*

HERCVLI CONSERVATORI GEMIN. AELIANVS BF. LEG.

LEGIO secunda Iulia, an à Iulio Cæsare dictatore, aut potius (ut credo) Iuliano apostata Cæsare cognominata fuerit, incertum: cuius liber Noticiarũ occidentis meminit in Illyrico occidentali, per Norici tractum, & eam idcirco Alpinam cognominat: de qua inscriptionẽ hactenus nullam reperire potui. *Legio secunda Iulia.* LEGIO secunda Valentiniana, à Scoto in limite Thebaidos collocat̃, Arcadio & Honorio Imperatoribus. LEGIO secunda felix Valentis, inter legiones Thebaicas orientis Scoto cõmemoratur. *Legio secunda felix.* LEGIO secunda Herculea, à Scoto in limite Scythico citatur, Trosmis & Axiupoli.

CAP. X. DE LEGIONIBUS ROMANIS iuxta ternarium numerum.



ERTIA legio, uti & prima ac secũda, multiplex hoc numero per prouincias excubabat: simul alia atq; alia nomina cùm ab autoribus, tum à prouincijs appellationes sortita fuit. Et quoad prouincias quidem, in quibus præsidium agitabãt, tertia Italica fuit: tertia Alpina, siue Norica, quę & Gallica: tertia Hispanica: tertia Africana, quæ & Cyrenaica, ac Numidica, itemq; Augusta dicta fuit: tertia Syriaca: tertia Mœsica: tertia Mesopotamica: tertia Phœnicia, quæ & tergemina: tertia Arabica, tertia Herculea, tertia adiutrix, & tertia Thebaica Diocletioniana. De quibus ordine à nobis ex fide historica dicetur, sumpto ab Italica, *Discrimina omnia legionis tertiæ.*

ut antea fecimus, à TERTIA ITALICA initio, quæ ante constitutũ Imperiũ Liuio etiam in bello Punico secundo, & Macedonico Istricoq́ bello memorat. Scribit enim lib. 2. Dec. 3. in Punici secundi belli tractatione, cum Minutio magistro equitũ æquatum cum Fabio Max. dictatore imperiũ refert: Ita obtinuit, ut legiones, sicut cõsulibus mos esset, inter se diuiderẽt, prima & quarta Minutio, secũda & tertia Fabio euenerũt. Et iterum lib. 3. eiusdem belli: Iamq́ inter uallũ Peligni pugnabãt, cum altera parte, Valerio Flacco tribuno militũ tertiæ legionis exprobrante Romanis ignauiã, qui socijs captorũ castrorũ cõcederent decus. Et iterũ: Et inde deiectis hostiũ castris, Beneuentũ reditũ est, prædamq́ ibi ambo cõsules (nam & Appius Claudius eò post aliquot dies uenit) uendiderũt, diuiserũtq́: & donati, quorũ opera hostiũ castra capta erãt, ante alios Vibius Pelignus, & T. Pedanius princeps tertiæ legionis. Idem lib. 7. eiusdem Dec. tertiæ: Quos ubi effusos cõsul uidit, tribuno militũ tertię legionis Caio Arunculeio imperat, ut equites legionis tertiæ, quanto maximè impetu posset, in hostẽ emittat. Idẽ lib. 10, 4 Decad. Ad dextrã principalẽ hastatos legionis primæ instruxit, principes ex eadẽ legione in subsidijs posuit. M. Seruilius & L. Sulpitius, tribuni militũ his prępositi, tertia legio aduersus principalẽ sinistrã portã instructa est. Et iterũ: Sẽpronius in Celtiberiã legiones duxit, Coss. ambo in Ligures exercitus duxerũt diuersis partibus. Posthumius prima & tertia legione Balistã Suismontiũq́ montes obsedit. Præterea cũ Histricũ bellũ describit lib. 1. Dec. 5, multis hãc legionẽ laudib. ob fidam nauatã operã accumulat his uerbis: Tum demũ nuncius, inquit, ad tertiam legionẽ reuocandã, & Gallorũ præsidiũ simul ex omnib. locis ad castra recipienda, demendamq́ ignominiã redire cœptũ est: tribuni militũ tertiæ legionis, pabulũ lignaq́ proijcere iubẽt: cẽturionib. imperãt, ut grauiores ætate milites binos in ea iumẽta, ex quib. onera deiecta erãt, imponãt. Et iterũ hanc in Galliã fuisse legionẽ traductã, tradit: Q. Petilius Cos. ait, qui extẽplò magistratũ occiperet, creauit M. Valeriũ Leuinũ. is iamdiu cupidus prouinciæ, cũ opportunæ cupiditati eius literæ allatę essent, Ligures rebellasse, nonis Sextilib. paludatus literis auditis, tumultus eius causa, legionẽ tertiã ad C. Claudiũ procõsulem in Galliã proficisci iussit. Ex quib. uerbis apparet, legionẽ tertiã Italicã in Galliã traductã ante adhuc cõstitutũ imperiũ fuisse. Et quia Rhœtiæ Galliæ adnumerabantur, ex formula distinctionis ueteris, haud mirũ si tot per tractus Rhœtiarũ eius legionis exempla extent, quorum rhapsodias subijciemus. Cõmemoratur deniq́ (q̃d silentio pretereundũ nõ est) legio tertia Italica autori cod. Notitiarũ, qui rempub. inclinantẽ cõtinet, in Rhœtijs. Siquidẽ præfectos quosdã recensens legionis tertiæ Italicæ, præfectũ in Reginis castris, Ripa alta, Submũtorio, Cassiliaco, & usq́ Vimaniã Campidunãq́ collocat. Præterea aliũ præfectũ legionis eiusdẽ transuectioni specierũ deputatæ, Teriolis cõmemorat: q̃d ostẽdit, hãc legionẽ usq́ ad seculũ declinãtis reip. mãsisse.

Augustæ Vindelicũm in tractu Rhœtiæ primæ, in muro diui Vdalrici:

CVRIONI AL. III. L. ET COS. ET FL. DECORATO. LEG. III. ITAL. VS. L. L. M.

In cœnobio S. Stephani nobilium fœminarum:

C. MANAGNIO IVSTO T. LEG. III. ITALIC. MANAGNIA. FABRIANA. FILIA ET HERES FACIVNDVM CVRAVIT INSTANTE MANAGNIO NICIATE LIBERTO EX H. N. XVI.

Ad Danubium, prope Laulingam Sueuiæ:

APOLLINI CRANNO M. VLPIVS SECVNDVS TRIB. LEG. III. ITALI. CVM SIGNO ARGENTEO V. S. L. L. M.

D. M.
PRENCIVS A. V. E. III. LEG. CIVES BRIVINES, VIXIT ANNIS LXX. MONVMENTVM FECIT.

In

A In ædibus D. Chunradi Peutingeri:

IVL. VICTOR SPOLIATORI QVONDAM VESTIAR. TESTAMENTO EIVS IVLIVS CLEMENS AQVILIFER. LEG. III. ITAL. FRATER EIVS F. C. D. D.

Ibidem:

MERCVRIO, CVIVS SEDES A' TERGO SVNT. APIVS CL. LATERANVS XV. VIR. SACR. FAC. COS. DESIGN. LEG. AVG. PR. PR. LEG. III. ITAL. V. S. L. M.

In monasterio Prædicatorum:

D. M.

IVLIO AMANDO, MIL. LEG. III. ITAL. LIBRARI. COS. VIXIT ANNIS XXX. IVLIA PATERNA MATER FECIT SIBI ET FILIO PIENTISSIMA VIVA EX PECVNIA SVA FECIT.

Tridenti, in Alpibus Rhœtiarum:

C. VALERIO C. F. PAP. MARIANO HONORES OMNES ADEPTO TRIDENT. FLAMINI ROM. ET AVG. PRAEF. QVINQ. AVGVR. ADLECTO ANNON. LEG. III. ITALIC. SODALI SACROR. TVSCVLANOR. IVDICI SELECTO DECVR. TRIB. DECVR. BRIXIAE CVRATORI REIP. MANT. EQVO PVBLICO PRAEF. FABR. PATRONO COLON.

LEGIO tertia classiaria itidem ante constitutum Imperium Romanæ reipub. usurpata erat, de qua Liuius lib. 2 Decad. 3. secundi Punici belli: Placatis satis, ut rebantur, dijs, M. Claudius Marcellus ab Hostia mille & quingētos milites, quos in classem scriptos habebat, Romã ut urbi præsidio essent, mittit. ipse legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militũ Theano Sidicino præmissa classe, tradita P. Furio collegæ. LEGIO tertia Gallica à Cæsare Iulio Dictatore inter cæteras Alpinas scripta fuit, cuius in subiuganda Gallia opera enituit: de qua Cæsar B in Cõmen. belli Ciuilis lib. tertio sic scribit: Erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ à Cæsare initio dissensionis, ex Senatusconsulto, quarum una prima, altera tertia appellabatur. Ex quibus uerbis liquet, tertiam à Cæsare Pompeio cõcessam. Vt uerisimile sit, hanc iterum ex Gallijs eductam fuisse: fortè posterius, confecto bello Ciuili, & Pompeio interfecto, cum Cæsar Iulius Noricos & Pannonios adgredi statueret, in Noricas alpes uenisse, ubi illius itinerarium Antonini meminisse uidetur. An autem eadem fuerit legio tertia Felix, cuius Antonini itinerarium & Vopiscus in Aureliano & Probo meminit, tertia tergemina, & tertia adiutrix, non equidem ausim affirmare. Dion Cassius sanè lib. 55 (quem sub Traiano scripsisse constat) tertiam tergeminam in limitibus ueteris Galliæ collocare uidetur. Fit & tertiæ Augustæ legionis mentio in monumentis cùm Norici Ripensis, tum Vindelicæ. Sed placet loca Fla. Vopisci, inclinantis Imperij autoris, super hac re recensere, qui in textu epistolæ Valeriani Augusti ad Aurelianum, ad hanc legionem ita alludit: Suscipe bellum à parte Nicopolis, inquit, ne nobis ægritudo Criniti obsit: Fac quicquid potes. Multa non dico: in tua erit potestate militiæ magisterium. Habes sagittarios Ityræos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Sarracenos ducentos, Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionẽ tertiam felicem, & equites cataphractarios octingentos. Et rursus in Probo, epistolã eiusdem Valeriani ad Probum inserit, cum illo elogio, ubi illi militiæ magisterium aduersus Sueuos cõmittit: Res, inquit, gestæ tuæ, Probe charissime, faciunt, ut & serius tibi tradere maiores exercitus uidear, & citò tamen tradam: recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli nisi prouecto iam credidi: mihi autẽ eo tempore credita est, quo & me canosum, qui credebat, cum gratulatione uidit. Hæc ille. Sic nimirum Antonini itinerarium, legionem tertiam felicem ad Laureacũ inter Norici ripensis

Legio tertia classiaria.

Legio tertia Gallica.

Legio tertia tergemina.

Legio tertia felix.

municipia & colonias enumerat. Meminit & codex Præfecturarū in Illyrici occidentalis descriptione tertiæ Herculeæ, de qua subinde Marcellinus etiā loquitur, quotiescunq; Iouiorū mentionē facit: ut eandem fortè extitisse cum Felice & Augusta, uerisimile sit, & in Norico ripensi, ubi hodie est magna pars Austriæ, multis seculis locatam fuisse. Et dum hæc scriberē, in ædibus proximis domui meæ, dum cellariū suffodit, lateres reperti sunt cum inscriptione legionis illius. Atq; ut semel finiam, eandem fuisse legionē tertiā Felicē, Augustamq;, & Gallicā, ex carmine Claudiani in bello Getico animaduerti potest. Nā cū referret legionē hanc cōtra Sueuos Rhœtijs, & Gothos Pānonijs imminētes à Rheni limite abductā fuisse, ubi aduersus Sicābros & Scotos Pictosq; Galliā tuebant, sic canit nominatim: A

Accurrit uicina manus, quam Rhœtia nuper
Vindelicis auctam spolijs, defensa probauit.
Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroq; notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.
Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris,
Quæq; domant Scinthos, immansuetosq; Cheruscos,
Huc omnes uertere minas, tutumq; remotis
Excubijs Rhenum, solo terrore relinquunt.
Ullá ne posteritas credet? Germania quondam
Illa ferox populis, quæ uix instantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri:
Iam sese placidam præbet Stiliconis habenis,
Ut nec præsidijs nudato limite tentet
Expositum calcare solum: nec transeat amnem, B
Incustoditam metuens attingere ripam.
Celsior ô cunctis, uniq; æquande Camillo.
Vestris namq; armis, Alarici fracta quieuit,
Ac Brenni rabies.— Et iterum alio loco:
Neruius insequitur, meritusq; uocabula Felix,
Dictaq; ab Augusto legio.—

Sed iam tempus est, ut Vetustatis exempla in illius reperta statiuis subijciam:

In primis statiuis Galliæ, Moguntiaci:

C. VALERIVS CI. CLAVDES-SA. VA. MIL. LEG. III. ADIV. AN. XXV. STIP. VIII. H. S. E. D. M. V.

Inter Vvormaciam & Spyram:

C. OPPIO C. F. VELINO BAS-SO P. C. PR. AVXIMO LEG. III FEL. EVOC. AVG. AB ACTIS FORI.

Torcelli Forijulij:

CHAERONTI AVG. N. DISP. RAT. COP. EXPED. FEL. II. ET III. GERM.

In secundis statiuis Norici, Lambachi Austriæ cœnobio:

P. AEL. FLA. DEC. ET IIVIR ET FLAM. AEL. CECIENSIVM ITEM DEC. ET II-VIR. ET PONTIFICIS COLONIA AVRELIA ANTONINIANA OVIL. TRIB. LEG. III. AVG. ET AELIAE PVB. FILIAE FLAVINAE FILIAE EIVSDEM. & quæ sequuntur.

Pataviæ Episcopali in limitibus Austriæ & Bauariæ:

SECCIVS SECVNDINVS VET. LEG. III. ALP. F. EIVLA SEVERIO CONI EIVS SIBI ET SECCIO SECVNDINO FIL. ET MARIOMAXIMO ET SECVNDAE NE-POT. SVIS VIVI FECERVNT ⊖ ANNO XXV.

A LEGIO tertia Hispanica, quæ & Gemina atque Augusta, recitatur à Cæsare lib. primo Ciuilis belli, cum Afranij, Cæsaris in Hispania ducis, aciem describit: Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere, prior prælio nō lacessere acies. Erat Afraniana duplex legio, quinta & tertia in subsidijs locū alariæ cohortis obtinebat. Et iterū lib. 6, cum de pugna ad Mundam loquitur: Ita se efferentes iniquo loco sui potestatem faciebant, ut magno tamen periculo accessus eorū haberent. Hic decumani suum locum, cornu dextrum, tenebant: sinistrum tertia & quinta legio, itemque cætera auxilia. Ad hanc alludit Tacitus quoque lib. 20. historiæ Augustæ: Vitellianarū, inquit, una & uicesima è recens conscriptis, secunda Pœninis Coctianisque alpibus, & monte Graio traducuntur, XIIII legio è Britannia, tertia ac prima ex Hispania accitæ. Et iterū: Tutor, ait, cunctatione crescere rem Romanam affirmabat, coeuntibus undique exercitibus, transuectam è Britannia legionem, accitas ex Hispania, aduentare ex Italia, nec subitū militem, sed ueterem expertemque belli. Quibus liquet, hanc sub Vitellio ex Hispanijs fuisse legionē abductam: quam Geminam pariter cognominatam, monumentorū inscriptiones quæ apud Hispanos sunt eruta, contestantur: *Legio tertia Hispanica, Gemina.*

Q. ATRIO CLONIO LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIARVM THRACIAE, SYRIAE MAIORIS, HISPANIAE CITERIORIS, CLAVDIVS IVSTVS LEG. III. GEMINAE P. F. SEVERIANAE ALEXANDRINAE, PRAESIDI ABSTINENTISSIMO.

L. CRAVIO ROMANO VIBIO T.ROM. SECVNDO TRIB. LEG. III. AVG. FLAMINI PROVINC. HISP. CITR. L. AEMILIVS SATVRNINVS.

Denique meruisse hanc quoque in Germania inferiori & Belgis legionē, declarat B inscriptio quæ in Hispanijs est eruta in hæc uerba: *Legio tertia Augusta prætoria, peregrina.*

L. DOMITIO GALLICANO PAPINIANO C. V. LEG. III. AVG. PR. PR. PROVINCIAE GERMANIAE INFERIORIS LEG. AVG. PR. PR. DALMATIAE COS. DEVOTISSIMO ET INNOCENTISSIMO AVRELIVS IVLIENVS PATRONO INCOMPARABILI.

LEGIO III AFRICANA, quæ & ipsa Augusta denominata reperitur: quam eandem cum Hispanica extitisse arbitror, utpote ex Hispania ut prouincia proxima in Africam translatam atque transuectam. hanc Cyrenaicam & Numidicam Dion lib. 55. appellat. ad quam Cor. Tacitus alludere uidetur libro tertio, ubi legionis è Pannonijs in Hispaniam, & inde in Africam transuectæ mentionem facit, ita scribens: Piso Dalmatico mari transmisso, relictisque apud Anconam nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam uiam assequitur legionem, quæ è Pannonia in urbem, deinde præsidio Africæ ducebatur. Et iterum: Furius Camillus proconsul Africæ legionem, & quod sub signis sociorum in unum conductos ad hostem duxit, modicam manum, si multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares. Et sic intelligitur inscriptio Vetustatis quæ Neapoli extat, in sacello apud Thomasium: *Legio tertia Africana.*

L. BONIVS L. F. N. FAL. CELER. IIVIR. Q. AVGVR. PRAEF. FABR. TRIB. MIL. LEG. III. CYR. PROCVR. LVDI FAMIL. GLAD. CAESARIS ALEXANDR. AD AEGYPTVM ADLECTVS INTER SELECTOS AB IMPERATORE CAESARE AVG. SIBI ET SEXTIAE L. F. NERVLIAE VXORI OPTIMAE CVM QVA A PVERITIA SINE OFFENSA VIXIT ANNIS XXXI.

LEGIA TERTIA SYRIACA, quæ & ipsa Augusta cognominata reperitur, *Legio tertia Syriaca.*

quæ licet bello intestino inter Vitellium & Vespasianũ gesto, educta ex Asia, interfuerit: fuit tamẽ finito eo bello, hybernis iterũ suis restituta. Hinc est illud Suetonij in Vespasiano: Propositis itaq; nominibus legatorũ consulariũ, quot ubiq; tunc erant, cum cæteros aliũ alia de causa improbarent: quidam è legione tertia, quæ sub exitũ Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat. Alludit ad hoc & Tacitus libro 19. hist. Augustæ, cum iam prælium inter Vitellianos & Vespasiani partẽ gestum recenseret: Tertianos, inquit, ueterũ recentiumq; admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, & nuper Sarmatas pepulissent. Et iterum lib. 20. restitutam in Syriam hybernis tertiam docens, uicto atq; occiso Vitellio: dimissa in hyberna septima legione, cuius flagrantissimus in Antonium amor, & tertia legio familiaris Arrio Varo in Syriam remissa. Itaq; in Syria legionis tertiæ idem autor meminit lib. 15. At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortissimo quoq; auxilio & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebantur, in Syriam translatis: sextam inde ac tertiam legiones, integrum militẽ, & crebris ac prosperis laboribus exercitũ, in Armeniam ducit. Et iterum transmissam è Syria in Mœsiam scribens: Mutiani, inquit, animus, nec Vespasiano alienus, & in Titũ pronior, præfectus Ægypti Alexander consilia sociauerat: tertiã legionẽ, quòd è Syria in Mœsiam transisset, suam numerabat. Atq; hanc ex legionibus illis extitisse existimo, quarũ inclinantis Imperij autores subinde meminere, ut Spartianus in historia Septimij Seueri: Interim Romæ ingens trepidatio militum, ciuiũq;, quòd armatus contra eos Seuerus ueniret, qui se hostes iudicassent. his accessit, quòd cõperit Pescenninũ Nigrum à Syriacis legionibus imperatorẽ appellatũ. Huc pertinet illud Vulcatij in Cassio: Extat de hoc, inquit, epistola diui Marci ad præfectũ suũ talis: Auidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria & Daphnidis morib. agentes, quas totas excaldantes se reperisse, Cæsonius Vectilianus scripsit. Et subdit postea, exemplũ epistolæ pręfecti ad Marcũ Imp. inserens: Rectè consuluisti mi domine, quòd Cassium præfecisti legionibus Syriacis. Nihil enim tam expedit, q̃ homo seuerior Græcanicis militibus. Huc alludit & Fla. Vopiscus in historia tyrãnorũ, quũ de Zenobia & Palmyrenis loquit̃: Credimus enim paucos tam multorũ supplicijs esse correctos: templũ sanè Solis q̃d apud Palmyrã aquilifer legionis tertiæ cum uexilliferis & draconario, cornicinibus atq; tibicinibus diripuerant. Et sic intelligenda est inscriptio Antiquitatis, quæ Bergomi in Italia est eruta:

C. CORNELIO C. F. VOT. MINITIANO PRAEF. COH. I.
DAMASC. TRIB. MIL. LEG. III. AVGVST. PRAEF. FABR.
CVRATORI REIPVB. OTESIMORVM IIIIVIRO I. D.
PONTIF. FLAMINI DIVI CLAVDII.

Legio tertia Mœsica. LEGIO tertia Mœsica, à Nerone ex Syria in Mœsiam traducta fuerat, & in hoc cum Syriaca eadem extitit: de qua & superiora Taciti loca memorant, & illud eiusdem: Accelerata interim Vespasiani cœpta, Illyrici exercitus studio transgressa in partes tertia legio, exemplum cæteris Mœsiæ legionibus præbuit. Et iterum: Præfectus Ægypti Alexander consilia sociauerat: tertiam legionẽ, quòd de Syria in Mœsiam transisset, suam numerabat. *Isaurica.* LEGIO tertia Isaurica in codice Præfecturarũ sub dispositione uiri Spectabilis Comitis militaris per Isauriam recensetur. *Phœnicia.* LEGIO tertia Phœnicia, cognomento Tergemina à Dione Cassio lib. 55. recitatur, sic denominata, quòd ter ex incompletis legionibus fuisset integrata. *Mesopotamica.* LEGIO tertia Mesopotamica enumeratur eodem loco à Dione Cassio. *Arabica.* LEGIO tertia Arabica, ab eodem Dione citatur, ad quam fortè alludit Spartianus in Seuero Septimio: Eodem tempore etiam legio Arabica defecisse ad Albinum

A num nunciata est. Meminit illius & Scotus in codice Præfecturarum, & Cyrenaicam cognominat, Bostræq; collocat. LEGIO III Thebaica Diocletiani, à Scoto in libro Præfecturarum Rom. inter decem & octo Thraciæ Comitatenses commemoratur. Rursus hoc nomine triplex eidem legio describitur in limite Thebaidos, legio tertia Diocletiana Thebis, legio tertia Diocletiana præsentia, & legio tertia Dioclet. Ambo. LEGIO tertia Herculea, ab insigni uidelicet Herculis, ut Iouia & Cornutorum appellata, recensetur in codice Præfecturarum inter triginta duas Comitatēses legiones. LEGIO tertia Flauia, Salutis cognomine, ab insigni uidelicet Salutis deæ, & ipsa uergētis Imperij fuerat, in repub. Arcadij & Honorij inter triginta duas Comitatenses legiones adnumerata. LEGIO III Iulia, cognomine Alpina, inter legiones triginta duas Comitatenses occidentis sub magistro præsentiali militū eius limitis enumeratur. Idem & legionis Iuliæ Alexandrinæ inter Comitatēses Thraciæ meminit. LEGIO tertia Augusta ab eodem, & eodem limite commemoratur.

Thebaica. Herculea. Flauia. Iulia. Augusta.

CAP. XI. DE LEGIONIBUS QUATERNARII numeri, & earum discrimine, & cognominibus.



QVATERNARII numeri inuenio legiones distinctas Romanis alijs atq; alijs temporibus & statiuis extitisse: quartam Italicam, quartam Gallicam, quartam Scythicam, quartā Mœsicam, quartam Macedonicam, quartam Syriacam siue Asiaticam, quartam Armeniacam, & quartam Africanam. Quibus adde alijs ex euentibus denominatas, quartam legionē tyronum, & quartam Flauiam à Vespasiano scriptam: de quibus singulis ordine à nobis dicetur.

B QVARTA ITALICA omnium uetustissima fuit, ut quæ ante constitutum Imperiū, Punico adhuc Istricoq; bello atq; Gallico tumultu interfuisse legitur. Qua de re Liuius libro secundo Decadis tertiæ scribit, cum æquatum Minutio magistro equitum cum Fabio Maximo dictatore imperiū describeret. Et iterum libro primo Dec. 5: Duæ legiones, inquit, ciuium Romanorū conscriptæ, & decem milia peditum cum equitibus quingentis socijs Latini nominis imperata: M. Iunius consul transire in Galliam, & à ciuitatibus prouinciæ eius, quantū quæq; posset militum exigere iussus. Simul decretū, ut T. Claudius prætor militibus legionis quartæ, & sociūm Latini nominis quinq; millibus, equitum CCL, Pisas ut conuenirent, ediceret. Idem lib. 2 eiusdem Decad. Legiones inde sortiri consules iusserunt: P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obuenit. Legiones inde sortiti sunt, prima & tertia in Macedoniā traijcerentur, secunda & quarta ut in Italia remanerent. Mansit autē hæc legio in Italia, usq; ad Imperij constitutionē, & paulo pōst: ut quæ Antonio fidelem operam contra Brutū & Cassium nauauerat, & postea ab Antonio ad Augustū transierat, ut ex his locis Appiani Alex. & Velleij Paterculi elici potest. quorū Velleius nominatim sic scribit: Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quē ex trāsmarinis prouincijs Brūdusiū uenire iusserat, legio Martia & quarta, cognita Senatus uoluntate, & tanti iuuenis indole, sublatis signis ad Cæsarē se cōtulere: coacto in unū Senatu, ut de his quæ egerat Cæsar, ad eum quereretur, ab ingressu statim intelligit, ex quatuor legionib. eam quę quarta dicitur, Martiæ in morē ad Cæsarē uicissim transiuisse. Sic Appianus lib. 4. Ciuil. bel. cum orantē Brutum introducit: Pugnam quippe promptissimè incœpistis, etiam nullo dato signo: & quartam legionem, cuius apud hostes celebre nomen est, in qua eorum cornu maximè confideret, & qui cum illo in ordine constiterant, ad castra usq; dissipastis. Huc adludit Cor. Tacitus lib. 17 historiæ Augustæ, cum Galbæ

Quarta Italica.

principatum deſcribit: Apud frequentẽ militũ concionẽ, inquit, imperatoria breuitate adoptari à ſe Piſonem more D. Auguſti, & exemplo militari, quo uir uirũ legeret, pronũciat: Ac ne diſſimulata ſeditio, in maius crederetur, ultrò adſeuerat quartam & duodeuiceſimam legiones, paucis ſeditionis autoribus, non ultra uoces ac uerba erraſſe, & breui in officio fore. Porrò aliam fuiſſe credendũ eſt quartam legionem, quam codex Præfecturarum recenſet inter decem legiones Pſeudocomitatenſes orientis, & Italicam cognominat. Huc pertinet inſcriptio quæ apud Ratiſponam Bauariæ in antiquiſſimo ſaxo legitur: A

DEAE PERPETVAE SECVRITATI IVL. MVRSAE CONI PIENT. VIX. AN. XLII. ROAFRITI FEMINAE REVERENTISSIMAE ET FILI FILIAE OBITIS ET IVL. NONNAE MATRI PIENT. VIX. AN. LXXX. ET IVL. VICTORINAE SOCRVI VIX. AN. LX. ITEM VIVIS AVRELIAE AVR. MILITARI FIL. ET AMICIS: QVORVM|IN CINESIA ET RIBISCA ET AMES SVNT ET POST OBITVM EOR. OSSA REG. IN EO SEPVLCHR. PERMISIT MAVR. MIL. O. M. H. M. EX ET O. LEG. IIII. ITA. V. V. FECIT.

Quarta legio Hiſpanica. QVARTA LEGIO HISPANICA merebat ſub P. Scipione Africano in Hiſpanijs, tempore ſecundi belli Punici, atq; iſthic autore Liuio nouam Carthaginẽ expugnauit. De qua T. Liuius lib. 5. Decad. 5. ſic ſcriptum reliquit, cum contentionẽ duorũ militũ ob præmiũ coronæ muralis deſcribit: Itaq; quanq; omnibus omnia debeat, præcipuũ tamen muralis coronæ decus eius eſſe qui primũ murũ aſcendiſſet, profiteretur, qui ſe dignum eo duceret dono: duo profeſſi ſunt, Q. Trebellius centurio legionis quartæ, & Sextus Digitius ſocius naualis. *Quarta legio Germanica.* LEGIO IIII Germanica, uel Belgica, ante tempora Vitellij ad Rhenũ in Vbijs ſtatiua habuit, B abducta poſtea in bello ciuili à Vitellio aduerſus Othonẽ, in Italiam: cuius Cor. Tacitus meminit, cum Vitelliũ refert apud Agrippinã ſublimatũ ad imperiũ fuiſſe: Nocte, inquit, quæ Cal. Ian. ſecuta eſt, Coloniã Agrippinẽſem aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nunciat quartam & duodeuiceſimã legiones, proiectis Galbę imaginibus, in Senatus & populi Ro. uerba iuraſſe. Id ſacramentũ inane uiſum. occupari nutantem fortunam, & offerri per principem placuit. Miſſi à Vitellio ad legiones legatoſq;, qui deſciuiſſe à Galba ſuperiorem exercitum nunciarent. Idem Cor. Tacitus lib. 17. Inferioris Germaniæ legiones, inquit, ſolenni Cal. Ian. ſacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, & raris primorum ordinum uocibus: cæteri ſilentio, proximi cuiuſq; audaciã expectantes, inſita mortalibus natura properè ſequi, quæ piget inchoare. Sed ipſis legionibus inerat diuerſitas animorũ: primani quintaniq; turbidi adeò, ut quidam ſaxa in Galbæ imagines iecerint: quintadecima ac ſextadecima legiones, nihil ultra fremitũ & minas auſæ, initium erumpendi circumſpectabant. At in ſuperiore exercitu, quarta & duodeuiceſima legiones ijſdem hybernis tendentes, ipſo Cal. Ian. die dirumpunt Galbæ imagines, quarta legio promptius, duodeuiceſima cunctanter. Idem lib. 20. Vitellij tamen imagines in caſtris & per proximas Belgarum ciuitates repoſitæ, cum iam Vitellius occidiſſet. Dein mutati in pœnitentia primani, quartaniq; & duodeuiceſimani Voculam ſequuntur, quem reſumpto Veſpaſiani iuramento ad liberandum Moguntiaci obſidium ducebat, hæc ille. Et ſic intelligitur monumentum quod apud Iſaram Bauariæ fluuium extat in hæc uerba:

I. O. M.
STATORI FIVET VIAE AVVS LEG. IIII. REVERSVS AB EXPEDITIONE EBVRICA EX VOTO POSVIT.

LEGIO

A LEGIO quarta Scythica, cuius meminit Spartianus in uita Seueri Septimij: Ludos, inquit, absens edidit. Legioni quartæ Scythicæ deinde præpositus est circa Massiliam. Post hoc Athenas petijt, studiorum sacrorumq; causa & operum ac uetustatum. Ex quibus apparet, Scythicam hanc legionē translatam fuisse in Galliam: atq; inde decrescēte republica, postea in Euphratensem prouinciam, ut Scotus in codice Præfecturarum est autor. De qua & monumentum Vetustatis inuentum Tipherni in Italia, quæ nunc Ciuitas castelli dicitur, in S. Florido, nomen expressit: *Legio quarta Scythica.*

C. ANIVS C. F. POMP. GALLVS DOMO ARRETIA LEG. IIII. SCYTHICAE MILITAVIT IN PRAETORIO AN. XXVII. EVOC. AN. II. S. IN LEG. IIII. SCYTHICA AN. XXIIII. VIX. AN. LX. MERV. AN. XXXVIII. H. S. E. ATIMETVS L. EX TESTAMENTO F. C.

LEGIO quarta Mœsica commemoratur in Itinerario Antonini, in descriptione Mœsiæ, quum Viminatium, Rhœtiariam & Bononiam in Mœsiæ prouincia recenset. Meminit illius & Scotus in codice Præfecturarū, & Flauiam cognominat, atq; in Singiduno collocat. *Legio quarta Mœsica.* LEGIO quarta Syriaca, uel Armenica, citatur à Dione lib. 55. Et multo ante Dionem mentio eius à Cornelio Tacito est facta, libro 15: Syriæ, inquit, executio Cintio, copiæ militares Corbuloni permissæ: & quintadecima legio, ducēte Mario Celso, è Pannonia adiecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus, præfectisq; & procuratoribus, & qui prætorū finitimas prouincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum fermè modum aucta potestate, quam populus Rom. Gn. Pompeio bellum Piraticū gesturo dederat. Regres- *Legio quarta Syriaca.*
B sum Pętum, cum grauiora metueret, facetijs insectari satis habuit Cęsar, his fermè uerbis: Ignoscere se statim, ne tam promptus in pauorē longiore solicitudine ægresceret. At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortissimo quoque amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem, & crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit. Et rursus postea, cum de rege Parthorū loquitur: Per idem tempus legati Vologesis, quos ad principem missos memoraui, reuertêre irriti, bellumq; propalàm sumptū à Parthis. nec Pætus detrectauit: sed duabus legionibus, quarum quartam Famisulanus Vectonianus eo in tempore, & duodecimā Calauius Sabinus regebant. Ad hanc legionē alludit & Capitolinus in Gordianis, in textu epistolæ quæ sic habet: Imp. Gordianus Augustus Misithæo patri & præfecto: Nisi dij omnipotentes Romanū tuerentur imperiū, etiam nunc per emptos spadones uelut in hasta positi uenderemur. Deniq; nunc demū intelligo, neq; Felicem prætorianis cohortib. præponi debuisse, neq; Serapammoni quartā legionē credendam fuisse. LEGIO quarta Parthica, declinantis reipublicæ fuit. quam codex Notitiarū dispositioni ducis Osrhoenæ prouinciæ subijcit. quo tempore Arcadius & Honorius rerum potiebantur. LEGIO quarta Arabica, cognomento Martia, in codice Præfect. in limite Arabico recensetur, ad Bethoram. LEGIO quarta Macedonica, recensetur à Cor. Tacito lib. 19, his uerbis: At Vitellianus, inquit, exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoq; uiribus, confectum algore atque inedia hostem postera die profligare, ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, uacuus consilij, tertia fermè noctis hora, paratis iam dispositisq; Flauianis impingitur. Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras, asseuerare non ausim: quanquam alij tradiderint, quartam Macedonicam dextro suorum cornu, quintam & quintamdecimam *Legio quarta Parthica.* *Legio quarta Arabica.* *Legio quarta Macedonica.*

cum

cum uexillis nonæ secundæq; ac uicesimæ Britannicarũ legionũ, mediam aciem, sextadecimanos, duoetuicesimanosq; & primanos læuum cornu complesse. A

Legio quarta Africana. LEGIO quarta Africana, uel Hispanica, antiqua fuit, & sub Cæsare adhuc Iulio in Hispanijs merebat. de qua Cæsar lib. quinto Ciuilis belli sic scribit: Itaq; ex eius patientia in magnum timorem coniecti, ex Getulis duos, quos arbitrabantur suis rebus amicissimos, magnis præmijs pollicitationibusq; propositis, pro perfugis speculandi gratia in Cæsaris castra mittunt. qui simul ad eum sunt deducti, petierunt, ut sibi liceret sine periculo uerba proloqui. potestate facta: Sępenumero, inquiunt, Imperator, complures Getuli, qui sumus clientes C. Marij, & propemodum omnes ciues Romani, qui sunt in legione quarta & sexta, ad te uoluimus, in tuaq; præsidia cõfugere. Et iterum: Interim incredibiliter ex legionibus quarta & sexta, Scipionis milites diffugere, partim in castra Cæsaris, partim in quam quisque poterat regionem peruenire. Huc pertinet inscriptio Vetustatis, quæ sic habet:

TVLLIA M. FILIA VNA FECIT SIBI ET SVIS M. TVLLIO M. F. COR. CRATIPPO FRATRI SVO SACERDOTI ROMAE ET SALVTIS T. AVFIDIO T. F. AN. VIII. BALBO F. SVO TRIB. MIL. ALEXANDER AD AEGYPT. LEG. XXII. AN. XVIIII. T. AVFIDIO F. F. SPINTERI VIRO SVO TRIB. MIL. IN HISPANIA LEG. IIII. AN. V.

Legio quarta Flauia. LEGIO quarta Flauia, scripta fortè, ut ego opinor, uel à Flauio, uel à Tito Vespasianis: quam eandem cum Syriaca esse censeo. Ad quam alludunt monumenta Vetustatis,

Pætouione Styriæ:

EX D. EC. AL. CC. CASSIVS SYLVESTER VET. LEG. IIII. FL. EX SIGN.

Auximi Italiæ: B

C. OPPIO C. F. P. P. P. G. PR. I. D. AVX. LEG. IIII. FL. FEL. ET LEG. II. TR. FORTIS EVOC. AVG. AB ACTIS FORIBVS. & quæ sequuntur.

Legio quarta tyronum. LEGIO quarta tyronum, commemoratur à Iulio Capitolino in Maximinorũ historia: Statim deniq; illum tribunum, ait, legionis quartæ, ex tyronibus, quam ipse composuerat, dedit, & eum in hæc uerba prouexit: Veteres milites tibi Maximine mi charissime, atque amantissime, idcirco non credidi, quòd ueritus sum, ne uitia eorum sub alijs inolescentia emendare non posses. Habes tyrones ad tuos mores, ad tuam uirtutem, ad tuum laborem: eos fac militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos reipub. optabiles solus efficias. hæc ille. Ad huiusmodi legionem tyronum fortè alludit Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Simul Domitium impositum triremi, uitare littorum oram, prætereq; Insubres lato mari pergere in Syriam iubet. cõcurrentes desertores per manipulos cõponit, armat lixas, traiectisq; in continentẽ nauibus, uexillum tyronũ in Syriam euntiũ intercipit. Cæterũ ne & illud transeamus, tyrones uocabanẽ Romanis adolescentes, qui publicè in foro positis barbis, & deposita prætexta, togã sumebant: qui actus peculiari uocabulo Tyrociniũ uocabatur. Quanq; ut antea libro 4. ostendimus, delectus militũ iuniorũ eodem uocabulo nominatus fuerit. Et sic intelligitur illud Plinij lib. 8. Tanaquil texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ. Tale est & illud Suetonij in Augusto: Tertiumdecimũ biennio pòst ultro petijt, ut Caium & Lucium filios amplissimo prçditos magistratu, suo quẽq; tyrocinio deduceret in forũ. Et iterũ in Caligula, refert eum togam sumpsisse, barbamq; posuisse, sine ullo honore, qualis cõtigerat tyrocinio fratrum

A fratrum eius. Idem tradit, quemadmodũ Nero deductus in forum tyro, populo cõgiariũ, militi donatiuũ proposuerit. Huc pertinet illud Senecæ tertio Epistolarum: Quantum senseris gaudiũ, cum prætexta posita, sumpsisti uirilem togam, & in forum deductus es. LEGIO quarta Lergorũ cognomẽto, Scoto in præfecturis celebratur in Britanniarũ diœcesi, in Segeduno, Arcadij & Honorij ætate.

CAP. XII. DE LEGIONIBUS QVINARII numeri, ac earum discrimine & cognominibus.



NON minorẽ sectionẽ & quinta Romanis legio sortita est, per uaria prouinciarũ statiua aliud atq; aliud nomen adepta. Inuenio namq;, anteq; adhuc Imperiũ fuisset cõstitutũ, ex Italia hoc numero in Hispanias legionẽ fuisse abductã: quæ sub primo Cæsare in Siciliã rursus, atq; inde in Italiam reducta fuit, sub quo & Gallicæ hoc numero legionis mẽtio in Cõmentarijs fit belli Ciuilis: quæ in meditullio Galliæ primò, inde ad limitẽ Rheni fortè ab Augusto collocata, iterum labentib. annis à Vitellio in Italiã transponit: quo ex loco finito bello Ciuili, in hyberna sua, Batauos scilicet, redijt. His cæteræ hoc numero insignitæ legiões iungendæ sunt: quinta Macedonica, quinta Mœsica, quinta Põtica, quinta Iudaica, & quinta Martia: de quibus seorsim singulis dicemus. QVINTA Hispanica, uel Africana, elephãtinaq; ac ueterana, uetustissima omniũ fuit, utpote quæ apud Liuium extat lib. 9. Dec. 4. Interim Romani, inquit, impedimẽtis quoq; omnibus traductis, cõtractisq; in unum locum, quia iam moueri uidebant hostem, nec spacium erat castra cõmuniendi, aciem instruxere. in medio locatæ quinta Calpurnij legio, & octaua Quintij. id robur totius exercitus erat. Campum apertũ, usq; ad B hostium castra habebant, liberũ à metu insidiarũ. Hispani posteaq; in citeriori ripa duo Romanorũ agmina cõspexere, ut priusquã se iungere atq; instruere possent, occuparent eos: castris repentè effusi, cursu ad pugnam tendunt. Et iterum postea: Coactiq; sunt Romani equites descendere ex equis: dimicãtibus his legio quinta subuenit. Deinde, ut quæq; potuerãt copiæ, affluebãt: cædũtur passim Hispani per tota castra, nec plus q̃ quatuor milia hominũ effugerũt. Porrò usus fuit huius legionis opera & Iulius Cæsar in debellandis Hispanis, Pompeianis explosis, & ducibus suis Petreio & Afranio ibidem cõfirmatis, ut ipse lib. 1. Ciuilis belli testatur. Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere, prior prælio nõ lacessere. Acies erat Afraniana duplex: legio quinta & tertia in subsidijs locũ alariæ cohortis obtinebat. Idem li. 5. eiusdẽ belli: Celeriter habito cõsilio, Marcellũ Cordubam, ut eam in potestate retineret, Q. Cassiũ legatũ Hispalim mittit. Paucis ei diebus adfertur, cõuentum Cordubensem ab eo defecisse, Marcellũq; aut uoluntate aut necessitate adductũ (nãq; id uariè nunciabat) cõsentire cum Cordubensibus, duas cohortes legionis quintæ quæ fuerãt Cordubæ in præsidio, idẽ facere. Et rursus lib. 6. Hic tamẽ, ut ait Ennius, nostri cessere parumper: itaq; præter cõsuetudinẽ cũ à nostris animaduersum esset, cedere cẽturiones ex legiõe quinta, flumẽ trãsgressi duo, restituẽrũt aciẽ, acriterq; ex nimia uirtute, plures cũ agerẽt ex superiore loco, multitudine telorũ alter eorũ cõcidit. Verũenimuero hãc legionẽ posterius credendũ est in Africã transuectã, aduersus Iubã regẽ, ut Cæsar ipse lib. 5. Ciuil. belli testat: Itaq; subita imbre grãdineq; cõsecuta, grauati põdere, tenebris, aquaq; omnes subruti, disiectiq; nocte intẽpesta, ignib. extinctis, rebusq; ad uictũ pertinentib. omnib. corruptis, per castra passim uagabant, scutisq; capita cõtegebãt. Eadẽ nocte, quintæ legionis cacumina pilorũ sua sponte arserũt. Rex interim Iuba de equestri prælio Scipionis certior factus, euocatusq; ab eodem literis, præfecto

Legio quinta Hispanica & elephantina.

Quinta legio in Africã trãslata.

præfecto Sabura cum parte exercitus cõtra Sitium relicto, ut secum ipse aliquid A
autoritatis haberet exercitus Scipionis, à terrore Cæsaris cum tribus legionibus equitibusq; frenatis, octingentis Numidis sine frenis, peditibusq; eius armaturæ grandi numero, elephantisq; triginta egressus è regno, ad Scipionem est profectus. Et rursus libro eodem: Non uidetur esse prætermittendũ de uirtute militis ueterani quintæ legionis. nã cum in sinistro cornu, elephantus uulnere ictus, & dolore concitatus in lixam inermem impetum fecisset, eumq; sub pede subditum, deinde genu innixus pondere suo, proboscide erecta, uibrãtiq; stridore maximo premeret atq; enecaret: miles hoc non potuit pati, quin se armatum bestiæ offerret: quem postquam elephantus ad se telo infesto uenire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circumdat, atq; in sublime extollit armatũ: qui in eiusmodi periculo, cum cõstanter agendum sibi uideret, gladio proboscidem, quo erat circumdatus cedere, quantum uiribus poterat, non destitit. Quo dolore adductus elephantus, milite abiecto, maximo cum stridore cursuq; conuersus, ad reliquas se bestias recepit. hæc ille. Huc pertinet locus qui est apud Appianũ Alex. lib. 2. Ciuilis belli: Bocho deinde, inquit, altero Maurusiorum rege, Cyrtam quæ Iubæ regia fuerat intercipiẽte, Iuba, intellecta re ad propria cum exercitu reuersus est, triginta duntaxat elephãtis Scipioni derelictis: qua ex re Cæsaris exercitus adeò exhilaratus est, ut quinta legio se elephantis opponi postularit, atq; in primis uictoriam adepta sit. Et ex hoc nunc etiam ipsi elephanti uexillis inscribuntur. hæc ille. Et ut omnia huius legionis statiua exquiramus, inuenio postremò, hanc rursus legionem ex Africa fuisse abductam, ut ista Cæsaris uerba lib. 5. belli Ciuilis contestantur: Interim indies & naues longæ adaugeri, & onerariæ cõplures eódem concurrere, & legiones tyronum cõuenire: in his ueterana legio quinta, equitum ad duo millia, legionibus collectis sex, & equitũ duobus millibus, ut B
quæq; prima legio uenerat, in naues longas imponebatur, equites autem in onerarias. Ita maiorẽ partem nauiũ antecedere iussit, & insulam petere Aponianam, quæ abest à Lylibæo: ibiq; cõmoratus, bona paucorũ uendit: publicè deinde Allieno prætori qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, ut de reliquo exercitu celeriter imponendo. Et iterum, cum de fuga C. Vergilij Cn. Pompeij ducis ageret: Et cum plures, inquit, adortus fuisset, pulsus, fugatusq; inde discessisset, nec tamen desisteret periclitari, fortè incidit in nauem, in qua erant duo Titi Hispani adolescentes, tribuni legionis quintæ, quorum patrem Cæsar in Senatum legerat.

Legio quinta Gallica. LEGIO quinta Gallica ueterana erat, eratq; ex Alaudis una & præcipua, quòd in limite Rheni collocata erat, Germanica simul cognominata, cuius Cæsar lib. 5. Ciuilis belli mentionem facit. Postquam id animaduertit, copias suas Cęsar in proximũ collem subducit, equitatumq; qui sustineret hostium impetum misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit, legionũ quatuor ueteranorũ, ita ut supra se in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriori proximè conscripserat, & omnia auxilia collocarit. Et iterum lib. 5. belli Ciuilis: His rebus gestis, Labieno in continente cum tribus legionibus, & equitum millibus duobus relicto, ut portus tueretur, & rei frumentariæ prouideret, quæq; in Gallia gererentur cognosceret, & consilium pro tempore & pro re caperet, ipse cum legionibus quinq; & pari numero equitum, quem in continente reliquerat, ad solis occasum naues soluit. erãt autem legiones istæ quinq;, ad quas alludit, quinta, septima, octaua, decima, & decimatertia. Huc pertinet & alter locus in eodem libro atq; autore: Eodemq; suũ omnẽ equitatum contulerat, & quod ei parum confidebat præsidio, his equitibus legionem quintam præmiserat, leuemq; armaturam inter equites interposuerat. Ad hãc rursus alluditur alio loco eiusdem libri & histo-

A & historię: Defertur ea res ad Cęsarē. ille ueritus (quod ad plures res pertinebat) ne ciuitas eorū impulsu deficeret, L. Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnuntes proficisci iubet, ibiq; hyemare. Ex quibus omnibus apparet, in Belgis legionem hanc quintā statiua habuisse: quo loco & Cor. Tacitus hanc recenset, in Vbijs scilicet, ubi hodie ager Coloniensis extēditur. sic enim lib. 1 historiæ Augustæ scribit: Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarū censu tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam seditionis alienæ speculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab undeuicesimanis quintanisq; initio, & tractis prima quoq; ac uicesima legionibus. nam ijsdem statiuis in finibus Vbiorum habebantur. Et iterum: Sic cōpositis præsentibus haud minor moles supererat, ob ferociā quintæ & undeuicesimę legionū, sexagesimū apud lapidem, loco Vetera nomē est, hybernantiū. Hæc ille. Fuere aūt Vetera castra paulo supra Agrippinam, in Vbijs ruinis adhuc imago quæpiā nominis antiqui māsit: Caster appellant Iuliacenses, supra Coloniā. Huc respexit præterea Velleius Paterculus de priuignis Augusti scribēs: Huius uictoriæ compos (inquit) Nero ouans triumphauit. sed dum in hac parte imperij omnia gerūtur prosperrimè, accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ q̃ rectè faciendo cupidiore, & inter summā uitiorū dissimulationem uitiosissimo, amissaq; legionis quintę aquila, uocauit ab urbe in Gallias Cæsarē. Cæterùm ne & illud transeamus, opera huius legionis potissimū Romani aduersos Germanicos populos trans Rhenum colentes utebantur, Bructeros uidelicet, Vsipetes & Tubantes, ut his uerbis Tacitus affirmare uidetur: Exciuit ea cædes Bructeros, Tubantes, Vsipetes, saltusq; per quos exercitui regresso insedere: quod gnarum duci, incessitq; itineri & prælio: pars equitum & auxiliarię cohortes ducebant. mox prima legio, & medijs impedimentis sinistrū latus undeuicesimani, dextrum quintani clauserunt, uigesima legio terga firmauit, pòst cæteri sociorum. His adde & alium locum eodem libro: Igitur futura uoluēs nō aliud reperit, quàm ut hostē syluis coherceret, donec saucij, quantum'ue grauioris agminis, anteirent: nam medio montiū & paludum porrigebatur planicies, quę tenuē aciē pateretur. Deliguntur legiones, quinta dextro lateri, undeuicesima in læuū. Primani ducendū ad agmē, uicesimani aduersum secuturos. Sic nimirū lib. 4 Tacitus, cum Frisiorum rebellionē describit, eiusdem quintæ legionis ad Rhenū scilicet, meminisse uidetur: Cethecio Labeoni legato quintæ legionis, quod reliquū auxiliorum tradit, atq; ille dubia suorū re in anceptus tractus, missis nuncijs uim legionū implorabat. Prorumpunt quintani ante alios, & cieri pugna, hoste pulso recipiunt cohortes. Porrò quoniā posterioribus libris 16 & 17. eiusdem legionis ad Rhenum mentionē facit, liquet, multis postea Olympiadibus pristina quintā legionē statiua retinuisse. Itaq; lib. 17, de initio Ciuilis belli quod inter Galbā, Othonem Vitelliumq; postea gestum est tractans, sic nominatim scribit: Inferioris inde Germanię legiones, solenni Cal. Ian. sacramēto pro Galba adactę, multa cunctatione, & raris primorum ordinum uocibus, cæteri silentio, proximi cuiusq; audaciam expectantes, insita mortalibus natura, properè sequi, quę piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diuersitas animorū. primani quintaniq; turbidi adeò, ut quidam saxa in Galbę imagines iecerint. Et rursus lib. 18, abductam hanc à Vitellio à limite Rheni legionē testatur: Fortè inter Padum (inquit) uiamq; patenti campo duæ legiones congressę sunt, pro Vitellio una & uicesima, cui cognomen Rapaci, uetere gloria insignis, è parte Othonis prima adiutrix, nō antè in aciem educta, sed ferox & noui decoris auida. Et subdit: A' parte alia propulsa quintanorum impetu tertiadecima legio, circumuenti pluriū cursu quartadecumani. Idem

lib.19, interfecto Vitellio uictoriam Vespasiani describēs: Hæc singuli, hæc uniuersi, ut quemq; dolor impulerat, uociferantes initio à quinta legione orto, repositis Vitellij imaginibus, uincula Cecinnæ injiciūt, Fabium Valentē quintæ legionis legatū, ac Cassium Longum præfectū castrorum duces deligunt. Et iterū: Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras asseuerare non ausim: quanquā alij tradiderint, quartā Macedonicā dextro suorū cornu, quintā & quintamdecimā cum uexillis nonæ uicesimæq; & secundæ Britannicarū. Igitur à Rheno in Italiā Vitellij auspicio abductā fuisse, perspicuum est. Quòd porrò hybernis iterū suis restituta fuerit, ubi scilicet in Batauis hanc Antoninus in itinerario ad Burinatiū collocat, rempub. Rom. post aliquot Olympiadas sub Hadriano delineās, idem Tacitus lib.20 manifestè ostendit: Cohortes Geldubam (ait) perrexere, manentibus ut fuerant castris, quæ relicto illic militum præsidio tenebantur: non erat dubium, quantum regressu discriminis adeundum foret, frumentatoribus onustis. Addit exercitui suo Vocula mille delectos è quinta & quartadecima legionibus, apud Vetera obsessis. Et subdit: Interim Ciuilis Vetera circunsedit, Vocula Geldubam, atq; inde Nouesium concessit. Ciuilis capit Geldubam, mox haud procul Nouesio equestri prælio prosperè certauit. Sed miles secūdis aduersisq; proinde in exitium ducum accendebatur, & aduentu quintanorum quintadecimanorumq; auctæ legiones, donatiuum exposcunt. Atq; hæc de quinta Gallica legione prolixè ex fide historica disseruimus, quia multo tempore ad Rhenum statiua hæc sua retinuerat, ad quam monumentum deniq; antiquitatis Romanæ alludit, quod in agro Lucensi in hæc uerba repertum est: A

T. PLAVTIO M. F. A. N. SYLVANO AELIANO PONTIF. SODAL. AVG. IIIVIR. A. A. A. F. F. Q. T. LEG. V. IN GERMANIA PR. VRB. LEGATO ET COMITI CLAVDII CAES. B

Legio quinta Macedonica.

LEGIO QVINTA MACEDONICA, multo tempore in Macedonia Romanam rempublicam tuebatur, eò uidelicet à Cn. Pompeio primùm omnium collocata. de qua Cæsar libro tertio Ciuilis belli sic scribit, cum de prælio in Philippis loquitur: Interim Pompeius hac longa satis interiecta mora, & renunciata, quintam legionē ab opere deductam, subsidio suis eduxit: eodemq; tēpore equitatus eius nostris equitibus appropinquabat, & acies instructa à nobis castra quæ occupauerat cernebatur, omnia sunt subitò mutata: Pompeiana enim legio celeri spe subsidij cōfirmata, ab decumana porta resistere conatur, atq; ultro in nostros impetum faciebat. Hæc Cæsar de quinta legione Macedonica. cuius etiam Dion Cassius, qui posterius sub Traiano scripsit, lib.55. mentionē eadem in prouincia facit. Et quod magis est mirandum, codex Præfecturarum Rom. qui à Scoto scriptus, rempublicam omnino inclinantis Imperij, ut sub Valentinianis, Archadio & Honorio fuerat, comprehendit, multis post superiora tempora seculis, inter octo Comitatenses legiones orientis quintam Macedonicam recenset, ut hanc è Macedonia in orientem posterius fuisse abductam coniectura fit. Licet alio loco eius statiua in Dacia describat, sub dispositione ducis Daciæ ripensis per municipia & confinia Mœsiæ Daciæq; Oescum, Cebrum & Sucidanā. Sed placet, quæ consuetudo nostra est, & hanc legionem exemplis Vetustatis adornare.

Albæ Iuliæ in Dacia, quæ modò Transylua-
nia dicitur:

AESCVLAPIO ET HYGIAE CAETERISQ. HVIVS LOCI SALVTARIBVS C. IVLIVS FRONTINIANVS VET. EX B. F. COS. LEG. V. M. P. REDDITIS SIBI LVMINIBVS GRAT.

A AG. EX VISO PRO SE ET CARFIA MAXIMA CONIVGE ET IVLIA FRONTINA FILIA S. S. L. M.

Lugduni in Gallijs:

TIBER. POMPEIO POMPEIVS T. F. PRISCO CADVRCO, OMNIBVS HONORI. APVD SVOS FVNCT. TRIB. LEG. V. MACEDONICAE INDICI A. A. GALLIARVM III. PROVINC. GALLIAE.

Apud Spoletum in æde S. Pontiani:

TRIB. MIL. LEG. XV APOLLINARIS ET LEG. V. MACEDONIC. HIC LEGAVIT TESTAMENTO MVNICIP. HS. LXVI C. MONET. EX REDITV EIVS SVMMAE QVOTANNIS VIII ID. NOVEM. NATALI SVO MVNICIP. EPVLVM ET CRVS. ET MVLSVM DARETVR.

LEGIO QVINTA MOESICA, uel Pontica, atq; postremò etiam Parthica, in bello ciuili Cęsaris in Syriam ex Ponto abducta, demum in Mœsia collocata fuit, ut Cor. Tacitus libro 15, in historia Neronis testatur: Regressum Pætum, cum grauiora metueret, facetijs insectari satis habuit Cæsar, his fermè uerbis: Ignoscere se statim, ne tam promptus in pauorem, longiore solicitudine ægresceret. At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortisśimo quoq; amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam, legiones, integrum militem, & crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditq; legionem quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Et iterum: Nam ut retuli, inquit, proprium ducem tuendæ Armeniæ poposcerat, & aduentare Cæsennius Pætus audiebatur: iamq; aderat, copijs ita diuisis, ut quarta & duodecima legiones, addita quinta, quę recens è Mœsijs excita erat, simul Pontica & Galatarum, Cappadocumq; auxilia Pæto obedirent. Et iterum paulo pòst: Dein pons continuatus, collesq; aduersi per socias cohortes post legionum castris occupantur, tanta celeritate & ostentatione uirium, ut Parthi, amisso paratu inuadendę Syriæ, spem omnem in Armeniam uerterent. istic Pætus imminentium nescius, quintam legionē procul à Ponto habebat. Hæc igitur, ut erat è Mœsia & Ponto traducta in Syriam, ita multis seculis ibidem excubasse, & operam reipublicæ Romanæ aduersus Parthos siue Persas præstitisse, hæc uerba Ammiani libro decimooctauo coarguunt, quum Constantij Cæsaris procinctum in Persiam describit: In ipso autem Amidæ meditullio (inquit) sub arce fons diues exudat potabilis quidem, sed uaporatis æstibus nonnunquam fœtens, cuius oppidi præsidio erat semper quinta Parthica legio destinata, cum indigenarū turba non contemnenda. Adludit ad hanc legionē, inscriptio Vetustatis in Transyluania, utpote uicina Mœsiæ regione, reperta:

Legio quinta Mœsica.

B Legio quinta Pontica.

Legio quinta Parthica.

M. D. M.

SACR. PRO SE ET SVIS G. STATIVS POLLIO LEG. V. ET XIII GEMMIL.

LEGIO QVINTA IVDAICA. Meminit Cor. Tacitus ab initio libri uigesimi: Eiusdem anni principio Cæsar Titus perdomandæ Iudæę delectus à patre, & præliantis utriusq; rebus militia clarus, maiori tum ui famaq; agebat. Et subdit: Tres tum in Iudæa legiones, quinta, & decima, & quintadecima, uetus Vespasiani miles, excepere. LEGIO QVINTA Iouia in Pannonia inferiori describitur

Legio quinta Iudaica.

Legio quinta Iouia.

codici Præfecturarum Ro. inclinantis Imperij, & nominatim in tractu Boloniæ, A haud procul à Sirmio & ad Istri ripã collocatur, in castello Onacheino, quod erat contra Bononiã. LEGIO QVINTA MARTIA: meminit Trebellius Pollio, in historia Claudij secundi Cæsaris, & eam in Asia describit his uerbis: Epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorẽ Syriæ: Claudium Illyricanæ gentis uirum, tribunum Martiæ quintæ legioni fortissimæ dedimus, uirũ deuotissimis quibusq; ac fortissimis uirorum præferendum.

Legio quinta Martia.

CAP. XIII. DE LEGIONIBUS SENARII numeri, quot ubiq; Romanis in limitibus hoc nomine excubauerint.



INVENIO hoc numero legiones diuersas alijs atq; alijs statiuis excubasse, uidelicet sextam Italicam siue Cannensem, sextam Gallicam siue Alaudam, sextam Britannicã uictricem, sextam Mœsicam Claudiam siue Geminã, sextam Syriacã siue Armeniacã ueteranã, & sextam Iudaicam, de quibus omnibus multa extant autoribus probatis loca. LEGIO SEXTA ITALICA, quę secundo Punico bello cladi Cannensi interfuit, transportata postea in Siciliam, & inde ab Africano in agrum Carthaginensem. Meminit Liuius libro 6 Decadis tertiæ: Claudius Nero proprætor cũ equitibus sextæ legionis uia, quæ Suessulam fert, C. Fuluius Flaccus legatus cum sociali exercitu constitit è regione Vulturni. Et subdit: Maior uis ab altera parte, Fuluium Hannibal & Pœni urgebãt. Legio ibi sexta loco cessit: qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usq; ad uallum peruasit. Et rursus libro nono: Et sæpenumero id genus militum aspernabatur, ut quæ nec ad Cannas ignauia eorum cladem acceptam sciret, neq; ullos B æquè ueteres milites in exercitu Romano esse: expertosq; non uarijs prælijs modò, sed urbibus etiam oppugnandis: quinta ac sexta Cannenses erãt, legiones eas se traiecturum in Asiam cum dixisset, singulos milites inspexit. LEGIO SEXTA GALLICA, Veterana & Alauda, sub Cæsare C. Iulio dictatore ad Ararim in Sequanis militabat. ubi hodie sunt confinia Heluetię, Sundgauię & Sabaudię. de qua ipse in Commentarijs suis rerum Gallicarum, uel qui suppleuisse dicitur Hircius ita scribit: Qua re cognita, cum non amplius decem & octo dies in hybernis esset, commoratus legiones quartamdecimam & sextam, ex hybernis ab Arare educit, quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ causa superiori cõmentario demonstratum est. Idem libro sexto Ciuilis belli, traductam hanc ex Gallijs in Hispaniam legionem testatur, ita inquiens. Nam cum de bello ad Cordubam, cum ducibus Pompeianis gesto dissereret, addit: Præterito noctis tempore eruptionem in legionem sextam fecerunt, cum in opere nostri distenti essent, acriterq; pugnare cœperunt. Meminit huius legionis & Cor. Tacitus libro uigesimoprimo, quum de Batauis & Cugernis loquitur: Proprios inde stimulos legiobus admouebat, domitores Britanniæ quartadecimanos appellans: Principem Galbam sextæ legionis authoritate factum. Sic quoq; Antonini itinerarium sextam legionem Alaudam apud Batauos in Burmatio describit, ubi hodie sunt Geldriæ & Hollandiæ confinia. alludit ad hanc & Fla. Vopiscus, inclinantis Imperij author, in historia Aureliani Cæsaris. Idem apud Moguntiacum (ait) tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, cum uagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis sub corona uendiderit. Huc pertinet inscriptio monumenti, quod apud Mediolanum repertum, in templo diui Ambrosij extat:

Legio sexta Italica.

Legio sexta Gallica.

A C. PLINIVS L. F. O. V. CAECILIVS AVGVR. LEGAT. PROC. PRO. PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM AB IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG. GERMAN. CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM ET PRAEF. AERARII SATVRNI PRAEF. AERARII. MIL. QVAESTOR. IMP. SEVIR. EQVITVM TRIB. MIL. LEG. VI GALLICAE XVIR ST. LITIBVS IVDI. THERM. ADIECTIS IN ORNATVM HS. CCC. Et quæ sequuntur.

LEGIO SEXTA APHRICANA, SIVE AEGYTIACA, cõmemoratur à Cæsare quarto Ciuilis belli, cum de liberis Ptolemæi regis Aegypti loquitur: Nam maiori ex duobus pueris (inquit) rege amisso, minori tradidit regnum, maiori ex duabus filijs Cleopatræ, quę manserat in fide præsidijsq́ eius. Minorē Arsinoen, cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedē docuimus, deducere ex regno statuit: ne qua rursus noua dissensio, priusquã diuturnitate cõfirmarentur Regis imperia, per homines seditiosos nascerentur, legione ueterana sexta secum deducta, ceteros ibi reliquit, quo firmius esset eorum regium imperiũm. Et iterũ sub finem libri: Tali uictoria toties uictor Cæsar, incredibili est lætitia affectus, quòd maximũ bellum tanta celeritate confecerat, quodq́ subiti periculi recordatione lætior, quòd uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat, Ponto recepto, prẹda omni regia militibus cõdonata, postero die cũ expeditis equitibus ipse proficiscitur: legionem sextam decedere ad præmia atq́ honores accipiendos in Italiam iubet. Auxilia Deiotari domũ remittit, duas legiones cũ Cælio Vintiano in Ponto reliquit. Huc pertinent quæ lib. 2 eiusdem historiæ scribit: Cum in Pontũ uenisset, copiasq́ omnes in unum locum coegisset, quæ numero atq́ exercitatione bel-

Legio sexta Aegyptiaca.

B lorum mediocres erant: excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria, ueteranam multis laboribus periculisq́ defunctam, multisq́ militibus partim difficultate itinerum ac nauigationum, partim crebritate bellorum adeò diminutam, ut minus mille hominũ in ea esset, &c. LEGIO SEXTA BRITANNICA cognomēto Victrix, Græcè νικηφορική, & à Ptolemæo libro secundo capite tertio tabula prima Europæ, & à Dione libro quinquagesimo secundo commemoratur. Quam similiter ad Eboracum Britanniæ ciuitatem, ut Ptolemæus, ita & Antonini itinerarium collocare uidetur. quũ à limite idem Ritupis usq́ prætorium, iter centũ quinquaginta sex millium passuum per ab Remaenio, Corstopilum, Vindomaram, Vinoniam, Cataractionem, Isurium, Eboracum, Deruentionem, & Delgouitiam, iter supputaret. Ad quam legionem alludit & Cor. Tacitus non semel libro uigesimoprimo, quum bellum in Batauis describeret, à Ciuili & Cereali gestum. Legiones uictrices (inquit) sexta & decimaoctaua, Vitellianorum una & uicesima, è recens conscriptis secunda Pœninis Coctianisq́ alpibus, pars monte Graio traducuntur. Porrò an eadem hæc legio sit cum ea, cuius inclinante Imperio & Scotus in Britannia, & Claudianus poeta in bello Getico hoc carmine meminit, non equidem ausim affirmare:

Legio sexta Britanica Victrix.

Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroq́ notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Atqui nec desunt, quę hanc legionem apud posteritatem confirment, Vetustatis exempla, quæ fidei exgô subijciam:

In Varhel Transyluaniæ, hoc est Vlpiæ Traianę ruderibus:

DEO QVI EST MAXIMVS AVREL. SEPT. ROMANVS MIL.

LEG. XIII. G. VIX. N. LX, CORNICULA ET SEPTIMIA SEPTIMINA QUAE ET REVOCATA FILIAE CORNELIA ANTONINA UXOR HAEREDES PONENDUM CURAVERUNT CURANTE SEPTIMIO SCIPIADE AUG. COL. LIBERTO EIUS.

Auximi in Italia:

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN. TREBELLIO PELIDIANO EQ. PUB. TRIB. LEG. II TRAI. FORTIS TRIB. COH. XXXI VOLUNT. TRIB. LEG. VI VICTRICIS PROC. AUG. PROMAGIST. XX. HAERED. PRAEF. VEHICULORUM QQ. PATR. COL. ET SUO PON. COL. FABR. AUXIM. OB EXIMIUM INTER MUNICIPES SUOS AMOREM L. D. D. D.

Legio sexta Mœsica Gemina.

LEGIO SEXTA MOESICA, Claudia cognomento, & Gemina, Pia, ac Fidelis quoque dicta, à Claudio Cæsare scripta est, & Mœsiæ præsidio collocata, cuius tam Dion Cassius meminit libro quinquagesimoquinto, quàm Antonini itinerarium, quod ad Nouas & Triamaniũ Mœsiæ loca collocare uidetur. Ad quam Tacitus pariter alludit lib. 19 his uerbis, cum de Sarmatarũ & Dacorum irruptione in Daciam ac Mœsiam loquitur: Mota (inquit) & Dacorum gens, nunquam fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. sed prima rerum quieti speculabantur: ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortiũ alarumque hybernis, utraque Danubij ripa potiebantur. Iamque castra legionũ excindere parabant, ni Mutianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis uictoriæ gnarus, ac ne externa moles utrinque ingrueret, si Dacus Germanusque diuersi irrupissent. Affuit, ut sæpe aliâs, fortuna pop. Rom. quæ Mutianum uiresque Orientis illuc tulit. Porrò à Claudio Cæsare qui Caligulam secutus est in Imperio, fortè eo euentu cognominatam existimo, eoque tempore, quo Vannium expulsum Marcomanorum regem, is inter Marum & Cusum Daciæ fluenta collocauit, ut libro 12 Tacitus est author. Sic Sabariam Pannoniæ ciuitatem Claudiæ nomen sortitam Plinius libro tertio historiæ Naturalis cap. 24 scribit. Sed producemus in harenam Vetustatis monumenta, in uicinia Mœsiæ eruta, potissimum Dacia: B

Limitibus Mœsiæ in Seurn supra Zeuderinum Seruiæ, quæ olim Singidonæ Mœsiæ fuit:

FORTUNAE AUG. OMNIPOTENT. UBI ERAS RAMNUSIA UBI ERAS, QUANTUM ABFUIT NE ROMA LUGERET SED VIVIT TRAIANUS VE TIBI DECEBALE. MILS. LEG. VI ET XIII G. DEVOT. CAPITIBUS.

Vrbini in Italia:

C. SESTIO C. F. STEL. SABINO TRIB. COH. XIII. URB. P. P. LEG. I. ADIUTRICIS P. F. LEG. VIII AUG. EX TERCENARIO COH. VIIII PR. COH. VIII URB. LEG. II. ADIUT. PIAE FID. ET LEG. VI CLAUDIAE P. F. DONIS DONAT. AB IMP. ANTONINO AUG. HASTA PURA.

In Transsyluania, hoc est, Daciarum tractu, in Varhel ruderibus, uidelicet Vlpiæ Traianæ:

ANTONINAE BONOSAE VIX. AN. XXXVIII, AUREL. CONSTATIO EQ. R. DEC. COL. VIMIN. VIX. AN. VI P. ANTONIUS VICTOR MILES LEG. VIC. VICTRICIS

FRUM.

A FRVM. VIX. AN. XVIII. P. ANTONIVS SVPER INFELIX PATER, P. ANTON. TRIB. COL. III. ID. MAIARVM VIX. AN. XXXIII.

Ibidem:

FVGIAE AVG. MIL. LEG. VI. VOTVM SOLVIT.

LEGIO SEXTA SYRIACA, siue Armeniaca, quæ & Germaniciana, Veteranaq́ dicebatur, primis adhuc temporibus Romanis celebrata, de qua Cor. Tacitus libro secundo historiæ Augustæ scriptum reliquit, cum res à Tiberio gestas recenseret, & de Syria loqueretur: Interim Domitius Laodicæam, urbem Syriæ adpulsus, cũ hyberna sextæ legionis peteret, quòd eam maximè nouis consilijs idoneam rebatur, à Pacuuio legato præuenitur. Et iterum: Interim Piso classem haud procul operientem oppugnare frustra tentauit, regressusq́ & pro muris modò singulos nomine ciens, præmijs uocans, seditionem cœptabat: adeoq́ commouerat, ut signifer legionis sextę, signum ad eum transtulerit. Idem lib. 13, locutus de Corbulone Syrię præfecto: Dissimulato tamen intellectu (ait) rectius de his quæ in publicum consulerentur, totis exercitibus coràm dissertaturos respondit. Locumq́ delegit, cuius pars altera colles erãt, clementer adsurgẽtes, accipiendis peditum ordinibus: pars in planiciem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. Dieq́ pacto, prior Corbulo socias cohortes & auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit. Et iterum: Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorum delectis: recepta inter ordines impedimenta. Idẽ lib. 15: Iamq́ aderat copijs ita diuisis, ut quarta & duodecima legiones, addita quinta, quæ recens è Mœsijs excita erat, simul Pontica & Galatarum, Cappadocumq́ auxilia Pæto obedirẽt: tertia & sexta & decima legiones, priorq́
B Syrię miles, apud Corbulonem manerẽt. Et iterum: At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quę fortissimo quoq́ amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebantur, in Syriam translatis: sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem, & crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit. Cæterùm eductam fuisse hanc iterum ex Syria legionem, & aliò translatam, ut ego opinor, confecto bello Ciuili, ex Italia in Iudæam missam, ex his Taciti uerbis libro 18 colligitur: Sed legio sexta, inquit, & tredecim uexillariorũ millia, ingenti agmine sequebantur. Classem è Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilij, num omissa Mœsia, Dyrrhachium pedite atq́ equite peteret: simul longis nauibus uersum in Italiam mare clauderet. Confirmat uerò hæc omnia quæ diximus, itinerariũ Antonini, quod in descriptione itineris à Germanicia Edessam sextam legionem in Samosata collocat. Fuit & altera hoc numero & cognomine legio inclinante Imperio, quam sextam Parthicam Scotus in codice Præfecturarum inter pseudocomitatenses orientis commemorat. LEGIO SEXTA IVDAICA, Ferratensis cognomine, quo omnes eius prouinciæ legiones nominabantur, à Dione libro 55 commemoratur: quam ego uel à superiori Syriaca, uel Aegyptiaca sexta processisse conijcio. Alludit uerò ad hanc monumentum uetustatis Tarracone apud Hispanos repertum, cum hac inscriptione:

Legio sexta Syriaca.

Legio sexta Parthica.

Legio sexta Iudaica Ferratensis.

M. PORTIO M. F. A MENSA PRO IIVIRO PRAEF. FABR. TRIB. MIL. LEG. VI FERRATENS. PROC. AVG. AB ALIMENTIS FLAMINI H. C. P. H. C.

LEGIO SEXTA Herculea cognomento, Codice rempub. inclinantis Imperij describente in Pannonia inferiori commemoratur, & nominatim in Teutoburgio & Aureo monte collocatur.

Legio sexta Herculea.

CAP. XIIII. DE LEGIONIBUS SEPTENArij numeri, & quot, ubi castra, & quibus locis habuerint.

A



HAUD pauciora erant in septima legione discrimina. Legimus enim apud authores historiarũ paulo uetustiores, hoc numero & nomine legiones, septimã uidelicet Italicã, septimã Sicilicam, septimã Gallicam, septimã Hispanicã, quæ & Gemina dicebatur: septimã Mœsicam, cognomine Claudiam: septimã Pannonicã, Galbianã appellatã: & septimã Orientalem, inclinantis Imperij. de quibus testimonia authorũ singulis adducere libet. LEGIO SEPTIMA ITALICA, in Celtiberis statiua habebat, cuius & Cic. libro Epistolarũ octauo, & T. Liuius lib. 10 Dec. 4 mentionẽ faciunt. Liuij locus sic habet: Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt. Cæterùm posteaquã receptus pulsis nullus erat, nec usquã nisi in certamine spes, pertinacius de integro capessũt pugnã. acie media urgebantur acriter à quinta legione aduersus lęuũ cornu, in quo sui generis prouincialia auxilia instruxisse Romanos cernebant, cũ maiori fiducia intulerunt signa. iam propè erat ut sinistrũ cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset: simul ab oppido Ebura, qui præsidio relicti erant, in medio ardore pugnæ aduenerunt. Huc pertinent loca Cæsaris lib. 5 Ciuilis belli, quũ aciem Scipionis in Hispanijs, nomine & auspicio Pompeij Magni contra Cæsarẽ dictatorem institutã describeret: Hæc fuit ratio (inquit) Scipionis ea die pręliãdi: Cæsaris aũt acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro eius cornu ordiar, & ad dextrũ perueniam. Habuit legionem nonam, septimã: in sinistro cornu trigesimã, uigesimam nonã, tertiamdecimam. Et iterum: Interim Varus classem, quam antea Vticę hyemis gratia subduxerat, cognito legionis septimæ & octauæ ex Sicilia aduentu, celeriter subducit, ibiq; Getulis remigibus epibatisq; cõplet. LEGIO SEPTIMA GALLICA, Gemina cognomento, cõmemoratur in itinerario Antonini, in Durnomago & Asaua uico, creberrima quondam Belgicæ Galliæ loca, in descriptione eius itineris quod è Treuiris Coloniam Agrippinensem subducit: ad quam non semel & Cæsar & Tacitus alludere uidentur. Cæsar quidem lib. 2 Gallici belli: Quũ septimam legionem, quæ iuxtà constiterat, item urgeri ab hoste uidisset, tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent, & conuersa signa in hostes inferrent. Et rursus tertio libro eiusdem belli: Atq; ita inita hyeme, in Illyricũ profectus est, quòd eas quoq; nationes adire, & regiones cognoscere uolebat, subitum bellum in Gallia coortum est. Eius belli hæc fuit causa. P. Crassus adolescens cum legione septima proximus mari Oceano, in Andibus hyemabat. Idem lib. 4 Cõmentariorũ Gallici belli: Dum ea geruntur, ex cõsuetudine, una frumentatum missa, quæ appellatur Septima. Et lib. 5 iterũ: Nam crebris arboribus succisis, omnes introitus erant præclusi, ipsi ex syluis rari propugnabant, nostrosq; intra munitiones ingredi prohibebant. At milites legionis septimæ, testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum cæperunt, eosq; ex syluis expulerunt. Talis fit mentio & lib. 6 eorundem Commentariorum: Hoc inito cõsilio, totius exercitus impedimẽta ad Labienum in Treuiros mittit. Ipse dux hostium Camulogenus suis aderat, atq; eos cohortabatur: at incerto etiam tunc exitu uictoriæ, quum septimæ legionis tribunus esset, nunciatum quæ in sinistro cornu gererentur, post tergum hostium legionem ostenderunt. hæc ille. Porrò si monumentis Vetustatis credimus, hanc posterius legionem, aliquot mille passuum spacio remotam usq; Moguntiacum apparet, ubi uidelicet innumeræ eius legionis inscriptiones eruuntur, quarum aliquas subnexuimus.

Legio septima Italica. *Legio septima Gallica.* B

Mogun-

A Moguntiaci, ad diuum Albanum:

ET BONAE MEMORIAE, QVID STANTES MIL. ANN. XXIII PROBITVS HIC IN LEGIONE VII G. LECTVS IN PRAETOR FACTVS EQ. PROMOT.

In pomœrio urbis:

PRO SALVTE D. D. N. N. SANCTISSIMORVM IMPP. BONO EVENTV MIL. EXERCITVS G. S. MATERNIVS PERLETVS MIL. LEG. VII P. P. P. F. STATOR.

Apud Borbetomagum, hoc est, Vuormaciam.

CRABVRIVS FESTVS POMARETIO TRIB. LEG. VII. G. F. PRAEF. ALAE SCVBVLORVM IONI.

Apud castrum Cronburg Bauariæ:

CLOD. MARIANO FRVMENTARIO LEG. VII GEM. LVCANIVS LAVRENTIVS FACIVNDVM CVRAVIT.

In ædibus, zum Schiltknecht uulgò:

VICTORIO CASSIANO VET. LEG. VII. QVI VIX. ANNIS LV. VICTOR. CLEMENTINVS ET VICTORINVS ET SENECIONIVS IVLIANVS FILII EIVS PER VICTORIVM HERMETEM LIBERTVM EIVS PATRI PIISSIMO. F. C.

LEGIO SEPTIMA HISPANICA, itidem Gemina uel Gemella, cognomine Pia & Fœlix, quam Germanicensem Ptolemæus appellat, & in descriptione Tarraconensis Hispaniæ commemorat. Meminit & septimæ Geminæ codex Præfecturarum, sed alterius, ut arbitror, inclinante iam Imperio, uidelicet inter octo Comitatenses orientis eam recensens. Alioquin crebra illius monumēta per Hispanias reperta nomen repræsentant, ut in subnexis inscriptionibus uidetur. *Legio septima Hispanica Gemella.*

B

Tarracone:

M. AVR. M. F. PAB. LVCILIO POETO. VIOR. EX SINGVLARIBVS IMP. LEG. I. ADIV. LEG. II. TR. LEG. VII GE. LEG. VII GEMEL. HASTAR. PR. ANNORVM XL. STIPENDIOR. XXXX IVLIA IVVENTINA ET HAERES MARITO PIENTISSIMO ET INDVLGENTISS. FACIVNDVM CVRAVIT.

Ibidem:

Q. EDIGLEO POL. RVFFO LOLIAGENIANO AVG. COS. PROCOS. ASIAE GNFORI PROV. LVGD. ITEM IGDIENSIVM C. M. T. SEVRI ET ANTON. AVGG. TER. LEG. XX. G. PROV. H. C. ITEM CENS. H. C. GVROSILIND. PVTEOLANO SVP. VETERANOR. QVAEST. CANDIAE. LEG. XVIII PRIMIG. TIR. LEG. VII. G. P. F. IIIVIRO A. A. A.

Dianij Hispaniæ:

D. M.

Q. MONEIO VERECVNDO NARBONENSI ET LEG. VII GEMELL. AELIA VALENTINA MARITO BENEMERENTI.

Ibidem:

L. ANTEIO FLAVINO BE. COS. CIVI ASTVRIC. LEG. VII P. FEL. AN. XLV STIP. XXIIII ANTEIVS ANTIOCHVS PATRONO OPTIMO BEMERENT. FECIT SECVNDVM VOLVNTATEM SVAM.

Ibidem:

D. M.

CAECILI MATVRI FRVN. LEG. VII GEM. QVI VIX. ANN. XXXVI MENS. VIII. D. V. AEL. COGITATA MATER. CAECILIVS DEXTER. C. TARTIMAS FRATRES ET LVPA VXOR HAEREDES EX TESTAMENTO FECERVNT.

Ibidem

Ibidem:

C. IVLIO REBVRRO MIL. LEG. VII G. P. F. SECISAMA BRASACA AN. LEG. II. A. XXIIII LICINIVS RVFFVS MIL. EIVSD.

Ibidem:

L. VALERIO SEVERO VETER. LEG. VII G. F. C. IVLIVS SEVERVS PATRI PIENTISSIMO.

A

Septima Moesica, Claudia.

LEGIO SEPTIMA MOESICA, Claudia cognomento, & Pia, Fidelis, ut arbitror à Claudio Cæsare primùm omnium unà cum sexta Claudia aduersus Dacos conscripta fuit, & Mœsiæ præsidio imposita. Quam interfuisse bello Ciuili inter Vespasianum & Vitelliũ gesto, & in Italiam ab Othone abductam, Tacitus demonstrat lib. 18. Tertia legio exemplũ cæteris Mœsię legionibus prębuit, octaua erat ac septima Claudiana imbutæ fauore Othonis, quamuis prælio nõ interfuissent, Aquileiam iam progressæ, proturbatis qui de Othone nunciabant, laceratísq; uexillis nomen Vitellij præferentibus. Et iterũ lib. 19. Proximè Bebriacensi uiæ tertiani septimaníq; sumpsere dexteriora ualli octaua ac septima Claudiana. Et alio loco: Sistere tertiamdecimã legionem, in ipso uiæ Posthumiæ aggere iubet: cuncta à læuo septima Galbiana patenti campo stetit, dein septima Claudiana agresti fossa præmunita. Ibidem, Tectij Iuliani legati septimæ huius Claudianæ legionis mentionem facit. Mansisse hanc legionem usq; ad seculum uergentis Imperij, docet potissimũ Scotus, qui eam in Viminacio & Cuppis Mœsię municipijs describit, ac Claudiam nominat. Ad quam & monimenta alludunt potissimum in Dacia, proxima uidelicet Mœsiæ prouincia, eruta apud Transyluanos.

In Transyluania Hungariæ, in horto diaconi Colossensis, Albæ Iuliæ:

P. AEL. ANTIPATRO MARCELLO EQ. R. DEC. CL. APVL. FIL. P. AEL. ANTIPATRAIA. MIL. ET ADOPTIVO P. AEL. MARCELL. V. ET EX PRAEF. LEGION. VII CLAVD. ET I ADIVTR. DADES ET FILETVS ACTOR.

In ædibus diaconi Dabocensis, ibidem:

P. AELIAE IVLIAE MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI EQ. R. FLAM. ET II VIRAE CL. APVL. ET ADOPTIVAE P. AEL. MARCELLI VET. EX PRAEF. LEG. VII CL. ET I ADIVTR.

Romæ:

M. ARTORIVS M. F. PAL. PRISCILLVS VICASIVS SABADIANVS TRIB. CON. XV VOLVNT. C. R. TR. LEG. VII CLAVD. PIAE FID. PRAEF. ALAEI PANN. IRAES MON. IIS BERENICIS FLAM. DIVI AVG. PATR. COL. EPISTRATES. THEBAR. EX VOTO.

B

Septima Galbiana Pannonica.

LEGIO SEPTIMA PANNONICA cognomento Galbiana, quòd à Galba Cæsare esset cõscripta, & Pannonijs præsidio collocata. Meminit Cor. Tacitus libro decimooctauo his uerbis: At in Pannonia 13 legio, & septima Galbiana, dolorem irámq; Bebriacensis pugnę retinentes, haud cunctanter Vespasiano accesserunt, ui præcipua Primi Antonij. Is legibus nocens, & tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala, senatoriũ ordinẽ recuperauerat, prępositus à Galba septimæ legioni, scriptitasse Othoni credebatur, ducẽ se partibus offerẽs: à quo neglectus, in nullo Othoniani belli usu fuit. Et iterũ lib. 19 uulgata uictoria post principia belli secundũ Flauianos duæ legiones, septima Galbiana, & decimatertia Gemina, cum Vedio Aquila legato Patauiũ alacres ueniũt. ubi pauci dies ad requiẽ sumpti. Et Minutius Sustus præfectus castrorũ legionis septimæ, quia audacius q; ciuili bello imperitabat, subtractus militũ iræ, ad Vespasianũ missus est. Et iterum:

A rum: fortè Galbiæ legioni in aduersa fronte ualli opus cesserat, & uisi procul sociorum equites. Subdit: Is terror obstructas mentes, consilijs ducis aperuit, sistere tertiamdecimam legionem, in ipso uiæ Posthumiæ aggere iubet, cui iuncta à læuo septima Galbiana patenti campo stetit. Ex quibus omnibus liquet, septimam hanc à Galba Pannonijs collocatam, abductam in Italiam à Vespasiano, contra Vitellium fuisse. quam tamen fuisse redditam hybernis, confecto bello, idem author libro uigesimo historiæ Augustæ his uerbis testatur: Deinde postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat, uires abolet, dimissa in hyberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor. Huc arbitror alludit inscriptio Vetustatis, quæ apud Pætouionem Pannoniæ Interamnensis, siue Valeriæ est eruta, his literis:

CATVCIO ALBANO VETERANO EX PRÆTORIO ET AELIAE SABINAE VXORI OPTIMAE ET ATVCIAE AVENTINAE FA. XXXIII EXVPAEREVS MILES LEGIONIS SEP. Θ XXIII.

LEG. SEPTIMA, una seniorum, & altera iuniorum, à Scoto in republica uergentis Imperij inter trigintaduas Comitatenses commemoratur. *Legio septima iuniorum & seniorum.*

CAP. XV. DE LEGIONIBVS OCTONARIJ numeri, & earum discrimine, statiuis ac cognominibus.



RECIPIT & hic legionum numerus suam diuersis in locis sectionem: aliã enim octauã fuisse Italicã, cuius Liuius & Cæsar meminere, credendum est: aliam item Augustam, itemq; Mœsicam octauam, & Pannonicam octauam. de quibus ordine à nobis B dicetur. LEGIO OCTAVA ITALICA, siue Macedonica, quòd ea Romani in Macedonici belli administratione sunt usi: cuius meminit T. Liuius lib. 9 Decad. 4, agens de bello Hispanico (nam eò posthac traducta fuit:) Interim Romani impedimẽtis quoq; omnibus traductis, cõtractisq; in unum locum, quia iam moueri uidebant hostem, nec spacium erat castra communiendi, aciem instruxerunt. In medio locatæ, quinta Calphurnij legio, & octaua Quintij: id robur totius exercitus erat. campum apertum usq; ad hostium castra habebant, liberũ à metu insidiarum. Hispani postquã in citeriora ripa, duo Romanorum agmina conspexere, &c. LEGIO OCTAVA GALLICA Augusta, Pia, Fidelis cognomine, postea itidem in Hispaniam à Cæsare Iulio primo traducta. Meminit illius author idem libro septimo Comment. Gallici belli, cum de Gergouiæ urbis Gallicę obsidione tractat: Quum hostes, inquit, intra portas esse existimarẽt, sese ex oppido eiecerunt: matresfamiliâs de muro uestẽ argentumq; iactabant: & pectore nudo prominentes, passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerẽt: neu, sicut Auarici fecissent, ne mulieribus quidem atq; infantibus abstinerent: nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus tradebant. L. Fabius centurio legionis octauę, quem inter suos eo die dixisse cõstabat, excitari se Auaricensibus præmijs. hæc ille. qui traductam pariter ex Gallia in Hispaniam aduersus Pompeium, libro primo Belli ciuilis testatur: Interim Cæsari nunciatur (inquit) Sulmonenses, quod oppidum à Corfinio septem millium interuallo abest, cupere ea facere quę uellet: sed à Q. Lucretio senatore & Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum septem cohortium præsidio tenebant: mittit eò M. Antonium, cum legionis octauæ cohortibus quinq;. Et subdit: Cæsar eas cohortes cũ exercitu suo coniũxit, Actiumq; incolumẽ dimisit: Cęsar tribus primis diebus,

Legio octaua Italica.

Legio octaua Gallica uel Hispanica.

diebus, magnis operibus munire, & ex finitimis municipijs frumentum comportare, reliquasq; copias expectare constituit. eo triduo, legio octaua ad eum uenit, cohortesq; ex nouis Galliæ delectibus 22, equitesq; à rege Norico circiter trecenti. Idem libro quinto Ciuilis belli, ex Hispania in Aphricam hanc traiecisse ostendit, ita scribens: Quò postquam Cæsar peruenit, & animaduertit aciem pro uallo Scipionis, castris elephantisq; dextro sinistroq; cornu collocatis, & nihilominus partem militum castra non ignauiter munire: ipse acie triplici collocata, legione decima secundaq; dextro cornu, octaua & noua sinistro oppositis. Et iterū: Interim Varus classem, quā antea Vticæ hyemis gratia subduxerat, cognito legionis septimę & octauę ex Sicilia aduētu, celeriter deducit, ibiq; Getulis remigibus epibatisq; complet. Hęc ille. Cæterùm fuisse hybernis suis restitutā, atq; in Galliam redijsse, ex his Cor. Taciti uerbis lib. 1 historiæ Augustæ colligitur. quum enim Augusti mortem indicasset, subiungit: Duo apud ripam Rheni exercitus erāt, cui nomen superiori, sub C. Silio legato, inferiorē A. Cecinna curabat, regimen summæ rei penes Germanicum. Et sequitur: Non aliud malorum leuamentū, quàm si relinquerēt castra infausta, temerataq;, & soluti piaculo suis quisq; hybernis redderentur. Prima octaua, deinde quintadecima legio rediere: Nonanus operiendas Tyberij epistolas clamitauerat. Idem lib. 29, abductā iterum ex hybernis in Italiam à Vitellio aduersus Othonem & Vespasianū extitisse testatur ita scribēs: Cecinna ueluti offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tanquam insultantes Vitellio scripsissent: aduentu deinde duarum legionum, è quibus tertium Dillius Apontanus, octauam Numisius Lupus ducebant, ostentare uires, & militari uallo Veronā circundare placuit. Atq; hactenus Tacitus. Meminerunt deniq; huius legionis octauæ Gallicæ, & Dion Casius libro 55: & Antonini itinerarium, atq; Ptolemæus. Quorum hic inter Argentoracū Tribochos & Elcebum, pro Rheni limite componit, ubi hodie Alsatia extenditur: ille uerò inter Tolbiacum & Marcomacum collocare uidetur, haud procul ab Vbijs. Sed libet monumentorum testimonia subnectere, quibus Augusta Pia, etiam Fidelis, atq; Constans denominatur.

Ad Rhenum, in proprijs uidelicet statiuis, sylua Odenuuald prope Moguntiacum.

FORTVNAE L. FAVONIVS SECCIANVS LEG. VIII AVG.

Coloniæ:

L. AEMILIVS CARVS LEG. VIII AVG.

In pago Praunhaym prope Moguntiacum:

IN H. DD. GENIO SANCTO M. AVREL. CL. POMPEIANVS MIL. LEG. VIII. ANTONIANAE AVG. BF. COS. B. IANVAR. IMP. D. N. ANTONINO IIII. ET BALBINO II. COSS.

Vbi Neccarus in Rhenum confluit:

IN H. D.D. IOVI ET IVNONI REG. GENIO LOCI ET D. D. OMNIBVS

In Italia, quò traducta ex Gallijs fuerat, Auximi Italiæ:

M. OPPIO CAPITONI Q. CAMVDIO Q. F. T. PRIN. VELAMINO SEVERO EQVO PVB. IVDICI SELECTO EX V. DEC. TRIB. LEG. VIII AVG. PRAEF. FABRVM.

Vrbini:

C. VESNIO C. F. STELL. VINDICI POPVLI VRVINI PATRONO SVO ET MVNICIP. AEDIL. IIIIVIR. VIAR. CVRANDAR. TRIB. MIL. LEG. VIII AVG. QVO MILITANTE, CVM LIBERATA ESSET NOVIA OBSIDIONE, LEGIO PIA FIDEL. CONSTANS COMMODA COGNOMINATA EST.

Reatæ:

D. M.

C. IVLIO C. F. LONGINO DOMO VOLTINIA PHILIPPIS MACEDONIA

A PS. EDVLIVS IVLIANVS MIL. LEG. VIII AVG. ANTONINIANAE B-F. COS. PRO SALVTAE SVA ET SVOR. ITERAT. POSVIT.

Ibidem:

IN H. DD. IOVI ET IVNONI REG. ET GENIO LOCI ET GERIONIS S. R. VERVS MIL. LEG. VIII ANTON.

Romæ ad S. Ioannem, ante portam Latinam.

C. IVLIO VECTIO AVG. VINDELICVM MILITI PR. LEG. VIII AVG. VIX. AN. XXIII MILITAVIT AN. VI.

NIA VET. LEG. VIII AVG. DEDVCTVS AB DIVO AVGVSTO VESPASIANO QVIRIN. REATAE SE VIVO FECIT SIBI ET IVLIAE C. LIBERTAE HELPIDI CONIVGI SVAE.

Viterbij, in domo Episcopali:

TR. MIL. LEG. VIII BIS AVGVST. Q. VRBANO PROVINC. CRETAE ET CYRENARVM AEDILI PLEB. PR. LEGATO DIVI VESPASIANI LEG. XIII GERM. PROC. PROVINC. MACEDONIAE P. TVLLIVS VARRO OPTIMO PATRI.

LEGIO OCTAVA PANNONICA, itē Augusta cognomento. meminit Cor. Tacitus libro primo historiæ Augustæ, cum seditionem Pannonicarū legionum ad Nauportū sub exitum Augusti Octauiani describit: Hic rerum urbanarū status erat, quum legiones Pannonicas seditio incessit, nullis nouis causis, nisi quòd mutatus princeps licentiam turbarum, & ex ciuili bello spem præmiorū ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Bleso, qui fine Augusti & initijs Tiberij auditis, ob iustitiū, aut gaudium intermiserat solita munia. Eo principio lasciuire miles, discordare, pessimi cuiusq; sermonibus præbere aures, deniq; luxum & ocium cupere, disciplinā & laborem aspernari. Et postea nominatim enūmerans istas legiones: Quin ipsæ inter se legiones (inquit) o- *Legio octaua Pannonica Augusta.*
B ctaua & quintadecima ferrū parabāt, dum centurionē cognomento Sirpicū, illa morti deposcit, quintadecumani tuentur: ni Nouanus miles preces, & aduersus aspernantis minas interiecisset. Et iterum: Et soluti piaculo, suis quisq; hybernis redderentur, primū octaua, deinde quintadecima legio rediere. Et ne ullum dubium sit, Pannonicas has fuisse, sequitur mox: Non unus hæc, ut Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militū aures alios ualidiores exercitus respicientiū. LEGIO OCTAVA MOESICA, & ipsa Augusta cognomento, & prætoria. Ad quam adludit Cor. Tacitus lib. 18. Tertia legio (ait) exemplum cæteris Mœsiæ legionibus præbuit, octaua erat ac septima Claudiana, imbutę fauore Othonis, quamuis prælio non interfuissent. Et lib. 19. Aduentu deinde duarū legionum, è quibus tertiam Dillius Apontanus, octauam Numisius Lupus ducebant. loquitur autem isthic de legionibus Mœsicis. Et sic intelligenda est inscriptio uetustatis Tiburti in templo S. Vincentij adseruata: *Legio octaua Mœsica prætoria.*

HERCVLI TIBVRT. VICT. ET CAETERIS DIIS PAENATIBVS TIBVRT. L. MINITIVS MATALIS COS. AVGVR. LEG. AVG. PRAETORIAE P. R. PROVINCIAE MOESIAE INFER. VOTIS.

LEGIO VIII Palatina inter 12 legiones Palatinas occidētis Scoto describitur, Archadio & Honorio imperantibus. *Legio octaua Palatina.*

CAP. XVI. DE LEGIONIBUS NOUENARIJ NUMERI, & EARUM STATIUIS, DISCRIMINE & COGNOMINIBUS.



NEQVE nona legio Romanis una erat, sed quantum lectione historiarum adsequi possum, alia Gallica fuit, alia Hispanica: item quę in Aphrica merebat alia, & quæ in Britannica præsidiū agitabat alia. Inuenitur deniq; & in Pannonia hoc numero legio excubasse: de quibus dicendum nobis ordine est. LEGIO NONA GALLICA *Legio nona Gallica Alauda.*

Alauda cognomento, & Veterana, ac bis Augustalis etiam denominata, recensetur à Dione lib. 55, & in itinerario Antonini, cũ uiã describit, ex qua Pannonijs ad mare Batauorũ profectio instituitur. nam cũ Coloniam Agrippinam iter deduxisset, incipit statim legiones Alaudas enumerare, septimã in Durnomago, quintam in Burunco, Vennensio ac Gelduba, ubi hodie est Iuliacẽsis ducatus, in Veteribus castris trigesimam Vlpiam, & in Calone nonam Alaudam, tum decimam Alaudam in Aranatio. Atq; illa est legio, de qua scribit Cæsar libro primo Ciuilis belli: Cæsar penè omni acie perterrita, quod præter opinionẽ cõsuetudinemq; acciderat, cohortatus suos, legionẽ nonam subsidio ducit: hostem insolentẽ atq; acriter nostros insequentẽ supprimit, rursusq; terga uertere, seq; ad oppidũ Ilardam recipere, & sub muro consistere cogit. Et lib. 3: Superioribus diebus cum se nona legio castris obiecisset, Pompeianis copijs atq; opere, ut demonstrauimus, circũ muniret, castra eo loco posuit. Et subdit: Is locus aberat nouis Pompeij castris circiter passus quingentos. hanc legionẽ sperãs Cæsar se opprimere posse, & cupiens eius diei detrimentum sarcire, reliquit in opere cohortes duas, quæ speciem munitionis præberent. Ipse diuerso itinere quam potuit occultissimè reliquas cohortes numero 33, in quibus erat legio nona, multis amissis centurionibus, diminutoq; militum numero ad legionem Pompeij, castraq; minora duplici acie duxit. Et rursus eodem libro, cum prælium ad Dyrrhachiũ describit: In occupandis præsidijs magna ui uterq; utebatur. Cęsar, ut quam angustissimè Pompeium contineret: Pompeius, ut quamplurimos colles quàm maximo circuitu occuparet: crebraq; ob eam causam prælia fiebant. In his cum legio Cæsaris nona præsidium quoddam occupasset, & munire cœpisset, huic propinquum & contrariũ collem Pompeius occupauit. Ex quibus omnibus liquet, hanc è Gallijs legionem in Macedoniam à Cæsare dictatore fuisse abductam, utpote aduersus Pompeium. quo uicto, & finito bello Ciuili, hanc hybernis redditam existimo: quando & Tacitus libro 14, Neronis imperium describens, eius uidetur legionis meminisse, hisce uerbis: Et uictor Britannicus Pæto Cæreali legato legionis nonæ in subsidium aduentanti obuius, fudit legiones. Ad hanc legionem alludit inscriptio Vetustatis, quæ in Este agri Patauini extat huiusmodi:

L. MESTRIVS C. F. ROM LEG. IX. AL.

Legio nona Hispanica. LEGIO NONA HISPANICA, bello Ciuili Cæsari nauabat operam, ut Gallicana, & fortassis eadem cum illa. Meminit Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Milites (inquit) legionis nonæ subitò conspicati pila coniecerunt, & ex inferiori loco aduersus pilum incitati, cursu præcipites Pompeianos egerunt. Et iterum: Quę res nota erat Põpeio, delata per Allobrogas perfugas, magnumq; nostris attulit incõmodum: nam ut ad mare nostræ cohortes nonæ legionis excubuerant. Et rursus: Post syluã, & in Vetera castra duci. castrorũ hic situs erat. Superioribus diebus cũ se nona legio Cæsaris obiecisset Pompeianis copijs, atq; opera, ut demonstrauimus, circumueniret, castra eo loco posuit. hanc Decimatã à Cæsare legionẽ extitisse, Appianus Alex. lib. 2 Ciuilis refert, ita scribẽs in oratione Cæsaris: Testis igitur in hanc diem meæ erga uos liberalitatis ac clementię, Petrei leges deinceps imitabor: nonæ itaq; legionis, quæ seditionis causam in primis præstitit, decimũ quemq; morte mulctabo. *Legio nona Africana.* LEGIO NONA APHRICANA, eadem fortè cum superiori, hoc est nona Hispanica, fuit: siquidem in Aphricam hanc transportatã fuisse, testatur ipse Cæsar libro quinto Ciuilis belli, quum de bello ad Tapsum in Africa gesto ageret. Quò postquam Cæsar (ait) peruenit, & animaduertit aciem pro uallo Scipionis castris elephantisq;, dextro sinistroq; cornu collocatis, & nihilominus partem militũ castra non ignauiter munire, ipse acie triplici collocata,

legione

A legione decima, secundaq́ dextro cornu, octaua & nona sinistro oppositis legionibus in quarta acie, ante ipsa cornua quinis cohortibus contra bestias collocatis. Porrò hanc iterum ex Africa Tiberium deportasse, scribit Tacitus libro historiæ Augustæ: Cæsar, post res à Bleso gestas, quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari nonam legionem iusserat. Et iterum: Erat ille prædarum receptor ac socius populandi rex Garamantum, non ut cum exercitu incederet, sed missis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius audiebantur: ipsaq́ è prouincia, ut quis fortunæ inops, moribus turbidus, promptius ruebant. LEGIO NONA PANNONICA, recensetur à Tacito, libro primo, inter tres quæ aduersum Iunium Blesum ad Nauportum tumultuabantur. Quin ipsę inter se legiones (inquit) octaua & quintadecima, ferrum parabant, dum centurionem, cognomento Sirpicum illa morti deposcit, quintadecimani tuentur, ni miles Nonanus preces, & aduersus aspernantes minas interiecisset. Et iterum, seditionem Pannonicarum legionum ad Nauportum tractans: Primum octaua (ait) deinde quintadecima legio rediere. Nonanus operiendas Tiberij epistolas clamitās, uenit. Addit postea, ne quis dubitet hunc de Pannonicis legionibus loqui: Non unus hæc, inquit, Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures, alios ualidiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora uocesq́. Verùm hanc legionem mox è Pannonijs sub Tiberio adhuc eductā fuisse credendum est. LEGIO NONA BRITANNICA, Victrix cognomento, ad quam referenda sunt hæc uerba Cor. Taciti libro decimoquarto: Et uictor Britannus Pœto Cereali legato legionis nonæ in subsidium aduentanti obuius, fudit legionem. loquitur autem ibi de bello à Suetonio Paulino in Britānia sub Claudio Cæsare gesto. Et subdit postea: Auxitq́ copias Cæsar missis è Germania duobus legionariorum millibus, B octo auxiliariorum cohortibus, ac mille equitibus: quorū aduentu nonani legionario milite suppleti sunt. Idem libro decimonono: Ordinē agminis disiecti per iram ac tenebras asseuerare non ausim. quanquam alij tradiderint, quartam Macedonicam dextro suorum cornu, quintam ac quintamdecimam cum uexillis nonæ secundæq́ & uicesimæ Britannicarum legionum. Alludit ad eandem legionē idem author in uita Iulij Agricolæ, Britanniarum uictoris & præsidis: Quod ubi cognitum hosti, mutato repentè consilio uniuersam nonam legionem ut maximè inualidam nocte aggressi, inter somnum ac trepidationē cæsis uigilibus irrupere. loquitur autem ibi de Britannia Hybernia & Chalcedonia, quę nunc Scotia dicitur. LEGIO NONA TYRONVM in monumentis Hispaniæ cōmemoratur: ad quam referenda sunt uerba illa Cęsaris lib. 5 Ciuilis belli, cum de Hispanico bello Cæsaris contra Pompeianos tractat, ubi cum legiones positas in acie enumerasset, decimā, secundam, octauā, & nonā, subdit tandē: Tyrones aūt qui nunquā in acie dimicassent, hortabatur, ut ueteranorū uirtutem æmularentur, eorumq́ famam, nomen, locumq́ uictoria parta caperent possidere. Huc & ille Appiani Alexandrini locus libro tertio belli Ciuilis spectat: Cæsarem autem duæ similiter legiones delectorum sequebantur, quæ ab Antonio ad ipsum transierant: tyronum ita una, duę ex primis cum eo militantibus. Quę omnia confirmantur ab inscriptione Vetustatis, quæ apud Tarraconem Hispaniæ extat:

Legio nona Pannonica.

Legio nona Britannica.

Legio nona tyronum.

P. LICINIO L. F. GALL. LAVINO AED. Q. FLAMINI
ROMAE ET AVG. IIVIR. PRAEF. COH. IX TYRONVM
ORAE MARITIMAE IVLIA Q. FILIA IN-
GENVA MATRI.

CAP. XVII. DE LEGIONIBUS DECENnarij numeri, earumq́ statiuis, ac cognominibus.



STHOC & numero & nomine multas reperio legiones. Nam & Gallicam Cæsar suam, in Cõmentarijs Gallici belli celebrat, cuius statiua ad limitem Rheni, & Dion & Antonini itinerariũ depingunt, nominaq́ illi tribuũt Veteranæ, Alaudęq́ atq; Germanicæ. Rursus eidem, eodemq́ tempore, hoc numero decima legio in Hispania & Africa celebratur: quam monumentorum Hispanię inscriptiones, Adiutricem & Geminam appellãt. Porrò aliam hoc numero legionẽ Geminã in Rhœtia ad Vindonissam, itinerarium Antonini: item aliam decimam Geminam inclinante Imperio, liber Præfecturarũ in oriente commemorat. Fit iterum Antonino, Ptolemæo, monumentisq́ passim apud nos in Austria erutis, decimæ Germanicæ siue Pannonicæ legionis mentio. Vbi & Scythicam, Herculeam idem Antoninus, deniq; decimã Syriacam siue Armenicam Tacitus, & decimam Iudaicã Ferratensem cognomento Dion Cassius lib. 55, memoriæ tradiderunt. De quibus testimonia authorũ historiæ à nobis ordine producentur. LEGIO DECIMA GALLICA, quæ & Veterana, Alaudaq́ & Germanica, ac posterius Antoniniana cognominata fuit. Scripta autem erat primùm omniũ à Iulio dictatore Cæsare, cũ is bellum in Gallias mouisset: uel si libet conijcere, multo antè in castris fuit. De qua Liuius libro tertio Decadis quintæ ita scribit: L. Canuleio prætori, qui Hispaniam sortitus erat, negocium datum est, ut in singulos, à quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine Senatorio daret, patronosq́ quos uellent sumendi potestatem faceret. uocatis in curiam legatis, recitatum est Senatusconsultũ: iussiq́ nominare patronos, C. Sulpitiũ Gallum cũ M. Titinio primũ, qui prætor A. Manlio, M. Iunio Coss. in citeriore Hispania fuerat, recuperatores sumpserunt. tametsi aũt hic nulla fiat mentio decimę legionis, quia tamen inscriptio huius M. Portij Catonis apud Tarraconẽ Hispaniæ urbẽ adhuc extat, in qua Syluij hospitis hastati legionis decimæ Geminæ fit mẽtio, quod Strator M. Portio Catoni optimo præsidi duciq́ in utraq; Hispania terra mariq́ posuerit: coniectura non uana est, legionem decimã tum temporis Romanis extitisse, qua uidelicet Perseo Macedoniæ, & Genthio Illyrici regibus, bellũ in Gallicas nationes Hispanicasq́ cõuertere cœperant. Quod postea C. Iulij Cæsaris auspicio, cũ ita procederet, ut Gallia sensim in prouinciæ formam redigeretur, decima hæc legio, siue illa uetus fuerit, siue alia, celebratissima exinde haberi cœpta est. Qua de re innumera extant apud ipsum Cæsarem in Cõmentarijs Gallici belli testimonia, quæ ordine recẽsebo, ut quãta existimatione hæc semper Romanis legio extiterit, perspicuũ fiat. Sic lib. 1 tractãs de Ariouisti regis Sueuorũ in Gallias irruptione: Dum paucos dies (inquit) ad Vesontionẽ rei frumentariæ, cõmeatusq́ causa moratur, ex percunctatione nostrorũ, uocibusq́ Gallorum ac mercatorũ, qui ingenti magnitudine corporũ Germanos incredibili uirtute atq; exercitatione in armis esse prędicabãt, sępenumero sese cũ his cõgressos, ne uultũ quidem atq; aciem oculorũ dicebant ferre potuisse: tantus subitò timor omnem exercitũ occupauit, ut non mediocriter omniũ mentes animosq́ perturbaret. Et sequitur postea in exhortatione Cęsaris: Itaq; se, quòd in longiorẽ diem collaturus esset, repræsentaturũ, & proxima nocte de quarta uigilia castra moturum, ut quamprimũ intelligere posset, utrũ apud eos pudor atq; officiũ, an timor plus ualeret. Quòd si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua nõ dubitaret, sibiq́ eam prætoriã cohortem futurã. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter uirtutem confidebat maximè. Hac oratione

Legio decima Gallica Alauda.

A

B

A tione habita, mirũ in modũ conuersæ sunt omniũ mentes, summaq́ alacritas atq; cupidas belli gerendi innata est: Princepsq́ decima legio, per tribunos militum ei gratias egit, quòd de se optimũ iudiciũ fecisset: seq́ esse ad bellũ gerendũ paratissimam, cõfirmauit. Et rursus Cęsar ijsdem in Cõmentarijs suis, cum colloquentẽ secũ Ariouistum Sueuorũ regem introducit: Cæsar (inquit) ꝙ nec colloquiũ interposita causa tolli uolebat, neq; salutẽ suam Gallorũ equitatui cõmittere audebat, cõmodissimũ esse statuit, omnib. equis Gallis equitibus detractis, eis legionarios milites legionis decimę, cui quàm maximè cõfidebat, imponere, ut pręsidiũ quàm amicissimũ, si quid opus facto esset, haberet. Quod cũ fieret, non irridiculè quidã ex militibus decimę legionis dixit, plus, quàm pollicitus esset, Cæsarẽ facere: pollicitũ esse, in cohortis prætorię loco decimã legionẽ habiturũ, & ad equũ rescribere. Idẽ lib. 2. Gallici belli: Cæsar, ab decimæ legionis cohortatione, ad dextrũ cornu profectus, ubi suos urgeri, signisq́ in unũ locum collatis, duodecimæ legionis milites confertos, sibi ipsis ad pugnã esse impedimẽto. Et subdit: Titus Labienus castris hostiũ potitus, ut ex loco superiori, quæ res in nostris castris gererẽtur conspicatus, decimã legionem subsidio nostris misit. Sic lib. 4 eiusdẽ belli: At nostri (inquit) militibus cunctantibus, maximè propter altitudinẽ maris, qui decimę legionis aquilã ferebat, cõtestatus deos, ut hæc res legioni fœliciter eueniret: Deserite, inquit, milites, si uultis, aquilã, atq; hostibus prodite: Ego certè meũ reip. atq; Imperatori officiũ pręstitero. Hoc cũ magna uoce dixisset, se ex naue proiecit, atq; in hostes aquilã ferre cœpit. Tũ nostri cohortati inter se, ne tantũ dedecus admitteretur, uniuersi ex naui desiluerunt. Idẽ lib. 7 postea: Sed intolerãtius Gallos insequẽtes legio decima turbauit, quæ pro præsidio paulo æquiore loco cõstiterat: hanc rursus 13 legionis cohortes exceperũt. Et rursus ibidẽ: At tanta fuit in capien
B dis castris celeritas, ut Theutomarus rex Nitiobrigum, subitò in tabernaculo oppressus, ut meridie quieuerat, superiore corporis parte nudata, uulnerato equo, uix se ex manibus prodentiũ militum eriperet. Consecutus id quod animo proposuerat Cæsar, receptui cani iussit: legionisq́ decimæ, qua cũ erat, cõcionatus, signa constitere. Atq; hæc omnia in Gallica historia Iulij Cæsaris de decima legione, in literas relata reperio. qui in bello Ciuili aduersus Pompeiũ, eiusq́ sequaces, opera eius usus est felici atq; fideli: ut idem testatur lib. 3 Ciuilis belli: Cæsar (ait) superius institutã seruare decimã legionẽ in dextro cornu, nonã in sinistro collocauerat, tametsi erant Dyrrhachinis prælijs uehementer attenuatæ. Et iterũ: Erat Crastinus euocatus in exercitu Cęsaris, qui superiori anno, apud eum primũ pilũ duxerat in legione decima, uir singularis uirtutis. Huc pertinẽt loca Appiani Alex. idem bellum scribentis. Libro quippe secundo Ciuiliũ, cum pugnã Cęsaris cũ Pompeio in Pharsalicis exaggeraret: Pręualentes igitur Põpeij milites, inquit, legionẽ decimã circũdare festinãt, signo à Cæsare elato, qui in subsidijs cõstiterant, subitò occurrerunt. Et iterũ: Decima quippe legio, adsistẽte Cæsare, læuã Pompeij aciẽ, quæ ab equitibus destituta fuerat, circumquaq; percurrit, ac latera eius omni ex parte, immobilis telis missilibusq́ cõfodit. Et iterũ: Et hic finis admirabilis illius circa Pharsaliã belli fuit: Cæsar munera quidẽ prima & secunda ex omnibus protulit, fassus eos egregiè pugnasse, & cũ ipso legionem decimã. Idem alio loco: Cæsaris præterea exercitũ nullo ualli munimine firmatũ, in prædam ponere: phalangẽ in medio regebat Scipio Põpeij socer, in sinistro cornu Domitius, in dextro Lentulus constitit: Afranius ac Pompeius exercitus curæ præfuere: Cæsari duces aderãt, Sylla, Antonius, & Brutus: Cæsar ipse ut assueuerat, legioni decimę præsedit. hæc ille. Vnde apparet, hanc legionẽ Cæsari primò præcipuo loco extitisse: de quo tamen postremò malè merita, parum abfuit quin exauctorata atq; decimata fuisset, ut

Decima legio Cæsari primò delecta.

Appianus his uerbis in historia Ciuilis belli testatur, cum bello ciuili confecto, Cæsarem alloquentem exercitum introducit: Igitur quid commoratus, neq; descendens, neq; regrediens, dubitationem simulare cogit: mox reuersus, neminem ex ipsis se punire uelle dixit: angi tamen admodum ac dolere decimam legionem, quam in honore semper habuerat, huiusmodi tumultus præstitisse causam. Hanc igitur solum ab exercitu meo (inquit) eximo: dabo autem quæcunq; uobis pollicitus sum, cum ex Libya rediero: dabo insuper agros, cum bella omnia confecta fuerint, non quemadmodum Sylla à cæteris eripiens, quos illi haberent, & spoliatos cum his qui accepissent, in unum habitare faciens, & ad inuicem hostes eos statuens: uerùm populi agros inter uos distribuẽs, & ex meipso necessaria simul adhibens: plausu & collaudatione ab omnibus elatis, decima legio mœrore tabescebat, Cæsarem solam erga se implacabilem intuens: seq; ab illo sortiri deposcebat, & partem ex ea morte mulctari. Cæsar nihil cum ea contendere ausus, cum indigeret, adhuc cautius, demum pœnitentia ductam sibi conciliauit, indéq; in Libyam ad bellum se proripuit. Ex quibus uerbis colligimus, confecto bello Pompeiano, hanc in Africam traiecisse legionem: ex qua tamen reducta iterum, in Gallijs merebat, contra Cimbros ac Teutonas, unde Franci postea & Sicambri descenderunt, limitem Rheni defendens. Vnde Appianus Alexand. in fine Celticæ historiæ, de Cæsare locutus: Neruij tamen (inquit) aliquando illum terga dare coegerunt, cum exercitum ad iter præparantem, inopinè aggresi, plurimos ex suis occidissent. nam ductores ordinum atq; turmarum ferè duces omnes confecerunt, ipsumq; in tumulum quendam cum scutiferis redactum, per circuitum obsederũt: uerùm legione decima à tergo incumbente, ad sexaginta millia eorum oppressa sunt, qui ex Cimbrorũ Teutonumq; progenie extitere. Ex quibus rursus & causa apparet, quamobrem huic legioni Germanicæ cognomentum adiectum sit: quo nomine scilicet, nõ solum in monumentis Antiquitatum, sed à Dione etiam, atq; Antonino in itinerario insignitur: qui eam peculiariter in Vbijs ad Agrippinam & Tolbiacum, proximam Vlpiæ tricesimæ enumerat. quod argumentum non uulgare est, restitutam hanc hybernis fuisse, posteaquam & ipsa cum cæteris Rhenensibus legionibus, à Vitellio in Italiam ad bellum ciuile foret abducta. Ad quam rem alludens Tacitus libro uigesimo sic scribit: Deinde postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat, uires abolet, dimissa in hyberna legione septima. cuius flagrantissimus in Antonium amor, & tertia legio familiaris Arrio Varo in Syriam remissa, pars exercitus in Germanias ducebatur. Fuit igitur reducta in Germanias, & Rheno reddita, unà cum quinta, sexta, octaua, decimaoctaua, uigesimaprima, & uigesimasecunda. Quocirca Antoninus in supputatione itineris à confluentibus Danubij & Saui, per Pannonias, Noricum & Rhœtias, ripamq; Rheni ad mare Batauicum usq;, post tricesimam & sextam, in Aranatio nominatim decimã Alaudam collocauit. similiter Cor. Tacitus, antiquior paulo author, sub finem libri 21, ubi de intestinis bellis Galliæ Belgicę Vespasiano imperante tractat: Tantumq; belli superfuit (ait) ut præsidia cohortiũ, alarum, legionum, modicis uillis quadripartita Ciuilis inuaserit, decimam legionem Arenaci, secundam Batauoduri, & Grinnes Vadamq; cohortiũ alarũq; castra: ita diuisis copijs, ut ipse & Verax sorore eius genitus, Classicusq; ac Tutor, suã quisq; manũ traherent: nec omni patrandi fiducia, sed multa ausis aliqua in parte fortunam abfore. Simul Cerialem, neq; satis cautum, & pluribus nuncijs huc illuc cursantem, posse medio intercipi. Quibus obuenerãt castra decumanorum, oppugnationẽ legionis arduam rati, egressum militem, & cædendis materijs operatum turbauere, occiso præfecto castrorum & quinq; primoribus centurionum, paucisq; militibus. hæc

Decima legio reddita limiti Rheni.

A

B

A hæc ille. Iam quæstio est, quo loco in limite Rheni statiua habuerit decima hæc legio, quam posterius in Pannoniã abductam docebimus. Equidem Antoninus iter à Lugduno Coloniam Agrippinam subducens, 28 mille passuum interuallo Arenatium collocat, ab Vlpia Traiana colonia: hoc est, septem milliaribus Germanicis. ut appareat, hoc situm municipium fuisse in ea parte Palatinatus, ubi est comitatus Spanhaimensis, haud procul à Bodobriga, quæ iam est Bopparta Rheni. Et hactenus de laudibus decimæ legionis, quam insignia Alaudarum in uexillis nobiliorem fecerunt. nam cum plures aliæ essent legiones ueteranæ, quæ similiter Alaudæ dicebantur, eam ob causam, ut suprà ostendimus, cum de Alaudis legionibus tractaremus, pręcipuè tamen hanc nomenclaturam, non solum ob ueteranos decima Gallica, siue Germanica legio meruerat, uerumetiam quòd auiculæ illius imaginem in uexillis præferret. Quam rem insinuans Cæsar libro quinto Africani belli scribit, Tum miles, Non sum, inquit, tyro, sed de legione decima ueteranus. Tum Labienus, Non agnosco (inquit) signa decimanorum. Huc alludit & Appianus Alexandrinus libro tertio Ciuilis historiæ: Ipse ex omnibus desumpta cohorte militari, eorum qui corporibus & obsequio præcellerent, Romam profectus est, ut exinde Ariminũ uicissim graderetur. Ingressus est autem superbè admodum, cohortem ante urbem statuens, & qui circa se fuerãt, succinctos ducens, & noctu circa domum ad custodiam armatos continens, insignia etiam illis tribuit. Porrò haud dubium est, talem cohortem decimam legionem extitisse, de qua ipsemet scribit lib. 1. Gallici belli: Quòd si pręterea, inquiens, nemo sequatẽ, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibiq; eam prætoriam cohortem futurã. Hanc deniq; Alaudam intelligit Tranquillus, cum in Iulij dictatoris historia hæc uerba protulit: Qua fiducia ad legiones quas è repub. acce-
B perat, alias priuato, alias publico sumptu addidit: unam etiã ex Trãsalpinis cõscriptam, uocabulo quoq; Gallico, Alauda enim appellabatur: quã disciplina cultuq; Romano institutã & ornatam, uniuersam ciuitate donauit. hæc ille. Quæ eo prolixius adduximus, ut insignia uetustiora Austriæ, trium alaudarum aurearum, unde aut quo euentu picta primùm omniũ extiterint, manifestum faceremus. Siquidem decimam Alaudam posterius abductã fuisse ab Antonino Marco in Pannoniam superiorem, ubi nunc Austria inferior excurrit, mox cum de decima Pannonica loquemur, ostendemus. quemadmodum enim duobus locis hæc legio Alauda statiua quondam habuerat, ad Arenatium uidelicet Rheni, & ad Vindobonã Danubij: ita utrobiq; Austria fuit, cui Alaudarum insignia picta sunt à Franconibus constituta. quanquam prior illa ad Rhenum esse iam desierit, ubi hodie Hunesrukhen in Bestrichem extenditur. Sed placet Antiquitatis exemplis decimam illam Alaudam adornare.

Statiua decimæ legionis ubi in ripa Rheni fuerint.

Quo euentu legio decima illa Alauda sit denominata.

Insigna Austriæ Alaudarum unde.

Tulnæ Austriæ:

P. AEL. GERMANO VETERANO. EX DEC. ET CASSIAE VALENTINAE EIVS ET PVBLIIS AELIIS SABINIANO ET GERMANO DEC. L. G. I. D. COLON. AQVIL. A MILITIIS ET P. VALENTINAE SORORI.

Brixiæ Italiæ:

D. M.
C. PONTIO C. PALIGNO TRIB. MIL.
LEG. X. GER. CVR. LOCORVM PVBLIC. ITERVM EX S. C. ET EX AVTO
RITATE T. CAESARIS.

In Liburnia:

AEL. CEF. NL. EPOTITA
C. ROT. P. E. M. S. S.
MVG. VE. X. EX. H. G.
id est, decimæ expeditionis.

LEGIO DECIMA HISPANICA, uel Africana, quæ & Gemina atq; Adiutrix cognominabatur, à Pompeio scripta primũ omnium, & in aciẽ aduersus Cæsarẽ

Legio decima Hispanica Gemina.

producta fuit, testante ipsomet Cæsare libro Ciuilis belli quinto: Dum hæc circa Vticam ab utrisq; ducibus administrãtur, legiones duæ, octaua & decima, ex Sicilia nauibus onerarijs profectæ, cũ iam nõ longè à portu Ruspinę abessent, cõspicatæ naues Cæsarianas, quæ in statione apud Thapsum stabant, ueriti ne in aduersariorum, ut insidiandi gratia ibi cõmorantium, classem inciderent, imprudentes uela in altũ dederunt. Cæterùm hanc ex Africa in Hispanias iterũ redijsse, ex his uerbis Cor. Taciti lib. 18. elucescit: Ingens Maurorũ numerus aderat, per latrocinia & raptus apta bello manus, cæso Galba, in Othone pronus, nec Africa cõtentus, Hispaniæ angusto freto diremptę imminebat. Inde Cliuio Ruffo metus, & decimam legionem propinquare littori, ut transmissurus iussit: Præmissi centuriones, qui Maurorũ animos Vitellio conciliarent. Et lib. 21: Postera die, 14 legio, in superiorem Germaniam Gallio Annio missa, Cærialis exercitũ decima ex Hispania legio suppleuit. Ex quibus uerbis liquet, legionem hanc Geminam ex Hispanijs in Africam, & inde rursus in Hispaniam redijsse. Quare & Plinius Narbonã decumanorum coloniam uocat, ex eo quod multi legionis decimæ in ea coloni deducti fuerint. Consentiunt monumentorũ inscriptiones per Hispanias, quæ omnes decimã Geminam legionẽ præferunt. quanquam alibi legionem decimã & Antonini itinerarium locet, puta in Heluetijs inter Vindonissam & Vittodurũ: & inclinantis Imperij qui remp. descripsit Scotus, in codice Præfecturarum, inter octo Comitatenses orientis sub magistro militiæ orientis Geminam legionem decimam recenset. Et sic intelliguntur monumenta,

Tarraconæ Hispaniæ in statiuis proprijs:

M. PORTIO CATONI XVIR. S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQ. ADVERSVS REBELLES H. H. P. P. ITEM ASIAE, ITEM NORICAE DVCI EXERCITVS ILLYRICI EXPEDITIONE ASIANA, ITEM GALLIA, LOGISTAE CIVITATIS TEANENSIVM SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM, ALLECTO INTER PRAETORES ITEM TRIBVNITIOS PRO. XX. HAERED. PER GALLIAS LVGDVNENSEM ET BELGICAM ET VTRAMQ. GERMANIAM, PRAEPOSITO COPIARVM EXPEDITIONIS GERMANIAE SECVNDAE TRIB. MIL. LEG. II. AVG. PRAEF. COH. II. CIVIVM ROMANORVM SYLVIVS HOSPES HASTATI LEG. X. GEMINAE STRATOR EIVS PRAESIDI OPTIMO. B

Alibi extra statiua, Pætouiæ Styriæ:

I. O. M.
PRO SALVTE ET INCOLVMITATE
PL. VAL. TIB. MARCIAN. IVNIOR.
P. VAL. MARCIANVS MIL. DVPL.
LEG. X. ANTONINAE ADIVTRIC.
PRAETER ET GRAECINA P. FIL.
PRISCILLA PARENT. V. S.

Budæ Hungariæ:

IVLI ATHENI LIBERTO ET HAERED. IVLI CRESCENTIS Q. S. LEG. X. GEM. QVI POST OBITVM EIVS VIXIT ANNVM I. MENSES III. IVL. IVLIA CONIVGI CARISSIMO
F. C.

Legio decima Germanica Pannonica.

LEGIO DECIMA PANNONICA ET GERMANICA, cognomẽto Pia, Fidelis, Alauda, Prętoria, ac Fabiana, memoratur in cõfinio Norici & Pannonię superioris, Istricę ripę, ab Antonino in itinerario suo, Dione Cassio libro 55, & Ptolemæo libro secundo cap. decimoquarto, tabula Europæ quinta: qui quidem inter Iuliobõnam & Carnum, secundum ripam Danubij hanc locat, cum Antoninus in medio Vindobonæ ac Carnunti illam describat. Quæ omnia uera esse, confirmant ea Vetustatis exẽpla, quæ adhuc hodie eo in tractu, intra uidelicet & extra Viennam Austriæ & extant effossa, & quotidie eruuntur, inscripta uniuersa decima hac Germanica legione: quam originem traxisse à decima Gallica Alauda, & usq; ad Pro-

A ad Probi Cæsaris tempora in Pannonia superiori excubasse reperio. Quo fit, ut uetustiores authores qui ante Hadrianum scripserunt, qualis Tacitus est, Appianus Alex. & alij, non decimæ in Pannonia superiori, sed decimætertiæ mentionẽ faciant. Qui uerò post ea mox tempora elucubrarunt, Antoninus uidelicet, Dion Casiius, Ptolemæus, & Fla. Vopiscus, omnes decimã Germanicã, in limitibus superioris Pannoniæ ac Norici ripensis, ad ipsam Danubij ripam cõcelebrant. Credendum est aũt, hanc à Rheno primũ omniũ à M. Aurelio Cęsare, cui Philosophi cognomentũ fuit, abstractã, & eo loci positã fuisse: quod hoc euentu atq; eam ob causam cõtigisse inuenio. nam cũ Traianus Cęsar Dacico bello legionẽ decimamtertiã Geminã & septimã Galbiam abduxisset, atq; Daciæ nouæ prouinciæ præsidio cõfirmasset, accidit posterius imperante Marco, nudato illo Pannonię latere, uti Marcomanni, qui ea in parte fines Germaniæ colebant, plenis effusi copijs hyberno tẽpore, Danubium gelu adstrictum transgreßi, magnã Pannoniæ portionem sui iuris fecissent: Aquileiamq; transgreßi, ad ultima Cæsarẽ tunc imperantẽ cõpelleret, quemadmodũ Capitolinus & Eutropius scribũt, quòd momilia uxoris ac supellectilia sua Cæsar tum publicæ auctioni submiserit, seruorum familias armarit: sciscitatũ deniq; ad Apollinẽ in Græciã, & peruestigatũ libros Romę Sybillinos, quosdã miserit, & adhæc omnia legiones undiquaq; ex limitibus Rom. ad id bellum cõtraxerit. Verba Capitolini subijciã: Instante sanè adhuc, inquit, pestilentia, & deorũ cultũ diligentisßimè restituit, & seruos, quemadmodũ bello Punico secũdo factũ erat, ad militiã parauit, quos Volũtarios exẽplo Volonũ appellauit. Armauit etiã gladiatores, quos Obsequentes appellauit. Latrones etiã Dalmatiæ atq; Dardanię milites fecit. Armauit & Diocinitas: emit & Germanorũ auxilia, cõtra Germanos. Omni pręterea diligentia parauit legiones ad Germanicũ

B & Marcomanicũ bellum. & ne prouincialibus esset molestus, auctionẽ rerũ Aulicarũ, ut diximus, fecit in foro diui Traiani: in qua præter uestes & pocula, & uasa aurea, etiã signa cum tabulis magnorũ artificũ uendidit. Marcomanos in ipso transitu Danubij deleuit, & prædã prouincialibus reddidit. Referunt Eutropius & Orosius, Marcũ Cæsarem triennio in Carnunto Pannoniæ superioris colonia procinctũ expediuisse, aduersus Marcomanos: cuius uidelicet rudera sub Vienna etiamnũ in pago S. Petronellæ cernuntur, quo loci multa quotidie decimæ legionis exempla eruuntur. Sic quippe & Ptolemæus in Carno, & Antoninus in Carnunto, decimam hanc legionẽ Germanicã recensent. Et ne dubitemus, istum belli Marcomanici apparatũ prope Viennam factum extitisse, supersunt aliquot fragmenta columnarũ ac basium, ut ego opinor, ab arcubus triumphalibus diruta, in quibus uictoria illa Marcomannica ad plenum exprimitur, cum titulo uidelicet fortunæ Reginæ: M. AVREL. AVG. V. S. L. L. M. Et iterum uictoriæ de Marcomanis, M. AVR. V. S. L. L. M. hoc est, Votum soluit, locũ legit memoriæ.

Quando & qua occasione legio decima in Pannoniam uenerit.

Quin & in Vindobona nostra, quæ hodie est metropolis Austriæ Vienna, exacto bello Marcomanico, Marcũ Cæsarẽ, rebus humanis excesßisse, Aurelius Victor tradit. His adde, q legio decima, in quibusdam epitaphijs antiquis Antoniana cognominatur expreßè: ut dubium nullum sit, hanc à Marco Cęsare uel de nouo scriptã in Pannonijs fuisse, uel eò à Rheno traductã, & in locum transpositę decimę tertiæ collocatam: quam exempla inscriptionũ uetustarũ literis paßim repræsentant, LEG. X. G. P. F. PR. V. A. F. hoc est, legio decima Germanica, Pia, Fidelis, Prætoria, Veterana, Augustana, & Fabiana. Quòd deniq; uerò usq; ad Probi Cæsaris ætatẽ statiua in Pannonijs loco prędicto retinuerit, & monumentũ testatur sub Aquilino & Aemiliano Coss. positũ, Gordiano imperãte, & cõfirmat Vopiscus in uita Probi Cęsaris hisce uerbis: Quid Aureliani, inquit, iudiciũ? qui

qui Probo decumanos fortissimos exercitus sui, & cum quibus ingentia gesserat, tradidit, sub huiusmodi testimonio: Aurelianus Augustus Probo salutem dicit. Vt scias quanti te faciã, decumanos meos sume, quos Claudius Cæsar mihi credidit. Isti enim sunt, qui quadã fœlicitatis prærogatiua præsules, nisi futuros principes, habere non norunt. Ex quo intellectum est, Aurelianum in animo habuisse, ut si quid sibi scienti prudentiq; eueniret, Probum principem faceret. Porrò & Scotus in reipublicę Archadianæ ac Honorianę descriptione, decimę legionis in Pannonia prima ad Vindobonam meminit: quod declarat, multis hanc seculis in Pannonia superiori & tractu qui hodie est Viennensis, excubasse. Sed libet inscriptiones Antiquitatis, quæ apud nos Viennæ, atq; in uicinia Viennæ, utpote cõfinibus Panoniæ superioris ac Norici ripensis erutę sunt, eius legionis, subijcere: unde uidelicet insignia quinq; aurearum Alaudarum uetustioribus Austrię principibus accessisse, in Cõmentarijs nostris rerũ Viennensium demonstrauimus. Ita enim sentire & gentilitios peruetustosq; horum principum annales, obseruauimus. Cuius rei & Io. Cuspinianus uidetur in historia Friderici tertij meminisse. A

MONVMENTA DECIMAE GERMANICAE LEGIONIS IN confinibus Norici ripensis & Pannoniæ:

In ruderibus Carnunti ueteris, qui modò est diuæ Petronellæ pagus, sexto milliario infra Viennam, In castro:

P. IVLIVS MAXIMVS VE
VIVIR LEG. X. G. A-
CET. SIBI ET SECVN-
DINAE SECVNDINI F.
VXORI ET M. RVF-
FINO SECVNDINO
F. C.

In tẽpli cœmiterio, qui lapis à D. Fuchmagio Viennam est perlatus, & parieti Collegij insertus:

P. CLAVDIO PALLAN-
TI HONORAT. REPEN
TINO: ADLECT. IN-
TER TRIBVNITIOS
LEG. PR. PR. PRO-
VINCIAE APHRICAE
PRAETORI LEG. PR.
PR. PROVINCIAE A-
SIAE LEG. AVG. LEG.
X. G. C. IVLIVS MAG-
NVS DEC. COL. CARN.
EQVO PVBLICO EX
V. DECVR. DIGNISS.
LDDD.

Intra Viennam, ueteris Vindobonæ ruinis: In ædibus nostris, in foro Pini:

FORTVNAE CONSECRA
TVM GENIOQ. HVIVS
LOCI HONORATEI IV-
NI. TIBERIANICI TRIB.
MIL. LEG. X. G. PP. FF.
T. CLA. VALENTINVS
CORNICVLARIVS EX
VOTO QVI VI ALIV.
AEMIL. ET AQVIL.
COSS.

Ibidem:

D. M.
GATTIO ROMVLO AV-
GVST. MILITI LEG. X.
G. EX ARMOR. CVSTO-
DI XIIII L. H.
F C.

In horto Hermetis Schallanger, nuper in fossa urbis inuentum:

D. M.
AV. LEL. VRSVLAE
CON. CARISSIMAE ANN.
XLVI L. SEPT. CELSI-
NVS VET. L. X. G. VI-
VVS FIERI SIBI ET
SVAE FECIT.

Locis alijs haud ita multum à Vienna dissitis: In Gerésdorf pago prope nouam ciuitatem:

I. O. M. B
VLP. VALENTI-
NVS VETE. LEG.
X. G. VOSO. LE.
LI. M. G.
S.

Sabariæ confinibus Austriæ & Hungariæ:

M. AVREL. RO-
MANVS DOM.
A/TIO G. VET.
LEG. X. G. V.
F. SIBI ET ATE
RIAE SABINAE
CONI AN. LX.
ET ME. AVRE-
LIO ROMANIA-
NO FILIO ET
AVRELIAE VA-
LERIAE CO-
NI.

A In domo Gentner uico Vuilpingerstrass.

I. O. M. S. SARAPIDI PRO SAL. IMP. L. SEPTIMII SEVERI PII PERTINACIS AVG. ARAB. ADIABEN. PARTHICI MAXIMI ET IMP. M. AVREL. ANTONINI AVG. ET L. QVIRINALIS MAXIMVS TRIB. MIL. LEG. X. GERM. P. F.

In lateribus plurimis domi meæ collectis literę istæ expressæ sunt:

LEG. X. G

LEG. X. G. P. F.

LEG. X. G FAB.

LEG. X. G IVN.

LEGIO DECIMA IVDAICA, Ferratensis cognomēto, recensetur cùm subinde in monumentis, tum præcipuè à Dione lib. 55. ad quā pertinet & illud Cor. Taciti lib. 21 ab initio: Tres eum (inquit) in Iudæa legiones, quinta & decima, & quintadecima, uetus Vespasiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimā, & adductos Alexandria duoetuicesimanos, tertianosq́ꝫ. Huc pertinent & illa uerba Suetonij in Tito: Ex quæsturæ deinde honore legioni præpositus, Taricheam & Gamalam urbes ualidissimas Iudææ in potestatem redegit. Meminit & Iosephus in Antiquitatibus Iudaicis, cū de Vespasiano loqueretur, scribit nominatim Vespasianum ex Achaia, ubi cum Nerone fuerat, Titum filium direxisse Alexandriam, ut inde quintam & decimā legiones moueret: ipse uerò terrestri itinere in Syriā peruenit. Porrò quare Fretensis siue Ferratensis, cognomentū huic adiectum sit legioni, res eget inquisitione. Mihi uerò uenit in mentem loci apud Eutropiū in historia Vespasiani ita scribētis nominatim: Tunc deinde sine ullis bellorum tu-
B multibus, in immēsum Romana respub. prouehitur: siquidē Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantiū, Samos, quæ liberæ ante id tēpus fuerant, item Trachæa, Cilicia, & Comagene, quā hodie Augustofretensem nominamus, quæ sub regibus amicis fuerāt, tunc primū rediere in prouinciarū formam, iudicibus Romanis legibusq́ꝫ paruerunt. Et hæc fortassis explicatio uocis Ferratensis quædā esse potest. Iam quādo, aut quo auspicio in Iudæā, siue illā terrę partē sit traducta, enodabo. Qua de re Appianus libro Ciuilis belli tertio sic scribit. nam cū multa de legione Cæsaris decima disseruisset, Alauda uidelicet illa, cuius suprà meminimus, tandē & decimā Antonianā cōmemorat: Lepido uerò senatū formidante (inquit) qui Antonium ab eo oppugnari mandauisset, quanq́ꝫ ille inuitū ad id cōpelli se diceret: Lepidi exercitus Antonij dignitatē ueritus, & nuncios hinc inde cōmeantes crebrò intuens, simplicitatē porrò militū eius admiratus, clàm primò cū illis misceri, dein palàm prælati cum ciuibus ac cōmilitonibus uersari cœpit, tribunis idipsum prohibentibus: spretis illorū mandatis, fluuiū, quo facilius in unū conuenirent, nauibus utrinq́ꝫ additis, ponte iunxerūt. At legio quę Decima appellatur, olim ab Antonio regi solita, quæ in castris erant ad obsequiū illius properauit. Inuenio porrò illam usq́ꝫ ad seculum deflorescentis Imperij in Palæstinę statiuis mansisse, ut in codice Noticiarū legitur, cognomento etiam Fretensis. Sed placet exempla Vetustatis eius legionis quoq́ꝫ recensere.

Legio decima Iudaica.

In tractu Pannoniarum,

Vaciæ Hungarię:

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVAEST. VRBAN. TRIB. PLEB. PRAETORI CVRATORI LEGIONIS

Labaci Carniolæ:

M. TITIO M. F. CL. TI. BARBIO TITIANO DECVRIONI AEMONAE LEG. I. ADIVTRI. ITEM LEG. X FRETENSIS HASTATO IN

FRETEN-

FRETENSIS LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE DACIAE COL. VLP. TRAIAN. SARMA. COH. LEG. II. TRAIAN. EXCOR. NICVLAR. PR. PR. LARCIA VERO FILIO PIISSIMO L. DDD. A

Per Italiam, Romæ in horto Baptistæ Iacobi:

D. M.

M. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAE AEDIL. CVRVL. HON. VSVS AB IMP. EQVO PVBL. HONOR. PRAEF. COH. II BRACAR. AVGVSTAN. TRIB. MIL. LEG. X. FRETENSIS A DIVO TRAIANO IN EXPEDITIONE PARTHICA DONIS DONAT. PRAEF. ALAE VII PHRIG. CVR. KAL. FABRATERNOR. NOVOR. ATINIA A. F. FAVSTINA PATRI OPTIMO.

Veronæ, sub ponte nouo:

M. NONIO M. F. FOB. MVCIANO P. DELPHIO PEREGRINO TRIB. MIL. LEG. X. FR. ET QVAEST. AED. PR. LEG. PROPR. PROVINCIAE ASIAE PATRONO.

D. D.

Patauij in domo Episcopali:

L. VALERIO PRISCO VIEMENSI PRAEF. II CON. DVATERCIAE ET SECVNDAE EQVITATVM TRIB. LEG. X. FRETENSIS PRAEF. ALAE FLAVIANAE PRAEF. FABRVM LOC. SEPVLTVR. D. D. PVBLICE DATVS.

Veronæ, sub ponte.

M. NONIO M. F. PROB. MVTIANO P. DELPHICO PEREGRINO TRIB. MIL. LEG. X. FR. ET QVAESTOR. AEDIL. PR. LEG. PROPR. PROVINC. APHRAE PATRONO DD.

Legio decima Syriaca. LEGIO DECIMA SYRIACA, uel Armenica, si cōijcere licet, uel eadem fuit cū Iudaica, uel inde originē traxit: à Nerone primùm omniū contra Parthos educta, B multis postea seculis fidelem Romanis in limite orientis operam nauauit. Quare & Codex præfecturarū, de statu reip. Romanæ inclinantis agens, inter sex Palatinas Fortensiū meminit, & inter decē Pseudocomitatēses oriētis legiones decimā legionē auxiliariam cōmemorat. Sed libet testimoniū Taciti audire, qui lib. 2 historiæ Augustæ sic scribit, de Armenia locutus: Comagenis Q. Seruæius præponitur, tum primū ad ius prætoris translatis: cunctaq́; socialia prosperè cōposita, nō ideo lætum Germanicū habebāt, ob superbiam Pisonis, qui iussus partē legionum ipse, aut per filium in Armeniā ducere, utrūq; neglexerat. Cyrri demū apud hyberna decimæ legionis cōuenire, firmato uultu aduersus metū, &c. Idem lib. 15. Nam ut retuli, propriū ducem tuendæ Armenię popoſcerat, & aduentare Cesennius Pætus audiebatur: iamq́; aderat, copijs ita diuisis, ut quarta & duodecima legiones, addita quinta quę recens è Mœsijs excita erat, simul Pontica & Galatarū Cappadocumq́; auxilia Pæto obedirēt: tertia & sexta & decima legiones, priorq́; Syriæ miles apud Corbulonē manerēt. Et lib. 13 historiæ Augustæ: Igitr repentè (inquit) agmen Romanū circunfundit, nō ignaro duce nostro, qui uiæ pariter & pugnæ cōposuerat exercitū: latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorū delectis. hæc ille. Huc fortasse referri potest, quod scribit Marcellinus lib. 18, ubi de Asia & Armenia locutus, subdit: Sed tunc ingruentem Persarū multitudinē, sex legiones raptim percursis itineribus antegressæ, muris astitere firmissimis: Magnētiaci & Decētiaci, quos post cōsummatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos, ad orientē uenire cōpulit, ubi nihil præter bella timerē externa. Et tricesimani decimiq́; Fortēses, & Superuētores atq; Præuētores, cū Aeliano iam comite, quos tyrones tum etiā nouellos hortante memorato adhuc protectore, erupisse Singara, Persasq́; fusos in somnū retulimus, trucidasse complu-

A complures. LEGIO X SCYTHICA, cognomento Herculea, citatur ab Antoninio in itinerario, in descriptione Scythiæ, & supputatione itineris à Dinigutia Scythiæ Adrianopolim Thraciæ usque, inter municipia uidelicet Nomodusium & Ægisum. Legio decima Scythica.

CAP. XVIII. DE LEGIONIBVS VNDENARII numeri, quot ubiq; in limitibus prouinciisq; hoc nomine, & quibus cognominibus Romani habuerint.



LEGIONES hæ numero & nomine reperio omnino quinq;: undecimam Italicam, undecimam Dalmaticam, quæ & Scriboniana appellabatur: undecimam Mœsicam, quæ & Claudia: undecimam Macedonicam, & inclinantis Imperii undecimam, inter sex Palatinas à Scoto relatas. LEGIO VNDECIMA, siue Italica siue Aphricana denominanda sit, qua respublica Romana, tempore belli Punici secundi aduersus Hannibalem, auspicio Scipionis fuit usa, ut refert T. Liuius libro decimo Decadis tertiæ: Magoq; ex subsidiis Gallos integræ legioni præposuit, quibus haud magno certamine fusis, hastati legionis undecimæ conglobant se atq; elephantos, iam etiam peditum aciem turbantes inuadunt. LEGIO VNDECIMA DALMATICA, cuius præter Dionem libro LV, mentionem & Tacitus facit lib. historiæ Augustæ decimooctauo: Læta interim, ait, Othoni principia belli, motis ad Imperium eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitibus. Fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa. Ipsæ modicis interuallis sequebantur: septima à Galba conscripta, ueteranæ undecima ac tertiadecima. Et rursus libro XIX: Signa aquilæq; uictricium legionum, milites uulneribus aut ætate graues, pleriq; etiam integri Veronæ relicti, sufficere cohortes alæq;, & è legionibus lecti, profligato iam bello uidebantur. Vndecima legio sese adiunxerat, initiò cunctata, sed prosperis rebus anxia, quòd defuisset, sex millia Dalmatarum recens delectus comitabatur. Ad huiusmodi legionem alludit & Eutropius libro octauo, cum de Claudii Cæsaris imperio atque inauguratione tractat: Accidit enim eodem tempore (ait) præsentis gratiæ Dei grande miraculum. Siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum ciuile molitus, legiones multas fortissimasq; ad sacramenti mutationem pellexerat. Huc pertinent inscriptiones Antiquitatis,

Legio undecima Aphricana.

Legio undecima Dalmatica.

B

In agro Moguntiæ proximo:

OSSA SILVINI SEMPROMICERONI LEG. XI ANTICO LICINIA L. L. I.

Patauii in Italia:

I. O. M.
CONSERVATORI C. MEMMIVS MARTIALIS LEG. XI PLAS. SI F. DOCLEAS EX COHORTE V. DALMATAR. D. CAPITONIS ANNO XXXV STIP. VI. H. S. E.

LEGIO VNDECIMA MOESICA, quæ & Claudia cognominabatur, recensetur à Dione Cassio libro LV. Ad quam & Cornelius noster alludit libro XVIII, cum Mœsicas ac Pannonicas legiones enumerasset à Vespasiano contra Vitellium excitas: Nec prætoriani tantum, proprius Othonis miles, sed præmissi è Mœsia eandem obstinationem aduentantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nunciabant. Et subdit postea: Tum resumpta militia robur Flauianarum partium fuere, prima classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace & ocio mitesceret: undecima ac septima suis hybernis redditæ. Excubauit illa in Mœsia adhuc legio Archadio imperante, ut Scotus in Præfecturis scribit, in Durosdoro & Transmari-

Legio undecima Mœsica.

sca statiua collocans, Claudiamq; cognominans. Huc spectat monumenti inscriptio, quæ Auximi Italiæ de hac legione sic legitur: A

C. OPPIO C. F. VEL. SABINO IVLIO NEPOTI M VIBIO SOLEMNI SEVERO COS. ADLECTO A SACRATISSIMO IMP. HADRIANO AVLI. INTER TRIBVNITIOS PR. PEREGRIN. CANDITO AVG. LEG. PRO. BACTICAE LEG. LEG. XI. CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE LVSITANIAE.

Legio undecima Macedonica. LEGIO VNDECIMA MACEDONICA, uetustissima fuit, & Cæsari contra Pompeium in prælio Dyrrachino fidelem operam nauauit, & quam Cæsar Domitio Caluino miserat in Macedoniam, ut ipse libro tertio Ciuilis belli testatur, ita scribens: Quum in planum uentum esset, adhibitis quàmpluribus senatorij ordinis, quos aduocauerat Scipio, literæ ei reddunt à Pompeio, mare transisse cum legionibus Cæsarē: properaret ad se cum exercitu uenire, omniaq; posthaberet. His literis acceptis, quos aduocauerat, dimittit: ipse iter in Macedoniam parare incipit, paucisq; pòst diebus est profectus. Et subdit: C. Caluisium Sabinū cum cohortibus quinq;, paucisq; equitibus in Ætoliam misit, maximè eos, quod erant propinquæ regiones, de re frumentaria ut prouiderent hortatus est: Cneum Domitium Caluinū, cum legionibus duabus, undecima & duodecima, & equitibus quingentis in Macedoniam proficisci iubet. Hactenus Cæsar. Porrò non uana cōiectura fortasse fuerit, hanc posterius fuisse in Dalmatiam, utpote prouinciam uicinam, translatam, ita quòd Dalmaticam cum Macedonica eandem fuisse credendum foret. LEGIO VNDECIMA uergēte Imperio à Scoto inter legiones XXXII Comitatenses enumeratur.

B

CAP. XIX. DE LEGIONIBUS DUODENArij numeri, & earum statiuis, ac cognomentis.



ANDEM fermè diuisionē & duodecima legio habuit. fuit namque alia bello Punico secundo huic reipublicæ usurpata, alia Cęsari in Gallijs, & eidem alia in Macedonia: quarum prior Fulminatricis appellationem meruerat. Legitur & nomē duodecimæ Flaminiæ, & quarto hoc numero in Syria siue Armenia. LEGIO DVODECIMA ITALICA, commemoratur à T. Liuio libro nono Decadis tertiæ, cum de Scipionis in Aphricā transfretatione agit: Ipse cœpta parum prosperè pedestri pugna, tantum moratus, dum cedenti duodecimæ legioni, quæ in læuo cornu aduersus Illergetes locata erat. Et iterum lib. decimo eiusdem: Ita in ablatum pauentibus procul ex interuallo Numidæ iaculabantur, simul & peditum legio duodecima, magna ex parte cæsa, pudore magis quàm uiribus tenebat locum. LEGIO DVODECIMA Fulminatrix cognomine, ab Antonino in itinerario in Eburobriga Tricassi & Arciaca collocatur: quā Fulminatricem Dion appellat, & ad Rhenum describit. De qua multo antè Cæsar libro secundo Gallici belli: Cæsar ab decimæ legionis cohortatione (inquit) ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri, signisq; in unū locum collatis, duodecimæ legionis milites confectos sibijpsis ad pugnam esse impedimento, quartę cohortis omnibus ferè cohortibus occisis. Idem alibi Ciuilis eiusdem belli: Interea legio duodecima Cęsarem consequitur, cum his duabus Asculum Picenum proficiscit. Scitum est & dignum quod ad hunc locum referatur, quæ literis mandauit Tertullianus in Apologetico cap. 5, & quæ ex eo repetit Eusebius Pamphilus libro 5 historiæ Ecclesiasticæ cap. 5, Cum precibus Christianorū in exercitu

Legio duodecima Italica.

Legio duodecima Fulminatrix.

A Marci Antonini Cæsaris merentiũ, uictoriam aduersus Marcomannos relatã testat, pluuia cœlitùs impetrata, & fulmine in hostes misso: Nostrorũ uerò (inquit) & Tertullianus hæc memorat, & apud Græcos Apollinaris, qui etiam ipsam legionẽ pro insignis facti miraculo mutato nomine uocitatam dicit ab imperatore Fulmineam: Tertullianus uerò Marci imperatoris epistolas etiam nũc habere dicit, quibus de his apertius indicatur. Porrò hanc inclinante repub. in Asiã translatam reperio. Scotus enim illius sub duce Armeniæ ad Melitenam meminit: nisi alteram extitisse credendum est. LEGIO XII SYRIACA, quæ & Armeniaca & Parthica, cõmemoratur à Cor. Tacito libro 15: Sub idem tempus legati Vologesi, quos ad principem missos memoraui, reuertêre irriti: bellumq́ propalàm sumptum à Parthis. nec Pœtus detrectauit, sed duabus legionibus, quarũ quartã Famisulanus Vectenianus eo in tempore, duodecimam Codonius Sabinus regebant, Armeniam intrat tristi omine. Et iterum: At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortissimo quoq; amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebantur, in Syriam translatis, sextam inde & tertiam legiones, integrũ militem, & crebris ac prosperis laboribus exterritum, in Armeniam ducit. Et rursus: Reliquias promiscuis militum commeatibus informauerat, donec aduentare Vologesum, magno etiam fuso agmine auditum, accitur legio duodecima. Idem à principio libri uigesimiprimi: Tres eum in Iudæa legiones, quinta & decima, & quintadecima, uetus Vespaniani miles, excepere. Tradidit & Syria duodecimam. Ad hanc legionem alludit deniq; inscriptio Antiquitatis, quæ Richburgi in agro Tergestino ditionis Austriacæ, in hæc uerba legitur:

Legio duodecima Syriaca.

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII
FLAM. ET LEG. I. ADIV. VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR.
B PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI
AVG. GERMANIC. PROVINC. HISPANIAE CITERIORIS ASTVRIAE ET GALICIARVM.

CAP. XX. DE LEGIONIBVS TRECENARII NUmeri, quot & quales ubiq; in prouincijs limitibusq; Romanis, ab initio Imperij usq; ad inclinationem extiterint hoc numero, & earum epitheto.



MVLTAS hoc numero legiones, diuersis tamen appellationibus & temporibus reipublicæ nobili, de qua agimus, & usurpatæ in militia, & in historia celebratæ fuerunt: quemadmodum Aphricana una in secundo Punico bello, sub P. Scipionis Aphricani auspicio militauit. Habuit postea & tredecimam in Italia Hispaniaq; legionem cognomento Classiariam, quę in Siciliam postea uecta Augusto, aduersus Sex. Pompeium adhęsit. Inuenio & decimamtertiam in Gallijs sub legato L. Roscio, Cæsari dictatori nauasse operã: quam multis postea annis abduxisse Vitellium in Italiam, uerisimile est, & mox hybernis iterum restitutam, sed à limite Rheni paulò ad interiora translatam, Augustodunum uersus: cuius itinerarium Antonini meminit. Celebratur & Tacito tredecima gemina in Pannonijs, cuius præterea & Ptolemæus & Antonini itinerarium mentionem faciunt, & subscribunt tot per superiorem Pannoniam monumenta reperta. quæ labentibus annis in Daciam translata fuit, ubi eius uidelicet & Dion Cassius meminit. quod inscriptiones præterea confirmant Transyluaniæ, ubi Dacia uidelicet fuit. An uerò hæc posterius ab Aureliano Cæsare in Mœsiam & Thraciam abducta fuerit, quo loco Codex præfecturarum hanc inter XVIII Comitatenses enumerat, non sanè ausim affirmare. Sed placet ordine de singulis sermocinari.

Legio decimatertia Aphricana.

LEGIO XIII APHRICANA uetustissima fuit, & ante cōstitutum Imperium à Scipione Aphricano in Aphricam traducta, ad oppugnandam Carthaginē, ut Liuius libro nono Decadis tertiæ testatur: Ipse cœpta parum prosperè pedestri pugna tantum moratus, dum cedenti duodecimæ legioni, quę in læuo cornu aduersus Illergetes locata erat, tertiamdecimam legionem ex subsidijs in primam aciem firmamentum ducit. Et rursus decimo: Ita in ablatum pauentibus procul equis, melius ex interuallo Numidæ iaculabantur: simul & peditum legio duodecima magna ex parte cæsa, pudore magis quàm uiribus tenebat locū. nec diutius tenuisset, ni ex subsidijs tertiadecima legio, in primam aciem inducta, prælium dubium excepisset. Et iterum: Nec Romanis incruenta uictoria fuit, duo millia & trecenti de exercitu prætoris: pars multo maxima de legione duodecima amissa: inde & tribuni militum duo M. Casconius & M. Mæuius, tertiædecimæ quoq; legionis, quæ postremo pręlio affuerat, Cneus Heluius tribunus militum in restituenda pugna cecidit.

Legio decimatertia classiaria.

LEGIO XIII CLASSIARIA, quā siue Italicam, siue Hispanicā, Sicilicam'ue cognominare uelis, haud equidem pecces. Hac C. Iulius Cæsar primus imperij author aduersus Pompeium in Pharsalicis, & ab eo Octauius Augustus contra Sextū Pompeium, magni illius filium, in reducenda Sicilia usus fuerat. Sic Cæsar libro primo Ciuilis belli: Conclamant legionis tertiædecimæ, quæ aderat, milites (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum cōuenerant) sese paratos esse Imperatoris sui tribunorumq; plebis iniurias defendere. Et iterum: Quibus rebus cognitis confisus municipiorum uoluntatibus, Cæsar cohortes legionis decimætertiæ ex præsidijs deduxit, Auximumq; proficiscitur, quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumq; toto Piceno circummissis senatoribus habebat. Et iterum libro quinto: Cæsaris autem acies (inquit) hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro eius cornu ordiar, & ad dextrum perueniam: habuit legionem nonam, septimam, in sinistro cornu: trigesimam, uigesimamnonam, tertiamdecimam, quartamdecimam, uigesimamoctauā, uigesimamsextam in media acie. Huc pertinet & locus ille Appiani Alex. libro quinto Ciuilis belli, cum bellum nauale inter Octauium Augustum & Sextum Pompeium gestum pro Sicilia describeret: Laborante itaq; inter milites Cæsare, atq; sustinente, cum Caluisius nondum adesse cerneretur, neq; ex nauibus quidquam utile sperari posset, illo ad tempestatem enitente, atq; occupato fortunæ benignitate quadam, tertiadecima legio ad montes propius accessit: extemploq; milites intellecta clade per aspera quæq; ex ignibus iter arbitrati, cæpere cursum.

Legio decimatertia Gallica.

LEGIO XIII GALLICA, cognomento Gemina, à Cæsare Iulio dictatore scripta primùm omnium fuit, dato legato, L. Roscio, quæ multis postea seculis in limite Rheni mansit: quare eius sub Vespasiano & Tacitus libro decimooctauo, & imperante Marco Antoninus ad Rhenum meminere. Porrò Cæsar de illa libro quinto belli Gallici sic scriptum reliquit: Neq; ullum ferè totius hyemis tempus intercessit sine solicitudine Cæsaris, quin aliquem de concilijs & motu Gallorum nuncium acciperet: in his ab L. Roscio legato, quem legioni tertiædecimæ præfecerat, certior est factus, magnas Gallorum copias, earum ciuitatum quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi sui causa conuenisse. Et iterum libro septimo Gallicæ historiæ, loquēs de decima legione: Hanc rursus decimætertię legionis cohortes exceperunt: quæ ex castris iunioribus eductæ, cum T. Sextio legato cæperant locum superiorem. Sequūtur iam loca Taciti, qui eius & in historia Tiberij libro historiæ Augustæ primo, mentionem facit: & annis sequentibus, quando pro imperio, Otho, Vitellius, & Vespasianus decertarunt: Primam ac uicesimam legiones (ait) Cecinna legatus, in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quū fisci de Im-

A de Imperatore rapti, inter signa interq; aquilas ueherentur: Germanicus superiorem ad exercitum profectus, secundam ac tertiamdecimam, & sextamdecimam legiones, nihil cunctatus, sacramento adigit. Idem posteriora tempora enarrans libro uigesimo, cum bellum ciuile inter Ciuilem & Cærealem in Belgis gestũ scribit: Ingressis (inquit) Nouesium, tertiadecima legio coniungitur. Additus Voculæ in partem curarum, Herennius Gallus legatus: nec ausi ad hostem pergere. (loco Gelduba nomẽ est) castra fecere. Scribit præterea Suetonius Tranquillus in uita Othonis imp. parentem suum tribunum huius legionis in Gallia extitisse. namq; de bello inter Othonẽ & Vitellium gesto locutus: Interfuit huic bello (inquit) pater meus Suetonius Leuis, tertiædecimæ legionis tribunus, Augusticlauius. Alludit deniq; ad hãc legionẽ inscriptio monumẽti apud Neapolim reperti:

M. BASSAEO M. F. PALAXIO PATR. COL. CVR. R. P. II VIR. MVNIF. PROC. AVG. VIAE OSTIEN. ET CAMP. TRIB. MIL. LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALABRIC. OMNIBVS HONORIBVS CAPVAE FVNCT. PATR. COL. LVPIENSIVM PATR. MVNICIPII OB REMPVB. BENE FIDELITERQ. GESTAM.

LEGIO XIII GERMANICA, quæ & Pannonica, Gemina & ipsa, ac Veterana erat, à Tacito multis locis in Pannonijs cõmemorata, qui nominatim lib. 19 ab initio hyberna illius legionis in Petouione collocauit, ita scribens: Meliore fato fideq; Flauianarũ partium duces, consilia belli tractabant. Petouionem in hyberna tertiædecimæ legionis conuenerant. illic agitauere, placeret'ne obstrui Panno niæ alpes, donec à tergo uires uniuersæ consurgerent: an ire cominus, & certare pro Italia constantius foret. Et iterum libro XVIII: At in Pannonia decimatertia legio & septima Galbiana, dolorem iramq; Bebriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere. Et iterum: Vulgata uictoria post principia belli secundum Flauianos duę legiones, septima Galbiana & decimatertia Gemina cum Vedio Aquila legato Patauium alacres ueniunt. Et alio rursus loco: Læta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius è Dalmatia Panno niaq; exercitibus: fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa, ipsæ modicis interuallis sequebantur, septima à Galba conscripta, ueteranæ undecima & tertiadecima, & præcipuæ famæ quartadecumana. Et iterum: Proditũ id Vthomanis ducibus, & curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere: tertiædecimæ legionis uexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in sinistro locantur. Adludit ad legionem hanc & Tacitus libro duodecimo, cum Claudij imperium describit, & Vannij Marcomãnorum regis ex Boiohemo expulsionem: Nec Claudius (inquit) quanquam sæpe rogatus arma certantibus barbaris interposuit, tutũ Vannio perfugium promittens, si pelleretur: scripsitq; P. Atilio Histro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem ipsaq; è prouincia lecta auxilia pro ripa componeret, auxilio uictis, & terrori aduersus uictores: ne fortuna elati, nostram quoq; pacem turbarent. hæc ille. Porrò quoniam procedentis Imperij autores, Ptolemæus inquam, Dion, & alij, huius neq; in Gallijs neq; Pannonijs mentionem faciunt, adducor facile ut credam, decimamtertiam Cęsaris in Gallijs, decimamtertiam Taciti in Pannonijs, & decimamtertiam Dionis ac Antonini in Dacia, eandem legionẽ extitisse, diuersis temporibus, locis quoq; diuersis locatam. Siquidem qua occasione à Rheno illa Gallica uenerit in Pannoniam atq; limitem Istri, colligitur ex his uerbis Taciti libro primo: Primam & secundam legiones (scribit) Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit, ac ter-

Legio decimatertia Germanica.

B

tiamdecimam & sextamdecimam legiones nihil cunctatus sacramento adigit. Et A
subdit mox: Secuti exemplum Veterani, haud multo pòst in Rhœtiam mittũtur, specie defendendæ prouinciæ ob imminentes Sueuos. hæc ille. Iam cum constet, Veteranam fuisse tertiamdecimam, Veteranos autem à Rheno in Rhœtias missos ille tradat, quid mirum si ex Rhœtijs Danubio usq; in Noricum superioremq; Pannoniam nauigarit? quarum prouinciarum commissione, utpote in loco Viennæ Austriacæ, innumera huius ipsius legionis exempla quotidie eruuntur. Ex quibus aliquot laterũ fictiliumq; inscriptiones subijciam, quæ magna ex parte in ædibus nostris asseruantur. Quibus & aliud Viterbij inuentũ adijciam.

In lateribus Viennæ repertum:

LEG. XIII GER. id est, Germanicæ.

LEG. XIII G. IMP. C. C. id est, Imperatoris Caij Cæsaris.

LEG. XIII. G. IMP. NERON. TIBER.

LEG. XIII GEM. CAMILL. id est, Camillianę, à Scribonio Camillo, qui contra Claudium Cæsarem inuasit Imperium.

Viterbij in Italia:

TRIB. MIL. LEG. VIII BIS AVG.
Q. VRBANO PROVINC. CRAETAE ET TYRENARVM AEDIL.
PL. PRAETORIO LEGATO DIVI
VESPASIANI LEG. XIII GERMANIAE PROCOS. PROVINCIAE
MACEDONIAE P. TVLLIVS VARRO OPTIMO PRAESIDI.

LEG. XIII GE. GA. id est, Germ. Galbæ Cæsaris, qui ante Imperium Panmoniæ præsedit.

LEG. XIII. IVN. id est, Iunij, quem Piso in consortium ascitus à Galba, adsumpsit.

LEG. XIII G. A. id est, Attilij Histri, qui Pannoniæ præfuit sub Claudio.

LEG. XIII G. VAL. hoc est, Valentis, quem prælio Bebriacensi interfuisse cum legionibus Pannonicis, Tacitus scribit. B

LEG. XIII G. MV. id est, Mutiana, à Mutiano præfecto Illyrico, cuius auspicio Vespasianus ad Imperium fuerat sublimatus.

LEG. XIII G. FE. id est, Fœlicis, quem Norico præfuisse, Tacitus libro decimonono tradit.

LEG. XIII G. FAB. Fabiana, à Tito Fabiano Pannoniæ præside, cuius meminit Tacitus libro decimooctauo, & sub finem XXI.

LEG. XIII G. VI. AQ. id est, Vidij Aquilæ, qui hanc legionem ex Pannonijs, Vespasiano adduxit, ut scribit Tacitus libro XIX.

LEG. XIII G. POET. ET OLIM. id est, Pœtouiensis & Olimacensis, à ciuitatibus Pannoniarum.

Legio decimatertia Dacica. LEGIO XIII GERM. ANTONINIANA cognomento, à M. Antonino Cæsare uidelicet sic dicta, & à Dione libro LV commemorata, eadem fuit cum priore, tempore tantum & statiuis alia: quia à Traiano Cæsare, uicto Decebalo, abducta ex superiori Pannonia Daciæ præsidio, ubi nũc Transyluania Hungariæ est, locata erat, ut ista probare inscriptio potest, apud Trãsyluanos reperta, quę sequit:

FORTVNAE AVG. OMNIPOTENT. VBI ERAS RHAMNVSIA
VBI ERAS. QVANTVM ABFVIT, NE ROMA LVGERET, SED
VIVIT TRAIANVS, VE TIBI DECEBALE, MILS LEG.
VI ET XIII G. DEVOTI CAPITIBVS.

Quòd porrò ex Pœtouione Pannoniæ municipio, ubi eius antè hyberna fuerant, ut Tacitus ab initio libri deciminoni contestatur, traducta hæc in Daciam legio fuerit, ex eo liquet, quòd monumentum in Transyluania extat, in quo nominatim fit mentio filiæ cuiusdam Pœtouione defunctę, quũ ipse sibi pater, transpositus

A situs scilicet unà cum legione in Daciam, ibidem primùm memor quoque defunctæ filiæ epitaphium constituisset. Equidem illud constat, non solùm Antoninorum tempore hanc in Dacia legionem excubasse, uerùm adusque Aurelianum Cæsarem eadem in prouincia mansisse plus quàm seculum: donec à Gothis uidelicet & Sarmatis occupata Dacia, deducere præsidium Aurelianus Cæsar (ut Flauius Vopiscus est autor) & in Mœsiam, proximam uidelicet prouinciam, coactus fuerit. Vnde Antonini itinerarium XIII Gem. in descriptione Mœsiæ in Rhœtiaria urbe Mœsię, ad Istrum collocare uidetur. Quòd si fides est tribuenda Codici Præfecturarum, hæc adhuc legio sub Archadio & Honorio in Daciæ & Mœsiæ finibus excubauit: cuius uidelicet ille sub dispositione ducis Daciæ ripensis describit in municipijs Ægete, Transdobreta, Burgonouo, Zernis, Ratiaripa.

M. AVRELIO CRESCENTI AVGG. G. LIB. VIX. AN. LXI.
ET AVRELIAE FLORAE FILIAE EIVS DEFVNCTAE POETOVIONE. VIX. AN. XXIII. MENS. XI. DIES XX. AEL. IVLIANVS SOCERO ET CONIVGI PIENTISSIMO B. M. P.

Verumenimuerò hanc aliquando in Dacia mediterranea legionem excubasse, si uel Dion nihil adnotasset, uel ex monumentorum inscriptionibus liqueret, quæ subinde huius legionis nomenclaturam repræsentant, & quotidie in Transyluania Hungariæ (hæc uetus Dacia erat) eruuntur: quarum aliquot rhapsodias fidei ergò subiecimus. *Quomodo legio decimatertia in Daciam traducta fuerit.*

In ruinis ueteris Vlpiæ Traianæ, quæ hodie lingua barbara Varhel, & Sclauonicè Gradisca nominatur:

DEO, QVI EST MAXIMVS AVREL. SEPT. ROMANVS MIL. LEG. XIII.
B G. VIX. N. LX. CORNICVLA ET SEPTIMIA QVAE ET REVOCATA FILIAE, CORNELIA ANTONIA VXOR HAEREDES PONENDVM CVRAVERVNT, CVRANTE SEPTIMIO SCIPIADE AVG. COL. LIBERTO EIVS.

Ibidem:

D. M.
MARINA SECVNDINA VIX. AN. LIII. L. AVRELIA SATVR. V. A. XXI L. AVRELIANVS INGENVS MIL. LEG. XIII GEM. ANTONINIANAE MATRI ET SORORI POSVIT.

Ibidem:

L. ANNIO FABIANO TRIVMVIRO CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVAESTORI TVRBANTIVM TRIB. PLEB. PRAETORI CVRATORI VIAE LATINAE LEGATO LEG. X. FRETENS. LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMARVM VLPIANAR. TRAIAN. SARMATICAR. D. M. CIVIS SABINVS MIL. LEG. XIII. GLIBRES A RATIONIBVS PRAEPOSITOQ. CONSVLARI COL. DACICAE SARMATICAE L D. D. D.

In ruinis ueteris coloniæ Apuli, hodie Alba Iulia:

I. O. M.
ET IVNONI REGINAE PRO SALVTE IMP. M. AVR. ANTONINI PII AVG. MATRIS AVG. M. VIP. MVCIANVS LEG. XIII. GEM. HOROLOGIORVM TEMPLVM A SOLO DE SVO EX VOTO FECIT FALCONE ET CYPRO COSS.

A

Ibidem:

PRO SALUTE DOMINI NOSTRI SANCTISSIMI ANTONINI PII AU-
GUSTI NIMPHIS NOVIS SACRUM RUFFRIUS SULPI-
TIA LEG. XIII. G. KAL. OCTOBR.

Ibidem:

DEAE NEMESI SIVE FORTUNAE PISTORIUS V. C.
LEG. LEG. XIII. G. GORD.

Ibidem:

DEAE NEMESI AUR. MARIUS OPTIO SIGN. LEG. XIII GEM. CUM
SEVERIA SECUNDINA CONIUGE PRO SALUTE SUA ET MA-
RIANAE BONOSAE ET MARIANI LIBERTI.

In Zalatna, ubi erant Rom. aurariæ:

D. M.

M. AUREL. ANTONIN. MIL. LEG. XIII. GEM. VIX. AN. XXII. MENS.
XI. DIES II. MILITAVIT ANN. V. LIBRAR. AURELIUS MARCIA-
NUS ET VALENTIN. A FILIO PIENTISSIMO.

Ibidem:

D. M.

M. VALERIANUS VIX. ANN. LX. ET MENS. I. MENONIA GEME.
VIX. AN. LXV. M. AUR. MAXIMINUS VET. LEG. XIII. GEM.
VIX. AN. L. MENONNIANUS BENEMERITIS.

In Hackzakh ualle, ubi Vlpiæ Traianæ rudera sunt:

C. IAVOLENUS MODESTUS LEG. XIII GEMINAE, MER-
CURIO AUG. SACR. V. S. L. L. M. B

Legio decimatertia Thracica.

LEGIO DECIMATERTIA THRACICA, inclinante Imperio, in libro Præfecturarum inter octodecim legiones Comitatenses sub magistro militum per Thracias recensetur. Quòd si coniectura ualet, arbitror eam ex Mœsia in Thraciam, uicinam uidelicet prouinciam, transpositam. Nam & Antonini itinerarium in descriptione Mœsiæ, in Rhæciaria, municipio Mœsiæ, ad Istrum, hanc legionem decimamtertiam collocauit. Et uerisimile est, hanc fuisse unam ex præsidio Romano, tempore Aureliani Cæsaris è Dacia abducto, & in Mœsia collocato: quippe ex inscriptionibus suprà adductis apparet, Gordianorum ætate, hanc adhuc in Dacia legionem excubasse: aliàs enim Gordiana cognominata haud fuisset. Porrò de abductis legionibus ex Dacia ab Aureliano Cæsare, scribit Flauius Vopiscus in eius historia ita: Cum uastatum, inquit, Illyricum, ac Mœsiam deperditam uideret, prouinciam trans Danubium Daciam, à Traiano constitutam, sublato exercitu, prouincialibus reliquit, desperans eam posse retineri. abductosq́ue ex ea populos in Mœsiam collocauit: appellauitq́ue suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias diuidit. hæc ille. Ex quibus uerbis apparet, legiones hoc numero, quæ ad Rhenum Istrumq́ue in Pannonijs, & quæ in Dacia præsidium agitabat, eandem fuisse: quod uel ex eo colligi potest, quia unaquæq́ue harum & Gemina & Germanica esset denominata: Germanica quidem, quòd Pannonias Daciamq́ue aduersus Sueuos, Marcomannos, Quados, Gothosq́ue, qui omnes erant Germanici populi, defenderent: Gemina uero idcirco appellabatur, quòd ex duabus nuper refectis foret conflata, ut ab exordio huius libri in §. Geminarum, abundè dictum est nobis.

CAP. XXI. DE LEGIONIBUS QUARTADEcennarij numeri, & earum statiuis & nomenclaturis.

A 

VOTVPLEX igitur decimatertia Gemina Romanis fuerat, ita & decimaquarta Gemina diuidebatur in Gallicam, Hispanicam, Britannicam, Pannonicã, & Thracicam: quarũ uetustissimæ, Gallica & Hispanica fuere, Iulio Cęsari adhuc primò, in Gallijs subiugandis, Pompeijq́ factione ex Hispanijs eijcienda usurpatæ. De quibus dicendũ nobis ordine est. LEGIO XIIII GALLICA, Geminæ epitheto, & Germanica, itemq́ Martia ac Victrix cognominata, legatũ habuit Q. Ciceronẽ, Tullij Ciceronis illius Latinæ linguæ parentis fratrẽ. habuit hæc & in Neruijs statiua hyberna, ubi hodie Brabantia ac Hannonia prouinciæ sitæ cernuntur: quo loci (si Commentarijs Cæsaris ipsius credimus) à Gallicis nationibus per insidias circumsessa, ac penè expugnata fuisset, ni Ciceronis magnanimitas obstitisset. Ab eo tẽpore in proximã prouinciam Tungrorũ ducta fuit, ubi eius Cor. Tacitus lib. 2 & 3 historiæ Augustæ mentionẽ facit, cum Tiberij imperium & eius ætatis res gestas explicaret: Deinde flagrãte bello Ciuili, quod inter Othonẽ, Vitellium ac Vespasianum gestum fuit, unà cum cæteris limitis Gallicani siue Rhenensis legionibus in Italiam à Vitellio educta fuit, & bello Ciuili pro Vitellio interfuit. Tamen à Vespasiano uictore, hybernis iterum suis reddita, primùm in Neruijs & Tungris statiua habuit, inde ad locum uicinum Vetera castra trãslata: ubi obsessa legio in intestino Belgarum bello, quod inter Ciuilem ac Cærealem Vespasiano imperante gestum erat, uix se ab obsidione uindicauit. Quando uerò esse ibi desierit, nondũ inueni: nisi quod Hadriani adhuc ætate ad

Legio decimaquarta Gallica.

B Rhenum excubuerat, ut inscriptiones testantur. Et Antonini quidem itinerariũ, in descriptione itineris à Mediolano Italiæ ad Gessoriacum maris Armorici, ubi est hodie Brugarũ ciuitas in Flandria, in Capiluno, proximo uidelicet Augustoduno municipio, in mediterraneis planè Galliæ, decimamquartam Geminam legionem collocat. Sed placet, quod diximus, locis autorũ confirmare: quorũ primus se offert maximus autorũ C. Iulius Cæsar dictator, libro 5 historiæ Gallicæ: Subductis (inquit) nauibus, concilioq́ Gallorũ Samarobrinę peracto, quòd eo anno frumentũ in Gallia propter siccitates angustius prouenerat, coactus est aliter ac superioribus annis, exercitũ in hybernis collocare, legionesq́ in plures ciuitates distribuere. ex quibus unã in Neruios ducendam Caio Fabio legato dedit, alteram in Neruios Quinto Ciceroni, tertiam in Essuos L. Roscio, quartã in Rhemis cum T. Labieno in confinio Treuirorũ hyemare iussit. Et ne quis legionem Ciceroni cõmendatam, decimamquartam fuisse addubitet, sequitur mox libro 6 Comment. Cæsar tum quòd superioris anni munitiones integrę manebant, ut militum laborem subleuaret præsidio, impedimentis legionẽ quartamdecimã reliquit, unã ex his tribus quas proximè conscriptas ex Italia traduxerat, eiq́ legioni castrisq́ Q. Tullium Ciceronẽ præfecit, ducentosq́ equites attribuit. Et sic de ista legione accipienda sunt & loca cætera Cæsaris lib. 5 Gallici belli, ubi obsidionem huius ab Ambiorige Gallorũ regulo Gallisq́ factã recenset. Re demonstrata, Aduaticisq́ concitatis, postero die in Neruios peruenit: hortaturq́, ne sui in perpetuũ liberãdi atq́ ulciscendi Romanos pro ijs quas acceperint iniurijs, occasionẽ dimittãt. Interfectos esse legatos duos, magnamq́ partẽ exercitus interijsse demõstrat: nihil esse negotij, subitò oppressam legionẽ, quę cũ Cicerone hyemet, interfici, se ad eam rem profitet adiutorẽ. Facilè hac oratione Neruijs persuadet. Itaq́ confestim dimissis nuncijs ad Centrones, Grudios, Leuacos, Pleumasios,

Gordunnos, qui omnes sub eorum imperio sunt, q̃maximas manus possunt, co- A
gunt, & de improuiso ad Ciceronis hyberna aduolant. Et iterum, cum oppugna
tionem castrorũ legionis illius doceret: Paululum quidem intermissa, ait, flamma,
& quodam loco turri adacta, & cõtingente uallum, tertiæ cohortis centuriones,
ex eo quo stabant loco, recesserunt, suosq́; omnes remouerũt: nutu, uocibusq́; ho
stes, si introire uellent, uocare cœperunt: quorum progredi ausus est nemo. tum
ex omni parte lapidibus coniectis disturbati, turrisq́; succensa est. Erant in ea le-
gione fortissimi uiri centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, T.
Pulfio, & L. Varenus. Et subdit, de Cæsare locutus, qui legioni XIIII obsessæ in
auxilium maturauerat: Omnibus suis incolumibus copijs, inquit, in eodem die ad
Ciceronem peruenit. Institutas turres, testudines, munitionesq́; hostium admira
tur. Legione producta, cognoscit, non decimũ quemq́; esse relictum militem sine
uulnere. Ex his omnibus iudicat rebus, quanto cum periculo, & quanta cum uir-
tute sint res administratæ: Ciceronẽ pro eius merito legionemq́; collaudat. Fuit
ergo Cæsaris primi tempore legio hæc XIIII in Gallijs, Tungrorũ uidelicet, Ner
uiorumq́; finibus, ubi hodie Leodiensis ac Brabantina ditiones uisuntur. Man-
sisse autẽ nõ modò in Gallijs procedẽte Imperio, uerumetiam Tiberio posterius
ad imperij habenas ascito, ad ripã Rheni promotã ulterius, in Veteribus castris,
supra Coloniã Agrippinã hybernasse, limitemq́; Galliarum aduersos oppositos
Germanicos populos Sicambrorũ, Bructerorũ, & Catthorum defendisse, isthæc
quæ modò sumus adducturi, loca Cor. Taciti demonstrabunt. Nam lib. 1. histor.

Loca Cornelij Taciti de legione decimaquarta.

Augustæ, cum principatus Tiberij initia describit, & Germanici sui ex fratre ne-
potis res præclarè ad Rhenum gestas enuclearet: Primã ac uicesimã legiones, in-
quit, Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorũ reduxit turpi agmine, cum fisci de im-
peratore rapti, inter signa interq́; aquilas ueherentur. Germanicus superiorẽ ad B
exercitum profectus, secundam ac tertiamdecimam & sextamdecimam legiones
nihil cunctatus, sacramento adigit. quartadecimani paululum dubitauerant, pe-
cunia & missio quamuis non flagitantibus oblata est. Similiter postea lib. 14. de
Neronis rebus gestis & eius imperio tractans: Iam Suetonio, inquit, quartadeci-
ma legio cum uexillarijs uicesimarijs, & è proximis auxiliares, decem fermè mil-
lia armatorum erant, cum omittere cunctationem, & congredi acie parat. Et sub-
dit deinde: Boudicea uitam ueneno finiuit, & Poenius Posthumius præfectus ca
strorum secundę legionis, cognitis quartadecumanorum uicesimanorumq́; pro-
speris rebus, quia pari gloria legionem suam fraudauerat, abnueratq́; contra ri-
tum militiæ iussa ducis, seipsum gladio transegit. Idem libro decimooctauo, cum
Vitellium ad imperium adscitum recenset: Et erant, ait, in ciuitate Lingonum o-
cto Batauorum cohortes, quartædecimæ legionis auxilia, tum discordia tempo-
rum è legione digressæ, prout inclinassent, grande momentum sociæ, aut aduer-
sæ. Et alio loco eiusdẽ libri: Proxima ciuitas Lingonũ erat, fida partibus: benignè
excepti, modestia certauere: sed breuis lætitia fuit, cohortiũ intemperie, quas à le-
gione quartadecima, ut sæpe memorauimus, digressas, exercitui suo Fabius Va-
lens adiunxerat. Et rursus de bello Ciuili inter Vitellium & Vespasianum gesto
locutus: Missus est, inquit, in locum eius Vectius Bolanus. E' præsentibus ange
bat Vitelliũ, uictarũ legionũ haudquaq́; fractus animus. Sparsę per Italiã, & uicto
ribus permixtæ, hostilia loquebanť: præcipua quartadecumanorũ ferocia, qui se
uictos abnuebãt. quippe Bebriacensi acie, uexillarijs tãtũ pulsis, uires legionis nõ
affuisse. Et subijcit: Conclamatũ repentè, decimamquartã legionẽ uerso itinere,
ad prælium uenire. Idem lib. 20. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus
ut fuerant castris, quæ relictorum illic militum præsidio tenebãtur. Non erat du-
bium,

A bium,quantum in regressu discriminis adeundum foret, frumentatoribus onustis,pauculisq́. addidit exercitui suo Vocula mille delectos è quinta & quartadecima legionibus,apud Vetera obsessis.Sic lib.21 docet,legionem decimãquartam missam in superiorem prouinciam,limitem uidelicet Rheni: Postera die (inquit) legio decimaquarta in superiorẽ prouinciam Gallio Annio missa. Et subdit (ut constet hanc in Neruios & Tungros è Britãnia rediјsse:) Circumsteterat ciuilem & alius metus,ne quartadecima legio,adiuncta Britannica classe,affli ctaret Batauos,qua Oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus,in Neruios Tungrosq́ duxit,eæq́ ciuitates in deditionem acceptæ. Sed placet monumenta eius legionis,quæ quidem extant,fidei ergò subiјcere.

MONVMENTA LEGIONIS XIIII GEMINAE.

Gallicæ,

Prope Moguntiacum in pago Fritzenhaym, ubi eius scilicet fuerant uera statiua:

M. PETRONIVS C. F. CLA. ACELE MIL.
LEG. XIIII GE. AN. XX STIP. V. H.
S. EST C. PETRONIVS FRATER PIE F.

Comi,in Rhetia alta:

C. VIRIVS SABINVS
VETERANVS ARMORVM CVSTOS LEG.
XIIII GEM. MART.
VICT. D. M.

Italiæ,

Veronæ apud Ecclesiã cathedralem:

Q.CAESIO Q.F.FOB.
SIGNIF. M. CAESIO
Q. F. POB. VETERANIS LEG. XIII GEMI.
Q.CAECIVS Q. L. I.

Romæ in ecclesia S.Marci:

L. RAGONIO L. F. PAP. VRMATIO LARTIO
QVINTIANO COS. SODAL. HADRIAN. LEG.
XIIII. GEM. DONIS MIL. DONAT. AB IMP.
COMMODO ANTONINO AVG. PROC. PROV.
AFR. SEVIR M. ANTIVS ENNIVS
SERGIANVS AMICO.

B LEGIO XIIII HISPANICA,fortè eadem cum Gallica censenda est, ut quã Cęsar primus ex Galliјs in Hispaniam ut contiguã prouinciam, aduersus factionem Pompeianã traduxerat.De qua sæpe Cęsar in historia ciuilis belli mentionẽ facit. Et lib.quidem historiæ eius 1,de ea sic scribit: Ita uario certamine pugnatũ est.nostri enim primo congressu circiter septuaginta ceciderunt. In his Q.Fulginius,ex primo hastato legionis quartædecimę, qui propter eximiam uirtutẽ ex inferioribus ordinibus in eum locũ peruenerat. Et iterũ lib.5 eiusdem historiæ:Hac habita oratione Scipio cum existimasset,pro suo beneficio,sine dubio, ab iјs gratias sibi actũ iri,potestatẽ iјs dicendi fecit.Ex eis centurio legionis XIIII: Pro tuo (inquit) summo beneficio,Scipio tibi gratias ago:nõ enim Imperatorem te appello, quòd mihi uitã incolumitatemq́ belli iure capto polliceris. LEGIO XIIII BRITANNICA,uictrix appellatione, quã diuersam extitisse ab illa superius enumerata Gallica Martia, itẽ uictrice,ex eo apparet,quòd Tacitus lib.18,19,& 20 pariter, bellum intestinũ,quod pro Imperio,inter Othonem, Vitellium, Vespasianumq́ est gestum,describens,seorsim decimæquartæ meminit in Britanniã transuectæ. Et mox eodem libro, folióq́, alterius hoc numero legionis in Neruiјs,Tungris, Veteribusq́ castris hybernantis,& à Vitellio in Italiam abductæ nomẽ recenset: quę hybernis deinceps restituta nõ sit. Verumenimuero nec Ptolemęus, nec Antoninus,nec Dion,& breuiter quicunq́ post tẽpora Vespasiani scripserũt, legionem aliquã hoc numero in Britãnia recensent, quũ tamẽ secundæ Victricis, & aliarum Britannicarũ legionũ mentionẽ faciant. Quòd aũt una hoc numero nomine q́ legio in Britãnia fuerit,& ante Vespasianũ,& imperãte postea Vespasiano, ex his uerbis Cor. Taciti elucescit,quæ li.20 leguntur: Legiões (inquit) uictrices, VI & decima-

Legio decimaquarta Hispanica.

Legio decimaquarta Britannica.

& decimaoctaua, Vitellianarũ una & uicesima, è recens conscriptis secunda, Pœninis Coctianisq́ alpibus, pars monte Graio traducuntur. Decimaquarta legio è Britannia, tertia ac prima ex Hispania accersitæ. Et iterũ: Circumsteterat Ciuilem & alius metus, ne quartadecima legio, adiuncta Britannica classe, affiictaret Batauos, quà Oceano ambiuntur. Idem libro 21: Proprios inde stimulos legionibus admouebat, domitores Britanniæ quartadecumanos appellans, principem Galbam sextæ legionis autoritate factum. Sic lib. decimooctauo, legionem decimamquartam in Britanniam transuectam testatur, inter initia belli Ciuilis quod inter Vitellium postea & Vespasianum magno detrimento Romani nominis gestum fuit: Quartadecumani postquã alpibus digressi sunt, seditiosissimus quisq́ signa Viennam ferebant, consensu meliorum compressi: & legio in Britanniam transuecta. Huc pertinent & uerba eiusdem libro uigesimo, cum bellum ciuile in Belgis, inter Cærealem Ciuilem & Tutorẽ gestum explicaret: Tutor (ait) cunctatione crescere rem Romanam affirmabat, coeuntibus undiq́ exercitibus, transuectam à Britannia legionem, accitas ex Hispania aduentare, ex Italia nec subitum militẽ, sed ueterem, expertumq́ bellum. LEGIO XIIII PANNONICA, Germanica cognomẽto, & Gemina, ueterana fuit: cuius in Pannonijs nemo (quod equidem sciam) præter Ptolemæum, Antoninum, & Dionem Cassium, mentionem facit. Ptolemęus quidem libro secundo, capite decimoquarto, tabula Europæ V, hanc legionem in superiori Pannonia post decimam, ad loca uidelicet siue municipia Chertobalum & Bregetium describit: Antonini uerò itinerarium eandem inter Gerulatam & Carnuntum, Æquinoctiumq́ collocat, in supputatione itinerum à confluentibus Saui & Istri, usq́ ad ripam Rheni. Ex quibus apparet, legionis huius hyberna extitisse in confinibus Austriæ & Hungariæ, haud procul à lacu illo insigni, quem Plinius libro tertio cap. 24: Peisonem uocat, quem hodie Hungari Fertew, Germani Neusidlersee appellant. Eo enim in tractu & Gerulatæ sunt, uel ut Ptolemęus appellat, Chertobali rudera. nec nomen quamuis barbarum dissentit: Cherlburgum enim uocant, locum inter Posonium & Altenburgum, ubi Danubius ueluti in cornua diuisus, ingentẽ insulam facit: quod in uetustioribus annalibus reperio municipij frequentiam habuisse, & Cherfulenburgum nominatum: fuisseq́ locum uetustum, inscriptiones Vetustatis coarguunt, quæ ibi & in uicinia creberrima quotidie eruuntur. Quòd si coniecturę est aliquid tribuendũ, fortè eundem cum Britannica extitisse crediderim. In bello tamẽ Ciuili quod inter Othonem, Vitellium, & Vespasianum pro Imperio gestum est, huius seorsim nomenclaturam expressam reperio: quod rursus à coniectura me priore abducit. Siquidem lib. decimooctauo, cum, ut suprà est auditum, inter decimamquartam Gallicam à Rheno abductam à Vitellio, & decimamquartã ab eodem ex Britannia excitam, Cor. Tacitus apertè distinguat, tum uerò ibidem decimamquartam aliam inter Pannonicas legiones Dalmaticasq́ recenset, quæ aduersus Vitellium Vespasiano adhæserant. Verba Taciti sic habent: Læta interim Othoni principia belli, motis ad imperiũ eius è Dalmatia Pannoniaq́ exercitibus. Fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa, ipsæ modicis interuallis sequebantur, septima à Galba conscripta, ueteranæ: undecima & decimatertia, & præcipua fama quartadecumana, rebellione Britanniæ compressa. addiderat gloriam Nero, eligendi ut potissimos. Vnde longa illis erga Neronem fides, & erecta in Othonem studia. Et iterũ: Contrà ipsis omnia opulenta & fida: Pannoniam, Mœsiam, Dalmatiam, Orientem cum integris exercitibus: Italiam & caput rerum urbem, senatumq́ & populum nunquam obscura nomina. Et si aliquando obumbrentur: publicas priuatasq́ opes, & immensam pecuniam inter ciuiles discordias, ferro ualidiorem:

Legio decimaquarta Pannonica.

A ualidiorē: corpora militū aut Italiæ ſueta, aut æſtibus. Obiacere flumen Padum, tutas uiris muriſq; urbes, è quibus nullam hoſti ceſſurā, Placentiæ defenſione exploratū: proinde duceret bellum. paucis diebus quartamdecimā legionē, magnā ipſam fama, Mœſiacis copijs affore. Ex quibus omnibus liquet, nō ſolùm Claudio & Nerone imperantibus, hoc numero legionē in Pannonijs excubaſſe, uerū adeò etiā Veſpaſiano ad imperiū cōtendente. A' quo etiā hęc rapta unà cum cæteris Mœſicis, Pannonicis & Dalmaticis exercitibus, in Italiā aduerſus Vitelliū educta fuit: cum alias item hoc numero legiones, eodē autore Tacito, à Rheno & Britannia Vitellius in Italiā ad bellū ciuile euocaſſet. Atq; tantū de XIIII Pannonica legione, quā, ſiue Geminā uoces, uti eam & Dion Caſſius & Antoninus appellāt: uel Germanicā, ut eſt apud Ptolemæū, haudquaq; pecces: quando omnes ferè legiones ad Iſtri limitē, Rhenumq; collocatas, ueteranas fuiſſe cōſtat, & cōtra Germanos ſtipendia meruiſſe: hic quidē aduerſus Sicambros, Friſios, Cheruſcos, Bructeros, Sueuoſq;: illic uerò cōtra Marcomannos & Quados, & qui eiuſdem originis linguæq; & ſedium uicinarū populi fuere. Et tametſi pauca admodū ea de legione uetuſtatis exempla extent, in agro ueterū hybernorū apud nos, ea uia quæ ducit ex Auſtria in Hungariā, quæ rectè profectò per Altenburgū & Rabam inſtituitur: inuenti ſunt tamen lateres, & quotidie eruuntur Viennæ, cum nomine ſæpedictæ legionis atq; numero, in quibus interdum & alia cognomina legatorū uidelicet addita uidentur: quale eſt illud à Mutiano, cuius auxilio Veſpaſianū Mœſicas Pannonicaſq; legiones exciuiſſe, Cornelius eſt autor. Inuenio uerò hanc nō modò incipiente florenteq; Imperio populi Ro. in Pānonia ſuperiori ſtatiua habuiſſe, uerùm etiā Arcadio & Honorio Imperij habenas moderātibus, cōtra Gothos hanc in Carnunto colonia ſuperioris Pannoniæ, ut eſt autor Scotus in codice Præfecturarū, rem adſeruiſſe Romanam. Sed placet aliquot ex rhapſodijs Antiquitatum ſubijcere.
B

In ædibus meis, in foro Pini Viennæ,

In ſaxo ibidem reperto:	In lateribus alibi erutis:
LEG. XIIII. GEM. C. VO- LVMNIO PV. DEM.	LEG. XIIII. GEM. LEG. XIIII. GER. LEG. XIIII. G. MV. id eſt, Mutiana.

LEGIO XIIII Thracica, uel Mœſica, cōmemoratur cùm in itinerario Antonini, qui hāc inter Bononiā & Rhœtiariā collocat, tum à Scoto in codice Prefect. qui inclinātis Imperij ſtatum deſcribēs, uti fuit ſub Arcadio & Honorio, decimāquartā legionē inter decē & octo legiones Comitatēſes Thraciæ recenſet. An fortè è Pānonijs poſtea, ut in prouincias proximas abducta fuerit, cōtra Sarmatas & Gothos Vandaloſq;, nō ſanè auſim affirmare. Cæterū illud uerū eſt, Antoninū uno eodemq; tempore aliā hoc numero legionē in Mœſia recenſere inter Bononiā & Rhœtiariā Mœſiæ, & aliam in Pannonijs inter Gerulatam & Carnuntū. quod planè oſtendit, diuerſam hanc à ſuperiori uidelicet Pannonica Gemina extitiſſe. Et hęc habuimus, quæ de legiōe decimaquarta ex fide hiſtorica dicere potuimus. *Legio decimaquarta Mœſica.*

CAP. XXII. DE QVINDECENARII NVMERI *legionibus, earumq; hybernis ac nomenclaturis.*



HAC igitur induſtria ſimul & potentia ac maieſtate Romani præditi, numeros in legionibus eò uſq; extenderūt, ut decimāquintā etiā ſuis in prouincijs legionē haberent. Non unā quidē hanc, ſed diuerſis in prouincijs, aliā hoc numero atq; aliam. Siquidem Gallicam hoc numero extitiſſe inuenio, & Pannonicā aliam, cuius cognomen Apollinaris fuit. Fuit & in Iudæa XV legio quæpiam.

Deniq; & in Cappadocia hoc numero legionem Dion Cassius memorat, qui sub Hadriano scripsit, de quorũ singulis ordine sum dicturus. LEGIO XV Gallica ueterana ad Rhenũ in Germania inferiori hybernabat, unde à Vitellio aduersus Othonẽ unà cũ cæteris Germanicis Gallicisq; legionib. excita in Italiã fuit. Qua de re Tacitus lib. 17. Galbæ Imp. cædẽ describẽs, sic ait: Quidã Terentiũ Euocatũ, alij Lecaniũ, crebrior fama tradidit Camuriũ legionis decimæquintæ militẽ, impresso gladio iugulũ eius hausisse. Cæteri crura brachiaq; (nam pectus tegebat) fœdè laniauere, pleraq; uulnera feritate & sæuitia trunco iam corpore adiecta. Et iterũ eo. lib. Sed ipsis legionibus, inquit, inerat diuersitas animorũ: primani quintaniq; turbidi adeò, ut quidam saxa in Galbæ imagines iecerint: quintadecima ac sextadecima legiones, nihil ultra fremitũ & minas ausæ. Loquitur autem isthic de legionib. inferioris Germaniæ, cum hæ essent solenni iuramẽto Cal. Ian. pro Galba adactæ, pro Vitellio cõstanter perstitere, Galbæ imaginibus proiectis. Et rursum: Inferioris, inquit, Germaniæ legiones, solenni Cal. Ian. iuramẽto pro Galba adactæ, multa cunctatione, & raris primorũ ordinũ uocibus, cæteri silentio, proximi cuiusq; audaciã expectantes, insita mortalibus natura properè sequi, quæ piget inchoare. Sic lib. 19, cum aciẽ Vitellij ad Bebriacũ instructã describit: At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoq; uiribus, confectũ algore atq; inedia hostem postero die profligare ac proruere ratio fuit: indigus rectoris, uacuus consilij, tertia fermè noctis hora, paratis iam dispositisq; Flauianis impingitur. Ordinẽ agminis disiecti per iram ac tenebras, asseuerare nõ ausim. quanq; alij tradiderint, quartã Macedonicã dextro suorũ cornu, quintam & quintamdecimã cum uexillis nonæ secundæq; & uicesimæ Britannicarũ legionum, mediã aciem, sextadecimanos duoetuicesimanosq; & primarios læuum cornu complesse. Idem lib. 20 eiusdem historiæ, reductam ab hoc bello in Italiam testatur. nam locutus de bello inter Ciuilem & Cerialem in Belgis gesto, cõfirmato iam in Imperio Vespasiano: Interim, inquit, Ciuilis Vetera circũsedit, Vocula Geldubam, atq; inde Nouesiũ cõcessit. Ciuilis capit Geldubã: mox haud procul Nouesio, equestri prælio prosperè certauit: sed miles secundis aduersisq; perinde in exitium ducum accẽdebatur, & aduentu quintanorũ quintadecimanorumq; auctæ legiones, donatiuum exposcunt, comperto, pecuniam à Vitellio missam. Sed placet, monumentorũ rhapsodias subijcere, quæ in Belgis partim, atque ad Rhenum, ueris & genuinis suis hybernis, partim Romę quoq; reperta sunt, quo uidelicet à Vitellio traducta fuerat, in bello ciuili.

Legio decimaquinta Gallica

Vuormaciæ ad Rhenum:	Veronæ in S. Zenonis stabulis:	Romæ:
C. VIBIVS Q. F. VOLT. VIRILIO EQ. LEG. XV. AN. XLV, STIP. XII. H. S. E.	SEX. SALANIVS P. F. MANDAT. MILES LEG. XV.	C. H. C. LOCVS ADSIGNATVS MONVMENTO IN QVO EST EDICLA PRIAPI IN FR. P. LXX IN AGRO SEX. SALANIVS P. F. MANDATVS MILES LEG. XV.

Pannonica.

LEGIO XV Pannonica Apollinaris cognomento, ab insignibus uidelicet eius diui in uexillis depictis, uetustissima in Pannonia hyberna habuit, quo tẽpore Augustus Octauius Cæsar isthic aduersus Gallicas gẽtes depugnabat, & Metellum, Menetiũ ac Vendiũ ciuitates ad Sauũ expugnasset. Quare Cor. Tacitus lib. 1. hist. Augustæ, cum legionũ Pannonicarũ in æstiuis ad Nauportũ seditionem, contra Iunium Blesum legatum, autore Percennio quodam excitatum, sub exitum Augusti Cæsaris, describeret, inter reliquas Pannonicas legiones & hanc recenset: Hic

A Hic rerum urbanarum status erat, inquit, cum Pannonicas legiones seditio incessit, nullis nouis causis, nisi quòd mutatus princeps, licentiam turbarum, & ex ciuili bello spem præmiorũ ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Blæso, qui fine Augusti, & initijs Tiberij auditis, ob iustitiũ, aut gaudium intermiserat solita munia. Eo principio lasciuire miles, discordare, pessimi cuiusque sermonibus præbere aures, denique luxum & ocium cupere, disciplinam & laborem aspernari. Et postea, nominans locum: Interea manipuli ante cœptam seditionem Nauportum missi, ob itinera & pontes, & alios usus, postquam turbatum in castris accepere, uexilla conuellunt, direptisque proximis uicis, ipsoque Nauporto, quod municipij instar erat, retentis, centuriones in risu & contumelijs, postremò uerberibus insectantur. Nominans postea legiones in Pannonijs tumultuantes: Tribunos tamen, inquit, ac præfectum castrorum extrusere, sarcinæ fugientium direptæ: & centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetijs uocabulum, Cedò alteram, indiderant: quia fracta uite in tergo militis, alteram clara uoce, & rursus alteram poscebat. cæteros latebræ texere, uno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promptum ingenium. Quin ipsæ inter se legiones octaua & quintadecima ferrum parabant, dum centurionem cognomento Sirpicum, illa morti deposcit, quintadecumani tuentur, ni miles nonanus preces, & aduersum aspernantis minas interiecisset. Et iterum: Non unus hæc, ut Pannonicas legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios ualidiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora uocesque: sua in manu sitam rem Romanam, suis uictorijs augeri rempublicam, in suum cognomentum adsciscí Imperatores. Et præcedit in textu: Et soluti piaculo suis quisque hybernis redderentur, primùm octaua, deinde quintadecima legio rediere. Nonanus, expectandas Tiberij epistolas clamitauerat.

B Porrò hanc ex Pannonijs posterius, sub Nerone, uidelicet in Syriã fuisse translatam, docet Tacitus lib. 15. Tum intellecto barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant, consuluit inter primores ciuitates Nero, bellum anceps an pax in hoste placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbulo tot per annos militum ac hostium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cuius alterius inscitia rursum peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen: unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tyridatem, si preces ipse attulisset. Syriæque executio Cintio, copiæ militares Corbuloni permissæ: & quintadecima legio, ducente Mario Celso, è Pannonia adiecta est. Atque hæc de legione huius numeri Pannonica, quæ peculiari uocabulo Apollinaris nuncupabatur. Ad quam respiciunt monumenta per tractum Pannoniarum eruta, quorum rhapsodias subieci.

Sopronij Hungariæ, confinibus Austriæ:

M. VIBIVS C. F. ANIESIS
VET. LEG. XV. APOL. AN.
XXI. H. S. E. T. F. I. ARBITER L. LARTI ET T. MVRSI. H.

Carnunti ruinis, hodie Petronello pago Austriæ:

C. IVLIVS C. CLA. SECVNDVS
AV. LEG. XV. APO. IVLI. CELERIN. VIX. AN. XXVI.
MENS. VIII.

Viennæ in horto meo, in latere ex Petronello prædicto allato:

LEG. XV. APOL.

In limitibus Austriæ & Styriæ, qui lapis est Viennam allatus:

C. VALERIVS C. F. VLTINIA PILIPIS MIL. LEG. XV.
APOL. ANNO XXXII. STIP.
XI. H. S. E.

Ad Troiam Ciliæ, haud procul à Nauporto, statiuis suis primis, & prope Sauum fluuium: A

C. HOSTILIVS ET EGNATIVS VEITOR QVINTADECIMAE LEGIONIS TRIBVNVS P. S. P. Q. R. CVM BARBARIS DIMICANTES PARITER OCCISI HEIC PARITER IACENT SINGVLARE POSTERIS EXEMPLVM ET CHARITATIS ET FORTITVDINIS CILINENS. XXI. DIES ATRAT LVXERVNT.


Spoleti, in æde S. Pontiani:

TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS ET LEG. V. MACEDONI. HIC LEGAVIT TESTAMENTO MVNICIP. H-S. LXVI. C. MONET EX REDDITV EIVS SVMMAE QVOTANNIS VIII. ID. NOVEMB. NATALE SVO MVNICIP. EPVLVM ET CRVS. ET MVLSVM DARETVR.

Legio XV Iudaica. LEGIO XV IVDAICA, eadem ut arbitror fuit, cum Pannonica, utpote quam in Syriam fuisse traductam, ex Tacito demōstrauimus: qua ex prouincia, quia Iudæam cōtingit, facilè potuit rebellione Iudæorū sub Nerone imminente in Palæstinam transferri. Vbi Tacitus idem, Vespasiani & Titi imperia describens, lib. historiæ Aug. 21. eam cōmemorat his uerbis: Tres eum in Iudæa legiones, quinta & decima, & decimaquinta, uetus Vespasiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimā, & abductos Alexandria duodeuicesimanos, tertianosq́. Cæterū sub Nerone hanc abductā uenisse in Syriā, colligitur ex uerbis Taciti lib. 15, cum Neronis res gestas enuclearet. At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortissimo quoq; amisso, & cæteris exterritis, parum habiles prælio uidebant, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrū militē & crebris ac prosperis laboribus exercitū, in Armeniā ducit. Addiditq; legionē quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecumanos recens abductos, & uexilla delectorū ex Illyrico & Ægypto, quotq; alarū, cohortium, & auxilia regum in unum conducta apud Melitenen, quà transmittere Euphratem parabat. tum lustratum ritè exercitum ad concionem uocat. Et de hac legione intelligenda est inscriptio, quæ Veronæ apud Athesim legitur, extra templū D. Dionysij: LEG. XV. APOL. LX. VII. AFER. DECVR. XXVI. B

Legio XV Cappadocica. LEGIO XV Cappadocica recensetur à Dione sub Antoninis & Hadriano, quanquam præterea nemo meminerit illius: an eadem cum Syriaca Iudaicaq; existimanda sit, nescio. Scotus sanè in Præfecturis Romanis, expresse legionem decimamquintā Apollinarem Satalæ sub dispositione ducis Armeniæ describit.

CAP. XXIII. DE LEGIONIBUS SEDECENARIJ & septecenarij numerorum, earum statiuis ac cognominibus.



DVAS duntaxat sedecenarij numeri legiones, & unam septecenarij, Romanis fuisse inuenio: quarum testimonia ex historia hæc sunt. Legio XVI Gallica Valeria. LEGIO XVI GALLICA, cognomento Valeria & Victrix: de qua scribit Dion libro 55, Augustum Cæsarem hanc cum uicesima collocasse in superiori Germania. quam historiam similiter scribens Tranquillus, refert Augustum Valerios milites unà cum uicesimanis in fidem accepisse. Hi autem à Valerio Messala nominati erant, quo duce aduersus Gallos educti erant fato quodam, ut Valerij omnes ab illo primo Coruino, cuius Liuius meminit in prima Decade, aduersus Gallos depugnarēt. Qua de re Suidas in dictione κελτοί fusius scribit. Huc pertinent loca Cornelij Taciti, qui libro primo sic scribit: Germanicus superiorem ad exercitum

A tum profectus, secundam ac tertiamdecimã & sextamdecimã legiones, nihil cunctatus, sacramento adigit. Idem lib. 17, cum Vitellij contra Galbã in Belgis factam inaugurationem recenset: Sed ipsis legionibus, inquit, inerat diuersitas animorũ: primani, quintani'que turbidi adeò, ut quidam saxa in Galbæ imagines iecerint: quintadecima ac sextadecima legiones, nihil ultra fremitũ & minas ausæ, initium erumpendi circumspectabant. Et iterum circa finem libri 18. Cecinna complexu Vitellij multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmisit. Mox uexillarij quartædecimæ & sextædecimæ legionum, dein quinta & duodeuicesima secutæ. Idem lib. 19, cum Vitellij exercitum contra Vespasianum à limite Rheni eductum recenset: At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoq́ue uiribus, confectum algore atq; inedia hostem, postera die profligare ac proruere ratio fuit. Et subdit: Quartam Macedonicam dextro suorum cornu, quintam & quintamdecimam cum uexillis nonæ secundæq́ue & uicesimæ Britannicarũ legionum mediam aciem, sextadecumanos, duoetuicesimanosq́ue, & primanos læuum cornu complesse. Porrò meminit huius legionis in Gallijs & Antonini itinerarium inter Augustodunum & Atesiodurum, interq́ue legiones decimamseptimã ac uicesimamsecundam recensens, cum iter à Mediolano Italiæ ad Gessoriacum nauale Belgicæ subducit. Idem legionem XVI in Vbijs ad Agrippinam describit, cum iter à Treuiris Agrippinam supputaret. Sed placet inscriptionibus Antiquitatis rem, quam proposuimus, confirmare.

Ad Moguntiacum Germaniæ proprijs statiuis:

Ad diuum Albanum:	Extra urbem:
TER. EXSOMNVS TER. F. AN. VER. MIL. LEG. XVI. AN. XL. STIP. XVI. H. S. E. AVRELIVS DS. P.	C. SERTORIVS L. F. O. V. F. TERTVLIANVS VETERANVS LEG. XVI. CVRATOR CIVIVM ROM. MOGVNTIACI.

B

Italia, cum eò à Vitellio esset traducta, apud Spoletum:

C. SERTORIVS L. F. O. V. F. TERTVLIANVS VET. LEG. XVI. CVRATOR CIV. ROM. MANGOTIARII.

LEGIO XVI Flauia, Firmaq́ue cognomento, Scoto in Republica deflorescentis Imperij, quo tempore Arcadius & Honorius imperabant, Suræ, sub dispositione ducis Augustofretensis prouinciæ commemorat. *Legio decimasexta Flauia Firma.*

LEGIO XVII. Vnica hoc numero Romanis fuit, quæ ad maris mediterranei littora apud Hostiam fines Reipublicæ tuebatur: cuius meminit Cor. Tacitus libro 18. in hæc uerba: Paruo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio, propè urbi excidio fuit: septimamdecimam è colonia Hostiensi in urbem acciri Otho iusserat, armandæ eius cura Vario Crispino tribuno è prætorianis data. Huc pertinet inscriptio Vetustatis, quæ in Flersheym pago propè Moguntiacum legitur, quo & ipso loco forsan ante illa tempora illius statiua fuerant. Commemorat & Dion Cassius legionẽ hoc numero ab Augusto exauctoratam. Monumentum uerò, de quo diximus, sic habet: *Legio decimaseptima.*

CN. CVRIONI SABINO LEG. XVII. MIL. P. METELLVS CALVINVS CONTVBERNALI DVLCISSIMO PO.

CAP. XXIIII. DE LEGIONIBUS QUAE DECIMUMOCTAUUM numerum præferebant, earumq́ diuisione. A



QVATVOR omnino hocce numero Reipub. Romanæ per omnes ætates legiones extitisse reperio: unam in bello Punico, alteram in Germania locatam, tertiam in Britannia uictricem, & quartam in Hispanijs cognomento Primigeniam. LEGIO XVIII ITALICA à Liuio libro septimo Decadis tertiæ recensetur, in administratione secundi belli Punici: Pugnatum, inquit, amplius duabus horis est: cedere inde ab Romanis dextera ala, & extraordinarij cœpere. Quod ubi Marcellus uidit, duodeuicesimam legionem in primam aciem inducit. LEGIO decimaoctaua Germanica recensetur ab Antonino in Itinerario ad Nouiomagum & Durocordurum, ubi hodie Geldria, & Nymagum ad ostia Rheni, Imperiale est oppidum. Cornelius Tacitus hoc numero legionem ad Moguntiacum describit, & ostendit hanc à Nerone fuisse abductam, belloq́ue ciuili inter Othonē & Vitellium gesto interfuisse. Locus extat libro decimoseptimo, & sic habet, cum Galbam scribit ad Imperij fasces sublimatum: Apud frequentem militum concionem imperatoria breuitate, adoptari à se Pisonem more diui Augusti, & exemplo militari, quo uir uirum legeret, pronunciat: ac ne dissimulata seditio in manu crederetur, ultro asseuerat, quartam & duodeuicesimam legiones, paucis seditionis authoribus non ultra uerba ac uoces errasse, & breui in officio fore. Et iterum de Vitellio ad Rhenum scribens: At in superiori exercitu quarta & duodeuicesima legiones, ijsdem hybernis tendentes, ipso Calen. Ian. die dirumpunt imagines Galbæ, quarta legio promptius, duodeuicesima cunctanter. Et addit postea: Nocte quæ Calend. Ianuar. secuta est, Coloniam Agrippinensem aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nunciat, quartam & duodeuicesimam legiones, proiectis Galbæ imaginibus, in Senatus & populi Romani uerba iurasse. Sic cum abductū à Rheno Germanicum exercitum idem autor libro 18 circa finem explicaret, inter cæteras legiones quæ incedebant cum Vitellio, & duodeuicesimam cōmemorat: Cecinna, inquit, complexu Vitellij multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmisit. Mox uexillarij quartædecimæ & sextædecimæ legionum, dein quinta & duodeuicesima secutæ. Et rursus libro decimonono: Quintam & quintamdecimā, cum uexillis nonæ secundæq́ue & uicesimæ Britannicarum legionum, mediam aciem, sextadecumanos, duodeuicesimanosq́ue & primanos læuum cornu complesse. Sic libro uigesimo postea: Flaccus interim cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias qui auxilia concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duodeuicesimę legionis legato tradit, ut quàmmaximis per ripam itineribus celeraret. Ipse pauidus torpore, inuisus militibus: neque enim ambiguè fremebant, emissas à Moguntiaco Batauorū cohortes, dissimulatos Ciuilis conatus, acciri in societatem Germanos. Et rursus de Vitellij interitu tractans: Vitellij tamen imagines, ait, in castris, & per proximas Belgarum ciuitates repositæ, cum iam Vitellius corruisset: dein mutati in pœnitentiā primani quartaniq́ue, & duodeuicesimani, Voculam sequuntur, apud quem resumpto Vespasiani sacramento, ad liberandum Moguntiaci obsidium ducebantur. LEGIO decimaoctaua Britannica Victrix, Ptolemæo Græcè νικηφορικὴ dicta, recensetur à Tacito libro uigesimo: Legiones uictrices septima ac decimaoctaua, Vitellianarum unaetuicesima, è recens conscriptis. Porrò hanc eandem fortasse cum Gallica fuisse credendum est, & ex Batauis breui freto in Britanniam transuectam. LEGIO decimaoctaua Hispanica, Primigenia cognomine, siue tyronū, uetustissima fuit, à Cæsa-

Legio decimaoctaua Italica.

Germanica.

B

Britannica.

Primigenia.

A à Cæsare adhuc in Hispanijs ad factionem Pompeij ex ea prouincia ejiciendam usurpata, ut ipsemet summus autorum libro quarto Ciuilis belli testatur: Cognita re noctu cum quinque cohortibus duodeuicesimanorum egreditur, manè peruenit. ibi eum diem, ut quid ageretur perspiceret, moratus, Carbonam contendit. Huc alludunt exempla Antiquitatis, cùm apud Hispanos, tum alibi reperta:

Tarraconæ Hispaniæ:

Q. EDIOLEO POL. RVFFO LOLLIANO GENIANO AVGVRI PROCOS. ASIAE GNSFORI PROV. LVGD. ET IGDINENSIVM, PVTEOLANO SVP. VETERNOR. QVAEST. CAND. PRAEF. CANDIAE, LEG. XVIII PRIMIG. TIR. LEG. VII. GEM. P. F. IIIVIRO A. A. A. FAB. MARCELLINVS.

In Baltersdorff inferioris Styriæ pago:

L. L. AETILN. CASTVS VILE. CL. PRIMIG. CO. AN. XXXX. ET ANTONIAE VALENT.

CAP. XXV. DE LEGIONIBUS QUAE UNDEuigesimum numerum præferebant, & earum sectione & nomenclaturis.



SEQVVNTVR legiones undeuicesimanæ, cuius numeri quatuor fuisse inuenio: Augustam, Gallicam, Britannicam, & Rapacem cognomine in Heluetijs. LEGIO decimanona Augusta cognomine, siue Gallica, ex his erat quæ Rheni limitem sub primo Cæsare dictatore, subiugatis iam Gallijs, & in prouinciæ formã redactis, tuebantur. Fuisse etiam censetur ex his tribus una, quæ cum Varo Quintilio ab Arimino Germanorũ rege in saltu Teutoburgensi sunt deletæ. In cuius locum altera rursus de nouo eiusdem numeri cognominisque legio scripta fuit. Ad quam subinde adludit Tacitus, qui lib. 1. historiæ Augustæ sic nominatim scribit: Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui tum intentum: sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam seditionis alienæ speculabãtur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab undeuicesimanis quintanisque initio. Et rursus cum decimatas aliquot legiones Gallicas ob seditionẽ à Germanico retulisset, subdit: Sic compositis præsentibus, haud minor moles supererat, ob ferociam quintæ & undeuicesimæ legionum, sexagesimum apud lapidem (loco Vetera nomen est) hybernantium. Et rursus, cum insidias tensas à Germanis regredienti à uictoria Vbios, Germanico Cæsari ostenderet: Exciuit ea cæde Bructeros, Tubãtes, Vsipetes, saltusque per quos exercitui regressus, insedere. quod gnarum duci, incessitque itineri & prælio pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio, & medijs impedimentis sinistrum latus undeuicesimani. Et subdit, prælium Germanici cum Cheruscis inter Amisiam & Rhenum delineans: Deliguntur, inquit, legiones, quinta dextro lateri, undeuigesima in læuum, primani ducendum ad agmen, uicesimanus aduersum secuturos. Hæc omnia denique, quæ diximus, confirmat monumentum Vetustatis, quod apud Moguntiacum in ædibus, **im alten Glockhof/** asseruatum cernitur:

Legio decimanona Augusta Gallica.

B

C. CORNELIVS C. F. POL. ASI. MIL. LEG. XIX.
GEM. AN. XL. STIP. XXIII. H. S. E. LIBERTI.
TRES. EX. T. F. C.

LEGIO decimanona Victrix, uel Nicephorica Grecè, à Ptolemæo lib. secũdo Geographiæ, capite tertio, prima Europæ tabula, nuncupata: qui hoc numero legionem in Britannia inter Vireconium & Liuidonium collocauit: quanquam in aliquibus Ptolemęi exemplaribus nõ legionis ibi XIX, sed uigesimæ mentio fiat.

Victrix.

Legio decimanona Italica. LEGIO XIX ITALICA, uetusta fuit, Liuio etiam cognita, in secundo Punici belli descriptione, de qua lib. septimo Dec. tertiæ sic scribit: Ea omnia cum summa concordia consulum acta, Volones in undeuicesimam & uigesimam legiones scripti. A

Rapax. LEGIO XIX RHOETICA, cognomento Rapax, quam refert Tacitus ab Heluetijs per insidias adortam, & uix Rhœtorum auxilijs liberatam. Irritauerunt, inquit Tacitus, turbidum ingenium Heluetij, Gallica gens, soli in armis, uirisq́, mox memoria nominis clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellij imperium abnuentes. Initiũ bello fuit auaritia, ac festinatio undeuicesimæ legionis. Rapuerant pecuniã missam in stipendiũ castelli, quod olim Heluetij suis militibus ac stipendijs tuebantur. Et sequitur: Missi ad Rhœtica auxilia nuncij, ut uersos in legionem Heluetios à tergo adgrederentur. Illi ante discrimen feroces, in periculo auidi, quanquam primo tumultu Claudium Seuerũ ducem legerant. Idem lib. 19. Relictis castris, abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergũt, ut legionibus primæ Italicæ, & undeuicesimæ Rapaci iungerẽtur, quas Cecinna ad obtinẽdam Cremonã cum parte equitũ præmiserat. Et rursus lib. eodem: Iulius Mansuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberẽ filium domi liquerat. Is mox adultus, inter septimanos à Galba cõscriptus, oblatũ forte patrẽ, & uulnere stratũ, dum semianimẽ scrutatur, agnitus, agnoscensq́, & exanguẽ amplexus, uoce flebili precabat͂ pacatos patris manes, neue se ut parricidã auersarent͂: publicũ id facinus. Et unũ militẽ quotã ciuiliũ armorũ partẽ. Simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga patrem officio fungi.

CAP. XXVI. DE LEGIONIBUS UIGENARII numeri, earumq́ nomenclaturis & statiuis.



QVINQVE cognominum statiuorumq́ uigesima Romanis legio fuit, Italica uidelicet, Gallica, Pannonica, Britãnica & Hispanica. B

Legio uigesima Italica. LEGIO XX Italica ante cõstitutũ Imperiũ huic reipub. utpote in secundo Punico bello, educta in aciẽ fuit, testante Liuio lib. septimo Dec. 3: Pœnis ad obtinendum hostium decus, adiutantibus Romanis ad demendam ignominiam sinistra ala ab Romanis, & cohortes quæ amiserant signa, in prima acie pugnabant, & legio uicesima ab dextro cornu instructa. Et rursus: Ea omnia cum summa concordia Consulũ acta, Volones in undeuicesimã & uicesimam legionẽ scripti.

Gallica. LEGIO XX Galica, siue etiam Germanica cognomento, à Tiberio Cæsare de nouo scripta, & in Vbijs ad Rhenum præsidio collocata fuit: quam Dion Cassius in superiori Germania, Antonini uerò itinerarium in agro Treuirensi describit, Oreolauno & Andethamale uicis. De qua Cornel. Tacitus præterea libro primo historiæ Augustæ sic scribit: Duo, inquit, apud ripam Rheni exercitus erant, cui nomen Superiori, sub Caio Silio legato: inferiorem Aulus Cecinna curabat. Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam seditionis alienæ speculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab undeuicesimanis quintanisq́ initio, & tractis prima quoque & uicesima legionibus. nam eisdem statiuis in finibus Vbiorum habebantur per ocium, aut leuia munia. Arbitror autem fines Vbiorum fuisse, agrum qui à Colonia Treuiros excurrit: quo eam loco & Antoninus collocare uidetur. Et idem adludit ad hanc uigesimam legionẽ mox eodem libro his uerbis: Interea legati ab senatu regressi, iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones, prima atque uicesima, ueteranique nuper missi sub uexillo hyemabant. Et sequitur mox, cum Germanici orationem ad tumultuantes legiones in Vbijs introducit: Diuus, inquit, Augustus

A uultu & aspectu Actiacas legiones exterruit, nos ut nondum eosdem, ita ex illis ortos, si Hispaniæ Syriæ ue miles aspernaretur, tamen mirum & indignum erat: prima'ne & uicesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum socia, tot præmijs aucta, egregiam duci nostro gratiam refertis? Et iterum, cum reditum Germanici ex Cheruscis & media Germania in Vbios describit: Sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera & frontem, modicè adsultantes, & ui nouissimos incurrêre: turbabanturq; densis Germanorum cateruis leues cohortes, cum Cæsar aduectus ad uicesimanos, uoce magna, Hoc illud tempus obliterandæ seditionis, clamabat. Huc essent adducēda, quæ scribit Tacitus libro 18 & 19, cum legiones omnes à Rheno excitas, & in Italiam ductas à Vitellio enumerat, inter quas & hæc uigesima obiter cōmemoratur. LEGIO XX PANNONICA, quæ & Prætoriensis cognominata fuit, à Lepido & Messala Coruino ducibus Tiberij Cæsaris, contra Celticas nationes in Pannonijs, Noricisq; subijciendas, in aciem educta fuit. Cuius quidem rei (quale quidem sciam) à solo Velleio Paterculo mentio fit: Prima æstate, inquit, belli Messalini opus mandandum est memoriæ: qui uir animo etiam quàm genere nobilior, dignissimus qui & patrem Coruinum habuisset, & cognomen suum Cottæ fratri relinqueret: præpositus Illyrico, subita rebellione, cum semiplena legione uicesima circumdatus hostili exercitu, amplius uiginti hostium fudit, fugauitq;: ob id ornamentis triumphalibus honoratus est. De hac legione arbitror intelligendam esse inscriptionem Vetustatis, quæ haud procul ab Oeno Norici'que confinibus in monasterio S. Benedicti, uulgò zum Rod, eruta est, & à longè doctissimo uiro D. Ioanne AVENTINO animaduersa: Legio XX Pannonica.

B

D. M.

ET PERPETVAE SECVRITATI CORNELIO CERVNTO COH.
V. LEG. XX. MIL. PRAETORIENS. LIII. VIX. AN. CERVNT.
CORNICEFORVS ET PRAEPES LIBERT. PATRONO BENE-
MERENTI POSVERVNT.

LEGIO XX BRITANNICA recensetur à Ptolemæo libro secundo Geographiæ, cap. tertio, tabula Europæ prima, in Britanniæ siue Albionis insulæ descriptione, inter Denauiam & Viroconium: quam & Nicephoricam græco idiomate, hoc est, Victricem cognominat, quod epitheton omnes ferè in ea insula legiones acceperunt. Meminit eiusdem & Cor. Tacitus in Iulij Agricolæ uita, ubi initia principatus Vespasiani Imp. obiter describit: qui tradit, Iulium Agricolam socerum suum, huic legioni præfuisse legatum. Fuisse porrò hanc & Vespasiani imperio in Britannia legionē, ex eo apparet, quòd unà cum reliquis Britannicis Batauicisq; à Vitellio & isthæc aduersus Othonē excita fuerit, ducente Roscio Cælio legato ipsius, ut Tacitus est autor: qui postea contra Trebellium Maximum, præsidem Britanniæ, seditionem mouerat, eiusdem auxilio legionis. Sed placet uerba Taciti referre, qui libro uidelicet 24, sic nominatim scriptum reliquit, cum de Suetonio Paulino Britanniæ præside, Nerone imperante, tractat: Iam Suetonio quartadecima legio, inquit, cum uexillarijs uicesimarijs, & è proximis auxiliares, decē fermè milia armatorū erant. Et sequitur: Quippe sunt qui paulo minus quàm octoginta milia Britannorū cecidisse tradant, militū quadringentis fermè interfectis, nec multo amplius uulneratis. Bondicea uitam ueneno finiuit. Et Pænius Posthumius præfectus castrorū secūdæ legiōis, cognitis quartadecimanorū uicesimanorūq; prosperis rebus, qui pari gloria legionē suā fraudauerat, abnueratq; contra ritum militiæ iussa ducis, seipsum gladio transegit. Idem lib. 19. cum Legio XX Britannica.

uictoriam Vespasiani aduersus Vitellium efferret: Ordinẽ, inquit, agminis disiecti per iram ac tenebras, asseuerare non ausim, quanquam alij tradiderint, quartã Macedonicam dextro suorũ cornu, quintã & quintamdecimã cum auxilijs nonæ secundæque & uicesimę Britannicarũ legionũ, mediam aciem sextadecimanos, duodeuicesimanosque & primanos læuum cornu complesse. Sic in uita Iulij Agricolæ soceri, qui huic in Britannijs legioni præfuerat, in hunc modum scribit: Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola, nuncio affectati à Vespasiano imperij deprehensus, & statim in partes transgressus est. Initia principatus ac statum urbis Mutianus regebat, admodum iuuene Domitiano, & ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam, integréque ac strenuè uersatum uicesimæ legioni, tardè ad sacramentum transgressæ præposuit. Meminit & alterius huius legionis in Britannia legati lib. 18. sic scribens: Ne in Britannia quidem dubitatum. præerat Trebellius Maximus, per auaritiam ac sordes contemptus exercitui, inuisúsque. accendebat odium eius Roscius Cælius legatus uicesimæ legionis, olim discors. LEGIO XX HISPANICA, cognomento uel Gemina, uel Germanica, cuius nomen in uno duntaxat Vetustatis exemplo reperi, quod in Hispanijs repertum sic habet: A

Legio uigesima Hispanica.

Q. EDIOLEO RVFFO LOLLIANO GENIANO AVGVRI COS. PROCOS. ASIAE GNFORI PROV. LVGD. ITEM IGDINENSIVM C. M. T. SEVERI ET ANTON. AVGG. TER. LEG. XX. G. PRO. H. C. Idem Hispaniæ citerioris.

CAP. XXVII. DE LEGIONIBUS QUAE UNUM *& uigenarium numerum repræsentabant, & earum diuisione ac nominibus.*



TRES hoc numero legiones historijs celebratas inuenio, uidelicet uigesimamprimã Gallicam, uigesimamprimã Rapacem, & uigesimamprimã Mœsicam. LEGIO XXI Gallica à Cæsare Iulio dictatore conscripta fuit, non solùm in Gallijs subijciendis, uerũ etiam in bello Ciuili aduersus Pompeium & eius factionis auxiliatores in Hispaniam proximã prouinciam educta. De qua Cæsar ipse lib. 4. belli Ciuilis sic scribit: Nemo enim in prouincia natus (intelligit Hispaniam) aut uernaculæ legionis miles, aut diuturnitate iam factus prouincialis, quo in numero erat secunda legio, non cum omni prouincia consenserat in odio Cassij: nam legiones trigesimã & uigesimãprimã in Italia scriptas Cæsar attribuerat Longino: quinta legio ibi nuper erat confecta. Interim nunciatur Laterensi, uiuere Cassium. quo nuncio, dolore magis permotus, quàm animo perturbatus, reficit celeriter se, & ad Cassium uisendum proficiscitur. Re cognita trigesima legio signa Cordubam infert, ad auxiliũ ferendũ imperatori suo. Facit hoc idem uigesimaprima. Et subdit: Ibi eum diẽ, ut quid ageretur perspiceret moratus, Carbonã contendit. Hic cum legio trigesima & uicesimaprima, & cohortes quatuor, & quinta legio, totúsque cõuenisset equitatus, audijt quatuor cohortes à uernaculis oppressas ad Obuculam. Ex quibus uerbis liquet, hanc tum fortè è Gallijs à Cæsare fuisse legionẽ in Hispaniam ad eijciendos Pompeianos traductam: quam tamen iterum restitutã hybernis. facit etiã quòd Tacitus inter legiones à Rheno & Gallijs à Vitellio abductas, & huius numeri legionis mentionem facit: Cecinna, inquit libro 18, propiore transitu Apennini iugis digredi iussus, Valenti numeris exercitus electi, cum aquila quintæ legionis, & cohortibus, alisque ad quadraginta milia armorum data, triginta milia Cecinna è superiori Germania ducebat: quorum robur legio una prima ac uicesima fuit, addita utrique Germanorum auxilia. B

Legio XXI Gallica.

A auxilia. Et iterũ lib. 20, cum ciuile bellũ inter Tutorẽ & Ciuilẽ Cerialemq́ conscribit: Tutor, inquit, & classicus & ciuilis, suis quisq́ locis pugnã ciebant, Gallos pro libertate, Batauos pro gloria, Germanos ad prædã instigantes. Et cuncta pro hostibus erãt, donec legio XXI patentiore q̃ cæteræ spacio cõglobata, sustinuit ruentes, mox impulit. LEGIO XXI Rapax, in Heluetijs à Tacito lib. 18. cõmemoratur, cum bellũ ciuile inter Othonẽ & Vitelliũ is refert. Fortè inter Padũ uiamq́, ait, patenti campo duæ legiones cõgressæ sunt: pro Vitellio unaetuicesima, cui cognomen Rapaci, ueteri gloria insignis: è parte Othonis prima adiutrix, non antè in aciẽ educta, sed ferox & noui decoris auida. Primani stratis unietuicesimanorũ principibus aquilã abstulere. quo dolore accensa legio, & impulit rursus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima signa uexillaq́ ex hostibus rapuit. Et iterũ sub finem eiusdem libri, cum aciẽ instructam & præliũ delineasset Tacitus, subdit: Cecinna cõplexu Vitellij multo cum honore digressus, partẽ equitũ ad occupandam Cremonã præmisit. Mox uexillarij quartædecimæ & sextædecimæ legionũ, dein quinta & duodeuicesima secutæ: postremo agmine, unaetuicesima Rapax, & prima Italica incessere cum uexillarijs trium Britannicarũ legionũ, & electis auxilijs. Idem lib. 20, statiua huius legionis apertè ad Vindonissam collocare uidetur, ita scribens: Atq́ interim unaetuicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliaribus cohortibus per Rhœtiam irrupere. hęc ille. Quę cuncta confirmat inscriptio Vetustatis, quæ adhuc supra Heluetios in agro Comensi, & in Rhœtia alta his literis extat:

L. CALPVRNIVS L. F. V. F. FABATVS VIVIR IIII. L. D. D. PR. M. PRAEF. PRAETOR TRIB. M. LEG. XXI. RAPAC. PRAEF. COHORTIS VII. LVSITAN. ET NATION. GETVLICAR. SEN. QVAE SVNT
B IN NVMIDIA FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO T. F. I.

LEGIO XXI Mœsica in itinerario Antonini, in Dorosdoro & Anxiopoli municipijs Mœsię describitur, fortè ex Heluetijs post bellum Ciuile, deletis per Pannoniam & Mœsiam à Dacis sub Domitiano legionibus, à Traiano in supplementum, & Mœsiæ præsidium abducta: de qua re iudicium sit penes lectorem. *Legio XXI Mœsica.*

CAP. XXVIII. DE LEGIONIB. ROM. QUAE XXII numerum præferebant, & earum diuisione.



SEQVITVR iam uigesimasecũda legio, quo in numero quatuor Reipub. Romanę celebres extitisse legiones animaduerto, uidelicet XXII Gallicam, uigesimamsecundam Germanicam, uigesimamsecundam Ægyptiacam, & uigesimamsecundam primigeniam. LEGIO XXII Italica à Iulio Cæsare scripta fuit, & ex Gallijs aduersus Pompeiũ ducta. Quam in fidem postea Augustus Cæsar accepit, & uicto Antonio rursus exauctorauit, ut Dion est autor. Meminit uerò illius Cæsar lib. quarto Ciuilis belli: At Pharnaces, inquit, impulsus siue loci felicitate, siue auspicijs & religionibus inductus, quibus obtẽperasse eum postea audiebamus, siue paucitate nostrorũ qui in armis erãt cõperta, cum more operis quotidiani, magnã illam seruorũ multitudinẽ quæ aggerem portabat, militum esse credidisset: siue etiam ueterana fiducia exercitus sui, quem cum legione uigesimasecunda in acie conflixisse, & uicisse legati eius gloriabantur, simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum à se Domitio duce sciebat, inito consilio dimicandi, descendere prærupta ualle cœpit. LEGIO XXII GERMANICA, cognomento Primigenia, Pia, Fidelis, ad Moguntiacum, nobilem illam Rheni ciuitatem *Legio XXII Italica.* *Legio XXII Germanica primigenia.*

ciuitatẽ statiua habebat, ut innumera ibidem reperta monumenta testantur: quã A licet Antonini itinerariũ in Augustoduno, Atisiodoro, & Durecathelaunis collocet, tamen constat hanc ad Rheni limitem excubasse, contra oppositas Germanicas nationes, Cheruscos, Sicambros, Bructeros, &c. de qua Ælius Spartianus in historia Didij Iuliani Cæsaris sic scribit: Ædilitatem suffragio Marci consecutus est. Prætor eiusdem suffragio fuit. Post præturam legioni præfuit in Germania uigesimæsecundæ primigeniæ. Inde Belgicam sanctè & diu rexit. Ibi Cauchis Germaniæ populis, qui Albim fluuium accolebant, erumpentibus restitit, tumultuarijs auxilijs prouincialium: ob quæ consulatum meruit, testimonio Imperatoris. Cattos etiam debellauit. Inde Dalmatiam regendam accepit, eamq́ue à confinibus hostibus uindicauit: pòst Germaniam inferiorem rexit. Equidem dubium nullum est, hanc in Germania præsidiũ agitasse, eo loco, ubi hodie ab Haidelberga Moguntiacum uia instituitur, ut eo tractu reperta innumera testantur monumenta, quorum rhapsodias aliquot subieci.

Moguntiaci ad Rhenum, in porta S. Petri:

LEG. XXII. PR. P. F.
CAL. STRABO.

Apud D. Albanum:

LEG. XXII. C. V.
LEG. XXII. R. P.

In porta, qua itur ad malam crucem:

LEG. XXII. PR. P. F. E
ATTI ATRECTI.

In ædibus Decani Laurentij Trugses.

AVLVS BAEBIVS C. F.
SCAP. CLEMES FAES.
MIL. LEG. XXII. AN.
LX. STIP. XXIII.
H. S. E.
CRESCENS L. F. C.

In ædibus domini à Steyn:

C. IVLIO FLAVIANO CORNICVLARIO LEG. XXII.
P. P. F. STIPENDIORVM
XVII. QVI VIX. AN. XXXV
M. XI. D. XXV. COCCEIA CHRYISIS CONIVGI INCOMPARABILIS
PIETATIS
S. F. C.

Locis proximis Moguntiæ, in Mumpach pago proximo:

I. O. M.
SERANICO CONSERVATORI HONORIVS VII. AL. LEG. XXII. PR. P. F.
MAVR. GERMANVS DEMONI.

In Frauensteyn pariete templi:

MARTI LEVCETIO PRO SALVTE
IMP. DOMINI N. AVG. PII O. VOCONIVS VITVLVS LEG. XXII. PR. P.
F. PONENDVM CVRAVIT. B

In Castel pago uicino, in muro templi S. Martini:

FL. IVLIO MATERNO VET. LEG. XXII
P. P. F. MISSVS HONESTA MISSIONE EX DVPLICARIO FL. SABINIVS
ATILIVS VET. ET FL. IVLIVS REGINVS MILES LEG. XXII. FRATRES ET
HAEREDES ET SIBI VIVI.

Ibidem:

AVLVS CORAVLVS MIL. LEG. XXII.
P. P. F. QVI VIX. AN. XXXIII. STIP.
XIIII. CIVES CIVITA. ANCHEVVSANVS DIATER ET MVCAPOR MVRALIS MIL. LEG. FRATRES ET CONTVBER. OPT. PIETATE FECERVNT.

Ibidem:

D. M.
M. AVRVNCVLEIO IVLIANO EQVITI
ROMANO HERENNIVS VICTORINVS
VIC. LEG. XXII. STIP.

Ad Neccarum in agro Germaniæ,

In Odenvvald apud Amberbachum:

NYMPHIS N. BRITTON. TRIPVTIEN.

Cantharopoli ad Neccarum:

IN Ꟶ D. D. IOVI ET IVNONI REGI-

A TIEN. SVB CVRA MVLPINAE C. H. LEG. XXII. PR. P. F.

Iustinopoli:

TVLLIAE SEPTIMINAE ANIMAE INNOCENTISSIMAE QVAE VIX. AN. VI. M. VIIII D. VIII TVLLIA PRIVATA MATER INFELICIS.

REGINAE ET GENIO LOCI ET GERIONIS S. R. VERVS MIL. LEG. XXII. ANTONINI BIS COS. PRO SVA ET SVOR. DIV. ANTON.

LEGIO XXII AEGYPTIACA commemoratur à Tacito libri uicesimiprimi exordio: Tres tum in Iudæa legiones erant, quinta & decima, & quintadecima, uetus Vespasiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimã, & adductos Alexandria duoetuicesimanos tertianosq́ꝫ. Porrò hanc primus omnium è Syria in Ægyptum traduxerat C. Iulius Cæsar dictator, ut ipsemet testatur libro quarto Ciuilis historiæ: At Pharnaces impulsus siue loci felicitate, siue auspicijs & religiõibus inductus, quibus obtemperasse eum postea audiebamus, siue paucitate nostrorũ qui in armis erant, comperta, cum more operis quotidiani magnam illam seruorum multitudinem quæ aggerem portabat, militum esse credidisset, siue etiam ueterana fiducia exercitus sui, quem cum legione uigesimasecunda conflixisse, & uicisse legati eius gloriabantur. Et sic intelligitur inscriptio Vetustatis illa: Legio uigesimasecũda Aegyptiaca.

TVLLIA M. F. VIVA FECIT SIBI ET SVIS M. TVLLIO M. F. COR. CRATIPPO FRATRI SVO SACERDOTI ROMAE ET SALVTIS T. AVFIDIO T. F. AN. VIIII BALBO F. SVO TRIB. M. ALEXAND. AD AEGYP. LEG. XXII. AN. XVIIII T. AVFIDIO T. F. AM. SPINTERI VIRO SVO.

B

CAP. XXIX. DE LEGIONIBUS ALIORUM *numerorum, à XXII, usque ad trigesimumquintum, earum statiuis ac cognominibus.*



NVMERO XXIII unicam Romanis fuisse reperio legionẽ, Gallicã uidelicet, ab Augusto Cæsare exauctoratam, ut Dion est author. An uerò illa fuerit, uel alia hoc numero, quę Nicopoli in Thracia statiua habuit, & in Transyluania est eruta, ut inscriptio Vetustatis, quæ sequitur, testatur, non sanè ausim affirmare.

TENACI VINDICI LEG. LEG. XXIII. PRINCEPS CIVITATIS NICOPOLITANORVM P. TENACIVS S. GEMELLINVS AVG. COL. APVL. LIBERTVS L. P. C. D. L.

LEGIO XXIIII cõmemoratur in itinerario D. Antonini, in Armoricæ descriptione ad Gessoriacum nauale, haud procul fortasse à Gandauo nostro Flandrię. Quanquam Dion hanc ab Augusto, uicto Antonio, exauctoratam scribat. Legio uigesimaquarta.

LEGIO XXV, idem Itinerarium Antonini in Gallia apud Suessonas recenset: quamuis & hanc exauctoratam Dion dicat, ab Augusto. Vigesimaquinta.

LEGIO XXVI à Cæsare in Cõmentarijs Ciuilis belli lib. 5. cum is aciem suam aduersus Scipionẽ factionis Pompeianæ in Hispania ducem explicaret: Hæc fuit ratio Scipionis, inquit, ea die præliandi. Cæsaris autem acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro eius cornu ordiar, & ad dextrum perueniam. Habuit legionem nouam septimã in sinistro cornu, trigesimã, uigesimãnonã, tertiamdecimã, quartamdecimã, uigesimãoctauam, uigesimamsextã in media acie. Porrò Dion hãc ab Augusto exauctoratam scribit. Vigesimasexta.

LEGIO XXVII tyronum una legio fuit, de qua Cæsar lib. 3. Ciuilis sic scribit: Et cum ad eum legati uenissent ex Thessalia Ætoliáq́ꝫ, qui præsidio misso, pollicerentur Vigesimaseptima.

rentur earũ gentiũ ciuitates imperata facturas, L. Cassiũ Longinũ cum legione ty A ronum quę appellabatur uigesimaseptima, atq; equitibus ducentis, in Thessaliã, C. Caluisium Sabinum cum cohortibus quinq;, paucisq; equitibus in Italiam misit. hæc ille. Porrò & hanc ab Augusto exauctoratam, Dion scribit.

Legio uigesimaoctaua. LEGIO XXVIII, cõmemoratur ab Antonino in itinerario, qui eam in Marcomiaco uico Belgarum, haud procul Vbiorum Colonia, describit.

XXX. LEGIO XXX quadruplex Romanæ reipub. fuit: HISPANICA, uel Africana, in bello ciuili à Cæsare primo in aciem educta. de qua is sic scribit libro quarto Ciuilis belli: Nam legiones trigesimã & uigesimamprimã paucis mensibus in Italia scriptas, Cæsar attribuerat Longino. Et subdit: Re cognita trigesima legio signa Cordubam infert ad auxiliũ ferendum imperatori suo. Et iterum: Interim L. Titius, qui eo tempore tribunus militũ legionis uernaculæ fuerat, nunciat fama legionem trigesimã, quam Q. Cassius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim castra haberet, seditione facta, centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse. GALLICA, uel Germanica, cognomẽto Vlpia Traiana, ab autore qui eam scripsit, & ad Rhenum collocauit: à Ptolemæo lib. 2. Geographiæ, cap. 9. tabula tertia Europæ, inter Vetera castra & Agrippinã describitur, ubi hodie est ditio Iuliacensis. Quo loco eius & Antoninus meminit, Dion Germanicam appellat, & à Traiano scriptam affirmat. Ad quam & monumenta alludunt, quæ subiecimus:

Celeiæ Styriæ inferioris castro, olim colonia Romana:

T. VARIO CLEMENTI T. F. CL. CEL.
PROC. AVG. PROVIN. RHOETIAE MAVRETAN. CAESARIENS. LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. ALAE BRITANNICAE MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM TEMPORE EXPEDITIONIS IN TINGITANAM MISSORVM PRAEF. EQ. ALAE II. PANNONIORVM TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAEF. COH. II. GALLOR. MACEDON. VALER. VRBANVS LICINIVS SECVNDINVS DECVRION. ALAR. PROVINCIAE MAVRETAN. CAESARIENS.

Ibidem in monte ad sacellum S. Nicolai in fracto saxo:

AME
CF
VF
G DIA. TVLL
AN. LX.
NTA F. AN. XXV.
MISSORVN M.
LEG. XXX. VL. PR.
TRIBVN.

B

Polæ in Dalmatia, iuxta fores ecclesiæ S. Margaritæ:

L. SERGIVS C. F. SALVIA POS. L. SERGIVS C. F. CN. SERGIVS
AED. II. POSTVMA SERGI. LEPIDVS AED. TR. C. F. AED. II. MIL.
LEG. XXX. VIRQVINQ. SALVIA POSTVMA SERG.
DE SVA PECVNIA.

Mœsica. LEGIO XXX MOESICA, recensetur ab Antonino in itinerario, cum Beroen

Syriaca. Mœsiæ municipium describit. LEGIO XXX SYRIACA, uel Mesopotamica, inclinante Imperio primùm scripta fuit. de qua uidelicet Marcellinus libro decimooctauo sic scriptum reliquit, cum de Constantio tractat, bellum in Persas cogitante: Et tricesimani, ait, decimiq; Fortenses, & Superuentores atque Præuentores, cum Æliano iam comite, quos tyrones etiam tum nouellos, hortante memorato adhuc protectore, erupisse Singara.

Legio trigesima secunda. LEGIO XXXII, cognomento Virginea, Antonino in Syria recitatur, cuius meminit Dion tamen in Germania.

LEGIO

A LEGIO XXXV Vlpia cognomēto, à Scoto in Cod. præfect. inter legiões Pseudocomitatenses Illyrici enumerat̃: ad quam alludunt & Vetustatis inscriptiones. Legio trigesimaquinta.

Gratij Styriæ:

T. VARIO CLEMENTI AB EPISTOL. AVGVSTOR. PROC. PROVINCIAE BELGICAE ET VTRIVSQ. GERM. RHOET. ET MAVRET. CAESARIENS. LVSITANIAE CILICIAE PRAEF. EQVITVM ALAE BRITANNICAE MILIAR. ET II. PANNONIOR. TRIB. LEG. XXXV. V. PRAE. COH. II. GALLORVM.

Celeiæ nuper, dum hæc scribimus, erutum ante portam oppidi:

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVINCIAR. BELGICAE GERMAMIAE SVPERIORIS, GERMANIAE INFERIORIS, RHOETIAE, MAVRETAN. CAESARIENS. PRAEF. AVXILIOR. IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSORVM PRAEF. EQ. ALAE II. PANNON. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACEDONIAE CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHOETIA CONSISTENTES.

LEGIO XXXVI, à Cæsare dictatore libro historiæ Ciuilis quarto, cōmemoratur his uerbis: Hanc denunciationē, cum maiorem uim habituram existimaret, si propius eas regiones cum exercitu accessisset, ad legiones profectus, unam ex tribus trigesimamsextam secum ducit, duas in Ægyptum ad Cæsarem mittit, literis eius euocatas: quarū altera in bello Alexandrino nō occurrit, quòd itinere terrestri per Syriam erat missa. Adiungit Cn. Domitius legioni trigesimæsextæ duas à Deiotaro. Et iterum: Domitius autē cum Cæsaris magis periculo q̃ suo cōmoueretur, neq; se tutò discessurum arbitraretur, si cōditiones quas reiecerat, rursus appeteret, aut sine causa discederet ex propinquis castris, in aciem exercitum eduxit, tricesimamsextam legionē in dextro cornu collocauit. Et sequitur: Signo sub idem tempus ab utroq; dato, concurritur, acriter uarieq; pugnatur. nam tricesimasexta legio, cum extra fossam, in equitatum regis impetum fecisset, adeò secundum prælium fecit, ut mœnibus oppidi succederet, fossamq; transiliret, aduersosq; hostes adgrederetur. XXXVI.

B

LEGIO XXXVII, eidem Cæsari in Belli ciuilis historia citatur, libro quarto: Eo biduo legio tricesimaseptima, ex dedititijs Pompeianis militibus, cum frumēto, armis, telis, tormentis, imposita in naues, à Domitio Caluino, ad littora Africæ paulo suprà Alexandriam delata est. QVINQVAGESIMA legio, siue potius quinquagentiani milites, referuntur à Iordnande, in lib. de Successionib. temporum: Maximianus Herculius in Africa quinquagentianos exuperauit: Constantius iuxta Lingonas, una die sexaginta milia Alemannorum cæcidit. XXXVII.

CAP. XXX. QVOT RESPVBLICA ROMANA legiones ubique, & quibus ætatibus habuerit.



QVEMADMODVM nec limites ijdem Romanis fuerūt, ita nec legiones eædem omni Imperij ætate extitere. Nam ante Punicum bellum, Latinis modò Italiæq; populis uictis, decem omnino legionibus res constabat Romana. Postea anteq; bellum Punicū secundum omnino uires suas cōcepisset, utpote paulò ante Cannensem cladem, sex legionū præsidio respublica illa omnino nitebatur. Rursus post Cannensem cladem, cum Hannibal urgeret, decē & octo legiones in aciem educebāt: quibus mox tres adiecere. & cum esset is in Campania, adhuc duas: ut ad summū legiones tum Romani habuerint XXXIII. è quibus, tri- Legiones XVIII.

bus detractis, uiginti Scipio in Africā transuexit. Prӕterea in ordinē redactis Carthaginensibus, legiones sedecim nobilē rempub. tuebantᷣ. Denicꝫ cum Macedonicū Romanis bellū instaret, sex legiones, & nō plures in hac repub. inuenio fuisse: quę ne aliquis ex uano hausta existimet, T. Liuij loca fidei ergò subijciā, qui lib. 9. Dec. 1. sic scribit: Itacꝫ in omni defectione sociorū Latini nominis, urbano propè delectu, decem scribebantᷣ legiones: quaterni quincꝫ exercitus, sæpe per eos annos in Hetruria, in Vmbria, Gallis hostibus adiūctis, in Samnio, in Lucanis, gerebāt bellū. Idem lib. 1. 3. Decad. initia secūdi Punici bellici describens: Nominatæ iam antea consulibus prouinciæ erant, tum sortiri iussi. Cornelio Hispania, Sēpronio Africa cum Sicilia euenit, sex in eum annū decretæ legiones, & sociorū quantum ipsis uideretᷣ, & classis quanta parari posset. Et rursus lib. 4. eiusdem Decad. cum belli Punici secundi post Cannensem cladem progressum explicaret: Perpetratis quæ ad pacem deûm pertinebant, de repub. belloq́ꝫ gerendo, & quantū copiarum, & ubi quæcꝫ essent, consules ad Senatū retulerunt. duodeuiginti legionibus bellū geri placuit: binas consules sibi sumere, binis Galliam Siciliamq́ꝫ, ac Sardiniam obtineri: duabusq́ꝫ Q. Fabium prætorem Apuliæ, duabus uolonū Tib. Gracchum circa Luceriam præesse: singulas C. Terentio ad Picenum, & M. Valerio ad classem circa Brundusium, & duas urbi præsidium relinqui. Idem lib. 5. eiusdem belli, Hannibalis iam in Campania morā exaggerans: Ad ueteres, inquit, exercitus, duæ urbanæ legiones à consulibus scriptæ, summaq́ꝫ trium & uiginti legionū eo anno effecta est. Et rursus ab initio lib. sexti: L. Cornelio in Sicilia duæ legiones datæ sunt, quibus Q. Mutius præfuerat: supplementū, si opus esset, consules scribere iussi, T. Octacilio, & M. Valerio Siciliæ Græciæq́ꝫ, quæ ora cum legionibus classibusq́ꝫ quibus præerant, decretæ. quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naues: tribus & uiginti legionibus, Romanis eo anno bellum terra mariq́ꝫ gestum est. Idem libro sexto eiusdem Punici secundi belli, uiginti & unius duntaxat legionum mentionem facit: Vrbanas legiones ita consules scribere iussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudij, M. Valerij Fuluijq́ꝫ fuissent, néue eo anno plures quàm una & uiginti Romanæ legiones essent. Et iterum libro septimo: De duabus, quæ ad urbem Romanam fuerant legionibus, nihil mutatum. Supplementum, quo opus esset, ut scriberent, consulibus permissum. Vna & uiginti legionibus eo anno defensum Imperium Romanum est. Has mox, consecuti uictoriam, duabus auxerunt, ut uigintitres legiones efficerentur. De quibus lib. septimo eiusdem Liuius sic scribit: A. Hostilio Sardinia, C. Manlio Sicilia, L. Portio Gallia euenit: addita & Peregrina, ut tres in prouincias exire possent. Summa legionum trium & uiginti, ita per prouincias diuisæ, binæ consulū ut essent, quatuor Hispania haberet, tres prætores, binas in Sicilia & Sardinia, duas Caius Terentius in Hetruria, duas Q. Fuluius in Brutijs, duas Q. Claudius circa Tarentū & Salentinos, unam C. Hostilius Tribulus Capuæ, duæ urbanæ inscriberentur. Primis quatuor legionibus populus tribunos creauit, in cæteras consules miserunt. Idem lib. 10. Decad. tertiæ, sub finem secundi Punici belli, uiginti legiones reipublicæ Romanæ tribuit, ita scribens: Tria millia militum in eam classem ex decreto Patrum consules scripserunt, & duas legiones urbanas ad incerta belli. Hispaniæ, cum exercitibus, imperioq́ꝫ ueteribus, imperatoribusq́ꝫ Lucio Lentulo & Lucio Manlio Acidino, decretæ. Viginti omnino legionibus, & centum sexaginta nauibus longis res Romana eo anno gesta. Et iterum, uictis Carthaginensibus sedecim modò eodem libro legiones enumerat: Inde M. Pomponius uiginti nauibus reliquis, mille & quingentos milites Romā deportaret: C. Aurelio Cottæ urbana euenit. cæteris

Margin notes: Legiones XVI ante Macedonicum. — Legiones decē in principio Punici. — Legiones octodecim post Cannensem. — Legiōes uigintitres procedēte Punico secundo. — Legiones XXI. — Legiones XXIII. — Legiones XX sub finē secundi Punici.

Margin letters: A — B

A cæteris ita, ut quisq; obtinebat prouincias, exercitusq; prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defensum imperiũ est. Idem & quatuordecim duntaxat meminit, eodem lib. sic scribẽs: Et M. Fabio in Sardiniam, decẽ longæ naues decretæ. Et consules duas legiones urbanas scribere iussi, ut quatuordecim legionibus eo anno, centũ nauibus longis respub. administraretur. Atq; hactenus de numero legionũ, quæ per transcursum totius belli Punici secũdi in aciẽ fuerant eductæ. Nunc quot in Macedonico bello, quod est secutũ, huic reipub. fuerint, edisseram. Equidem inter initia huius sex modò legiones Imperium fuisse tutatas, hæc uerba Liuij lib. 1. Decad. 4. demonstrant: Et consules duas urbanas legiones scribere iussi, quę si quò res posceret, multis in Italia cõtractis gentibus, Punici belli societate, iraq; inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura respub. erat. Atque tantum dicere uoluimus de legionibus ante constitutum Imperium. At uerò iam per Iulium dictatorẽ introducto, simulatque is Pompeium uicisset, & bellum in Parthos cogitaret, sedecim legionum exercitum habuisse, Appianus Alex. libro secundo Ciuilis belli testatur: Parthis uerò, ut Crassi ulcisceretur iniuriam, quem præter fœdus bello inuasissent. exercitũ igitur sex & decem legionum peditum, equitũ decem miliũ, quos Ionium transmitteret, præire iussit. hæc ille. Qui rursus lib. 5 eiusdem historiæ, Augusti Octauij res gestas & bellum aduersus Cassium Brutumq;, & ad postremũ contra Antonium gestum enarrans: quadragintaquinq; legiones uno tempore Romana in republica, & quidem ex sola Cæsaris Augusti parte, recenset (quem numerũ nunq; fuisse neq; antè neq; pòst, constat) locus sic habet: Copias autẽ omnes in unum cõgregauit, fuereq; illi armatorũ legiones quinq; supra quadraginta, equitũ milia uigintiquinq;, leuis armaturę equites in sextuplo, naues longæ sexcentæ, onerariarum B multitudo ingens. Cæterũ exauctoratas ex his aliquot fuisse, post uictoriam, ut suprà ostendimus, nõ solùm Dion refert, uerumetiã eodẽ loco Appianus, mox subijciens, his uerbis testatur: Quãobrem Cæsar uarijs modis duces eorũ sedare conatus est. Et his qui in Philippis & Mutinę meruerant, ueluti antiquioribus, missionemq; poscentibus, ultrò cõcessit, & ad uiginti milia numero sacramento liberauit. Atq; hæc à nobis de numero legionũ sub initium Imperij dicta sint. Atqui ciuili bello inter Othonem, Vitellium & Vespasianũ ingrauescente, trigintasex legiones in Romana republica extitisse, ex tribus præcipuè Cor. Taciti libris, utpote 18, 19, & 20 manifestum est. Nouem enim in Syria, Ægypto, & Iudæa erãt: sex in Mœsia, Pãnonia, & Dalmatia: tres in Rhœtia, & Heluetijs: in superiori Germania tres, quatuor in inferiori: in Belgis sex, in Batauis & Britãnia duæ, & in Hispania tres, cum duabus Italiæ. quorum testimonia apud Tacitũ hæc sunt, primũ de nouem per Syriam Iudæamq; (quarũ præcipuæ erant, tertia, sexta, decima Fretensis, XV Apollinaris, XXII Alexandrina.) Tacitus itaq; noster lib. 18 sic scribit: Tibi (inquit Mutianus, suadens Vespasiano ut imperiũ Rom. suscipiat) è Iudæa & Syria, & Aegypto, nouem legiones integræ, nulla acie exhaustæ, nõ discordia corruptæ, sed firmatus usu miles, & belli domitor externi. Et iterum: Septem legiones statim, & cum ingentibus auxilijs Syria Iudæaq;: inde cõtinua Aegyptus, duæq; isthic legiones. Idem legiones sex in Illyrico tum meminit eod. lib. 18. Et iterum: Læta interim Othoni, inquit, principia belli, motis ad imperium eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitibus. Fuere quatuor legiones, è quibus bina milia præmissa: ipsæ modicis interuallis sequebantur. septima à Galba conscripta ueterana, undecima & tertiadecima, & præcipui fama quartadecimani rebellioni Britannis compressa. Et alio loco: Tertia legio exemplum cæteris Mœsiæ legionibus præbuit, octaua erat ac septima Claudiana, imbutæ fauore Othonis, quãuis præ-

Legiones quatuordecim exacto Punico bello.

Legiones sex in principio Macedonici belli.

Legiones quot sub Iulio Cæsare primo.

Legiones sub Vespasiano trigintasex.


lio nō interfuissent. Idem lib. 20, triū in Rhœtijs legionū nomina recēset, uidelicet A secundam, XX, & XXI, Rapacē: Vitellianarū, ait, unaetuicesima, è recens conscriptis secunda, Pœninis Coctianisq; alpibus, pars mōte Graio traducunt. Et iterū: Atq; interim unaetuicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix cū auxiliarib. cohortibus per Rhœtiā irrupere. Sic sex omnino in utraq; Germania eadē ętate collocare uidetur his uerbis lib. 17. Inferioris tamen Germaniæ legiones solenni Cal. Ian. sacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, & raris primorū ordinū uocibus: cæteri silentio, proximi cuiusq; audaciā expectantes, insita mortalibus natura properè sequi, quæ piget inchoare. Sed ipsis legionib. inerat diuersitas animorum: primani quintaniq; turbidi, adeò ut quidā saxa in Galbæ imagines iecerint, quintadecima ac sextadecima legiones nihil ultra fremitū & minas ausæ, initium erumpendi circumspectabant. At in superiori exercitu quarta ac duodeuicesima legiones, ijsdem hybernis tendentes, ipso Calen. Ian. dirumpūt imagines Galbæ, quarta legio promptius, duodeuicesima cunctanter. Sic lib. 20, quinq; in Belgis legiones cōmemorat, ita scribens: Vitellij tamen imagines in castris, & per proximas Belgarū ciuitates repositæ, cum iam Vitellius corruisset. Dein mutati in pœnitentiam primani quartaniq;, & duodeuicesimani Voculam sequuntur. Et subdit: Addit exercitui suo Vocula mille delectos è quinta & quartadecima legionibus apud Vetera obsessis. Et iterum: Ingressa Nouesium tertiadecima legio coniungitur: additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus. Atq; eadem ratione in Britānia sextam Victricē & quartamdecimā Geminā: in Hispania deniq;, primam classiariam, tertiamq; extollit, & in Italia primā adiutricem, ac XIX oræ maritimæ. Atq; hæc de legionibus, Nerone, Galba, Othone, Vitellio, Vespasiano, & Tito imperantib. Post quæ tēpora ob ignauiā Domitiani, deletis in Illyrico à Dacis & in limite Rheni à Cattis & Sicambris, q̄plurimis legionibus, B ad magnā res Romana angustiā redacta est: quam rursus mox tamen, tanq; nouo ac propitio quodā sidere affulgēte, Traianus & Hadrianus, partim nouis scriptis legionibus, partim transpositis, restituit: adeò ut triginta legionū per Romanos limites tum summa effecta sit. Quarum, ut Dion est author, prima in Macedonia fuit: secūda Augusta, in Britannica: tertia, una in Numidia, & altera in Mesopotamia: quarta in Syria, quinta in Macedonia: sexta una Victrix in Britannia, altera in Dacia, & tertia in Iudæa: septima Claudiana, in Mœsia superiore: octaua Augusta, in Germania superiore: nona bis Augustalis, itidem in Germania: decima una in Germania simul & in Pannonia, & tertia in Iudæa: undecima Claudia, in Mœsia inferiore: duodecima Fulminatrix, in Gallia: decimatertia Gemina, in Dacia: quartadecima Germanica, in Pannonia: decimaquinta Apollinaris, in Cappadocia: & uigesimaprima Rapax, in Rhœtijs: & uigesimasecunda primigenia ad Mogunciā, uersus Vbios: quæ omnes simul cōiunctæ, efficiunt summā XXIII. Quomodo autē reliquæ septē nominatæ sint, aut ubi hyberna habuerint, neq; Dion, neq; alius adnotauit: nisi quòd Antoninus in Itinerario suo, qui eodem tempore scripsit, decimæoctauæ ad Nouiomagum in Batauis, uigesimæprimæ in Mœsia, uigesimæquartæ ad Gessoriacum, in Armorica, qua parte Gallia Oceanum Germanicū cōtingit, uigesimæquintæ præterea apud Suessonas in Gallia, uigesimæoctauæ in Belgis, & trigesimę Vlpię ad Rhenum sub Moguntiacum, mentionem facit. Ptolemæus pręterea, qui eadem, ut arbitror, ætate floruit, duas in Britannia legiones uictrices describit, decimamnonā uidelicet, & uicesimam. Ita quòd dubium nullum sit, sub Traiano, Hadriano, & Marco, triginta legionibus rempub. Romanā in omnibus limitibus, & aduersus gentes quasuis (quarū uidelicet Persæ in oriente, ad Istrum Daci, Marcomāni, & Sueui, ad Rhenū deniq; Alemanni & Franci

Legiones triginta Romanis à Traiani ætate

A &Franci urgebant)fuiſſe defenſam. Quam rem inſinuans Aelius Spartianus,in uita Hadriani ſic ſcribit: Et Fauorinus quidē, cum uerbū eius quoddā ab Hadriano reprehenſum eſſet,atq; ille ceſſiſſet, arguētibus amicis quòd malè crederet Hadriano,de uerbo quod idonei autores uſurpaſſent, riſum iucūdiſſimū mouit. Ait enim, nō rectè ſuadetis familiares, qui nō patimini me illū doctiorē omnibus credere,qui habet triginta legiones.hæc ille. Itaq; ab eo tēpore quibus legionibus res Romana ſub Antoninis,Gordianis,& qui ſecuti ſunt,fuerit fulta,nōdum cōſequi poſſum:niſi quòd primæ Illyrici in Pertinace Capitolinus nomē citat, atq; illi Pertinacē præfuiſſe oſtēdit. Sic Spartianus XXII Primigeniæ in Gallijs,cū Didij Iuliani hiſtoriā ſcribit,meminit:& Gallicanæ ſextæ Vopiſcus in Aureliano, & in Probo tertiæ Felicis ac decimæ:quo numero ſub Gordiano adhuc in Pānonia ſuperiori legionem excubaſſe, inſcriptiones monumentorū quæ ſuprà adduximus conteſtant̄,quæ in Hiſpanijs deniq; ſub Caio Cæſare ſeptimam Gemellam recenſent. Atq; hęc de numero legionū uſq; ad Conſtantinū Magnum:ſub quo,nouo bello ciuili inter Conſtantiū,Galeriū,Maximinianū,Herculeum,Maxentiū,Conſtantinū,Magnentiū & Liciniū, rempub. nobilem quaſſante, immutatio quædā uti Imperij,ita & legionū facta eſt. Suntq; paſſim,decreſcente ſobole Romana genuina illa (ut etiā Marcellinus teſtat̄) barbari populi ad Romana ſigna admiſſi,& militiæ prærogatiua ornati, qui antea hoſtes fuerant. Quapropter inter XXVII legiones eius ætatis, Ammianus paſſim recenſet legiones Neruiorū,Cornutorū, Braccatorū,Celtarū,Petulantiū,Gentilium,Iouiorū,Victorū,Martiorū,Superuentorū,Præuentorū,Tyronū, Conſtantiacas, duas Decentiacas, duas totidem Magnentiacas,legionē Thebaicam,legionē primā Conſtantiacam,legionem primam Martiam, legionē primā Flauiam, ſecundam Flauiam, ſecundam Armeniacam,quintā Parthicam,decimā Fortenſem,& triceſimā. *Numerus legionum post tempora Constantini.* B Poſt quæ tempora, Gothis iam, Vandalis,Hunniſq; &Francis rempub.adortis:quia nō ſufficiebāt ſuperiores, aut diminutæ tēpore,deletæq; ab hoſtibus, aut etiā alta pace exauctoratæ quædam fuerant:qui rempub. tum adſerere conabantur Theodoſius, Valentinianus, Arcadius & Honorius,Stilicoq;,nouas legiones ſcripſere,quas proprijs Auguſtis cognominibus condecorabant.Ita nimirū Scotus,qui rempub.inclinantis Imperij complexus eſt, à Conſtantio legiones denominatas memorat, Gallicanā ſeniorū in Thracia,iuniorū in Macedonica diœceſi, Daphnenſiū & Mattiariorū in orientis limite:ſic duas Maximinianas primā & Thebaicā, Iulianā ſecundā numero, Valentinianenſem triplicē Felicem iuniorū & ſeniorū. Theodoſianorū cognomine præterea ſeptem recenſet:primā Theodoſianā inter Comitatenſes Maced.ſecundam in Illyrico,& ibidem Felicem iuniorum in oriente,ſeniorum equitum in Gallia, ſeniorū baliſtariorū in oriente. Eodem euentu quatuor legiones ab eodem Scoto,Honorio tribuunt̄,& totidē Arcadio fratri : hoc eſt,Honoriana uictrix in Illyrico,Gallicana, tertia Honoriana,ſeniorū Hon.& Comitū Honoriacorū in Thracia:legio Arcadiana Felix in Gallia,equitū Feliciū Arcad.in oriente, ſeniorū & iuniorū Arcadianę, itemq; comitū Arcadiacorū inter uexillationes Palatinas Thraciæ. His ſimul militabāt legiones etiā ueteri cōſuetudine à numero denominatæ, & cohortes à populis & ciuitatib. ſocijs dictæ. Sub numero quidē primario prima Italica,prima gemina in Thracia,prima Flauia,prima Maximiniana,prima Conſtantiaca,prima Theodoſiana, prima Thebaica, prima Armenica, & prima Iſaurica.Ita ſub numero ſecūdario,ea ætate imperij merebāt ſecūda Iulia in Norico,ſecūda Felix,ſecunda Mineruia in Macedonico limite,ſecūda Theodoſiana in Gallia,ſecūda Valentis,ſecūda Thebęorū,& ſecūda Armenica.Sub ternario numero inſuper Scotus recēſet, Arcadio & Honorio imperantib.tertiā Galli-

canam, tertiam Herculeam, tertiam Thebaicam, tertiam Diocletianam, & tertiam Honorianam Felicem. Tales erant, quarta Italica, sexta Parthica, tertiadecima & quartadecima Thraciciæ. Cohortes porrò erant maiores, instar legionũ à populis denominatæ, Sicambrorũ, Neruiorũ, Batauorũ, Herulorũ, Menapiorũ, Thracum, Dalmatarũ, Maurorũ, Rhœtorũ, Tungrorũ, Sequanorũ, & Seguncienſiũ, in Illyrico orientali. In Gallico uerò limite, Vindelicûm, Tubantũ, Turingorum, Buccinobantum, Thracum. Erant & à ciuitatibus socijs appellatæ, Augustenſiũ seniorum & iuniorũ, Diuitenſium, Metenſium, Vlpianenſium, Scobenſium, Burgoracenſium, Laureacenſium, & Comagenenſiũ in Norico ripenſi. Atq; hæc postrema fuit & limitum Romanorum restitutio, & legionum Romanarũ, in eo quod est totum uniuerſum, uſus. A

CAP. XXXI. DE QVIBVSDAM CONSVETVDINIbus, ad rationes Romanarum legionum pertinentibus.



SVPEREST, ut tractatũ de legionibus, locis quibuſdam autorũ illustremus, quæ rationes consuetudinũ quarundam repræsentabunt lectori, ut ille Cæsaris lib. 7. Gallici belli (ut cum legiones ex castris ad prælium educebantur, quo modo interim & quanto exercitu castra fuerint firmata, innotescat:) Cęsar impedimentis, ait, in proximũ collem deductis, duabusq; legionibus præsidio relictis, secutus quantũ diei tempus est paſſum. Et iterum lib. 1. Ciuilis: Itaq; infirmiores milites, ex omnibus centurijs deligi iubet, quorum aut animus aut uires uidebantur sustinere nõ poſſe. hos cum legione una prędidio castris relinquit.

Præsidia castrorum ex legionibus.

Supplementa legionũ quæ.

Huc pertinent quæ de more supplementi paſſim legionibus à republica Romana miſſi, in historijs leguntur. Sic Liuij lib. 7. Dec. 4. legitur: C. Atinium Labeonem prouinciã Siciliam exercitumq; à M. Aemilio accipere placuit, & in supplementum scribere ex ipſa prouincia, si uellet, peditũ duo milia, & centum equites. Et libro primo Dec. 5: Et P. Philo in citeriorem tria milia peditũ Romanorũ, equites CL, & sociũm Latini nominis quinq; milia peditũ, trecẽti equites. Sicilia L. Claudio, sine supplemento decreta. Et rursus lib. 2. eiuſdem: Fatigato ſæpe idem petendo Senatu, tandem peruicerunt, ut supplementũ sibi ad exercitũ daretur tria milia peditum, centũ & quinquaginta milites, in Romanas legiones, in socialem exercitũ quinq; milia peditũ. Huc pertinet illud Marcellini lib. 21: Pariq; studio supplemẽta legionibus scripta sunt, indictis per prouincias tyrocinijs, &c. B

Legiones ad uigilias.

Similiter quemadmodũ legiones ad excubias & uigilias deligebãtur, colligitur ex his uerbis Cæsaris lib. 7. Gallici belli: Tamen quod instituto Cæsaris duæ semper legiones pro castris excubabant, duæq; partitis temporibus in opere erant, celeriter factum est. ex quibus legiones ad opera etiam facienda uſurpatas, quod Tacitus etiam lib. 2. hist. Augustæ testari uidetur: Iamq; sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris.

Legiones ad opera facienda

Legiones mittere exploratũ

Præterea quemadmodum nostra adhuc ætate diuiſæ ab exercitu, exploratũ in hostem aliquot mittunt cohortes, uulgò Verloren hauffen/ ita hic apud Romanos etiamdum consuetudo tenuit. Hinc est illud Cæsaris libro septimo Gallicæ historiæ: Hæc procul ex oppido uidebantur, ut erat à Gergouia despectus in castra, neq; tanto spacio certi quid eſſet, explorari poterat: Legionẽ unam eodem iugo mittit, & paululũ progreſſam inferiore loco cõstituit, syluisq; occultat.

Euocare legiones.

Ad hæc notæ autoribus formulæ istæ sunt loquendi, euocare legiones, ad latera mittere legiones, legiones in cuneos diuidere, & legiones intra uineas continere. Tale est illud Cæsaris libro quinto Belli ciuilis: Cum iam ad solis occaſum eſſet, & non totos centũ paſſus in horis quatuor eſſet progreſſus, equitatu

A tatu suo propter equorũ interitũ extremo agmine remoto, legiones inuicẽ ad extremũ agmen euocabat. ita uim hostiũ placidè leniterq́ procedẽs, per legionariũ militẽ cõmodius sustinebat. Idem septimo Gallicæ historiæ: Magno uerò coorto imbri, nõ inutilẽ hanc ad capiendũ consiliũ tempestatẽ arbitratus est, quod paulo incautius custodias in muro dispositas uidebat, suosq́ languidius in opere uersari: & quid fieri uellet ostendit, legiones intra uineas in occulto expeditas cohortatus, ut aliquando pro tantis uictorijs fructũ uictoriæ perciperent, ijs qui primi murũ ascendissent, præmia proposuit. Ex quibus uerbis liquet, legiones intra uineas cõtineri, tantũ fuisse, ac si diceret, exercitũ bene tectũ cratibus ad oppugnandum pepulisse, seu misisse. Et sic intelliguntur & loca Cor. Taciti lib. 1. hist. Augustæ, cum scribit: Cœpta luce, missæ in latera legiones, metu an cõtumacia locũ deseruere, capto properè campo humentia ultra. Et iterum: Cæsar auidas legiones, quo latior populatio foret, quatuor in cuneos dispertit. Huc est referendum, quod de saccis legionũ Impp. Arcad. & Honor. lib. XII Cod. tit. de prætorib. & honor. præt. l. ij. ubi disseritur de collatione, & gleba, & claui, & folli, & functione sept. sol. sublata. & Tacitus lib. 15. his uerbis obiter meminere: Adiecit iureiurando Pæti, inquit, cautum apud signa, adstantibus ijs quos testificando rex misisset: quippe singulæ cohortes singulos saccos, siue folles habebant, in quibus necessaria cohortium recondebantur: in undecimo quoq́ sacco tota legio particulatim cõferebat pro collationibus ac epulis, quo legatus ac prætor excipiebãtur. qua de re, cum de signis agemus, prolixius loquemur. Et sic librũ hunc, qui totius Operis est quintus, concludimus.

LIBRI V. REIPVB. ROM. VVOLFGANGI LAZII, DE LEGIONIBVS, FINIS.

B

LIBER SEXTVS REIPVBLICAE ILLIVS VETERIS ROMANAE, DE COHORTIBUS, EQUITATU, & classis illius populi instructione, eorumq́ omnium generibus ac discriminibus: authore VVOLFGANGO Lazio Viennensi Medico, inuictissimi Romanorum Regis FERDINANDI Historico.

CAPUT PRIMUM, DE COHORTIBUS Romanæ militiæ in genere.



COHORTEM à chorte, id est uilla dictam existimant: quòd ueteres, quãta manus ex cohorte, id est uilla exciri ad bellum posset, ab eo cohortem appellare uoluerint. Cohortem autẽ uillæ locum à coercendo pecora, gallinasq́, dictam existimat Varro lib. de lingua Latina, & tertio lib. de Re rustica. hinc facta metaphora, ut nõ solùm cõgregatio certa, siue manus militũ, cohors diceretur: sed omnis quoq́ in genere, hominũ, nedum militũ cõgregatio. Hinc Suetonius in Nerone: Quòd quantũ potare uidebatur, recusaret, dimissus è cohorte amicorum, nihilo modestius uixit. Huc alludit Horatius illo carmine 1. Epist.

Cohortis etymon.

Cohors æquiuocum.

Quid studiosa cohors operum struit? — Et iterum,
Ut iuueni placeat percontare, atq́ cohorti. Catullus:
Pisonis comites cohors unanimis.

Statius

Statius 12 Thebaidos, innuptas cohortes pro uirginum congregatione usurpauit. Constat igitur, cohortem Romanam manum certam peditum fuisse, quanta uidelicet ex cohorte, id est uilla subitò potuerat exciri. Sed quia, uti nec uillæ pares erant magnitudine multitudineq́ exciendorum, ita nec cohortes militum dignitate numeroq́ æquales fuere. Dignitate enim præeminebant cohortes prætoriæ, urbanæ, millenariæ, & ueteranæ: copia militum præfulgebant cohortes legionariæ, auxiliares, & uoluntariæ. De quibus omnibus dicendum ordine est, sumpto initio à cohortibus urbanis, prætorijs & Palatinis, quæ honore, non numero militum eminebant: partim quòd ex emeritis legionibus eligebantur, partim quòd aut Augusti corpus tuerentur, aut deniq́ prætorijs, & urbi Romæ custodiæ erant impositæ. Fuisse enim has diuersas, uidelicet urbanas, quæ ab Augusto erant institutæ ad custodiam urbis & Senatus: prætorias, quæ prætorio Augusti erant addictæ, & cum eo foràs exibant, ut sunt hodie Ianizari apud Turcas: & Palatinas, inclinante Imperio institutas, quæ palatium apud Byzantium defendebant: diuersas inquam fuisse, ex his uerbis Suetonij in Augusto, cap. de Testamento deprehendit. Legauit populo Rom. quadringẽtos, tribubus tricies quinquies sestertiûm, prætorianis militibus singula milia nummorũ, cohortibus urbanis quingenos, legionarijs tricenos nũmos. Sic Tacitus lib. 4. de Tiberij ætate locutus: Legionum duæ in Pannonia, inquit: duæ in Mœsia attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positũ regionis à tergo illis ac si repentinũ auxilium Italia posceret, haud procul accirentur: quanq́ insideret urbem proprius miles, tres urbanæ, nouem prætoriæ cohortes. Idem lib. 17. Prætoriani, quos per simulationem officij legatis Otho adiunxerat, remissi, antequam legionibus miscerentur. Addit epistolas Fabius Valens nomine Germanici exercitus, ad prætorias & urbanas cohortes, de uiribus partium magnificas, & concordiam offerentes. Et rursus postea de Vitellij & Vespasiani ciuilibus armis tractans: Addidit classi urbanas cohortes, inquit, & plerosq́ è prætorianis uiris, ut robur exercitus, atque ipsis ducibus consilium & custodes. Et sequitur: Tum legionẽ classesq́, & quòd rarò aliàs, prætorianus urbanusq́ miles in aciem deducti. PRAETORIAE cohortes Romæ in prætorio excubabant, & Imperatorum tabernaculis: ut hodie Ianizari apud Turcas. quibus legitur primus Scipio instituisse stipendium sesquiplex, hoc est integrum & dimidiatum: siquidem cùm ex omnibus fortissimum quemq́ selegisset, qui ab eo in bello nõ discederent. Fuisse enim ante tempora Augusti prætorias cohortes, ex his uerbis Cic. secunda in Catilinã apparet: Bellũ magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam. Idem ad Q. Fratrem, in Epistolis: Quos uerò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessarijs apparitionibus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent. Cæterùm has prætorias cohortes fermè intercisas in bellis ciuilibus, iterum renouarunt primi Imperij authores, Iulius dictator & Augustus. Vnde ipse summus authorum libro primo Gallici cõmentariorum: Quòd si præterea nemo sequetur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibiq́ eam prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter uirtutem confidebat maximè. Equidem soluisse prætorias Cæsarem Iulium cohortes, docet Appianus Alexandrinus secundo Ciuilis belli: Ad honorem quoque stirpis eius, inquit, Quintilem mensem Iulium appellari libuit, templa illi plurima ueluti deo publicis decretis statuta sunt, & commune ipsi Clemẽtiæq́ in unum condiderunt. Sic enim ut dominum illum uenerati, ut propitius sibi foret deprecati sunt. Fuere & qui regem dici suaderent, donec his perceptis, seuera obiurgatione ab huiusmodi continere

Cohortes inæquales.

Discrimen inter cohortes urbanas, prætorias & Palatinas

Pretoriæ cohortes.

Cohortes prætoriæ uetustæ.

Prætorias cohortes restituerunt primi Cæsares duo.

Iulius Cæsar soluit cohortes prætorias.

A

B

A tinere iussit, ueluti infandum abhorrens nomen, maiorumq́ suorum execratione detestandum: cohortes militares, quarũ opera se ab hostibus tutatus esset, custodia dissoluit, & popularibus duntaxat ministris comitatus in publicum processit. Sic idem autor libro tertio Ciuilium, duarum cohortium prætoriarum meminit, unius Cęsaris Octauij, & alterius M. Antonij. sic enim scribit: At uerò qui circa Cæsarem fuerant, Pansam cum exercitu appropinquare sentientes, Carsuleium ad illum mittunt, qui prætoriam Cæsaris cohortem ac legionem Martiam deduceret, quo illi per angustias transeunti opem ferret. Et iterum: Cunctis itaque in hunc modum supra naturam humanam laborãtibus, cohors Cæsaris prætoria ad unum conscissa est. Et alio loco de Antonij cohorte prætoria: Martiales omni ex parte circumuenti, nec ullo ex loco decurrere potentes, eos qui aderant nouiter electos, nullam laboris partem subire admonent, utpote qui illos ob inexperientiam minimè perturbare uellent, ac prætoriæ Antonij prætoriam Cæsaris cohortem opposuere. Idem libro quinto: Sic Antonium ut inuictum belli opinione in Philippis acti uerebantur omnes: qua gloria insuper elatæ prætoriæ cohortes, quę cum illo militabãt, ad Cæsaris castra per partes proficisci ausæ sunt.

Cæterùm hæ ante Tiberij tempora sparsim Romæ per hospitia habitabant. Primus Tiberius in extrema urbis parte castra habere instituit, id quod ex his uerbis Suetonij in Tiberio elicitur: Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes, uagæ ante id tempus, & per hospitia dispersæ, continerentur. Ad huiusmodi castra alludit Plinius: Extrema tectorum cum castris prætorijs ab eodem militari per uicos omnium uiarum mensura colligit, paulo amplius septuaginta millium passuum.

Tiberius locũ Romæ prætorijs cohortibus signauit.

Hic non est tamen negandum, prætoria castra & extra urbem fuisse, de quibus B ille Appiani locus libro tertio Ciuil. intelligitur: Hircius in Antonij exercitũ alterius progressus, dum ad prætoria castra depugnaret, tandem confossus in bello cecidit. Cæterùm prætoriæ cohortes accipiebantur de legionibus emeritis, id quod ex his uerbis Cornelij Taciti libro uigesimo historiæ Augustæ sumitur: Inter quæ militaris seditio propè exarsit. Prætorianam militiam repetebant à Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: & lectus in eandem spem è legionibus miles, promissa stipendia flagitabat. Et sequitur: Spernunt oblatos agros, militiam & stipendia orant. Preces erant, quibus contradici non posset. Igitur in prætorium accepti: deinde quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore. Meminere huius generis cohortium procedente Imperio ex optimis quibusque conflatarum, illorum seculorum alij authores quoque. Herodianus libro quinto: Interea milites utrinque oppugnabant, atque à Macrino quidem corporis custodes ac stipatores, quos Prætorianos uocant, fortiter stantes, reliquum omnem exercitum soli sustinebant, uidelicet proceri homines, atque ex omni numero delecti. Et iterum, cum Commodi Romæ exceptionẽ describeret: Sed postquam urbem ingressus est, Iouisq́ primùm, deinde cæterorum diuorum templa consalutauit, gratiasq́ue Senatui uniuerso & prætorianis militibus egit, seruatæ sibi fidei, in aulam Palatinam se recepit. Inuenio apud Spartianum, à Seuero aliquot prætorianas cohortes exauctoratas fuisse. sic enim scribit: Et quoniam longum est munera prosequi huius, magnifica illa, quòd uicto & occiso Iuliano prætorianas cohortes exauctorauit. Atque hactenus de prætorijs cohortibus. Iam quot fuerint Romanis, & quanto numero hæ militum constabant, ostendemus. Appianus Alexandrinus lib. quarto Ciuilis belli sic scribit: Ingens clades in Ionio pariter accepta est. Domitius Caluinus onerarijs nauibus duas Cæsari legiones, quæ Martię ob audaciam eorum cognominabantur, adferebat: Prætoriam

Prætoriæ cohortes etiã extra urbem.

Prætoriæ cohortes unde legebantur.

Prætorianæ cohortes ex optimis conflatæ.

Prætorianæ cohortes aliquot à Seuero Septimio fuerũt exauctoratæ.

Quot miliũ pedituũ prætorianæ cohortes.

Prætoriã insuper cohortē duûm milium uirorū, equitū turmas quatuor, aliamq; multitudinē collectam ad bellū. Atq; hæc de numero prætoriæ cohortis. nunc differentias & genera enumerabo. Erat autē cohors prætoria, quæ Romæ duntaxat prætoriū custodiebat, & circa Imperatorē, si in urbe esset, excubabat: cuius tribunus proximo loco à præfecto urbis erat. De qua intelligenda sunt hæc Taciti quidem lib. 4. Legionū duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attinebāt, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positū regionis à tergo illis, ac si repentinū auxiliū Italia posceret, haud procul accirent: quanq; insideret urbē proprius miles, tres urbanę, nouē prętoriæ cohortes. Idem lib. 5. cum M. Terentiū loquentē introducit: Fatebor & fuisse me Seiano amicū, & ut essem expetijsse, & postquā adeptus eram lætatum. Videram collegam patris regendis prętorijs cohortibus, mox urbis & militiæ munia simul obeuntē. Idem lib. 13. Parari uenenū iubet, ministro Pollione Iulio prætoriæ cohortis tribuno, cuius cura attinebatur, damnata ueneficij nomine Locusta. Et iterum: Fabius Rusticus autor est, scriptos esse ad Cecinnam Thuscum codicillos, mandata ei prætoriarū cohortiū cura, sed ope Senecæ dignationem Burro retentam. Porrò discrimen fuisse inter præpositū prætorianorū, & præfectum prętoriæ cohortis, ut de præfecto urbis nihil addam, ex his uerbis Taciti lib. 18 colligitur: Irrisere pleriq; impudentiã æmulationis. alijs idipsum placebat, quòd non ex præpotentibus, sed Thraseam ad exemplū ueræ gloriæ legisset. prepofuerat prętorianis P. Sabinū, ad præfecturã cohortis Iulium Priscum, dum centurio esset. Alludūt ad huiusmodi cohortes & alij. Dion in uita Traiani: Mox Ælianū & prætorianas cohortes, quæ seditionē aduersus Neruam fecerant, quasi operã ab eis posceret, ad se uocauit, confestimq; uelut importunos dimisit. Sic Capitol. in Gordianis: Vsqueadeò autē magis Gordianis q̃ Maximinis est creditū, ut Vitalianus quidam, qui prætorianis militibus præerat, per audacissimos quæstorem & milites iussu Senatus occideretur. Et iterū: Deniq; nunc demū intelligo, neq; Felicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neq; Serapammoni quartã legionē credendam fuisse. Ex quibus uerbis liquet, penes prætorianos potestatem fuisse creandi Augustos, & rursus necandi. Id quod Ælius Spartianus similiter in historia Didij Iuliani cōtestatur: Sed posteaq; in castra uentum est cum Sulpitiano prçfecto urbis, socero Pertinacis cōcionante, sibiq; imperiū uendicante, Iulianum è muro ingentia pollicentem, nullus admitteret, primū Iulianus monuit prætorianos, ne eum facerent Imperatorē, qui Pertinacem uendicaret. Idem in Seuero Septimio: Verùm Seuerus euitatis eorum manibus, quos ad se interficiendum Iulianus miserat, missis ad prætorianos literis, signum uel deferendi uel occidendi Iuliani dedit. Capitol. in Maximo & Balbino: Et Maximo quidem ad bellum profecto, Romæ prætoriani remanserūt: inter quos & populum tanta seditio fuit, ut ad bellum intestinū ueniretur, urbis Romæ pars maxima incenderetur. Meminit horum prætorianorū & Lampridius in Cōmodo, cum acclamatione Senatus Cōmodo à Pertinace occiso exaggeraret: Vt salui simus, Iuppiter optime maxime serua nobis Pertinacē fidei prætorianorū feliciter, prætorijs cohortibus feliciter. Atq; hactenus de prætorianis cohortibus, in urbe castrametatis. Nunc de ijs quæ extra urbem uel Imperatorē sequebātur, uel prætoria præcipua muniebāt, quæ Peregrina, & posterius Palatina inclinante Imperio uocata sunt, quarū apud Cōstantinopolim sex alebantur. De huiusmodi prætorianis intelligenda sunt loca authorum. Cor. Taciti lib. 1. cum seditionem ad Nauportum sub exitum Augusti excitatam à legione prima & quinta, à Druso cōpressam describeret: Tum ut quisq; præcipuus turbator conquisiti, & pars extra castra palantes à centurionibus aut prætoriarum cohortium militibus cæsi. Idem lib. 2. cum

Tribunus prætoriæ cohortis quanto loco.

Discrimen inter præpositū prætorianorū & præfectum prætoriæ cohortis.

Prætorianorū potestas.

A

B

A cum Germanici in Angriuarios ac Germanos expeditionem referret: Primus Cęsar cum prætorijs cohortibus capto uallo, dedit impetum in syluas, conlato illic gradu certatum. Idem ab initio libri tertij: Miserat duas prætorias cohortes Cæsar: addito, ut magistratus Calabriæ, Appuliꝙ & Campani, supremo erga memoriam filij sui munere fungerentur. Idem lib. duodecimo, cum de bello in Brigantibus gesto loquitur, & Britannia: Et Cęsar, dum decus suum extollit, addidit gloriam uicto. Vocatus quippe, ut ad insigne spectaculum, populus, stetere in armis prætoriæ cohortes, campo qui castra præiacet. Idem lib. 17 de pugna Othonis ac Vitellij in agro Cremonensi locutus: Vtrinꝙ pudor, utrinꝙ gloria, & diuersæ exhortationes, hinc legionū & Germanici exercitus robur, inde urbanæ militiæ, prætoriarum cohortium decus attollentium. Et subdit: Vt in custodia Imperatorum fuisse nemo ambigat, is dies primus Othonianas partes afflixit. namꝙ & cum ipso prætoriarum cohortium & spiculatorum equitumꝙ ualida manus discessit. Idem, cum acierum constitutiones prælij facti inter Vitellium & Othonē describit: Super hoc, è prætorio auxilijsꝙ mille equites, cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebantur. Idem lib. 19: Ad has copias è classibus Rauennatibus legionariam militiam poscentibus, optimus quisꝙ asciti, classem Dalmatiæ suppleuere: exercitus ducesꝙ ad fanum Fortunæ iter sistunt, de summa rerum cunctantes, quòd motas ex urbe prætorias cohortes audierāt, & teneri præsidijs Apenninum rebantur. Idem lib. 20: Et Domitiani indomitæ libidines timebantur, suspectis, uti diximus, Primo Antonio, Varoꝙ Arrio. Varus prætorianis præpositus, uim atꝙ arma retinebat. Sic Tacitus libro octauo: Nec mora pręlio, sed acie instructa ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exurgeret, quantum inter colles & littus æqui loci prætorianus miles expleuit. Loquitur autem de pręlio Othonis ac Vitellij. Huc alludit & Ælius Spartianus in Antonio Caracalla: Fuit malè moratus, & patre duro crudelior, auidus cibi, uini etiam appetens, suis odiosus, & præter milites prætorianos omnibus castris exosus. Et iam finiturus eram prætoriam cohortem, cum sese inscriptio offerret, quæ Tergesti extat, de hac ipsa cohorte prætoria peregrina, in hæc uerba.

B

Tergesti, in uico Ridburgi:

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII FLAM. ET LEG. IADIV. VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVG. GERM. PROVIN. HISPANIAE CITER. AVSTRIAE ET CALEICAR. FLAMEN DIVI CLAVDII D. D.
IDEMQVE DEDICAVIT.

Ad huiusmod prætorias cohortes alludit Capitolin. in Opilio Macrino, cum describeret Caracallam interfectum ab Opilio extra urbem: Statim tamen ad delendum militum motum, stipendium & legionarijs & prætorianis dedit, solito uberius, utpote qui extenuare cuperet Imperatoris occisi crimen. profuitꝙ pecunia, ut solet, cui innocentia prodesse nō poterat. Retentus est enim aliquanto tempore in Imperio, homo uitiorū omnium: ad senatū deinde literas misit de morte Antonij. Ad huiusmodi prætorianos peregrinos, utpote sequentes comitatum Augustorum, alludit subinde Eusebius Pamphilus in uita Constantini, libro primo. namꝙ de Licinio scribens, idolatriam inuehente: Longè (inquit) puriorem auram inibi quàm in sacellis urbanis esse. cui cum parēret nemo, prætorianos milites exauctorari iussit, nisi dæmonibus immolarent. Et libro quarto eiusdem historiæ, docens prætorianos à Constantino Magno, ad cultum Christi persuasos:

En supplices adsumus, atque regem nostrum Constantinū, ut diutissimè ualentem uictoremque protegas obsecramus: à Prætorianis in ipsa die lucis factitari sanxerat, hasque uoces edere adorando docuerat. Et iterum, sepulturā Constantini delineans, quanto loco fuerint in Palatio, uel his uerbis ostendit: Atque luctus ille priuatus unicuique, tanquam erepto suo cuique de uita bono, prætoriani milites in urnam auream cōiecere corpusculum, obtectamque purpura ardentissima Constantinopolim deportarunt. Atque hactenus de prætoria cohorte peregrina. nunc de ueteranis ex prætoria lectis dicendum: quorum meminit & Tacitus, & alij. Tacitus quidem: Ipsum Othonem comitabantur spiculatorum lecta corpora, cum cæteris prætorijs cohortibus: ueterani è prętorio, classicorum ingens numerus. Sic Capitolinus in Maximo & Balbino: Et cum mille educta Balbinus proponeret, nec audiretur, ueterani se in castra prætoria contulerunt, cum ipsis prętorianis, quos cœpit populus obsidere. Veteranos præterea fuisse in prætorium adscriptos, qui in colonias & municipia deduci recusarent, docent ista Taciti uerba libro 20: Paucis pòst diebus alloquentem Domitianum firmati iam excepere, spernunt oblatos agros, militiam & stipendia orant. preces erant, sed quibus contradici non posset. Igitur in prętorium accepti: sed quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore. Et sic intelliguntur inscriptiones,

Veterani ex prætorio cohorte.

Veterani in prætorium adscripti.

Petouionæ Styriæ:

CATUCIO ALBANO VETERANO EX PRAETORIO ET AELIAE SABINAE UXORI OPTIMAE ET ATUCIAE AUENTINAE FA. EXUEERIUS MILES LEGIONIS SEPPO.

Laufen ad S. Gregorium, in Norico mediterraneo:

SEXIULAPTUS VETERAN. EX PR. OB. AN. L. MAXIMILLA MARITO OPTIMO ET SIBI V. F.

Porrò sciendum, quòd prætoriani decem annorum spacio rude donabantur, id quod ex probatis historicis facilè elicitur. Porrò de numero prætoriarum cohortium, quod uel Romæ uel extrà in prætorijs fuerint, nihil equidem extat, nisi quòd multarū cohortium Appianus sub Augusto meminerit, Tacitus quinque cohortium sub Galba, XIIII sub Othone, & XVI sub Vespasiano, atroci bello sæuiente ciuili. quæ ordine libet loca enumerare. Appianus lib. 3 Ciuilis belli, de cohorte prætoria sic scribit: At uerò qui circa Cæsarem fuerant, Pansam cum exercitu appropinquare sentientes, Carsuleium ad illum mittunt, qui prætoriam Cæsaris cohortem ac legionem Martiam deduceret. Idem libro quinto Ciuilis belli, octo millia Veteranorū prætorijs cohortibus addidisse scribit. Id quod arguit, non unam, sed multas sub Augusto cohortes prætorias extitisse: Et quoniam Lepidus cum Pompeio conspirasse ferebatur, ex decreto statuerunt, si calumniam accusatio superet, Cæsarem alia pro his quæ habuisset, conferre Lepido. Dimiserant quippe ab exercitu iam imperante multitudinem ingentem, eorum qui militiam integrè exercuerant, octo millibus duntaxat exceptis, quos iterum militare deprecantes, ipsi inter se diuidentes, ad prætorias cohortes addiderunt. Et rursus: Cæsaris legiones quatuor Capuæ fuerunt, & prætorię quædam circa ipsum. Sex quoque alias Saluidenus ex Hiberia adduxerat. Tacitus libro decimooctauo: Vnde longa illis erga Neronem fides, & erecta in Othonem studia: sed quo plus uirium ac roboris, è fiducia tarditas inerat, agmen legionum, alæ, cohortesque perueniebant: & ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque prætoriæ cohortes, & equitum uexilla cum legione prima. Porrò leguntur apud eundem libro decimonono, tredecim prætoriæ cohortes fuisse, cum Vitellius uictoriam ab Othone reportasset: Vitellius ut è somno excitus, Iulium Priscum & Alphenū Varum cum qua-

Prætoriani post annos decem rude donabantur.

Numerus cohortium prætorianarum.

Tredecim cohortes prætoriæ.

A cum quatuordecim prætorijs cohortibus,& omnibus equitũ alis obsidere Apenninum iubet. Idem lib.18,sedecim meminit his uerbis:Insuper confusus prauitate uel ambitu,ordo militiæ:sedecim prætoriæ,quatuor urbanæ cohortes scribebantur,quibus singula millia inessent. Cæterùm subit mirari,cum tot Tacitus meminerit Prætoriarum cohortium,& decem duntaxat passim in monumentis occurrant. Ad hoc dubium respondemus ex eodem Cor. Tacito,qui sub finẽ lib.18 nominatim sic scribit:In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit,prætorianos nuper exauctoratos insectatus, à quibus falsos rumores dispergi, nec ullũ ciuilis belli metũ asseuerabãt,suppresso Vespasiani nomine. Cæterùm cohortes prætorias inclinãte adhuc Imperio fuisse Romanis,docet Marcel.lib.17, qui Constantij res gestas describẽs: Cohors prætoria,inquit,exaduerso Augustũ cautius stipans,resistentiũ pectora,moxq; terga fugientiũ incidebat. Ex quibus apparet, prætorias cohortes alias fuisse à Palatinis,quarũ idem author seorsim sæpe meminit,lib. uidelicet 18: Rebus per Mesopotamiam in hunc statũ deductis, Palatina cohors palinodiam in exitiũ concinens nostrũ, inuenit tandem ansam nocendi, fortissimo uiro authore,& incitatore cœtu spadonum. Idem sub finem 19: Vnde blanditiarum tetra cõmenta palatina cohors exquisitè contingens, immunẽ eum fore malorum cõmunium adserebat. Et lib.26 gesta Valentiniani recensens:Postremæ necessitatis impulsu deuijs itineribus ad Chalcedonium agrum peruenit, ubi quoniam illud firmius uisum est receptaculum,apud fidissimũ amicorũ delitescebat,Strategium quendam,ex Palatino milite senatorem,Constantinopolim quantum fieri poterat clanculo sæpe intermeans,ut indicio eiusdem Strategij patuit. Huc fortè pertinet,quod idem scribit lib.14: Quo comperto,Montius tunc quæstor,asper quidem,sed ad lenitatem propensior, consulens in cõmune,aduocatos palatinarũ primos scholarũ allocutus est mollius. Idem li.25: Hic & milites sexaginta cum Palatinis recepimus,quos in munimentũ Vacatum confugisse retulimus. Sic liber Præfecturarũ in administratione Illyrici orientalis, per Thraciam sex palatina auxilia enumerat. Scitũ est quod Alciatus ex Græco interprete adnotauit:Palatini (inquit) cõmuniter dicuntur,omnes habitãtes in Palatio: alij quidem semper in domo Augusti perseuerantes,qui Comitatenses dicuntur:qui uerò in prouincias mittebantur,Mittendarij. Sed placet rhapsodias de prætorijs cohortibus subijcere.

Sedecim cohortes prætoriæ.

Imperio inclinãte prætoriæ cohortes fuerunt.

Prætoriæ cohortes aliæ à Palatinis.

Palatinæ cohortes quæ fuerint.

B

Monumentum primæ prætoriæ cohortis,in pago Fritzenhaym, prope Moguntiam:

D. M.
AVR. GERMAN. MIL. COH. I. PR.
CASTI NAT. D. CVS. LECTVS EX
XIIII. FACTVS D. GEST. ARMOR. ST. VI MIL. AN. VI.

Monumentum tertiæ,Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. VELINO BASSO P.
C. PR. AVXIMO LEG. III. F. L. FEL.
LVOG. AVG. ABACTIS PR. PR. SIGNIF. OPTION. CESSE. COH. III
PR. MIL. COH. XIIII ET XIII VRBANORVM COLL. SENAT. AVXIM.
PATR. OB MERITA EIVS L. D. D. D.

Monumentum secundę cohortis, apud Neapolim Italiæ:

D. M.
Q. CISSONIO Q. F. HOR. APRILI VETERANO COH. II. PR. ARCHITECTO AVGVTOR, PATRICIA TROPHINE VIRO
BENEMERENTI.

Romę in ædib. D. Francisci Delallis:

C. N. NIGIDIO C. F. MARCELLINO BRIX. MIL. COHOR. II. PR.
ET LEPIDI MIL. AN. V. VIX. AN.
XXIIII. FRESTIANVS IVSTVS B. M. F.

Maderni, haud ꝓcul à lacu Benaco:

P. EPPIVS P. F. FAB. RVFVS MIL.
COHOR. II. PRAET. T. F. I. ARBIT.

Romæ in ecclesia S. Eustachij: A

DIIS MANIBVS MYRONI M. TRANONI BASSI TRIB. COH. III PR. PR. POPILIA XENONIS FRATRI OPTIMO ET BENEMERENT. FECIT.

Monumentum quartæ cohortis prætoriæ, Pisis in ecclesia S. Gerionis:

M. AVRELIVS IVSTINIANVS MIL. COH. IIII PR. S. FLORIPIO VIX. AN. XXXIII. MIL. AN. XIII. SATVRNINA IOVINA CONIVNX CONIVGI B. M. F.

Monumentum quintæ cohortis prætoriæ, Romæ:

D. M.

P. AELIO MAXIMINO MIL. COH. V. PRAE. P. V. EX. ET MONVI QVI VIX. AN. XXXI. MENS. VIII MILITAVIT ANNIS XII OMNIBVS EXPEDITIONIBVS FVNCTO AVRELIVS SEXTIANVS COMMANIPVLVS ET HAERES EIVS CONTVBERNALI RARISSIMO.

Ibidem in domo Francisci Procarij:

D. M.

P. BARBIVS P. F. PAPIRIA POETENIONE MAXIMIANVS MILES COH. PR. V. STI. XIIII MONNI VIX. ANN. XXXIII. DIES V. AMICO ET CONTVBERNALI BENEMERENTI Q. FANNIVS RESTITVTVS HAERES EIVS FACERE CVRAVIT.

D. M.

AVREL. SENECIONIS MIL. COH. V. PR. P. V. EX CECILIANI QVI VIX. AN. XXX M. VI PIVS TITVS COMMANIPVLVS ET HAERES EIVS CONTVBERNALI CARISSIMO POSVIT.

Veronæ:

M. CINTVLLVS L. F. POB. SEVERVS MILES COH. V. PR. SIBI ET COLONATI P. F. MAX. MATRI.

Tergesti in Istria, in uico Riburgi: B

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII FLAM. ET LEGI. ADIV. VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVG.

Monumentum cohortis septimæ prætoriæ, Reatæ apud S. Petrum in Italia:

C. CARANTIO C. F. VOLTIMA VERECVNDO VIENNAE VETERANO COH. VII. PR. DEDVCTO A DIVO VESPASIANO REATAE ET CARANTIO PHEBO ET CARANTIAE EPENALIENI.

Monumenta Romæ inuenta, cohortis Nonæ prætoriæ:

P. RANTIFANVS PP. GAL. CYRINICVS PISIS VIXIT ANN. XXIII. MILITAVIT AN. V. IN COH. IX. PR. SAL. VI. BI. ASSI H. S. E.

Cohortis decimæ prætoriæ:

HERCVLI INVICTO PRO SALVTE D. D. N. N. IMP. CAES. IVL. AVREL. ANTONINI P. F. AVG. ET M. AVREL. ALEXANDRI NOBILISSIMI CESA TOTIVSQ. DOMVS DIVINAE EORVM COH. X. PR. PV. ANTI. ET MARCIANI.

Cohortis eiusdem decimæ prætoriæ,

Pætouione Styriæ:

PRAEPOSITO IOVI S. TRIB. COH. X. PRAET. CVLTOR NVMINIS IPSIVS PROFI-

Patauij:

DEO SANCTO APOLLINI PACIFERO EX VOTO LIBES SOLVIT

A PROFICISCENS AD OPPRIMENDAM FACTIONEM GALLICANAM IVSSV PRINCIPIS SVI ARAM ISTAM POSVIT. VIT MIL. X. CORTIS X. PRAETORIAE CENTVRIA DASI AELIVS C. LIBES VOTVM REDDIDIT.

VRBANAE cohortes Romę custodiam agebant, & absentibus prętorijs æquè Augustis etiam, atq; pro perpetua urbis custodia excubabant. Harum exordia tametsi Tranquillus ad Augustum Cæsarē refert, cap. de Ordinatione legionū: tamen ex Liuio lib. 2 Decad. 5 apparet, has in urbe fuisse ante constitutum Imperium. Mox post Macedonicum bellum (ita enim habent Liuij uerba) præter eos exercitus quos Coss. comparabant, C. Sulpitio Galbæ pretori negotium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas, iusto numero peditū equitumq́;, ijsq; IIII tribunos militū ex senatu legeret, qui præessent. Sed placet & Tranquilli locum adferre, de Augusto loquentis: Certum numerum partim in urbe, partim in sui custodiam allegit, dimissa Calaguritanorum manu, quam usq; ad deuictum Antonium: item Germanorum, quam usq; ad cladem Varianam inter armigeros circa se habuerat: neq; tamen unquam plures quàm tres cohortes in urbe esse passus est. Subscribit Suetonio Appianus Alex. lib. 5 Ciuilium: Cum Cæsar Octauium supra uigesimum ætatis annum attigisset, quem urbes in deorum suorum numero adscripserunt, deuastata ex seditionibus Roma urbe, ac Sicilia omni deprædata, & raptoribus audacia potius quàm latrocinio grassantibus, Sabinus à Cæsare electus ad directionem earum rerum, multa comprehensorum perpetrata cæde, eodem anno pacē tutam custoditamq́; firmauit. Et ex eo tempore, exercitū custodum noctis morem formamq́; sumpsisse memorat. Tacitus, describēs Tiberij imperium trium urbanarum cohortium, meminit hisce uerbis: Aduersum externa B imperia, & Thraciam Rhœmetalces ac liberi Cottyis, ripamq́; Danubij, legionū duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attinebāt, totidem apud Dalmatiam locatis, quę positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur, quanquam insideret urbem proprius miles, tres urbanæ, nouem prætoriæ cohortes. Ex quibus apparet, Tiberio imperante cohortes urbanas tres modò fuisse. Hæ posterius auctæ sunt. namq; Cor. Tacitus scribens Vitellij gesta, quatuordecim urbanas cohortes in delectu inuentas, libro decimooctauo refert: sed eas fuisse auctas, & unamquamq; mille continuisse. Verba Taciti hæc sunt: Insuper confusus prauitate uel ambitu ordo militiæ, sedecim prætoriæ, quatuor urbanæ cohortes scribebantur, quibus singula millia inessent. Plus in eo delectu Valens audebat, tanquam ipsum Cecinnam periculo exemisset: sanè aduentu eius partes conualuerant, & sinistrum lenti itineris rumorem prospero prælio uerterat, omnisq; inferioris Germaniæ miles Valentem adsectabatur, unde primùm creditur Cecinnæ fides fluitasse. Cæterùm non ita ducibus indulsit, ut non plus militi liceret. Sibi quisque militiam sumpsere: quamuis indignus, si ita maluerat, urbanæ militiæ ascribebatur. Rursus bonis remanere inter legionarios aut alares uolentibus, permissum. Cæterùm in monumentis & XXXXII urbanę cohortis mentio occurrit, cuius paradigma postea subijciemus. Mansisse uerò Romæ urbanas cohortes usq; ad seculum & procedentis & inclinantis Imperij, ex Herodiano liquet, qui scribit libro secundo: Legationes præterea undiq; confluebant gratulatum Romano populo, quòd Pertinacis imperio gubernarentur. Sed quod plerisq; omnibus publicè priuatimq́; gratum fuit, modestum mansuetumq́; principem populo Romano contigisse, id uerò urbanæ cohortes Imperatorum custodiæ adhibitæ grauiter molesteq; ferebant. Sic Symmachus urbis præfectus ad Theodosium Augustum, qui labente omnino Imperio claruit: Pe-

Cohortes urbanæ.

Exordia urbanarum cohortium.

Numerus urbanarum cohortium.

Tredecim cohortes urbanæ sub Vitellio.

Quot milites cohors una urbana habuerit.

Cohors urbana quadragesimasecunda.

Vrbanæ cohortes inclinante Imperio fuerunt.

tronianus (inquit) urbanarum dudum cohortium miles, ad cornicularioru͂ gradum inculpati laboris diuturnitate prouectus, more instituto que maioru͂ testimonium meruit castrensis industriæ, quòd cæteris quoque post honestum cursum stipendiorum que iudicia detulerunt. A

Paradigmata quædam & exempla urbanarum cohortium, in saxis uetustis reperta.

De octaua urbana cohorte, Vrbini in Italia:

C. CESTIO C. F. STEL. SABINO TRIB. COH. XIII VRB. PP. LEGI. ADIVTRICIS P. F. LEG. VIII AVG. EX TERCENARIO COH. VIII. PR. COH. VIII. VRB.

De duodecima, ad S. Vitum in Carinthia:

TI. IVLIVS TVTORIS L. CALVENTIVS ET IVLIA TI. L. NOVELLA VXOR. FECER. SIBI ET M. IVLIO INGENVO FIL. MIL. COH. XII. VRB.

De undecima, Neapoli:

D. M.

L. COCEIO L. F. COGITATO PARENTES VIX. ANN. XX. M. XI MIL. COH. XI VRB.

De tredecima, Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. VEL BASSO P. P. P. C. PR. III AVX. LEG. IIII FL. FEL. ET LEG. II TR. FOR. EVOC. AVG. AB. ACT. FORIBVS PR. PR. MIL. COH. II. PR. ET COH. XIII ET XIIII VRB. OMNIBVS OFFICIIS IN GALLIA FVNCTO CENTVRIONES LEG. II. TR.

Lugduni in Gallia, de XIII cohorte urbana:

SEX. COSSVTIO SEX. F. QVIRINO PRIMO COH. XIII VRB.

Cohors decimaquarta urbana.

De decimaquarta cohorte, Mathelici in Italia:

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MILITI IX COH. PR. EQVITI COH. EIVSDEM DOIS DONATO AB. IMP. TRAIANO TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGVLARI FRAEFECTOR. PR. TESSERARIO OPTIONI FISCI CVRATORI CORNICVL. TRIB. EVOCATO AVG. COH. I. VIGIL. STATIVORVM COH. XIIII. VRB. COH. VII PR. TERCENARIO. B

Cohors uigesimaquarta urbana.

De uigesimaquarta, in cœnobio Murrhat ditionis Vuirtenbergensis:

D. M.

ASSON IVSTVS MIL. COH. XXIIII VR. VIX. AN. XL. CINTVSMVS SIC. HER. SVA VOL.

Cohors quadragesimasecunda urbana.

De cohorte XLII urbana, Auximi in Italia:

L. SAENO F. F. VEL SEDATO VETERANO AVG. GG. ACCEPT. HONEST. MISSION. EX COHO. XLII VRBAN. PR. QQ. QVAESTORI REIPVB. AVXIMAT. PATRONO COL. LEG. CENTONARIOR.

Cohortes legionares duorum generum.

COHORTES legionares duplices fuere, aliæ instar legionum, aliæ quæ legionem conflabant, ideo legionares nominatæ: quarum decem fuere in una legione. prima dicta millenaria, 1005 peditum, & equitum loricatorum 140, penes quam aquila erat, ut penes reliquas & numero & dignitate sensim decrescente signa fuerunt. Cohortes au͂t instar legionum & numero & dignitate no͂ solùm nouem, uerumetiam ipsam prima͂ millenariam superabant: ideo similitudine quadam, qua͂ gerebant, legionu͂ cohortes, instar legionu͂ dictæ, cum ueræ essent legiones minores: uti fuere inclinante Imperio, Iouia, Herculea, Scutarioru͂, Braccatoru͂, Neruiorum, Petulantium, &c. Sed libet loca authorum adducere. Cohortis quidem legionaris

Cohortes instar legionum.

A gionaris Cæsar meminit lib.3 Comment. Gallici belli: Huic mandat, Rhemos reliquosq́ Belgas adeat, atq; in officio contineat: Germanosq́ qui auxilio à Belgis accersiti dicebantur, si per uim nauibus flumen transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionarijs XII, & magno numero equitatus in Aquitaniã proficisci iubet. Idem lib.1 Comment. ciuilis belli: Qua re cognita crebras stationes disponunt equitũ & cohortium alariũ, legionariasq́ interijciunt cohortes, uallumq́ ex castris ad aquã facere incipiunt. Idem lib.4 Ciuilis belli: Interim Lepidus ex citeriore prouincia cum cohortibus legionarijs triginta quinq;, magnoq́ numero equitum & reliquorũ auxiliorum uenit. Meminit huius nominis & Tacitus lib.12 hist. Aug. Censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis, siue quod amoto Caractato, quasi debellatũ foret, minus intenta apud nos militia fuit: siue hostes miseratione tanti regis, acrius ad ultionẽ exarsere: præfectum castrorũ & legionarias cohortes extruendis apud Syluras præsidijs relictas circumfundũt. Huc alludit Tacitus lib.17 hist. Aug. Nam à lateribus cohortes legionũ aduersa fronte, & subito discursu terga cinxerant equites. Præterea cohortium instar legionũ idem Cæsar meminit lib.3 Ciuilis belli: Commutata ratione belli, quoniam propositũ non tenuerat, iuxta Pompeium munire iussit: qua perfecta munitione animaduersum est à speculatoribus Cæsaris, cohortes quasdam quòd instar legionis uiderẽtur esse, per syluam & in Vetera castra duci. Huius generis erant superuentores, propugnatores, exculeatores, petulãtes, gentiles, Celtæ, Neruij, cornuti, braccati, & aliæ id genus à populis passim, insignibusq́ ac alijs euentibus cognominatæ: ut Superuentores, qui à superuentibus atq; incursionibus repentinis cognomen sortiebantur. lege Vegetium libro tertio, capite decimonono. MILLENARIAE, uel miliariç, in singulis

Cohortes legionares legionum partes.

Cohortes instar legionum.

B tantum legionibus singulæ erant, & aquilæ signo continebãtur: quemadmodum reliquas cohortes signis Minotauri, draconis, equi, capitumq́ distinguebantur. Porrò millenaria cohors, mille & centum quinq; pedites, & equites loricatos centum ac XLII comprehendebat. Huius tribunus χιλίαρχος à Græcis appellatur, & dignitate & loco reliquis tribunis prælatus. Ad huiusmodi nomen alludit prçter Vegetium, & Tacitus lib.20: & monumentum in Bauaria repertum, iuxta arcem Pinoburg, & castellũ Pheringen, quod subijciemus. Scotus in Codice præfecturarum sub dispositione ducis Armeniæ, tres miliarias cohortes nominatim recitat: uidelicet tertiam Vlpiam miliariam Petræorum Melitæ, miliariam Bosphorianam Arauracæ, & miliariam Germanorum Siselæ. Idem in Arabia, cohortem miliariam Thracum ad Titha describit.

Cohortes millenariæ.

IN HONORE D. D. Ꝗ MERCVRIO VETVSTATE CON. LAPS.
M. CORNEL. ROGATV PR. A. E. F. COH. I. MIL. S.
SVISQVE R. CON. M. F. ET REST.

Cæterùm ad uiuũ, quod aiunt, hanc cohortẽ depingit Veget. lib.2, cap.6: Sciendum est aũt, in una legione decẽ cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas & numero militũ & dignitate præcedit. Nam & genere & institutione literarũ uiros electissimos quærit. Hæc enim suscipit aquilã, q̃d præcipuũ signũ in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne. Hæc imagines Imperatorũ, hoc est diuina & præsentia signa ueneraẽ. Habet pedites mille centũ quinq;, equites loricatos CXXXXII, & appellaẽ cohors milliaria. Hęc caput est totius legionis: ab hac cũ pugnandũ est, prima acies incipit ordinari. Hic notandũ est, aliquando cohortes miliarias plures cõprehendisse milites q̃ modò dictũ est: itẽ in una interdũ legione plures miliarias extitisse. Scribit enim Ælianus in libello de Instruẽdis aciebus: Duæ cohortes quingentariæ Mœrarchiam, id est cohortẽ miliariam faciũt,

hominum mille & uiginti quatuor, centuriarum sexaginta quatuor, cuius præfectus Mœrarcha, tribunus maior. Huc pertinet quod refert Modestus de Vocabulis castrensibus: Minor itaque numerus armatorũ in unaquaque legione esse non debet: maior autem consueuit esse: & non tantum unam cohortem, sed etiam alias miliarias, si fuerit iussa, suscipere. Tribunus maior per epistolam sacram Imperatoris iudicio destinatur. QVINGENTARIAE dicebãtur inter posteriores & inferiores à millenaria, eo quòd quingentos cõtinebant: cuius tribunus μοίραρχος Græcis nominabat. Quarũ non solùm Aurelianus meminit in libris de Instituendis aciebus, uerumetiam Spartianus in historia Hadriani, hisce uerbis: Regibus multis plurimùm detulit, à plerisque uerò etiam pacem redemit, à nonnullis cõtemptus est, multis ingentia dedit munera, quanquam nulli maiora quàm Hiberorũ, cui & elephantum quinquagenariam cohortem post magnifica dedit dona. Scotus in Codice præfecturarum quingentariam Arabum cohortem Bethallahæ in Mesopotamia commemorat. Proximum à prima miliaria locum, ordinem, dignitatemque hęc habebat, aliàs etiam secunda dicta. de qua Modestus de Vocabulis militaribus in hunc modum scribit: Secunda cohors habet pedites quingentos & sexaginta, equites sexaginta sex, & appellatur Cohors quingentaria. Meminit & Ælianus in libello de Instruendis aciebus: Duo manipuli (inquit) pentacosiarchiam cohortem quingentariam componunt, hominum quingentorum & duodecim, centuriarum XXXII: cuius princeps Pentacosiarcha, tribunus minor.

Cohortes quingentariæ.

CENTVRIATAS cohortes opinor fuisse, quæ suas centurias integras habebant. erant autem centuriæ in milliaria prima cohorte undecim: in alijs pauciores erant, decrescente paulatim numero: nempe secunda cohors, quæ & quintaria dicebatur, habebat duas centurias, unam cum dimidia peditum, & adhuc decẽ pedites, equites uerò LX. In tertia centuriam unam, cum dimidia peditũ centuria fuerat, & equites quot secunda continebat. Tot denique centurię in reliquis omnibus erant, nisi quòd equitatus numerus à minori numero ad maiorẽ augebatur. Nam septima cohors 156 equites numerabat. Alludit uerò ad has centuriatas cohortes, Cæsar lib. 1 Ciuilis belli: Eodem die equitum magnam partẽ flumen traiecit, qui inopinãtes pabulatores, & sine ullo dissipatos timore aggressi, quàm maximũ numerum iumentorũ atque hominũ intercipiunt: cohortibusque centuriatis subsidia missa scientes, in duas partes sese distribuunt. Idem postea princeps in hæc uerba iurat ipse, ad idem iusiurandũ adigit Afranium, subsequuntur tribuni militũ, centurionesque cẽturiatim producti milites idem iurant. Huc pertinet locus Cæsaris lib. 5 Gallici: De tertia cohorte, & cõtingente uallum tertię cohortis, centuriones ex eo quo stabant loco, recesserũt. Et sic intelligũtur in Romanis monumẽtis, qui tercenarij fuerint. Et de huiusmodi cohorte intelligitur inscriptio Bauariæ:

Centuriatæ cohortes.

Quot singulæ cohortes centurias habuerint.

Tercenarij qui fuerint.

D. M. ET PERPETVAE SECVRITATI CORNELIO CERVNTO COH. V. LEG. XX. MILITI PRAETO.

Centuriatas denique cohortes fuisse Imperio inclinante, testatur Marcellinus libro decimoseptimo: Tali textu rectè factorum Constantius iam metuente sublimior, militarique consensu secundo Sarmaticus appellatus, ex uocabulo subactorũ: iamque discessurus, conuocatis cohortibus & centurijs & manipulis omnibus, insistens tribunal, signisque ambitus aquilisque & agmine multiplicium potestatũ. Idem libro uigesimoprimo, de Constantio in Persas eunte locutus: Summa itaque cœptorum, quorsum euaderet ambigens, cum in unum exercitus conuenisset, omnes centurias & manipulos & cohortes in concionẽ uocauit, concinentibus tubis. Liuius lib. 5 centuriare uerbo utit̃, cum ait: Marcus Attinius Turinis cum modico præsidio præerat, quem facilè elici ad certamẽ temerè ineundũ rebant̃ posse, non tam

Centuriatæ cohortes inclinãte Imperio.

Centuriare.

A non tam militum quos per paucos habebat fiducia, quàm iuuentutis Thurinæ: eam ex industria centuriauerat, armauitq; ad tales casus. VETERANAE, ex ueteranis conflabantur, qui & Alaudæ dictæ sunt, de quibus mentionem fecimus cap. de Legionibus ueteranis. Erant autem ueterani milites, qui uiginti annis in legione uel uexillatione militauerant. Vnde in monumẽtis Rom. subinde anni exprimuntur militiæ, ut Viennæ in collegio:

Veteranæ cohortes.

Anni militiæ exprimebãtur in titulis & sepulturis.

C. VALERIVS C. F. VLTINIAPILIPIS MILES LEG. XV. APOL. ANN. XXXII STIP. XI HIC S. F.

Et in Carinthia, iuxta oppidum S. Viti:

VEPONIVS AVITVS VIV. FEC. SIBI ET DIACOXIE MEITIMAE CON. CHARISSIMAE ET VEP. QVARTAE MIL. LEG. ITAL. ANN. XXXV. STIP. IIII.

Scribit etiam Cicero lib. 14 ad Atticum: Vides tamen tyranni satellites in imperijs, uides eiusdem exercitus, uides in latere ueteranos? Veteranis porrò emeritis ius coloniarum & municipiorum dabatur, ut rude donati pars urbes incolerent, pars in prætorianos pro custodia urbis allegarẽtur. Vnde Appianus Alex. libro quinto Ciuilis belli: Cæsar Lepido, cum nihil indignum egisse comperisset, Libyam priorum nationum loco adscripsit, ac reliqua quæ ex proscriptione in publicum ablata fuerant, coemere curauit. cum uerò milites per colonias distribuere, agrosq; illis adsignare niterentur, magna solicitudine & cura tenebatur. Nam urbes quæ à principio illis pollicitæ fuerãt, ad belli præmia poscebãt. Quæ res totam ferè Italiam uel illorum libidini subijcere, uel ad alia loca ex necessitate eos mittere cogebat. Et iterum: Manius audacter admodum Antonium ad nil

Veterani in colonias & prætorios allegabantur.

B aliud quàm in exteris pecunias accumulare dixit, Cæsarem exercitus & opportuna quæque Italiæ muneribus & obsequijs sibi adsciscere: Celtarum prouinciam Antonio ante comessam, decepto eo libertati restitutam esse: Italiam ferè omnem octo supra decem urbium loco militibus attribui, & quatuor ultra triginta legionibus pro octo ac uiginti qui unà militassent impendi. Huc alludit Lucanus libro primo Pharsaliæ, hoc carmine:

Quæ sedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,
Quæ noster ueteranus aret. ——

Cæterùm meminit ueteranarum cohortium Cor. Tacitus libro uigesimo: Sic accensum, sed meliora referre iussum, dimittit. Ille ut irritus legationis redit, cætera dissimulans, quæ mox erupere. Ciuilis parte copiarũ retenta, ueteranas cohortes, & quod è Germanis maximè promptum, aduersus Voculam exercitumq; eius mittit. Meminit & uexilli ueteranorum, idem author libro tertio his uerbis: Tantumq; seueritate profectum, ut uexillum ueteranorum non amplius quingenti numero easdem Tacfarinatis copias, præsidium cui Thala nomen est, adgressas fuderint. COHORTES TYRONVM, id est militum qui antea non militauerant. De quibus Cicero undecima Philippica: Ego autem nõ tam ueteranos intuendos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites, flos Italiæ. Huius uerò nominis cohortis mentionem facit Tacitus libro secundo historiæ Augustę, his uerbis: Simul Domitiũ impositũ triremi uitare littorũ oram, pręterq; insulas lato mari pergere in Syriã iubet, concurrentes desertores per manipulos cõponit, armat lixas, traiectisq; in continentẽ nauibus, uexillũ tyronũ in Syriã euntiũ intercipit.

Cohortes tyronum.

Non possum hic præterire, quod scribit de erudiendis atq; assuefaciendis tyronibus ad militiã, Fla. Vegetius li. 1 de Re mil. cap. 11: Antiqui (ait) sicut inueniũ in libris, hoc genere exercuere tyrones: Scuta de uimine, in modũ cratiũ corrotũdata texebant,

texebāt, ita ut in duplum pondus cratis haberet, quàm scutum publicum habere consueuit. Iidemq́ clauas ligneas, duplicis æquè ponderis, pro gladijs tyronibus dabant. Eoq́ modo non tantum manè, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Palorū autem usus nō solùm militibus, sed etiam gladiatoribus plurimum prodest. Nec unquā aut harena aut campus inuictū armis uirū probauit, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum. A singulis aūt tyronibus singuli pali defigebant̄ in terram, ita ut nutare nō possent, & sex pedibus eminerent. Contra illū palum, tanquā contra aduersariū, tyro cum crate illa ac claua, ueluti cum gladio, se exercebat, & scuto, ut nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc à lateribus minaretur, interdū contenderet poplites & crura succidere, recederet, assultaret, insiliret, quasi præsentē aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte tentaret. In qua meditatione seruabatur illa cautela, ut ita tyro ad inferendum uulnus insurgeret, ne qua ex parte pateret ipse ad plagā. præterea nō cæsim, sed punctim ferire discebant. Nam cæsim pugnantes, nō solùm facilè uicere, sed etiam derisere Romani. Cæsa enim, quouis impetu ueniat, nō frequenter interficit, cum & armis uitalia defendantur & ossibus. At contrà puncta duas uncias adacta, mortalis est. Idem cap. 19: Pondus quoq́ baiulare usq́ ad 60 libras, & iter facere gradu militari, frequentissimè cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionib. necessitas imminet, annonā pariter ac arma portandi. Idem cap. 17 scribit: Tyrones plumbatis fuisse solitos exercitari (tali id genus est, de quo libro huius Operis 8 tractatur.) Idem cap. 14, ad missilia & hastilia iubet tyrones exercitari. Et cap. 10: Natandi (inquit) usum æstiuis mensibus omnis æqualiter debet tyro condiscere. Non enim semper flumina pontibus transeuntur: sed & cedens & insequēs natare cogitur frequēter exercitus. Sępe repētinis hymbribus, uel niuibus, solent exundare torrētes. Et ignorātia nō solùm ab hoste, sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit. Ideoq́ Romani ueteres, quos tot bella & cōtinua pericula ad omnē rei militaris erudierant artē, campum Martium uicinū Tiberi delegerunt, in quo iuuentus post exercitiū armorum, sudorē puluéremq́ dilueret, ac lassitudinē cursusq́ laborē natando deponeret. Non solùm aūt pedites, sed & equites, ipsosq́ equos uel lixas (quos Galearios uocāt) ad natandum exercere percōmodum est, ne quid imperitis, cum necessitas imminebit, eueniat. hęc ille de tyronibus. Vnde fortasse parœmię occasio fuit, Neq́ natare, neq́ literas nouit. VOLVNTARIAS cohortes, siue libertinorū, scripserūt Romani Punico bello. unde Macrobius: Libertini (inquit) post cladem ad Trasimenū acceptā, in sacramentū militare uocati sunt, belloq́ sociati, cohortes duodecim ex libertinis conscriptę, quę operā memorabilem præstiterūt. Ad huiusmodi cohortes uoluntarias, quas Germani nos adhuc usurpatas die Frey fendlein nūcupamus, alludit T. Liuius lib. 8 Dec. 4, cum bellū à Romanis contra regē Antiochū gestum describit: Milites mercede conducendi ex his gentibus quæ sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi ius ne esto, ne uoluntarios quidem recipiendi: Rhodiorū, sociorum'ue ædes ædificiaq́ intra fines regni Antiochenorū, &c. Idem lib. 2 Dec. 3 Punici secundi: Sicut auorū memoria P. Decius tribunus militū in Samnio, sicut nobis adolescētib. priori Punico bello Calpurnius Flamma trecētis uoluntarijs cum ad tumulū eos capiendū, sitū inter medios hostes, duceret. Idē lib. 5 Dec. 3: Data per quinq́ octo millia militum, pars dimidia ciues, pars socij, & ipse aliquantū uoluntariorū in itinere in agris cōciuit. Idem lib. 9 ab initio Dec. 3: Scipio posteaquā in Siciliā uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq́. Meminit & Suetonius in Augusto: Libertino milite, præterq́ Romę incendiorum causa, etsi tumultus in grauiore annona metueretur, bis usus est, semel ad præsidium coloniarum Illyricū contingentium,

Voluntariæ cohortes.

Cohortes libertinorum.

item

A item ad tutelam ripæ fluminis Rheni: eosq; seruos adhuc uiris feminisq; pecunio sioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore uexillo habuit: neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos, &c. Meminit harũ & Cornelius Tacitus libro historiæ Augustæ quarto: Exin uetus & sæpe simulatũ proficiscendi in prouincias consilium refertur. Multitudine ueteranorum prætexebat Imperator, & delectibus supplendos exercitus: nam uoluntarium militẽ deesse, ac si suppeditet, non eadem uirtute ac modestia agere. quia plerunq; inopes ac uagi, sponte militiam sumant, percensuit cursim numerum legionũ. Huc pertinet & ille Velleij Paterculi locus, res à Tiberio primo gestas complectens: Principes iunctis exercitibus, quiq; sub Cæsare fuerant, quiq; ad eum uenerant, contractisq; in una castra decem legionibus, LXX amplius, cohortibus XIIII, sed pluribus quàm decem ueteranorum millibus, adhuc magno uoluntariorum numero, frequentiq; equite regio: tanto denique exercitu, quantus nullo unquam loco post bella fuerat ciuilia: omnes eo ipsi læti erant, maximamq; fiduciam uictoriæ in numero reponebant. Extat Voluntariorum militum nomẽ & apud Capitolin. in Marco Anton. Instante sanè adhuc pestilentia, & deorũ cultum diligentissimè restituit, & seruos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam parauit, quos Voluntarios exemplo Volonum appellauit. Alludit ad huius generis cohortem & monumentum Auximi in Italia repertum:

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN. TREBELLIO PELIDIANO EQ. PVB. TRIB. LEG. II. TRAIAN. FORT. TRIB. COH. XXXII. VOLVNT. TRIB. LEG. VI. VICTRICI PROC. AVG. PROMAGIST. XX HERED. PRAEF. VEHICVLORVM QQ. PATR. COL. ET SVO PONT. COL. FABR. AVXIMI OB EXIMIVM INTER MVNICIPES
B SVOS AMOREM L. D. D. D.

TVMVLTVARIAE uel repentinæ fuere, quæ re subita conscribebant, urgente hoste: ut nos etiamnum facimus, id quod **auffbitten** uocamus. Meminit huius generis & Cor. Tacitus libro uigesimo: Cunctantẽ legatum milites perpulerant, fortunam prælij experiretur. Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumq; ignauia, sed procax ante periculum manus omnibus portis erumpunt. Et rursus eodem libro: Claudius Labeo Bethusiorum Tungrorumq; & Neruiorum tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosæ anteceperat. T. Liuius repentinas huiusmodi subitò excitas cohortes, alio nomine scitè appellauit: ita enim scribit lib. 1 Decad. 5, ab initio: In portu emporium breui frequens factum, omniaq; hinc in castra supportabãtur: & quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorũ partibus circundatæ sunt, in Histriamq; suum præsidium statiuũ, Repentina cohors Placentina opposita inter mare & castra, ut idem Aquatoribus ad fluuiũ esset præsidiũ. Arbitror ergo huius generis cohortes Cæsari euocatas dici, qui lib. 2 Ciuilis belli ita scribit: Reliquas inter aciem mediam cornuaq; interiecerat, numeroq; cohortes CX expleuerat. Hæc erant LV millia, euocatorũ circiter duo millia, quæ ex beneficiarijs superiorum exercituum ad eum conuenerant, quæ tota acie disperserat.

Cohortes tumultuariæ. *Repentinæ cohortes.* *Euocatæ cohortes.*

STIPENDIARIAE & mercenariæ cohortes, uti & auxiliares, exterarum gentium erant. Sed ab auxiliaribus in hoc differebant: quòd hæ stipendio populorũ ciuitatumq; Romanis in castra merebant: illæ uerò à Romanis conductæ, & magis ex his gentibus quæ Romanis erãt subiugatæ, stipendio Romano Romanisq; in castris merebant. quales erant Germanorum cohortes Germanicianæ dictæ, & posterius Batauorum, Vangionum, Sicambrorum, Tungrorum, Cauchorum, Tribuorum, Tenchterorum, Bructerorum, Muttiariorum, Frisionum: quarum

Stipendiariæ cohortes.

quarum sæpe Tacitus mentionem facit,& de quibus seorsim à nobis dicetur. Meminit uerò horum nominum Cæsar libro primo Ciuilis belli, his uerbis: Interim C. Considius, qui Acillam octo cohortibus stipendiarijs Numidis Getulisq́ obsidebat, ubi C. Messius cohortibus præerat, diu multumq́ expertus. Idem lib. tertio Ciuilis belli: His Antoninianos milites admiscuerat, præter hos expectabat cum Scipione ex Syria legiones duas, sagittarios ex Creta, Lacedæmone, Ponto, atq́ Syria, reliquisq́ ciuitatibus tria millia, &c. Sed habebat funditorũ cohortes sex, mercenarias duas, equites septem millia, &c. Porrò libet ordine stipendiarias cohortes explicare, quarum nobilissimæ erant Germanorũ, quæ & incipiente Imperio, & inclinante Romano, semper conductæ stipendio, cùm alibi, tum præcipuè Romæ, & uti stipatores pro custodia Imperatoris merebant. GERMANORVM, & quæ Germanicenses dictæ fuere, ad differentiam Germanicarũ, quæ contra Germanos ad Rhenum & Istrum, ex Romanis conflatæ, tantum limitem tuebantur. Erant uerò duplices huiusmodi cohortes: aliæ in urbe custodiæ Imperatorum seruiebant, foris aliæ inter reliquas auxiliares merebant. De huiusmodi cohorte Germanorum custodum meminit Tacitus libro primo: Additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant. Suetonius in Galba: Item cohortem Germanorum à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisq́ experimẽtis fidelissimam dissoluit, ac sine commodo remisit in patriam. Et rursus: Excepta Germanicorum uexillatione, hi ob recens meritum, quòd se ægros & inualidos magnopere fouisset, in auxilium aduolarunt. Meminit huius & Cor. Tacitus libro XIII: Cognitum id Neroni, excubiasq́ militares, quæ ut coniugi Imperatoris solitum, ut matri seruabãtur, & Germanos super eundem honorem custodes additos, digredi iubet. Idem libro decimoquinto: Volitabant per fora, per domos, rura quæq́ ei proxima municipiorũ pedites equitesq́ permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi externis. Idem libro decimoquinto: Germanica uexilla diu mutauere inualidis adhuc corporibus, & placatis animis, quòd eos à Nerone Alexandriam præmissos, impensiore cura Galba fouebat. Meminit earundem cohortium Romæ pro custodia merentium simul cum prætorianis, item Herodianus libro quarto, de Bassiano Antonio scribens: Cæterùm Germanos illos sibi omnes adiunxit, atque in amicitiam conciliauit, sic ut ex his socios bellorum & custodes corporum, ualidissimum quemq́ & pulcherrimũ sibi asciuerit. Idem libro octauo, cum Maximi ac Balbini necem recenseret: Augebant præterea eos Germani, quos in urbe secum Maximus retinuerat. nam futuros uindices sperabãt, si quid ipsi maius ausi forent. Loquitur autem de prætorianis, qui Maximum conabantur interficere. Et subdit: Nam audito Maximus uenisse ad se occidendum milites, qui Prætoriani appellantur, accersere statim Germanos auxiliares statuerat, quæ simul in urbe ipsa erant, ac resistere prætorianis uidebantur. De alterius uerò generis cohortibus Germanorum, foris, in exercitu manentibus, intelligenda sunt loca authorum. Taciti libro decimooctauo, cum prælium Othonis ac Vitellij describeret: Et cum uarijs trepidantium inclinationibus immixti remiges propugnatoresq́ turbarentur, desilire in uada, & ultrò Germani retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere: quæ cuncta in oculis utriusq́ exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremq́ cladis testabantur. Alludit ad easdem Germanorum stipendiarias cohortes, idem author libro decimooctauo historiæ Augustæ: Ac statim (inquit) missa cohorte Thracum depulsi, & consectantibus Germanis Rhœtisq́ per syluas atq́ in ipsis latebris trucidati. Meminit & Appianus libro quinto Ciuilis belli: Horridi porrò Aethnæ fœtores, & ingentes

Cohortes Germanorum.

Duplices Germanorum cohortes.

Germani custodes corporum Imperatorum.

Loca de Germanorum cohortibus.

A ingentes mugitus, fulguraq́ue circa exercitum latè splendentia, illos terruere, adeò ut Germani præ timore è stratis exciti, auditionem earum rerum quæ de Aethnæ fluxu referuntur, non inanem inter tot admiranda arbitrarentur esse. Porrò de Germanorum cohortibus auxiliaribus sub Maximino, scribit Herodianus libro septimo: Sequebatur etiam eundem Germanorum haudquaquam negligendus numerus, quos uel armis subegerat, uel in amicitiam societatemq́ue asciuerat. Idem libro octauo, cum Maximini & Balbini aduersus Maximium procinctum exponit: Stagnis (ait) paludibusq́ue inter Altinium ac Rauennã euacuatis, Maximium in urbe Rauenna inuenerunt, delectos ex urbe & Italia contrahentes milites, & Germanorum auxiliares, qui beneuolentiæ nomine publicè à popularibus missi fuerant. Meminit & Capitolinus in historia Maximini & Balbini. Alludit ad has cohortes Germanicas & Marcellinus, author inclinatis Imperij, libro uigesimonono: Hac Valentinianus gloria defraudatus, nec sua culpa, nec ducum, sed intemperantia militis, quæ dispendijs grauibus sæpe rem Romanam afflixit, adusq́ue quinquagesimũ lapidem terris hostilibus inflammatis, redijt Treuiros mœstus, ubi tanquam leo ob ceruum amissum uel capream, morsus uacuos concrepans, dum hostium disiecta frangeret timor, in Marciani locum Buccinobantibus, quæ contra Moguntiacum gens est Alemanna, Fraomarium ordinauit. Quem paulò postea, quoniam recens excursus, eundem penitus uastauerat pagum, in Britanniam translatum, potestate tribuni Alemannorum præfecerat numero, multitudine uiribusq́ue ea tempestate florentem. Porrò ne quis dubitet, Germanorum cohortem stipendio Romano & pro custodia Augustorum excubasse, docere uel hæc inscriptio Iteramnæ reperta potest:

B HILARIVS NERONIS CAESARIS CORPORIS CVSTOS NATIONE FRISAEO VIX. ANN. XXXIII.

Meminit uerò cohortis Frisiorum & Tacitus libro uigesimo: Namq́ue & Ciuilis illuc intenderat, non inualidus, flagrantissima cohortium suarum integra manu, & è Chaucis Frisijsq́ue composita, Galbiaci in finibus Agrippinensium agebat. *Cohors Frisiorum stipendiaria.* Sic eodem libro cohortium Batauorum, Tencterorum & Bructerorum meminit, qui speciales Germanorum populi erant: Media acies Vbijs Lingonibusq́ue data, dextro cornu cohortes Batauorum, sinistro Bructeri Tencteriq́ue. De cohorte Batauorum & Cornelius Tacitus libro decimooctauo: Iulius deinde Ciuilis periculo exemptus, præpotens inter Batauos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur: & erant in ciuitate Lingonum cohortes Batauorum octo, quartædecimæ legionis auxilia, tum discordia temporis à legione digressæ. *Cohors Batauorum stipendiaria.* Et iterum: Cohortes Batauorum, quas bello Neronis à quartadecima legione digressas, cũ Britanniam peterent, audito Vitellij motu in ciuitate Lingonum, Fabio Valenti adiunctas retulimus. Et rursus: Quippe Bebriacensi acie uexillarijs tantum pulsis, uires legionis nõ affuisse, remitti eos in Britanniã, unde à Nerone exciti erant, placuit, atq́ue inde Batauorum cohortes unà tendere, ob ueterem aduersus Quartadecimanos discordiam. Sic libro uigesimo: Mox occultis nuncijs pellexit Britannica auxilia, Batauorum cohortes missas in Germaniam, ut suprà retulimus, ac tum Moguntiaci agentes. Et iterum: Ipse pauidus torpore uisus militibus, neq́ue enim ambiguè premebant, emissos à Moguntiaco Batauorum cohorti dissimulatos Ciuilis conatus, asciri in societatem Germanos. Meminit Batauorum cohortium & Marcellinus, inclinantis Imperij scriptor, libro decimosexto: Quo cognito, opitulatum contubernalibus suis celeri cursu Bataui uenere, cum regibus formidabilis manus. Et libro uigesimoseptimo: Vnde cum consecuti Bataui uenissent,

nissent, & Heruli Iouijque, & uictores, fidentes uiribus numeri, egressus, tendensque A ad Lundonium oppidum, quod Augustam posteritas appellauit. Sic à principio eiusdem libri, cohortium Batauorum atque Herulorum, quę Teutonica utraque natio fuit, mentionem facit: Post cuius interitũ Erulorum Batauorumque uexillum direptum, quòd insultando tripudiantes barbari crebrò sublatum altius ostendebant, post certamina receptum est magna. Idem libro uigesimoquinto de cohorte Herulorum: Quibus compertis, Valentiniano, qui cum his redierat, regenda scutariorum secunda committitur schola: & Vitalianus consortio domesticorum iungitur, Herulorum è numero miles, qui multo postea auctus comitis dignitate, malè rem per Illyricum gessit. Fit & Tungrorũ cohortis mentio à Cornelio Tacito libro decimooctauo his uerbis: Aderant legati coloniarum auxilium orantes, duas Tungrorum cohortes, quatuor equitum turmas, uniuersam Treuirorum alam cum Iulio classico præfecto misit. Et iterum: Igitur nuncio allato, pulsam Treuirorum alam, Tungros à classe Othonis, & Narbonensem Galliam circumiri, simul cura socios tuendi, & militari astu, cohortes turbidas, ac si unà forent, præualidas, dispergendi partem Batauorum ire in subsidium iubet. Meminit & Sicambrorum cohortis Cornelius Tacitus, Romano in exercitu, libro quarto, ubi bellum in Thracia aduersus Rhœmetalcen gestum describit: Hic dum eminus grassabantur, crebra & multa uulnera fecere propius incedentes, eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sicambræ cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantu & armorum tumultu trucem haud procul instruxerat. Militabat huiusmodi cohors Romanorum, & inclinante Imperio, ut hæc uerba Marcellini coarguũt: Hanc Malarichus subitò nactus, etiam tunc squallens & mœstus, suamque & popularis Siluani uicem grauiter ingemiscens, adhibitis Francis, quorum ea tempestate in Palatio multitudo B florebat. Huc pertinent quæ de Sicambria ciuitate, & Sicambrorum legione in Pannonia sub Valentiniano in limite Istri præsidium agitante, Annales Hungariæ referunt, & eius loci uestigia ostendunt in Schambri loco ruinoso, haud procul à Buda. Et ut de Germanorũ cohortibus pergam, auxiliares erant & in Aphrica contra Gildonem, ut Claudianus testatur in oratione Stiliconis adhortatoria ad Honorium:

Cohortes Batauorum stipendiariæ. *Cohortes Tungrorum stipendiariæ.* *Cohortes auxiliariæ Sicambrorum.* *Sicambria ciuitas in Pannonia.* *Sicambrorum & Germanorum cohortes in Africa.*

Hortator me cogit auus, quoniam usque remoti
Cunctamur: decuit pridem complere biremes,
Et pelagi superare moras. transmittere primus
Ipse paro: quæcunque meo gens barbara nutu
Stringitur, adueniat: Germania tota feratur,
Nauibus & socia comitentur classe Sicambri,
Pallida translatum iam sentiat Africa Rhenum.

Sic Scotus in codice Præfecturarum primam & septimam Francorum in limite Thebaidos sub dispositione Ducis illius enumerat. Cõmemorantur & cohortes alæque Rhœtorum Romanis stipendia fecisse. Vnde Cornelius libro decimooctauo: Hinc Cecinna cum ualido exercitu, inde Rhœticæ alæ cohortesque, & ipsorum Rhœtorum iuuentus sueta armis, & more militiæ exercita. Ad huiusmodi cohortem Rhœtorum alludit monumentum quod Moguntiæ repertum est,

Cohortes Rhœtorum stipendiariæ.

ATTIO LANI F. MONTANVS ANNORVM XLV
COR. RHOETORVM STIP. XIX. H. S. E.

Refert præterea codex Præfecturarũ Romanar. apud Gunciam, ubi traiectus fuerat

A fuerat in Nariscos, & pons Danubij, cuius subinde Panegyristæ meminerũt, hodie Grinczenburg ditionis Austriacæ, cohortes fuisse, & præsidia militum Vrsariensium: à cuius nomine fortasse longè antiquissimus Germaniæ ducatus, qui iam esse desijt, nomenclaturam accepit, Vrsplingen uidelicet. Manet adhuc in Rhœtię ea parte nõ procul à Guntia cœnobium Vrspringense ditionis eiusdem: unde Abbas nimirum ille cognominatus est, cuius Chronica extant. Sic de Noricorum cohortibus libro decimonono legitur eiusdẽ authoris locus: Igitur Sextilius Fœlix cum ala Auriana & septem cohortibus, ac Noricorũ iuuentute ad occupandam ripam Oeni fluminis. Idem Vangionum, Tribochorum & Caracatorum (quæ omnes gentes fuere Teutonicæ, à Rheni ripa in Galliam extentæ) cohortes enumerare subinde uidetur. Siquidem libro uigesimo sic scribit: Mox ubi duces exercitusq; Romani propinquabant, honesto transfugio rediere, secutis Tribochis Vangionibusq; & Caracatibus. Idem de Cauchorũ cohorte libro duodecimo, de Neruiorum cohortibus libro uigesimo: Et Neruiorum cohortis metu seu perfidia latera ministrorum nudauere. Fuit hæc cohors amplissima, & magno loco, inclinante Imperio: cuius erat rota signum, de qua multa sæpe Ammianus: quæ nos seorsim, cum de legionibus agimus, prosequimur. Alludit ad Breuiorum & Cottiorum cohortes, & inscriptio Vuormaciæ reperta:

Cohors Vrsariensium.

Cohors Vangionũ & Tribochorum.

Cohortes Neruiorum stipendiariæ.

Cohortes stipendiariæ Breuiorũ & Cottiorum.

I. O. M.

LOCTANIVS CELER PRAEF. COH. VII. BREV. ET COTTI.

Et quia de Germanicis populis hic mentio incidit, inuenio & inclinante Imperio Quadorum Alemannorumq; cohortes Romanis in Thebaica meruisse. Sic enim Scotus in reipubilicę Theodosij & Honorij explicatione, alam primam Quadorum in Oasi minori Trintheos, cohortem nonam Alemanorum Burgo-
B seueri, & undecimam Chamauorũ Peamu, omnibus Thebaidos municipijs, collocare uidetur: quemadmodũ & cohortem primam Gothorum in Augusto Eufratensi Helelæ, & primam Vlpiam Dacorum ibidem ad Claudianam cõmemorat. Erant inter cohortes stipendiarias, & cohortes aliarum nationũ, utpote Thracum, Pannoniorũ, & aliarum nationum, Mœsiorum, Ligurum, Adiabenorum, Arabum, quæ Romanis conductæ strenuam sæpe in bellis operam ediderunt, de quibus crebra fit apud authores mentio. Sic legitur apud Tacitum libro decimooctauo. Ac statim immissa cohorte Thracum depulsi, & cõsectantibus Germanis Rhœtisq; per syluas, atq; in ipsis lateribus trucidati. De hac Velleius: Antea pars quę obuiã se effuderat (inquit) exercitu quẽ A. Cecinna & Syluanus Plautius consulares, ex transmarinis adducebant prouincijs, circumfusa quinq; legionibus nostris auxiliaribusq;, & equitatu regio. Quippe magna Thracum manu iunctis prædictis ducibus. Alludunt ad hanc & monumenta, quorum Neapoli legitur unum cum hac inscriptione: M. VECTIO M. F. PAPIO EQVO PVBLICO PRAEF. COH. VI. THRACVM. Leguntur & Pannonij Romanis stipendia fecisse, ut Tacitus libro decimooctauo: Capta Pannoniorũ cohors apud Cremonam, interempti centum equites, ac mille classici. Et iterum: Duodecim equitum turmæ, & lecti è cohortibus, aduersus hostes iere. Quibus adiuncta Ligurum cohors, uetus loci auxilium, & quingenti Pannonij nondũ sub signis. Habuit in suo exercitu Pannoniorum cohortes & Maximinus Thrax, de quibus Herodianus libro septimo: Igitur præmittere Pannoniorũ cohortes decreuit, quibus fretus maximè erat, quiq; primæ Imperatorem consultauerant. Idem libro octauo: Sed ubi planiciem attigerunt, nunciant exploratores maximam Italiæ urbem Aquileiam portas clausisse: Pannoniarum acies, quæ præerat, acriter murum oppugnasse. De Mœsiorũ cohortibus deniq;, Marcellinus libro 20. Moto ergo

Cohortes stipendiariæ aliarum nationum barbararum.

Cohortes Pannoniorum stipendiariæ.

Cohortes Mœsicorum stipendiariæ. uelitari auxilio, Herulis scilicet & Batauis, numerisque Mœsicorum plurimis adulta hyeme, dux antè dictus, Bononiā uenit. Huc pertinet & locus qui est apud Flauium Vopiscum, in historia Aureliani, cum Valeriani Cæsaris ad Aurelianū epistolam recitat: Fac quicquid potes: multa non dico, in tua erit potestate militiæ magisterium: habes sagittarios Ituræos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum & quinquaginta, Saracenos ducētos, Mesopotamios auxiliares quadringentos. A

Cohortes barbarorum auxiliares. Cohortes Albicorum. Cohortes bucolicorum. Huc fortasse possunt retorqueri quæ de cohorte Albicorū Cæsar lib. 1 Ciuilis belli, & de cohorte bucolicorū Vulcatius in Casio refert. de quorum Albicis Cæsar ita scribit (arbitror autem fuisse rusticos homines montanos, von der Alben:) Ita cognito hostium aduentu, suas naues ex portu educūt, cum Massiliensibus cōfligunt: pugnatum utrinque est fortissimè atque acerrimè, neque multum Albici nostris uirtute cedebāt, homines asperi & mōtani, exercitati in armis. De Bucolicis Vulcatius in Casio: Nam & cum Bucolici milites per Aegyptum grauia multa facerent, ab hoc retrusi sunt.

Cohortes auxiliares quomodo differāt à stipendiarijs. AVXILIARES erant sociorum populorum cohortes, stipendio non populi Romani, sed ipsorum conductę: uti fuerunt tempore belli Istrici Placentina & Firmiana, quarū Liuius meminit libro primo Decadis quintę. Et rursus contra Gallicas nationes eductę cohortes, Mariniana, Vestina, de quibus Liuius libro quarto Decadis quintæ.

Vetustiores cohortes auxiliorum. Meminit & Pelignæ cohortis Salustius in Iugurtha: Præterea ire sagittarij, & cohors Peligna, cū uelitaribus armis, itineris properādi causa. Idem Liuius libro quinto Decadis tertię in secundo Punico, meminit cohortis Pelignę. Alludūt ad huiusmodi auxiliares cohortes, Cæsar libro quarto Ciuilis: Rex Bogud cum copijs uenit, adiungitque ei legionem quā secum adduxerat, cōplures cohortes auxiliares Hispanorū. Et Tacitus multis in locis, primùm omnium lib. 1. Sequitur dolorem militum Cæsar, mutuoque ponte transmittit, duodecim millia è legionibus, sex & uiginti socias cohortes. B Et subijcit: Exciuit ea cędes Bructeros, Tubātes, Vsipetes, saltusque per quos exercitui regressus insedere, quod ignarum duci, incessitque itineri & prælio pars equitum, & auxiliarię cohortes ducebantur. mox prima legio, &c. Et iterum: Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliariū millia & tumultuarias cateruas Germanorum cis Rhenum colentium, Cecinnæ tradit: totidemque legiones, duplicem sociorum numerum ipse ducit. Idem lib. 9: Postero die legionibus ad muniendū retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrū missæ, ut specie parandarum copiarum, ciuili pręda miles imbueretur. Et iterum: Vt Vipsanus Messala tribunus cum Mœsicis auxiliaribus adsequitur, quos militiæ gloria legionarijs, quanquam raptim ductos, æquabat. Idem lib. 18. Ad duodecimum à Cremona, locus castrorum uocatur, fœrocissimus imminentibus uię lucis occultos imponit, equites procedere longius iussit. Meminit idem & cohortium auxiliariorum gladiatorum eodem libro: Ac deforme insuper auxilium, duo mille gladiatorū, sed per ciuilia arma etiam seueris ducibus usurpatum. Et alibi: Accessit recens auxilium Varenus Alphenus, cum Batauis, fusa gladiatorū manu, quam nauibus transuectam opposita cohorte in ipso flumine trucidauerant. Huc alludit & Appianus Alexan. libro quinto Ciuilis belli: Legiones tres Cæsari aderant, equites quingenti, nullis tamē equis adsistentibus, leuis armaturæ mille, ex socijs sorte electis duo millia numero. Huc pertinent & illa uerba Vulcatij Gallicani in historia Casij: Cum exercitum duceret, & inscio ipso manus auxiliaria, centurionibus suis authoribus, tria millia Sarmatorum negligentius agentiū in ripis Danubij occidissent. Atque tantum de auxiliaribus cohortibus, quarum erāt nimirū, quas Liuius Decade quinta cōmemorat, Placentina, Formiana, Peligna, Vestina, & Mariniana, à municipijs unde erant missæ, sic dictæ. Meminit & Hostiensis Cor. Tacitus libro

A lib.18. Addidit tentam cohortem, quę Hostiæ ageret. Sic Cæsar lib. 1 Ciuilium, cohortis Illergouiensis nomen citat. Monumentũ repertum Veronæ, in pago Porto, cohortis primæ Cringenorum nomen repræsentat:

Cohors Ilergouiensis auxiliaria.

C. LIGVRIVS L. F. VOL. ASPER Ↄ COH. I. CRINGENOR.

Cum in eodẽ monumẽto prius uallis Pœninæ & Vindelicûm mentionẽ fecisset.

Cæterùm non possum silentio transire, quod scribit Modestus de Vocabulis castrensibus: Legionibus semper (inquit) auxilia, tanquam leuis armatura in acie iungebantur, ut in ijs præliandi magis adminiculum esset, quàm principale subsidiũ. In omnibus authoribus inuenitur, singulos consules aduersum hostes copiosissimos, non amplius ꝙ binas duxisse legiones additis auxilijs sociorũ. Tanta in illis erat exercitatio, tãta fiducia, ubi cuiuis bello duæ legiones crederent̃ sufficere posse. Erant porrò Imperio iam constituto aliæ, quæ subinde in monumentis occurrũt, & quæ locis nomina indiderunt: prima Flauia Britannica, Fabiana tertia Britannica, prima Seuerina, prima Damascenorũ, prima Thracũ, prima Macedonica, quinta Dalmatica, septima Brium, septima Cottiarũ: ad quas monumenta alludunt. Referuntur deniq; inter cohortes auxiliares & Comitatenses, quę sequebantur Augusti comitatum, id est aulam. Marcell. lib. 20. Qui ut hostis implacabilis incrementis uirium adolesceret, ad abolendum ea comitatensi auxilio militis pauci Theodosius magister equitum mittere de comitatu Augusti, &c.

Cohortes auxiliariæ recentiores, unde municipia nomina sortita sunt.

Cohortes Comitatenses.

In S. Vito, oppido Carinthiæ de prima Flauia:

VICTORIAE AVG. SAC.
M. BELL. SATVRNINVS
B TRIB. COH. I. FLA.
BRIT. ET FINIT. VER
BIC. CVM BELL. SA-
TVRNINA BEL. FINI-
TI AN. FINIS VOTVM
FVSC. SOL. L. L. M.

Prope Lauffen, in ripa Saltze flum. episcopatus Saltzburgensis, de prima Seuerina:

M. ATTIVS MARCEL
LINVS VET. COH. P.
S. OB. AN. XXXV.
MARCIVS MAES. V. T.
F. MAER. M. C. V. B.

Bauaria haud procul à Phering, de prima Macedonica.

IN HONOR. D. D. T.
MERCVRIO VETV-
STATE CONLAPS. M.
CORNEL. ROGATV
PRAEF. COH. I. M. S. SV
ISQVE R. CON. M. F.
ET REST.

Viennę repertũ, quod in meis ædibus adseruatur, de cohorte Fabiana, unde Fabianæ nomen loco:

DEORVM PROSPERITA
TI G. MARCI. G. MAR-
CIAN. DEC. MVN. VIN-
DO. VATES AEDIL. ET
IIVIR PRAEF. COHOR.
FABI. V. S. L. L. M.

Bergomi in Italia, de prima Damascenorum:

C. CORNELIO C. F. VOT.
MINICIANO PRAEF.
COH. PRIM. DAMASCE-
NOR. TRIB. MIL. LEG.
III AVG. PRAEF. FABR.
CVRATORI REIP. OTE
SINORVM.

Mogũtiæ, in domo Scholastici templi S. Stephani, de quinta Dalmatica:

P. L. AS. SIF. DOCLEAS
MIL. EX COHORTE V.
DALMATARVM D. CA-
PITONIS ANNO XXXV.
STIP. VI. H. S. F.

In Bauaria, haud procul ab Abensperg, de tertia cohorte Britannica:

NVNC. R. ET MINE
RV. SAC. CENO
COH. III. BRIT. A-
RAM ET FL. FELIX
PRAEF. EX VOTO
POSVIT L. M. DE-
DICAVIT KAL. DEC.
GENTIANO ET BAS
SO COSS.

Bormatiæ, de prima Thracũ, & 7 Briu.

I. O. M.
L. OCTAVIVS CE-
LER. PRAEF. COH.
VII. BRIV. ET COH.
I. THRA.

In agro Comensi, de VII Lusitanica:

L. CALPVRNIVS L. F.
O. V. F. FABATVS VI
VIR IIII I. D. PR. M.
PRAEF. PRAET. TRI
BV. M. LEG. XX. RA-
PAC. PRAEFEC. CO
HORTIS VII. LVSI
TAN. ET NATION.
GETVLICAR.

Pp 3 Porrò

Cohortes auxiliares inclinātis Imperij.

A

Porrò in libro Prȩfecturarū Rom. qui militiā inclinātis Imperij cōprehēdit, cohortes siue manus auxiliares in limitibus Ro. ditionis excubātes cōtra barbaros, recensent sub magistro militū prȩsentiali uno, auxilia Palatina 18, uidelicet Bataui seniores, Braccati iuniores, Salij, Constantiani, Matoiaci seniores, Sagittarij seniores Gallicani, iuniores Gallicani, Defensores, Metobarij, Anglouarij, Hiberi, Vrsi, Isauri, tertiosagittarij Valentis, Felices Honoriani iuniores, Victores, Tertio-theodosiani, & felices Theodosiani. Præterea sub magistro militię præsentiali altero enumerātur 15 auxilia Palatina, uidelicet Regij, Cornuti, Tubātes, Martiarij iuniores, Sagittarij oriētis seniores, Sagittarij orientis iuniores, Sagittarij Dominici, Vindelici, Buccinobātes, Falconarij, Turingi, Thraces, Felices Theodosiani, Felices Arcadiani iuniores, secundo Theodosiani. Rursus sub magistro militiæ per Thracias, auxiliares nominantur, Constantij seniores, Diuitenses Gallicani, Lancearij Scobenses, Cōstantini Daphnenses, Solenses Gallicani, Solenses seniores, Pannoniciani iuniores, Augustenses, Valentinianenses, Menappij. Denique sub magistro militię per Illyricū occidentale, idē codex Præfecturarū enumerat auxilia Palatina 5. Hastarios seniores, Hastarios iuniores, Petulantes iuniores, Sagittarios lectos, Inuictos iuniores, Antecoctos. Aliter uerò lib. Noticiarum, occidētis cohortes 6 auxiliares eodem tractu describit: Ascarios seniores, Ascarios iuniores, Petulantes iuniores, Sagittarios lectos, Inuictos iuniores, & Antecoctos.

Per Illyricū uerò occidentale, intra cuius tractum sitæ prouincię Austriacæ inferiores sunt (de quibus noster est omnis sermo) recensentur manus auxiliares uigintitres eodem in libro Noticiarum occidentis: Sagittarij Tungri, Iouij iuniores, Sequani, Rhœti, Sagittarij uenatores, Latini, Valentinianenses Fœlices, Honoriani uictores, Saguntienses, Tungri, Mauri, Honoriani seniores, Mattiarij, Honoriani Gallicani, Tertiani, Paratrauenses, Mauri cetrati, Propugnatores iuniores, Lancearij Laureacenses, Laurearij Comagenenses, Valentinianenses & Catarienses. Huc spectant & quæ Palatina auxilia idem author appellat, & sub dispositione Viri illustris magistri peditum in præsenti recenset ordine, Cornutos seniores & iuniores, Braccatos seniores, Petulantes seniores, Herulos seniores, Batauos Mattiacos seniores, Mattiacos iuniores, Arcarios iuniores, Iouios seniores, sagittarios Neruios, Leones seniores & iuniores, Exculeatores iuniores & seniores, Sagittarios Tungros, Tubantes, Salios, Gratos, Fœlices seniores & iuniores, Gratianēses seniores & iuniores, Bructeros, Ambsuarios, Rhœtos, Sequanos, Brisgauos seniores & iuniores, Mauros Honorianos seniores & iuniores, Mauros Thoantes seniores & iuniores, Tungros, Seguntienses, Britānicianos, Neruios, Sagittarios Gallicanos, Fœlices iuniores Gallicanos, Celtas iuniores, Inuictos iuniores, Fœlices Valentinianenses, Honorianos uictores iuniores, Honorianos Arcarios seniores, & Honorianos Gallicanos. Atque horū omnium auxiliorum crebrò mentio authoribus inclinantis Imperij, & præcipuè Ammiano fit, cuius ordine testimonia adferemus. De Iouia cohorte, cuius in uexillo flaua aquila erat, libro uigesimosecundo: itidemque Iouino magistro equitum, per Illyricum recens prouecto: qui omnes transgressi Chalcedona, præsentibus Iouianorum Herculeanorumque principijs & tribunis, causas uehementius æquo bonoque spectauerunt. Idem libro uigesimonono: Claudium & Salustiū ex Iouianorum numero adusque tribunatus dignitates progressos accusabat quidam, uilitate ipsa despectus. Ad hanc & Claudianus poeta alludit hocce carmine:

B

—Iouiamque cohortem
Rex ducit superûm, premitur nec signifer ullo
Pondere, festinant adeò uexilla moueri.

A *Neruius insequitur, meritisq; uocabula Felix,*
Dictaq; ab Augusto legio, nomenq; probantes
Inuicti clypeis animosi teste Leonis.

Ex quo carmine & Neruiorum cohortem auxiliarem colligimus: cuius rotam uexillum habuisse, liber Noticiarum cõmemorat. de qua crebra Marcellino mentio fit. Meminit initiantis Imperij author & Cor. Tacitus lib. 20. Cædes inde, non prælium: & Neruiorũ cohortes metu, seu perfidia, latera nostrorũ nudauerant. De Batauorum & Herulorum cohortibus Marcell. lib. 29: Ob hęc & similia percitus, metuensq; ne augerentur in maius, simulante ut ferebatur præfecto Florentio, Decentium tribunũ & notarium misit, auxiliares deinde protinus abstracturum, Herulos & Batauos, cumq; Petulantibus Celtas. Herulos Romano in exercitu militasse, & Procopius author est lib. 3 de bello Gotthorum, cum Totilæ Gothorum regis adhortationẽ ad suos milites recenset: Non enim (inquit) existimetis, Hunnos Longobardosq; & Erulos, quos Romani mercenarios habent, pecuniaq; cõductos, mortis discrimen pro his prælio subituros. De cohorte Celtarũ & Petulantiũ Marcell. lib. 20 ita scribit: Hocq; cõperto, apud Petulantium signa famosum quidam libellum humi proiecit occultè. Et rursus: Sed cum ad latebras secessisset occultas accidentiũ uarietate perterritus Iulianus, aliquis Palatij decurio, qui ordo est dignitatis, pleniore gradu signa Petulantium ingressus, atq; Celtarum, facinus indignum turbulentè exclamat. Et rursus eodem: Statimq; ne turbandæ dispositioni consultè tempus saltem breue cõcederetur, pro actuarijs obsecrauere, Petulãtes & Celtæ, recturi quas placuisset prouincias, mitterẽtur. Idẽ lib. 21: Quod ne dissimulatũ rediuiuas bellorum materias excitaret, Libinonem quendam comitẽ, cum Celtis & Petulantibus misit, hyemantibus secũ. Idem lib.
B 22. Per plateas ex publicis ædibus, ubi uindicãdis potius quàm cędendis cõuiuijs indulgebant, ad sua diuersoria portarẽtur, Petulantes ante omnes, & Celtæ, quorum ea tempestate confidentia creuerat ultra modum. Describit idem author & Braccatorum Cornutorumq; cohortes auxiliarias, quarum altera in uexillo duo cornua inflexa, altera glandem usurpabat, cum duabus circà uolitãtibus auiculis. libro enim 15. In hoc æstu (inquit) mentis ancipiti, ad affectũ tendens consilium, occulta scrutabamur indagine: sederatq; tandẽ, mutatis præ timore sæpe sententijs, ut quæsitis magna industria cautis ministris, obstricto religionũ consecratione colloquio Braccati solicitarentur, atq; Cornuti, fluxioris fidei & ubertate mercedis ad momentum omne uersabiles. Et libro postea decimosexto: Doctus deniq; exploratorum delatione recens captorum, æstate iam torrida fluuium uado posse trãsiri, hortatus auxiliares uelites, cum Baynobaudo Cornutorum tribuno misit, facinus memorabile, si iuuisset fors, patraturos. Et iterum: Cornuti enim ac Braccati usu præliorum diuturno excipiunt eos, iam gesturientes barritũ ciere uel maximum. Ad huiusmodi Braccatorũ cohortem alludit inscriptio Romana:

Insigne Neruiorum cohortis.

Herulorum cohors auxiliaris.

Cohors Celtarum & Petulantium auxiliaris.

Braccatorum & Cornutorum cohortes auxiliariæ.

P. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAE AEDIL. CVR. HONOR. VSVS AB IMP. EQVO PVBLICO HONOR. PRAEF. COHOR. II. BRACAR. AVGVSTAN. TRIB. MIL. LEG. X. FRETENS. A DIVO TRAIANO IN EXPEDITIONEM PARTHICAM DONIS DONATI PRAEFECTO ALAE VI.

De Gothorum cohortibus auxiliaribus, extat locus apud Sidonium in Panegyrico soceri:

Insuper & Geticas præmissus continet iras,
Messianus: adhuc mandasti, & ponimus arma.

Gothorum cohortes auxiliares.

A

Quid restat, quod posse uelis? quòd non sumus hostes,
Parua reor: priscoq; mihi si notus in actu es,
Auxiliaris ero: uel sic pugnare licebit.
Hæc secum rigido uersus dum corde uolutat,
Ventum in conspectum fuerat. Rex atq; magister
Propter constiterant: hic uultu, tractus at ille
Læticia erubuit, ueniamq; rubore poposcit.

Gentilium cohortes auxiliares.

Ad hæc erant inter cohortes auxiliares, inclinante Imperio, & Gentilium scutariorumq;, quarum Marcell. mentionem facit lib. 16. Hæc solicitè perpensantē, hostilis adgreditur multitudo, oppidi capiundi spe in maius accesa: ideo cōfidentes, quòd nec scutarios adesse prodentibus perfugis didicerant, nec Gentiles per municipia distributos, ut commodius uescerentur. Idem lib. 20: Et super auxiliarijs quidem & trecentenis cogendis ocyus proficisci, Lupicinus conuentus est, solus transisse ad Britannias nondum cōpertus. De Scutarijs autē & Gentilibus excerpere quemq; promptissimum, & ipse perducere Sintula iuberetur, Cæsaris stabuli tunc tribunus. Et iterum: Iratus ultra modum Constantius, nec discusso negocio, nec patefieri quæ scientiam eius latebant, præmissis ad petitū calumnijs deposita militia digredi iussit ad ocium, Agilone ad eius locum moderandum à se promoto, ex Gentilium scutariorum tribuno. De Scutarijs & gentilibus meminit & Marcell. lib. 20. In compendium redigam breue: Equos præbebo curules Hispanos, & miscendos gentilibus atq; scutarijs adolescentes lectos quosdam, cis Rhenum editam Barbarorum progeniem. Et iterum lib. 21. Itidemq; & Neuitæ magisterium commisit armorum, Gumoarium proditorem antiquum timēs, quem cum scutarios regeret, latenter prodidisse Veteramonem suum principem audiebat. Idem de schola scutariorū prima & secunda Marcell. lib. 22. Romanus quinetiam, & Vincentius, Scutariorum scholæ primę secundæq; tribuni, agitasse conuicti quædam suis uiribus altiora, acti sunt in exiliū. Cæterùm de scutarijs, qui erant adhuc ineunte Imperio, meminit & Cæsar lib. 1 Ciuilis belli: Erant, ut suprà demonstratum est, legiones Afranij tres, Petreij duæ, Scutatæ citerioris prouinciæ & Cetratæ ulterioris Hispaniæ, cohortes circiter octingentæ. De Mattiariorum auxiliari manu, qui & Lancearij dicebantur, Marcell. lib. 21. Qua gratia in læticiam Imperator uersus ex metu, concione mox absoluta, Arbetionem ante alios faustum ad intestina bella sedanda ex antè actis iam sciēs, iter suum præire cū Lancearijs & Mattiarijs & cateruis expeditorum præcepit. Erat aūt Mattium locus in Cattis, ubi hodie Mardburgum Hassiæ mutatis est literis denominatū: de quo Cor. Tacitus lib. 1. Sed Cattis adeò improuisus aduenit, ut quòd imbecillum ætate ac sexu statim captum aut trucidatum sit, iuuentus flumē Adranam nando transmiserit, Romanosq; pontē cœptantes arcebāt. Deinde tormentis sagittisq; pulsi, tentatis frustra cōditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui omissis pagis uicisq; in syluas disperguntur. Cæsar incenso Mattio (id genti caput) aperta populatus uertit ad Rhenum. Et quia Lanceariorū mentio fit, inuenio in lib. Præfecturarū, Lancearios Illyrici occidentalis Comagenenses & Laureacenses, à Comageno scilicet & Laureaco munimentis Norici ripensis denominatos, recenseri: de quibus est inscriptio in Ipsio Austrię, & locus inter Laureacum & Comageni rudera medius est,

Cohortes scutariorum auxiliares.

B

Schola scutariorum.

Mattiariorum auxiliares cohortes.

Mattium ciuitas in Cattis.

Lanceariorū cohortes.

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI VALENTIS ET GRATIANI PERENNIVM AVGVSTORVM SALVBERRIMA IVSSIONE HVNC BVRGVM A FVNDAMENTIS ORDINANTE VIRO CLARISSIMO

EQVI-

A EQVITIO COMITE ET VTRIVSQVE MILITIAE MAGISTRO INSISTENTE ETIAM LEONTIO P. P. MILITES AVRELIANES LAVREACENSES CVRAE EIVS COMMISSI CONSVLATVS EORVNDEM DOMINORVM PRINCIPVMVE NOSTRORVM TERTII AD SVMMAM MANVM PERDVXERVNT PERFECTIONES.

Ad has cohortes auxiliares referũtur & Superuentores, ac Præuentores, quarum & Marcell. & liber Præfecturarũ meminere, & inclinante Imperio celebres erãt, de quibus Marcell. lib. 19. Et Tricensimiani decimiq; Fortẽses, & Superuentores, atq; Præuentores, cum Aemiliano iam comite, quos tyrones tum etiã Nouellos hortante memorato adhuc protectore erupisse Syngara, Persasq; fusos in Samnium retulimus trucidasse quamplures. *Cohortes superuentorũ et præuentorum auxiliares.* SPICVLATORIAE, fortè à spiculis, quibus Principem instar lateronum & satellitum defendebant. *Cohortes Spiculatoriæ.* Meminit uerò obiter, quòd sciam, cohortis hoc nomine, Appianus Alex. lib. 3 Ciuilis belli: Ille uerò nocte adhuc instante circa forum tabernaculis appositis, spiculatoriã conuocat cohortem, à signo prodeuntẽ. Qua ex re conturbata popularis concio, Antonio ob Cæsarem fauere instituit. Huc pertinent quæ de spiculatoribus Cæsar in Cõmentarijs ciuilis belli scribit lib. 6. & Cor. Tacitus lib. 17. Ibi tres & uiginti spiculatores consalutatũ Imperatorẽ, ac paucitate salutantium trepidum, & sellæ festinanter impositum, strictis mucronibus rapiunt. Et iterum: Tum aduenere missu Othonis, nominatim in cædem eius ardentes, Sulpitius Florus è Britannicis cohortibus, nuper à Galba ciuitate donatus, & Statius Marcus spiculator: à quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur. Et iterũ: Dilapsis spiculatoribus, cætera cohors non aspernata concionantem, ut turbidis rebus euenit, timore magis quàm & nonnullo adhuc consilio parat signa. Porrò quid spiculũ fuerit, B docet Liuius primo belli Macedonici: Ad Monetæ duarum hastarum spicula arserunt. Sic Virgilius undecimo Aeneidos:

Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Et iterum quarto Georgicorum:

— Et spicula cæca relinquunt.

Porrò alij à spiculatoribus erãt Speculatores, qui scilicet ad speculandas res hostium mittebantur. de quibus loca autorum intelliguntur, Cæsaris sexto Com. ciuilium: *Cohortes speculatoriæ.* Sequente die cum iter facere Cæsar cum copijs uellet, renunciatũ est à spiculatoribus, Pompeiũ de tertia uigilia in acie stetisse. Dionis in Traiano: Rumoris de hoste falsa plerunq; dissipabat, etiam aduersus ea quæ speculatores exposuissent. Marcell. lib. 21. Speculatores uerò ac trãsfugę subinde uenientes pugnantia prodebãt. Ac extat mentio COHORTIVM exploratorũ Scoto in codice Præfecturarum inclinantis reip. qui nominatim in diœcesi Mœsiæ primæ, & sub dispositione ducis illius pręfecturarum, meminit exploratorum in castris Augusto Flauiensibus, item exploratorum Nonis, exploratorum Taliatæ, exploratorum Zmyrnæ, & militum Vincentiensium Laedenatæ. Cæterùm finiturus iam eram sermonẽ de spiculatoria cohorte, cum uenit mihi in mentem Protectorum ac Stipatorum, qui & ipsi laterones siue satellites erant, Græcis σωματοφύλακοι, & solo genere armorum à spiculatoribus differebant, ut nostro seculo Harchieri ac Drabanti. de protectoribus Capitol. in Maximino: Et appellatus ab omnibus Afris Augustus cum filio apud oppidum Tistrum, inde Carthaginem uenit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. *Cohortes protectorum.* Spartianus in historia Caracallę: Per Thracias unà cum præfecto pretorio iter fecit, inde cũ in Asiam traijceret, naufragij periculum adijt, antenna fracta, ita ut in scapham cum protectoribus descenderet. Marcell. libro decimoquinto: Missus igitur ad eos corripiendos Teutomeres protector domesticus, cum collega, onustos omnes catenis, ut

mandatum est, perducebat. Idem libro decimoquarto: Dumq; ibi diu moratur, commeatus operiens, quorum translationem ex Aquitania Aruerni imbres solito crebriores prohibebant, auctiq; torrentes, Arculanus aduenit, protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius. Sic de stipatoribus similiter scripsere, Cornelius Tacitus libro undecimo historiæ Augustæ: Erat is in exercitu cognomento Fauius, insignis fide, & amisso per uulnus oculo paucis antè annis duce Tiberio. tum permissum, progressusq; salutatur ab Arminio: qui amotis stipatoribus, ut sagittarij nostra pro ripa dispositi abscederent postulat. Iulius Capitolinus in Maximinis: Tum ille more solito septē fortissimos uno sudore uicit, solusq; omnium à Seuero, post argentea præmia, torque aureo donatus est, iussusq; inter stipatores corporis sui semper in aula consistere. Idem in Balbino: Et cum iam paratum esset, ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romæ remaneret, milites occasionem quærentes occidendorum principum, cum primò inuenire uix possent, quia Germani stipabant Maximum atq; Balbinum, quotidie ingrauescebant. Idem author in Clodio Albino: Et has quidem literas missis stipatoribus fidelissimis dedit. Quibus præcepit, ut epistolam publicè darent. Sic Aelius Lampridius in Alexandro: Deniq; etiam signa stipatores, & hi qui Imperatorem circundederant, in castra retulerunt, arma collecta populus ad palatium tulit. Marcellinus libro decimoseptimo: Stansq; in aggere celsiore cum paucis, & stipatorum pręsidio tectus, eos ne ferocirent lenius admonebat. COHORTES PRAEFECTORIAE, hoc est, quæ præfectorum ac Prætorij peregrini in limitibus curā gerebant: quarum extat mētio in monumēto Gardensi ad parietē templi, ubi est lacus Benacus:

Cohors stipatorum.

Præfectoriæ cohortes.

P. EPPIVS P. F. FAB. RVFFVS MIL. COHOR. II.
PRAEF. F. I. ARBITR.

Cohortes municipales.

COHORTES municipales, quæ fortasse municipij stipendio pro tutela magistratus ciuitatisq; alebantur. Cuius meminit cognominis inscriptio Veronensis, in æde S. Ambrosij:

L. GALLIO L. F. ROM. COHORTE II. MV. GELIVS. FRATERQ.
CAECILIO C. F. MATERLO IMPERATORI ITALICI QVEI AR-
GEIS NEGOTIANTVR Q. VOLTEIOS Q. L. MENODO
RVS M. P. L. F. EROS.

Cohortes stationariæ.

COHORTES STATIONARIAE, uel uigilum, à stationibus & uigilibus nuncupatæ, quæ pro custodia portæ in præsidijs, uel procul à castris ad obseruanda hostium consilia collocabantur, tanquā in insidijs: ut nostro adhuc tēpore fieri in ea custodia solet, quā à clypeorū tegmine Germani Schyltwacht appellamus. Meminit Cor. Tacitus sub finem lib. 11. Decius quoq; Calphurnianus uigilum præfectus, Sulpitius Ruffus ludi procurator, Iuncus Virgilianus senator, eadē pœna affecti. Idē sub finē lib. 12. Tunc medio diei tertiū ante Idus Octob. foribus palatij repētè diductis, comitāte Burro, Nero egreditur à cohorte, quæ more militię excubijs adest. ibi monente præfecto, festis uocibus exceptus, inditur lecticæ. Rursus lib. 13: Cognitū id Neroni, excubiasq; militares, quę ut coniugi Imperatoris solitum, & ut matri seruabantur. Et lib. 17: Eò paulatim progressus, ut per speciem cōuiuij, quoties Galba apud Othonē epularetur, cohorti excubias agenti, uiritim centenos nummos diuideret. quā ueluti publicā largitionē Otho secretioribus apud singulos præmijs intendebat. Et iterū: Omnia deinde arbitrio militū acta: prætorij præfectus sibijpsi legere Plotiū Firmū, è manipularibus quondā, tum uigilibus præfectū, & incolumi adhuc Galba partes Othonis secutū. hęc ille. Erāt porrò uices ac ordines quidā in castris, quibus tales cohortes, uel ex his centuriæ manipu-

A manipuli'ue ad uigilias collocabantur, quod deducere custodias Liuius uocare solet: quos subinde tribunus cum tesserarijs, an uigilareut, obseruare cogebatur. Inuenioq; quatuor præcipuè Romano in exercitu uigilias extitisse. Primam, ab uespero, mox in noctem intempestam, extentam: secundam, nocte intempesta, usq; ad Gallicinium: tertiam, usq; ad crepusculum: quartam, usq; in ortum solis. Deducere custodias.

De PRIMA VIGILIA Liuius scribit libro primo Decadis tertiæ: Quos ut auerteret, Hannonem Bomilcaris filium uigilia prima noctis cum parte copiarum, maximè Hispanis, aduerso flumine ire iter unius diei iubet. Et iterum: Magoni fratri, ait, quem teneas, delige centenos ex omni pedite equiteq;, cum quibus ad me uigilia prima uenias. Idem libro septimo eiusdem: Vbi & ratio agendæ rei & tempus conuenit, miles nocte per interualla stationum clàm ex urbe emissus, ea quæ acta erant, quæq; ut agerentur, conuenerant, ad consulem refert Fabius uigilia prima, dato signo ijs qui in arce erant, quiq; custodiam portus habebant. SECVNDAE VIGILIAE idem meminit libro primo Decadis quartæ: Caduceatore sub occasum solis ad consulem misso, qui inducias ad sepeliendos equites peteret, frustratus hostem secunda uigilia, multis ignibus per tota castra relictis, silenti agmine abijt. Marcellinus libro uigesimoquarto: Iamq; uineis & residuis omnibus, quę poscebat obsidium, paratis, uigilia secunda præcipiti, cum nox casu tunc lunari splendore nitens, his qui propugnaculis insistebant, apertè cuncta monstraret. Sic de TERTIA VIGILIA Liuius libro quinto tertiæ Decadis scribit: Tertia uigilia noctis, silenti agmine ducam uos expediendis armis. Et iterum libro septimo: Inde insequentibus continuis diebus aliquot, ita institit portis, ut propè inferre signa uideretur, donec Hannibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculisq;, &c. Et libro octauo sequenti: Igitur Philippus deiecto B præsidio, fusis Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, cum à Demetriade Scotusam, inde tertia uigilia profectus trepidos hostes Heracleam compulisset. QVARTA VIGILIA denicq; eidem authori commemoratur, libro quinto tertiæ Decadis: Exploratum habeo nõ uigiliarum ordinem, non stationes iustas esse. reliquum diei expediendis armis & curatione corporum consumptum, & maior pars noctis quieti data, quarta uigilia mouere. Et rursus libro septimo eiusdem: Circa portam qua uenturũ hostem rebantur, quod roboris in præsidio erat, opponunt, Hannibal quarta uigilia fermè ad urbem accessit. Idem libro octauo: Vigilia quarta, impedimenta exercitus, cui simulabatur iter, proficisci cœpere. Atq; hæc de uigiliarum ordine ac uicibus, in quibus stationes peditum excubitoriæ locabantur, quas hodie Germanis à clypeorum monumento die Schiltwacht, & Liuio eleganter deducere uigilias dici, quod nos Germani dicere solemus die Schiltwacht abfüren, suprà sumus præfati. Sed libet loca aliquot ex Liuio adferre, quibus stationum huiusmodi excubitoriarum mentionem facit. Libro 4 Dec. 3: Eam dissensionem (inquit) in urbe profuga nunciat, Brutijs Arsenachũ esse principem plebis, tradendæq; authorẽ urbis, & in uasta urbe, lateq; omnibus disiectis mœnibus partitas stationes, custodiasq; Senatorum ac plebis esse. Et rursus libro sequenti: Nico & Philomenes progressi ad stationes, comprehensiq;, ultro id petentes, ad Hannibalem deducti sunt. Sic libro decimo: Postero die cum equitatu in magnos, ita uocant, campos subiectos ei tumulo digressus, succedendo ad stationem hostium, lacessendoq; leuibus prælijs, diem absumpsit. hactenus Liuius. Alludit porrò ad ritum uigiliarum Romanis per uices constitutarum Claudianus poeta, libro secundo in Eutropium:

Vigilia prima. Vigilia secunda. Vigilia tertia. Vigilia quarta. Deducere custodias. Stationes excubitoriæ.

Non peditem præcedit eques, non commoda castris
Eligitur regio, uicibus custodia nullis

Aduigi-

Aduigilat uallo. non explorantur eundæ A
Vitandæq; uiæ, nullo se cornua flectunt
Ordine, confusi passim per opaca uagantur
Lustra, per angustas ignoto tramite ualles.

Deniq; uigiliarum siue cohortium huiusmodi uigilum mentio fit in exemplis Vetustatis, quorum unum Mathelicæ in templo sancti Blasij, alterum Pisis est erutum.

EVOCATO AVG. COH. I. VIGIL. STATIVORVM COH. XIIII VRBIS COH. VII PR. TERCENARIO DONIS DONAT AB IMP. HADRIANO HASTA PVRA CORONA AVREA.

C. VRBIVS IVCVNDVS VEXIL. COH. II VIGIL. VISERTI LATINI MIL. AN. VI ME. VII. DIES XVIII IN EIS TESSERAR. OPTIO VEXILLARIVS VIX. AN. XXVII ARAM CVM BASI SVA T. P.

COHORTES penes numeros distinctæ atq; cognominatæ, uergenti præcipuè reipublicæ familiares fuere. Vnde cohortes eiuscemodi numeris ut legiones distinctas, & partim à genere nationis, partim à statiuis cognominatas, recenset Scotus in diœcesi Illyrici occidentalis, in Pannonia inferiori, primam Iouiam Leonatę, primam Thracum ciuium Rom. caput Basensis, tertiam Alpinorum Sisciæ in Rhœtijs. Pręterea etiã meminisse uidetur cohortis tertię Herculeę, primę Rhœtorum in Parroduno, cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum in Cælio & Arbore fœlice, cohortis tertiæ Brittorum in Abusina, & quintæ Valeriæ Phrygum in Pinianis castris. Adhæc in Norici delineatione cohortem quintam Liburnariorum commemorat ad Iuuense. Et sub dispositione uiri spectabilis ducis tractus Armoricani & Neruicani cohortem primam, nonam Armoricam Grannona in littore Saxonico commemorat, & primam Flauiam in Constantia. Idem porrò sub dispositione uiri spectabilis ducis Britanniarum, cohortes enumerat numeris distinctas, & cognominatas per lineam Valli cohortem primam Frixagorum Vindobala, cohortem primam Tungrorum in Borcouico, cohortem primam Astorum in Aesica, cohortem primam Aeliam Dacorum in Amboglanna, cohortem primam Hispanorum in Axeloduno, cohortem primam classicam in Tunocelo, cohortem primam Morinorum in Glannibanta. Recenset adhæc loco eodem & alias cohortes sub alijs numeris: Cohortem secundam Dalmatarũ in Magnis, cohortem secundam Lergorum in Congauata, cohortẽ secundam Thracum in Gabrosenti, cohortem tertiam Neruorum in Alione, cohortem quartam Gallorum Vindolana, & cohortem sextam Neruorium in Verosido. Celebratur pręterea eidem sub dispositione uiri spectabilis comitis littoris Saxonici per Britannias, cohors prima Vetasiorum Regulbio: & sub dispositione comitis limitanei Tingitanæ, cohors secunda Hispanorum, cohors prima Ityræorũ, cohors prima Herculea, & cohors tertia Hastatorum. Idem author sub dispositione ducis Daciæ ripensis, præter legiones quintam Macedonicam & decimamtertiam Geminam, cohortem secundorum reducum Siostæ, & cohortem nonam Sestiacæ enumerare uidetur. Citat & cohortem quintæ pedaturæ, idem in Mœsiæ secundæ diœcesi, Scythiæq;. Et cohortem primam Theodosianam Valentiæ, primam Claudiam equitatam Sebastopoli, atq; secundam Valentianam Zigannę, limitis Armenici municipijs. Plures hac distinctione notatas reperies libro secundo huius Operis, cum duces limitaneos, ac præcipuè Asiæ, Africæq; explicauimus. B

EXTRAOR-

A EXTRAORDINARIAE, fortasse eędem cum Supernumerarijs, quarũ Suetonius in Claudio meminit. Quibus hodie ferè similes hi milites esse possunt, qui certa stipe conducti, præstolari scriptionem coguntur, die wardtgeldt haben. Sed tamen ex Liuij uerbis extraordinariæ intelliguntur, extra ordinem aliæ, quasi in insidijs locatæ. habet autem sic Liuius libro quinto Decadis quartæ: Hæc agenti Nouitius uenit à T. Sempronio Longo, non sustinere extraordinarios impetum Gallorum, & cæsos permultos esse, & qui supersunt partim labore, partim metu remisisse ardorem pugnæ: legionem alteram ex duabus, si uideretur, submitteret, priusquam ignominia acciperetur. Secunda legio missa est, & extraordinarij recepti. Idem Liuius libro septimo Decadis tertię: Pugnatum amplius duabus horis est, cædere inde ab Romanis dextra ala & extraordinarij cœpere. Idem lib. decimo Decadis quartæ sic: Æmilius posteaquam nil usquam auxilij ostendebatur, interceptos credens equites, non ultrà differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes uenirent, qui iam segnius socordiusq́ue oppugnabant, ad quatuor portas exercitum instruxit, ut signo dato, simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinarijs cohortibus duas adiunxit, pręposito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta iussit. Huc pertinẽt quæ de supernumerarijs Tranquillus in Claudio: Equestres militias ita ordinauit (inquit) ut post cohortem aliam post aliam, tribunatũ & legiones daret, stipendiaq́ue instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super numerum, quo absentes ac titulotenus fungerentur. Scribit de his & Vegetius in opere suo de Re militari: Milites (inquit) uocabantur accersiti, hoc est, postea additi, quàm fuisset legio completa, quos nunc Supernumerarios uocãt. COLONICAE, & ciuium Rom. hoc est, ex incolis coloniarum, itemq́ue ex ciuibus Rom. urgente necessitate, B conflatæ. quarum primæ meminit Cæsar libro secundo Ciuilis belli: Cohortes duas, quę Colonicę appellabant, cum eò casu uenissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. Ad aliam cohortem ciuium Romanorum aliquò euocatorum, alludit inscriptio Auximi in Italia:

Extraordinariæ cohortes.

Supernumerariæ cohortes.

Colonicæ cohortes.

L. PRAESENTINO L. FIL. LEMPAETO LATTIO SEVERO
PRAEFECTO COH. IN AFR. C. R. EQ. IVDICI SE-
LECTO EX V. DOC. PE. AVXIMI PAT.

MONTANAE, uel Albicorum, Paganorum'ue, fortasse uel ex montanis conflatæ, uel quòd in montanis præsidium agerent: quam Albicorum Cæsar lib. primo Ciuilis belli appellat. Meminit Tacitus libro decimooctauo: Maritimas tum alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente, nec deest iuuentus, arcere prouinciæ finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu cæsi disiectiq́ue montani, ut quibus temerè collectis, non castra, nõ ducem noscitantibus, neq́ue in uictoria decus esset, neq́ue in fuga flagitium. Et eodem libro mox Paganorum meminit: Nec mora prælio, sed acie ita instructa, ut pars classicorum mixtis Paganis in colles mari propinquos exurgeret. Et subdit: Treuirorum turmæ, obtulere se hosti incautę, cum exciperet contrà ueteranus miles, simul à latere saxis urgeret apta ad iaciendum Paganorum manus, qui sparsi inter milites strenui ignauiq́ue, in uictoria idem audebant. Huc pertinent loca Cæsaris, de Albicis lib. 1: Multa his minora nauigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur, magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus suprà demonstratum est, imponunt, atq́ue hos præmijs ac pollicitationibus incitant. Certas sibi deposcit naues Domitius, atq́ue has colonis, pastoribusq́ue quos secum adduxerat, complet. Et subdit: Pugnatum est utrinq́ue fortissimè atq́ue acerrimè, neq́ue multũ Albicis nostris

Montanæ cohortes.

uirtute cedebant. Idem libro secundo postea: Neq; uerò coniuncti Albicis comi- A nus pugna deficiebant, neq; multum cedebant uirtute nostris. Idem libro tertio Ciuilis belli: Atq; eum in turmam ad solicitandos pastores præmisit. Huc pertinent inscriptiones ueterum monumentorum, repertorum in Carinthia:

In S. Viti urbe:

T. IVLIVS CONDOLLI C.
CARATIVS MILES COHO.
MONT. PRI. STIP. H. S. E.

In Tautenberg castro:

MARIVS RVFF. C. TICIN. ET MILES
COHORTIS MONTANORVM M. PRI-
MAE STIPENDIOR. XXV H. S. E.

Cohortes alares. COHORTES ALARES, quæ in acie alas complebant, ut ex ijs uerbis Cæsaris lib. primo Ciuilis belli elicitur: Acies erat Afraniana, duplex legio, quinta & tertia, in subsidijs locum alariæ cohortis obtinebat. De quibus loca authorũ extant. Tacitus lib. 3: Quæ ubi cognita P. Velleio (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit in eos qui prædabundi, aut assumendis auxilijs uagabantur. Appianus Alex. lib. 3 Ciuilis belli: Et iam ad sex mille, nõ ex armatorũ numero, quos facilè in necessitatibus & alibi habere putabatur, sed ex turmarum ducibus electos, sibi adsciuerat, præcipuos in armis, & bellicarum rerum experientia doctissimos. Idem libro 5: Equitatu itaq; haud abundè munitus Pompeius, & ob id inter pabulandum nõ sine damno reiectus ab hostibus, equitum cohortẽ Italam seducere tentauit: quę ab Octauia Athenis hyemante ad eum mittebatur, statimq; nonnullos eius rei causa cum auro ad cohortẽ destinat. Huc pertinet & illud Iulij Capitolini, cum epistolam Marci Aurelij recenset: Albino ex familia Ceienorum, Aphro quidem homini, sed non multa ex Aphris habenti, Plautilli genero, duas cohortes alares regendas dedi. De huiusmodi cohortibus alarijs & Cæsar lib. Ciuilis belli 1: Qua re cognita crebras disponunt stationes e- B quitum & cohortium alariarum, legionariasq; interijciũt cohortes, uallumq; ex castris ad aquam ducere incipiunt. Harum meminit etiam Marcell. lib. 24: Ita aliquantum progressi tristi percellimur facto. dum enim tres procursatorum cohortes expeditæ cum cuneo Persico decertarent, quem patefactis subitò portis profuderat ciuitas, proruptores alij ex contraria fluminis ripa iumenta nos sequentia cum pabulatorib. paucis licenter palantibus intercipiunt, & obtruncãt. Huc alludit inscriptio Vetustatis, quæ in Corona ciuitate Transyluaniæ reperta sic habet:

ELIVS NIGER VE. ANN. LXX. COHOR. ALP. EQ. ET SA-
TVRNINAE SATVRNINI FILIAE CONIVGI PIEN-
TISSIMAE POSVIT ET SIBI VIVAE.

Cohortes legionariæ. COHORTES LEGIONARIAE cõmemorantur Tacito lib. 12: Minus intenta apud nos militia fuit, siue hostes miseratione tanti regis acrius ad ultionẽ exarsere, præfectum castrorum, legionarios, cohortes extruendis apud Syluras præsidijs relictas. *Cohortes gladiatorum.* COHORTES GLADIATORVM: hæ raro, & non nisi magna imposita necessitate, in aciem adducebantur. De quibus Tacitus lib. decimooctauo: Othoniani in ripam turrim struxerant, saxaq; & faces iaculabantur. Et erat insula amne media, in quam gladiatores nauibus molientes, Germani nando præliabantur. Idem postea: Accessit recens auxilium, Varenus Alphenus cum Batauis fusa gladiatorũ manu, quam nauibus transuectam oppositæ cohortes in ipso flumine trucidauerant. Et rursus: Ac deforme insuper auxilium, duo millia gladiatorũ, sed per ciuilia arma etiam seueris ducibus usurpatum. *Cohortes funditorum.* COHORTES FVNDITORVM ET SAGITTARIORVM: de quarum ambabus Liuius libro secundo Decadis tertiæ belli Punici: Milite atq; equite scire nisi Romano Latiniq; nominis non uti populum Romanum, leuium armatorum auxilia etiam externa in castris

A ſtris uidiſſe Romanis. Itaq; miſiſſe mille ſagittariorum ac funditorum aptam maximè manum, aduerſus Baleares & Mauros. Cæſar lib. ſecundo Ciuilis belli: His Antoninianos milites admiſcuerat. Præter hos, expectabat cum Scipione ex Syria legiones duas: ſagittarios ex Creta, Lacedæmone, Ponto atq; Syria, reliquisq; ciuitatib. tria millia numero habebat: funditorū cohortes ſex, mercenarias duas, equites ſeptem millia. Marcellinus libro uigeſimonono: Quamobrem conuerſus hinc, uenit ad municipium Sugabarritanum, Tranſcellenſi monti accliue, ubi inuentos equites quartæ ſagittariorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat. Porrò in Codice præfecturarum Scoti, leguntur cohortes fuiſſe ſub adminiſtratione Præfecti prætorio orientis, uidelicet ſagittarij orientis ſeniores & iuniores, & ſagittarij Dominici. Sic ſub diſpoſitione magiſtri militum per Illyricum orientale, ſagittarij lecti extiterunt. Idem ſagittarios Neruios Gallicanos recenſet, & ſub magiſtro præſentiali inter octodecim auxilia Palatina, ſagittarios Gallicanos ſeniores & iuniores commemorat. Eidem authori deſcribuntur ſub Præfecto prætorio per Illyricum occidentale, tractum uidelicet Auſtriacarum inferiorū prouinciarū meruiſſe ſagittarij Tungri, & ſagittarij Venatores: & ſub magiſtro præſentiali altero, ſagittarij ſeniores & iuniores, ac tertio ſagittarij Valentis.

COHORTES BALISTARIORVM, qui baliſtas, hoc eſt ſagittas maiores in hoſtes iaculabantur: quales in republica Romana quæ inclinante erat Imperio, Scotus in Codice præfecturarum enumerat: In Oriente quidem, inter octo Comitatenſes baliſtarios ſeniores, & Theodoſianos inter decem Pſeudocomitatenſes. Rurſus inter Comitatenſes Thraciæ baliſtarios iuniores, & baliſtarios Theodoſiacos iuniores inter Pſeudocomitatenſes Illyrici recenſet. COHORTES CETRATAE, à cetra genere Hiſpanici ſcuti. ad quos alludens Liuius libro primo *Cohortes baliſtariorum.* *Cohortes Cetratæ.*
B Decadis quartæ ſic ſcribit: Vno deinde intermiſſo die cum omnibus copijs equitum leuisq; armaturæ pugnaturus rex eſſet, nocte cetratos, quos Peltaſtas uocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidijs abdiderat. Et libro tertio Decadis tertiæ: Nec Numida Hiſpano eques par fuit, nec iaculator Maurus cetrato. Et rurſus libro quarto Decadis quintæ: Theſſalonicæ Eumenes & Athenagoras præerant cum paruo præſidio duorum millium cetratorum. Et iterum libro ſeptimo quartæ Decadis: Extra hanc ueluti iuſtam aciem à parte dextra conſul Achæorum cetratis immiſtos auxiliares Eumenis tria millia fermè peditum. Porrò Codex præfecturarum, Cetratorum uexillationum meminit in equitatu, deſcribens magiſterium occidentis, equites uidelicet Cetratos ſeniores & iuniores. COHORTES PELTATAE, à pelta genere ſcuti. Meminit ſubinde Liuius lib. octauo, tertiæ Dec. Menippū item quendam ex regijs ducibus cum millè Peltatis (pelta cetræ haud diſſimilis eſt) Chalcidem mittit. Porrò Peltati propriè Macedones erant, ut Hiſpani cetrati, & ſcutati Romani. COHORTES EXPEDITAE recenſentur à Liuio libro octauo tertiæ Dec. Fide accepta dataq; perfugis, & Martius eò cum expeditis cohortibus, & Lelius cum ſeptem triremibus, quinqueremi una eſt miſſus. Tacitus lib. quarto: Tum expeditæ cohortes, alæq; quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Et iterum lib. duodecimo: Tum Oſtorius cohortes expeditas expoſuit, nec ideo fugam ſiſtebat. Has libro quarto cohortes idem author leues nominauit, ita ſcribens: Tum tres leues cohortes, ac rurſum duæ, dein tēpore interiecto acrius eques immiſſus, &c. *Cohortes Peltatæ.* *Cohortes expeditæ.*

COHORTES REPVLSORIAE, citantur à Marcellino libro 24: Hæc dum magno molimine (inquit) comparantur, Surena hoſtium dux iumenta adortus, quæ in lucis palmaribus ueſcebantur, à cohortibus noſtris repulſorijs, cum paucorum exitio habitus fruſtra diſceſſit. *Cohortes repulſoriæ.*

CAPVT II. DE EQVITATV ROMANO, & eius ordine atq; instructione.



QVEM cæteris in rebus Romani ordinem obseruarũt, hunc uel cum primis in equitatu constituerunt, ut momento tẽporis omnes possent in exercitu equites, ad buccinæ sonum, præfectiq; iussa, construere aciem: in qua construenda ex multis ueluti membris, unum tandem corpus efficiebatur. Erant uerò membra, quę ad equitatũ Romanum necessariò conueniebant, à summis incipiendo, & ad infimos usq; ordines progrediendo, ala, uexillatio, turma, & decuria. Quibus & discrimina cętera adde, globus, cuneus, statio, societas & collegium. de quorum singulis à nobis dicetur. Cæterùm antequam hæc ordine membra, siue partes dicere mauis, explicem, locus exigere uidetur, ut Romani equitis effigiem ac habitum uniuersum lectori ob oculos ponã. quem delineat ad unguem Polybius in libello de Castrametatione Romana: Armatus equitum (inquit) nunc sanè perquàm similis Græcorum armatui est. Antiquitùs thoraces non habebant, sed in subligaculis periclitabantur. Vnde ad descendendum ex equis, celeriterq; insiliendum habiles erãt, aptiq; : sed in prælio minus tutò uersabantur, quòd inermes periclitarentur. Hastæ duplicem in modum irritæ his erant. Quia enim graciles eas faciebant, uibratilesq;, neq; propositum finem collimare poterãt: & antequam cuspidem alicubi firmassent, quòd assiduè quaterentur equorũ motu, maxima ex parte frangebantur. Ad hæc, quòd sine una cuspide fiebant, ad unum solumq; anterioris cuspidis ictum erant utiles. siquidem fractæ nullum amplius usum pręstare poterant. Clypeos habebant ex bubulo corio, placentis umbilicatis persimiles, sacrificijs adhiberi solitis. Quibus neq; in congressu apprimè uti poterant, quòd firmitate carerent, imbreq; madefacti tumescebant, efficiebanturq; & antea & nũc omnino inutiles. Idcirco cum non approbaretur eorũ usus, celeriter mutarunt, acceperuntq; Grecam armorũ structurã. In qua hastarũ prima illicò plagam certiorem pariter, nec sine effectu fieri contingit, hasta nõ tremula ob structuram, sed firma existente. Similiter transumptione posterioris cuspidis, usum firmum uiolentumq;. Eadem ratio est clypeorũ. namq; in congressu, tam defendendo, q̃ inuadendo, stantes tentiq; utiles habebantur. Quæ cum conspexissent, celeriter imitati sunt. Apti enim sunt, si qui etiam alij, accipere mores, & imitari quod melius sit, Romani. Vegetius lib. 3 cap. 16, loricatos ex parte & alios fuisse sagittarios scribit. ita enim ait: Constructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita ut loricati omnes & contati inuicti sint peditibus: sagittarij aũt, uel qui loricas nõ habent, longius euagentur. Porrò habebant apud Romanos & equites suum exercitiũ, hoc est campicursionem ut pedites, quo exercebantur ad scientiam rei militaris. quemadmodum refert Vegetius lib. 1. cap. 18: Non tantum autem à tyronibus, sed etiam à stipendiarijs militibus salitio equorũ districtè est semper exacta. Quem usum usq; ad hanc ætatẽ, licet iam cum dissimulatione, peruenisse manifestũ est. Equi lignei hyeme sub tecto, æstate ponebant̃ in campo. Super hos iuniores primò inermes, dum consuetudine proficerent, deinde armati cogebantur ascendere: tantaq; cura erat, ut non solùm à dextris, sed etiam à sinistris partibus, & insilire & desilire condiscerent, euaginatos etiam gladios uel contos tenentes. Hoc enim continua meditatione faciebãt, scilicet ut in tumultu prælij sine mora ascenderent, qui tam studiosè exercebantur in pace. Verùm nunc tandem ad equitatus quas paulo suprà posuimus partes explicandas redeamus. ALA Romanis erat, quod Agema Macedonibus, cuius Liuius meminit libro septimo Dec. quartæ: Continebat autem

Exercitium ad scientiam militarem equitũ.

Ala equestris.

A

B

A autem equites mille, penè eius ordinis rationisque, quo nostro sunt seculo Germanorum, quas Geschwader dicunt. Accepisse uerò nomē ab alis auium, Gell. lib. 16 Noctium autumat, quòd circū legiones dextra sinistraque, tanque alæ in auium corporibus fuerunt collocatæ. Siquidem alæ legionibus semper iunctæ fuere. Vnde refert Liuius lib. 3 Dec. 3: Legatum'ne Romanum & legionis unius atque alæ, magno certamine, uix toleratis. Sunt uerba Hannibalis ad suos milites, Capuæ eneruatos. Hinc Alarij equites nominati sunt, qui in ala erant: & præfectus alæ, qui eam moderabatur. Ad huiusmodi ordinem siue manum equitum, alludit Liuius sexto Punici belli: Plusque aliquanto damni hac ala equitum amissa Hannibali, quàm Salapia fuit. Tacitus lib. 1: Sequitur ardorem militū Cæsar, iunctoque ponte transmittit duodecim millia è legionibus, sex & uiginti socias cohortes, octo equitū alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit. Idem lib. 19: Mota & Dacorum gens nunquam fida, tunc sine metu, abducto è Mœsia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabantur, ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarumque hybernis. Sed placet discrimina alarū ordine explicare. ALA SINISTRA ET DEXTRA, ab eo situ dicebantur, quo peditatui adhærebant. Liuius lib. septimo tertiæ Decadis: His irritati adhortationibus, simulque tędio ferocię hostium quotidie instantium lacessentiumque, acriter prælium ineunt. Pugnatum amplius duabus horis est. cedere inde ab Romanis dextra ala, & extraordinarij cœpere. Et rursus de sinistra locutus: Pugnatum utrinque aliquanto quàm pridiè acrius est, Pœnis ad obtinendum hesternū decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiā. Sinistra ala à Romanis, & cohortes quæ amiserant signa, in prima acie pugnabant. Et iterū: Iam primos occupauerat equestris terror, peditum etiam prima legio & dextra ala prælium inibant. *Ala dextra & sinistra.*


B Idem lib. 1 Dec. 3: Dextra ala in alas diuisum socialem exercitum habebat, in prima acie locata est. Et iterum: Primò Galli cum multitudine in unum connixi obruere atque obterere sese, dextram alam quæ prima erat sperarant posse. ALA TERCENARIA à numero peditum nuncupabatur. De qua Liuius libro 9 Dec. 3 sic scribit: Ita trecentis Siculis Romani equites substituti sine publica impensa, docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerūt. Quia edictum Imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non fecisset, egregiam hanc alam equitū euasisse ferunt, multisque prælijs rempublicam adiuuisse. Cæterùm ala equitū quanta Romanis extiterit, & quot alæ in copijs equestribus fuerint, copiosè refert Polybius in libello de Castrametatione Romana: Equites etiam (inquit) in decem alas similiter diuiserunt, atque ex singulis tres eligunt duces. Hi uerò ipsi tres assumunt tergiductores. Quique primus electus est, præest alę, duo uerò decurionum obtinent ordinem, uocanturque omnes decuriones: absente primo, secundus primi obtinet locum. ALA SVBSIDIARIA commemoratur Marcellino libro uigesimoquinto: Sarraceni nostrorum motu peditum repedare compulsi, paulò postea innexi Persarum multitudine, ocyus irruebant, Romana impedimenta rapturi. Verùm uiso Imperatore, ad alas subsidiarias reuerterunt. ALAE REDVCTAE meminit Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Postremò, nullo resistente, ad subsidia Afrorum peruenerunt, qui utrinque reductis alis constiterant. *Ala tercenaria.* *Ala subsidiaria.* *Ala reducta.*

ALA QVADRATA quæ fuerit, delineat Ælianus in libello de Instruenda Romana acie: Equestris (ait) phalanx quadrata, & forma seu figura quadra instruitur, tamen non numero quoque aptatur quadro. Haud enim quadratis numerum certo modo describimus: sed licet etiam duplicem ad altitudinem reddere longitudinem, uidelicet pro usu Imperatoris. Persæ potissimùm forma hac usi sunt, & Siculi, & Græcorum quàmplures, cum & facilem esse instructu animaduerterēt, *Ala quadrata.*

& usum commodiorem. Opponitur ei phalanx pedestris, quod rostrum uocant, A ita instructa, ut latera omnia armatis composita habeat. Translata hæc forma ab equestribus rostris est. Verùm in ordine equestri unus in monte primore satis est: at in pedestri non unus occursioni hostium sufficit, sed tres propugnent necesse est. Sic Epaminondas Thebanus imperator, cum apud Leuctram aduersus Lacedemonios decertaret, constipatis in rostrum copijs, ingentem exercitũ profligauit.

Ala Amphistomus. ALA AMPHISTOMUS Sarmatica describitur ab Æliano in libro de Instruendis aciebus: Amphistomus nomen à duplici fronte, siue ore in lateribus instituto acceperat, ita ut latericeps quædam & anceps possit nominari. Similis superiori occipiti est, præterquam quòd illa suis extremis decertat, hæc suis lateribus dimicat. Cætera uerò quæ de superiore exposui, huic quoq; cõueniunt omnia, hastis longioribus tam hæc quàm superior illa pugnat, more Alanorum & Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidium in partem priorem, reliqui conuersi sunt in posteriorem, ita ut dimidiati milites oppositis inter se tergis prælientur, fronte duplici, ad altera priore quàm decuriones conficiant, posteriore quàm tergiductores, cum etiam in duplarem phalangem copiæ diuidi possint, ut frons prior altera constituatur phalange, posterior altera constet.

Ala Rhombus. ALA RHOMBUS depingitur Aeliano de Instruendis aciebus libello: Aciebus (inquit) ad rhombi similitudinẽ formatis, Thessalos primos usos cõperimus, qui plurimùm equitatu ualuerũt, Iasone, ut ferunt, autore generis huius aciei, utpote ad omnes usus accommodatioris. Equites enim constituti in hac forma, uertere sese in quemuis prospectum possunt, minimeq; uel à tergo uel à latere capientur. quippe cum præstantiores rhombi latera teneant, & principes angulos regant. Stat enim in priore angulo turmæ ipsius præfectus: in dextro autem & sinistro, qui custodes uocantur lateris, statuuntur. In reliquo uerò angulo ducem seu ductorẽ tergi locari solitum est. Et iterum: Rhombi formam omnium maximè necessariam uenisse in usum creditur, eo quòd præ cæteris omnibus constituto prefecto turmę, equites qui in lateribus ordinantur, non ex æquo suo illi præfecto iugent, sed ita subijciantur, ut eorum capita iuxta armos equi præfecti apponãtur, interuallisq; inter se iustis equites tum dextri tum lęui, tum etiam posteriores discernantur, ne frequentia turbet ordinem, cum equi immitiores in proximos sibi equos cõuersi calcitrent, & militibus uulnera infligant. Autores autem huius generis aut ita disponunt, ut equites & uersent & iugent: aut ita, ut uersent quidem, sed non iugent: aut ita, ut iugent, sed non uersent. Quæ singula quemadmodum se habeant, dicam. Qui rhombos simul & uersare & iugare uoluerunt, medium & maximum iugum turmæ numero impari statuunt, ut XI aut XIII aut XV, cui ex parte utraq;, priore inquam, posterioreq; adiungũt binario primis illis pauciores. Verbi gratia, si maximum illud iugum equitibus constet XV, addita iuga utrinque denis & ternis componunt. Et quæ item posthæc utrinq; adiungunt, denis singulisq; conficiunt, atq; ita binario subinde pauciores adijciunt, dum singuli relinquãtur, totaq; turma equitibus consummetur centum & tredecim. figuram adieci.



Ala sacra. ALA SACRA apud Macedones erat, de qua Liuius libro secundo Decadis quintæ: Deinde ut nulla re pares erant, amissis trecentis peditibus, XXIIII primoribus equitum ex ala quam sacram uocat, inter quas Antimachus præfectus alæ cecidit. Et iterum lib. quarto Decadis quintæ: Sic

A Sic equitatus propè integer pugna excessit. princeps fugæ rex ipse erat, iam à Pidna cum sacris alis equitum Pellam petebat.

Atque hæc de alarum discrimine, quæ interdum uel à præfectis qui ducebant, uel à populis quibus erant conflatæ, uel à municipijs denique locisque ubi statiua habebant, cognomina plura merebantur. Quippe ab autoribus siue ductoribus celebratas historijs inuenio, Syllanam, Petrinam, Pecentinam, Scribonianam, Flauianam, & plures. Porrò à nationibus cognominabantur, Germanicensis, Treuerensis, Nariscarum, Vindelica, Pannonica, Mœsica, Britannica, Indiana, & Phrygum. Similiter accesserunt alis sua & à municipijs, quibus statiua habebant, discrimina: Cetiensis, prima Comagenensis, Auriana, Auanticorum, Brigantina, Asciburgensis, Tauriana, & Tami. Denique & ab alijs quibusdam rebus alas denominatas reperio, ut alas Singularium, Scubulorum & Centonariorum. quorum omnium ex probatis autoribus testimonia subijciemus. Alæ Pecentinæ ad Rhenum meminit Cor. Tacitus lib. 20: Non tulit ala Pecentina gaudium insultantis uulgi, spretisque Sancti promissis, aut minis, Moguntiacum abeunt. Idem alæ Syllanæ meminit lib. 18: Cecinna paucos in Heluetijs moratus dies, dum sententiæ Vitellij certior fieret, simul transitum alpium parãs, lætum ex Italia nuncium accepit, alam Syllanam circa Padum agentem sacramento Vitellij accessisse. Præterea idem meminit alæ Petrinæ in Aphrica, libro uigesimo: Inter quæ Claudius Sagitta præfectus alæ Petrinæ, prospera nauigatione præuenit Papirium centurionem à Mutiano missum. Flauianæ denique alæ mentionẽ facit inscriptio Vetustatis quæ Patauij extat, in domo Episcopali:

Discrimen alarum. *Alarum cognomina uario euentu.* *Ala Pecentina.* *Ala Syllana.* *Ala Petrina.* *Ala Flauiana.*

L. VALERIO PRISCO VIENNENSI PRAEF. II. CON. DVATERTIAE
ET SECVNDAE EQVITATVM TRIB. LEG. X. FRETENS.
B PRAEF. ALAE FLAVIANAE PRAEF. FABROR. LOR.
SEPVLTVR. D. D. PVBLICE DATVS.

Porrò Codex præfecturarum Rom. in descriptione reipublicæ inclinantis, ut sub Archadio & Honorio fuerat, duas hoc cognomine alas equitum celebrat, Flauianensium ad militare municipium Valeriæ, & primã Flauiam in Vallato Vindeliciæ. De ala Scriboniana Cor. Tacitus libro 19: Inde Patauium (inquit) & Aceste partibus adiunxere. Illic cognitum, tres Vitellianas cohortes & alam cui Scribonianæ nomen, ad forum Alieni ponte iuncto consedisse. De Germanorum ala extat locus apud Cæsarẽ lib. 5 Ciuilis belli: Hac spe atque ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germanisque D.CCC, Numidarũ sine frenis VIII millibus. Ad alam Treuerensem alludit Tacitus lib. 3: Pudendũ ipsis (inquit) quòd Germaniarum uictores, aduersum Gallos, tanquam in hostem ducerentur, una nuper cohors rebellem Turonum, una ala Treuirum, paucæ huius ipsius exercitus profligauere. Et iterum: Interim Florus insistere destinatur, pellicere alam equitum: quæ conscripta Treuiris militia, disciplinaque nostra habebatur. Sic Nariscarum alæ monumentum Antiquitatis, quod prope Aistadium in Nargouia repertum est, in hæc uerba nomen refert:

Ala Scriboniana. *Ala Germanorum.* *Ala Treuerensium.* *Ala Nariscarum.*

DEO MERCVRIO CIROMANVS DV. PL. ALAE NAR. V. S. L. L. M.

De tertia Vindelicûm ala Augustæ legitur inscriptio: CVRIONI AL. III. VIN. De Pannonica ala Tacitus libro decimoquinto: Alares quoque (inquit) Pannonias robur equitatus in parte campi locat: coniũx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in præsidium cohorte, ac disperso milite. Alludit ad eandem monumentum quòd Celeiæ in Styria est apud Petouionem erutum:

Tertia ala Vindelicûm. *Ala Pannonica.*

T. VARIO CLEMENTI T. FIL. CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR.
RHOETIAE MAVRETAN. CAESARIENSIS LVSITANIAE CILICIAE

 PRAEF.

A

PRAEF. ALAE BRITANNICAE MILIAR. PRAEF. AVXILIA-RIOR. TEMPORE EXPEDITIONIS IN TINGITANAM MIS-SORVM PRAEF. EQV. ALAE PANNONIOR. TRIB. LEG. XXX VLPIAE. Et quæ sequuntur.

Huc pertinet monumentum Romæ repertum:

M. ARTORIVS M. F. PAL. PRISCILLVS VICASIVS SABA-DIANVS TRIB. CON. XV. VOLVNT. C. R. TR. LEG. VII. CLAVD. PIAE FIDEL. PRAEF. ALAE I. PANN.

Ala Mœsica. MOESICAE alæ Capitolinus solus, quod sciam equidem, in Pertinace meminit: Bello Parthico industria sua promeritus, in Britanniam translatus est, ac retentus. Post Mœsię rexit alam, deinde alimentis diuidundis uia Æmilia procurauit. Ad alam Britannicam alludit monumentum in Graz Styriæ repertum: *Ala Britannica.*

T. VARIO CLEMENTI AB EPISTOLIS AVGVSTOR. PROC. PROVINCIAR. BELGICAE ET VTRIVSQ. GERM. RHOETIAE MAVR. ET CAESARIENS. LVSITANIAE CILICIAE PRAEF. EQVITVM ALAE BRITANNICAE MILIAR.

Ala Phrygum, & Indiana ala.

Alarum porrò Phrygum & Indianæ monumenta nomina repræsentant, quæ sunt eruta

Romæ:

M. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAL. AEDIL. CVR. HON. VSVS AB IMP. EQVO PVB. HONOR. PRAEF. COHOR. II. BRACAR. AVGVSTAN. TRIB. MILIT. LEG. X FRETENS. A DIVO TRAIANO IN EXPEDITION. PARTHICA DONIS DONAT. PRAEF. ALAE VII. PHRIG.

Moguntiæ, apud S. Albanum:

SEQVENTIAE FAVSTINAE CONIVGI SANCTISSIMAE ET DVLCISSIMAE QVAE VIXIT ANNIS XXXVII. M. IIII SAR COPHAGVM IVSSV IPSIVS ET FLAVIANAE AVENTINVS DEC. ALAE INDIANAE CON IVGI INCOMPARABILI F. C.

B

Ala Caninefatum. ALA Caninefatum merebat in Phrisijs. Meminit lib. 4 Tacitus, cum Frisiorum rebellionem describeret: Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus traducendo grauiore agmine firmat. Atque interim repertis uadis, alam Caninefatam, & quod peditum Germanorum inter nostros merebat circumgredi terga hostium iubet. Loquitur autē de L. Apranio, inferioris Germaniæ proprætore. ALAM CETIENSEM, à Cetia municipio denominatā existimo, quod in Norico ripensi sub monte Cetio statiua habuerit. cuius etiam nomē inscriptio præfert in uicinia eius tractus, in Tullana Austriæ oppido, in hæc à me uerba reperta: *Ala Cetiensis.*

P. AELIO GERMANO VETER. EX DEC. ET CASSIAE VALENTINAE EIVS ET PVBLIIS AELIIS SABINIANO ET GERMANO DEC. G. I. D. CO LONIAE AQVILEIENSI A MILITIIS ET P. VALENTINAE SORORI EQ. M. P. PAETVS RVFFINVS DEC. ET IIVIR. L. D. ALCETIENS. PERFICI C.

Ala prima Comagenorum. De prima Comagenensi legione, à Comageno fortè Norici mediterranei municipio, mentionem facit monumentum quod apud Celeiam Styrię oppidum in tractu Norici mediterranei repertum est:

C. IVNIO NICANDR. FIL. ANN. XXXVIII MATI. P. F. VERIANAE ANN. XXIIII ET C. IVNIO ISAEO VET. EX ALAE I COM. AN. LX.

Ala Auriana. Ad alam Aurianam alludit Tacitus lib. decimonono, cum de Norico disserit: Igitur Sextilius Fœlix, cum ala Auriana, ac octo cohortibus, & Noricorū iuuentute ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rhœtos Noricosque interfluit, missus est.

A missus est. Sic Auanticorũ, uel Auatorum alæ nomenclaturam inscriptio Lintzij & Vuelsæ superioris Austriæ municipiorum exhibet, hac uerborum serie:

AVG. IN MEMORIAM M. MODESTI M. F. REPENTINI M.
MODESTVS REPENTINVS PATER VETER. DEC.
ALAE AVANTICORVM.

Sic alam Tami recenset hæc Salisburgi in Norico mediterraneo reperta inscriptio: Ala Tami.

HERCVLI AVG. N. PRVDENTIVS MAXIMINVS VET.
EX DEC. ALAE TAMI. V. S. L. L. M.

ALA Stablesiana, cuius subinde Marcellinus meminit, à Scoto in Codice præfecturarum Rom. collocatur in Augustanis castris, quæ hodie Augusta uocatur Sueuiæ metropolis & episcopalis: recitat uerò ibidem Stablesianos equites seniores & iuniores. Ad alam Brigantinam, siue potius Batauorum, alludit Tacitus libro decimooctauo: Tradidere se abeunti Turullius Cerealis, cum quàm pluribus classicis, & Iulius Brigantinus cum paucis equitum: hic præfectus alæ in Batauis genitus, ille primipilaris, & Cecinnæ haud alienus. ALAE insuper Asciburgensis, ab Asciburgo nimirum Rheni ciuitate longè antiquissima, & ab Vlysse condita, mentionem facit Tacitus libro uigesimo his uerbis: Iulio Maximo & Claudio Victore sororis suæ filio ducibus, rapuit in transitu hyberna alæ Asciburgi sita: adeoq; improuisi castra inuoluere, ut non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. Huc pertinet locus eiusdem de ala Tauriana libro decimooctauo: Accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum asciuit: & Iunius Blesus Lugdunensis Galliæ rector, cum Italica legione, & ala Tauriana, Lugdunum tendentibus. Alarum B deniq; Scubulorum, Singularium, & Centonariorum, monumenta nomina exprimunt. Et codex Noticiarum alam secundam Singulariorum, in Vallato Rhœtiæ secundæ municipio nominatim collocare uidetur.

Ala Stablesiana. Ala Brigantina. Ala Asciburgensis. Ala Tauriana. Alæ Singulariorum, Centonariorum & Scubulorum.

Vuormaciæ in domo Episcopali:

C. RABIRIVS FESTVS POMAR. RETIO TRIB. LEG. VI G.
F. PRAEF. ALAE SCVBVLORVM IONI.

Taurini inuentum à domino Velsio, in Hungaria:

D. M.
AVR. DORISON. VE. EX STAI. PRAEF. AL. CENT. AN.
XLIX. E AVR. MVSSAL. FIL. AN. VII. AVREL. NEROEN.

Ad alam singularium alludit Tacitus libro trigesimo his uerbis: Atq; interim una & uicesima legio Vindonissa, Sextilius Fœlix cum auxiliaribus cohortibus per Rhœtiam irrupere. Accessit ala singularium, excita olim à Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Ala singularium.

VEXILLATIO quid fuerit, declarat Vegetius libro secundo: Equitũ, inquit, alæ dicuntur ab eo, quòd ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes uocantur, à uelo: quia uelis, hoc est flamulis utuntur. Quibus ex uerbis apparet, uexillationem eandem fuisse cum ala: ut quantum equitum sub uno uexillo incederet, cùm ala, tum uexillatio appellaretur. Cæterùm cum seorsim & Liuius & Tacitus, atq; etiam Cæsar & Ammianus, & uexillationũ & alarũ mentionẽ faciant, & cum nõ certus numerus equitũ sub uno uexillo militaret, ueluti & nostro seculo in Geschuuadris nostris uidemus, uidetñ nõnihil discriminis extitisse inter uexillationẽ & alam. Hæc namq; mille semper equites, illa pauciores, sub uno tamẽ ambæ uexillo cõprehendebãt. Porrò neq; illud omittendum,

Vexillatio equitum. Ala unde dicta sit. Vexillatio & ala quomodo differant.

omittendum, quòd diuersa fuerint Romanis, uexillationes, uexilla, & uexillarij. A Vexilla enim centuriarum erant: uexillarij auxiliorum, quæ postea auxilia Palatina & Comitatenses sunt dicti: at uexillatio equitum ordo ac numerus certus, aliquot centum equites continens, semper dicebatur. De qua extant loca authorum. Suetonius in Galbæ historia: Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quenquam Imperatori auxilium ferre conatum, & omnes qui accerseretur, spreuisse nūcium, excepta Germanorum uexillatione. Hi ob recens meritū, quòd se ægros & inualidos magnopere fouisset, in auxilium aduolarunt, sed serius, itinere deuio per ignorantiam locorum retardati. Huc pertinent loca Taciti libro decimooctauo, ubi uexillorum & uexillariorum equitum meminit, nimirum uexillationes intelligens. ita enim scribit: Et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque prætoriæ cohortes, & equitum uexilla, cum legione prima. Et sub finem eiusdem libri: Mox uexillarij, quartadecima & sextadecima legionū, denique quinta & duodeuicesima secutę, postremo agmine una & uicesima Rapax, & prima Italica, incessere cum uexillarijs Histris Britannicarum legionum, & electis auxilijs. Idem libro decimoquarto: Iam Suetonio quartadecima legio cum uexillarijs uigesimarijs, & è proximis auxiliares decem fermè milia armatorum erant. Id est, uexillationes equitum ex legione XX. nam singulæ cohortes suam habebant manum adnexam equitum, ut mox de centuriatis equitibus dicemus. Tacitus libro secundo: Concurrentes & desertores promanipulos componit, armat lixas, traiectisque in continētem nauibus uexillum tyronum in Syriam euntium intercipit. Marcellinus libro uigesimoquinto ab initio: Vnde ad indignationem iustam Imperator erectus, ademptis signis, hastisque diffractis, omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimēta & sarcinas & captiuos agere iter imposuit, ductore eorum qui solus fortiter decertarat, aliæ turmæ apposito, cuius tribunus turpiter B prælium deseruisse conuincebatur. Abiecti sunt autē sacramento etiam alij quatuor, ob flagitium simile, uexillationum tribuni. hoc enim correctionis moderamine leniore, impendentium consideratione difficultatum, cōtentus est Imperator. Cæterùm liber Præfecturarum, qui administrationem rei militaris inclinante Imperio describit, multas uexillationes enumerat, & sub quibus magistris militiæ meruerint ostendit. Sub uno quidem, ut uocat, magistro præsentiali uexillationes Palatinas quinque, & septem Comitatenses recenset, easque nominatim subiungit: Equites scilicet promotos iuniores, comites clibanarios, comites sagittarios iuniores, comites Trifalos, equites Arcades. Reliqui erant Comitatenses equites cataphractarij Bituricenses, equites primoclibanarij Parthi, equites armigeri seniores Gallicani, equites quintodalmatæ, equites nonodalmatæ, equites primoscutarij, equites promoti iuniores. Ita sub altero magistro militię præsentiali uexillationes Palatinas sex, & totidem Comitatenses describit, easque nominatim recenset: Comites seniores, equites Braccatos iuniores, equites Batauos iuniores, comites sagittarios Armenios, equites Theodosianos seniores, equites Persas clibanarios, equites cataphractarios Ambiēses, sextò equites Dalmatas, equites secundoscutarios, equites scutarios, equites secundoclibanarios Parthos. Præterea idem Codex præfecturarum Romanarum sub magistro militum per Thracias, uexillationes depingit tres Palatinas, & quatuor Comitatenses. Harum nomina, comites Archadici, comites Honoriaci, equites Theodosiani iuniores, equites cataphracti Albigenses, equites sagittarij seniores, equites sagittarij iuniores, & equites primotheodosiani. Sic sub magistro militum per Illyricum, duas tantum uexillationes Comitatenses recenset, equites sagittarios iuniores, & equites Germanicianos seniores. Rursus sub magistro

Discrimen inter uexilla, uexillarios, et uexillationes.

Vexillarij equites.

Vexillationes equitum inclinantis imperij.

militum

A militum per orientem, decem uexillationes Comitatenses enumerat: Comites cataphractarios, Buccellarios iuniores, equites fœlices Arcadianos iuniores, equites armigeros seniores Orientales, equites Tertiodalmatos (in altero exemplari & Octauodalmatæ inter uexillationes Comitatenses recensentur) equites Primoscutarios Orientales, equites Secundoettertiostablesianos, equites promotos Clibanarios, equites Quartoclibanarios Parthos, equites Primosagittarios (in altero exemplari, etiam secundo tertio ac quarto sagittarij recensentur.) Ad huiusmodi Comitatenses equites auxiliares alludit Marcellinus libro uigesimonono: Vt hostis implacabilis incrementis uirium adolesceret, ad abolendum cum Comitatensi auxilio militis pauci Theodosius magister equitum mittitur.

TVRMA ex triginta duobus equitibus conflata erat, & qui illis præponebatur Decurio, ipsi uerò Turmales nuncupabantur. Dicta est quasi terdena, quòd terdeni equites ex tribus tribubus primis temporibus turmam efficerent: hoc est, Tatiensium, Rhamnensium, & Lucerum. Cicero ad Atticum libro quinto: Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio. Et libro secundo de Oratore: Ex translatione autẽ, ut cum Scipio ille maior Corinthijs statuam pollicentibus, eo loco ubi aliorum essent Imperatorum turmales, dixit displicere. T. Liuius lib. quinto Punici belli: Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne impunè insultare Campanum paterentur. Et iterum: Gracchus fraudem & sermoni & rei abesse ratus, & similitudine ueri captus, cum lictoribus ac turma equitum è castris profectus est. Vt appareat, turmam paruam manum fuisse, quæ consulem & proconsulem comitaretur. Idem libro septimo Decadis tertiæ: Cum his literis sicut erant signatis, L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem traduntur duæ simul turmæ. Et rursus libro decimo tertiæ Decadis, Turmales scitè equites unius turmæ dixit, ut alarios unius alæ, &c. Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Nostri cognitis insidijs, ne frustra reliquos expectarent, duas nacti hostium turmas, exceperunt. In his fuit M. Opimius præfectus equitum: reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium deduxerunt. Cornelius Tacitus libro decimooctauo: Vitelliani, quibus minor peditum uis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treuirorum turmæ obtulere se hosti incautæ, cum exciperet contrà ueteranus miles. Meminit turmæ equitum non semel Ammianus libro decimooctauo: Hoc extracti periculo, cum ad nemorosum quendam locum, uineis arbustisq́ pomiferis consitum, Maia nomine, uenissemus, cui fontes dedere uocabulum gelidi, lapsis accolis omnibus, solum in remoto secessu latentem inuenimus militem: qui oblatus duci, & locutus uaria præ timore, ideoq́ suspectus, adigente metu qui intentabatur, pandit rerum integram fidem: docetq́ quòd apud Parisios natus in Gallijs, & equestri militans turma, uindictam quondam commissi facinoris timens, ad Persas abierat profugus. Idem libro uigesimoprimo: Parabantur nihilominus externorum atq́ ciuilium instrumenta bellorum, & augebatur turmarum equestrium numerus, pariq́ studio supplementa legionibus scripta sunt. Idem libro decimosexto, Conturmare uerbo est usus: pro eo quod est, ordinem in turma, & equites in ordine turmæ seruare. Porrò inuenio præ cæteris, aliquot apud classicos historiæ autores turmarum & discrimina & cognomina quædam.

Turma equitum. *Turmales. Alarij.* *Conturmare.*

TVRMA MAIOR plures quàm trigintaduos equites continebat, trecentos & plures interdum, ut ex hoc Marcellini loco libro decimooctauo apparet: Sed contigit atrox, & silentio omni dedecus obruendum. Namq́ duarum turmarum equites, circiter septingenti, ad subsidium Mesopotamiæ recens ex Illyrico missi.

Turma maior.

TVRMA

Turma legionaria. TVRMA LEGIONARIA, erat equitum illorū, qui singulis cohortibus legionis adijciebantur. ad quam alludit inscriptio Vetustatis ad ripam Rubiconis Italiæ fluuij eruta: A

IVSSV MANDATVVE P. R. COS. IMP. TRIB. MIL. TYRON. COMMILITON. ARMATAE QVISQVIS ES MANIPVLARIAEVE CENTVRIO TVRMAEVE LEGIONARIAE HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO, ARMA DEPONITO.

Turma oualis. TVRMA OVALIS, uel Ile, qualis fuerit, depingitur ab Aeliano libro de Instruendis aciebus: Turmam quæ ad speciem oui instruitur, Ileon, Thessalus excogitarat. Vnde Ile uocata est, suosq; Thessalos eo ipso genere instruendi exercuit. Vtile hoc est, cum singulis suis angulis, singulos suos habeat principes, primò Ilarcham, hoc est turmæ præfectum, ultimum tergiductorem, utrinq; autem lateris custodes. Turma Homœostomus. TVRMA HOMOEOSTOMVS, siue laterculū, delineatur ab eodem Aeliano in hūc modum: Phalāx (ait) Homœostomus à similitudine oris seu frontis nominata, quam simplicipitem appellarim, ita fit, ut decuriam perfectam, hoc est hominū XVI mouētem in hostem, sequatur alia similis, unde Homœostomus dicta est. Nam & quæ sequuntur, simili fronte & forma comitantur. Opponitur huic generi aciei quod Plinthium à latere uocant: quem, si placet, laterulū dices. Ordinatur id genus tam forma quàm numero æquilaterum. Forma inquā, cum undiq; æqualibus constet spacijs: numero autem, quot hominibus longitudo cōponatur, totidem etiam altitudo. In hoc eodem ordinis genere, omni ex latere armatos apponi solitum est, nullo uel sagittario uel funditore adiuncto. Conficitur hic laterulus ex duabus dimœrijs. Decuriæ namq; dimidiū dimœriam' dicimus. Cum enim decuria sex constare hominibus debeat, dimœria octo constat. Bipartita id interpretetur, si placet: quoad melius uocabulum inuenerimus. B

Turma tertiaca. TVRMA TERTIACA, commemoratur à Marcellino lib. 25: Eodem die Tertiacorum equestris numerus à legionibus incusatus est, quod cum ipsę hostium aduersas irrumperent acies, illi paulatim dilapsi, alacritatē penè totius minuissent exercitus. Vnde ad indignationem iustam erectus Imperator, ademptis signis, hastisq; diffractis, omnes eos qui fugisse arguebātur, inter impedimēta & sarcinas, & captiuos agere iter imposuit: ductore eorum qui solus fortiter decertarat, aliæ turmæ apposito, cuius tribunus prælium deseruisse conuincebatur. Porrò existimo cognomen hoc modo turmæ, non genus fuisse, cum inclinās ætas Imperij per numeros non solùm copias militum distingueret, uerumetiam tractus & diuisiones prouinciarum. Sic namq; Codex præfecturarum equites Tertiodalmatas, equites Secundostablesianos, equites Quartoclibanarios Parthos, & equites Primosagittarios sub imperio Archadij & Honorij enumerare uidetur. Sequuntur reliqua cognomina turmarum, à populis & socijs ciuitatibus eductarū, & inde denominatarum, quarum Liuius ante constitutum Imperium mentionem facit. Turma Lucanorum. De TVRMA LVCANORVM, libro secundo tertiæ Decad. sic scribit: M. Statilium præfectum cum turma Lucanorum exploratum misit. qui ubi adequitauit portis, subsistere extra munimenta cęteris iussis, ipse cum duobus equitibus uallum intrauit. Turma Fregillana. TVRMAM FREGILLANAM idem cōmemorat lib. septimo Dec. quartæ, in Macedonici belli descriptione: Posteaquam transitum in Asiam est, cum turma Fregellana, missum exploratū ad regia castra, effuso obuiam equitatu, cum reciperet sese in eo tumultu, dilapso equo, cum duobus equitibus ita ad regem deductum esse. Turma Cassiana. Extat & CASSIANAE turmæ mentio apud Cæsarem libro sexto Ciuilis belli: Cæsar ob uirtutem turmæ Cassianæ donauit millia tredecim, & præfecto torques aureos duos, & leui armaturæ millia decem. Sic de

TVRMA

A TVRMA Treuirorũ Cor. Tacitus: Treuirorũ, ait, turmæ obtulere se hosti incautæ, cum exciperet contrà ueteranus miles, simul à latere saxis urgeret. Igitur ut dictum est, cum decurio turmæ præesset, decuria tamen & collegium equitum diuersa erant. DECVRIA quidem alia Romæ in pace erat, alia in exercitu Romano, utraque equitum erat: sed illa iura dabat, & iudicijs complendis aderat: hæc ordo militantium equitum decem erat. Erant autem Romæ decuriæ iudicum quatuor, quibus Caius princeps (autore Tranquillo) quintam adiecit, erantq; in singulis decurijs mille & eo amplius equites. Atq; hinc quidem decuriæ dictæ sunt, quòd decies centum caperent iudices. De qua re Plinius lib. 33. cap. 1. & lib. 29. capite item primo prosequitur. Et de tali decuria (de qua tamen hic nõ agimus) intelligẽda sunt loca autorũ. Cicero pro Cluentio: Vno iudicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd nõ suæ decuriæ munere, neq; ex lege sedisset. Idẽ pro Sestio: Huic apud me P. Sestio maximas gratias egit, & hoc tempore ijdem homines nomine cõmutato coloni, decurionesq; fortissimi atq; optimi uiri beneficiũ P. Sestij testimonio declarant, periculumq; decreto suo deprecantur. Huc pertinet illud Plinij iunioris lib. 1. Epistolarũ: Esse autẽ tibi centũ milium censum satis indicat, apud nos decurio es. Igitur ut te nõ decurione solùm, uerùm etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates, trecenta milia nummûm. Huc pertinet illud Pomponij iurecõsulti: Decuriones quidam dictos aiunt, eo quòd in initio quàm coloniæ deducerẽtur, decima pars eorũ quæ deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit. Huc alludit inscriptio Vetustatis, quæ apud Moguntiacum extat, ad S. Albanum:

Turma Treuirorum.

Differũt decuria & collegiũ equitum.

Duplex decuria.

L. SEXTIO PETVVINCO DEC. CIVITATIS AVDERIENSIVM CAVSIDICO ACCEPTIA EREPTA CONIVGI SANCTISSIMO F. C.

B Cæterũ ad decuriam equitũ militarẽ, hoc est, decem equitũ contuberniũ, quod collegiũ dici inuenio, alludit Columella lib. 1. Classes etiam nõ maiores quàm denûm hominũ faciundæ, quas Decurias antiqui appellauere. T. Liuius secundo tertiæ Decadis, Decuriatos equites uocat, qui in decurias essent distributi, & decuriones equestres habebant: Nam ad eam diem nihil, inquit, præter sacramentũ fuerat, & ubi ad decuriatum aut centuriatũ cõuenissent, sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant. Cicero ad Q. fratrem: Eodem die Senatusconsultũ factum est, ut sodalitates decuriatiq; discederent. Idem pro Domo sua: Cum desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Hinc Decuriones alarum dicti, qui decurias in alis gubernabant. de quibus hæc mentionem faciunt exempla Vetustatis, quæ eruta sunt

Collegiũ equitum & decuria

Decuriati equites.

Celeiæ in Styria:

T. VARIO T. FIL. CLEMENTI CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE MAVRETAN. CAESARIENS. LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. AL. BRITAN. MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. TEMPORE EXPEDI. IN TINGITANAM MISSORVM PRAEF. EQVI. AL. II. PANNONIOR. TRIB. LEG. XXXV. VLP. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACED. VALERIVS VRBANVS LICIN. SECVNDINVS DECVRIONES ALAR. PROVINC. MAVRETAN. CAESARIENS.

Ibidem in castro:

ET C. IVNIO NICANDR. FIL. ANN. XXXVIII. MAM. P. F. VERIANAE ANN. XXIII. ET C. IVNIO

Linzij in Austria:

APOLLINI AVG. IN MEMORIAM M. MODESTI. M. F. REPENTINI M. MODESTVS REPENTINVS PATER

NIO IPSAEO V. ET EX DEC. ALAE I. COM. AN. LX.

TER V. L. TE. X. DEC. AL. IARAVACORVM. A

Apud Moguntiacum Rheni:

SEQVENTIAE FAVSTINAE CONIVGI SANCTISSIMAE ET DVLCISSIMAE QVAE VIXIT ANNIS XXXVII. M. IIII. SARCOPHAGVM IVSSV IPSIVS F. FLAVIANVS AVENTINVS DEC. ALAE INDIANAE CONIVGI INCOMPARABILI.

Ibidem in Vvelsio:

AVG. IN MEMORIAM M. MODESTI M. F. REPENTINI M. MODESTVS REPENTINVS PATER VETER. DEC. ALAE AVANTICORVM.

Numerus equitum. NVMERVS equitũ, decreſcente repub. nobili, quo ſeculo Arcadius & Honorius ad clauũ ſederunt, in re equeſtri celebratur, ab ala, cuneo & turma diſcrepãs, fortè quòd nec ordine generéue militũ, nec numero poſſet illa efficere, de quibus locuti fuimus: eo penè loco arbitror, quã hodie Germani manũ equitũ, ein anzal Reüter nominamus. Scotus in codice Noticiarũ orientis & occidentis, ſub diſpoſitione uiri Spectabilis ducis Britanniarũ, enumerat præfectũ numeri Barcariorũ Tigriſienſiũ Arbeia, præfectum numeri Neruiorũ Dictenſiũ, præfectũ numeri uigilũ Cõcangios, præfectũ numeri exploratorũ Lauatres, præfectũ numeri directorũ ueterũ, præfectũ numeri defenſorũ Braboniaco, præfectũ numeri Solenſiũ Magloue, præfectũ numeri Longouicariorũ in Longouico, & præfectũ numeri Deruentienſis Deruentione. Sic ſub diſpoſitione uiri Spectabilis comitis littoris Saxonici per Britannias, inter alia receſet Scotus præpoſitũ numeri Turnacenſiũ, præpoſitũ numeri Gariannonẽſis, præpoſitũ numeri Abulcorũ, & præpoſitũ numeri exploratorũ in portu Adurni, & præpoſitũ numeri Fortenſium Othonæ.

Globus equitum. GLOBVS equitũ Romanis erat in excurſionibus, qualis eſt hodie Hungaris & Turcis, cum depopulatũ euntes equeſtres alæ ſeſe diuidunt in partes. Meminit B Cor. Tacitus lib. hiſt. Aug. tertio: Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, plures per globos incurſaret. Et lib. 4: Igitur firmatæ ſtationes denſioribus globis, & ingruebat nox nimbo atrox. Idem lib. 13: Tum quadripartito exercitu hos in teſtudinẽ cõglobatos ſubruendo uallo inducit, alios ſcalas mœnibus admouere, multis tormẽtis faces & haſtas incutere iubet. Et iterũ ibidem: Multi proprijs cũ globis eadẽ exercebãt, & in modũ captiuitatis nox agebatur. Huc referẽda ſunt loca Marcellini lib. 16: Exiliuit itaq; ſubitò ardens optimatiũ globus, inter quos decernebãt & reges. Lib. 19: Egreſſus ad uillã octauo lapide ab urbe diſtantẽ, cõcito curſu ad Perſarũ uaſtatoriũ globum, quẽ didicerat aduentare, cõfugit. Et iterũ: Mors tamen eminuit inter alios cellæ ſcutariorũ tribuni, qui inter confligendi exordia primũ omniũ in Sarmatarũ globos ſe immiſit. Idem lib. 21: Superato Rheno nocte alto ſilentio, cum auxiliorum expeditiſſimis globis, nihil metuentes huiuſmodi circumuenit, excitatosq; hoſtiliũ fragore armorũ, dum gladios circumſpectãt, & tela celeriter inuolauit, & quoſdam occidit. Rurſus lib. 24. Id enim erat librata ratione diſpoſitũ, ut dum copiæ pedeſtres muros oppugnãt, equeſtres turmæ diuiſæ per globos, abigendis inſiſterẽt prædis. Hocq; prouiſo, nullo prouincialiũ damno uiſceribus hoſtiũ paſcebatur. Et lib. 25: Quę dum ſine reſpectu periculi ſui redintegrare feſtinat, ex alia parte cataphractorũ Parthicus globus centurias adoritur medius. Idem lib. 26. Auſtoriũ Mauricæq; aliæ gentes Africã ſolito acrius incurſabant, Thracias diripiebãt prædatorij globi Gothorũ. Meminit pręterea globi equitũ pro numero certo, quẽ Drumũ aliàs uocat, Vegetius non ſemel, lib. 3. de Re milit. cap. 16. Scire debet dux, inquit, contra quos drumos, hoc eſt globos hoſtium, quos equites oporteat ponere. Et cap. ſequente: Si globus hoſtiũ ſeparatus aut alam tuã, aut partẽ aliquã urgere cœperit, niſi ſuperfluos

A fluos habeas, quos cõtra globos possis opponere, siue equites siue pedites de acie tuleris, dum aliã uis defendere, aliã periculosius denudabis. Idem cap. 19. Cauendum uel maximè, ne ab ala cornuq; sinistro (q̃d sępius euenit) aut certè dextro (q̃d tamen raro cõtingit) circũueniantur tui à multitudine hostiũ, à uagantib. globis quos Drumos uocant. Quod si acciderit, unũ remediũ est, ut alã cornuq; replices & rotundes, quatenus cõuersi tui sociorũ terga defendãt. Et iterũ cap. eodẽ: Globus autẽ dicit̃, qui à sua acie separatus, uago superuentu incursat inimicos. contra quẽ alter populosior uel fortior immittitur globus. hæc ille. Turcis hodie hoc genus, Hungarisq; frequẽti in usu est, à quibus & Germani nos mutuati sumus, qui hũc ordinẽ **vorgehenden streiff/verloren hauffen**, nominare solemus patria lingua.

CVNEVS equitũ, de quo hoc loco agimus, erat manus equitũ denso globo in formã cunei, hoc est pyramidis cõiuncta, haud multũ diuersa ab ea ratione densati globi equestris, quẽ Germani dicimus **ein bürsten**. Non sum uerò nescius, libro huius Operis quarto de cuneo quoq; sermonẽ miscuisse, qui nõ equitum erat, sed integri exercitus, aciei in eandem pyramidis formã constructæ, quæ alio uocabulo caput diceretur porcinũ. Cæterùm de cuneo equestri huius loci meminerũt autores. Liuius lib. 9. quartæ Decadis: Ipse cum equitibus duarum legionũ paululum circũuectus in cuneũ hostium, qui mediam urgebat aciem, ab latere incurrit. Tacitus lib. 20. Vbi insidiæ parũ cessere, ad uim trãsgressus, Caninefates, Frisios, Batauos proprijs cuneis cõponit, directa ex aduerso acies haud procul à flumine Rheno. Et rursus: Omnibus portis erumpũt, ut Batauos numero impares circũfundant. Illi ueteris militiæ memores, in cuneis cõgregant̃ densi undiq;, & frontẽ tergaq; ac latus tuti, sic tenuẽ nostrorũ aciem perfringũt. Postera luce Cerealis equite & auxiliarijs cohortib. frontẽ explet: Ciuilis haud porrecto agmine, sed cu- *Cuneus equitum.*

B neis adstitit. Bataui Cugerniq; in dextra, læua ac propiora fluminis transrhenani tenuere. Meminit huius generis manus equestris, nominisq; Marcellinus lib. 16: Qua clade cognita, agili studio Cæsar missis cuneis tribus equitũ expeditorũ ac fortiũ, tria obseruauit itinera, sciẽs per ea erupturos proculdubio grassatores. Et iterum lib. 25: Ausi deniq; inter hæc equitũ cunei porta perrupta prætoria, prope ipsum tabernaculum principis aduenere, occisis multis suorum, & uulneratis, ui repulsi sunt magna. Huc alludunt & poetæ: Virgilius lib. 12,

—Densi cuneis se quisque coactis Adglomerant.—

Claudianus in sextum consulatum Honorij,

Sed cunei, totæq; palàm discedere turmæ:
Consequi tur, uanoq; remens clamore retentat.

Porrò codex Notitiarũ reip. inclinãtis Imperij, ut ea sub Arcadio & Honorio fuerat, equitũ per prouincias uarias multos cuneos enumerat. In Dacia quidẽ ripẽsi sub dispositiõe ducis eius, cuneũ equitũ Dalmatarũ Fortẽsiũ Bononię, cuneũ equitũ Dalmatarũ Diuitensiũ Dortico, cuneũ equitũ scutariorũ Cebro, cuneum equitũ Dalmatarũ Diuitensiũ Augustæ, cuneũ equitũ Dalmatarũ Varinę, cuneũ equitũ Stablesianorũ Almo, cuneũ equitũ Cõstantianorũ Vto. Sic in Pãnonia inferiori, cuneũ equitũ scutariorũ in Cornaco, cuneũ equitũ Dalmatarũ in Teutoburgio, cuneũ equitũ Cõstantianorũ Burgenę, cuneũ equitũ promotorũ Cuccis, cuneũ equitũ Cõstantiũ Acuminci, & cuneũ equitũ Italicianorũ Secũdis. In Valeriæ præterea diœcesi refert cuneum equitũ scutariorũ Soluæ, cuneũ equitũ Dalmatarũ Intercisæ, cuneũ equitũ Constantianorũ Ripa alta & Conradcuza, cuneũ equitũ Fortensiũ Altino. Et in tractu Pannoniæ primæ & Norici, cuneũ equitũ Dalmatarũ Flexo, cuneũ equitũ Stablesianorũ Arrabonæ. Ad hæc in Mœsia cuneos hic equitum describit Cõstantianorũ Pinco, equitũ promotorũ Flauiana, equitũ sagittariorũ Tricornio, equitũ Dalmatarũ Aureo mõte, equitũ promotorũ

Viminacio, equitũ sagittariorũ Laedenatæ, & equitum Dalmatarũ Cuppis, scutariorum Securistæ, cuneum equitum Solensium Duno, cuneum equitũ scutariorum Latris, equitum armigerorũ sexaginta Pristę, equitũ secundorũ armigerorũ Tegræ, equitũ scutariorũ Appiariæ, & Stablesianorũ equitũ cuneum Sucidauæ. A

STATIO equitũ adhuc nominetenus ac ordine manet, quã uulgò appellamus ein Halt. Meminit Liuius 9. 3. Dec. Primò per legatos nequidq; est tentatũ, ut discederet ab armis: deinde cũ in pabulatores Romanos impetus repẽtè ab equitib. Hispanis factus esset, submisso ab statione Romana equitatu, pręliũ equestre fuit. Idẽ 8. quartæ Dec. Pabulatores lignatoresq; Romani in eã partẽ, in qua collegiũ futurũ erat, ducti sunt. Tutius id futurum tribunis ratis, quia cõsulis præsidiũ & ipsum pro statione habituri erãt hosti oppositũ, suã tamẽ alterã stationẽ propius castra sexcẽtorũ equitũ posuerũt. Idem 4. quintæ Dec. Stationũ quoq; morẽ mutauit. armati omnes & frenatis equis equites in diẽ totũ perstabãt. Id cum æstiuis diebus urẽte assiduo sole fieret, tot hastarũ æstu & languore ipsos equosq; fessos integri sæpe adorti hostes, uel pauci plures, uexabãt. Itaq; ex matutina statione ad meridiẽ decedi, & in postmeridianã succedere alios iussit, ut nunq̃ fatigatos recẽs hostis adgredi poterat. Et rursus lib. 9. Dec. 3: Postero die D equites speculatũ ad mare, turbandosq; egrediẽtes ex nauib. missi, in statiões Romanorũ inciderũt. Iam enim Scipio classe Vticã missa, haud ita multũ progressus à mari, tumulos proximos cæperat, & equites in stationibus, locis idoneis posuerat, & per agros miserat prædatũ. Idẽ 10. lib. sequẽti: Et castris in ꝓpinquo positis, primò pauci equites ex tuto speculãtes ab stationib. ꝓgredi, inde iaculis submoti recurrere ad suos. Meminit huiusmodi equestris statiõis & Cęsar lib. 5. Ciuil. bel. Cæsar equitũ turmas suorũ iubet in hostiũ equitatũ, qui ad oppidũ in statiõe erat, facere impressionẽ, leueq; armaturã, sagittarios funditoresq; eódẽ submittit. Et iterũ: Itẽ insequẽti die eadẽ consuetudine dum lõgius prosequit̃, quo loco equites nostri stationẽ habuerũt, aliquot turmæ cũ leui armatura, inter turmas aduersariorũ protritæ. Sic Tacitus lib. 18: Totidẽ fermè milites in itinere aggregant̃, alij cõscientia, pleriq; miraculo, pars clamore & gladijs, pars silẽtio animos ex euẽtu sumpturi. Stationẽ in castris agebat Iulius Martialis tribunus. B

Societas & collegia equitum. SOCIETAS & collegiũ, ita ut & põtificũ, augurũ, tribunorũ, centurionũ nominabat̃, ex consortio & cõmercio pluriũ eiusdẽ ordinis amicè & iuxta leges certas cõuiuentiũ, ac stato tẽpore cõuenientiũ. *Societas equitum Rhodiensium.* Manet ea adhuc nostro tẽpore cõsuetudo, ut in Cõmẽdaturis atq; societate equitum Rhodiensiũ Prutenorũq; uidemus: qui & ipsi leges certas habẽt, quas Regulas uocãt atq; cõuentus, nõ minus ac cæteri ordines sacerdotũ, quanq̃ uita liberiore fruant̃. Meminit Tacitus lib. 4: At frumẽta & pecuniæ uectigales, cętera publicorũ fructuũ societatib. equitũ Rom. agitabant̃. Porrò de discrimine collegiorũ, societatũ & corporũ, dicet̃ prolixius sub finẽ huius libri. Fit uerò collegij equitũ mentio in Vetustatis monumentis subinde, quorũ rhapsodias binas subijcere placuit: In Transsyluania, in ruderibus ueteris Vlpiæ Traianæ:

T. VAREN. PROB. QQ. COL. SARM. M. CO
MINIVS QVINTVS PONTIF. ET BIS QQ.
COL. EQ. R. SACERDOS ARAE AVG. SO-
RORI PIENTISS. L. D. D. D.

In oppido Vaal:

I. O. M.
V. VL. COR. PRO SALVTE SVA ET SVORVM
IVL. AR. DECORATVS DEC. COL. EQ. FLA.
IVL. AEDIL. ET M. AVR. FILIORVM S. DE COL.

Budæ Hungariæ in ędibus D. de Bathor:

I. O. M.
PRO SALVTE CL.
POMPEIVS FAVSTVS
DEC. COL. EQ. AEDIL.
IIVIRAL. PRAEF. COH.
FABR. QVAE PATRO-
NVS DVXI COLL. SS.
CAP.

A

CAP. III. DE PRAEFECTURIS ET *muneribus Romani equitatus.*



ATQVE hactenus quidem de ordinibus equitatus Romani, nunc de præfectis & ducibus illius sermonẽ continuabo. Gerebant autem magistratus Romani in equitatu, Magister equitum, Præfectus equitum, Seuir equitũ, tribunus, rector, decurio, iudex, selectus equitum, publicus equus, strator equorum, & epistates. De quibus omnibus ordine à nobis dicetur. MAGISTER EQVITVM primis temporibus maioris erat autoritatis, officijq́;, quàm constituto Imperio. Primis namq; temporibus dictatoris uices gerebat, & non nisi summa urgente necessitate, unà cum dictatore creabatur: eratq; magister tum equitũ, quales sub Regibus tribuni celerum erant. Fuit autem primus Romanis hac amplissima dignitate magister equitum constitutus, Spurius Cassius sub Tito Largio dictatore. Ad huiusmodi magistrum equitum alludit Iuuenalis:

Munera equitum pertinentia.

Magister equitum.

Magister equitum alius ante Imperium, alius eo cõstituto.

Famosos equitum cum dictatore magistros.

Postea uerò constituto Imperio magistri equitum officium perpetuum factum est, ut prætorianis magister equitum præesset in principis palatio, eratq; præfectus prætorio & magister equitum idem: qui bello imminente cogebatur prodire in aciem. Sed ubi Romanorum opes creuerunt, Imperio iam progrediente, distincta hæc fuere officia, ut hic excubias ageret ad tuendam principis salutem, ille uerò contra hostes imperium tueretur. Demum inclinante Imperio, & cum multos limites Imperij sui Romani tueri armis cogerentur, equitũ magistri dignitas ex Italia translata fuit, cum utriusq; militiæ magistri, pedestris militiæ magistri, equestris militiæ denicq; magistri multi essent qui quotidie crearentur: quales à

Inclinantis Imperij magistri equitum.

B Marcellino Iouinus Neuita, Arbitio Seuerus, Marcellus, Gallus, Vrsicinus, Prosper, & alij celebrantur. Huc pertinet illud Marcellini lib. 22. Breui deinde Secundo Salustio promoto præfecto prætorij, summã quæstionũ agitandarum ut fido cõmisit, Mamertino & Arbitione & Agilone atq; Neuita adiunctis, itidemq; Iouino magistro equitum per Illyricum recens prouecto. Idem lib. 15. Vt eò cum militis parte Arbitio magister equitum, ualidiore exercitus manu relegẽs margines lacus Brigantiæ pergeret. Idem lib. 16. Et quod indignitati rerum est adsignandũ, periclitanti Cæsari distulit suppetias ferre Marcellus equitum magister, agens in stationibus proximis. Idem lib. 28. Per hanc occasionem impendiò tempestiuam Alemãnos gentis antè dictæ metu dispersos adgressus per Rhœtias Theodosius ea tempestate magister equitum. Et lib. 29. Africanus, inquit, causarum in urbe defensor adsiduus, post administratã prouinciam ad regendam aliam aspirauit, cuius suffragatori magistro equitum Theodosio id petenti subagresti uerbo respondebat: Abi, inquit, comes & muta ei caput, qui sibi mutari prouinciã cupit. Porrò magistrũ equitum & magistrũ peditum, inclinante Imperio, diuersa fuisse munia, ex loco Marcell. lib. 27. elicitur: ubi uictoris magistri equitum ad Gothos missi, & Arynthei magistri peditum Gothorum terras deprędantis meminit uno eodemq; loco. PRAEFECTVS equitum alæ imperabat, ueluti magister equitum uniuerso equitatui. Id quod ex his Suetonij uerbis in Augusto colligitur: Militiamq; auspicantibus non tribunatũ modò legionum, sed etiam pręfecturas alarum dedit. Ac ne is quidem castrorũ expers esset, binos plerunq; laticlauios præposuit singulis alis. Et de huiusmodi præfecto intelligenda sunt loca Liuij lib. 2. Decad. 3. Punici belli: M. Statilium pręfectum cum turma Lucanorũ exploratum misit, qui ubi adequitauit portis, subsistere extra monumenta cæteris iussis, ipse cum duobus equitibus uallum intrauit. Idem lib. 3. Decad. 3. Aliquot tamen eo

Magistri equitum in prouinciis & limitib.

Præfectus equitum.

prælio nobiles iuuenes cæsi sunt, inter quos & Hegeas præfectus equitũ intempe A rantius cedentes equites secutus cecidit. Tacitus lib. 2. Igitur in ripa fluminis à Fabio Frontone præfecto equitũ uincit. Mox Remmius euocatus, priori custodiæ regis adpositus. Appianus Alex. lib. 5. Ciuiliũ: Ferũt quippe eiusdẽ uirgũculæ pulchritudine correptũ, ardentius eam cõcupisse, cum Gabinio in Alexandriã proficiscenti ad bellũ, ipse præfectus equitũ adolescentior comes accessisset. Meminit talis præfecti Caij Voluseni Cæsar lib. 6. Gallici belli. & Marcell. lib. 16. apertè inter magistrũ equitum & præfectum distinguit his uerbis: Inter ordinarios duces Ruffinus primus præfectus prætorio, & inter militares equitũ magister Arbitio, præpositusq́; cubiculi, & Vrsicinus equestris ordinis præfectus, quæstor, & in urbe Anitius.

Discrimẽ fuisse inter præfectum equitũ et magistrum.

Tribunus equitum.

TRIBVNVS inter equites inclinante primũ Imperio esse cœpit: & ueluti præfectus alam, ita tribunus uexillationẽ ducebat. quanq́; & tribunum turmarũ inuenio. Hinc tribuni à Marcellino protectorũ scutariorumq́; cõmemorantur. Erant & minores equestres tribuni, qui turmas ducebant, & alio nomine Rectores appellabantur. De primi generis tribunis, quos hodie uidelicet Rytt meyster dicimus, Iul. Capitolinus in historia Clodij Albini: Adolescens igitur statim se ad militiã contulit, atq; Antoninis per Lolliũ Serenũ, & Bebium Metianũ, & Ceioniũ Posthumianũ suos affines innotuit, equitum tribunus equites Dalmatas egit, & legionẽ quartanorũ & primanorũ. Meminit & Marcellinus ab initio lib. 25. Abiecti sunt autem sacramento etiam alij quatuor, ob flagitium simile, uexillationum tribuni. Hoc enim correctionis moderamine leuiore, impendentiũ consideratione difficultatum, contentus est Imperator. Idem lib. 16. multarũ turmarum tribunũ Baynobauden appellat his uerbis: Ideo labi permissi, quòd Baynobaudes tribunus, & Valentinianus postea Imperator, cum equestribus turmis quas regebant, ad exequendũ id ordinati. Huc pertinet & locus alter Marcellini lib. 29, ubi de Fraomario locutus, oriundo ex Buccinobantibus, gente Alemanorum: Quem paulo pòst, inquit, quoniã recens excursus eundem penitus uastauerat pagum, in Britanniã translatũ, potestate tribuni Alemanorũ præfecerat, numero, multitudine, uiribusq́; ea tempestate florente. Idem lib. 26. Equitius enim relatione Antonij accepta, regentis in Dacia mediterranea militẽ, qui nihil præter negociũ ipsum auditum obscurè significabat. De alterius autẽ generis tribuno, scilicet turmæ, quẽ hodie appellamus ein Ristmeyster, apertè intelligunt eiusdem Marcellini loca, qui sub finẽ lib. 18. Quidam cuneorũ densitate perterriti, petebãt proximos Tauri mõtis excessus. Inter quos dux ipse agnitus, pugnatorumq́; mole circũdatus, cum Adiadaltha tribuno, caloneq́; uno equi celeritate ereptus abscessit. Idem lib. 21. Quæ pigrius motæ, spaciaq́; itinerũ longa, & Germanos hostes truces & adsiduos formidantes, nouare quædã moliebant, autore & imitatore Nigrino, equitũ turmæ tribuno, in Mesopotamia genito. Idem rursus ab initio lib. 25. Vnde ad indignationem iustam Imperator erectus, ademptis signis, hastisq́; diffractis, ob eos qui fugisse arguebantur inter impedimenta & sarcinas & captiuos iter agere imposuit, ductore eorũ qui solus fortiter decertarat, aliæ turmæ apposito, cuius tribunus turpiter prælium deseruisse conuincebatur.

Rectores equitum.

Turmæ tribunus.

Rector equestrium.

RECTOR equestrium idem erat, qui & tribunus uexillariorum, ut hodie sunt qui Ritmeyster Germanis appellantur, & cateruam equitũ, nunc centum ducentorumq́; & plurium ducunt. de quo munere autores subinde mentionẽ faciunt. Marcell. sanè rectorem multarum turmarum præfectum describit lib. 26: his uerbis: Silentibusq́; cunctis tunc Dagalaiphus equestris militiæ rector respondit fidentius: Si tuos, inquit, amas, Imperator optime, habes fratrem: si rempublicam, quære quem uestiges. Idem lib. 17: Huic pugnæ Neuita, postea consul, equestris

præpositus

A praepositus turmae, & adfuisse, & fortiter cecidisse firmatur. SEVIRUM eundē fuisse initiante Imperio, qui & rector turmarū, & uexillationū tribunus posterioribus seculis est dictus, ex his uerbis Iulij Capitolini in M. Antonino philosopho colligi potest: His ita gestis, adhuc quaestorē & consulem secum Pius Marcū designauit, & Caesaris appellatione donauit, & seuirum turmis equitum Romanorū, iam consulem designatū creauit: & edenti cum collegis ludos seuirales adsedit, & in Tiberianam domū transgredi iussit, & aulico fastigio renitentem ornauit. Ad huiusmodi seuirum alludunt saepe monumenta Vetustatis, ut *Seuir equitū.*

Neapoli, in agro Capuano, in ruderibus antiquae Capuae:

C. POMPONIO C. F. TER CAPIT. DEC. CALENO C. POMPONIO C. L. PHILEROTI SEVIRO AVGVSTALI POMPONIAE C. L. NICE.

Mediolani in templo S. Ambrosij:

C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR LEGAT. PROC. PRO. PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG. GERMAN. CVRATOR. ALVEI TIBERIS ET RIPARVM ET PRAEF. AERARII SATVRNI PRAEF. AERARII MILI. QVESTOR IMP. SEVIR EQVITVM TRIBVNVS MIL. LEG. VI. GALL.

Valentiae:

Q. SERTORIVS Q. L. ABSCENTVS SEVIR AVG. D. S. P. F. C. IDEMQ. DEDICAVI.

Ibidem:

B T. AVGVS. SACRVM C. TERENTIVS ONESIMVS IN HONOREM SEVIRATVS SVI ET IN HONOREM C. TERENTII VRSI FILII.

Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. VEL. SABINO IVLIO NEPOTI M. VIBIO SOLEMNI SEVIRO CONS. ADLECTO A' SACRATISSIMO IMP. HADRIANO.

Dianij in Hispanijs:

D. M.
L. LVCRETIO NICEPHORO SEVIRO AVGVSTORVM.

Reate in Italia:

T. FVNDILIO GEMINO VIVIR AVG. MAG. IVV. AVGVSTALES PATRONO ET QVINQ. PERPETVO OPTIME MERITO HIC ARCAE AVGVSTALIVM SE VIVO HS XX DEDIT. VT EX REDDITV EIVS SVMMAE DIE NATALI SVO IIII K. FEBR. PRAESENTES VESCERENTVR ET OB DEDICATIONEM STATVAE DECVRIONIBVS ET SEVIRIS ET IVVENIBVS SPORTVLAS ET POPVLO EPVLVM ET OLEVM EADEM DIE DEDIT.

DECVRIO in equitatu erat, ut Decanus inter pedites, qui decem imperabat. Hic uerò distinguendum, uocem hanc generalem postea effectam, ut quicunque decem aut paulo pluribus imperaret, Decurio diceretur. Hinc monumentis passim decuriones inscribi obseruamus, palatij, cubiculi, fabrorū, augurū. Romulus uerò decuriones in decurijs constituit ex equestri ordine, ad iudicium complendum. Nam cum populū in triginta partes diuisisset, eas curias uocauit, propterea quòd rempub. curare per sententiam susceperint. Hinc leges Curiatae Romuli dictae sunt, quae omnes scriptae fuere in librū Sexti Papirij, unde ius Papirianū Iure consultis dicit. Ad quas leges curiatas alludit Tacitus: Quaestores, inquit, regibus etiā tum imperātibus instituti sunt, quae lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. Sic Tranquill. in Augusto, cap. de Infortunio: Tertiū nepotē Agrippā, inquit, simulq; priuignū Tiberiū adoptauit in foro lege curiata. A' curijs igit. & postea cōiuga-

Decurio equitum. Decuriōes plures procedente Imperio. Decuriones à Romulo. Leges curiatae. Ius Papirianum.

iugatione decem curiatorum, hoc est decuria, Decuriones appellati, sunt equites A
Romani principaliores, qui ad dicendum ius adhibebantur. Qua metaphora &
Decuriones municipiorũ. ueterani, postea in municipijs colonijsq́ꝫ, qui Senatum cõplebant, & in ciuilibus
iura dabant, Decuriones nominati sunt. *Decuriones equitum à censoribus lecti.* Decuriones equitum à censoribus legebantur. Tacitus lib. 3. Fine anni concessere uita insignes uiri, L. Volusius, & Salustius Crispus. Volusio uetus familia, neqꝫ tamen preturam egressa, ipse consulatũ intulit, censoria etiam potestate legendis equitum decurijs functus. *Decurionũ equestriũ census* Porrò decurionatũ inter equites fuisse alicuius nõ minimæ prærogatiuæ, docet Plinius iunior in Epistolis lib. 1. Esse autem tibi centum milium censum satis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur ut te nõ decurione solùm, uerùm etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummum. *Etymon decurionum municipalium.* Pomponius Iureconsultus: Decuriones quidam dictos aiunt, eo quòd ab initio cum coloniæ deducerent, decima pars eorum qui deducerent, consilij publici gratia conscribi solita sit. Et sic intelligenda sunt loca Ciceronis in Antonium: Lex promulgata est de tertia decuria iudicũ. Et in Verrem: Hunc hominem iudicum numero habebimus. hic alteram decuriam Senatorũ iudex obtinebit. *Quinta iudicũ decuria ab Augusto introducta.* Legitur quoqꝫ apud Suetoniũ, Augustum Cæsarem quintam decuriam iudicum fecisse. De quibus nihil ad institutũ. De decurionibus equitum hic agimus: neqꝫ de his uti ante Imperiũ constitutũ Romæ fuerunt, sed uti in exercitu Romano unus decem equitibus, hoc est contubernio præsidebat: & Græcis δέκαρχος *Decurio equestris.* dicitur, inter quos erant iudices selecti, & equi publici, & tribuni decurionum, & dignissimi decurionũ nominantur. de quibus suo loco sermonẽ longiorẽ instituemus. Porrò de his intelligenda sunt loca autorũ, Cæsaris lib. 5. Ciuilis belli: Quod ubi eius facere equitatus sæpius non intermittebat, & cum fortè ante portam turma densa astitisset, scorpione accuratius misso, atqꝫ eorum decurione percusso, & B
ad decumanam defixo, reliqui perterriti fuga se in castra recipiunt. Cor. Taciti lib. 18: Spolia Galliarum & Viennensium, aurum & precia laborum suorũ occultare clamitantes, direptis sarcinis, tabernacula ducis, ipsumq́ꝫ humum, pilis & lanceis rimabãtur. Nam Valens seruili ueste apud decurionem tegebatur equitum. Huc alludunt monumenta Vetustatis,

Celeiæ in castro:

T. VARIO T. FIL. CLEMENTI CL. CEL. PROC. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE MAVRETAN. CAESARIENS. LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. ALAE BRITANNICAE MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. TEMPORE EXPEDITIONIS IN TINGITANAM MISSORVM PRAEF. EQVITVM AL. II. PANNONIORVM TRIB. LEG. XXXV. VLP. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACEDON. VALERIVS VRBANVS LICINIVS SECVNDINVS DECVRIONES ALAR. PROVINC. MAVRET. CAESARIENSIS.

In Transyluania ruinis Gradisca, hoc est uestigijs Vlpiæ Traianæ:

MATRI AVG. PRO SALVTE IMP. CAES. M. ANTONI GORDIANI PII FELICIS AVG. M. ANTONIVS EQ. R. DEC. M. APVL. SACERDOS ARAE AVGVSTAE CORONATVS DAC. III. D. D.

Ibidem in Alba Iulia, horto Colossensis Archidiaconi:

P. AEL. ANTIPATRO MARCELLO EQ. R. DEC. CL. APVL. FIL. P. AEL. ANTIPATRAIA MIL. ET ADOPTIVO P. AEL. MARCELLI. V. ET EX PRAEF. LEGION. VII. CLAVD. ET I. ADIVT. DADES ET FILETVS ACTOR.

Huc-

A Huc pertinet monumentũ quod Romæ extat, de decurione equitũ Germanorũ:

PROCLVS DECVRIO GERMANORVM TI. GERMANICI.

Porrò nõ possum hic silentio inuoluere, quod de munere decurionis scriptum reliquit Vegetius lib. 2. cap. 14: Quemadmodũ inter pedites, inquit, centuria uel manipulus appellatur, ita inter equites Turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui præest, Decuria nominatur. centũ enim pedites ab uno centurione sub uno uexillo gubernant̃, similiter trigintaduo equites ab uno decurione sub uno uexillo regũtur. Preterea sicut centurio eligendus est magnis uiribus, procera statura, qui hastas uel hastilia peritè iaculetur & fortiter, qui dimicare gladio, qui scutum rotare doctissimè nouerit: similiter eligendus est decurio, qui turmæ equitũ præponatur in primis habili corpore, ut loricatus & armis circumdatus omnibus cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissimè, conto sciẽter uti, sagittas doctissimè mittere, turmales suos sub cura sua equites positos, erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit. Eosdem cogere loricas suas uel cataphractas, contos suos & cassides suos frequenter tergere & curare. Et concludens inquit: Itaq; ad decurionẽ & sanitatis & exercitationis tam hominũ quàm equorũ pertinet cura. Porrò Ælianus aliquot genera decurionum distinguit, astitem uidelicet, præstitem, & substitem, ita scribens: Duas item enomotias dimœriam quasi bipartitam uocãt, & principem dimœritam, ita ut semidecuriam dimœriam quoq; liceat uocitari, & semidecurionẽ dimœritam, qui secundus decuriæ est. nam qui proximè decurionẽ postponit̃, Substes dicitur. Qui uerò hunc sequitur, Præstes. Item substes, qui proximus ab hoc prestite est: ac deinceps in hunc modum præstes substesq; locatur, ut ordo totus ex prestitibus ac substitibus positis alternatim conficiatur. Astes uerò is dicitur, qui ita appositus
B uiget. uerbi gratia: Decurionis primæ decuriæ astes, decurio secũdæ decuriæ est: & substitis prime substes secundæ, itaq; deinceps. Quoties igitur post secundam decuriam tertia & quarta, & reliquæ deinceps adijciuntur, talis constructio Condecuriatio dicitur: totaq; coagmẽtatio, Phalanx siue Legio. Cuius longitudo prima decurionũ ordinatio est, quæ & frons, & facies, & acies, & iugum, & os, & duces & præstites, & primi decuriarũ uocari solita est. IVDEX selectus equitum ex decurionũ ordine sumebatur, qui iura inter equestres exercitus Romanis dabat. Nam cum primis diebus quatuor tantũ decuriæ iudicũ essent, & quintã Augustus addidisset, pluribus fuere tamen nominibus discretæ. Namq; aliæ tribunorum æris, aliæ iudicum erant. Præterea quidam noningenti, quidam selecti uocabantur. atq; lectorũ quidem inter equites meminit Plin. lib. 33. cap. 2. Et diuisus hic quoq; ordo erat, cum alius se noningentũ, alius tribunũ, alius deniq; selectum appellaret. Qua de re Plinius lib. 32. copiosius differit. Ad huiusmodi selectos iudices equestrium alludunt & poetæ sæpe, & monumenta: *Iudex selectus.*

Non bene selecti iudicis arca patet. Horatius primo Sermonum:

Unum ex selectis iudicibus obijciebat.

Auximi in Italia:

M. OPPIO CAPITONO Q. TAMVDIO Q. FIL. T. N. T. PR. N. VEL. MILASIO ANNINIO SEVERO EQVO PVBLICO IVDICI SELECTO EX V. DECVR. PRAEF. FABR. PONT. QQ. II. Q. IIII. P. C. ET P. CAESIS. MVMIO MVNAT. IDEM QVINQ. COLONI. OB

Huc pertinet monumentũ quod extat Perusiæ:

C. VRBIO C. F. L. N. TRO. GALLO PROCVLEIANO PATRONO PERVSINORVM PATRONO ET CVRATORI R. P. VERONENSIVM IVDICI DE V. DEC. AEDIL. PATRONO COLLEGII CENTON. VRBIVS DAINIANVS AVO CHARISS. OB CVIVS DEDICATIONEM DEDIT

OB MERITA EIVS. IN CVIVS DEDIC. DIT DECVRION. * II. PLE A
COENAM COL. DEDIT L.D.D.D. BI * I. L. I. D. D.

Alterum Auximi:

L. PRAESENTINO L. FIL. LEMPAETO L. ATTIO SEVERO PRAEF. COH. IN AFR. C. R. EQV. IVDICI SELECTO EX V. DEC. PE. AVXIMI PAT. COL. AEDIL. IIVIR. ANCONAE.

Capitularij equites. CAPITVLARII, quos capita contuberniorũ uocat Vegetius, præfecti turmarum erant. Iustinianus in Codice meminit.

Equus publicus. EQVVS publicus, dignitas in equestri ordine, non munus aut officiũ fuit: cum uidelicet perfuncto multis militiæ laboribus, equus alicui publicus alebať, & inter iudices ascitus principem locum haberet. Meminit T. Liuius lib. 4. tertiæ Decadis, cum censorum mulctas, equestri ordini irrogatas explicaret: His superioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuq; moti, ærarij omnes facti. Et subdit: Cum censores ob inopiam ærarij se iam locationibus abstinerent, ædium sacrarum tuendarũ, curulium equorũ præbendorũ, ac similium his rerum. Et lib. 7. eiusdem: In equestribus quoq; uotis eadem obseruata causa, sed erant perpauci quos eadem infamia attingeret. Illis omnibus & multis erãt adempti equi, qui Cannensium legionũ equites in Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent his, quæ equo publico cõmeruerant, sed dena stipendia equis priuatis facerent. Idem lib. 9. eiusdem Decadis: Equitũ deinde census agi cœptus, & ambo fortè censores equũ publicũ habebãt. cum ad tribũ Polliam uentũ est, in qua Marci Liuij nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorẽ: Cita, inquit Nero, M. Liuiũ: & siue ex residua & uetere simultate, siue intẽpestiua iactatione seueritatis inflatus, M. Liuiũ, quia populi iudicio esset cõdemnatus, equũ publicũ uendere iussit. Et lib. 9. quartæ Decad. B
P. Ebutius, cuius pater publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, sub tutela Duroniæ matris & uitrici T. Sempronij Rutili educatus fuerat. Ad huiusmodi publicos equos, quibus stipendia decurionũ dignissimi faciebant, alludit etiam inclinantis Imperij autor Ammianus Marcell. lib. 14: Mensarũ enim uoragines, ait, & uarias uoluptatũ illecebras, ne longius progrediar, prætermitto: illuc transiturus, quòd quidam per ampla spacia urbis, subuersasq; silices sine periculi metu properanter equos ueluti publicos, signatis (quod dicitur) calceis agitant, familiarium agmina tanquam prædatorios globos post terga trahentes, ne Sannione quidẽ, ut ait Comicus, domi relicto. Huc pertinent monumentorum ueterum inscriptiones,

Beneuenti in Italia:

D. M.
Q. PLOTIVS Q. F. QVIR. ROMANVS EXORNATVS EQVO PVB. HONORIB. FVNCTVS IN COLONIA OSTIENSI DECESSIT SVPERSTITIBVS PARENTIB. M. POSTVM. DECLIORVS VIVVS SIBI ET TORANIAE SPEI CONIVGI SANCTISSI.

Iteramnæ in Italia:

T. FL. T. F. CLV. ISIDORO EQ. ROM. PATRI DVORVM EQ. PVB. OMNIBVS HONORIBVS HONESTE FVNCTO QVINQ. II. AVGVRI SACER. PON. PRAEF. SACR. PATRON. MVNICIPII ITERAMNAT.

Romæ:

D. M.
M. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAE AEDIL. CVRVL. HON. VSVS AB IMP. EQVO PVBL. HONOR. PRAEF. COH. II. BRACAR. AVGVSTA N. TRIB. MIL. LEG. X. FRETENS. A' DIVO TRAIANO IN EXPEDITIONE PARTHICA DONIS DONATO.

STRATOR

A STRATOR equorũ penè eius fuit muneris, cuius Marescalcus apud Francos, qui uidelicet equi principis curã gerebat, aliàs Marcellino etiã tribunus stabuli dictus, quem modò magistrũ uocamus. Meminit Iul. Capitolinus in hist. Macrini: Nam stratore eius redempto, & spe ingẽti proposita, id egit, ut quasi militarib. insidijs, quod uel ob parricidiũ uel mœstitiã despiceret, interemptũ. Marcellinus lib. 29: Præpositũ fabricæ, oblato thorace polito faberrimè, præmiumq́ ideo expectantẽ, ea re præcepit occidi, quòd pondus paulo minus habuit species ferrea quã ille formarat, Cõstantianus strator, paucos militares equos ex his ausus mutare, ad quos probandos missus est in Sardiniã: eodẽ iubẽte, lapidũ ictibus oppetijt crebris. Idem lib. 14, tribuni stabuli meminit, in eadẽ significatione: Infamabat autẽ hęc suspicio Latinũ domesticorũ comitẽ & Agilonẽ tribunũ stabuli. Et iterũ lib. 20: De scutarijs autẽ & gentilib. excerpere quenq; promptissimũ, & ipse perducere Sintula iubetur, Cæsaris stabuli tũc tribunus. Idem lib. 28: Deniq; præter q́plures alios, quos absumpserũt insidiæ tales, Cõstantianus tribunus stabuli impetu est clandestino exceptus. De stratore extat locus præterea apud Symmachum urbis præfectum, in epistola ad Theodosium Augustum: Domine Imperator, cum iudicio moderatoris Apuli, inter Marcellum, qui se deiectum possessione questus est, itemq́ Venantium stratorem, ut ipse confirmat, eiusq́ germanũ Batrachium. Sic Paulus Diaconus lib. 6. Longobardicarum rerum: Rex, inquit, Cumpertus, cum posthæc cum stratore suo, quem propria lingua Marpalium dicunt, consilium iniret. Porrò hîc excipiendæ sunt uoces alterius significationis. Nam stratores Ciceroni tabellarij dicuntur, qui à principe mittuntur mutatis equis, ut hodie sunt quos Austriaci Camerpotos appellamus. Vegetius præterea secundo de Re militari: Stratores, inquit, dicuntur, qui castra præcedunt, & loca
B commodiora ad traducendum inquirunt, & pontes struunt, aggeresq́ uel similia faciunt, ad opportuniorem castrametationem. Cæterùm ad equi stratores alludunt Vetustatis monumenta,

Moguntiæ:


D. M.

PRIMNIAE COMITILLAE QVAE VIXIT ANNIS XX. CIVES MEDIOMATRIC. MATERNVS NEMAVSVS STRATOR COS. ET L. LVCINVS MENSOR FRVMENTI NVMER.

Extra Moguntiacum, uersus patibulum euntibus:

PRO SALVTE DD. N. N. SANCTISSIMORVM IMPP. BONO EVENTV MIL. EXERCITVS GS. MATERNIVS PERLETVS LEG. VII. P. P. P. F. STRATOR.

CAP. IIII. DE EQVITVM ROMANORVM *discrimine atque gradibus.*



ATQVE hactenus de equitũ magistratibus & præfectis, nunc de generibus & differẽtijs equitũ sermonẽ huius capitis finiemus. Erãt igit̃ equites Ducẽnarij, Trossuli, Legionarij, Alares, Prætoriani, Augustales, cẽturiati, turmati, auxiliares, supranumerarij, promoti, tertiati, sine frenis, & cũ frenis, equites cataphractarij, clibanarij, couiuari, balistarij, iaculatores, hypotoxotæ, uelites, cursatores, discursatores, pabulatores, essedarij, bastai, extraordinarij, & equites Gynæciorũ, &c. de quib. ordine dicemus. DVCENNARII, hi erãt equites legitimi, qui XL habebãt in cẽsu, & ab Augusto reliquis quatuor decurijs adiecti. De quib. Plin. li. 31. cap. scribit: Cũ quatuor essent decurię, quintã à C. Cæsare adiectã, qui habebãt XL in censu, Quibus Augustus prius addiderat, qui ducẽta habebãt, & pro- *Ducennarij equites.*

A

& propterea Ducennarij nominabantur. Horum equitum, ut qui Romæ tantū erant,& non in castris merebāt, meminit & Tranquillus in Augusto, Cap. de Reformatione abusuum: Ad tres iudicū decurias, quartam addixit, ex inferiori censu quæ ducennariorum uocaretur, iudicarentq; de leuioribus summis. TROSSVLI, equites erant antiquioris seculi apud Romanos, de quibus Plinius lib. 33. cap. 2. sic scribit: Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe uariatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebātur. Celeres sub Romulo Regibusq; appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, cum oppidū in Thuscis citra Volsinios hoc nomine passuum IX. M. sine ullo adiumento peditum cæpissent. eius uocabuli uis durauit ultra C. Gracchum. Iunius certè, qui ab amicitia eius Gracchianus, scriptum reliquit his uerbis: Quod ad equestrem ordinem pertinet, antea Trossuli uocabantur, nunc equites uocant. Ideoq;, quia non intelligunt Trossulos nomen quid ualeat, multos pudet eo nomine appellari: & causam quæ suprà dicta est exponit, inuitosq; etiamnum Trossulos tantùm uocari. EQVITES LEGIONARII, qui sub legionibus militabant, & cohortibus peditum iuncti erant, quales in prima millenaria cohorte erant centum uigintiduo loricati, in secunda LXVI, & totidem in tertia ac quarta, quinta & sexta: in septima uerò & octaua CLVI equites, in nona & decima iterum LXVI. Meminit T. Liuius libro secundo Decadis quintæ: Quina millia & ducenti equites ex ueteri instituto darentur in singulas legiones. In Macedoniam sena millia peditum scribi iussa, equites trecenti æquati æqualiter in singulas legiones. Et in sociali exercitu consuli alteri auctus numerus XVI millia peditum, DCCC equites, præter eos quos Cn. Sicinius duxisset DC equites, in Macedoniam traijceret. Idem lib. decimo Decadis tertiæ: Itaq; uel tu ad prima signa prælium sustine, ego inducam in pugnam equites: uel ego hic in prima acie rem geram, tu quatuor legionū equites in hostem immittito. Cæsar libro primo Gallici belli: Ac suprà demonstratū est, XV millia legionariorū militū nauibus transportari posse. Et rursus lib. 4 Ciuilis belli: Itaq; eodem tempore equites Germani dispersi, uada fluminis quærentes, partim demissioribus ripis flumen tranarunt, & legionarij magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramq; ripam cōtingerent proiectis, repentinoq; aggere iniecto flumen transierunt. Et libro quinto: Equitatus interim Labieni suorū multitudine confisus, Cæsaris paucitatē circumire conatur. Equites Iuliani pauci, multitudine hostiū defessi, equis cōuulneratis paulatim cedere, hastis magis magisq; instare. Ita puncto temporis omnibus legionarijs ab hostium equitatu circūuentis, Cæsarisq; copijs in orbem compulsis, intra cancellos omnes conuecti pugnare cogebantur. Huc pertinet illud Taciti libro 14: Igitur legionarius frequens ordinibus, leui circùm armatura conglobatus, pro cornibus eques adstitit. Et lib. 18: Nec diu in tantis armatorum dijs quies fuit. Augustæ Taurinorū, dum opificem quendam Batauus, ut fraudatorē insectatur, legionarius ut hospitem tuetur. Huiusmodi equites legionarios fuisse credendū est uergente Imperio, quos Scotus in Noticijs orientis & occidentis enumerat, sub uexillationibus Palatinis equites cornutos seniores & iuniores, Honorianos seniores & iuniores, & equites Valentinianēses seniores & iuniores. Huc deniq; alludit exemplum Vetustatis, quod Arimini in Italia extat:

Trossuli equites. *Equites legionarij.*

B

IVSSV MANDATVVE POPVLI ROM. COS. IMP. TRIB. MIL. TYRON. COMMILITON. ARMATE QVISQVIS ES MANIPVLARIAEVE CENTVRIO TVRMAEVE LEGIONARIAE HIC SISTITO.

Alarij equites. ALARII equites appellabantur, qui sub una ala, & uno præfecto militabant. de quibus T. Liuius libro decimo Decadis quartæ: At alarij equites postquā Romanorū equitum tam memorabile facinus uidere, & ipsi uirtute eorū accensi, sine ullius

A ullius imperio in perturbatos iam hostes equos immittũt. Cor. Tacitus lib. 12. Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangionas & Nemetas, addito equite alario monuit. Et iterum lib. 13. Adiectaq; ex Germania legio cum equitibus alarijs, & peditatu cohortiũ. Et rursus lib. 15: Expediri tamen itineri singula millia ex tribus legionibus, & alarios octingentos, parem numerũ è cohortib. misit. PRAETORIANI equites recensentur à Tacito lib. 1. Et cohortes delecto milite supra solitum firmatæ, additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant. Extant hi hodie Turcarũ tyrãno, barbara lingua Asapi nominati. TERTIATI cõmemorantur à Marcellino lib. 25. Eodẽ die tertiatorũ equestris numerus à legionibus incusatus est, quòd cum ipsi hostiũ aduersas irrumperent acies, illi paulatim dilapsi alacritatẽ penè totius minuissent exercitus. CENTVRIATI, de quibus Liuius lib. 1. ab Vrbe, ita tradit: Seruium Tullium centurias equitũ duodecim ex ciuium primoribus scripsisse, quibus ad equos emendos dena millia æris ex publico data sunt, & quibus equos alerent, uiduæ attributæ sunt, quæ bina milia æris in singulos annos penderent. Idem lib. quinto est autor, equites in bello Veienti primùm equis mercedem accepisse, quibus scilicet certus fuit numerus æris adsignatus. Porrò alæ centuriatæ mentionẽ facit monumentum, quod nostra memoria à nobilissimo ac strenuissimo Archistratego LEONHARDO A VELS, apud Arrabonam Hungariæ, quę modò Raba dicitur, repertum est: cuius rhapsodia hæc est,

Equites prætoriani.

Equites tertiati.

Centuriati equites.

D. M.

AVR. DORISON VE. EX. STAI. PRAEF. AL. CENT. ANN. XLIX. E AVR. MVSSAT. FL. AN. VII. AVR. NEROEN. LIB E CONIVNX ET AVR. LVPSV ET AVR. LVPORINA ET BASILLA FIL. TITVLVM PATRI ET FRATRI FACERE CVRAVERVNT.

B

AVXILIARES, de quibus Plinius libro 33. cap. 2. ita scribit: Sunt adhuc aliquot non omittendæ in auro differentiæ: Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, at ciues non nisi argenteis: præterq; armillas ciuibus dedere, quas non habent externi. Tales nimirum equites fuere, quos Noricorum rex Cæsari in principio Ciuilis belli contra Pompeium adducebat, ut lib. 1. Ciuilis belli, idem summus autorum meminit: & quos Bugud rex Africæ in Hispaniam eidem Cæsari auxilio contra Vatinianos, Afranium & alios Pompeianos adduxit. Meminit auxiliarium & Liuius lib. 2. Decad. 5. cum prælium cum Perseo describit: Sinistro M. Valerius Leuinus sociorum ex Græcis populis equites habebat. Et iterum: CC equites Galli ante signa horum instructi, ac de auxilijs Eumenis Cyrtiorum gentis CCC, Thessali CCCC equites, paruo interuallo super læuum cornu locati. Sic Cæsaris locus lib. 4. Ciuilis belli intelligendus, cùm bellum ad Alexandriam gestum describit, ubi summo in periculo Cæsar fuit: Itaq; eodem tempore equites Germani dispersi, uada fluminis quærentes, partim demissioribus ripis flumen tranarunt, & legionarij magnis arboribus excisis, quę longitudine utranque ripam pertingerent proiectis, repentinoq; aggere iniecto flumen transierũt. Vbi ad differentiam alariarum cohortium legionares addit, hoc est, equites cohortibus legionum adiunctos, de quibus rursus sæpe apud Cornelium Tacitum mentio occurrit. qui libro primo historiæ Augustæ, de bello in Germania à Germanico Drusi filio gesto tractans: Tunc fatalem increpans rabiem, neq; militum, sed deûm ira resurgere, cur uenerint legati aperit: ius legationis, atq; ipsius Planci grauem & immeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facundè miseratur, attonitaq; magis quàm quieta concione legatos præsidio auxiliarium

Auxiliares equites.

equitum dimittit. Idem lib. secundo: Equites auxiliares à Carioualda duce Batauorum contra Germanos transrhenanos Germanici adductos. Idem lib. 18. sub finem, ad huiusmodi auxiliariorum equitum uexillationes adludit: Dein quinta & duodeuicesima secutæ, postremo agmine unaetuicesima Rapax, & prima Italica incessere, cum uexillarijs Histris Britannicarũ legionum, & electis auxilijs. Equites auxiliares codex Rom. præfecturarũ inclinante Imperio, in diœcesi Illyrici occidentalis per Pannoniarũ municipia enumerat, Dalmatarũ quidẽ Nouis, Albano, Cornaco, Bononiæ, Cusi, Ricti, Burgenæ, Odiabo, Cirpi, ad Herculem, Constantiæ, Componæ, Vetusalmę, Lussano, ad Namantiã, ad Statuas, Ripa alta, Florentiæ, Ala noua Æquinoctio, ad Herculem. Et per Noricũ Dalmatas equites describit Arlape & Augustanis, ripensibus ad Danubium municipijs. Idem sub dispositione ducis Phœnices, alam primam Francorũ Cumæ describit, alam primã Alemanorũ Neiæ, & alam primam Saxonum Verosabulæ. Et iterum sub duce Arabiæ alam sextam Hispanorũ Camohæ: & in diœcesi Euphratensi alam primã Iuthungorũ, item in Mesopotamiæ dispositione, alam octauam Flauiam Francorum Ripaltæ. Ad hæc sub duce Thebaidos, alam primam Francorũ Apollonos: & in Armenia denicp, alam primã Vlpiam Dacorũ Suissæ cõmemorare uidetur. Huc pertinent & monumentorum ueterum exempla & rhapsodiæ,

In sacello quodam apud Villacum, in Carinthiæ ducatu, fracto lapide:

ENICO REDSATI. F. ET BANANA VENINA F. VXOR V. V. F. AMBIDRABO F. EQVITI AVXILIARIO A. XX. H. EST.

Porrò hoc genus equitũ, quo Romanis numero usucp fuerint, docet Polybius in libello de Romana castrametatione: Multitudo, ait, uniuersa auxiliorũ existit, peditũ æqualis pleruncp Romanis legionibus, equites duplo plures sunt Romanis. Ex his accipiunt equitum in extraordinarios tertiam fermè partem, peditum quintam: cæteros diuiserunt in duas partes, uocantcp alterum dextrum, alterum sinistrum cornu. EQVITES SVPRANVMERARII describuntur à Vegetio lib. 3. de Re militari, cap. 18: Ideo circa se bonos equites supranumerarios, & uelocissimos pedites secum habere debet, de quibus sinistrum cornu extendat.

Equites supranumerarij.

Equites promoti.

EQVITES PROMOTI, quorum subinde mentio in codice Præfecturarum ac Am. Marcellino occurrit, ut partim suprà lib. secundo, cum de Ducibus regentibus prouincias, tum uerò libro hocce sexto auditum est. Cuius uocis originem ac uim demonstrat Vegetius lib. 2. de Re militari, cap. 3. legionum nomen in exercitu manet hodie, sed per negligentiam superiorũ temporum robur infractum est, cum uirtutis pręmia occuparet ambitio, & per gratiam promouerent milites, qui promoueri consueuerant per laborem. Ad huiusmodi militarẽ promotionẽ alludit idem lib. 2, cap. 21. Nam quasi in orbem quendam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur, ita ut ex prima cohorte ad gradũ quempiam promotus uadat ad decimã cohortẽ, & rursus ab eo crescentibus stipendijs cum maiori gradu per alias recurrat ad primam. EXTRAORDINARII qui fuerint nescio, nisi quòd ueluti cohortes extraordinarias extitisse Romanis, suprà dictum est: ita & alæ extraordinariæ equitum fuerint, hoc est, qui supernumerarij stipendium debitum præstolarentur, **die wartgelt hetten**, ut nos dicimus Germani. Meminit uerò illorum T. Liuius lib. 2. Decad. 5. cum prælium habitũ cum rege Perseo describeret: Sinistro M. Valerius Leuinus sociorum equites ex Græcis populis habebat, eiusdem gentis leuem armaturam: mediam autem aciem cum delectis equitibus extraordinarijs tenebat Q. Mutius, CC equites Galli ante signa horũ instructi, & de auxilijs Eumenis Cyrtiorum gentis. Sic Spartianus in Caracalla, agens

Extraordinarij.

A agens de cæde Caracallæ: Conſcij cædis fuerunt, inquit, Nemeſianus, & frater eius Apollinaris, Rhetianusq́;, qui præfectus legionis ſecũdæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinarijs præerat. CVM FRENIS, & ſine frenis equites, quorum meminit Cæſar lib. 5. Ciuilis belli: Rex interim Iuba de equeſtri prælio Scipionis certior factus, euocatusq́; ab eodem literis, præfecto Saburra cum parte exercitus contra Situum relicto, ut ſecum ipſe aliquid authoritatis haberet exercitus Scipionis, à terrore Cæſaris, cum tribus legionibus, equitibusq́; frenatis DCCC, Numidis ſine frenis, peditibusq́; eius armaturæ grandi numero, &c. Et rurſus eodem libro: Iamq́; Cæſar, dum exercitum reducere intra munitiones ſuas cœpiſſet, ſubitò uniuerſus equitatus ulterior Numidarum Getularumq́; ſine frenis ad dexteram partem ſe mouere, propiusq́; Cæſaris caſtra, quæ erant in colle, ſe cõferre cœpit, frenati autem Labieni equites in colle permanere, legionesq́; diſtinere, cum ſubitò pars equitatus Cæſaris cum leui armatura contra Getulos immiſſa, ac temerè lõgius progreſſi, paludemq́; tranſgreſſi, multitudinẽ hoſtium ſuſtinere pauci non potuerunt. Sic de equitibus frenatis Liuius lib. 8. Decad. tertiæ: Teſſeram ueſperi per caſtra dedit, ut ante lucem uiri equiq́; pranſi eſſent, armatus eques frenatos ſtratosq́; teneret equos. De equitibus ſine frenis, Herodianus lib. 7. Contrà Numidæ iaculatores optimi, atq́; equitandi peritiſſimi, ſic ut equos etiam infrenos uirga tantùm currentes moderarentur. Hodie hoc genus equitum in uſu amplius non eſt, niſi quòd Tartari penitiores quidam, barbariſſima gens, equos paſſim ſine frenis moderantur. EQVITES OCREATI, qui nobis hodie, præcipuè Germanis, in uſu manent, cõmemorantur à Vegetio libro ſecundo, cap. primo: Eſt aliud genus equitũ, inquit, qui Legionarij uocantur, propterea quòd connexi ſunt legioni, ad quorum exemplum ocreati equites ſunt inſtituti. VELITES, ET EQVITES ET PEDITES erant, leuiſſimis armis inſtructi, ut noſtro ſunt ſeculo & Italici equites, & Hungarici. de quibus Cicero de Republica ita ſcribit: Militari more ueterum uelociſſimi cum ſcutis leuibus pedites, ad hoc ipſum exercitati, ijſdem miſcendi quos expeditos, quaſi uolitantes, Velites appellabant. Refert Aelianus, ordinem in militia diuidi ſolitum trifariam: in armatos, qui grauis armatura dicitur: & uelites, qui leuiſsimè omnium armantur, unde & expediti nuncupantur. Hinc Ouidius in Ibin:

Utq́; petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti uelitis haſta ſolum.

Equites cum frenis.

Ocreati equites.

B Equites uelites.

VELITVM equitum meminit & T. Liuius ſecundo quintæ Decadis: Dextro cornu præpoſitus C. Licinius Craſſus, conſulis frater, cum omni Italico equitatu uelitibus intermixtis: Siniſtro M. Valerius Leuinus, ſociorum ex Græcis populis habebat equites, eiuſdem gentis leuem armaturam. Et iterum eodem libro: Octingẽti fermè, & omnes Romani erant, cum equitatu ac leui armatura. Acceſſerunt noua auxilia, Numidæ pedites equitesq́;, & elephanti: caſtris egreditur, & tribunus militum imperat, ut legionum ſigna ſequantur. ipſe, uelitibus ad firmanda leuium armorũ auxilia adiectis, ad tumulum procedit. Sic Am. Marcellinus: Remos, inquit, Seuerus magiſter equitum per Agrippinam petens, & Iuliacum, Francorũ ualidiſſimos cuneos in ſexcentis uelitibus, ut poſtea claruit, uacua præſidijs loca uaſtantes offendit. Quales fuerint præterea uelites equites, indicare uidetur Vegetius lib. 3. cap. 20: Præcipuè tamen uelites antiqui aduerſum elephantes ordinarunt. Velites autem erant iuuenes, leui armatura, corpore alacri, qui ex equis optimè miſſilia dirigebant. Hi equis pretercurrentibus ad latiores lanceas, uel maiora ſpicula, beluas occidebant. CATAPHRACTARII, grauibus armis & ferro potiſſimùm armati erant; haud multum diuerſi ab illo genere equitum, quos

Cataphractarij equites.

Ss 2

quos Germani ἀπὸ τ κυρίσσειν, hoc est, armando, Korisseos nominamus: Clibanarij Persis quondam uocati. Meminit T. Liuius lib. quinto quartæ Decadis: Equitum innumerabilem uim traijci Hellespontũ in Europam, partim loricatos, quos Cataphractarios uocant: partim sagittis ex equo utentes. Et rursus lib. septimo: Nam Antiochus à dextro cornu, cum ibi fiducia fluminis nulla præsidia cerneret, præter quatuor turmas equitum, & eas dum applicãt se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem cum auxilijs & cataphracto equite fecit. Nec à fronte tantum distabat, sed circumito à flumine cornu, iam ab latere urgebat, donec fugati equites primùm, deinde proximi peditum effuso cursu ad castra compulsi sunt. Huc pertinet illud Salustij: Qui progrediebantur milites, inquit, cataphracti, ferrea omni specie. Vopiscus in Aureliano, cum epistolã Valeriani Augusti ad Aurelianũ introducit, qua illi militię magisteriũ aduersus Sarmatas cõmittit: Habes, inquit, Sarmatas centum quinquaginta, Saracenos ducentos, Mesopotamios auxiliares quadringentos. Habes legionẽ tertiam felicẽ, & equites cataphractarios DCCC. Sic Trebellius Pollio in Claudij historia: Huic è regione Dardania dabis milites CC, ex cataphractarijs C. Lamprid. in Alexãdro: Cataphractarios, quos illi Clibanarios uocant, decem milia interemimus. Meminit & Herodianus lib. 4 hist. Augustæ: Suscepit autẽ Macrinus imperiũ, nõ tam fide militũ, quàm necessitate impulsus, usúq; præsenti. His actis, etiam Artabanus multis copijs ac uiribus aderat, equitatum ingentem sagittariorũ adducens, præterea cataphractos camelis insidentes, qui prælongis contis prœliarent. Et iterũ: Ac receptis per interualla expeditis militibus, quibus facilis esset excursio fortiter resistẽtes, impetum barbarorũ sustinebant: qui scilicet & sagittarũ multitudine & prælongis contis quidem, cataphracti ex equis aut camelis depugnabãt, pessimè Romanos accipiebãt. A

Præterea extat de hoc genere & nomine equitum, multis in locis etiam mentio apud Marcellinũ. is enim lib. 16. ita nominatim scribit: Ac ne qua interueniret mora, adhibitis cataphractis solis, & balistarijs, parũ ad tuendũ rectorẽ idoneis, percurso eodem itinere, Autosiodorũ peruenit. Et lib. 20. de rege Persarũ scribens: Primo itaq; impetu, cum agmine cataphractorũ fulgentiũ, rex ipse sublimior cæteris, castrorũ ambitũ circumcursans, prope labra ipsa fossarũ uenit. Idem lib. 24. Cõtra hæc Persæ obiecerũt instructas cataphractorũ equitũ turmas sic cõfertas, ut laminis aptati equorũ flexus splendore perstringerẽt, occursantes obtutus operimentis scorteis, equorũ multitudine omni defensa. Et rursus lib. 25: Quæ dum sine respectu periculi sui, reintegrare festinat, ex alia parte cataphractorũ Parthicus globus centurias adoritur medias. Et describens armaturã huius generis equitum, loco eodem: Hoc etiam loco relicto, ait, cum ad tractum Maranga appellatũ omnis uenisset exercitus, prope lucis cõfinia immensa Persarũ apparuit multitudo, cũ Merene equestris magistro militiæ, filijsq; regis duobus, & optimatib. plurimis. Erant autẽ omnes cateruæ ferratæ, ita per singula densis laminis tectæ, ut iuncturæ rigentes compagibus artuũ cõuenirent, humanorũq; uultuũ simulachra ita capitibus diligẽter aptata, ut in bracteatis corporibus solidis, ibi tantũ incidentia tela possent hærere, qua per cauernas munitas, & orbibus oculorũ adfixas parcius uisitur, uel supremitate narium angusti spiritus emittuntur: quorum pars contis dimicatura stabat immobilis, ut retinaculis æreis fixam æstimares. Huc adludunt deniq; celebres poetæ. Virgilius undecimo Æneidos: B

Cateruæ ferratæ.

Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.

Propertius elegia tertia:

Neue tua Mediæ linientur cæde sagittæ,
Ferreus aurato nec cataphractus equo.

Claudia-

A Claudianus libro secundo in Ruffinum:

Hic ultrix acies ornatu fulgida ferri
Explicuit cuneos, pedites in parte sinistra
Consistunt, equites illinc poscentia cursum
Ora reluctantur preßis sudare lupatis,
Hinc alij sæuum cristato uertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent uibrare colores,
Quos operit formatáq; calybs cōiuncta per artem,
Flexilis inductis hamatur lamina membris
(Horribilis uisu) credas simulachra moueri
Ferrea, cognatóq; uiros spirare metallo:
Par uestitus equis, ferrata fronte minantur,
Ferratósq; mouent securi uulneris armos.

Idem in tertium Honorij consulatum:

Feruet cristatis exercitus undique turmis
Quisq; sua te uoce canens: præstringit ahena
Lux oculos, nudáq; seges Mauortia ferri
Ingeminat splendore diem, pars nobilis arcu,
Pars longè iaculis, pars cominus horrida contis.

Et iterum in sextum consulatum:

Ut calybe indutos equites, & in ære latentes
Uidit cornipedes, quá nam de gente, rogabat,
Ferrati uenere uiri? quæ terra metallo
Nascentes informat equos? Num Lemnius autor
Addidit hinnitum ferro, simulachráq; bellis
B *Uiua dedit, gaudet metuens, & pollice monstrat,*
Quòd picturatas galeæ Iunonia cristas
Ornet auis, uel quòd rigidos uibrata per armos
Rubra sub aurato crispentur serica dorso.

Porrò non dissimilis descriptio huius generis equitum legitur apud Ælianum in libello de Instruendis aciebus: Equestres copiæ, inquit, quæ à quadrigis seiungi, & per turmas locari debent, modo armandi inter se distant. Pars enim armis tota obsepta est, & hinc cataphracti nomen sortita est: pars non tota armis integitur. Cataphractos igitur intelligi eos uolo, qui non solùm sua corpora, sed etiam equos lorica undiq; muniunt. Cæterùm ut nec illud prætereã, uergente Imperio, ut describit Marianus in Noticijs orientis & occidentis, celebres erant Romana tum in republica cataphractarij buccellati inter decem Comitatenses uexillationes enumerati, equites cataphractarij Biturigenses, ex septē uexillationibus Comitatensib. præsentialis magistri, & cataphractarij Albingenses, inter quatuor Thraciæ uexillationes Comitatenses commemorati. CLIBANARII, ijdem erant qui cataphracti: nisi quòd Persica uox rem & institutum Romanum exprimebat. quibus penè possent comparari, qui nobis hodie Schurzari dicuntur, toto corpore ferrei, excepta facie, & pedibus manibusq; externis. De quibus extant loca autorum. Lampridius in Alexandro: Centum uiginti millia equitũ fudimus, cataphractarios, quos illi Clibanarios uocant: dein millia in bello interemimus. Sic Am. Marcell. lib. 16. Et incedebat hincinde ordo geminus armatorum, clypeatus atq; cristatus, chorusco lumine radians, nitidis loricis indutus: sparsíq; cataphracti equites quos Clibanarios dictitant Persæ, thoracũ muniti tegminibus, & lumbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulachra, nō uiros. Quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebãt, per omnia

Clibanarij equites.

membra deducti, ut quocunque artus necessitas commouisset, uestitus congrueret, iunctura cohærenter aptata. Et rursus sub finem eiusdem libri, de Germanorum equitatu scribens: Cumque ita, ut antè dictus docuerat perfuga, equitatum omnem à dextro latere sibi uidissent appositum, quidquid apud eos per equestres copias præpollebat, in læuo cornu locauere confertum, ijsdemque sparsim pedites miscuere discursatores & leues, profectò ratione tuta poscente. Norant enim, licet prudentem ex equo bellatorem, cum clibanario nostro congressum, frena retinentem, & scutum, hasta una manu uibrata tegminibus ferreis, abscondito bellatori nocere non posse. Porrò codex Præfecturarum, qui inclinatis Imperij, ut sub Arcadio & Honorio extitit, rempub. delineat, sex genera equitum clibanariorum celebrat, Comites uidelicet clibanarios inter quinque Palatinas uexillationes magistri præsentialis, equites primò clibanarios inter septem Comitatenses uexillationes eiusdem, promotos clibanarios sub orientis prætorio, clibanarios Persas ex sex Palatinis uexillationibus præsentialis magistri. Recenset & clibanarios sagittarios inter Comitatenses uexillationes occidentis. Cæterum clibanariorum usum in bello refert Vegetius lib. 3. cap. 24: Bini cataphracti equi iungebant ad currum, quibus insidentes clibanarij sarissas, hoc est longissimos contos in elephantos dirigebant. Nam muniti ferro, nec à sagittarijs quos uehebant beluæ lædebant, & earum impetum equorum celeritate uitabant. Alij contra elephantos cataphractos equites immiserunt, ita ut in brachijs eorum & in cassidibus uel humeris aculei ingentes ponerentur è ferro, ne manu sua elephas bellatorem contra se uenientem posset apprehendere. COVINARII quales fuerint, diuinare non possum: nisi quòd couinarios equites esse putem, qui falcatos currus olim trahebant, qui Couini dicebantur, Belgis & Britannis familiares. Vnde Pomponius Mela de Britannis tractans: Dimicant non equitatu solùm, inquit, aut pedite, uerùm & bigis curribus Gallicè armati, Couinos uocant, falcatis axibus utuntur. Ad quod genus uectabuli alludens Lucanus in Pharsal.

Equites couinarij.

A

B

Et docilis rector monstrati Belga couini. Sic Silius lib. 17.

Agmina falcifero circumuenit arcta couino.

Porrò meminit equitum couinariorum Tacitus in uita Iulij Agricolæ: Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterant, ita ut primum agmine, quo cæteri per accliue iugum connexi uelut insurgerent, medio campi couinarius eques strepitu ac discursu complebat. Et rursum: Interim equitum turmæ fugere, couinarij peditum se prælio miscuere: & quanquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus & inæqualibus locis hærebant, &c.

Scutarij. EQVITES scutarij, quales hodie Hungaris Turcisque in usu sunt, desinente Imperio celebrant præ cęteris Scoto, primo scutarij inter septem Comitatenses magistri præsentialis, & secundo scutarij ibidem. idem primos scutarios in orientis limite collocare alios uidet. ESSEDARII equites quales fuerint, decernere non possum: nisi quòd & essedum genus uehiculi erat, ab equis tractum, in quo aliquis tanquam equo uelocissimè currebat, nimirum ut sunt hodie quos apud Hungaros & Austriacos Gotzi appellant. Vnde Cicero lib. 6. Epist. ad Atticum: Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Suetonius in Claudio: Solitus in gestatorio ludere, ita essedo alueoque adaptatus, ne ludus confunderetur. Huc pertinent poetarum uersus, Virgilij 3. Georg.

Essedarij.

Belgica uel molli melius feret esseda collo. Propertij elegia prima lib. secundi:

Esseda cælatis siste Britanna iugis.

Meminit uerò equitum essedariorum Cæsar lib. 4. Ciuilis belli: Simul equitatu atque essedis circumdederant, genus hoc est ex essedis pugnæ. Primò per omnes partes perequitant, & tela conijciunt, atque ipso terrore equorum & strepitu rotarum ordines

A ordines plerunq; perturbãt:& cum se inter equitũ turmas insinuauere, & ex essedis desiliunt,& pedites præliantur. Et iterum libro 5: Equites hostium essedarijq; acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerũt, ita tamen ut nostri omnibus partibus superiores fuerint. Et sic accipiẽdus locus Ciceronis ad Trebatium lib.7: Tu qui cæteris cauere didicisti in Britãnia, ne ab essedarijs capiaris caueto. EQVITES scutati describuntur ab Æliano in lib. de Instruendis aciebus: Partis autem nõ cataphractæ alij hastati habentur, alij ferentarij. Hastati, qui manus conserunt, & cominus hasta decertant, quorũ alij scutũ gerunt, & inde Scutati dicuntur: alij sine scuto hasta impugnant, qui nomine speciali Hastati uocañ & Contati. BALISTARII & sagittarij, qui balistas & sagittarũ pharetras equo uehebant, qui est adhuc mos apud Germanos equites, & appellãtur **die Reüter mit den armbrusten**. Meminit uerò huius generis equitũ Tacitus lib. 2. historiæ Aug. Noster exercitus sic incessit, auxiliares Galli Germaniq; in fronte, post quos pedites sagittarij, dein quatuor legiones, & cũ duabus prætorijs cohortibus ac delecto equite Cæsar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cum equite sagittario. Sic Marcell. lib. 16, & 18 sub finem: Aderat comitũ quoq; sagittariorũ pars maior, equestres uidelicet turmæ, ita cognominatę, ubi merẽt omnes ingenui barbari, armorũ uiriumq; firmitudine inter alios eminentes. Idem lib. 16. Et ne qua interueniret mora, adhibitis cataphractis solis & balistarijs, parum ad tuendum rectorem idoneis, percurso eodem itinere Autosidorum peruenit. Et iterũ: Tubarumq; gemente clangore, pedestres copiæ lentis incessibus educũtur: earumq; lateri equestres coniunctæ sunt turmæ, inter quas cataphracti erant, & sagittarij, formidabile genus armorum. Porrò codex Præfecturarum octo genera sagittariorum equitum enumerat inter uexillationes Comitatenses, quorum nomina, e-

B quites primò sagittarij, equites secundo sagittarij, equites tertio sagittarij, equites quartò sagittarij, equites sagittarij seniores, equites sagittarij Corduni, equites clibanarij sagittarij, & equites sagittarij Parthi seniores. Idem per Thracias sagittarios seniores & iuniores cõmemorat inter uexillationes Comitatenses quatuor, & primos sagittarios in prætorio orientis collocat. HIPPOTOXOTAE equites, qui arcus ferebant, & pharetras: quales hodie sunt equites Poloni, seu Tartãri. de quibus Cæsar lib. 3. Ciuil. belli: Horũ alter unà uenerat, alter folium miserat. CC ex Syria à Comageno Antiocho, cui magna præmia Pompeius tribuit, missi erant, in his plerĩq; hippotoxotæ. Idem lib. 5. Aug. belli: Præterea Petreiano auxilio adhibito, equitibus mille centum, peditum ac leuis armaturæ quater tantis, sagittarijs ac funditorum hippotoxotis q̃plurimis. ARMIGERI equites, fortè qui simpliciter arma, & non iacula ferebant. horum quatuor genera Scotus in codice Præfecturarũ recenset: Equites armigeros seniores & iuniores inter uexillationes Comitatenses occidentis, armigeros propugnatores seniores & iuniores, defensores iuniores, & equites armigeros seniores Gallicanos. IACVLATORES equites in equitatu fuerunt, quales funditores in peditatu, qui moles instrumentis quibusdã in hostem aduersum iaciebãt: ut faciũt nostro seculo qui schlopeta ferũt, **die schützen Reüter**. Meminit Liuius lib. 7. Decad. 4: Sic armatos quadrigas, quia si in extremo aut medio locatæ forent, per suos agendæ erant, in prima acie, ut antè dictum est, locauerat rex. Quod ubi Eumenes uidit, haud ignarus pugnę, & q̃ anceps esset auxilij genus, si quis pauorem magis equis inijceret, q̃ iusta adoriretur pugna, Cretenses sagittarios funditoresq; & iaculatores equitum non confertos, sed q̃maximè possent dispersos, excurrere iubet, simul omnib. parietibus tela ingerere. Herodianus libro 8. historiæ Augustæ, loquens de Maximino: Ipse cum suis stipatoribus ueluti subsidio sequebatur, alis utrinq; discurrentibus

Equites scutati.

Balistarij & sagittarij.

Hippotoxotæ.

Armigeri.

Iaculatores.

cataphractorũ equitum, Maurisq́; iaculatoribus, sagittariisq́; ex oriente, equitatu Germanorũ, quos auxiliares asciuerat. Hoc genus equitũ depingit ab Æliano in libello de Aciebus instruendis: Ferentarii equites dicunt, qui eminus solent dimicare: quorũ alii iaculis, alii arcu utũtur. Iaculantur, quos Tarentinos uocamus. arcu utuntur, qui equites sagittarii, & à nõnullis Scythæ etiam uocantur. Tarentinorum duo sunt genera. nam alii longius iaculantur, & ob eam rem equites iaculatores dicũtur, & Tarentini speciali uocabulo: alii cum semel aut bis iaculum miserunt, quo leuiori utuntur, manus de cætero cum aduersario conserunt, & cominus pugnare incipiunt, non secus quàm quos hastatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitum est. Ergo Tarentinorũ alii Tarentini nomine suo uocãtur, qui de longè iaculari consueuerunt: alii leues, qui pugnam cominus subeunt. A

Procursatores equites. EXCVRSATORES equites, qui & procursatores, Turcis ac Hungaris potissimùm extant, quos uulgò Husserones ac Straufantes nuncupamus. Meminit Liuius lib. quinto Decad. primæ: Inde ad Veios exercitus ductus, densioraq́; castella facta, & à procursationibus, quę multæ temerè inter murum ac uallum fiebant, edicto, ne quis iniussu pugnaret. Idem libro secundo Decadis tertiæ, de Hannibale locutus: Facturus copiam pugnandi consulibus, dirigit aciem, lacessitq́; Numidarũ procursatione hostes. Et tertio sequenti: Prima castra castris modico interuallo sunt obiecta, deinceps procursationes leuiaq́; certamina. Idem lib. quinto eiusdem: Interea adeò nihil obedienter curatum est, ut contrà pro argumento fuerit illa procursatio Numidarũ. Et sexto rursus: Sed hostis detrectabat pugnã, leuia tamen prælia inter extremũ Punicum agmen procursatoresq́; Romanos fiebant. Idem septimo iterum: In medio campo ab stationibus procursantes, certamina haud satis digna dictu subibant. Sic & illud est octauo eiusdem: Scipio cum pecora rapta pleraq́; ex ipsorum hostium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorũ iussisset, uelites subsidio misit, à quibus ubi per procursationẽ cõmissa pugna esset. Huc pertinet & alter locus, qui est libro secundo Decadis quintæ: Ipse cum equitatu & leui armatura substitit ad agmen cogendum, ratus id quod accidit, insecuturos ad extrema, ab tergo carpendo hostes. Breue certamen, leuis armaturæ maximè, cum procursatoribus fuit. Videtur pertinere ad hunc locũ, B

Furtiuæ excursiones. quod de furtiuis excursionibus Liuius scribit libro quarto Decadis tertiæ: Hippocrates enim finitima prouinciæ Romanæ, primo furtiuis excursionibus uastare cœpit. Cõmemorat huius generis equites Marcellinus lib. 16: Et quoniam à loco, unde Romana promota sunt signa, adusque uallum barbaricum, quarta leuca signabatur, & decima, id est unum & uiginti milia passuum, utilitati securitatiq́; rectè consulens Cæsar, reuocatis procursatoribus iam antè egressis, indictaq́; solitis uocibus quiete, cuneatim circumsistentes alloquitur. Et libro 24 ab initio: Post quæ Saraceni procursatores quosdam partis hostiũ obtulere lætissimi principi, & iterum ad agenda similia sunt remissi. Et rursus eodem libro: Postera die quàm hęc acta erant, perfertur ad Imperatorem, cibos per ocium capientem, nuncius grauis: Surenam Persicum ducem procursatorum partis nostræ tres turmas inopinum adgressum, paucissimos trucidasse. Et iterum: Vbi uallatis opere tumultuario castris, & exercitu omni per aquarum & pabuli opportuna biduò recreato, antegressus cum procursatoribus princeps, & ciuitatem desertam collustrans. Idem libro 25: Et non procul à uallo ipso, inter excursatores nostros, & Persico prælio acri commisso, Mechanæus cecidit, ductor unius agminis nostri. Et libro uigesimosexto: Dum nos pendentium ærumnarũ opprimit timor, compertum est, procursatorum indicio uersus pontem iungere.

Discursatores equites. DISCVRSATORES equites quales fuerint, ostendit Marcellinus lib. 21: Qui cum eò uenisset, manda-

A mandatorum principis memor, per literas, Gretione comite, quid ageretur, edocto, reliquisq; rectoribus, lecto undique milite fortiore, translatisq; ab utraque Mauritania discursatoribus expeditis. hæc ille. Ex quibus uerbis elicimus, fuisse in equitatu discursatores, qui in peditatu erant speculatores & exploratores.

PALATI EQVITES citantur à Liuio libro tertio Decadis tertiæ: Itaq; & ipse Asdrubal in collem satis arduum tutumq; flumine obiecto, tum copias subducit, & præmissam leuem armaturam, equitesq; palatos eódem recipit. Et rursus: Nec te nec exercitum tuum norim, nisi à quo tot Romanas acies fusas stratasq; esse sciam, & facile esse ducam opprimere pabulatores nostros uagos, sine signis palatos, quò quemque trahit quamuis uana prædæ spes. Et iterum libro quarto: Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas, cum præfecto sociorum in agros hostium prædatum misit: eos effuse palatos Hanno adortus, haud multo minorem quàm à Beneuento acceperat, reddidit hosti cladem. hæc ille. Ex quibus liquet, palatos equites fuisse, ab exercitu uagabundos, qui prædatum exibant, uerùm non ita procul ut procursatores, latius tamen quàm pabulatores excurrebant. uulgo hodie, auff der gard streyfend Reüter. PABVLATORES EQVITES, qui frumentatum castris positis exibant: Germani nos dicere solemus, die auff der fütrung reiten. Meminit Liuius libro octauo Decadis quartæ: Tum uerò instare dissipatis Galli, & cædere: magnaq; pars oppressa foret, ni statio pabulatorum sexcenti equites occurrissent. Hi procul clamore pauido suorum exaudito, cum tela equosq; expedissent, integri profligatā pugnā acceperūt. Palati equites. Pabulatores equites.

EQVITES PALMATI, à quodam nobili equite Romano denominati sunt, ut quidam autumant. De quo Hesychius philosophus Milesius, Chronicarū diuisionum lib. quinto: Tempore Valeriani, inquit, in Cæsarea Cappadociæ Palmatus B habitabat supra regiam, præfectus equorum indomitorum, & aliarum etiam diuitiarum acquisitor, factionis plebeiæ princeps, & petulans ut quiuis alius. Equites palmati.

EQVITES GYNAECIORVM, in dextris uirgas portabant: qui adhuc mos apud Germanos tenet, ut præfectus aulæ muliebris præcedat, uirgam manu tenens. Meminit Marcell. lib. 14. Vtq; præliorum periti rectores, primò cateruas densas opponunt, & fortes, deinde leues armaturas, pòst iaculatores, ultimasq; subsidiales acies, si sors adegerit, inuasuras: ita præpositis urbanæ familiæ suspense digerentibus solicitè quos insignes faciunt uirgæ dextris aptatæ, ueluti tessera data castrensi, iuxta uehiculi frontem omnem textrinum incedit. Huic atratum coquinæ adiungitur ministerium, deinde totum promiscuè seruitium. EQVITES BASTAI quales fuerint, incertum. Meminit autem Dion in Hadriano: Et externi apparatum eius intuentes, inuiolati etiam pecunijs acceptis, nihil nouarum rerum moliti fuerunt: sed adeò peritos & laborum patientes habebat exercitus, ut olim equites qui uocabantur Bastai, Danubiū armati transnatauerunt. Equites gynæciorum. Equites Bastai.


EQVITES CVRVLES qui fuerint, nondum inueni. Meminit uerò Marcellinus libro 20: In compendium redigam breue. Equos præbebo curules Hispanos, & miscendos gentilibus atque scutarijs adolescentes lectos. Et Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Cum censores ob inopiam ærarij se iam locationibus abstinerent ædium sacrarū tuendarū, curuliumq; equorū præbendorum, ac similiū his rerum. EQVITES ab imperatorib. instituti & denominati, quales recensentur à Martiano in codice Præfecturarum, inter uexillationes Palatinas, equites Constantes & Valentinianenses seniores, & equites Theodosiani seniores. Et rursus inter Comitatenses uexillatiōes, equites Honoriani seniores et iuniores, equites Cōstātiani feroces, & equites deniq; Arcadiani felices seniores. EQVITES à nationibus & populis denominati, unde uexillationes constabant, ueluti idem Equites curules. Equites ab imperatorib. denominati. A nationib. & populis.

Marianus

Marianus inter uexillationes Palatinas cōmemorat, equites Batauos seniores & iuniores, equites & comites Alanos, equites Braccatos iuniores. Et ex numero uexillationū Comitatensiū idem autor enumerat equites Mauros alites & feroces, equites Marcomānos, equites Stablesianos Africanos, equites Stablesianos Italicanos, equites tertio, quarto, quinto, octauo, & nono Dalmatas, & equites Parthos seniores & iuniores. EQVITES PROMOTI iuniores sub præsentiali magistro inter Comitatēses uexillationes à Scoto cōmemorantur, & seniores inter quinq; Palatinas eiusdem magisterij. VECTORES EQVITES dicebantur in genere, omnes qui equo uehebātur, quemadmodū & qui nauigabant. Marcellinus lib. 25. Cumq; hinc Calen. Iulijs, stadijs triginta cōfectis, ciuitatē nomine Duram aduentaremus, fatigatis iumentis, uectores eorū nouissimi pedibus incedentes, Saracena multitudine circūsepti protinus interijssent, ni expeditiores turmæ nostrorū opem laborantibus attulissent. Hæc ille. Atq; hic anteq; finem Capiti imponam, explicandi mihi equi desultorij & seiuges occurrūt. Desultorios quidem hodie Hungari, Poloni atq; Turcæ in usu belli habent, die ein ledig pferd an der hand füren. Seiuges uerò, nos Austriaci in opere rerum cōmunium usurpamus, & uulgò uocamus ein anzenrossz. Meminit primi generis Liuius lib. 3. Decadis tertiæ: Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorū in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat. De seiugibus hæc Herodianus scribit lib. quinto: Ipsum porrò Dei simulachrum impositum uehiculo, quòd esset auro preciosisq; lapidibus exornatū, deducebat ex urbe in suburbanū, trahentibus equis seiugibus, emaculato candore ac magnitudine præcellentibus. A

Equites promoti. *Vectores equites.* *Desultorij equi.* *Seiuges equi.*

CAP. V. DE ROMANAE CLASSIS, ET quæ ad classem pertinebant, explicatione. B



EQVITATVM recto ordine naualis exercitus sequit̃, utpote qui à classe equitū nomen adeptus est, ut classis diceretur. Vnde Virgilius tertio Æneidos,

—Scio me Danais è classibus unum.

Erat enim primis temporibus consuetudo, quòd ab equitibus stipendiū in nauali certamine numerabatur. Sic Festus: Classes, inquit, antiqui dixerūt, quos nūc exercitus uocamus. Tametsi autē classis uocabulum multis rebus cōmune extiterit (quemadmodū Liuius primo ab Vrbe, populum Rom. à Seruio Tullo, in quinq; classes distributū tradit, quarū prima octuaginta centuriarum fuit, ex his constans qui in censu centum milia æris, aut eo amplius haberent. ad quam pariter classis significationē Cicero alludit secunda Philipp. En Dolabellæ comitiorū dies, sortitio prærogatiuæ quiescit, renunciat̃, tacet, prima classis uocatur, renunciatur: deinde, ut adsolet, suffragia, tum Secunda classis uocat̃. Sic Gellius infra classem appellatos scribit, qui in secunda aut sequentibus classibus erant, ijdem qui minore forent numero censi.) Itaq; etsi uox illa multis communis fuerit, tamen de exercitu nauali historicis passim & frequētius usurpatur. Vnde est illud Ciceronis pro lege Manilia: Qui posteaquā maximas ædificasset ornassetq; classes. Ad quod facit & illud Virgilij nono Æneidos,

Classis nomen unde. *Classis uox equiuoca.* *Classis naualis.*

Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas.

Inuenio porrò & pro nauiū multitudine, & una interdum naui, classis uocem accipi. quale est illud Ciceronis tertia in Verrem: Et mille numero nauium classem ad Delum applicuisse. Pro una uerò naui Poetis usurpatur subinde, ut in illo Maronis carmine:

Vnam

A *Unam quæ Lycios, fidumq́ uehebat Orontem.* Præcedit autem in eo carmine,
—Lyciæ ductorem classis Orontem.

Meritò igitur quæstionē hic mouerit quispiam, quot potissimū nauium classis Romanis extiterit. Quod dubium soluere uidetur Liuius libro decimo Decadis tertiæ: Nihilominus consules prouinciam Africam (ita enim Senatus decreuerat) in sortem coniecerunt: T. Claudio Africa euenit, ut quinquaginta nauium classem omnes quinqueremes in Africam traijceret. Idem septimo eiusdem: Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo prætori urbis negocium datum, ut naues longas triginta ueteres reficeret, quæ Hostiæ erant: & uiginti nouas socijs naualibus compleret, ut quinquaginta nauiū classe oram maris uicinam Romæ tueri posset. Porrò à classe Romani Classiarios & Classicos nominabant, qui in classibus erant. Vnde Liuius sexto Punici belli: Socijs C. Lælius, classicis legionarijs M. Sempronius Tuditanus aderat. Cæsar tertio Ciuilis belli: Itemq́ per equos dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sic Tacitus lib. 18: Intercepti centum equites, ac mille classici inter Placentiam Ticinumq́. hæc ille. Reuertor ad rempublicam Romanam, quam quatuor perpetuas classes tenuisse in Europa, ad omnem belli materiam inuenio: In Italia quidem duas, Misenensem & Rauennatensem: & in Gallijs totidem, in lacu uidelicet Comi, & in Galliæ littoribus. Quibus Africana est classis adnumeranda. Tacitus libro quarto historiæ Augustæ, trium classium mentionem facit his uerbis, cum restitutionem limitum factam à Tiberio explicaret: Quæ tum Romana copia in armis, qui socij reges, quanto sit augustius imperitatum. Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud, & Rauennam, proximumq́ Galliæ littus rostratæ naues præsidebant. Quas Actiaca uictoria captas Augustus in oppi-

Classis quantitas & nauium numerus.

Quatuor Romanorū classes perpetuæ.

B dum Foroiuliense miserat, ualido cum remige. Idem libro decimoquinto Misenensis classis meminit, ita scribens: Primores classiariorum Misenensium labefacere, & conscientia colligare, connexa est tali initio. Sic de Rauennatensi Spartianus in uita Didij Iuliani: Tullius Crispinus præfectus prætorio contra Seuerum missus, ut classem produceret, Romam redijt: sed dum hæc agit Iulianus, Seuerus classem Rauennatensem occupat. Porrò in statione huius classis Rauennatensis, municipium postea ædificatū, classis nomenclaturā ad posteros transmisit. cuius meminit Paulus Diaconus lib. 3. Longobardicæ historię, cap. 9: Huius autē Droctulphi, ait, adminiculo sæpe Rauennatiū milites aduersus Longobardos dimicauerunt. Extructaq́ classe Longobardos, qui Classem urbem habebant, hoc adiuuante expulerunt. Meminit huiusmodi classiū & inclinantis Imperij autor Vegetius lib. 4. cap. 31: Apud Misenum ergo, ait, & Rauennā singulæ legiones Romani nominis cum classibus stabant, ne longius à tutela urbis abscederent: & cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu, ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam Misenatiū classis Galliam, Hispanias, Mauritaniā, Africā, Ægyptū, Sardiniam atq́ Siciliam in proximo habebant: classis autē Rauennatiū, Epirum, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontū, Orientē, Cretam, Cyprum petere detecta nauigatione consueuerat. Meminit & Germanicæ classis Tacitus lib. 17. quam cum Gallica eandem fortè extitisse autumo. Pompeius propinquus procurator Belgicæ statim interfectus, Iulium Burdunē Germanicæ classis præfectum astu subtraxit. Idem libro primo, tempestate in Oceano Germanico iactatam refert. Huc pertinent quæ de classi Africana scribit Ælius Lampridius in historia Cōmodi Cæsaris: Nec patris autē sui opera perfecit, classem Africanam instituit, quæ subsidio esset, si fortè Alexandrina frumenta cessassent. Ad hanc alludere uidetur Claudianus in bello Gildonico:

Misenensis classis.

Classis Rauennatensis.

Classis Germanica.

Classis Africana.

Tot mihi pro meritis Libyam, Nilumq; dedere,
Ut dominum plebem, bellatoremq; Senatum
Classibus æstiuis alerent, geminoq; uicissim
Littore diuersi complerent horrea uenti. A

Classis Romanorũ in fluuijs. Atq; hactenus de classibus, quas Romani in mari habuerũt. Inuenio uerò huic populo pro limitũ tuitione classes & in Sauo Danubioq; atq; Rheno, itemq; Ligeri Ararique fuisse. Strabo lib. 7. autor est, Augustũ Cæsarẽ in bello contra Dacos suscepto, duas in Sauo classes instruxisse, alterã ad Segestam, & in agro Sirmiensi alteram. Sic liber Præfecturarũ, qui rempub. sub Arcadio & Honorio continet, multas in Danubio & classes & earũ præfectos describit: In Pannonia quidẽ inferiori classem primã Flauiã Augustã Sirmij, secundam Flauiã Graio, Istricam Mursæ, & primã Pannonicã Ægitensiũ Seruitij ad Sisciam in Sauo flumine collocat. In Valeria porrò classem Histricã Florentiæ: & in Norico Arlepensem, Maginensem & Laureacensem omnes in Danubio, eorumq; præfectos recenset. Meminit quoq; idẽ Codex classis à Carnunto colonia primæ Pannoniæ, Vindobonã eiusdem prouinciæ municipiũ trãslatæ, & sub dispositione uiri spectabilis ducis Daciæ ripensis præfectũ classis Histricæ Ægeræ, & pręfectũ classis Ratiariensis. Rursus sub dispositione uiri spectabilis ducis Mœsiæ primæ, classis Histricæ Viminacio, & classis Stradensis Germensisq; Margo. Ad quod addenda sunt, quę monumenta Vetustatis de classibus in Rhodano, Ligeri, Arari, & lacu Comensi memorant, quorum rhapsodiæ hæ sunt:

Lugduni in Gallijs:

L. TAVRICIO FLORENCII
TAVRICI TAVRICIANI FILIO VENETO ADLECTORI
GALLO PATRON. NAVTAR.
ARARICOR. ET LIGIRICORVM ITEM ARECAIRORVM
ET CONDEATIVM II PROVINCIAE GALLIAE.

Ibidem:

L. HILVIO L. F. VOLTIM.
FRVGI CVRATORI NAVTARVM BIS IIVIR. VIEMENS.
PATRONO RHOD. ET
ARARICOR.

Mediolani:

D. M.
EPITVNCHAN. M. M. SER. CISALPIN. I. L. T. TRANSALPIN. PATR. B
COLL. NAVT. COMENS. HAERED. FAC. CVR.

Brixiæ:

P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE Q. FLAMINI DIVI TRAIANI PONTIF. IIVIR.
QVINQ. TRIB. LEG. II. ADI. PIAE
FIDELIS CVRAT. REIP. BERGOM.
DAT. AB IMP. TRAIANO CVR. REIP.
COMENS. DAT. AB IMP. HADRI.
COLLEGIA FABROR.
CENTONARI.

Atq; hæc de classib. Romanis. Ad quas propriè pertinebãt naualia, stationes nauales, hyberna, armamentaria, cõmeatus, & alia quædã: quæ & ipsa hocce capite explicãda ueniũt. *Naualia.* NAVALIA loca erant, ubi naues stabant post fabricationẽ. Meminit subinde Liuius, ut lib. 7. Dec. 4: Polyxenidas augere simulando errorẽ: subducit quasdã naues, alias ueluti subducturus esset: naualia reficit: remiges ex hybernis, nõ Ephesum accersit, sed Magnesiã occultè cogit. Et rursus eodem lib. Perseus tandem pauore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo, mallet imperijs suis nõ obtemperatũ esse, cũ trepidans Gazam in mare deijci, Pellæ Thessalonicæ naualia iusserat incẽdi. Idem lib. 6. tertiæ Dec. loquẽs de Scipione Africano: Dux cuncta pari cura obibat, nunc in classi ac nauali erat, nunc cum legionib. decurrebat. Et iterũ lib. 4. Dec. 5: Eò & Androclem præfectũ mittit, iussum sub ipsis naualibus castra habere. Et lib. 2. eiusdem Decad. C. Licinio prætori negociũ datur, ut ex ueteribus quinqueremibus in naualibus Romæ subductis, quę possent usui esse,

A esse, reficeret, pararetq; naues quinquaginta. Et sequitur eodem & libro & Decade: Duædequadragintaquinq; remiges ex naualib. deducti, qui deduceret eas Brundusium, L. Portius Licinius præfectus. Huc alludit & Cicero secundo Officiorum: Atq; etiã illæ impensæ meliores muri, naualia, portus, aquarũ ductus. Et sic intelliguntur loca poetarum, Virgilij quarto Aeneidos:

Diripientq; rates alij naualibus, ite. Ouidij quarto Tristium:

In caua ducuntur quassæ naualia puppes.

Porrò à naualibus dicebantur Socij nauales, remiges ipsi, & qui naues fabricabantur, & qui ex his pugnabant, quos hodie Galeotas nuncupamus. Liuius primo Punici belli: Nam ut socijs naualibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat. Et quarto Decadis quintæ: Itaque permixti Romanis & Macedones & Eumenis nauales socij, in templo inducias religione loci præbente uersabantur. STATIONES NAVALES in hoc à naualibus differebant, quòd opportunitate belli in his naues consistebant ad ripam maris, cum naualia potius in terra essent, antequam adhuc rectè in altum immitterentur. Meminit subinde Liuius noster & libro secundo Decadis tertiæ: Deinde minus terra propter ingentem famam nouorũ auxiliorum concurrere ausus, delecto milite in naues imposito, quinq; & triginta nauium classe ire obuiam hosti pergit, altero ab Tarracone ad stationem uiginti millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis peruenit. Et lib. tertio: Gisgo & Bostar & Mago, eadem ad Iunonis Laciniæ templum, ubi nauis in statione erat, perueniunt. Iterum quarto eiusdem: Hic ut numerus legionum expleretur, sex nouæ legiones erant scribendæ. Eas primo quoque tempore consules scribere iussi, & classem parare, ut cum eis nauibus quæ pro Calabrię littoribus in statione essent, centum & quinquaginta longarum nauium clas-
B sis eo anno expleretur. Et rursus ibidem: Deinde cum aduersus sociorum agros missum ab Appio præsidium esset, omnibus copijs impetum in oppositam stationem cum cæde multorum fecit. Sic libro septimo sæpedictæ Decadis: In Maliaco sinu is locus est, quondam frequẽter habitatus, propter egregiũ portũ, tutasq; circa stationes, & aliam opportunitatẽ maritimam. Et iterũ: Inde ad Hellesponti fauces nauigat, & decẽ nauibus in statione contra Abydum relictis. Meminit & octauo eiusdem Decadis: Ex patenti, inquit, utrinq; coactum in angustias mare, ut speciem intuenti primo, gemini portus, in ora duo uersi præberet. Sed haud facilè alia infestior classi statio est. Et lib. 10. Frequentior legatorum ad Hannibalem accersendum mittendorum pars maxima classem, quæ ad cõmeatus excipiendos parata erat, mittere iubet, ad opprimendam stationem nauium incautè agentem. Et iterum: Classis Punica ad Vticam stationem habebat. Talia sunt pleraque alia in Liuio, de statione nauium, in hoc significatu loca. ad quem nimirum respiciẽns Maro, secundo Aeneidos sic canit:

Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.

Ex quibus uerbis colligimus, iam stationem discrepasse à naualibus, ut mutationem uidelicet castrorũ in peditatu à conuocatione legionũ, alarumq;. quippe illa ad usum belli mutabatur, & erat ipso in mari. Hæc uerò in terra siue littore eodem manebat, bello quopiam exorso. Sed redeo ad reliquas propositæ rei differentias. HYBERNA nauium loca, ubi hyemis tempore naues sustinebant in bello. Meminit huius dictionis nõ semel Liuius, ut lib. 7. Dec. quartæ: Inter hæc Phocęæ seditio orta, quibusdam ad Antiochũ multitudinis animos auocantibus. grauia hyberna nauium erant, graue tributum, quòd togæ quingentæ imperatæ erant. Et iterũ eod. libro: Inde placuit Eumenẽ domũ dimitti, & præparare consuli atq; exercitui, quæ ad transitũ Hellesponti opus erãt: Romanam Rhodiamq;

Socij nauales.

Stationes nauales.

Hyberna nauium.

Anchoralia. classem redire Samum, atque ibi in statione esse. ANCHORALIA sub naualibus comprehendebantur, de quibus Liuius lib. secundo Decad. tertiæ: Vixdum omnes cōscenderant, cum alij resoluūt oras, aut anchorā uellunt: alij, ne quid teneat, anchoralia incidunt, raptimque omnia præproperè agendo, militū apparatu nautica ministeria impediuntur. Armamenta. ARMAMENTA numero plurali dicebantur, omnia arma instrumentaque quæ erant in classe: quemadmodū armamentū numero singulari, nauium repositoriū fuerat. Quale fuit, quod historiæ produnt Athenis Philonē construxisse, mille capax nauium. hodie appellamus corrupto Latino ab Italis uocabulo, **ein Arschanad / die Armada**. Cicero pro Rabirio: Ex ædificijs armamentarijsque publicis arma populo Rom. C. Rabirio consilia distribuente, dantur. Huc pertinent loca Liuij lib. 1. Dec. 3: Simul itaque quanque de industria morati cursum nauiū erant Carthaginenses, ut ante lucem accederent Lilybæum: præsensum tamen est, quia & luna pernox erat, & sublatis armamentis ueniebāt. Extemplò datum è speculis signum, & in oppido ad arma cōclamatū est, & in naues conscensum. Et libro tertio: Sub idem ferè tempus & à Carthagine in Sardiniā classis missa, duce Asdrubale, cui Caluo cognomen erat, fœda tempestate uexata ad Baleares insulas ejcitur. Ibique adeò non armamenta modò, sed etiam aluei nauium quassati, subductæ naues, dum reficiuntur. Idem libro sexto: Sed circa Cratonem Sibarimque suppleuerat remigio naues, instructamque ac armatam egregiè pro magnitudine nauium classem habebat. Et tum fortè sub idem fermè tempus & uenti uis omnis cecidit, & hostes in conspectu fuere, ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac militem ad imminens certamen satis temporis esset. Et iterum libro nono & decimo eiusdem Decadis: Volaterrani armamenta nauium, & frumentum. Et rursus: Ibi superantem insanos montes, multo & sæuior & infestioribus locis tempestas adorta disiecit classem. Multæ quassatæ armamentisque spoliatæ naues. Huc alludit Columella libro quarto: Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis ministrisque. Et sic intelligendum est illud Plauti in Mercatore: Salua est nauis, ne time. Resp. C. Quid alia armamenta? Resp. A. Salua & sana sunt. Et hæc quidem de armamentis. Armamentaria. à quibus alia erant Armamentaria, omnium uidelicet militarium armorum machinarumque conditoria, de quibus libro huius Operis quarto transegimus: quæ deprauata non minus ueteri uoce, nostri hodie homines Artolorei appellant. Commeatus naualis. COMMEATVS NAVALIS præter temporariam abeundi facultatem, prętereaque rem annonariam, accipitur subinde historicis, pro itu redituque classis, commeantis uidelicet. In quo significatu illud est à Cæsare dictum in quinto Cōm. Gallicæ historiæ: Duobus commeatibus exercitum transportare instituit. Et iterum: Prioris commeatus expositis militibus, & quas postea Labienus faciendas curauerat, numero sexaginta, perpaucæ locum caperent. Idem libro quinto Ciuilis belli: Eodem tempore ex legionibus omnibus, milites qui aut morbo impediti, aut commeatu dato cum signis non potuerant antè transire in Africam, ad millia qūatuor, equites quadringenti, funditores sagittarijque mille, uno cōmeatu Cæsari occurrerunt. Quo in loco duplici significatione cōmeatus usurpatur. Huc pertinet illud Suetonij in Nerone: Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo cōmeatu Neapolim confluxerant. hæc ille. Moris enim erat, ut Alexandrinæ naues ex Ægypto commearent in Italiam, causa frumenti & mercium importandarum. Meminit denique in hac significatione Cōmeatus Vegetius libro tertio de Re militari, capite septimo: Quòd si pons non tantùm ad transitum, sed etiam recursum & cōmeatum necessarius fuerit, tunc in utroque capite, percussis latioribus fossis, aggereque constructo, defensores mi-

A res milites debet accipere. Idem lib. 4. cap. 37: Scaphæ tamen maioribus liburnis exploratoriæ sociãtur, quæ uicenos prope remiges in singulis partibus habebãt, quas Britanni pictas uocant. Per has & superuentus fieri, & commeatus aduersariorum nauium aliquando intercipi assolet, & speculandi studio aduentus earum uel consilium deprehendi. Et iam colophonem eram Capiti impositurus, cum uenit in mentem formularum loquendi quarundam, quæ ad classis explicationẽ omnino pertinere uidentur. DEDVCERE classem quid fuerit, declarat Liuius libro octauo primæ Decadis: Sed ut falleret, nocte proficiscendum esse, extemploq; naues deducendas. Et libro decimo tertię Decadis: Segniter omnia in cõparanda deducendaq; classe ab T. Claudio consule facta erant. SVBDVCERE classem, siue naues, hoc est, extrahere è mari, & in naualibus collocare. Meminit Liuius lib. 8. primæ Dec. Naues Antiatũ partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ sunt. DEPORTARE classem, hoc est traducere in aliud littus. Liuius lib. 2. tertiæ Dec. Quin ipse confecto bello Hannibal uictor in Africam hinc decedat, exercitumq; deportet. Et lib. 10. eiusdem: P. Scipionem iuberent pacem dare, atq; ab eodem exercitum deportari iussissent, ne consul ex Sicilia in Africam traijceret. Idem primo 4. Dec. Sulpitio, cui nouum ac magni nominis bellũ decretũ erat, permissum, ut de exercitu, quẽ proconsul Scipio ex Africa deportasset.

Deducere classem. *Subducere classem.* *Deportare classem.*

PONERE carinas nauiũ, pro eo quod est, naues fabricare, usurpatur Liuio, octauo tertiæ Decadis: Casandreæ deinde centũ nauium longarum carinis positis, contractaq; ad effectum eius operis multitudine fabrorum naualium.

Ponere carinas.

CAP. VI. DE MINISTERIO NAUTICO, ET IIS *muneribus quæ ad classem Romanam pertinebant.*

B REM nauticam peculiari uocabulo omnia solent munia authores nominare, quæ in classi Romana necessaria fuerunt, incipiendo à præfecto classis siue prætore: ut erant trierarchi, centuriones, classiarij, limenophylaces, dieturci, urinatores, scrutatores, utrarij, ductores triremium, remiges, socij nauales, decuriones remigum, uectores, detersores. Et qui erant in collegio fabrorum, dendrophori, centonarij, dolabrarij, scalarij, & alia quædam huius generis officia. Sed placet de hac uoce, RE NAVTICA, locum Liuij cõmemorare, qui extat lib. secundo tertiæ Decadis: Primi Carthaginẽ inde perunt, atq; omnẽ agrum circùm depopulati, postremò tecta quoq; coniuncta muro portisq; incenderũt. Inde iam præda grauis, ad Longunticam peruenit classis. ubi uis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Et subdit eodem libro: Vixdum homines conscenderant, cum alij resoluunt oras, aut anchoram uellunt: alij ne quid teneat, anchoralia incidunt, raptimq; omnia præproperè agendo, militum apparatu nautica ministeria impediũtur. Idem lib. quarto tertiæ Decadis, Rem naualem uocat: In Siciliam eodem tempore, inquit, duo prętores profecti, P. Cornelius ad exercitũ, Octacilius, qui maritimæ oræ reiq; nauali præesset. Sed placet munia ordine explicare, quorũ PRAEFECTI SIVE PRAETORIS classis præcipuum fuerat, ut qui nõ solũ uniuersæ classi præfuerat, uerũ naualia curabat, reficiebatq; naues, & ijs iura dabat qui classi inseruiebant: unde & prætoris huic nomen tributum est. Hinc est illud Liuij lib. 2. quintæ Dec. C. Licinio prætori negociũ datur, ut ex ueteribus quinqueremibus in naualibus Romæ subductis, quę possent usui esse, reficeret, pararetq; naues L. Et lib. 7. Dec. 4: Circumuecti ab urbe aduersa insulæ, obiecta aquiloni ad Chium & Erythras sunt, cum pararẽt traijcere, literis certior fit prætor, frumenti uim magnã Chium ex Italia uenisse. Idem sexto tertiæ

Res nautica. *Præfectus classis.* *Prætor nauiũ unde electus.*

Decadis: Insignis tamen inter cęteras pugna fuit duarũ quæ primi agminis cõcur- A rerent inter se. In Romana naue ipse Quintius erat, in Tarẽtina Nico. Similiter in belli Macedonici descriptione, cum Antenoris Persæi nauiũ præfecti, & econtra Popilij ac Anitij Romanorũ pretorũ Romana in classe mentionẽ facit. Sic Cæsar in Cõmentarijs, describens bellum intestinũ, Nasidiũ Pompeianę classis, & Octauium Cæsaris præfectos facit. Tacitus lib. 14: Obtulit ingeniũ Anicetus libertus, classis apud Misenũ præfectus, & pueritiæ Neronis educator. Huc pertinẽt quæ scribit Appianus lib. 2 Ciuilis belli: Curio à Cęsare ex Sicilia missus, duabus cum legionibus in eos mouit, nauibus longis duodecim, onerarijs uerò plurimis stipatus. Is cùm Vticã applicuisset, breui quadã equestri pugna, nõnullos ex Numidis equites in fugam uertit: & exercitu adhuc in armis cõsistente, imperatorem se tamen nominari uoluit. Est enim hæc appellatio prætoris nõ mediocris apud multos autoritatis, quasi ipsis testificantibus, eundẽ imperatorio nomine haud indignum fore. Hunc quidẽ honorẽ prætores iampridem in maximis belli operibus sibi uendicauerant. Nunc autẽ, sub quibus decem milia in bello concidissent, hac appellatione dignos haberi audio. Et rursus lib. 5. eiusdem belli, cum Sexti Pompeij classem in Sicilia cõmemoraret, prætorẽ classico præfecto subijcere uidetur. Nam cum Menecratis classis præfecti meminisset, subdit tandem: Ex dextra autem Caluisius ad sinistrum sponte adnauigans, nonnullas Menecratis naues fregit, fugientesq; in Peloponnesum insecutus est. Demochares Menecratis cõlibertus, ac sub eo tum quidem præturã gerens, reliquas Caluisij naues adgressus, partim in fugam uertit, partim ad petras compulit. Et iterum de Agrippa Octauij Cæsaris prætore classico, & deditione Menodori, qui præfectus erat classis Sexti Pompeij, tractans: Cæterũ prçturã, inquit, suscipiente Agrippa, ad Cæsarẽ, à quo nihil mali pertulisset, redire uelle, si fides præstaretẽ. Hæc Mindius absente Agrippa ad Messalam detulit. Iterũ ex Strangyla ad Hieram enauigauit, & Pompeij custodijs minimè eum sustinentibus, Hieram intercepit: & sequenti die Mylas inuasurus uidebatur, Demochare Pompeij prætore XL duntaxat naues continente. Pompeius animaduerso Agrippæ impetu, naues quinq; supra quadraginta ultra primas à Messana Demochari pręmittit, Apollophane eius liberto deducẽte. hęc ille. Ex quibus uerbis apparet, præfecti classis prætorisq; non idem munus, neq; eandem dignitatẽ extitisse. Loco quippe & existimatione præfectus prætorẽ antecellebat: non alio sanè discrimine, atq; hodie dominus belli & dux belli diuersa esse dignoscunt. Porrò nõ dissimilis dignitas fuit apud Græcos ναυάρχων, de quibus Vlpianus in l. unica. de bon. poss. ex test. milit. TRIERARCHI singularum nauium præpositi dicebantur, Latinè Gubernatores, quos hodie Itali Patronos, & Hungari Vveyuodas uocant. Nomenclatura à triremibus mutuata est, quos hodie τριήρεις Græci appellant. Liuius libro nono Decadis tertiæ sic scribit: Magister nauium, ut omnes iam in naui erant, scaphas circummisit, ut ex omnibus nauibus gubernatoresq; & magistri nauium & bini milites in forum cõuenirent, ad imperia accipiẽda. Cicero tertia in Ver. Qua de re Charidemũ Chium testimoniũ priore actione dicere audistis, sese, cum esset trierarchus. Huc pertinet quod Cor. Tacitus lib. 14. scribit, de nece matris Neronis locutus: Abeunte dehinc ancilla, Tu quoq; me deseris, prolocuta, respicit Anicetũ trierarcho Herculeo, & Oloarito centurione classiario comitatũ. Et lib. 18: Et cõtradicere ausos Claudiũ Pyrrhicum trierarchũ Liburnicarũ ibi nauiũ, Q. Certum equitem Romanũ interfici iubet. Et iterũ: Datæ è classe Misenensi duę triremes ad persequendũ eum, quibus Scythum insulam tenuit. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent.

Prætor classis.

Prætor sub præfecto classis.

Nauarchi.

Trierarchi.

A Suetonius in Nerone: Datoq; negocio trierarchis, qui Liburnicā, qua aduecti erant, ueluti fortuito cōcursu cōfringerent. Ad hoc munus adludere præterea uidetur Liuius libro 5. Decad. 5, Latinè Gubernatores eos appellans. uerba illius hæc sunt: Dedit socijs naualibus in singulos denarios septuagenos quinq;, gubernatoribus qui in nauibus fuerant duplex, magistris nauium quadruplex. ubi per magistros, prætores intelligit. Et sic intelligendus, atq; etiam restituendus est locus in Daniele propheta, ubi pro trierarchis trieres falsò scriptū sic legitur, cum de postremis seculis consumandi iam mundi loquitur: Venient, inquit, super eos Trieres & Romani. Porrò an de hoc genere accipi debeat, quod de Nauirali recitat monumentum Veronense in pago Sanderati, incertum est:

D. M.

OCTAVIVS MARCELLIANVS FIRM. NAVIRAL. OCTAVIO FIRMIO MARCELLIANO FRATRIBVS.

CENTVRIO classiarius cōmemoratur à Tacito lib. 14: Respicit Anicetū, trierarcho Herculeo & Oloarito centurione classiario comitatū. DECVRIO remigum, ab eodem Liuio citatur lib. 9. Decad. 3: Quantū in XL longas naues opus esset, tritici centū & uiginti milia modium, & in uiaticū decurionibus remigibusq; collaturos. DVCTORES triremiū describunt Appiano lib. 5. Ciuil. belli: Sicq; Menodorus ad eum fugit. aduenie͂te demū Cæsare, in cōspectu eius supplex procidit: Et ut fugæ causam minimè reddēti, ueniam impartiri uellet, deprecatus est. Cæsar, salutē illi ob inducias concedere respondit: & protinus clanculū custodiri iussit. Triremiū autē ductores ab illo transferens, quocunq; libuisset abire permisit. Superest illud adhuc officiū in Arsanalibus nostris, hoc est naualibus, sed mutato nomine. LIMENOPHYLACES, uel limenarchæ, custodes portuum maris erant. Meminere Aristoteles in Politicis, & Iurecōsulti in l. limænarchę. de seruis fugit. & in l. munerū. de muner. & honor. DIAETVRCI, custodes fuerūt nauiū, dicti ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, quod est statio nauiū, & διαίτης, id est uictu, quòd solo uictu cōtenti naues custodiebant. Dicunt & Nauiphylaces, de quibus Iurecōsulti l. 1. §. & sunt quidam. ff. naut. caup. stab. NAVICVLARII, uel Græcis ναύκληροι, domini nauiū erant, & qui naues meritorias habebāt. quale hodie est genus hominū illorum qui dicunt Karenpecher. Meminit Callistratus iureconsultus in l. semper. ff. de iur. immun. & in l. 1. C. de nauicul. qui est primus titulus. SOCII nauales subinde historicis, & Liuio præcipuè, cōmemorantur. Erant autē eo loco, ut sunt hodie quos Galeotas dicūt, qui naues in armamentis parabāt. Meminit Liuius lib. 1. Dec. 3: Nam ut socijs naualibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat. Et lib. 6. eiusdem: Eo die Scipio Cneo Lælio cum socijs naualibus urbē custodire iusso, in castra legiones reduxit. Et iterū: Itaq; quanq; omnibus omnia deberet, præcipuū tamen muralis coronę decus eius esse, qui primus murū ascendisset, profitetur. qui se dignū eo duceret dono, duo professi sunt, Q. Trebellius centurio legionis quartę, & Sextus Digitius socius naualis. Et lib. 2. Dec. 3: Nauibus, quæ ad urbem Romā aut Hostiæ essent, cōpletis milite ac naualibus socijs, persequi hostiū classem, ac littora Italiæ tutari. Magna uis hominū conscripta Romę erat, libertini etiā quibus liberi essent, & ætas militaris. Idem lib. 8. eiusdem, nō solū libertinos ad hoc genus hominū adscitos, uerū uoluntarios etiā militasse in classe tradit: Perusini, ait, Clusini, Rusellani, abietem in fabricādas naues, & frumēti magnū numerū. abiete ex publicis syluis est usus. Vmbriæ populi, Nursiniq; & Reatini & Amiternini, Sabinusq; omnis ager, polliciti milites: Marsi, Peligni, Marrucinique multi uolūtarij nomina in classem dederūt. hæc ille. Et ut huius generis siue militū siue nautarū locus dignitasq; elucescat, scribit de stipēdio sociorū naualium

Centurio classiarius.
Decurio remigum.
Ductores triremium.
B
Limenophylaces.
Diæturci.
Nauicularij.
Socij nauales.
Milites & socij nauales diuersi.

lium Liuius lib.4.Dec.3.in hæc uerba: Consules ex Senatusconsulto edixerũt,ut qui L.Æmilio,C.Flaminio censoribus,millibus æris L,aut pater eius census fuisset,usq; ad centũ millia, aut cui postea res tanta esset facta, nautam unum cum sex mensiũ stipendio daret. Qui supra centũ millia,usq; ad trecenta milia, tres nautas cum stipendio annuo. Qui supra trecenta millia, usq; ad decies æris, quinq; nautas. Qui supra decies, septem senatores, octo nautas cum annuo stipẽdio darent. Huc pertinet,quod de socijs naualibus idem scribit li.4.Dec.5: Itaq; permixti Romanis & Macedones,& Eumenis nauales socij,in templo,inducias religione loci præbente,uersabantur. Et iterum lib.quinto: Dedit socijs naualibus in singulos denarios. Idem lib.7.quartæ Decad. quanto numero Romani hoc genus hominum aluerint, ostendit his uerbis: Aemilius, cui prouincia maritima erat, uiginti naues longas & socios nauales à M.Iunio pretore superioris anni accipere iussus, & scribit ipse mille socios nauales, duo millia peditũ cum his nauibus militibusq; in Asiam proficisci. Ex quibus omnibus iam liquet, socios nauales diuersos & à militibus ex nauibus pugnantibus extitisse,& à remigibus, de quibus superest ut etiam dicamus. REMIGES erant,qui remis naues trahebant, quod remis sulcare in mari poetæ dicere consueuerunt. A' quibus remigatio,hoc est nauigatio, & remulcus,nomina acceperũt,cum scaphæ remis magna nauis trahitur.Liuius lib. septimo Dec.4:Polyxenides augere simulando terrorẽ subducit quasdam naues, alias ueluti subducturus esset, naualia reficit, remiges ex hybernis non Ephesum accersit. Sic lib.sexto tertiæ Decadis,supplementi remigum his uerbis mentionẽ facit:Senatum postero die habuerunt,de remigum supplemento, ubi cum multa disseruisset,cur æqua plebis recusatio esset,uerterunt orationẽ eò. Sic Cæsar tertio belli Gallici: Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri,quod influit in Oceanũ, remiges ex prouincia institui, nautas gubernatoresq; comparari iubet. Appianus Alexan.talamiarum remigum meminit his uerbis libro quinto Ciuilis belli: Ex remigibus igitur thalamiæ primũ omniũ destituti sunt,alij per fores elapsi Pontum enatarunt. Papias ab occurrente naue susceptus, in hostes iterum se conuertit.Huc facit quod Cicero scribit secũdo de Diuinatione: Quid,inquiens, remex ille classe Coponij,nónne ea prædixit quæ facta sunt? Et iterũ: Eumq; dixisse,remigem quendam è quinqueremi Rhodiorum uaticinatum.Huc alludunt & poetæ. Virgilius tertio Aeneidos:

Margin: Numerus sociorum naualium. Remiges. A B

Remigium supplet,socios simul instruit armis. Et iterum quinto:
Velocem Mnestheus agit acri remige pristin. Et primo Georg.
Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit.— Propertius elegia secunda:
Iam licet & Stygia sedeat sub arundine remex.

Huius generis fuerunt & apud Græcos SYNTROPI,hoc est conremiges,quorum meminit inscriptio Veronensis in foro boario,in porticu Ruffini:

V. F.

CASSIA C. F. SIBI ET CASSIAE C. F. PRISCAE ET ANTONIAE L. F. MARCELLE ET SYNTROPO PVBLICO IN FRON. P. XXV. IN AGR. P. XXXI.

Vectores. VECTORES dicebantur,tam qui traijciebant homines epibatibus, quàm qui traducebantur. Iureconsi.titulo de Nautis & cauponibus: Nauta, inquit, mercedem accipit, ut traijciat uectores: caupo, ut uiatores manere in caupona patiatur. Titus Liuius quarto belli Punici: Quilibet nautarum uectorumq; tranquillo mari gubernare potest. Cicero secunda Philippica: Et summi gubernatores in magnis

A magnis tempestatibus à uectoribus admoneri solent. Huc facit & illud Appiani Alexandrini secundo Ciuilis belli: Multitudo deinde holcadum & ratium ad uasa comportanda, uectores plurimi per partes in his distributi, quibus M. Bubius præerat. Præterea meminit uectorum in hac significatione etiam Ælianus in libello de Instruendis aciebus: Bellatorũ, inquit, alij pedites, alij uectores. Pedites, qui pedibus in terra emittuntur: uectores, qui aliquò ferantur uehiculo. Quorũ duplex est genus. nam alij equis, alij elephãtis, plerique etiã naue uehuntur. Quinetiam qui equo utuntur, seorsim in duas partes distinguuntur: quippe qui aut in curribus cõstent, aut equis ipsis insideant. Et sic accipienda sunt loca poetarũ, & Vetustatis monumẽta, è quibus unũ fidei ergò adducimus. Virg. quarta Egloga:

Cedet & ipse mari uector.— Lucanus:

—*Hæc sola timoris* *Vectorem non nosse suum.*—

Tarraconæ in Hispania:

AVR. IANVARIO PROC. CHOSDORE SVMAE CELES VECT. ILLIR. PRAES. PRO V. HISPANIAE CITERIORIS TARRACON. PRAESIDI PRIM. MAVRITANIAE.

Cæterùm ab huiusmodi uectoribus eleganter euectio, ipse actus nauigationis huiusmodi nominabatur. Ad quã uocem præter cæteros alludit LAMBERTVS Schafnaburgensis, non contemnendus superiorum seculorum in Germania autor: Lustratis perspectisque omnibus, unam mercatoris cuiusdam prędiuitis, quia in eos usus competens uidebatur, nauim iubentur ad euectionem præparare.

VRINATORES, Callistratus iureconsultus ad legem Rhodiam, appellat, qui merces è mari extrahunt, nauigij gratia iactatas. Alij eos putant fuisse hoc nomine dictos, qui sub aqua sciunt natare. Titus Liuius libro quarto Decadis quintæ: *Vrinatores.*
B Sed in rem inemendabilẽ uisus lapsus esse, quòd per urinatores omine fermè extractum est: tantusque pudor regi pauoris eius fuit, ut urinatores clàm interfici iusserit. SCRVTATORES, & perscrutatores dicebantur, qui profunditatem maris scrutando, ad fundum maris descendebant, quorum meminit Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli. *Scrutatores.* VTRARII, qui utribus aquam dulcem ferebant in naues, ac adseruabant. Liuius libro quarto Decadis quintæ: Postremò sequi se utrarios ad mare, quod minus CCC passus aberat, iussit, & in littore alios alibi modicis interuallis fodere. *Vtrarij.* FABRI NAVALES, è quorum genere erant dendrophori, qui ligna adferebant: dolabrarij, qui ea in usum nauigiorum perforabant: & centonarij, qui stuppa & centonibus rimas iuncturarum opplebant: itemque scalarij, qui scalas in usum nauigiorum magnorum faciebant. Ad quos alludit Liuius libro octauo tertiæ Decadis: Casandreæ deinde centũ nauium longarum carinis positis, contractaque ad effectum eius operis multitudine fabrorum naualium, quia res in Græcia tranquillas profectio Attali fecerat. *Fabri nauales.* Porrò huiusmodi fabrorum societas, non solùm corporis, uerùm etiam collegij honorẽ apud Romanos, non minus quàm pontificum augurumque, & maiorum artificum merebatur. *Collegia nautarum.* Vnde Caius iureconsultus: Omnia collegia, inquit, Romæ Senatusconsulto confirmata quædam sunt, ueluti pistorum & quorundam aliorum, ut nauiculariorum. Et iterum: Si, inquit, collegæ sacramentales uel nautæ uel frumentarij sunt, quicquid ad negociationẽ disponũt simul, irritũ ne esto. Ad huiusmodi collegia alludit & Tacitus libro duodecimo, his uerbis: Atque inde decursu in littora aut urbes uim cultoribus atque oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant. Et Flauius Vopiscus in Aureliano: Quod ut esset perpetuum, nauicularios Niliacos apud Aegyptum nouos, & Romę amicos posuit. Sic Symmachus libro primo Epistolarum: Tunc urgente defectu, nauicularios

atq; lignorũ obnoxios functioni, ad parẽ solicitudinẽ uocare cõsueuerũt. Alludit quoq; ad centonariorũ functionẽ, qui & ipsi è collegio fabrorũ naualiũ fuerant, Herodianus lib. 8: Sed magna lignorũ nauigiorumq; penuria, quibus inter se iunctis pontẽ fabricarẽt. Nunciarunt quidam è fabris, esse permultas in agris illis desertis inanes scirpos forma rotunda, quibus uidelicet incolæ quondam ad uinum importandũ utebãtur. Ea cum essent ad nauiũ similitudinẽ cõcaua, deuincta mox inter se scapharum more innatatura uidebant. Etenim ire pessum, uinculis inter se constructa, ac uiminibus desuper iniectis, & puluere multo saburrata nõ poterãt. Huc pertinẽt deniq; inscriptiones Vetustatis, quæ passim per Italiã, partim regni Hungariæ ditionem, super hoc genere fabrorum classiariorum erutæ sunt. A

In Hungariæ ditione, Budæ:

IVLIO ATHENODORO FRATRI EIVS QVI VIXIT ANNIS XXXV. EVTHENIA QVEM SEPVLTVRA COLL. CENT. CONTVLIT.

Alba Iulia, Transyluaniæ:

P. AEL. P. F. PAP. GENIAL. DEC. ET PONTIAE COL. APVL. PATRON. COLL. CENT.

Ibidem:

VER. ZOVIAE SATVRNINAE Q. R. F. C. NVM. CERTVS EQ. ROM. AVGVR. COL. APVL. PATRON. COLL. FAB. ET DENDROPHOR.

Varheli Transyluaniæ in ruderib. Vlpiæ Traianæ:

D. M.
L. FL. VALENTI VIX. AN. LXXX COLL. FABR. PATRONO.

Comi ad lacum Rhœticum:

C. MESSIENI ZOILI COLLEG. DENDROPH. COMENSIVM MEMORIAE.

Ibidem:

L. ALFI L. F. O. V. MARCELLINI VIVIR. AVG. PATRON. COLLEGII DENDROPH.

Ibidem:

L. COELIO VALERIO VIVIR. MEDIOL. ET CALPHVRNIAE L. F. OPTATILIAE VXORI EIVS ET M. AEMILIO COELIO COELIANO DECVR. MEDIOLAN. ET NOVAR. LVCILLAE L. F. SABINIANAE ET M. AEM. CELIO CATIANO FILIIS COLLEG. CENTON. HONORE ACCEPTO IMPENDVNT.

Per Italiam, Bergomi:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQVITI ROM. EQ. PVB. OMNES HONORES MVNICIPALES ADEPTO IVDICI DE SELECTIS SACERDOTI CAENIENSI COLLEGII FABRORVM CENTONARIORVM DENDROPHO. MILITIAE BERGOMATIS PATRONO.

Brixiæ:

COLL. FABR. ET CENT. SEXTO SEXTIO ONESIGENI ORNAMEN. DECVR. BRIXIAE VIVIR. AVGVST. PATRONO COLLEGIOR. FABROR. ET CENTONARIORVM ET DENDROPHORORVM. B

Veronæ:

CAMVRII TACIATVS ET HERMES LIBERT. VIVIR. AVGVST. SIGNA BACHVM CVM SIGNIS ET HERCVLE ET OMPHALE COLLEC. DENDROP.

Torcelli, prope Aquilegiam:

LONGIVS PATROCLVS SECVTVS PIETATEM COLL. CENT. HORTOS CVM AEDIFICIO HVIC SEPVLTVR. IVNCT. VIVVS DONAVIT.


Lugduni, de corpore nauiculariorum.

Q. TVLLIO SEVERINO SEQVANO OMNIBVS HONORIBVS INTER SVOS FVNCTO PATRONO SPLENDIDISSIMI CORPORIS RHODANICO. ARAR. CVI OB INNOCENTIAM MORVM ORDO CIVITATIS SVAE BIS STATVAS DECREVIT INQVISITORI GALLIAR. TRES PROVINCIAE GALLIARVM.

A Veronæ in æde S. Laurentij, ubi candidati de collegio fit mentio:

D. M. METELLVS HADRIANVS M.
V SIBI MAGIS F
TER COLLEGI CENTONARIORVM CANDIDATVS
EX DECETO EORVM LOCVS EMPTVS.

CAP. VII. DE ARMIS ATQVE INSTRUMENTIS naualibus Reipublicæ Romanæ.



ARMA naualia Romanis appellabant, omnia illa quæ ad nauium procinctũ, expediendãq; classem usurpabant: ut erant, anchora, remulcus, harpagones, scalæ, manicæ ferreæ, trullæ ferreæ, pontes sublicíæ, cataractæ, & similia. ad quæ alludens Liuius lib. nono Dec. 3: Arretini tria millia scutorũ, galeas totidem, pila, gesa, hastas longas, millium quinquaginta summam, pari generis numero expleturos, secures, rutra, falces, alueolos, molas, quantum in quadraginta longas naues opus esset. hæc ille. Sed libet arma illa ordine explicare. *Arma naualia quæ fuerint.*

ANCHORA, incuruæ formæ ex ferro, instar lilij est instrumentũ, alicuius molis, quo naues, si in altum projciatur, partim pondere, partim quia harenæ acuminibus suis infigitur, sistuntur, & ad stationem præparantur. Græcis ἄγκυρα, ἀπὸ τ ἀγκύλου, quod est curuum, & ῥέω, quod est fluo, appellata. Sunt qui dentem ferreum Latinè, & manũ incuruam dicunt, quòd ceu hominis manus scopulos comprehendat. Ad anchoræ autẽ usum pertinebant, præcidere anchoras, sufferre anchoras, moliri anchoras, anchoras iacere, anchoras ponere, & stare ad anchoras. *Anchora.* *Dens ferreus.*

B PRAECIDERE ANCHORAS est, eas ex terra, ubi in naualibus figebantur, in naues transferre. Cicero prima in Verrem: Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. SVFFERRE anchoras, idem est apud Liuiũ libro secundo Decadis tertiæ: Itaq; ut improuidos incautosq; uniuerso simul effuso terrore opprimeret, sublatis anchoris in hostem uadit. PONERE & iacere anchoras, pro eo quod est sistere naues, usurpantur Liuio lib. 8. Decad. 3: Fortè ita incidit, ut eo ipso tempore Asdrubal pulsis Hispaniarũ triremibus, portum inuectus, anchoris positis terræ applicaret naues. Et lib. 9. eiusdem Decadis: Cæterũ nebula sub idem fermè tempus quo pridie exorta, conspectum terræ ademit, & uentus premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit. Itaq; anchoras, ne aut inter se concurrerent naues, aut terræ inferrentur, iecere. MOLIRI anchoras idem pronunciauit pro eo quod est, anchoras ad iactum præparare, & suis uinculis funibusq; liberare, libro octauo Decadis tertiæ: Percussa enim ex alto uela paulo acriori uento, prius in portum intulerunt quinqueremes, quàm Pœni anchoras molirentur. *Præcidere anchoras.* *Sufferre anchoras.* *Ponere anchoras.* *Moliri anchoras.*

STARE ad anchoram, hoc est, iactis anchoris naues in statione persistere. Liuius libro quinto tertiæ Decadis: Auersis omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis, Bomilcar noctem eam nactus, quapropter uim tempestatis stare ad anchoram in salo Romana classis non posset. REMVLCVS hasta uncato ferro erat, quo nauis grandior è minore scapha attrahebatur. Manet adhuc hodie in usu nautarum, uulgo Germanis Scheffhaken. Meminit Liuius lib. 5. Dec. 3. Itaq; Marcellus nocte nauẽ onerariã cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam iussit. Et lib. 7. quartæ Dec. Cum in alto, ubi restiterant, cibo reficerent uires, cõtemplatus Eudamus hostes claudi, mutilasq; naues apertis nauibus remulco trahẽtes, uiginti paulo amplius integras absciderũt. Idem quinto belli Punici, *Stare ad anchoras.* *Remulcus.*

Remul-

Remulcare uerbo utitur, pro eo quod est, nauem attrahere ad littus. Sic Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Ad Oricum uenit, submersamq; nauem remulco, multisq; contendens funibus reduxit. Plautus in Bachide: *Interea portu nostra nauis soluitur: Ubi portu eximus, homines remulco sequi.* A

Harpagones. HARPAGONES instrumenta quondam erant uncata, quibus in hostiles naues coniectis capiebantur. delineat Liuius decimo tertiæ Decadis: Asseres ferro unco præfixi (Harpagonas uocant milites) ex Punicis nauibus inijci in Romanas cœpti. Cæsar primo Ciuilis belli: Hæ ad insulam quæ est contra Massiliam stationes obtinebant. Erat multo inferior numero nauium Brutus. Sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos uiros antesignanos centuriones, Cæsar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris deposcebant: ij manus ferreas atque harpagones parauerant, magno numero pilorum, tragularum, reliquorumq; telorum se instruxerant. Et libro sexto eiusdem belli: Secumq; extulerunt crates ad fossas complendas, harpagones ad casas, quę stramentis ab nostris hybernorum causa ædificata erant, diruendas & incendendas. Meminit & Appianus libro quinto Ciuilis belli: Statuta est illis dies, in qua tercentæ naues utriq; adessent, omnifariam telorum genera ferentes. Ad hæc turres & machinas, quas ipsi excogitassent. Agrippa ultra hæc quædam instrumenta machinatus est, quæ Harpagæ nominantur. Harum forma huiusmodi fuit. Lignum quinque cubitûm ferro circumplexum, fibulas ab utraque parte fixas continet, quarum uni falx ferro curuata in hæret, alteri funes plurimi connexi insident. Falces machinis attrahentes, cum hostilis nauis ex impetu capta est. Et subdit postea, pugnam naualem describēs: Optimum igitur inter cętera apparuit falcis instrumentum, quod plerunq; nauibus ob leuitatē à longè inijci, immissumq; percōmodè funibus attrahi ad se posset. Non enim facilè incisionem admittebat ferro circumplexum, & longitudo eius inaccessibilem ad secandos funes præbebat aditum. Quod nec antea perceptum fuerat, ut falces quæ pilis adnectuntur. Porrò Plinius libro septimo, Anacharsi philosopho harpagonis inuentum adscribit. Et extat hodie harpagonum usus in diruendis ędibus incensis, uulgò Fewrhaken. B

Figura harpagonis.

Manicæ ferreæ. MANICAE FERREAE erant duorum generum, aliæ thecæ ex ferro factæ, qua manus & brachium aduersus hostium iniurias, & præcipuè ignis iaculationem muniebant: ut sunt quas hodie uocant die armschyn/eisene hendschůch. Alterū genus harpagonis potius quàm teli fuisse in usu nautico, & præcipuè ubi classis in hostem armabatur, docet Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Quæ propius quidem subibant naues, quo interiores ictibus tormentorum, in eas tollendas desuper murum eminentē ferrea manus firmæ cathenæ illigata, cum iniecta proræ esset, grauí que libramento plumbi recelleret, ad solum suspensa prora, nauim in puppim statuebat. Idem sexto eiusdem: Itaque ex utraque parte signo dato, cum rostris concurrissent, neque retrò nauem inhiberent, ne dirimi ab se hostem pateretur, quamuis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu, ita conserebant ex propinquo pugnam, ut non missilibus tantùm, sed gladio etiam propè collato pede præliarentur. Huc pertinet quod Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli scribit: Naues igitur magno impetu ab utrisque concitæ, seinuicem cōcussuræ ambæ: & hæc quidem nauis quæ Menodorum uehebat, rostrum perculit atque confregit: altera uerò Menecratis gubernaculum prorsus euertit. Deinde manicis inter se complexi ferreis, neutiquam nauali opera indigebant, utraque ad bellum firma persistente. Nunc quales fuerint manus ferreæ, ex eodem audiamus, loco citato: Cæsaris naues (inquit) ex incursibus illas utpote breuiores perfringebant, aut concutiebant, aut omnino lacerabant. Et quum in unum congrederentur, ueluti humiliores, ab alto insilientes,

Figura manus ferreæ.

coruos

A coruos aut manus ferreas ad eas iaciebant. At illi cum opprimerētur in mari, protinus insilientes à Pompeij nauibus ad auxilia paratis, circumcurrentibusq; leuabantur. Huc uidetur accommodari posse quod de Scipione minore scribunt, cui cum Carthaginem obsidenti Polybius suaderet, ut in mari quod interiacebat nō ualde profundum, murices spargeret ferreos, aut tabulas aculeatas inijceret, ne transmisso mari hostes pro aggeribus pugnarent: aiebat esse ridiculum, cum moenia tenerent, &c. Ex quibus colligimus, ferreas manus genus hami extitisse, qui funibus illigitatus iactabatur in naues, qui ubi cuspide hęserat, necessariò nauem sistebat: **wie ein spitziger brunhaken an ein seyl gebunden/vnd in das schiff geworffen.** Valerius Flaccus secundo Argonauticôn, Nauales truces appellat. Porrò ad primum genus Manicæ alludit Cicero XI Philippica: Solet enim accipere ipsa manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Et sic intelligitur illud Satyrici sexta Satyra: *Truces nauales.*

Quale decus rerum, si coniugis auctio fiet,
Baltheus & manicæ, cristæ, crurisq; sinistri
Dimidium tegimen. —

LVPVM naualem depingit Vegetius lib. quarto, cap. 23. Plures in modum forficis dentatum funibus alligant ferrum, quod Lupum uocant: apprehensumq; arietem aut euertunt, aut ita suspendunt ut impetum non habeat feriendi. *Lupus naualis.*

FALX naualis quæ fuerit, explicatur à Vegetio lib. 4. cap. 46. ultimo: Falx autem dicit, ait, acutissimū ferrū curuatū ad similitudinē falcis, quod contis longioribus inditū, collatorios funes quibus antenna suspenditur, repentè præcîdit, collapsisq; uelis liburnam pigriorē & inutilem reddit. BIPENNIS naualis, ut uerbis utar Vegetij loco citato, securis est, habens ex utraq; parte latissimū & acutissimum ferrū. Per has in medio ardore pugnandi peritissimi nautæ uel milites cum minoribus scaphulis secretò incîdūt funes, quibus aduersariorū ligata sunt gubernacula: quo facto, statim capitur tanq; inermis & inutilis nauis. ASSER naualis, ut eum prædictus delineat Vegetius, dicebatur, cum trabs subtilis & longa ad similitudinē antennæ pendet in malo, utroq; capite ferrato. Huic siue à dextra siue à sinistra parte aduersariorū se iunxerint naues, pro uice arietis impellūt, qui bellatores hostiū siue nautas sine dubio prosternit ac perimit, ipsamq; nauem sæpius perforat. TRVLLAE FERREAE, sartagines erant nauibus pręfixæ, in quibus ignis accendebatur, ut tenere cursum noctu naues possent, & ignis materiā in hostes iacere. Meminit Liuius septimo quartæ Decadis: Quinq; tantū Rhodiæ naues cum duabus Cois effugerunt, terrore flāmæ micantis, uia sibi inter confertas acies facta. Contis enim binis à prora prominentibus, trullis ferreis multū conceptum ignem præ se portabant. Non ignoro interim, trullas fuisse Latino sermone nuncupata uasa profunda & lata, unde liquores bibebātur. de quo genere hoc Horatij secundo Carminū, & inscriptio quæ sequitur, intelligenda sunt: *Falx naualis.* B *Bipennis naualis.* *Asser naualis.* *Trullæ ferreæ.*

Qui Ueientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, uappamq; profestis.

Q. MAR. VIVIR. ET AVG. OB CVRAM INTEGRE ET LIBERALITER GESTAM, QVI OB HVNC HONOREM SIBI HABITVM LARGITI SVNT TRVLLAS ARGENTEAS DVAS.

ALVEOLI ET RVTRA adhuc in ministerio nautico supersunt, uulgò **das Ges/oder außschepff.** Varro de Re rustica: Quæ uenationis causa clauduntur, &cæt. Hieronymus ad Demetriadem: Ad torquenda subtegmina in alueolis *Alueoli & rutra.*

alueolis fusi semper uertantur. Et sic intelligitur illud apud Danielem prophetam: Abacuch intriuerat panes in alueolo, ut ferret messoribus. Rutra hodie uocant, quo eruunt ex fundo res, ein grundhalten/oder stangen. PONTES nauales triplices fuisse inuenio. Primi generis, quo flumina uel torrentes ripis coniungebantur, nauibus pluribus ordine positis, & suprà tabulatis iniectis, uulgò ein schiffprugg. Qui de re militari scribunt, in tabularios & miliarios distinguunt. Erant uerò miliarij, qui penè milliarij spacium in palustribus extendebantur, uulgò geprugt über das gemöß: de quibus sequens Vetustatis inscriptio intelligenda est. Secundi generis erant pontes coriacei, quorum meminit Marcellinus libro uigesimosexto, de traiectu Tigridis scribens: Hoc longè conspecto ardens ad transitum miles, ea mora tantummodo tenebatur, quòd utribus è cæsorum animalium corijs coagmentare pontem architecti promittebant. Tertij generis Cataracti pontes, & hodie in Galeis, & circa portas castrorum ciuitatúmque supersunt, uulgò auffzug prugken, Græcis dicti ἀπὸ τοῦ καταῤῥάκτειν, hoc est, à defluendo, quòd ferro finibusq; attrahi & defluere, uel descendere rursus pro uoluntate custodum possent. Qua metaphora & Cataractæ aquæ sunt dictæ, quarum Plinius libro quinto, capite quinto, in Nilo: & Strabo lib. septimo, in Danubio, meminere, uulgo die struden. Sic quoque cataractas portarum Liuius libro septimo Decadis tertiæ appellauit, quas hodie nominare solemus die schoßgatter. De cataracto ponte extat locus apud Appianum Alexandrinum libro quinto Ciuilis belli: Viri igitur ueluti è terra nihil laboris aut uirtutis omisere, tela crebra, sagittas, lapidesq; emittentes, cataractas ad hæc proiecerunt è nauibus, per uim inscensuri. Menodori itaque naue eminente altius, cataractæ ad imum pronæ, faciliorem audacibus ad inscendendum præbebant aditum, & quæ proijciebantur, utpote ex alto uehementiori ferebantur impetu. Ad hos pontes alludit Maro decimo Æneidos: B

Pontes nauales. Vitarij pontes. Cataracti pontes. Cataractæ aquæ. Cataractæ portarum. Cataracti pontes.

Interea Aeneas socios de puppibus altis

Pontibus exponit.— Porrò Cataractam portarum describit Liuius lib. septimo tertiæ Decadis: Hannibal quarta uigilia fermè ad urbem accessit. Primi agminis erant perfugæ Romanorũ, & arma Romana habebant. Hi, ubi ad portam est uentũ, latinè omnes loquentes, excitant uigiles, apeririq; portam iubent, Consulem adesse. Vigiles ueluti ad uocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri: porta cataracta deiecta clausa erat. Eam partim uectibus leuant, partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possent. Vixdum satis patebat iter, cum perfugæ certatim ruunt per portam. Et cum sexcenti fermè introijssent, remisso fune quo suspensa erat cataracta, magno sonitu cecidit. Sed placet & Antiquitatis subijcere exemplũ, q̃d Thelesiæ in regno est Neapolitano erutũ:

VIAM FECI AB REGIO AD CAPVAM ET IN EA VIA PONTES OMNES MILIARIOS TABELLARIOSQ. POSVI HINCCE SVNT NOVCERIAM MEILIA LI. CAPVAM XXCIIII, MVRANVM LXXIIII, CONSENTIAN CXXIIII, VALENTIAM CLXXXII AD FRETVM AD STATVAM CXXXII REGIVM MEILIA CCC.

Non possum silẽtio hic transire apophthegma M. Antonij: Nam cũ Cleopatra metueret Antonij sæuitiã, cõfugit in monumentũ demissis cataractis, misitq; qui dicerent, illam spontanea morte perijsse. Id credens Antonius, & ipse sibi parans uim adferre, dixit: O Cleopatra, nõ doleo quòd te caream, nam mox unà futuri sumus: sed quòd ego tantus Imperator, uictus sum à femina. Et iam finẽ capiti eram imposi-

A impositurus, cum uenit mihi adhuc in mentem loci Liuiani, qui extat libro septimo tertiæ Decadis, de machinationibus naualibus, sub quibus & quę iam recensuimus instrumenta erant, & uniuersa denicꝗ arma illa, quæ pugnaturis ex classe necessaria sunt: Inde Tarentum (inquit) profectus, in ipsis faucibus portus posuit castra, naues quas Liuius tutandis commeatibus habebat, partim machinationibus onerat, apparatuc'ꝗ mœnium oppugnandorum.

CAP. VIII. DE NAVIVM GENERIBUS, *& discrimine, formaq́ꝫ.*



QVEMADMODVM cæteris rebus cunctis respublica Romana raram quandam industriam præferebat: ita & in nauium constructione docuit, nihil esse tam abstrusum, quod non illa assequeretur. Nam ut à summis incipiam, ad minores progrediendo, naues huic populo celebres in classe fuere, Prætoriæ, rostratę, tectę & non tectæ, longæ cum suis discriminibus, triremes, quadriremes, quinqueremes, &c. liburnicæ, celoces, actuariæ, cursoriæ, speculatoriæ, tabellariæ, onerariæ, frumentariæ, piscatoriæ, synedriæ, schediæ, subliciæ, epibates & myoparones. De quarum singulis ordine ex fide historica dicemus. *Catalogus nauium Romanarum.* Porrò extat caput apud A. Gelliū 25 libri decimi Noctium Atticarum, ubi uno ceu fasce omnes naues ueterum recensentur in hunc modum: Nauium aūt, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hæ sunt: Gauli, Coruitæ, Caudicæ, Longæ, Hippagines, Cercuri, Celoces, uel ut Græci dicunt κέλητες, Lembus, Oxiæ, Remunculi, Actuariæ, quas græci ἰσόπλους uocāt, uel ἐπακτρίδας, Prosumiæ uel B Gesoretæ, uel Orioles, Cattæ, Scaphæ, Pontones, Nuctuciæ, Mediæ, Phaseli, Parones, Myoparones, Lintres, Capulica, Mareplacidæ, Cidarū, Ratariæ, Catascopium. Quarum singulas antequam explicare incipiamus, sumpto exordio à Prætoria naue, præcipuas in hoc ordine recensebimus. PRAETORIA nauis, quæ & Turrita, & quam Græci ναυαρχίδα uocant, in classe unica fuit, in qua uidelicet totius clasis præfectus, quem & Prætorem nominari solitum diximus, manebat, & magis cæteris uelo, rostris, habitationibus & turribus præcipuè ornata fuerat. *Pretoria nauis.* quam delineat Liuius his uerbis: Rhodij longo agmine ueniebant. prima prætoria nauis Eudami erat. cogebat agmen Chorictytus, Pamphilidas mediæ clasi præerat. Et subdit: Cum in alto, ubi substiterant, cibis reficerent uires, contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilasc'ꝗ naues apertis nauibus remulco trahentes uiginti pauloamplius integras abscedentes è turri prætoriæ nauis, silentio facto: Exurgite, inquit, & egregium spectaculum capessite oculis. Idem primo tertiæ Decadis: Et fretum intranti rex Hiero, classem ornatam obuiam duxit, transgressusc'ꝗ ex Regia in prætoriā nauem, gratulatus hospitem cum exercitu & nauibus uenisse. Et rursus sexto lib. 3 Decad. Ita in medio circumuenta Romana nauis capitur. hinc cæteris terror iniectus, ut prætoriam nauem captam uidere. Et libro nono: Quinæ in nauibus, singulæ rostratæ, binæc'ꝗ onerariæ: In prætoria naue insigne nocturnum trium luminum fore. Et subdit: Vbi illuxit, Scipio è Prætoria naue silentio per præconem facto. Cæsar tertio Ciuilis historiæ: Atcꝗ alteram nauem, quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus adgressus nauibus, in quibus ad libram fecerat turres. Huc pertinet quod Appianus Alexandrinus scribit libro quinto belli Ciuilis: Cæsar ex Dicæarchia discedens, sacris libaminibusc'ꝗ peractis, à prætoria naue in pelagus placidis uētis & immobili Neptuno, maricꝗ nulla fluctuante unda, ut aduersus parentis hostes properanti

propitij adesse uelint, uota obtulit. Ad huiusmodi nauem alludit Plinius libro trigesimo secundo: Sed armatæ classes (inquit) imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur ueluti è muris. Et sic rectè intelligentur Poetæ, cum de turritis nauibus canunt. Virgilius octauo Aeneidos: A

Alta petunt, pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altis,
Tanta mole uiri turritis puppibus instant.

Lucanus tertio Pharsaliæ, de Bruti prætoria naue loquens:

Celsior at cunctis Bruti prætoria puppis,
Verberibus sæuis agitur, molemque profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.

Rostratæ naues. ROSTRATAE naues, quæ & apertæ, æratæ atque cataphractę, quòd ferro probè essent munitæ, ut cataphractæ portæ, & sine tecto ad pugnandum accommodatæ. Meminit subinde Liuius libro octauo tertiæ Decadis: Iuuentute lecta in classem imposita, in Italiam triginta fermè rostratis nauibus, & multis onerarijs duodecim millia peditum, duo fermè equitum traiecit. Et libro nono eiusdem: Vbi responsum est, aquam dierum quinque & quadraginta in nauibus esse, tum edixit militibus, ut silentium quieti nautis sine certamine, ad ministeria exequenda bene obedientes præstarent: cum uiginti rostratis se, ac L. Scipionem ab dextro cornu, ab læuo totidem rostratis C. Lælium pręfectum classis, cum M. Portio Catone (quæstor is fuerat) onerarijs futurum præsidio. Idem libro decimo eiusdem Decadis: Itaque Scipio, postquam eò uentum est, contrà quàm in naualí certamine solet, rostratis quę præsidio alijs esse poterant, in postremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit. Et rursus: Per induciarum tempus & ex Sardinia ab Lentulo prætore centum onerariæ naues cum cõmeatu, & uiginti rostratarum præsidio, & ab hoste & à tempestatibus mari tuto, in Africam transmiserunt. Idem libro primo quartæ Decadis: Superuenerunt his tres Rhodiæ quadriremes, & erant Atticę tres apertæ naues, ad tuendos maritimos agros comparatæ. Et sexto eiusdem: Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus. Quæ autem apertæ & rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. Sic septimo: Hannibal ictus uno prælio aduerso, ne tum quidem præteruehi Lyciam audebat, cum coniungi ueteri regiæ classi quamprimùm cuperet: & id ne ei facere liberum esset, Rhodij Charyclitum cum uiginti nauibus rostratis ad Pataram & Megistem portum miserunt. Et subdit: C. Liuius cum duabus quinqueremibus Romanis, & quatuor quadriremibus Rhodijs, & duabus apertis Smyrnæis in Lyciam est missus. Idem libro quarto quintæ Decadis: Cognito deinde in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in ostio portus Eumenijs rostratis, quibus Damius præerat, inclusas esse. Huc spectat quod Cæsar scribit libro secundo Ciuilis historiæ: Interim L. Nasidius ab Caio Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucæ erant æratę, L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus. Sic Hircius de bello Alexandrino: Nauibus Actuarijs, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has adiunctas nauibus longis & numero classis aucto, militibus ueteranis impositis. Sic Appianus Alexandrinus libro item secundo Ciuilis belli, cataphractas has uidetur naues uocare, quòd rostrum scilicet, hoc est pars illa exporrecta è nauibus, ἔμβολον Græcis, ferro bene foret munita, & in acumen desineret, quale uidemus in cataphractis portarum: Pauci hostiũ (inquit) B

Cataphractæ naues. *Rostrum nauium quid.*

A (inquit) ut potuere, in fugam abeunt. Scipio cæteris omnibus Afranio permissis, per mare duodecim cataphractis nauibus elapsus est. Et sic intelliguntur sanè loca Maronis octauo Aeneidos:

In medio classes æratas, Actia bella.
Cernere erat. —

Idem libro nono, de nauibus Troianorum uersis in nymphas locutus:

— Hinc uirgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se toties facies, pontoq; feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

TECTAE NAVES, quæ & constratæ, à Thasijs primùm omnium inuentæ erant, ut Plinius libro septimo est author. De quibus Cæsar libro tertio Ciuilis belli ita scribit: Atq; omnes naues incendit trigintaquinq;, in quibus erant uiginti constratæ. Et libro primo: Massilienses usi L. Domitij consilio, naues longas expediunt numero septemdecim, quarum erant undecim tectæ. Et tertio rursus: Similiter Vatinius, qui Brundusio præerat, tectis instructisq; scaphis, elicuit naues Lelianas. Et quarto libro: Erat una nauis Rhodia in dextro Cæsaris cornu, longè ab reliquis collocata. Hanc conspicati hostes, non tenuerunt sese, magnoq; impetu quatuor ad eam constratæ naues, & quamplures apertæ contenderunt. Sic Liuius decimo tertiæ Decadis: Speculatoriæ naues, ac leuia ipsa nauigia, quæ sub constratis per interualla excurrebant. Et iterum sexto quartæ Decadis: Biduum in apparatu morati, tertio die centum nauibus, quarum septuaginta tectæ erant, cæteræ apertæ, minores omnes ferè erant, profecti Phocæam petierunt. Hirtius in bello Alexandrino: Magnoq; impetu quatuor ad eam constratæ naues, & quàm plures apertæ contenderunt. Idem Liuius quarto Decadis quintæ: Ibi Eumenes rex uiginti tectis nauibus ab Elæa profectus, obuius fuit: & quinq; missæ à Prusia rege tectæ naues. Et iterum octauo quartæ Decadis: Lutarius Macedonibus per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missus, duas tectas naues & tres lembos ademit. Et subdit: Profectus ab Epheso, quinquaginta tectas naues aut concîdit, aut incendit. Et sic intelligitur illud Ciceronis septimo in Verrem: Potero'ne in eos esse uehemens, qui naues inanes nõ modò habuerunt, sed etiã apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? LONGAE NAVES, quarum species erant biremes, triremes, quadriremes, quinqueremes, & liburnicæ, &c. differebant ab onerarijs, quòd & multis remorum ordinibus agitabantur, & ex his præliarentur milites, cum in onerarijs necessaria tantum ueherentur: quibus nostro seculo comparare Galeas nostras militares possis. Lentulus in Epistolis Ciceronis libro duodecimo: A' classe discesserunt, nauiq; longa profugerunt, onerarijs relictis. Cæsar tertio Ciuilis belli: Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri. Idem in quarto: Quod ubi Cæsar animaduertit, naues longas, quarum & species barbaris erat inusitatior, & motus ad usum expeditior, paululum remoueri ab onerarijs nauibus, & remis incitari, & ad latus apertum hostium constitui, atq; inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submoueri iussit: quæ res magno usui nostris fuit. nam & nauium figura, & remorum motu, & inusitato genere tormentorum permoti Barbari, constiterunt. Meminit & subinde Liuius, ut libro tertio tertiæ Decadis: Interim Carthaginem, unde Mago frater Hannibalis, duodecim millia peditum, & mille quingentos equites, uiginti elephantes, mille argenti talenta in Italiam transmissurus erat, cum præsidio sexaginta longarum nauium nuncius adfertur. Et libro quinto eiusdem: Igitur cen-

Tectæ naues.

B

Constratæ naues.

Longæ naues.

tum triginta nauibus longis & septuaginta onerarijs profectus Carthagine, satis prosperos uentos ad trajciendum in Siciliam habuit. Idem libro decimo eiusdem: Cneo Octauio ducentis onerarijs, triginta longis nauibus ex Sicilia trajcienti, non eadem fortuna fuit. Huc pertinet illud Appiani Alexandrini libro tertio Ciuilis historiæ: Cæterùm Antonius munitiora quæque facile adeptus, utpote qui multo plura tutè expugnare posset, exercitum ex Macedonia, summa celeritate ad se euocat. Interim circa uesperam naues longas rotundasque clanculum populari multitudine repleri statuit, quæ deinde per diem ex interuallo nauigantes atque armatæ cursum caperent. Porrò genera longarum Cæsar his uerbis libro quarto Ciuilis belli recenset: Capit ex eo prælio pentiremen unam, triremes duas, dicrotas octo, compluresque remiges Octauiano Dalmaticos. Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Et ab Appio legati per portum missi fortè in quinqueremi erant: præmissa quadriremis cum intrasset fauces, portus capitur. A

Liburnicæ. LIBVRNICAE, ut diximus, ex genere longarum erant, quas uocat Liuius leues biremes Dalmatis familiares, ut hodie in usu sunt, & Viennæ in Danubio ab hoc populo & Istris fabricantur. de quibus Vegetius libro quarto de Re militari ita scriptum reliquit: Augusto dimicante Actiaco bello, cum Liburnorum auxilijs præcipuè uictus fuisset Antonius, experimento certaminis patuit, esse Liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo similitudine & nomine usurpato, ad instar earundem classem Romani principes texuerunt. Est autem Liburnia pars Dalmatiæ. Hinc Suetonius in Augusto: Rursus circa montem Ceraunos, utrobique parte Liburnicarum demersa, simulque eius in quo uehebatur fusis armamentis, & gubernaculo effecto. Cæsar tertio Ciuilis belli: Bibulus enim Corcyræ certior factus de aduentu Cæsaris, sperans se alicui parti onustarum nauium occurrere posse, inanibus occurrit: & nactus circiter triginta, in eas diligentiæ suæ ac doloris iracundia erupit, omnesque incendit, eodemque igne nautas dominosque nauium interfecit, magnitudine pœnæ reliquos deterrere sperans. Hoc confecto negocio, à Salonis ad Orici portũ stationes, littoraque omnia longè latèque classibus occupauit: custodijsque diligentius dispositis, ipse grauissima hyeme in nauibus excubabat, neque ullum laborem aut munus despiciens, neque subsidium expectans, si in Cæsaris complexum ueniret: sed per discessum Liburnicarum in Illyrico, M. Octauio, cum his quas habebat nauibus Salonas peruenit. Huc alludit & Tacitus libro decimosexto: Exin missæ Liburnicæ, aduehiturque properè Sosianus. Non possum hic silentio transire, quod de harum origine, fabricatione, instructioneque ad aciem naualem scribit Vegetius libro de Re militari quarto, capite 33: Sed Augusto dimicante Actiaco prælio, cum Liburnorum auxilijs præcipuè uictus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit, Liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo similitudine & nomine usurpato, ad earundem instar classem Romani principes texuerunt. Liburnia namque Dalmatiæ pars est, Iadertinæ subiacens ciuitati, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur, & appellantur Liburnæ. Et subdit capite sequenti: Ex cypresso ergo & pinu domestica, siue syluestri larice, & abiete præcipuè Liburna contexitur, utilius æreis clauis quàm ferreis configenda. Et iterum capite trigesimoseptimo: Quod ad magnitudinẽ pertinet, minimæ liburnæ remorum habent singulos ordines, paulo maiores binos, idoneæ mensuræ ternos, uel quaternos, interdum quinos sortiuntur remigum gradus. Nec hoc cuiquam enorme uideatur, cum in Actiaco prælio longè maiora referantur concurrisse nauigia, ut senorum etiam uel ultrà ordinum fuerint. Scaphæ tamen maioribus liburnis exploratoriæ sociantur, quæ uicenos propè remiges in singulis partibus habeant, quas Britanni Pictas uocant. ONERARIAE B

RARIAE

A RARIAE NAVES, quibus frumenta & exercitus transportabantur: ut sunt hodie, quibus ex Alexandria Veneti, & ex India Portugallenses atque Antuerpienses merces adferunt: & quarum hodie præcipuè magna est in oceano Germanico multitudo, cum pluribus uelis. Meminit Liuius libro secundo tertiæ Decadis: Literæ ab urbe allatæ sunt, naues onerarias, commeatum ab Hostia in Hispaniam ad exercitum portantes, à classe Punica circa portum Cossanum captas. Et libro quinto: Sed Romanos in capta propemodum urbe perpulit, ut onerarias naues quamplurimas, omni copia rerum onustas secum mitterent, classemque suam augerent. Idem libro nono eiusdem: Literas ad M. Pomponium mittit, ut si ei uideretur, Lilybæum ueniret, ut communiter consulerent, quas legiones potissimum, & quantum militum numerum in Africam traijceret. Item: Circum oram omnem maritimam misit, ut naues onerariæ comprehensæ Lilybæum omnes contraherentur. Huc pertinet quod scribit libro nono quartæ Decadis: Thebas Phthias unum maritimum emporium fuisse quondam, Thessalis quæstuosum & frugiferum. Ibi nauibus onerarijs comparatis, regem quæ præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, negotiationem maritimam omnem eò auertisse. Sic Cæsar quarto Ciuilis historiæ: Hac calamitate perterritis hostibus, aduerso uento leniter flante, naues onerarias Cæsar remulco uictricibus suis Alexandriã deducit. Meminit huius generis nauium & Marcellinus inclinantis Imperij author, libro uigesimotertio: Dumque hos alloquitur, Xerxis illius potentissimi regis instar clasis aduenit, tribuno Constantino cum comite Lucilliano ductante, quæ latissimum flumen Euphratem artabat. In qua mille erant onerariæ naues ex diuersa trabe contextæ, commeatus abundè ferentes, & tela & obsidionales machinas. Quinquaginta aliæ bellatrices, totidem ad compaginandos B necessariæ pontes. Meminit idem & frumentariarum in eodem significatu ab initio libri uigesimiquarti: Amne enim repentè circa margines euagato, mersæ sunt quædam frumentariæ naues, cataractis auulsis, ad diffundendas reprimendasque aquas rigare, suetas opere saxeo structis. Sicque intelligendum uenit & illud Iulij Capitolini in Gordianorum historia: Verùm artibus Philippi primùm, naues frumentariæ sunt auersæ, deinde in ea loca diducti sunt milites. CAVDICAE, generis onerariarum erant, quibus commeatus subuehebatur, à caudice, hoc est plurium tabularum contextu sic dictæ. ACTVARIAE NAVES, quæ & Celoces à uentre, & lembi unica Latinis dictione nominabantur, hodie ab Italis Fustes appellantur. Superioribus quidem omnibus, quas modò recensuimus, minores erant: magnitudine tamen tabellarias, cursorias, custodiarias, speculatorias, &c. uincebant. Liuius libro primo Decadis tertiæ, cum elephantorum traiectum describit: Et elephanti per stabilem ratem tanquam uiam, prægredientibus fœminis acti, in minorem applicatam transgresi sunt, extemplò resolutis qui leuiter adnexa erat uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam protrahitur. Et iterum: Naues ducentæ uiginti, quinqueremes celoces uiginti deductæ. Et rursus: Equites mille octingenti, naues longæ centum & octoginta, celoces duodecim. Et libro quinto: In hoc tumultu actuariæ naues instructæ iam antè, circumuectæque ad Nassum armatos exponunt. Idem libro octauo eiusdem Decadis: Quingentas fuisse omnis generis quæ remis agerentur, quidam tradunt. Inde quinqueremibus septem, & lembis uiginti amplius, quos ut adiungeret Carthaginensium clasi, miserat in Corinthum. Et iterum: Nullam ipsam nauem, præterquam duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Idem libro octauo Decadis quartæ: Tradito & naues armamentaque

Onerariæ naues.

Caudicæ.

Actuariæ siue Celoces.

mentaq́ꝫ earũ, néue plures quàm decem naues actuarias, nulla quarũ plus quàm triginta remis agatur, habeto. Et libro quarto quintæ Decadis: Antenor Persæi præfectus, cum aliquas alto præferri onerarias naues, ex speculis significatum foret, parte lemborum ipse insequens, parte per Cycladas disposita, prætérquam si quæ Macedoniam peterent, omnes aut supprimebat, aut spoliabat naues: quibus poterat Popilius aut Eumenis naues, succurrebat. Sed uecti nocte, binis aut ternis pleruncꝫ lembis Macedonas fallebant. Et rursus: Persæus post reditum ab Eumene Eropontis spe deiectus, Antenorem & Callippum præfectos classis cum quadraginta leuibus (adiectæ ad hunc numerum quincꝫ pristes erant.) Huc pertinent quæ Cæsar scribit quarto Ciuilis belli: Sed loca sunt egregia omni illa regione, ad tenendas anchoras. Hi dum diu retinerentur, atque aquæ inopia premerentur, nauigio actuario Cæsarem faciunt certiorem. Et rursus: Octauius cum Vatinium classem magna ex parte confectam ex nauiculis actuarijs habere cognouisset, confisus sua classe substitit. Et libro quinto: Has omnes actuarias imperat fieri. Quam ad rem humilitas multum adiuuat. neque tamen numerandæ sunt inter longas, quæ & ipsæ remis agebantur.

Et subdit: Nactus nauem quam ibi habuit actuariam, complet militibus & sagittarijs, eidem scaphas de nauibus adiungit. hæc ille. Ex quibus omnibus apparet, actuarias fuisse minores longis, & medias extitisse inter Galeas maritimas, & paruas cymbas, quæ itidem à uentre & concauitate Celoces minores siue Piraticæ uocabantur: quarum meminit Liuius septimo quartæ Decadis: Cum direxissent ad terram proras, quindecim fermè eis naues circa Myonesum apparuerunt, quas primò ex classe regia prætor esse ratus, institit sequi. Apparuit deinde, piraticas celoces & lembos esse. Meminit etiam huius generis Appianus Alexandrinus sub finem quinti libri historiæ Ciuilis: Residuus magni Pompeij filius natu minor à patre derelictus, ac sub fratre adolescentior adhuc residens, cum in Hiberia prædatorijs usus nauibus, donec multis ad eum confluentibus, cum Pompeij filius esse nosceretur, palàm maria deprædatus est. LEMBI MINORES, non solum de quibus locuti sumus, piraticas celoces comprehendebant: uerùm referri ad hos possunt cursoriæ naues, custodiariæ & speculatoriæ. CVRSORIAE naues, quæ & lusoriæ, Græcis Dromones, & Vlpiano de exer. act. Synedriæ, commemorantur à Marcellino libro decimoseptimo: Et collecti nocte prouecta, impositiq́ꝫ omnes quos lusoriæ naues quadraginta, quæ tunc aderant solæ, cæperunt, decurrere iubentur per flumen adeò taciti, ut etiam remi suspenderentur, ne barbaros sonitus excitaret undarum. Cassiodorus libro quinto Cognitionum uariarum, in epistola ad Abundantium præpositum: Cum nostrum igitur animum frequens cura pulsaret, naues Italiam non habere, ubi tanta lignorum copia suffragatur, ut alijs quoque prouincijs expetita transmittat, Deo nobis inspirãte decreuimus, mille interim Dromones fabricandos assumere. Porrò manet illarum adhuc usus & Venetijs, & apud Viennam nostram: hic quidem in ludis publicis, & ubi Principes excipiuntur: illic uerò, sicubi quispiam per uicos amplissimæ ciuitatis exspaciari cupit. CVSTODIARIAE, & ipsæ sub lembis minoribus erant, ad excubias maritimas comparatæ, quarum meminit Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli: Demum matre Mutia, & Iulia Antonij matre compellentibus, iterum hi tres uiri in circumclusum undique & ueterem conuenere aggerem, & custodiarijs nauibus appositis, in hæc conspirauere fœdera. Manet & illud nobis genus in limitibus Austriæ, in flumine, aduersus Thurcarum continuas irruptiones institutum, præcipuè

Marginal notes: A; Celoces piraticæ.; B; Lembi.; Cursoriæ.; Custodiariæ.

A præcipuè ad Comarum castrum: Hungari gentilitia lingua Nassadinas uocant.

SPECVLATRIAE eiusdem & magnitudinis formæq; cum custodiarijs, & effectus eiusdem penè erant: ubi classibus, & præcipuè in mari res gerebatur. Quarum meminit Liuius secundo tertiæ Decadis: Altera à Tarracone die ad stationem, uiginti millia passuum distantem ab ostio Hiberi fluminis peruenit. Inde duæ Massiliensium speculatoriæ præmissæ retulerunt, classem Punicam stare in ostio. Et rursus libro decimo: Ex rostratis Pœni uana pleraque, utpote supino iactu tela, in locum superiorem mittebant. grauior, ac pondere ipso librațior supernè ex onerarijs ictus erat: speculatoriæ naues ac leuia ipsa nauigia, qua sub constratis pontium per interualla excurrebant. Huius generis quondam celebrabantur Cattæ & prosumiæ. Cattæ à figura animalis, unde Catascopium, cuius uocis meminit Cicero ad Atticum quinto: Aphracta Rhodiorum & Dicrota Mitylenorum, habebatur & aliud Catascopium. De prosumijs Plautus in Amphitryone: Ad portam sum prouectus prosumia. Et Cecilius in Meretrice: Qui pro gubernatore se gerens propè euertit prosumiam. Et hactenus quidem de Lembis minoribus. Sequuntur CYMBAE, quæ & lintres, ex una potissimum arbore excauatæ nauiculæ, quales sunt quas nautæ Danubiani Zillnas uocant, nimirum à Latina uoce Cimba, literam mutata in geminum l. Erantq; quinque generum, uel ad quinque usus comparatæ: uidelicet piscatoriæ, tabellariæ, exeres, myoparones, & lintres. Meminit Titus Liuius sexto Punici belli: Quod per piscatores Tarraconenses, nunc leuibus cymbis, nunc ubi hæ sederent uadis peruagatos per stagnum, compertum habebat. Et iterum tertio tertiæ Decadis: Cum turba equitum erupisset, à cedentibus consulto tractu in insidias circumuenta est: nec euasisset quisquam, ni mare propinquum, & haud procul littore naues piscatoriæ pleræque conspectæ, peritis nandi dedissent effugium. Et rursus quinto eiusdem Decadis: Deinde in piscatoria quidam naui retibus operti, circumuectiq;, ita ad castra Romana, collocutiq; cum transfugis. Huc pertinet quod scribit Appianus Alexandrinus libro quinto historiæ Ciuilis: Quidam itaque è montibus casum suspicati, & ad rei fidem accurrentes, ipso animo corporeq; torpentem offendêre. Quam ex cymba in cymbam transferentes, ut latêret, ad Messalam tandem non longè castra habentem detulere. Huc alludit & Cicero tertio Officiorum: Opiparè à Pythio apparatum conuiuium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod cæperat offerebat. Et sic intelligitur & illud Virgilij carmen sexto Aeneidos: *Speculatoriæ.* *Cymbæ.*

B

— Gemuit sub pondere cymba.

Meminit præterea Nauicellarum, hoc est cymbarum piscatoriarum, Marcianus iureconsultus in l. item pectoris. ff. de instruct.

TABELLARIAE naues, quibus uidelicet publico in cursu nuncij ferebantur, quas hodie gentilitia lingua appellamus Thlayn Kennzillen. Meminit Seneca undecimo Epistolarum. Et Cæsar primo Ciuilis belli: Eodem tempore capti tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant. *Tabellariæ.*

EXERES nauiculæ paruæ marinæ fuerunt, ut ex his uerbis Liuij libro nono Decadis tertiæ aduertitur: His Messanam nunciatis, Scipio post paucos dies Locros Hexeri aduectus, qui causam Pleminij & tribunorum audiuisset. MYOPARONES, piratarum in mari cymbæ erant, de quibus Cicero de Republica quarto scribit: Nam quum quærerem ex eo, *Exeres.* *Myoparones.*

quo scelere impulsus mare haberet infestum, uno myoparone: Eodem, inquit, A quo tu orbem terræ. Cæsar quarto Ciuilis belli: Ipse Octauius se in scapham confert, in quam plures cum confugerent, depressa aqua, uulneratus tamen adnatat. Et sic intelligitur illud Sidonij octauo Epistolarum: Littoribus Oceani curuis inerrare contra Saxonas myoparones. SCAPHAE latinis lintres, & Hippagogæ etiam Græcis, ex unica arbore excauata cymba, de qua Liuius libro primo Decadis tertiæ: Annibal ne tempori deesset, dat signum ad traijciendum: iam paratas adaptatasq; habebat pedes lintres. Et iterum: Itaq; ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temerè ad uicinalem usum paratarum, nouasq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus. Cæsar quarto Ciuilis belli: Magnum præterea numerum minorum nauigiorum & scapharum producunt, cum malleolis ignibusq;: si quid ipsa multitudo & clamor & flamma nostris terroris afferre possent. Et iterum: Et quà exitus nauibus erat fornice extructo, quo pons sustinebatur, lapidibus compleri atq; obstrui. Quorum altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset, altero instituto omnes Alexandrinorum copiæ ex oppido se eiecere. Supersunt adhuc genera quædam nauium nobis explicanda, in fluminibus magis quàm mari usurpata, ut epibates, schediæ, & subliciæ naues. EPIBATES, siue Epibades, erant transportatoria siue conscensoria nauigia, quæ Cæsar libro quinto Gall. uectoria appellat: uulgò ain vergen pletten. Meminit Vlpianus apud Iureconsulos ff. de ex. act. & in l. debet. §. hæc actio. ff. naut. caup. SCAEDIAE Græcis ξυληγοὶ, aliàs schepatæ, ex trabibus incondita nauigia fuerunt, quæ Latinis rates, & Germanis à fluendo latina uoce Flessen dicti sunt, qua ex Sueuia & Bauaria frequentes merces in Danubio feruntur. appellantur autem græca origine à uerbo σχεδιάζειν, quod est ex tempore dicere. Vnde res quæuis ex tempore factæ, hoc est inelaboratæ, B per metaphoram Romani schedias dixere: ueluti & istud nauigij genus ex incultis arboribus simpliciter contextum, de quo hoc loco agimus. Sic Herodotus pontem, quo Darius Bosphorum iunxit, schediam uocauit, tanquam tumultuario opere factum. SVBLICIAE NAVES, eadem ratione dictæ sunt, ut pons sublicius. Meminit Marcellinus libro uigesimoquarto: Itaq; humo latè stagnante, altero die militi requie data, Imperator ipse progressus, constratis ponticulis multis, & utribus, sublicijsq; nauibus, itidem confectis palmarum trabibus, exercitum non sine difficultate traduxit. Porrò sublicæ siue sublicia, pali lignei dicebantur, qui in aqua figuntur ad pontis alicuius constructionem. Vnde arbitror sublicias naues nominari Marcellino, hoc est, ex huiusmodi tignis ac trabibus confectas. Et sic intelliguntur loca authorum: Cæsaris quarto Gallici belli, in descriptione pontis Rheni: Non sublicæ modò directæ ad perpendiculum, sed pronæ ac fastigiatæ, ut secundum naturam fluminis procumberent. Liuius tertio Punici belli: Quia muro satis per se alto, subiectis ualidis sublicijs pro solo usus erat. Marcellinus libro uigesimoquarto: Dumq; hæc luce agerentur, ac palàm, nunciatur Imperatori peruigili cura distento, legionarios milites, quibus cuniculorum erant fodinæ demandatæ, cauatis tramitibus subterraneis, sublicisq; suspensis ima penetrasse. PONTONES naues erant, quibus traijciendis amnibus loco pontium adhuc utimur, uulgò Schiffpruckhen. Meminit Cæsar libro tertio Ciuilis belli: Pontones (quod est genus nauium Gallicarũ) Lysi relinquit. Sic Papinianus: Quia uia confirmari solet (inquit) uel ciuitate tenus, uel usq; ad uiam publicam, uel usq; ad flumen in quo pontonibus traijciatur. Cæterùm constructionem huiusmodi pontonum delineat Vegetius libro tertio capite septimo: Na-

Scaphæ. Epibates. Schediæ. Subliciæ naues. Sublicæ. Pontones naues.

A mo: Nauigio uerò amnes hastis fixis ac suppositis tabulatis, perui fuerint, uel certè tumultuario opere colligatis inanibus cupis, additisq; trabibus transitũ præbent. Expediti uerò equites fasces de cannis aridis uel ulua facere consueuerunt, supra quas loricas & arma ne undentur, imponunt, ipsi equi natando transeunt, colligatosq; secum fasces pertrahunt ad socios. Sed commodius repertum est, ut monoxylos, hoc est paulo latiores scaphas, ex singulis trabibus excauatas, pro genere ligni & subtilitate leuissima carpentis secum portet exercitus, tabulis pariter & clauis ferreis præparatis. Ita absq; mora constructus pons, & funibus (qui propterea habendi sunt) uinctus, lapidei arcus soliditatem præstat in tempore.

Alludit porrò ad huiusmodi tertiam pontonum speciem, idem Vegetius sub finem libri secundi: Scaphas quoq; de singulis trabibus excauatas, cum longissimis funibus, interdum etiam ferreis cathenis, secum legio portat, quatenus contextis eisdem (ut dicunt) monoxylis, subuectisq; tabulatis flumina sine pontibus quę uadari nequeant, tam à peditibus quàm ab equitibus, sine periculo transeantur. CAPVLICAE à similitudine uasorum uinariorum nominabantur, quæ Capulæ ueteribus, quòd plurimum capiant, uocabantur. *Capulicæ.* HIPPAGINES, naues ad conuehendos equos. *Hippagines.* Meminit T. Liuius libro quadragesimoquinto: Quinq; & triginta naues, quas Hippagogas uocant, ab Elæa profectę. ORIAE, & oriolæ naues piscatoriæ fuerunt, *Oriæ.* quarum mentionem facit Plautus in Rud. Saluete oria mare fluctuoso. Et iterum: Mea opera labore & rete & oriæ. Et rursus: Malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi tẽpestas sit maxima. PHASELI, breues in Nilo nauiculæ fuere, *Phaseli.* de quibus Cicero ad Atticum primo: Tertiam, quam, ut scribis, anchora soluta de phaselo dedisti. Et libro decimoquarto: Quinto nonas conscendens ab hortis Cliuianis in phaselum episcopum has B dedi literas. Et sic intelligitur illud Virgilianum quarto Georgicorum:

Et circum pictis uehitur sua rura phaselis. Et illud Epigrãmatarij libro decimo:

Nec languet æquor, uiua sed quies ponti,
Pictam phaselon adiuuante fert ora.

Satyricus fictiles phaselos, & Horatius tertio Carminum fragiles phaselos, nominare uisus est. Et iam finem fueram Capiti impositurus, cum formulæ quædam loquendi authoribus historiarum usurpatæ occurrunt, ad nauium explicationem omnino pertinentes. DEDVCERE naues, idem est quod in mare immittere. *Deducere naues.* Liuius libro tertio Decadis tertiæ: Catareis exercitum reduxit, ubi nauibus longis deductis, impositoq; quem secum aduexerat milite, Romam nauigat. Et libro decimo: Deductæ ergo postero die naues, simul & legati in Italiam profecti. Aliud est DEDVCERE naues in hyberna, cuius meminit Liuius sexto tertiæ. SVBDVCERE naues, hoc est, in terram ex mari uel fluuio retrahere. *Subducere naues.* Meminit Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Manlius nauibus longis ad Ceralis subductis, naualibusq; socijs armatis, ut terra rem gereret, & à Prætore exercitu accepto, ad duo & uiginti millia peditum, mille & ducentos equites confecit. Et libro quarto eiusdem: Itaque Philippus neq; terrestri neque nauali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis nauibus, terra Macedoniam petijt. Idem libro quinto ibidem: Contracta extemplò undiq; plaustra, iunctaq; inter se, & machinæ ad subducendas naues admotæ. Et iterum libro sexto: Etenim legiones ad famam aduentus eius ex omni prouincia habuit. Naues ibi subduci iussit, remissis quatuor triremibus Massiliensium. SOLVERE naues, *Soluere naues.* hoc est, à terra nauigando recedere. Meminit Liuius libro nono Decadis tertiæ: Iis editis imperijs, redire ad naues iussi: & postero die, dijs

In terram immittere naues. bene iuuantibus, signo dato soluere naues. IN TERRAM immittere naues, contraria ratione dicitur, quod nos Germani dicere consueuimus, Zů land faren/lenden. Liuius decimo tertiæ Decadis: Quibus deficientibus, cum iam nulla res eam quam propinquitas terræ, multitudoq; è castris in littus effusa tueri potuisset, concitatam terris, quanto maximè impetu poterant, in terram cum præmisissent, nauis tantum iactura facta, incolumes ipsi euaserunt. *In puppim statuere.* IN PVPPIM nauim statuere, usurpat Liuius quarto tertiæ Decadis: In eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus firmæ cathenæ alligata, cum iniecta proræ esset, grauiq; libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora nauim in puppim statuebat. *Exscensio naualis.* EXSCENSIONEM facere eidem subinde Liuio pro eo usurpatur, quod est, è naui adpulsa littori egredi. Secundo tertiæ Decadis: Neq; id pulcherrimum eius uictoriæ fuit, sed quòd una leui pugna, tota eius oræ mari potiti erãt. Neq; ad Honescam classe profecti, exscensu è nauibus in terram facto, cum urbem ui cæpissent. Et iterum: Dum hæc geruntur in Italia, Cneus Seruilius Geminus consul cum classe nauium circumuectus Sardiniæ & Corsicæ oram, & obsidibus utrinq; acceptis, priusquam in continentem descensiones facerent. Idem libro septimo eiusdem Decadis: Eadem æstate M. Valerius cum classe centum nauium ex Sicilia in Africam transmisit, & ad Clupeum urbem exscensione facta, agrum latè, nullo fermè obuio armato, uastabat. Et rursus libro octauo sequenti: Quos ut adiungeret Carthaginensium clasi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Aetolorum, quę prope Eupalium sunt, exscensionem fecit. Porrò autem non ineptè hoc loco ueluti corollarium, *Aciei naualis constructio.* aciei naualis constructionem subieceris: Quæ quomodo fieri solita sit, docet Vegetius libro quarto, capite quadragesimoquinto: Ad instar autem terrestris prælij superuentus fiunt ignorantibus nautis, uel circa opportunas insularum angustias collocantur insidiæ, si longo remigio fatigati sunt hostium nautæ, si uento urgentur aduerso, si pro rostris est rheuma, si nihil suspicantes dormiunt inimici, si statio quam tenent, exitum nõ habet, si dimicandi optata uenit occasio, fortunæ beneficijs iungendæ sunt manus, & ex opportunitate prælium conserendum. Quòd si cautela hostium, euitatis insidijs publico marte confligat, tunc liburnarum instruendę sunt acies, non directæ ut in campo, sed incuruę ad similitudinem lunæ, ita ut productis cornibus acies media sinuetur: si aduersarij prorumpere tentauerint, ipsa ordinatione circundati deprimantur. In cornibus autem præcipuum robur & liburnarum collocetur, & militum. Ac pręterea ui- *Purgatio maris.* detur pertinere ad rationem instituti nostri, ut PVRGATIO MARIS quę fuerit, ostendamus, cuius subinde apud authores mentio occurrit. Arbitror autem fuisse sacrificij ac solennitatis genus, quale adhuc hodie Venetos in die Ascensionis Dominicę usurpare uidemus: cum Dux illorum, pręcedentibus senatoribus, ingenti pompa annulum aureum in mare conijcit, quod ipsi uocant Baptizare mare. Meminit Liuius nono tertię Decadis: Secundum eas preces cruda exta, cęsa uictima (uti mos) in mare proiecit, tubaq; signum dedit proficiscendi: uento secundo uehementi satis profecti, celeriter conspectu terrę ablati sunt. Huc pertinent quę Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli scribit: Qua ex causa Cęsar Caluisiũ à pręfectura clasis amouit, Agrippamq; eius loco pręesse uoluit. Cum parata adessent omnia, Cęsar clasis exercitum hoc modo perpurgauit. Altaria primùm maris in littore sita alluũtur undis. Multitudo omnis circumquaq; magno silentio per naues adsidet. Sacerdotes in mare considentes sacra faciunt: terq; per exercitum scaphis circumuecti, purgamina sacra deferunt, ducibus unà adnauigantibus, & purgamina extollentibus, ut ab exercitu infelicia quæq; depellant.

A pellat. Diuidentes deinde ea, partim in mare proijciunt, partim altaribus imposita flammis adolent. Ac protinus multitudo omnis ea benedicit. Sic Romani classem solent repurgare.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER REIPVBLICAE ROMANAE SEPTIMVS

DE OMNIS GENERIS SIGNIS QVAE IN illius populi exercitu usurpabantur ordinis atque distinctionis gratia: Authore Uuolfgango Lazio, Vienn. Austriaco Regio historico.

CAP. I. DE SIGNIS MILITARIbus in genere.



FVIT hoc in more positum omnium penè gentium, earum quæ & laude & gloria belli præeminebant, uti in exercitibus certus esset ordo, quo urgente necessitate, & premente hoste, milites quiescentes, & per contubernia distributi, conuenire facilius ad suos præfectos, & redigi citra iacturã temporis in aciem possent. Sic suos apud Macedonas & partes & præfectos phalanx habebat, apud Gallos caterua: & de qua nobis sermo est, apud Romanos legio. Quæ in decem cohor- *Signorum origo ac ratio.*
B tes tanquam partes diuisa, quæ à tribunis moderabantur, quo facilius singuli suos milites conuocare possent, quia confusa ac subitò affluente multitudine, conspici à præfectis non poterat, perticas siue fercula quædam lignea portabant, in quibus certis signis suam quisque posset cohortem agnoscere. Vnde rectè inquit Vegetius libro de Re militari tertio, capite quinto: Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam proficit, quàm monitis obtemperare signorum. Nam cum uoce sola, inter præliorum tumultus regi multitudo non posit, & cum pro necessitate rerum plura ex tempore iubenda atque facienda sint, antiquus omnium gentium usus inuenit, quo modo quod solus Dux utile iudicasset, per signa totus agnosceret & sequeretur exercitus. Itaque prima cohors millenaria, quæ & numero militum & honore præstabat, aquilam Romanam usurpabat auem: reliquæ uerò, alijs atque alijs in ferculis erectis signis dignoscebantur: quæ *Catalogus signorum.* & propriè signa Romanis uocabantur. Erant autem pro arbitrio tribunorum sculpta, capita animalium, hostium deuictorum facies, manuum effigies, sartagines cum igne, & circuli, ueluti in ueteribus cùm monumentis tum numismatibus cernere est. Nolo hic commemorare alia signa, quæ uidelicet Imperatoribus præferebantur, & quæ classem, & alas equitũ discernebant: item quę nominabantur Signa uocalia, signa tesseræ, signa uictoriæ, signa fœlicitatis, signa fortunæ, signa libertatis, signa congregationis, signa literaria, & signa deorum, quæ & imagines dicebantur: de quibus seorsim suo loco agemus, in primis signa cohortium explicaturi, inter quæ aquilæ honore præstabant. Inde ad uexilla atque dracones transgrediemur. Tametsi autem & aquilæ ferculis gestabantur, ut cætera signa, nomenclatura tamen & prærogatiua separabantur. Hinc est illud Cæsaris libro sexto Ciuilis belli: Pompeius in conspectu utrorumque oppidorum, neque suis ausus est subsidio uenire. Aquilas habuit, & signa tredecim legionum: sed

sed ex quibus aliquid frumenti se existimabat habere. Sic Cornelius Tacitus libro primo historiæ Augustæ, cum Varianam cladem describit: Medio campi (ait) albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disiecta, uel aggerata adiacecebant, fragmina telorum, equorumq́ artus, simul truncis arborum infixa ora. Lucis propinquis Barbarorum aræ, apud quas tribunos ac primores ordinum centuriones mactauerant, & cladis eius superstites, pugnam aut uincula elapsi referebant: Hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas: primum ibi uulnus Varo adactum, ubi infœlici dextra & suo ictu mortem inuenerit: quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captiuis, quæ scrobes, utq́ signis & aquilis per superbiam illuserint. Et rursus eodem libro: Audita consternatione ad Germanicum tendentes, fugerunt contumelias, cædem parant, Planco maximè, quem dignitas fugæ impediuerat. Neq́ aliud periclitanti subsidium, quàm castra primæ legionis. Illic signa & aquilas complexus, religione se tuebatur. Hæc ille. Loquitur autem primo loco de multis aquilis & signis, quia tres erãt legiones cum Varo cæsæ: quarum quælibet unam aquilam & plura signa habebat. In altera uerò authoritate, de una aquila & pluribus signis mentio fit: ut appareat, in una legione, unam aquilam extitisse, & plura signa. Huc facit quod Cornelius Tacitus scribit libro decimooctauo: Vt uerò deformis & flens, & præter spem incolumis Valens processit, gaudium, miseratio, fauor uersi in læticiam, ut est uulgus utroque immodicum, laudantes gratantesq́ circundatum aquilis signisq́ in tribunal ferunt. Et iterum libro decimonono, cum legiones Vespasiani auxiliares recenseret: Dein septima Claudiana agresti fossa (ita locus erat) præmunita dextro, octaua per limitem apertum, mox tertiadecima densis arbustis intersepta, hic aquilarum signorumq́ ordo. Et alio loco: Duces partium, ut Cursulas uenere, paucos ad requiem dies sumunt, donec aquilę signaq́ legionum adsequerentur. Hæc ex Tacito. Huc alludit Appianus Alexandrinus libro secundo Ciuilis belli: Insigne interea prælium ab utraq́ parte editur, in quo superior Pompeius, Cæsaris milites in fugam uertit, eosq́ in castra usq́ persequitur. Signa porrò militaria pleraq́ sustulit, inter quæ & aquilam, præcipuum Romanis signum, penè eripuit. Huc pertinet quod Lucanus scribit secundo Pharsaliæ:

Barbaricas sæui discurrere Cæsaris alas,
Ipsum omnes aquilas, collataq́, signa ferentem.

Signa diuersa à uexillis. Patet igitur, signa ab aquilis fuisse diuersa. Id quod de uexillis pariter ex historica authoritate deducere possumus, contra eos qui hodie uexilla falso signa appellant. Scribit enim Cornelius Tacitus libro uigesimo historiæ Augustæ: Simul excidijs castellorum imminebant, quæ à præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant: signa uexillaq́ & quot militum in superiore insulæ parte congregantur, duce Aquilio primipilari. Et rursus eodem libro: Tentauerat interim Ciuilis obsessorum animos, tanquam perditæ apud Romanos res, & suis uictoria prouenisset, circumferebantur signa uexillaq́, ostentati etiam captiui, ex quibus unus egregium facinus ausus, clara uoce gesta patefecit. Sic Lampridius in Diadumeno: His ita gestis, signa in castris & uexilla fieri Antonina iussit. Adhæc extitisse signa diuersa à fascibus legionum, ostendit locus Cæsaris libro sexto Ciuilis belli: Nostri desiderati ad hominum mille, partim peditum, partim equitum, saucij ad quingentos: aduersariorum aquilæ sunt ablatę tredecim, & signa & fasces. Meminit & Cor. Tacitus fascium legionum libro decimotertio: Retentusq́ omnis exercitus sub pellibus, quamuis hyeme sæua adeò, ut abducta glacie, nisi effossa humus, tentorijs locum non præberet. Ambusti multorum artus

A artus ui frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt: annotatusq; miles qui fascem lignorum gestabat, ita præriguisse manus, ut oneri adhærentes truncis brachijs reciderent. Atq; ita signa cùm ab aquilis, tum signis diuersa extitisse, liquet. Superest, ut quot signa in Romana legione fuerint, quo loco præterea, legione uel composita uel quiescente, collocata fuerint, ostendamus. Nouem igitur in perfecta legione signa fuerunt, quot cohortes uidelicet: Milliaria, quæ Aquilam ferebat, excepta. Id quod subinde authores legenti occurrit. Sic Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Primo leuis armatura Romanorum, præoccupatum inferiore loco succedens tumulo pulsa, detrusaq; terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionum refugit. Et libro nono Decadis quartæ: In præoccupatis angustijs loco iniquo est circumuentus. Quatuor millia militum amissa, & legionis secundæ signa tria. Vndecim uexilla sociûm, & Latini nominis, in potestatem hostium uenerunt. Idem libro primo Decadis quintæ: Vnus remansit M. Licinius Strabo tribunus militum tertiæ legionis, cum tribus signis à legione relictus. hæc ille. Vbi per signa cohortes intelligit, ferculi scilicet illius uoce cohorti, quam distinguebat, attributa. Sic libro quinto Decadis tertiæ, idem scribit: Iam ubi id temporis uisum, quo die epulatis iam, uinoq; satiatis, principium somni esset, signi unius milites ferre scalas iussit. Cæsar libro tertio Ciuilis belli: In eo fuit numero Valerius Flaccus, Lucij filius, eius qui prætor Asiam obtinuerat, signaq; sunt sex militaria relata. Et iterum: Sed horum omnium pars magna in fossis munitionibusq; & fluminis ripis oppressa suorum terrore ac fuga, sine ullo uulnere, interijt, signaq; sunt militaria trigintaduo amissa. Cæterùm quo ordine in castris posita signa legionis extiterint, refert Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Neque tamen Arminius, quanquam libero in cursu, statim prorupit: sed ut hæsere cœno fossisq; impedimenta, turbati circum milites, incertus signorum ordo, ut quæ tali in tempore sibi quisq; præpeditus, & lentæ aduersum imperia aures. Et iterum: Per hæc mentibus (ait Tacitus) inter se suspectis, tyronem à ueterano, legionem à legione dissociant. tum redire paulatim amor obsequij. Omittunt portas, signa unum in locum principio seditionis congregata, suas in sedes referunt. Ad hæc quomodo signa incesserint, structa acie, colligitur ex his uerbis Vopisci in Caro: Sed cum per plurimos dies de Imperatoris salute quæreretur à milite, concionareturq; Aper, idcirco illum uideri non posse, quòd oculos inualidos à uento ac sole subtraheret, fœtore tamen cadaueris res esset prodita, omnes inuaserunt Aprum, cuius factio latêre non potuit, eumq; ante signa & principia protraxere. Sic igitur, quomodo & acie structa signa fuerint portata, & quibus in locis castrorum fixa quiescente agmine extiterint, dictum est nobis. Nunc de religione, quam Romani in euellendis ex terra signis obseruabant, pauca ex historia adferam. Equidem reperio, signifero non licuisse euellere signa, nisi augurio capto: eratq; superstitio hæc populi eius, ut quando signa faciliter euellebantur, certam de uictoria spem cuncti conciperent: sin difficulter, cladem imminentem suspicarentur. Hinc Crassum Parthico bello occisum Appianus refert, quòd iturus ad bellum, euellere signa nequiuerit. Eodem euentu Romanorum stragem contigisse ad Trasimenum lacum, probati authores memorãt. Et de Camillo Scriboniano, qui contra Claudium Cæsarem in Dalmatia imperium arripuerat, Orosius nominatim sic scribit in Claudij historia: Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum ciuile molitus, legiones multas fortissimasq; ad sacramenti mutationẽ pellexerat. Itaq; die dicto, ut in unum undiq; ad nouum imperatorẽ conueniretur, neq; aquilæ ornari, neq; conuelli quoquam modo signa, mouerìq; potuerunt.

Quot signa in una legione fuerint.

Quo loco in castris signa collocata.

Quomodo signa in acie incesserint.

Religio euellendi signa in locis suis.

B

tuerunt. Ad hunc morem euellendi signa adludit Maro undecimo Aeneidos, A hoc carmine:

—Vbi primùm euellere signa Adnuerint superi.—

De ornamentis signorũ militarum. Erat & altera Romanis in hac re cõsuetudo, ornare uidelicet signa in uictoria, & in tristi casu incompta proferre. Vnde est illud Taciti, cum parentationẽ Germanici Cæsaris enarrat: Igitur tribunorum centurionumq́ humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, uersi fasces. Huc pertinet similiter illud Liuij libro octauo Decadis tertiæ: Asdrubal clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo prosiluit, tumultumq́ ante uallum & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia, plenosq́ hostium campos uidit. Huc alludit & Tacitus libro primo: Druso propinquanti (inquit) quasi per officium obuiæ fuere legiones, nõ lætę, ut assolet, neq insignibus fulgentes, sed illuuie deformi, &c. Huc alludit Herodianus libro quarto: Tum commilitonem quàm principem uocare se malle, ac plerunq iter facere perinde atq ipsi, pedibus ambulans, raroq́ uehiculum conscendere, aut equum, sibijpsi portare arma: nonnunquam etiam signa militaria longissima, & aureis ornamẽtis prægrauia, ac ne robustissimis quidem militibus facilia, ipse humeris subire. Et sic intelligitur illud Claudiani in nuptijs Honorij & Mariæ:

Lætaturq́ tamen, Mauortia signa rubescunt
Floribus, & subitis animantur frondibus hastæ.

Non uidetur extra institutum esse, si quod scribit Polybius in libello de Castrametatione Romana, de coloribus signorum, hic commemorauero: Post hæc signum fixerunt (inquit) unum primumq́, in quo poni oporteret loco tentorium imperatoris: secundum, ad præoptatum latus: tertium, ad mediam lineã, ad quã B tribuni tendunt: quartum apponũt legiones. Et hæc quidem faciunt punicea, Imperatoris album, ad alteram partem modò nudas ponunt hastas, modò signa ex

Cuius figuræ fuerint signa Romana. alijs coloribus. Atq hactenus de consuetudinibus, siue ceremonijs illis, quas Romani in prolatione signorum obseruabant. Nunc cuius figuræ signa extiterint, dicendum porrò uidetur. Qua de re nemo exactius quàm Plinius scripsit libro decimo Naturalis historię, capite quarto, ubi de aquila tractat: Romanis eam legionibus Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit. Erat & antea prima: cum quatuor alijs, lupis, minotauris, equis, apris, quæ singulos ordines anteibant. Paucis antè annis sola in acie portari cœperat, reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non ferè apud legiones unquam hybernatum esse in castris, ubi aquilarum non sit iugum. hæc ille. Non possum hic præterire, quod scribit Vegetius libro tertio capite sexto: Tutissimum nanq in expeditionibus creditur, facienda nesciri. Ob hoc ueteres minotauri signum in legionibus habuerunt, ut quemadmodum ille in intimo & secretissimo labyrintho

Imagines imperatorum inter signa. abditus perhibetur, ita ducis consilium semper esset occultum. Porrò inuenio inter signa portata Romanis in legionibus, fuisse imagines Imperatorum & Ducum: quas qui ferebant, Imaginarij uocabantur, & imaginiferi, quorum inter genera militũ & Vegetius meminit. Suetonius in Tiberio: Militi post publicata ex Augusti testamento legata, nihil unquam largitus est, præterquam singula millia denariorum prætorianis, quòd Seiano se accommodassent, & quædam munera Syriacis legionibus, quod solæ nullam, solæ Seiani imaginem inter signa coluissent. Huc pertinet illud Cornelij Taciti de Vitellio loquentis: Exercitum (inquit) superioris Germanię, Calendis Ianuarijs diripuisse imagines Galbæ, tumultuariq́ cœpisse. Cuius turbationis ac flagitij spectator aderat Ordeonius Flaccus legatus

A legatus consularis, non ausus compescere mentes, non retinere dubios, non cohortari bonos. Sed substitit signis pauidus, & secordia innocens: quatuor centuriones cum protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, uinctiq; sunt. Idem libro secundo historiæ Augustæ, sub finem: Equester ordo, cuneum Germanici appellauit, qui iuniorum dicebatur: instituitq;, ut turmæ Idibus Iulijs imaginē eius sequerentur. Et rursus libro decimoquinto, cū de deditione regis Parthorū ageret: Nec recusaturū Tyridatem, accipiendo diademati in urbē uenire, nisi sacerdotij religione attineretur: iturum ad signa & effigies principis, ubi legionibus coràm regnum auspiceretur. Et subdit: Tum placuit Tyridatem ponere apud effigiem Cæsaris, insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. Et colloquium osculo finitum. Deinde paucis diebus interiectis, magna utrinq; specie. Inde eques compositus per turmas, & insignibus patrijs: hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis, signisq; & simulachris Deûm in modum templi. Et sic intelligenda sunt alia eiusdem authoris loca, ut libro decimoseptimo, cum de Galbæ Cæsaris nece loquitur: Et Galba: Commilito (inquit) quis iussit? insigni animo ad cohercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, aduersus blandientes incorruptus. haud dubiè iam in castris omnium mentes, tantusq; ardor, ut non contenti agmine & corporibus, in suggestu, in quo paulo antè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem uexillis circundarent. Et rursus eodem libro: Viso cominus armatorum agmine uexillarius comitatus, Galbæ cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) direptam Galbæ imaginem, solo afflixit. Idem libro decimooctauo, cum Mutianum introducit, Vespasianum ad imperij habenas capessendas adhortantem: Non aduersus diui Augusti acerrimam mentem, nec aduersus cautissimam Tiberij senectutem,
B nec contra Caij quidem, aut Claudij uel Neronis fundatam longo imperio domū exurgimus: cessisse etiam Galbæ imaginibus. Sic libro uigesimo: Res aduersæ discordiam peperere: ijs qui superiori exercitu erant, causam suam dissociantibus: Vitellij tamen imagines in castris & per proximas Belgarum ciuitates repositæ. Meminit huius rei & Appianus Alexandrinus libro quarto Ciuilis belli: Publius Bruti quæstor, Antonini domesticis illum adhortantibus, ut Brutum proderet, id facere renuit: & ob id proscriptus, demum reuersus, inter Cæsaris amicos esse meruit. Aduenienti quoq; Cæsari, nonnunquam Bruti imagines opposuit. Huc pertinet quod Herodianus, Græcus item author, libro septimo scribit: Igitur statim tumultuari omnis Aphrica, sublatisq; Maximini honoribus, ciuitates pleræq; imagines Gordiani ac statuas ponere. Et rursus libro octauo, cum Maximini necem describit: Ibi postquam de signis militaribus illius imagines detraxerunt, prodeuntem mox è tentorio ut ad eos loqueretur, continuò obtruncant. Alludunt ad hanc consuetudinem & reliqui historiarum classici authores. Lampridius in Diadumeni uita: His ita gestis, signa in castris, & uexilla fieri Antoniana iussit, fecitq; Bassiani simulachra ex auro atq; argēto. Atq; hactenus de imaginibus Imperatorum, ducumq; exercitus, inter signa receptis: quas qui portabant, Imaginarios atq; imaginiferos dictos meminimus. ad quod genus militum alludit & inscriptio Vetustatis, quæ Lugduni uisitur: Imaginiferi.

D. M. ET MEMORIAE AETERNAE.

SOLENNIO FIDO MIL. LEG. I. MINERVAE IMAGINI
FERO MATVRINA VICTORINA CONIVGI CHARIS-
SIMO, PONENDVM CVRAVIT, ET SVB
ASCIA DEDICAVIT.

Capita ferarũ in signis militaribus portata.

Cæterùm inter signa capita ferarum sculpta, atq; interdum hostium occisorum uera capita gestata fuisse, historias passim legentibus occurrit. Quemadmodum Tacitus libro uigesimo scriptum reliquit: Simul naues in aduersum amnem agebantur. Hinc ueteranorum cohortium signa, inde deprompta syluis lucisq; ferarum imagines, ut cuiq; genti inire prælium mos est, iusta belli ciuilis externiq; facie obstupefecerant. Huc facit quod Tacitus scribit libro decimooctauo, de Galbæ cæde atq; interitu locutus: Nullam cædem Otho maiore lætitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur, seu tum primùm leuata omni solicitudine mens uacare gaudio cœperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiæ in Tito Iunio, quamuis immitem animum, imagine tristi confuderat. Pisonis ut inimici & æmuli cæde lætari ius fasq; credebat. Præfixa contis capita gestabantur inter signa cohortium, iuxta aquilam legionis. atq; hactenus de signorum figura. Iam de maiestate illorũ, & quanto loco atq; existimatione in Romano exercitu extiterint, adijciendum uidetur. Quam rem uel illa cumprimis declarant, quòd apud signa reges externi diademata accipiebant, quòd rursus ad signa nocentes tanquam ad asylum confugerint, & quòd captiui rursus apud signa custodiebantur, item præda isthic ac pecuniæ locabantur, & in castris deniq; tabernaculum siue ædificium, in quo signa adseruabantur, peculiariter extruebatur: quæ omnia signorum religionem, & quantum illis in exercitu Romani tribuerint, arguunt. Ac primo quidem, quòd signa externi reges, quòd hodie infeudationem dicere solemus, insignia regni acceperint, testatur Tacitus libro duodecimo: Igitur Gorsymes diu pensitato, Mithridatis'ne rebus extremis, an patrio regno consuleret, postquam præualuit gentilis utilitas, datis obsidibus, apud effigiem Cæsaris procubuit, magna gloria exercitus Romani. Et libro decimoquinto, de Parthorum regis creatione locutus: Cæterùm obsessis (inquit) adeò suppeditauisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem iniecerint: contraq; prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum, & pabula attrita, relicturos oppugnationem, neq; se plus tridui itinere abfuisse, adiecit iureiurando peti cautum, apud signa, astantibus his quos testificando rex misisset.

Capita occisorum hostiũ inter signa.

Apud signa reges externi inaugurabãtur.

Apud signa asylum.

Sic apud signa tanquam asyla quisq; tueri se poterat, & à captiuitate uindicare. Vnde scribit Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Planco maximè, quem dignitas fuga impediuerat: neq; aliud periclitanti subsidium, quàm castra primæ religionis. Illic signa & aquilam amplexus, religione se tutabatur. Huc spectat illud Liuij libro sexto Decadis tertiæ: Per omnes deos paratis iurare magis quæ uelint, quàm quæ sciant uera esse, & obstringere periurio non se solum suumq; caput, sed signa militaria & aquilas, sacramentiq; religionem. Sic Marcellinus libro uigesimoquinto: Deinde Tarso profectus, extẽtis itineribus, uenit in oppidum Cappadociæ Tyhana, ubi ei reuersi Procopius notarius & Memoridus tribunus occurrunt, gestorumq; aperiunt textum, hinc ut ordo poscebat exorsi: quòd Lucillianus Mediolanum ingressus, cum Seniaucho & Valentiniano tribunis, quos duxerat secum, cognito quòd Malaricus recusauit suscipere magistratum, effuso cursu petierat Remos, & tanquam in alto gentis silentio, extra calcem, ut dicitur, procurrebat: & intempestiuè parum, etiam tum firmatis omnibus ex Acturio ratiocinijs scrutandis incubuit. Qui fraudum conscius, & noxarum, ad militaria signa confugit. Eadem religionis causa, apud signa captiui custodiebantur: id quod ex his uerbis Marcellini libro uigesimoprimo colligitur: Finitisq; epulis Vadomarium fortiter apprehensum, rectori militum arctè custodiendum apud signa cõmisit. Inuenio etiam pecuniam ex præda cõtractam deponi ac collocari Romanis apud signa solitam. Author est Vegetius libro secundo

Captiui apud signa custodiebantur.

A cundo de Re militari, ab antiquo uidelicet institutum fuisse, ut dimidia pars rerum comparatarum deponeretur apud signa, & ibidem militibus seruaretur, ne per luxum & inanium rerum coemptionem, sua absumerent. Hinc enim fiebat, ut miles securus, & de ferendo nihil cogitans, in acie fortius dimicaret, ad signa tuenda uidelicet, circa quæ cuiusque substantiæ essent. Hinc mos ille de follibus, siue saccis in Romano exercitu processit. quorum decem folles nummarij, siue marsupia dicere mauis, per singulas cohortes ponebantur, in quibus summa pecuniæ quæ militibus cedebat, reponebatur. His addebatur saccus undecimus, in quem tota legio particulatim conferebat, sepulturæ causa: ut si quis de contubernalibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam illius monumentumque erigendum expromerentur expensa. Et sic intelligitur illud Suetonij in Domitiano, qui eam uolebat consuetudinem immutare: Geminari (ait) legionum castra prohibuit, nec plusquam mille nummos à quoquam ad signa deponi. quòd L. Antonius apud duarum legionum hyberna, res nouas moliens, fiduciam cœpisse ex depositorũ summa uideretur. Non possum hic & aliam Romani populi silentio transire consuetudinem, cuius meminit Herodianus libro quarto historiæ Augustæ: in medio castrorum ædificium fuisse memorans, in quo omnia signa militaria recondebantur. Verba sic habent: Vt autem castra attigit, ædiculamque eam, intra quam signa ac simulachra exercitus adorantur, procidens humi gratias agebat, uotis quasi pro salute susceptis. Meminit & Tacitus libro primo historiæ Augustæ, cum de seditiosis in Pannonia legionibus agit, quæ ad Nauportum contra Blesum exsurgebant: Commotis per hæc mentibus, & inter se suspectis, tyronem à ueterano, legionem à legione dissociant. Tum redire paulatim amor obsequij, dimittunt portas, signa unum in locum principio seditionis congregata, suas in ædes referunt. hæc ille. Atqui Romæ, cessante bello, signa in ærario custodiebantur. Vnde est illud Liuij libro septimo Decadis primæ: Is impigrè exercitu scripto, cum omnes extra portam Capenam, ad Martis ædem conuenire armatos minores iussisset, signaque ad quæstorem ex ærario deferri, quatuor expletis legionibus. Videtur denique & illud facere ad magnificentiam signorum Romanorum: quòd hæc uidelicet proconsulibus prætoribusque & prouinciarum præsidibus præferebantur. Ad quod alludens Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilium sic scribit, de Antonio uidelicet locutus: His hunc in modum constitutis, hyemem Athenis cum Octauia uxore egit, quemadmodum in Alexandria cum Cleopatra prius egerat. Quæ enim ab exercitibus missa fuerant, solum detulere. Ipse simplicitate quadam priuati cultus, principantis loco usus est. Nam ueste quadrangula, calciamento Attico utebatur. Ante fores solitudo & quies, & egressus eius pari modo seruabantur, nullis præcedentibus signis, duobus solum amicis comitatus, subsequentibus totidem seruis ad præceptorum contubernia, aut recitationes ferebatur. Hæc ille. Ac iam impositurus finem capiti erant, cum hæc subit adhuc quæstio: Videlicet fuerintne signa ante Imperium incœptum], dum adhuc consules Romanæ potentiæ præessent. Præterea inclinante Imperio, barbaris iam gentibus Romanos limites inuadentibus, quod fuit sub Valentinianis, an signorum huiusmodi fercula adhuc solita fuerint gestari? Ad quam quidem quæstionem ex fide historica respondemus: Fuisse utroque tempore, eiusque populi ætate. Scribit enim Liuius primo libro quintæ Decadis, in Histrici belli enarratione, quod plus quàm seculum ante dictaturã Cæsaris fuit: Vnus (inquit) remansit M. Licinius Strabus tribunus militum tertiæ legionis, cum tribus signis ab legione sua relictus. De inclinantis Imperij

Pecunia militum apud signa asseruabatur.

Folles & sacci in Romano exercitu.

Vndecimus saccus castrorum.

Tabernaculũ in medio castrorum pro signis.

Signa proconsulibus & præsidibus prælata.

perij ætate dubium nullum est. Testatur enim hoc Marcellinus libro decimoseptimo his uerbis: Tali textu rectè factorum Cõstantius, iam metuente sublimior, militariq; consensu secundo Sarmaticus appellatus, ex uocabulo subiectorum. Iamq; discessurus conuocatis cohortibus & centurijs & manipulis omnibus tribunal insistens, signisq; militaribus & aquilis & agmine multiplicium potestatum. Et iterum libro uigesimooctauo: Qui ducens militem rei sufficientem, cum uenisset ad loca, discriminatis ordinibus, barbaros ante colluctationem adeò terruit & turbauit, ut nec controuersas opponerent manus: sed signorum aquilarumq; fulgore præstricti, uenialem poscerent pacem. Huc pertinet quod Procopius refert, Neruios rotam, Iouiam cohortem aquilam auream habuisse, & cornua Cornutorum cohortem: alludens nimirum ad signa quæ portabantur in ferculis, de quibus hoc libro omnis noster sermo est. A

CAP. II. DE SIGNORUM GENERIbus, ac discriminibus ijs quæ ex uoce Romanis erant.



CVIVS figuræ signa Romano in exercitu extiterint, ad quæ congregari cohors solebat, superiori Capite dictum est prolixè. At quæ extra cohortis constructionẽ discrimina ac notas quasdam dabant, ubi Imperator procedebat, quando equitatus incedebat, aut classis in altum ferebatur: quibus præterea Barbaræ gentes ordines suos obseruabant, & quæ deniq; in centurijs fuerãt, aut in templis, de his superest ut etiam ex fide historica sermonem continuemus. B Ac tametsi de signis Imperatori solitis præferri, dictum à nobis sit fusius libro huius Operis nono, inter decora ac ornamenta illa, quibus maiestas Augustalis eo in populo insigniebatur: libet tamen, quantũ ad huius loci explicationem pertinere uidetur, uel unicum duntaxat locum ex septimo libro Herodiani recensere, ubi illa de quibus loquimur signa breuissimè describuntur. Verba Herodiani sic habent, cum de Gordiani senioris ad imperium sublimatione tractat: Sequebatur autem ipsum principalis pompa omnis, militesq; quicunq; aderant, iuuenesq; urbani procera statura, ad eorum similitudinem qui Romæ Imperatorem comitantur. Virgæ item laureatæ, quo insigni principes à priuatis dignoscuntur. Præterea ignis de more præferebatur, ut speciem fortunamq; exiguum sanè ad tempus Romanæ ciuitatis Carthago repræsentaret. hæc ille. Ex quibus uerbis colligimus, duorum generum imperatoria fuisse signa, uirgas uidelicet, siue fasces laureatos, & ferculum cum sartagine, in qua fax ignis arderet, cuius nos in frontispicio Operis huius ex ueteribus picturis iconem dedimus. De quo genere, in eo quem diximus libro huius Operis nono, candidus lector plura leget.

Signa equestria. Sequuntur iam SIGNA EQVESTRIA, quæ uidelicet turmas distinguebant, quemadmodum uexilla alas. Meminit Titus Liuius libro nono Decadis tertiæ: Nam sedecim alarum coniuncta signa pulsu sonituq; & nube ipsa operient, ac suprafundent oblitos præliorum. Et libro septimo eiusdem: Cecidere in ea pugna ad duo millia & septingenti ciuium sociorumq;. In his quatuor Romani centuriones fuere, duo tribuni militum, M. Licinius & M. Fuluius. Signa militaria quatuor de ala prima, quæ fugit; duo de legione, quæ cedentibus socijs

A successerat. Idem libro secundo quintæ Decadis: Sunt qui eo die, magno prælio pugnatum, authores sunt, octo millia hostium cæsa. In his Sopatrum & Antipatrum, regios duces: uiuos captos circiter duo millia DCCC, signa militaria capta uigintiseptem. Nec incruentam uictoriam fuisse. Supra quatuor mille & trecentos, de exercitu Consulis cecidisse. Signa sinistræ alæ quinque amissa. Huc pertinet illud Taciti libro decimoseptimo: Quatuor legionum aquilæ per frontem, totidemq́ circà è legionibus alijs uexilla, mox duodecim alarum signa. Meminit huius generis signorum & Marcellinus inclinantis Imperij author, libro historiæ suæ Augustæ decimonono: Ecce autem Romanum agmen cũ equestribus signis disiectum eminus cernimus, quod per sequebatur multitudo Persarum, incertum unde impetu tam repentino terga uiantum adgressa.

SIGNA NAVALIA commemorantur Appiano Alexandrino libro quinto Ciuilis belli: Erat apparatus utrinq; longè splendidus, & turres è nauibus è puppe proraq́ eminebant. Quamprimùm igitur adhortationes, ut æquum erat, inter illos factæ, signaq́ è nauibus elata sunt, se inuicem aggrediuntur. Et iterum: Ipse priusquam elucesceret, ne ab hostibus circumueniretur, mare nauibus ingressus est, dextrum cornu Titinio, sinistrum Carcino attribuit. Liburnica igitur prouectus, ad omnes circùm nauigans, ad pugnam hortabatur. Post adhortationes autem, ut in periculo, prætoria signa deponi imperat. Atque hæc de Naualibus signorum ferculis, non de uexillis, de quibus seorsim posterius agemus. *Signa naualia.*

SIGNA quoqũe calonum Vegetio celebrantur libro tertio, capite sexto: Antiqui diligentissimè præcauebant, ne à calonibus interdum uulneratis, interdum timentibus, & sagittarijs clamore pauefactis, pugnantes milites turbarentur, ne dispersi longius, aut conglobati amplius quàm expedit, impedirent suos, hostibusq́ prodessent. Et ideo ad exemplum militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt. Denique ex ipsis Calonibus (quos Galearios uocant) idoneos ac peritos usu legebant, quos non amplius quàm ducentis sagittarijs puerisq́ præfecerunt, hisq́ uexilla dabant, ut scirent ad quæ signa deberent impedimenta colligere. Reliquum est, ut etiam de gentium Barbararum signis loquamur, quæ GENTILIA nuncupata inuenio. fercula quidem in hastilibus gestata & ipsa erant, uti Romana: uerùm alterius figuræ, aliaq́ à Romanis animalia præferentia, ac omnino barbariem quandam repræsentantia. De quibus Liuius libro tertio Decadis tertiæ sic scribit, cum ad Hamas in Campanis Hannibalis cladem recenset: Hominum eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia, cum ipso duce Mario Alisio: capta sunt signa militaria quatuor & triginta. Et iterum libro quarto eiusdem: Et adiuuere captiui, qui rapto inter tumultum ferro conglobati, & à tergo cæciderunt Pœnos, & fugam impedierunt. Itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, & ea maior pars equitum cum ipso duce effugerunt. Alij omnes cæsi, aut capti. Capta & signa duodequadraginta. Et iterum, diuersa à Romanis signa gentilia demonstrans, sic nominatim scribit: Prima fortè signa sexcentorum Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant sub eis, & Hannibalis beneficium habebant, capti ad Trasimenum inter Romana auxilia, dimissiq́. Quos ubi ex signis, armorumq́ habitu cognouere, &c. Idem libro 2. Decadis 5, Ligurum cladem memorans: Pugna tam peruicax multos absumpserat Ligurum. & in fuga passim cæsi sunt. decem millia hominum cæsa traduntur, amplius DCC passim capti, signa militaria relata octogintaduo. Cæsar libro sexto Ciuilis belli: Insequenti luce Arguetius ex *Signa calonum.* *Signa gentilia.*

B

Italia cum equitatu uenit. Is signa Saguntinorũ retulit quinq;, quæ ab oppidanis cœpit. Huc alludit & Marcellinus libro uigesimoprimo: Postridie Bineses, unus ex Persis, quem inter alios excellere diximus, mandata Regis complere festinans, promissa flagitabat instanter: & principe permittente Romano ciuitatem ingressus, gentis suæ signum apud arcem extulit. Atque hæc de signis gentilibus. Sequuntur SIGNA CONTVBERNIORVM, quæ peculiari uoce manipuli Romanæ reipublicæ dicebantur. Erant autem hastilia, quorum apicibus fasciculi fœni alligabantur: ad quæ tria contubernia, hoc est triginta milites confluere solebant. Meminit Liuius libro septimo Decadis tertiæ in increpatione Marcelli consulis aduersus milites: Non equidem mihi cum exercitu meo loqui uideor, nec cum Romanis militibus: corpora tantum atq; arma eadem sunt. An si eosdem animos habuissetis, terga uestra uidisset hostis? signa alicui manipulo aut cohorti abstulisset? Cæsar libro sexto Gallici belli: Calones in proximũ tumulũ procurrunt. Hinc celeriter deiecti, se in signa manipulosq; cõijciunt. Sic Marcellinus libro decimoseptimo: Iam discessurus, conuocatis cohortibus & cẽturijs, & manipulis omnibus, tribunal insistẽs, signisq; ambitus & aquilis. Huc alludit Ouidius tertio Fastorum:

Signa manipulorum.

Non illi cœlo labentia signa tenebant,
Sed sua, quæ magnum perdere crimen erat.
Illa quidem fœno, sed erat reuerentia fœno:
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Unde maniplaris nomina miles habet

B

Fit deniq; huius generis signi mentio in exemplo Antiquitatis, quod Romæ in ædibus Grisoneti extat:

HERCVLI INVICTO PRO SALVTE D. D. N. N. IMP. CAES. IVL. AVREL. ANTONINI P. F. AVG. ET M. AVREL. ALEXANDRI NOBILISSIMI CAES. TOTIVSQ. DOMVS DIVINAE EORVM COH. X. PR. PV. ANTI. ET MARCIANI MASCVLINVS VALENS B. E. PR. PR. FEMINA ET AVR. FABIANVS SIGNIFER ET VAL. FIRMINVS OPTIO, ET QVOD PROFICISCENTES EXPEDITIONIBVS SACRIS FVERANT REGRESSI CVM MANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT.

De signis templorum.

DE SIGNIS TEMPLORVM, quorum imagines ad nostra usque tempora peruenere, fercula uidelicet, olla aurata & sculpta, in quibus candelæ præferuntur, extat locus apud Trebellium, cum pompam decennalium à Galieno institutam describit: Interfectis sanè militibus apud Byzantium, Galienus quasi magnum aliquid gesisset, Romam cursu rapido conuolauit, conuocatisq; patribus decennia celebrauit nouo genere ludorum, noua specie pomparum, exquisito genere uoluptatum. Iam primùm inter togatos patres & equestrem ordinem albatos milites, & omni populo præeunte, seruis etiam propè omnium & mulieribus cum cereis facibus & lampadibus præcedentibus, Capitolium petijt. Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boues, cornibus auro iugatis, &

dorsua-

A dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes: agnæ candentes ab utraque parte 200 præcesserunt, & decem elephanti, qui tunc erant Romæ: mille 200 gladiatores pompaliter ornati, cum auratis uestibus matronarum, mansuetæ feræ diuersi generis 200 ornatu quàm maximo affectæ, carpenta cum mimis & omnium generum histrionibus: pugiles sacculis, non ueritate pugnantes. Cyclopæa etiam luserunt omnes apenarij, ita ut miranda quædam & stupenda demonstraret. Omnes uiæ ludis strepituque & plausibus personabant. Ipse medius cum picta toga, & tunica palmata inter patres, ut diximus, omnibus sacerdotibus prætextatis, Capitolium petijt: hastæ auratæ altrinsecus quingenæ, uexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant, dracones & signa templorum omniumque legionum ibant. Huc alludit & Appianus Alexandrinus libro tertio Ciuilis belli: Ob hoc Senatus tribunum quendam Asperum nomine, in creatione pro duobus significantem iussit illudere: sperans Antonium ad id quippiam allaturum esse, Cõsulem existentem, ac signorum sacerdotem, & iam discordem cum Dolobella habitum. Idem secundo Ciuilis belli: Verùm communiter ad suffragia iniqua alienæ urbis alienarum domorum properabant homines, & sacris locis templisque residebant sub uno signo, uno præside suæ ciuitatis.

CAP. III. DE SIGNORUM GENERIBUS, QUAE non ferebantur hastilibus, sed metaphoricè usurpatæ, significationes quædam erant rerum, quæ tum domi tum foris in republica æterni populi administrabantur.

B Ab his signis, unde militum ordines distinguebantur, largè uoce diffusa, ea omnia signa nominabantur, quæcunque rem aliquam in nobili republica significabant. Quemadmodum, exempli gratia, erant signa uocalia, signa receptus, signa tesseræ, signa uigiliarum, signa concordiæ, signa fœlicitatis, signa fortunæ, signa uictoriæ, signa libertatis, signa tabularum, signa simulachrorum, & signa literaria: de quorum singulis ordine dicemus. SIGNA VOCALIA à uoce appellationem habebant, quòd humana uoce in uigilijs, prælijs alijsque belli exercitijs & muneribus, pro signo dabatur, & quod quotidie uariebatur, quo facilius exploratores deprehenderentur. Differebat porrò in hoc tantum à tessera, quòd hæc egredientibus propter confusionem euitandam mandabantur: ut fuit in bello Marij Lar deus, in Syllæ bello Apollo Delphicus, in Cæsaris expeditionibus Venus genitrix. Atqui illa uoce occulta, in uigilijs potissimum militibus, denique ducibus & tribunis ab Imperatore morituro dabantur uoces rerum quarundam, ut libebat cuique, ut uictoria, palma, indulgentia, æquanimitas, fortitudo, fides, triumphus: quemadmodum in numismatibus ueterum licet intueri, in altera nummi parte quam reuersam dicunt, ubi signa ista uocalia exprimuntur. Dabatur autem huiusmodi signum propriè ab Augustis tribuno prætorianorum, cum aut imperium susciperent, aut morerentur. Liuius libro octauo tertiæ Decadis: In prætorio tetenderunt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signũ ab ijs petitũ est, sederunt in tribunali proconsulis Scipionis. Sic Appianus quinto belli Ciuilis: Lucius Cæsaris modestiã, breuitatemque loquendi uel maximè laudauit, reliqui eorũ quæ dixissent, ex utriusque aspectu facile tulere sententiã. Lucius deinde ad tribunos militum misit, ut exercitus signum à Cæsare exposcerent. Illi numerũ militum ad eum detulerunt. Quæ cõsuetudo nunc etiã à nostris obserua-

Signa uocalia.

obseruatur: mosq́ʒ est, tribunum signum expetentem, diurnalium librum adferre regi, exercitus numerum præsentis continentem. Meminit huius generis signorum & Tacitus libro decimotertio: Propalàm tamen omnes in eam honores cumulabantur, signumq́ʒ more militiæ petenti tribuno, dedit Optimę matris. Idem libro 1: Sed defuncto Augusto, signum prætorijs cohortibus ut Imperator dederat, excubiæ, arma cætera aulæ. Sic Suetonius in Caligula: Cum placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi, primas sibi partes Casſius Chærea tribunus cohortis prætorię depoposcit. Quem Caius seniorem iam & mollem & effœminatum, denotare omni probro cõsueuerat: & modò signum petenti, Priapum aut Venerem dare. Idem in historia Claudij: Quoties uerò quidam hostem uel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti, non temerè aliud dedit quàm Andera. Huc pertinent quæ procedentis Imperij authores scripserunt. Iulius Capitolinus in uita Antonini Pij, cum mortem eius describit: Fortunamq́ʒ auream quę in cubiculo Principum poni solebat, transferri ad eum iusſit, signumq́ʒ tribuno æquanimitatis dedit: atq́ʒ ita cõuersus, quasi dormiret, spiritum reddidit. Idem in historia Marci Cæsaris: Ob hoc Antoninus Pius, cum sibi adesse finem uitæ uideret, uocatis amicis & præfectis, ut successorem eum Imperij commendauit atque firmauit: statimq́ʒ signo æquanimitatis tribuno dato, Fortunam auream quæ in cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transire iusſit. Et iterum in Pertinace: Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod tunc uacuum erat, quia Cõmodus in Vectilianis occisus est, petenti signum primo die tribuno, dedit, Militemus. Meminit & Spartianus in Seuero: Iusſit deinde signũ tribuno dari, Laboremus: quia Pertinax, quando ad imperiũ ascitus est, signum dederat, Militemus. Videtur huc pertinere locus Vegetij, qui ab initio erat referendus, libro de Re militari tertio capite quinto: Tria itaq́ʒ genera constat esse signorum, uocalia, semiuocalia, & muta. Quorum uocalia & semiuocalia percipiuntur auribus, muta uerò referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur, quæ uoce humana pronũciantur: sicut in uigilijs, uel in prælio, pro signo dicitur, utputa Victoria, palma, uirtus, Deus nobiscũ, Triumphus Imperatoris, & alia quæcunq́ʒ uoluerint dare hi qui in exercitu habent maximam potestatem. Sciendum tamen est, ista uocabula quotidie debere uariari, ne ex usu signum hostes agnoscant, & exploratores inter nostros uersentur impunè. SIGNA SEMIVOCALIA, & si de his dicetur, cum signum clasſici & signum receptus explicabimus, libet tamen super his uerba Vegetij præfato loco recensere: Semiuocalia signa sunt (inquit) quæ per tubam aut cornua, aut buccinam dantur. Tuba quæ directa est, appellatur Buccina: quæ in semetipsam æreo circulo flectitur, Cornu: quod ex uris agrestibus, argento nexum, temperatum arte & spiritu, quẽ canentis flatus emittit, auditur. Nam indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus, utrũ stare & progredi, aut certè regredi oporteat, utrũ longè persequi fugientes, an receptui canere. hęc ille de semiuocalibus signis, in quorum numerũ referendum est quod hodie nobis Christianis familiare est, & per campanas ac tormenta machinasq́ʒ pixidũ quas uocant, datur: uulgò dicũt Glockhenstraych thon anschlagen/sturm schlagen/ khreyden schuß thon. SIGNA MVTA, de quibus principaliter hunc librũ instituimus, describit Vegetius uerbis sequentibus, libro ac capite citatis: Muta signa sunt (inquit) aquilę, dracones, uexilla, flammulę ruffæ, prunæ. Quòcunq́ʒ enim hæc ferri iusſerit ductor, eò necesse est signũ suum comitantes milites pergant. Sunt & alia signa muta, quæ dux belli in equis aut indumentis, aut etiam in ipsis armis, ut dignoscatur hostis, præcipit custodiri. Prætereamanu aliquid uel flagello more barbarico, uel certè mota qua utitur ueste signifi-

A

B

Signa semiuocalia.

Signa muta.

A significat. Quæ omnia in sedibus, itineribus, in omni exercitatione castrensi uniuersi milites & sequi & intelligere consuescant. Continuus enim usus necessarius uidetur in pace eius rei, quæ in prælijs confusione seruanda sit. Item mutum & commune signum est, quoties proficiscente turba excitatus puluis ad similitudinem nubium surgit, hostiumq́ prodit aduentum. Similiter si diuisę sint copiæ per noctē flammis, per diem fumo, significant socijs, quod aliter non potest nunciari. Aliquando in castellorum aut urbium turribus appendunt trabes, quibus aliquando erectis, aliquando depositis, indicant quæ geruntur. hæc Vegetius, de mutis signis. SIGNA TESSERAE, itidem signum uocale erat, sed quod tantū in militia usurpabatur. Meminit Liuius septimo tertiæ Decadis: Nocte clàm ingredi uisum est, tessera per castra ab Liuio consule data erat, ut tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. Huc alludit Cæsar libro sexto Ciuilis belli: Et cum essent in legionem distributi, coniurant inter sese, ut noctu signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionem facerent, illi cædem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte, uigilia tertia, tessera data, extra uallum omnes sunt concisi Mundenses duces. Huc pertinēt loca Marcellini, inclinātis Imperij authoris, qui libro decimoquarto de isto symbolo sic scribit: Proinde concepta rabie sæuiore, quam desperatio incendebat, & fames, amplificatis uiribus, ardore incohibili in excidium urbium matris insolentia efferebantur: quam comes tuebatur Castricius, tresq́ legiones Belgicis sudoribus induratæ. Horum aduentum edocti speculationibus fidis, rectores militum tessera data, armatos omnes celeri eduxere studio. Et iterum: Vtq́ præliorum periti rectores, primò cateruas densas opponunt, & fortes, deinde leues armaturas, pòst iaculatores, ultimasq́ subsidiales acies, si sors adegerit, inuasuras: ita propositæ urbanæ familiæ suspensæ, digerentibus solicitè, quos insignes faciunt uirgæ dextris aptatæ, ueluti tessera data castrensi, iuxta uehiculi frontem omne textrinum incendit. Idem libro uigesimoprimo: His Iulianus ut poscebat negocij magnitudo præstructis, expertus quid in rebus tumultuosis anteuersio ualeat: & progressus, per tesseram edicto itinere, in Pannonias, castris promotis & signis, temerè se fortunæ commisit. Et rursus libro uigesimoquinto: Ob quæ reputabat multa & formidanda, diffusum abundè militē, per prouinciales leui tessera colligi posse expertus. Et libro uigesimosexto: Valentinianus princeps, ut prædiximus, declaratus, dato in perendinum diem signo proficiscendi, conuocatis primoribus, &c. Hic possem recēsere, quæ de tessera expeditionali scribit libro uigesimotertio, quæ tamē suo loco cōmemorabitur. Cæterùm uenit in mentē mihi loci Polybij, qui est in libello de Romana castrametatione, ubi signum tesseræ, quale Romanis fuerit, elegantißimè depingit in hæc uerba: Nocturni signi traditionem tutam præstant hunc in modum, (loquitur autem de Romanis, homo Græcus:) Ex singulis generibus equitum peditumq́, decimi signi, quod ultimum castrametatur, ad extremitatem strigarum, ex his uir unus eligitur, qui excubiarum ministerijs non tenetur. Verùm accedit singulis diebus, occidente sole, ad tentorium tribuni, & accepta tessera (ea est tabella inscripta) recedit: cumq́ secesserit ad signum suum, tradit tabellam signumq́, adhibitis testibus, proximi signi principi, ille similiter proximi. Idemq́ faciunt omnes deinceps, donec ad prima, ac prope tribunos locata signa peruenerit. Hos autē oportet tabellam nondum obortis tenebris referre ad tribunos. Et si relatæ sunt omnes quę datæ sunt, cognoscunt signū datum esse omnibus, perq́ omnes ad se peruenisse. At si quid defuerit, confestim inquirit tribunus, quid'nam cōmissum sit: præcipitq́ ex inscriptione, qua'nā ex parte tabella uenerit, atq́ ubi repertū fuerit

Signa tesseræ.

B

impedi-

Signum receptus. impedimentum, conueniens infertur mulcta. SIGNVM RECEPTVS per classicum Romano in exercitu fiebat, sicubi uel concionem soluere Imperator militum, uel ex prælio aciem instructam, uel inclinante uictoria reuocare deniq; uolebat. Meminit subinde Liuius, ut libro secundo tertiæ Decadis: Ac primi propè una acies facti erant, uicti atq; integri exercitus, inferebantq; signa in hostem, cum Pœnus receptui cecinit. Sic rursus libro tertio eiusdem: Gracchus priusquam se hostes ab repentino pauore colligerent, receptui signũ dedit, ac suos intra muros recepit. Et quarto rursus: Ratio compositæ rei turbata est, non ausus insequi cedentes Marcellus, uincentibus suis, signum receptui dedit. Plus tamen duo milia hostium eo die cæsa traduntur. Ibi signis collatis pugnatũ per quatuor fermè horas, egregieq; uincentibus Romanis signum receptui est datum. Idem quinto sequenti libro: Hæc cõsilia Ducis, cum iam receptui caneret, clamor militum aspernantium tam segne imperium disiecit. Et iterum: Cum procul uisus Sempronianus exercitus, cui Cneus Cornelius quæstor præerat, utriq; parti parem metum præbuit, ne hostes noui aduentarent, ueluti ex composito utrinq; signum receptui datum, reductiq; in castra prope æquo marte discesserunt. Sic libro octauo sæpe dictæ Decadis: Prior semper Pœnus copias castris educebat, prior fessis stando signum receptui dabat. Idem libro primo quartæ Decadis: Emissiq; captiui, quos Philippus tanquam in tutissimam custodiam condiderat: statuis inde Regis deiectis, truncatisq;, signo receptui dato, conscenderunt naues. Meminit huius symboli & Marcellinus libro uigesimoquinto historiæ Augustæ: Pulsis igitur pondere magnarum uirium Parthis, miles solis occasu flammeo, diu lassatus, signo in receptum dato, tentoria repetit. hæc ille. Porrò fiebat hoc symbolum classico, ceu dictum est: hoc est, cum tibicines, cornicines, & qui buccinas inflabant, simul canebant. Sed placet super hac re uerba Vegetij referre, quæ libro secundo de Re militari, capite uigesimosecundo extant: Quoties (ait) mouenda sunt signa, cornicines canunt. Quoties autem pugnatur, & tibicines & cornicines pariter canunt. Classicũ item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne uidetur Imperij, quia classicum canitur Imperatore præsente, uel cum in militem capitaliter animaduertitur. SIGNVM VIGILIARVM per cornicines fiebat, cum milites per tribunum ad primam, secundam, tertiam & quartam uigiliam sistebant, quod hodie solet tympano fieri, **Wan man die wacht abfordert/vnd wider setzt.** Meminit Liuius quarto tertiæ Decadis: Comparatis omnibus quæ ad urbes oppugnandas usui sunt, centurionũ robora ex toto exercitu delegit, tribunosq; uiros fortes eis præfecit, & milites sexcentos, quantum satis uisum est, attribuit, eosq; ubi quartæ uigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre. hæc ille. Cæterùm de uigiliarum generibus ac discrimine, dictum à nobis abundè libro huius Operis sexto, ubi de cohortisnq excubitorijs tractamus. A B

Signum uigiliarum.

Atq; hactenus quidem de signis, quæ symbolo aliquo dabantur. Superest, ut etiam de his signis nostra procedat oratio, quæ imaginibus uel statuis repræsentabantur. Qualia Romanis in precio erant, atq; in usu reipublicæ etiam, signa Fortunæ, signa Victoriæ, signa fœlicitatis, signa libertatis, signa tabularum, signa deorum, & signa literaria. SIGNVM FORTVNAE erat imago Fortunæ aurea, quæ per successionem ab uno Imperatore ad alium transferebatur. Quam ego puto ex metallo auri confectam extitisse, ut adhuc pingitur, calua fronte, & supra globum consistens. Meminit Cornel. Tacitus: Memio Regulo & Verginio Ruffo Coss. natam sibi ex Poppea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, appellauitq; Augustam, dato & Poppeæ eodem cognomẽto. Locus puerperio colonia Antium

Signum Fortunæ.

A Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Iam Senatus interim uterũ Poppeæ cõmendauerat dijs, uotaq; publicè susceperat. quæ multiplicata exolutaq;, & additæ supplicationes, templumq; Fœcunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum, utq; Fortunarũ effigies aureæ in solio Capitolini Iouis collocarentur.

Huc pertinet illud Capitolini in historia Pij Antonini: Cum alpinum caseum in cœna edisset auidius, nocte reiectauit, atq; alia die febre commotus est: tertia die, cum se grauari uideret, M. Antonino rempublicam & filiam, præsentibus præfectis commendauit, Fortunamq; auream, quæ in cubiculo principum poni solebat, transferri ad eum iussit. SIGNVM VICTORIAE erat uirgo alata, coronam lauream manu porrigens, quæ sæpe in numismatibus imago occurrit: quæ in curia etiam, cum Senatus dabatur, suspendebatur. Meminit Cęsar tertio Ciuilis belli: Item constabat Elide in templo Mineruæ, repetitis atq; enumeratis diebus, quo die prælium secundum fecisset Cæsar, simulachrum Victoriæ, quod ante ipsam Mineruam collocatum erat, & ad simulachrum Mineruæ spectabat, ad ualuas se templi limenq; conuertisse. Liuius secundo tertiæ Decadis, cum Hieronis Siciliæ regis dona Romam missa recenset: Missa tamen à se omnia quibus à bonis fidelibusq; socijs bella iuuari soleant, quæ ne accipere abnuant, magnopere se P.C. orare. Iam omnium primum, ominis causa, Victoriam auream pondo 320 afferre sese: acciperent eam, tenerentq;, & haberent propriam & perpetuam. Huc alludit Appianus Alexandrinus quinto Ciuilis belli: Milites Cæsarem (inquit) ut Imperatorem à longè salutarunt: legiones quoq; per partes statuentes, eo in loco quo idem iussit, firmauere signa, quo fortiones deposcebant scilicet, & tyrones separatim ab illis distributi. Cæsar ritè peractis sacris, lauro redimitus, quod uictoriæ signum erat, tribunal ascendit. Meminit & Herodianus libro
B quinto historię Augustæ: Quare imaginem propriam maximis lineamentis, quo ipse obire sacerdotis munia uidebatur, simulq; figuram numinis, cuius sacerdotium gerebat, depictã in tabula præmisit Romam, iussis qui eam ferrent, in media curia loco ædito supra Victorię caput collocare, ut cum senatus haberetur, thura unusquisq; adoleret. Sic Lampridius in Alexandro: Pater eadem nocte in somnis uidit, alis se Romanæ Victoriæ, quæ in Senatu est, ad cœlum uehi. Huc alludit Ammianus Marcellinus libro uigesimooctauo: Qua spe Tripolitani frustrati, formidantesq; extrema, adlapso legitimo die concilij, quod apud eos est annuum, Seuerum & Flaccianum creauere legatos, uictoriarum aurea simulachra Valentiniano ob imperij primitias oblaturos, atq; lachrymosas prouincię ruinas dolerent intrepidè. Porrò describit hoc eleganter signum Prudentius, uetus poeta, libro secundo contra Symmachum:

Signum uictoriæ.

Hanc tribuunt durum tractandis robur in armis:
Quæ si defuerint, bellantibus aurea quam uis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet, & multis surgat formata metallis,
Non aderit, uersisq; offensa uidebitur hastis.
Quid miles proprijs diffisus uiribus, aptas
Irrita fœmineæ tibimet solatia formæ
Nunquam penniger am legio ferrata puellam
Vidit anhelantem, regeret quæ tela uirorum.
Vincendi quæris dominam, sua dextera cuiq; est,
Et Deus omnipotens, non pexo crine uirago,
Nec nudo suspensa pede, strophioq; recincta,

Nec tumidas fluitante sinu uestita papillas. A

Et sic intelligitur quoque inscriptio uetustatis, quę in hæc uerba extat:

BEBRYX AVG. L. DRVSIANVS A FABIVS XANTHVS CVR. SCRIBIS LIBRARIIS ET PRAECONIBVS AED. CVR. SCHOLAM AB INCHOATO REFECERVNT, MARMORIBVS ORNAVERVNT: VICTORIAM AVGVSTAM ET SEDES AENEAS ET CAETERA ORNAMENTA DE SVA PECVNIA FECERVNT.

Signum Fœlicitatis. SIGNVM FOELICITATIS ab uno, quod equidem sciam, Cæsare, libro quinto Ciuilis belli commemoratur. Quale uerò fuerit, nondum adsequi potuimus. Quo facto (scribit Cæsar) ab uniuersis cohortibus signa in hostē cœpere inferri, cū centuriones pectore aduerso insisterent, uixque cōtinerent milites, ne iniussu Imperatoris concurrerent, ne quicquam proficerent. Quod posteaquam Cæsar intellexit, incitatis militum animis, resisti nullo modo posse, signo Fœlicitatis dato, equo admisso in hostem, contra Principem ire contendit. *Signum Libertatis.* SIGNVM LIBERTATIS recensetur à Cicerone in oratione pro Domo sua. ad quod etiam alludit monumentum uetustatis, quod Romę in domo Alexandri de Schiarijs uisitur:

IMAGINVM DOMVS AVG. CVLTORIBVS SIGNVM LIBERTATIS RESTITVTAE. SER. GALBAE IMP. AVG. CVRATORES ANNI SECVNDI C. TVRANIVS POLYBIVS C. CALPHVRNIVS ZENA, C. VIVDRIVS LAIVS, C. TVR. FLORVS C. VIVDRIVS DEMOSTHENES S. P. D. D. B

Signum Concordiæ. SIGNVM CONCORDIAE erat dextrarum mutuus complexus, inter signa quoque cohortium receptum: quale numismatibus suis primi Imperatores præsignarunt, ut in his quæ quotidie eruuntur, est cernere: cuius & in frontispicio operis iconem dedimus. Ad quod adludens Cicero pro Domo suo: Q. Martius (inquit) signum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat, dextera hospitij insigne. Meminit etiam Cornelius Tacitus libro duodecimo. Adijt ut iusiurandum, non ferro, non ueneno uim illaturum, simul & lucum propinquum trahit, prouisum illic sacrificium imperatum dictitans, ut dijs cœlestibus pax firmaretur. *Mos fœderis percutiendi cōcordiæque constituendæ ueterum.* Mos est regibus, quoties in societatem coeant, dextras pollicesque inter se uincire, nodoque perstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos suffuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Et libro demimooctauo rursus: Tunc seruus è ponto, siue ut alij tradidere, libertinus ex Italia, citharæ & cantus peritus (unde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis desertoribus, quos inopia uagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur, ac ui tempestatum Scythinum insulam detrusus, & militum quosdam ex oriente commeantium adsciscunt. Et abnuentes interfici iussit: & spoliatis negociatoribus, mancipiorum ualentissimum quemque armauit: centurionemque Sisennam dextras, concordiæ signa, Syriaci exercitus ad prætorianos ferentem, uarijs artibus adgressus est. Et iterum alio loco eiusdem libri: Miserat ciuitatis Lingonum ueteri instituto dono legionibus dextras, hospitij insigne. *Signum simulachrorum.* SIGNA SIMVLACHRORVM, deorum statuæ erant minores, quales reliquijs sanctorum hodie adhuc ex argento factas

A ecclesia celebrat, uulgò haylthum. Liuius septimo tertiæ Decadis: Sed maiore animo gentis eius præda abstinuit Fabius, quàm Marcellus, qui interroganti scribæ, quid fieri de signis uellet (ingentis magnitudinis dij sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati.) deos iratos relinqui Tarētinis iussit. Idem tertio sequenti libro: P. Aelius Tubero & Lectorius ædiles plebis uitio creati, magistratu se abdicarunt, cum ludos ludorumque causa epulum Ioui fecissent, & signa tria ex multaticio argento facto in Capitolio posuissent. Et de hoc genere signorum intelligendus pariter est locus Trebellij Pollionis, in historia Tyrannorum: Vidimus proximè Cornelium Macrum (inquit) in eadem familia uirum, cum cœnam in templo Herculis daret, pateram electrinam, quę in medio uultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret, signis breuibus ac minutulis, pontifici propinare. Porrò huiusmodi signa minutula, propria seorsim uoce Sigilla nominabantur. Vnde & Sigillaria, ubi uendebātur, officinę: & sigillaria solennitas etiam illa in Saturnalibus uocabatur, cum nouo Ianuario imaginum inuicē donis certabatur, de quibus penultimo huius Operis tractamus. Vnde illud Capitolini in Gordianis: Medium uerò lithostrotum, breuibus columnis altrinsecus positis, & sigillis per pedes mille, quod esset deambulatorium. Loquitur autem de porticu quadam, imaginibus sculptis ornata. Ad Sigillaria ista pertinebant quondā, ut quæ his locis ubi fabricabantur, celebriora forent, signa Megarica, quorū Cicero meminit primo ad Atticū: Lucio Cincio HS CC LↃↃ. CCLↃↃ. CCCC pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curaui. Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. Huc adludit Herodianus libro septimo historiæ Augustæ: Iubet itaque illos intrare urbem ante lucem, ac dum adhuc in actibus occupatus esset Vitalia-
B nus, accedere ad eum intra cellulam, ubi res secretas atque arcanas ad salutem Principis pertinentes scrutari atque inquirere consueuerat, habere se ad eum literas arcanas à Maximino dicentes: ac uelle etiam remotis arbitris, de rebus ad securitatem Imperatoris spectantibus, cum illo colloqui, ac mandata Principis exponere. Deinde signis cognoscendis occupatum, pugionibus, quos in sinu occultatos habebant, de improuiso confoderent. Et sic intelligendus est & Auli Gellij locus libro quinto Noctium Atticarum, capite quarto, cum dicit: Apud sigillaria fortè in libraria ego & Iulius Paulus poeta, uir memoria nostra doctissimus, consederamus. Huc pertinent monumentorum ueterum inscriptiones:

Sigilla. *Sigillaria solennitas.* *Megarica signa.* *Sigillaria officinæ.*

Ratisponæ:

SIG. PRO SA.
SV. L. L. M.
ALBINO ET AE-
MIL. COSS.

In Bauaria ad Isaram:

MATRI AVG. CONSERVATORI COR-
PORIS SVI MERCVRIALIS AVG. NV.
EX IVSSV NVMINIS IPSIVS SIGILLVM
MARMOREVM POSVIT.

In Obrikhaym prope Moguntiacum:

IN H. D. D. D. MERCVRIO AED. SIGNA CRI. IIII. L.
BELLONIVS MARCVS SAMEC. IVSSVS
FECIT. FI.

SIGNA TABVLARVM erant panni, tabulęque ligneæ, imaginibus depictæ ab his pictoribus, qui aliquo precio habebantur: quales nostro seculo ex Belgicis in Germaniam & Italiam feruntur. Meminit Liuius libro quinto Decadis tertiæ: Dum hęc in Hispania geruntur, Marcellus captis Syracusis, cum cætera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, ut non modò suam gloriam, sed etiam maiesta-


Signa tabularum.

maiestatem populi Romani augeret, ornamenta urbis, signa tabulasq́ue, quibus abundabant Syracusæ, Romam uexit. SIGNA LITERARVM, quæ hodie sigilla diminutiuè appellantur, quibus literæ, instrumentaq́ue publica, fidei maioris causa muniuntur. De quibus intelligendus est locus Liuij libro septimo Decadis quartæ: Polyxenidas sua manu scripsit, se ea quæ pollicitus esset facturum, signoq́ue suo impressas tabellas misit, eo uerò pignore ueluti authoratum sibi proditorem ratus. Huc pertinet illud Appiani libro quinto Ciuilis historiæ: His itaque inter se conuenere, eaq́ue conscripta & signis proprijs munita, sacris uirginibus misere Romam. Loquitur autem de confœderatione Augusti, Antonij & Sexti Pompeij. Sic Cicero libro nono ad Atticum: Euolui (inquit) uolumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruoq́ue diligentissimè. Hinc annulus sigillarius denominationem accepit, cuius non solum nostra secula usum appellationemq́ue habent, sed meminerunt etiam ueteres authores. Fla. Vopiscus sub finem historiæ Aureliani Cæsaris: Vxori & filiæ annulum sigillarium quasi priuatis instituit.

Signa literarum. A

Sigillarius annulus.

CAP. IIII. DE DISCRIMINE SIGNOrum militarium, hoc est, eorum quibus cohortes dignoscebantur.



DE figura quidem, diuisione rationibusq́ue signorũ cohortalium, libri huius capite primo, ex fide historica dictum est prolixè. Cæterùm quia non idem usus illorum in militia Romana fuerat, simul ut authores historiarum ueterum sanius accipiãtur, atque ad nostri seculi militiam formulas loquendi accommodemus, aliquot signorum discrimina enarrabimus. Quæ quidem non ex essentia uel specie, sed ex solo constabant usu. Quemadmodum sunt quæ passim apud scriptores classicos leguntur, signa prima & postrema, signa primi principis, signa ornata & non ornata, signa laureata, signa fixa & non fixa, signa erecta, signa euulsa, signa sublata, signa prolata, signa elata, signa collata, signa illata, signa conuersa, signa circumacta, signa recepta: Et quæ familiares formulæ historijs sunt, signa commouere, signa consistere, sub signis stare, & ab signis discedere. De SIGNIS PRIMIS ET POSTREMIS in exercitu Romano, extat mentio apud Liuium libro septimo Decadis primę: Iamq́ue omissa cunctando uictoria erat, cum consul uulnere alligato reuectus ad prima signa, Quid stas miles, inquit. Et libro nono: Nec prius inclinata res est, quàm secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis successerũt. Idem libro quarto Decadis tertiæ: Extemplò prætores citatis equis ad prima signa perrexerunt. Et iterum libro quinto: Et aut fugientium cædes fœda fuisset, aut temerarius periculosusq́ue sequentiũ impetus, ni Martius properè receptui signum dedisset, obsistensq́ue ad prima signa, quosdam & ipse retinens, concitatam repressit aciem. Et subdit: Et suppressit impetum Romanorum uulnus consulis Appij Claudij, cui suos ante prima signa adhortanti, sub læui humero summum pectus gæsa ictũ est. Sic libro nono eiusdem: Postquam æquata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima signa adhortantẽ, ac subsidia quibus res postulabat locis inducentẽ uenit. Et decimo libro: Romanus post principes hastatorum prima signa in subsidijs triarios constituit. Et rursus: Cornelius suos in subsidijs tenuit, ipse ad prima signa equo aduectus est. Idem libro primo Decadis quartæ: Postero die consul omnibus copijs in aciem descẽdit, ante prima signa locatis elephantis. Et septimo eiusdem: Postero die ducere ad Argithæam intendit. Euntibus extemplò apparuere Athamanes, in tumulos imminentes

B

Discrimina signorum.

Signa prima.

A nentes uiæ discurrentes. Ad quorum conspectum constitere prima signa, totoque agmine pauor & trepidatio erat. Idem libro quarto Decadis quintæ: Placere igitur, tribuno militum primopilo legionis secretum edere imperium: illum, & dein singulos, proximo cuique in ordine centurioni dicere, quid opus facto sit, siue à primis signis ad nouissimum agmen, siue ab extremis ad primos proferendum imperium sit. SIGNA primi principis cōmemorantur à Liuio libro sexto tertiæ Decadis: Et M. Attilius legatus primi principis ex eadem legione signum inferri in cohortem Hispanorum coegit. Porrò de principibus Romani exercitus dictum est suprà, libro Operis huius quarto. SIGNA LAVREATA in uictoria lauro ornabantur, quemadmodum & fasces & literæ, de quibus libro huius Operis nono loquemur. Meminit Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maiorani, hoc carmine: *Signa primi principis.* *Signa laureata.*

Atque suas ad signa iubet reuirescere lauros.

SIGNA FIXA ET NON FIXA: Primi generis, quiescente exercitu, aut in castrametatione fercula, de quibus capite primo locuti sumus, erant terræ infixa: quemadmodum hodie solemus hastas figere in castris. Meminit Marcellinus libro uigesimoseptimo: Locorum gnaritati confisi, unum spirantibus animis, montem occupauere præcelsum, per cōfragrosos colles undique præruptū & inuium, absque septentrionali latere, unde facilem habet deuexitatem, & mollem. signis illico fixis ex more, cum undique ad arma conclamaretur, imperio principis & ductorum stetit regibilis miles, uexillum operiens extollendum, quod erat opportunè subeundæ indicium pugnæ. SIGNA EVVLSA, siue conuulsa, contrariæ significationis erant, cum signa terræ fixa, dum miles per contubernia quiescebat, rursus ex terra ad usum militiæ euellebant. Meminit Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Territis omnibus qui circà erant, ueluti fœdo omine incipiendæ rei, insuper nunciatur, signum omni ui moliente signifero, conuelli nequire. Cōuersus ad nuncium: Num literas quoque, inquit, à senatu affers, quæ me rem gerere uetent? Abi nuncia, signum effodiant, si ad conuellendum manus præ metu obtorqueant. Idem libro quinto eiusdem: Qui ubi allatum est, hostes aduentare, propè est factum ut iniussu prætoris conuulsis signis in aciem exirent. Sic libro septimo primæ Decadis: Magis inde impetu quàm consilio ducis conuulsis signis, firmisque infesto agmine signis. Et iterum libro quinto Decadis tertiæ: Confestim signis conuulsis, citato agmine iter ingrediuntur. Adludit ad huiusmodi morem conuellendi signa, Virgilius undecimo Aeneidos: *Signa fixa & non fixa.* *Signa euulsa.* B

Nunc iter ad regem uobis, murosque Latinos,
Arma parata animis, & spe præsumite bellum.
Neque mora, ignaros, ubi primùm uellere signa
Annuerint superi, pubemque educere castris.

ERECTA SIGNA, siue sublata signa, incedētibus cohortibus, cum in altum erigebātur, quemadmodum de nostris uexillorum signis dicere solemus, mit auffgerechten fendlen. Meminit Liuius secundo libro tertiæ Decadis: Itaque ne in conspectos procul immitteret eques, sublatis raptim signis quàm citissimo agmine se abripuerunt. Et rursus octauo: Pœnus cum castra sua fortè ad sociorum animos in Betica continendos in fide haberet, signis repentè sublatis, fugæ magis quàm itineris modò, penitus ad Oceanum & Gades ducit. Et sic intelligendum est illud pariter libro tertio eiusdem Decadis: A' sexta ad decimam diei horam, coactis militibus, curare corpora, somnoque operam dare, ut primis tenebris cōuenire ad signum possent, uigilia fermè prima tolli iussit signa, silentique profectus agmine est. *Signa sublata, siue erecta.*

 Marcelli-

Marcellinus libro uigesimoquarto signorũ erectorum meminit in hoc significatu, ita scribens: Cum eo momento turbati quidam milites, ueritiq; ne remanerẽt, post signũ erectum scutis, quæ paruula sunt & incurua. Et iterum lib. 27: Proin de quiete reficiendis corporibus data, signoq; erecto, quod solet ad pugnam hortari, tubarum minacium accendente clangore, fidentissimo impetu acies motas. A

Elata signa. ELATA SIGNA, hoc est cum instructæ cohortes ex castris per portã egrediebantur. Meminit Liuius libro secundo tertiæ Decadis: Paulus, cũ ei sua sponte cunctanti, pulli quoq; auspicio non addixissent, obnunciari iam efferenti porta signa, collegæ iussit. Et rursus libro decimo eiusdem: Ita ut imperauerat, signa sub occasum solis efferri sunt cœpta, ad primam fermè uigiliam agmen explicauerunt.

Promota signa. PROMOTA SIGNA, siue prolata de cohortibus dicebantur, siue legionibus iam aduersus hostem euntibus, aut ad prælium instructis. Liuius libro 9 primæ Decadis: Neq; eos cum quotidie signa in aciẽ Consul proferret, elicere ad certamen poterat. Et iterum: Palatis hostibus per agros, prima luce Romani signis prolatis in acie consistunt. Marcellinus sub finem uigesimiquarti, promouere dixit in hoc significatu: Sedit tamen sententia, ut omni spe meliorum succisa Corduennam arriperemus. Et decimosexto Calendas Iulias promotis iam signis, progresso iam lucis exordio fumus, uel uis quædam turbinata pulueris apparebat. Idem 23. Vnde contractis copijs omnibus Mesopotamiam iam properè signa commouit. Porrò meminit huius formulę loquendi, sed in alia significatione, & Liuius libro octauo primæ Decadis: At hercule illo die, ab hora diei tertia ad octauam, ita anceps dicitur certamen stetisse, ut neq; clamor, ut primò semel concursum est, sublatus iteratusq; sit, neq; signa promota loco, retróue recepta, neq; retrorsum ab ulla parte sit.

Signa illata. SIGNA ILLATA in oppugnationibus dicebantur, cum signa in murum peruaserunt. Germani dicere solemus, mit dem fendlyn auff die maur khummen. Meminit Liuius libro primo Decadis quintę, cũ Romana castra expugnata ab Histris, & iterũ à prima legione recepta describit. Sub hæc (ait) Aulum Bæculonium signiferum suum, notæ fortitudinis uirum, inferre signum iussit. Ille, si unum se sequerentur, quo celerius fieret, facturum dixit, conixusq; cum trans uallum signum traiecisset, primus omnium portam intrauit. B

Signa ablata. SIGNA ABLATA in deditione, quæ hodie fit laceratis uexillis, adhibebantur. Meminit Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli, cum uictoriam Augusti de Lepido reportatam delineat: Præsidijs deinde ipsum deserentibus, reliquum Lepidi exercitus, & si quis beneuolus supererat, adhuc mentẽ immutarũt. Et primi Pompeiani iterum quicũq; cum illo aderant, per partes aufugere, Lepido ad prohibendum instruente alios, qui ad obuiandum arma sumpserant, signa eorum abstulerunt, & cum reliquis ad Cæsarem uenerunt. Lepidus abeuntibus illis minabatur, simulq; trepidabat. Signa quoq; manu detinens, neutiquam permittere uelle clamitabat, donec deferentium quispiam illa, uel defunctũ permissurum esse ait. Tum uerò timore ductus, dereliquit.

Signa conuersa. SIGNA CONVERSA, ut hodie Germani dicere solemus, gewendt. Liuius libro primo Decadis quartę: Ad quorum clamorem & trepidationem, cum reuectus equo properè legatus signa conuertisset, coniectisq; in medium sarcinis aciem direxisset. Et iterum: Dein posteaquam Dardani conuersis signis direxere aciem, æqua pugna iusto prælio erat.

Signa collata. SIGNA COLLATA, siue conferre signa, cum iam in prælio manus conseruntur. Liuius octauo tertiæ Decadis: Quibus ut ad populandum finitimorum agros, tectaq; urenda, & rapienda pecora aliqua uis sit, ita in acie ac signis collatis nullam esse.

Signa recepta. SIGNA RECEPTA crebrò in ueteribus Romanis numismatibus occurrunt expressa, cum signa amissa, uirtute militum erant recuperata: quod

magni


A magni momenti instar huic reipublicæ fuerat, adeò ut in signato ære argentoq; sculperētur atq; cōmemorarentur. Meminere illorum & historiarum authores. Liuius libro nono, Decadis primæ: Septem millia militum sub iugum missa, prædaq; ingens Luceriæ capta, receptis omnibus signis armisq;, quæ ad Candium amiserant. Sic Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Nec Tiberius pœnam eius palàm ausus, in secreta Palatij parte interfici iussit, corpusq; clàm auferri. Et quanquam multi è domo Principis equitesq; ac senatores sustentasse opibus, iuuisse consilijs dicerentur, haud quæsitum. Finem anni arcus propter ædem Saturni, ob recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspicio Tiberij.

SIGNA EXPEDITA, hoc est suo modo, & ex more belli ornata. Liuius libro Decadis tertiæ: His satis compertis, consul militibus edicit, signa tantum armaq; in proximam noctem expedirent. *Signa expedita.* SIGNA TVRBATA, in fuga erant. Liuius libro octauo Decadis primæ: Dictator ubi respectantes hostium antesignanos, turbataq; signa & fluctuantem aciem uidit. *Signa turbata.* SIGNA INFREQVENTIA, milite reluctante uidelicet. De quibus Liuius libro octauo Decadis primæ: Licentia sola se ubi uelint exauctorent, infrequentia deserantur signa, neq; conueniatur ad edictum. *Signa infrequentia.* SVB SIGNIS STARE, quod hodie dicere solemus, **Bey dem fendle warten**. Liuius libro tertio Decadis tertiæ: Hannibali sub signis esse, quod (id quod per aliquot dies fecerat) ad multum diei in acie stanti, primò miraculo esse, quòd nec exercitus Romanus porta egrederetur. *Sub signis stare.* SIGNA CONSISTERE, quod uulgò dicere solemus, **ayns im offen feldt besteen**. Liuius libro quarto Decadis tertiæ: Inter hoc colloquium signa constiterant, tenebaturq; agmen. *Signa consistere.*

AB SIGNIS DISCEDERE, in fuga dicebatur. Liuius libro quinto Decadis tertiæ: Cæterùm super eam cladem quæ in Lucanis accepta erat, uolonum B quoque exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat, ueluti exauctoratos morte ducis, ab signis discessit. *Ab signis discedere.*

CIRCVMAGERE SIGNA, cum stante exercitu ut cōspectiora essent, signa uertebantur: ut solent hodie uexilliferi, **wañ er den fan schwyngt**. Meminit Liuius libro sexto Decadis primæ: Pudor primò tenuit effusos, inde ut circumagi signa, obuertiq; aciem uiderunt in hostem, &c. *Circumagere signa.*

CAP. V. DE VEXILLIS ROMANAE reipublicæ omnis generis.



VEXILLA diuersa fuisse à signis aquilisq;, primo huius libri capite, probatis ex authoribus dictum est. & Tacitus illud libro decimooctauo demonstrat breuiter, his uerbis: Quo dolore accensa legio, & impulit rursus Primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima signa uexillorū ex hostibus eripuit. Porrò nunc adeò discrimina uexillorum elucidabimus, quę erant, ut uno ceu fasce omnia comprehendā, Labarus siue flammeū aureum, argenteum, cæruleum, centuriatum, equestre, prætorianorum & auxiliariorum. Quorum primum Ducis siue Imperatoris exercitus fuerat, secundum senatus Romani, quartum classis. Quæ tametsi diuersa extiterint, erat tamen figura omnibus & forma eadem, uti ex sculpturis & numismatibus ueteribus deprehendere potuimus: penè huiusmodi, ut sunt hodie uexilla templorum, si crucem suprapositam & scissuram triplicem dempseris: quam Christianos certè opinor ad indiuiduæ Trinitatis CHRISTI'que uictoriam demonstrandam, inculcan- *Catalogus uexillorum.* *Figura ueterū uexillorum.*

damq́ gentibus adiecisse. Siquidem ut etiam Vegetius libro secundo est author, uexilla à uelis nauium appellationem acceperunt, quod ceu uela in antennis nauium, ita pannus & flamulæ in pertica gestabantur, quod uexillum Romanis tanquam minus uelū nominabatur. Cæterùm in uexillis Romanis, imagines passim & deorum & Imperatorū ducumq́ militarium erant depictæ: quę adhuc consuetudo tenet, ut insignia principum in uexillis à pictoribus exprimantur. Meminit Cor. Tacitus libro 18: Octaua erat ac septima Claudiana imbutæ fauore Othonis, quamuis prælio nō interfuissent, Aquileiā iam progressæ, proturbatis, qui de Othone nunciabant, laceratisq́ uexillis nomen Vitellij præferentibus. Et rursus libro quinto: Et quorum imagines pro uexillis secuti forēt, duces imperatoresq́ deligerēt. Huc pertinet illud Appiani Alexandrini libro secundo Ciuilis belli, cū de legione quinta loquitur: Qua ex re Cæsaris exercitus adeò exhilaratus est, ut quinta legio elephantis se opponi postularit, eaq́ in primis uictoriam adepta sit. & ex hoc nunc etiam ipsi legioni elephanti uexillis inscribūtur. Et iterum: Quod dedecus permolestè ferens Cæsar, copias prope Cordubam in aciem eduxit, insigne ut prius Venerem illis anteponens, Pompeius econtrariò Pietatem. Sic Suetonius in Vespasiano: Cum Vespasianum laudibus ferrent, adsensere cuncti, nomenq́ eius uexillis omnibus sine mora inscripserunt. Huc adludere uidetur & Lampridius in Diadumeno: His ita gestis, signa in castris & uexilla fieri Antoniniana iussit, fecitq́ Basiani simulachra ex auro atq́ argento, atq́ dies septem supplicatio pro Antoniniani nomine celebrata est. Meminit huius quoq́ rei Marcellinus, inclinatis Imperij author, libro uigesimoseptimo: Signo igitur per buccinas dato, cum pede collato res agi cœpisset, insueta uexillorum facie territi stetere Germani. Sic pariter Eutropius in Constantino scribit, eum CHRISTI imaginem & crucem omnibus uexillis inseruisse, ita inquiens: Tum uerò lætus redditus, & de uictoria iam securus, signum crucis quod in cœlo uiderat, in militaria uexilla transformat. Meminit & leonis, in uexillis Honoriani exercitus traijcientis in Africam, Claudianus poeta in bello Gildonico, isto carmine:

Picta uexilla apud ueteres Romanos.

A

B

— Festinant adèo uexilla moueri:
Neruius insequitur, meritusq́ uocabula Felix,
Dictaq́ ab Augusto legio, nomenq́ probantes
Inuicti, clypeoq́ animosi teste leonis.

Cæterùm facit ad hoc quod scribimus, & illud Capitolini in Gordianis, cum illorum in Africa ad imperium sublimationem describit: Quocirca si placet, quoniam non longè abest nobilissimus uir proconsul, cum filio suo consulari legato, quorum utriq́ mortem pestis illa est minata, sublata de uexillis purpura, imperatores eos dicemus. hæc ille. Non uidetur extra institutum esse, quod de uexillo caudato scribit Appianus libro secundo Ciuilium: Horum è numero cum unus uexillo in contrarium uerso, caudam ad Cæsarem extendisset, eius mandato à scutiferis occisus est. Vulgò adhuc dicimus, Ain übergeschlagens zůsamengelegts fändle. Sed placet uexillorum discrimina ordine recensere. VEXILLUM PEDESTRE triplex Romanis fuit, uidelicet centuriatū, prætorianorum, & auxiliorum. CENTURIATUM describitur Liuio libro 8 Decadis primæ: Quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisq́ tres partes habebat. earū unamquamq́ primumpilū uocabant. Tribus ex uexillis cōstabat. Vexillum centū octoaginta sex homines erant. Primùm uexillū triarios ducebat, ueteranū militem spectatæ uirtutis: secundū rorarios, minus roboris ætate factisq́: tertiū accensos, minimæ fiduciȩ manum, eo & in postremam aciem

Vexillum pedestre.

Vexillū centuriatum.

Quot sub uno uexillo pedites fuerint.

A aciem reijciebantur. Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Adsistentem concionem, quia permixta uidebatur, discedere in manipulos iubet, sic melius audituros responsum: uexilla præferri, ut id saltem discerneret cohortes. Et libro decimoseptimo: Haud dubiè iam in castris omnium mentes, tantusq; ardor, ut non cõtenti agmine, & corporibus in suggestu, in qua paulo antè aurea statua Galbæ fuerat, medium inter signa Othonem uexillis circundarent, nec tribunis aut centurionibus adeundi locus. Et iterum: Primani stratis unæ & uicesimanorum principibus aquilam abstulere. Quo dolore accensa legio, & impulit rursus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima signa uexillaq; & ex hostibus rapuit. Idem libro quarto, sub finē: Vbi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori est cognitum, uexilla legionum è superiori prouincia, peditumq; & equitũ auxiliariorũ delectos adsciuit. Huc alludit Suetonius in Augusto: Eosq; seruos adhuc uiris fœminisq; pecuniosioribus indictos, ac sine mora manu missos, sub priore uexillo habuit: neq; aut cõmixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Sic Appianus Alexandrinus libro secundo Ciuilis belli: Ille igitur, siue quod proposuerat, dubitaret aggredi: siue castrorum solitudinem timeret, ne insidiæ subessent: siue bellum iam confectum esse crederet, eos qui exierant inuadit, multosq; ex ipsis pugnans interficit. Vexilla octo supra uiginti duobus prælijs ea die suscepit. Et de hoc genere uexillorum intelligendum est hoc carmen Claudiani libro primo in Eutropium:

Aut quid in hoc poterit uultu flagrare ruboris?
Pro uictore redit, peditum uexilla sequuntur,
Et turmæ similes, eunuchorumq; manipli.

B Videtur pertinere ad hunc locum quod scribit Vegetius libro secundo de Re militari, cap. 18: Sed ne milites (inquit) aliquando in tumultu prælij à suis cõtubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant, quę ipsi nominant Digmata, sicut etiã nunc moris est. præterea in aduerso scuto uniuscuiusq; militis literis erat nomen adscriptũ, addito, ex qua esset cohorte, quáue centuria. Porrò quod scutum præferendum sit, docet Aelianus: Scutum optimum (inquit) est, quod Macedonicum, æneũ mediocriter cauum, ad octo dodrantum magnitudinem. Cæterùm ab hoc genere uexillorum, VEXILLARII nominati sunt, qui sub uno uexillo in centuria merebant. Quorum meminit Liuius lib. 4 Decadis quintæ: Consul obtestabatur milites, ut paulatim adiutarentur: uictoriam in manibus esse, dum perturbatos & trepidantes uiderent, instarent. Si restitui ordines siuissent integro rursus eo prælio, & dubio dimicaturos. Inferre uexillarios iussit signa, omnes connixi tandem euerterunt hostem. Idem octauo ab Vrbe: Ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Sic Tacitus libro decimoseptimo: Nec illos Capitolij aspectus & imminentium templorum religio, & priores & futuri principes terruere, quo minus facerent scelus. Cuius ultor est, quisquis successit. Viso cominus armatorum agmine, uexillarius comitatus Galbæ cohortis, (C. Attilium Vergilianum fuisse tradunt) direptam Galbę imaginem solo afflixit. Idem libro decimonono, cum procinctum Vitellij à Rheno aduersus Othonem describeret: Mox uexillarij quartædecimæ & sextædecimæ legionum, dein quinta & duodeuicesima secutæ: postremo agmine, una, & uicesima rapax & prima Italica incessere, cum uexillarijs Histris Britannicarum legionum, & electis auxilijs. Et iterum: Eò postremò ardoris profectus est. aduertit ea res Vespasiani animum, ut uexillarios è legionibus, ducemq; Viridium Geminũ spectatæ militię deligeret. Et sic intelligitur Vetustatis,

Vexillarij qui fuerint.

tustatis inscriptio, quæ Pisis extat in ædibus diui Matthæi: A

C. VRBIVS IVCVNDVS VEXILL. COH. II. VIGIL. VISER TI LATINI MILITAVIT. AN. VI. MENS. VII. DIES XVIII. IN. EIS TESSARAR. OPTIO VEXILLARIVS VIX. AN. XVIII.

Vexillum ueteranorum.

VEXILLVM ueteranorum, prætorianorum & tyronum, de quorum primo genere extat mentio apud Tacitum libro tertio historiæ Augustæ: Tantumq́ seueritate profectum, ut uexillum ueteranorum non amplius quingenti numero, easdem Tacfarnatis copias, præsidium cui Thala nomen est, aggressus fuderit. Idem libro primo: Igitur uolutatis inter se rationibus, placitum, ut epistolæ nomine Principis scriberentur: missionem dari uicena stipendia meritis, exauctorari qui sena dena fecissent, retineri sub uexillo, &c. loquitur autem isthic de ueteranis nondum ad honestam missionem admissis, eo quòd uiginti annorum stipendia non complessent. quod temporis interuallum quicunq; ueterani compleuissent, ad uacationem muneris admittebantur. Vnde idem Tacitus libro eodem, dum querelas Pannonicarum legionum recenset, quæ extincto Augusto tumultuabantur: Satis (inquit) per tot iam annos ignauia peccatum, quòd tricena aut quadragena stipendia senes, & pleriq; truncato ex uulneribus corpore tulere. Ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud uexillum retentos, alio uocabulo eosdem labores perferre. Et iterum: Responsum est à concione, mandatum Clementi centurioni quæ perferret. Is orditur de missione à sedecim annis: de præmijs finitæ militiæ, ut denarius diurnum stipendium foret, ne ueterani sub uexillo haberentur. Et ibidem: Duæ ibi legiones prima & uicesima, ueteraniq́ nuper missi, sub uexillo hyemabant. Sic uexilli prætoriani mentionem idem facit libro decimonono: Milites mixti per tenebras, ut fors tulerat: prætorianum uexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite circundata. Huiusmodi uexilla in prætorijs passim non Romæ modò prætorianas cohortes cõtinebãt, sed passim in pronuncijs limitibusq́ Romanis, ubi prætoria extabant, & præsidatus iura dicenti præside coràm tenebantur. Vnde legitur in Euangelio Nicodemi, saluatore nostro ad Pilatum tracto, dum accusabatur à Iudæis, uexillum præsidis se inclinasse, ad diuinitatem demonstrandam capti. De VEXILLO TYRONVM scribit Cornelius Tacitus libro secundo: Simul Domitium impositum triremi uitare locorum oram, præterq; insulas lato mari pergere in Syriam iubet, concurrentes desertores per manipulos componit, armat lixas, tractisq́ in continentem nauibus, uexillum tyronum in Syriam euntium intercipit. hæc ille. VEXILLVM Calonum recensetur à Vegetio libro tertio, capite septimo: Deniq; ex ipsis calonibus, quos Galearios uocant, idoneos ac peritos usu legebãt, quos nõ amplius quàm ducentis sagittarijs puerisq́ præfecerant: hisq́ uexilla dabant, ut scirent ad quæ signa deberent impedimenta colligere. Ad hæc sequitur tertium genus pedestris uexilli, uidelicet VEXILLVM AVXILIORVM. Ducebat cohortes sociorum & auxiliariarum gentium, quarum plurimæ Romana castra sequebãtur, in auxilium uidelicet dominorum excitæ, & in cohortes more militiæ Romanæ diuisæ: ut erant ante constitutum Imperiũ cohortes, Placentina, Vestina, Marrucina, Cremonensis, Peligna & Firmiania, quarum subinde T. Liuio fit mentio. Erant huiusce generis & constituto iam Imperio, ac penè labante, Sicambrorum, Tungrorum, Batauorum, Cauchorum, Vangionum, Phrisiorum, Tenchterorum, Bructerorum, Britonum, Neruiorum, Gallorum, Tribochorum, Thracum, Rhœtorum, Saguntiensium, Herulorum, & aliæ multæ Romanæ militiæ assuetæ. Meminit Titus Liuius libro nono Decadis quartæ: Perfectis quæstionibus prior Q. Martius in Ligures Apuanos

Vexillũ prætorianum. B

Vexillum tyronum.

Vexillum calonum.

Vexillum auxiliorum.

A Apuanos est profectus, dum penitus in abditos saltus, quę latebræ receptaculáq; semper illis fuerāt, prosequitur. In prȩoccupatis angustijs loco iniquo est circumuentus, quatuor millia militum amissa, & legionis secundæ signa tria, undecim uexilla sociûm & Latini nominis in potestatem hostium uenerunt. Idem libro quinto Decadis quintȩ: Proxima portȩ hostium erat cohors Peligna, cuius præfectus Vibius ereptū uexillum trans uallum hostium traiecit: execratus inde seq; & cohortē, si eius uexilli hostes potiti essent. Rursus libro sexto tertiæ Decadis: Quòd cum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet, milites sub uexillis, in supplementum Hispaniæ profectos audiuit. Tacitus libro quarto historiæ Augustæ sub finem, ubi de Frisiorum rebellione imperante Tiberio scribit: Quod ubi L. Apronio (inquit) inferioris Germaniæ proprætori cognitum, uexilla è superiore Germania, peditumq; & equitum auxiliariorum delectos asciuit. Et libro decimoseptimo: Certum erat Spurinæ (is enim Placentiam obtinebat) necdum uenisse Cecinnam. Et si propinquaret, cohercere intra munimenta militem, nec tres prætorias cohortes & mille uexillarios, cum paucis equitibus ueterano exercitui obijcere. Et iterum: Præceptum fuerat Aemilio & Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicios milites ex atrio Libertatis accerserent. & cum reliqui milites Othoni adhærerent, Germanica uexilla diu nutauerant, quòd eos ægros impensiore cura Galba refouebat. Idem libro decimooctauo: Dextra fronte prima legio incessit, cum duabus uexillaribus cohortibus, & quingentis equitibus. Super hos è prætorio auxilijsq; mille equites, cumulus prosperis aut subsidium laborantibus ducebantur. Et rursus libro uigesimo: Quippe intra uallum deformitas haud perinde notabilis, detexit ignominiam campus & dies. Reuulsæ imperatorum imagines, innexa signa fulgentibus hinc inde Gallorū uexillis. Sic Velleius

B Paterculus scribit, uexillarios in Pannonijs sub Augusto fuisse deletos. Huc pertinet illud Fla. Vopisci in Firmo: Nam quidā Barbarus nomine, de numero uexillariorum, notissimus potator, cū ad bibendum eandem prouocasset, situlas duas plenas mero duxit. Et sic intelligitur illud Suetonij in Galba: Illud mirum admodum fuerit, neq; præsentium quenquam Imperatori auxilium ferre conatum, & omnes qui accerserētur spreuisse nuncium, excepta Germanicorum uexillatione. Meminit huius generis uexillorum subinde in sua historia Augusta, & Marcellinus, inclinantis Imperij author, cum seditionem Sarmatarum aduersus Constantium describit: Quidā (ait) ex illis furore percitus truci, calceo suo in tribunal contorto, Marha Marha, (quod est signum apud eos bellicum) exclamauit. Eumq; secuta incondita multitudo, uexillo elato repentè barbarico, ululans ferùm, in ipsum principem ferebatur. Ita Buccinantum cohortem uexillariam Marcellinus libro uigesimonono celebrat, & Herulorum libro uigesimoseptimo, ubi eius pariter hæc uerba leguntur: Post cuius interitum, Herulorum Batauorumq; uexillum direptum, quod insultando trepidantes Barbari crebrò sublatum altius ostendebant. Et rursus ibidem: Primo auroræ exortu in aperta planicie composuit aciem, dilatatā arte solerti, ut spacijs amplioribus occupatis, æquiparare Romani hostium multitudinem apparērent, inferiores numero, licet uiribus pares. Signo igitur per buccinas dato, cùm pede collato res agi cœpisset, insueta uexillorum facie territi stetere Germani. Alludit ad huiusmodi uexilla & Capitol. in Pertinace: Et postea per Claudium Pompeianū, generum Marci, quasi adiutor eius futurus, uexillis regendis ascitus est. In quo munere approbatus, lectus est in senatum. Claudianus Poeta libro secundo in Ruffinum hoc carmine:

Augustus ueneranda prior uexilla salutat:
Ruffinus sequitur, qui fallere cuncta solebat.

Ad ean-

Ad eandem sententiam codex Rom. Pręfecturarũ, qui nondum est euulgatus, Mariniani Scoti, qui rempublicam Romanam ut sub Archadio & Honorio fuit, comprehendit, sub magistro Praesentiali auxilia uexillariorum decemetocto recenset, uidelicet Batauorum, Braccatorum, Saliorum, Mattiacorum seniorum, Sagittariorum seniorum, Gallicanorum & Iuniorum, Iberorum, Isaurorum, Anglouariorum, Metabariorũ. Praeterea sub magistro militum per Thracias recenset cohortes siue uexillationes peditum Pannonicianorum iuniorum, Menapiorum, Soliensium, Gallicanorũ, Lanceariorum, Scopensium, & Diuitensium. Sic denicꝫ idem codex sub tertio magistro militiae reipublicae, per Illyricum utrunqꝫ, enumerat uexillationes Neruiorum, Cornutorum, Tubantum, Thuringorum, Vindelicorum, Mortariorum iuniorum, Falconariorum, Seguncensium, Maurorum, Rhoetorũ, Batauorum, Comagensium, Lanceariorum Laureacensium, & Cateriensium. Hic notandum rursus est, quòd huiusmodi manus uexillariorum siue auxiliariorum, & uexillationes, & scholae, & interdum à natione appellabantur mira adiectiuorum detorsione, Germaniciani, Gallicani, Italicenses, Hispanienses, Pannoniciani & Illyricenses: ad differentiam scilicet legionum & manuum militariarũ, Germanicarũ, Gallicarũ, Italicarum, Hispanicarũ, & Illyricarũ. qui exercitus nõ ex socijs, sed Romanis erant conflati: & à limitibus prouincijsqꝫ, in quibus Romani populi nomine pręsidiũ agitabant, cognomina siue nomenclaturas sortiti. Et hactenus de uexillis auxiliarijs. ad quae & exemplum uetustatis alludit, quod Comi supra Mediolanum uersus Heluetios euntibus animaduersum est, in haec uerba: A

Catalogus uexillariorũ auxiliorum inclinatis Imperij.

Scholae & uexillationes auxiliariorum.

ITEM LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIOR. EX)-(. CC. MEMORII EIVSDEM VALERIANAE ET APPI, VALERIA FILIA EIVS PER OFFIC. TESSERARIOR. QVOTANNIS DONETVR ET PARENTETVR. ITEM CORONAE MIRT. TERNAE ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE EIS PONANTVR MICATAE DISILITIS EX)-(L. PROFVNDANTVR. ITEM APPIVS EVTYCHIAN. MARITVS EIVSDEM VALERIANAE, SCHOLAE VEXILLARIORVM, LARGITVS EST HS XXX. N. LX. Et quae sequuntur. B

Equestre uexillum.

VEXILLVM EQVESTRE equitum alae usurpabant, unde & uexillatio manus equitum nominari coepta est. quod cùm in acie, tum in decursionibus lustrationibusqꝫ ferebatur, ut in sculpturis monumentorũ Rom. obseruauimus. Figurae itidem erat, cuiusmodi nostra in tẽplis uexilla, si scissurã ac crucem demas, cernuntur. Liuius libro octauo Decadis primae, sub finẽ: Eques ipse iam primis erat in conspectu. & Cornelius respiciẽs ad manipulos militum, quod uoce, quod manu poterat, monstrabat, uexilla se suorũ parmasqꝫ cernere equitum. Sic Tacitus libro decimooctauo: Quatuor legionum aquilae, inquit, per frontem, totidemqꝫ circà è legionibus alijs uexilla. Mox undecim alarum signa, & post peditum ordines. Et iterum: Et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinqꝫ praetoriae cohortes, & equitum uexilla cum legione prima. Idem libro decimonono: Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortissimi militis officium omisit, occursare pauentibus, retinere cedentes. Vbi plurimus labor, ubi aliqua spes consilio, manu, uoce insignis hosti, cõspicuus suis. eò postremò ardoris profectus est, ut uexillarium fugientem hasta transuerberaret: mox raptum uexillum in hostem uertit. Quo pudore haud plures quàm centum equites restitere. Huc pertinet, quod Marcellinus scribit libro uigesimo quinto, de uexillatione: Abiecti sunt aũt

Vexillationes equitum.

sacra-

A sacramento alij quatuor, ob flagitium simile. Vexillationum tribuni similiter Codex præfecturarum Rom. meminit, describens rempublicam inclinantis Imperij, ut sub Valentinianis ea fuit. Sub magistro præsentiali militum, uexillationes Palatinas enumerat quinque, & Comitatenses septẽ. Et explicãs seipsum, nominat eas equites promotos iuniores, equites Archadios, equites comites Taifalos, equites comites Clibanarios, equites Cataphractarios Biturigenses, equites Parthos primo Clibanarios, equites Armigeros, equites quinto Dalmatas, equites nono Dalmatas, equites primo Scutarios, & equites seniores Gallicanos. Idem sub altero magistro præsentiali enumerat uexillationes Palatinas sex, & totidẽ Comitatenses. & distinguẽs illas suis cognominibus subdit: Equites comites iuniores, equites Braccati iuniores, equites Batauí iuniores, equites Armenij sagittarij, equites Theodosiani seniores, equites Persæ clibanarij, equites cataphractarij Ambienses, equites sexto Dalmatæ, equites secundo Scutarij, & equites Parthi secundo clibanarij. Præterea sub tertio militum per Thracias magistro recenset uexillationes equitũ Palatinas tres, & Comitatenses quatuor: uidelicet equites Archadiacos, Honoriacos, Theodosianos iuniores & seniores, Albigenses sagittarios iuniores & seniores. Rursus per Illyricum duarum uexillationum Comitatensiũ mentionẽ facit, uidelicet equitum Sagittariorum iuniorum, & Germanicianorũ seniorũ. Per orientẽ denique uexillationes equitũ decem cõmemorat, comites Cataphractarios, Buccellarios iuniores, Felices Archadianos, Armigeros seniores orientales, equites tertio Dalmatas, equites secundo Stabesianos, equites quarto Clibanarios Parthos, equites promotos Clibanarios, & equites primo scutarios orientales. Huc referenda est inscriptio quæ apud Rubiconem fluuium in Italia haud procul Arminio extat:

B IVSSV MANDATVVE POP. R. COS. IMP. TRIB. MIL. TYRON. COMMILITON. ARMATAE QVISQVIS ES MANIPVLARIAEVE CENTVRIO TVRMAEVE LEGIONARIAE: HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO. & quæ sequuntur.

VEXILLVM CLASSICVM uel nauale, cæruleum colore fuit, Neptunum uidelicet repræsentans, ac maris proprietatem. Meminit Cæsar quarto Ciuilis belli: Quod ubi conspexit, celeriter uela subduci, demittique antennas iubet, & milites armari: & uexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quæ primæ naues sequebantur, idem ut facerent, significabant. Tacitus libro uigesimoprimo: Namque prætoriam nauem uexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt. Meminit & Appianus Alex. libro quinto Ciuilis belli: Iam in conspectum uenerant, & rates præcedentes ex signorum uexillis apparebant: & ad cursum, ut se inuicẽ adirent, hortabantur: cum lictor Antonio ante proram assidens, ut mos fuit, siue quòd ambiguum illum uirum ignoraret, qui tanto exercitu proprioque ad eos nauigaret: siue à generositate animi id expromeret, ut inferioribus dignitate uiris, signũ è naui deponere imperauit. Sic Suetonius in Augusto: M. Agrippam in Siciliã post naualẽ uictoriã cæruleo uexillo donauit. Alludit præterea ad hoc genus uexilli Marcellinus libro uigesimoquarto: Vna cum Victore comite, quiete prima noctis emitti disposuit, ut flumine raptim transmisso, ripæ occuparentur hostiles. Quod cum acri metu territi duces, concordi precatu fieri prohibere tentarent, neque destinationem flecterent Principis, sublato uexillo, ut iussum est, euolant è conspectu quinque subitò naues. Et sic intelliguntur loca poetarum: Lucani secundo Pharsaliæ, *Vexillum classicum.*

Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto.

Claudianus in primo Stiliconis Panegyrico:

Arebant tantis epoti millibus amnes,
Illyricum peteres, campi montesq; latebant:
Vexillum nauale dares, sub puppibus ibat
Ionium, nullis succincta Ceraunia nimbis

A

Meminit huiusce coloris in uexillo classico siue nauali etiam, & causam illius reddit, Vegetius libro quarto capite trigesimo septimo. Ne tamen exploratoriæ naues candore prodantur, colore Veneto (qui marinis est fluctibus similis) uela tinguntur & funes. Cera etiam, qua ungere solent naues, inficitur. Nautæ quoq; uel milites Venetam uestem induunt, ut non solum per noctem, sed per diem facilius lateant explorantes. VEXILLUM DUCALE, quod Flammeum & labarus appellatur, & Procopio libro quarto Gothicæ historiæ, Pandum, ut opinor, non multum diuersi generis erat ab illo, quod nostro æuo nuncupamus den Renfan: uexillum uidelicet, quod duci exercitus præferebatur. Ad quod alludit Cæsar libro secundo Gallici belli: Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum arma concurri oporteret. Et sexto eiusdem: Sequenti die cum iter facere Cæsar cum copijs uellet, renunciatum est à speculatoribus, Pompeium de tertia uigilia in acie stetisse. Hoc nuncio allato, uexillum proposuit. Idcirco enim copias eduxerat, quòd Versaonensium ciuitati fuissent fautores. Meminit huius uexilli & Cornel. Tacitus libro primo historiæ Augustæ: Vtq; mos uulgò, quamuis falsis reum subdere, Munacium Plancum consulatu functum, principem legationis, authorem Senatusconsulti incusant. Et nocte concubia uexillum, in domo Germanici situm, flagitare occipiunt: concursuq; ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem tradere uexillum intento mortis metu subigunt. Et rursus libro eodem: Duæ ibi legiones, prima & uicesima, ueteraniq; nuper missi sub uexillo hyemabant. pauidos & conscientia uecordes intra metus, uenisse patrum iussa qui inrita facerent, quæ per seditionem expresserant. Et iterum: Sed Tiberium Imperatorem uiolari. Simul exterriti qui obstiterant, raptum uexillum ad ripam uertit, si quis agmine excessisset, pro desertore fore. Idem libro decimooctauo: Tertiæ decimæ legionis uexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in sinistro locantur. Appianus Alexandrinus libro tertio Ciuilis belli, cum Cęsaris Octauij & Antonij altercationem describit: Antonium aũt ob hæc (inquit) Brundusium uenisse ueritus Cæsar, ne cum exercitu rediens Antonius, eum omni custodia destitutum caperet, pecunijs absumptis in Campaniam processit. Ciuitatibus, quæ sub patre conditæ olim fuerant, ut militiam secum inirent, persuadens: ut Celatiam primùm, deinde Silium, quæ utraq; ex parte Capuæ finitimæ aderant, sibi adiungerent. Sic unicuiq; drachmas pollicitus quingentas, ad decem millia hominum in unum collegit: neq; sufficienter armis instructa, neq; in legiones aut cohortes distributa, sed ut ad corporis custodiam sub uno uexillo allecta. Ad hoc genus uexilli pertinent quæ scribit Am. Marcellinus libro uigesimoseptimo historiæ Augustæ: Locorũ gnaritate confisi, unũ spirantibus animis montem occupauere præcelsum per confragosos colles undiq; præruptum & inuium, absq; septentrionali latere, unde facilem habet deuexitatem, & mollem. Signis illico fixis ex more, cum undiq; ad arma clamaretur, Imperio principis & ductorum stetit irregibilis miles, uexillum operiẽs extollendum, quod erat opportunæ subeundę initium pugnæ. hæc ille. Porrò inuenio duplex huiusmodi fuisse uexillum: alterum totius exercitus aureum, & gemmis interstinctum atq; unionibus, quod proprio uocabulo Labarus uocabatur: alterum uerò rubeũ, ipsius Ducis siue Imperatoris, id quod flãmeũ à splendente rubedine, au-

B

Vexillum ducale.

Duplex uexillum ducale.

A thoribus inclinantis Imperij uocari animaduerto. Manent utriusq;, in uestigijs ueteris Imperij apud nos Germanos, imagines, siue potius umbra quædam. In feudis enim Principum, flãmeum adhuc hodie præfertur, appellantq; den Pluetfan. Vbi præterea sacri imperij copiæ in aciem educuntur præsente Imperatore, tum & labarus aureus uolitat, nigra aquila adornatus, cuius ferendi facultatem ex ueteri prærogatiua duces Vuirtenbergenses habẽt, des haylgen Reichs obrist feldpanyer: quod uidelicet Procopius, ac Varnefridus quoq;, qui sub Iustiniano scripserũt, Pandũ etiã dixerunt. De labaro, siue aureo, Marcellinus lib. decimose- *Labarus uexillum.*
xto sic scriptum reliquit: Constantius concluso Iani templo, statisq; hostibus cunctis, Romam gestiebat uisere, post Maxentij exitium absq; nomine ex sanguine Romano triumphaturus. Nec enim gentem ullam bella cientem per se superauit, aut uictam fortitudine suorum comperit ducum: uel addidit quædam imperio: aut nusquam in necessitatibus summis primus, sed inter primos est uisus. Sed ut pompam nimis extentam, rigentiaq; auro uexilla & pulchritudinem stipatorum ostenderet. hæc ille. Huc uerò etiam pertinet, quod in historia Tripartita est scriptũ libro primo capite quinto, de labaro preciosis lapidibus adornato, quod à militibus adorabatur, & in quo crucem CHRISTI Constantinus finxerat, eiusq; auxilio Licinium superauerat. De quo & Septimius Florens in Apologetico, capite decimosexto: Sypara illa (inquit) uexillorum & labarorum, stolæ crucium sunt. Scribit & Eutropius in uita Constantini Magni: Tum uerò lætus reditus, & de uictoria iam securus, signum crucis, quod in cœlo uiderat, in militaria uexilla tranformat, ac labarum, quem dicunt, ex auro & lapidibus preciosis in speciem crucis Dominicæ. hoc enim signum bellicum inter alia preciosius, eo quòd imperatorem præcederet, & adorari id à militibus moris esset. Et subdit:
B Portabaturq; per omnes acies in prælio. Semper enim hoc signum præponebatur ante ordines uniuersos, quod maximè laborantibus aciebus in prælijs adesse præcipiebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent: quorum opus erat, ut uicibus humeris eum ueherent, & omnes acies ita lustrarent. Porrò meminerunt labarorum & iureconsulti in duodecimo Codicis, cum de præpositis sacri palatij differunt, atq; archiatris: licet falsò Laborum pro labarorum legatur. Huc pertinere uidetur quod scribit Procopius libro quarto *Pandum uexillum.*
Gothicæ historiæ, de Pando & Pandofero: Talibus (inquit) Bellizarius adhortatus equites omnes præter quingenarios, eo die præmisit, Scutigeros uerò ac signum quod Romæi Pandum uocant, Ioanni Armenio committens, ac si fuerit occasio, iaculari mandauit. hæc ille. Porrò describit formam huius uexilli Aurelius Prudentius poeta, libro primo contra Symmachum hocce carmine:

Hoc signo inuictus, transmissis alpibus ultro
Seruitium soluit miserabile Constantinus,
Cum te pestifera premeret Maxentius aula. Et paulo post:
Testis Christicolæ ducis aduentantis ad urbem
Miluius, exceptum Tyberina in stagna tyrannum
Præcipitans, quá nam uictricia uiderit arma
Maiestate regi, quod signum dextera uindex
Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.
Ipse senatorum meminit clarissimus ordo,

A

Qui tunc concreto processit crine, cathenis
Squallens carcereis, aut nexus compede uasta,
Complexusq; pedes uictoris, ad inclyta flendo
Procubuit uexilla iacens. Tunc ille senatus
Militiæ ultricis titulum, Christiq; uerendum
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.

Extat huius uexilli & apud Eusebium descriptio, libro primo de uita Cõstantini, ut Portesius reddidit latinè: Hic somnium capiẽti sibi, CHRISTVM cũ ostento illo cœlesti uisum esse, & commonefecisse, ut exemplar imitatus illius signi, idem in bellicis cõflictibus amuletum circumferret. Vt autem dies illuxit, arcanum exposuit amicis, accersitisq; subinde redemptoribus operum, ex auro & gemmis affabrè magis incisorum, medius sedit, signi speciem indicauit, quantum sua interesset, de gemmis auroq; sibi excusum redderent, quod ipsi aliquando uidimus in hanc ferè figuram operis absolutum. Præcelsa sudes instar crucis, obliquum cornu ipsa rigens auro comprehendebat. Supremam partem insidebat, conserta auro & lapillis ditissima corona, in qua tessera salutaris inerat duplici uersiculo. Nam primis quibusq; dictionum literis Christi nomen uidebatur, punctum medium decussis incumbente R, quod deinceps in casside descriptum sibi Imperator utendum accepit. Qua inherebat sublicæ obliquum cornu, hac dependebat uexillum, regium prorsus, ad artem accedẽte gemmarum excitatis circum radijs, uarietate preciosissima, qua conspersum erat, auro insuper abundè intexto, mirabilis ac immensæ pulchritudinis uniuersum opus. Hoc amiculi longum latumq; moderatè fuit, sudes ab imo in uerticem procerius adaucta, sub ipsam crucem ad extremum limbum uexilli circumiecti, pij Regis, usq; quo thorax desinit aureas, atq; liberorũ pariter habebat imagines. Contra hostiles copias hoc signo semper est usus, ad similitudinẽ alia conflata ante legiones ferebãtur. B Meminit denìq; bandi Paulus Varnefridus, rerum Longobardicarum author, libro primo, capite decimotertio: Tunc Longobardi parata uictoria ingentẽ prædam, quam in castris Rudolphi inuenerunt, inter se diuidunt. Tatho uerò Rudolphi uexillum, quod Bandum appellant, eiusq; galeam quam in bello gestare consueuerat, abstulit. Et hæc quidem de uexillo Ducali aureo. Sequitur rubeum, quod FLAMMEVM appellatum fuisse diximus, & adhuc superesse in illo Imperij insigni, quod plutfan appellant. de quo scribit Marcellinus libro uigesimo in hæc uerba: Aduentans itaq; Rex, per optimates suos propius admissos, pacatiore colloquio flectere defensores ad suum non potuisset arbitrium, & diem integrũ dedit: & matutinæ lucis exordio, signo per flammeum erecto uexillum, circumuaditur ciuitas à quibusdam uehentibus scalas. Huc alludit & Claudianus poeta in tertium Honorij consulatum, isto carmine:

Flammeum uexillum ducis.

Hyrcanas populatus opes, aut cæde superbus
Assyria, sic ense rubens, sic flamine crebrò
Turbidus, & grato respersus puluere belli.

Vexillum senatus argenteũ.

VEXILLVM SENATVS, quod argenteum erat, & in comitijs passim & pompis senatui Romano præferebatur. Meminit Liuius libro nono Decadis quartæ, cum de Bacchanalium abrogatione orationem Consulis ad senatum recitat: Primum igitur (inquit) mulierum magna pars est, & is fons mali huiusce fuit. Deinde simillimi fœminis mares, stuprati & constupratores, fanatici uigiles, uino, strepitibus, clamoribusq; nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires cõiuratio, cæterùm incrementum ingens uirium habet, quòd indies plures fiunt. Maiores nostri, ne

uos

A uos quidem nisi cum aut uexillo in arce posito, comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem uocasset. Huc pertinet quod Appianus Alexandrinus libro quarto belli Ciuilis scribit: Hæc effatus, & uerbo & opere, muneribusq; eos instruēs, concionem dimisit. Ipsi persistentes Cassium & Brutum summis extulere laudibus, ac pro illis quæ æqua forent, facturos se obtulerunt. Hi uerò munera illis confestim persoluerunt, & alia porrò ad occasiones multas illustrioribus impenderunt, & qui suscepissent continuè armatos, per partes emittebāt. Nec multo pòst ipsi insecuti sunt. Binas aquilas ad eos aduolantes in argenteis uexillis consedisse, fama est, se inuicē rostris unguibusq; lacerantes, uel ut alijs placet, se mutuò obseruantes ac manentes, quæ publicis alimonijs à prætoribus educatæ sunt. Et rursus libro primo loquēs de Sylla: Fuit autem ad omnia fœlicissimus usq; in finem, tantum prosperitatis, quantum concupierat, adsecutus: corpusq; per Italiam in urbem, lectica aurea regio more illatum est. Tibicinum copia equitumq;, ac cæterorū multitudo progrediebatur. Post hos milites omni ex parte, & ad pompā instructi armis accurabāt. Et ut quisq; accesserat, protinus in ordinē referebatur. Verùm multitudo tam ingens, qualis nullo unquam in opere uisa fuerat, accessit. Præcedebant signa securesq;, quibus dictator cum esset, utebatur. Hunc in modum insigni pompa, magno apparatu in urbem defertur. Coronæ ex auro ad duûm millium nummûm, pluresq; summa cura fabricatę. Vrbium dona ac legionum sub eo militantium, ab amicis singulatim ferebantur, aliaq; ad sepulchri decus addita, quorum splendorem eloqui nemo posset. Corpus deniq; accurrente exercitu, sacerdotes, sacræq; uirgines per uices detulere. Senatus item reliquiq; magistratus cum uexillis eorum sequebantur. Alio deinde ornatu equitum tur-
B ba exercitusq; omnis per partes diuisus, qui sub ipso fuerat: magno demum studio unusquisq; ad ferendum accurrit, uexilla aurea argenteis præferentes armis, quibus ad pompam nunc etiam utuntur. hæc ille. Et de huiusmodi uexillo intelligendum est hoc Claudiani poetę carmen, in quartum consulatum Honorij:

Patricios sumunt habitus, & more Gabino
Discolor incedit legio, positisq; parumper
Bellorum signis, sequitur uexilla Quirini.

VEXILLA COLLEGIORVM & artificū, ut hodie Viennæ adhuc in festo Corporis CHRISTI uisuntur, uulgò Zechfanen: commemorantur à Fla. Vopisco in historia Aureliani Cæsaris, cum eius Romæ triumphum de Tetrico & Zenobia describit: Iam populus ipse Romanus, iam uexilla collegiorum atq; castrorum, & cataphractarij milites, & opes regiæ, & omnis exercitus, ac senatus, &c. Meminit & Trebellius Pollio in Gallieno, cum decennalia sub eo habita recenset: Ipse (inquit) medius cum picta toga, & tunica palmata inter patres, ut diximus, omnibus sacerdotibus prætextatis, Capitolium petijt. Hastæ armatæ altrinsecus quingenæ, uexilla centena, & præter ea quæ collegiorum erant dracones, & signa templorū omniumq; legionum ibant. Eram iam finem Capiti impositurus, cū occurrerunt quædam authoribus historiarum familiares de uexillis loquendi formulæ. quales sunt: Vexilla conuellere, & submittere. De primo Tacitus libro primo sic scribit: Postquam turbatum in castris accepere, uexilla conuellunt, direptisq; proximis uicis, ipsoq; Nauporto quod municipij instar erant. Sic Appianus lib. quinto Ciuilis belli scribit, quòd inferiores in occursu superiorum & nobiliorum uexilla submiserint. Iam in conspectum uenerant (inquit) & rates præcedentes ex signorum uexillis apparebant, & ad cursum, ut se inuicē adirent,

Vexillum collegiorum.

rent, hortabantur, cum lictor Antonio ante proram adsidens, ut mos fuit, siue ut ambiguũ illum uirum ignoraret, qui tanto exercitu proprióq; ad eos nauigaret, siue à generositate animi id expromeret, ut inferioribus dignitate uiris, signum è naui deponere imperauit. A

CAPUT VI. DE AQUILIS Romanis.



AQVILAS diuersas cum à signis, tum à uexillis Romanis extitisse, partim suprà ostensum est, partim Liuius testatur libro sexto tertiæ Decadis, ita scribens: Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos paratos iurare, magis quæ uelint, quàm quę sciant uera esse. Et obstringere periurio, non se solum, suúmq; caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentíq; religionem. Sic Marcellinus libro uigesimo: Edictóq; ut futura luce cuncti conuenirent in campo, progressus princeps ambitiosius solito tribunal ascendit, signis aquilísq; circundatus, & uexillis. Porrò unam modò in legione aquilam extitisse, cum plura & signa & uexilla fuerint, uidetur confirmare Cornelius Tacitus libro decimooctauo: Primani stratis unæ & uicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Quo dolore accensa legio, & plura signa uexilláq; ex hostibus rapuit. Et iterum: Quatuor legionum aquilæ per frontem, totidémq; circa è legionibus aliis uexilla, mox duodecim alarum signa, & pòst peditum ordines. hæc ille. Cæterùm cuius figuræ aquila Romano in exercitu fuerit, ostendit Dion Cassius libro quadragesimo: ἔστι δὲ ναΐδιον μικρὸς, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ αὐτῶν εἷς ἀνὴρ ὑπὸ δόρατος μακροῦ ἐς ὀξὺ τοῦ στύρακος ἀπηγμένου, B ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι φέρει. Id est, si latinè reddas: Ferculũ est paruũ, in quo aquila aurea collocatur: & in omni iusto exercitu ab aquilifero hastæ longæ præfixa defertur, quo facilius humi defigi posſit, in acutam cuspitem desinit. Huc pertinet locus Appiani Alexandrini libro secundo Ciuilis belli: Insigne præterea prælium (ait) ab utraque parte editur, in qua superior Pompeius Cæsaris milites in fugam uertit, eósq; in castra usque persequitur. Signa porrò militaria pleraq; sustulit, inter quæ & aquilam præcipuum Romanis signum penè eripuit, nisi quòd eam anteferens miles, præoccupato eorum cursu, aquilam intra uallum ad suos iecit. Ex quibus uerbis liquet, aquilam quoque inter signa fuisse enumeratam: sed quia auis Romani populi peculiaris erat, primum in legione locum meruisse, milliariæq; cohorti additam. Id quod ex capite quarto libri decimi Plinij in historia Naturali animaduertitur, ubi de aquila animali ex professo disserit: Romanis eam legionibus (inquit) Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit. Erat & antea prima, cum quatuor aliis, lupis, minotauris, equis, apris, quæ singulos ordines anteibant. Paucis antè annis sola in acie portari cœperat, reliquæ in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo natum, non ferè apud legiones unquam hybernatum esse in castris, ubi aquilarum non sit signum. hactenus Plinius. Cæterùm quanto loco hoc genus signi Romano in exercitu fuerit, ex eo apparet, quòd præfectus castrorum tribuni ac centurionum præcipui ante aquilam incedebant: & apud aquilam sontes religione se tutabantur. Vnde est illud Cornelij Taciti: Ante aquilam præfecti castrorum, tribuníq;, & primi centurionum candida ueste, cæteri iuxta suam quisque centuriam, armis donísq; fulgentes, & militum phaleræ torquésq; splendebant. Idem primo historiæ Augustæ: Mox uagi, per uias obuios habue-

Vna aquila in una legionum.

Figura aquilæ.

A habuere legatos, audita cõsternatione ad Germanicum tendentes: ingerunt contumelias, cædem parant, Planco maximè, quem dignitas fuga impediuerat: neque aliud periclitanti subsidium, quàm castra primæ legionis. Illic signa & aquilam amplexus, religione se tutabatur. Et rursus ibidem: Plurimus circa aquilas labor, quæ neq; aduersum ferri ingruentia tela, neq; figi limosa humo poterant. hæc ille. Quæ ostendunt, aquilarum fercula, quemadmodum & cætera signa, in castris, dum miles quiescebat, fuisse fixa. Quòd uerò aquilarum signa declinante adhuc Imperio Romanis in usu extiterint, ex eius ætatis scriptoribus colligitur, quorum Marcellinus libro uigesimoseptimo sic scriptum reliquit: Finita oratione, quam authoritas erexerat inopina, flexit Imperator in suam sententiam uniuersos: consilijq; eius uiam secuti, qui paulo antè fragrantissimis uocibus aliud postulabant, circumseptum aquilis & uexillis, agminibusq; diuersorum ordinum. Huc pertinet & Enodij Ticinensis locus, quem ipsi à situ authorem uindicauimus, Sidonij Apollinaris synchronũ. Is in Panegyrico Auieno Augusto dicto: Nam Auieni mei non unus, sed primus est consulatus, stirpis suæ: gestitura aquilas agmina, præuius antecessit, & ad principalem militiam iter uirtutis ostendit. Meminere aquilarum & poetæ illius temporis, quorum Claudianus in Panegyrico Stiliconi dicto sic canit:

Te duce Romana tandem se uindicat ira,
Ipsa iubet signis, bellaturoq; togatus
Imperat, & spectant aquilæ decreta Senatus.

Sidonius Apollinaris in Panegyrico Soceri:

Quid faciat bellis, ô quas tibi sæpe iugabit
B *In flictis gentes aquilis, qui maxima regni*
Omnia priuatus fugit. —

Pertinet ad hunc locum & quod Vegetius scribit libro secundo de Re militari, capite septimo: In ipsa quoq; enucleati ascribendi sunt iuniores, quia in secũda acie post aquilam & imagines cohors sexta consistit. Scitum est & illud, quod non solum aquilæ, sed signorum etiam cæterorum dignitatem declarat: id quod scribit Vegetius libro secundo capite uigesimo: Et ideo signiferi non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, ut seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem. loquitur autem illic de pecunia legionis, ac militum, apud eos deposita & seruata in undecim saccis.

CAP. VII. DE DRACONIBUS, ROMAni item exercitus insignibus.



HAEC à templis signa, quibus erant cõsecrata, Romanum ad exercitum posterius translata fuere: quorum meminisse, quod equidem sciam, ex uetustioribus historiæ authoribus, Fla. Vopiscũ & Trebellium Pollionem reperio, in uita Galieni Cæsaris. Quale autem signum hoc fuerit, describit copiose Suidas in dictione ἰνδοὶ his uerbis: Ἰνδοί, ἔθνος βάρβαρον. τῶν δὲ τὸν πόλεμον ἦσαν αὐτοῖς σημαῖαι τῶν ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὺν δράκων ἐπὶ κάμακος ἀνατεταμένος, ὃς ἀργυρᾶ μὲν ἡ κεφαλὴ πεποίητο, σεσηρότων ὀδόντων, ἐκ τοῦ χάσματος ἀπειλὴν ἔχοντος. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, σηρικὸν ὕφος ἦν ἐς τε μῆκος καὶ βάθος, καὶ τὸ ποικίλον τὰς χρόας ὅτι ἀληθινὸν δρά-

κοντα. τοῦτο φέρων ἱππεὺς, μετεωρίσας εἰς τὴν ἀέρα τὴν κάμακα, ξὺν ῥύμῃ τὸν ἵππον διώκει, καὶ ἐμπίπτει μὲν ὥσπερ εἰλὸς ἐλαυνόμενον βίᾳ τὸ πνεῦμα. ἐλαυνόμενον δὲ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ κοίλου ὕφους, καὶ διέξοδον εὑρεῖν διὰ τὸ στεγανὸν οὐ δυνάμενον, κυμαίνει τε εἰς τὴν ἀέρα, καὶ μετεωρίζον τὸ ποικιλονήτειον, πάσας ἑλίσσει τροπὰς, ὥσπερ ὄλκος δράκοντος ἀληθινοῦ. Quę latinè sic sonant: Indi gens barbara, quibus in bello signum equitum, secundum millesimum quemque, draco erat pertica sublatus, cuius argenteum caput formatum erat, oris rictu dentibus conspicuum, & planè terrificum hiatum habens: reliquo corpore ceu ex serico contexto, incuruato uniuerso iuxta longitudinis & profunditatis dimensionem, coloribus uariegato ceu ueri draconis. Qui hoc ferebat eques, subleuabat in aerem perticam, uiolenter equum impellens, ac circum currens tanquam imago ipsa inequitaret, uiolentia uenti hinc inde sinibus inuersa, anteriorem & cauam faciei partem submittebat. Et sicubi per angustias eluctare non posset, in aerem inundabat: suspectans uariegatum stamen, omni conuoluens se ratione, quemadmodum gyrus ueri draconis. hæc ex Suida. Cæterùm ne quis putet in equestri modò exercitu dracones & draconarios extitisse, placet locum Vegetij audire, qui est libro secundo, capite decimotertio: Dracones etiam (inquit) per singulas cohortes à draconarijs feruntur ad prælium. Huic adijciendum est, quod idem de Armatura scribit draconariorum, libro primo capite uigesimo: Quid enim pedes sagittarius sine cataphracta, sine galea, qui cum arcu scutum tenere non potest, faciet? Quid ipsi draconarij atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernãt, in prælio facient, quorum & capita nuda esse constat, & pectora? Et iterum capite decimosexto libri primi: Omnes autem signarij (inquit) uel signiferi, quamuis pedites, loricas minores accipiebant, & galeas, ad tenorem hostium ursinis pellibus tectas. Sed placet loca authorum de hoc genere signi recensere. Quorum primus est Trebellij in historia Gallieni Augusti, cum decennalia Romæ habita is describit: Omnes uiæ ludis strepituque personabant, ipse medius cum picta toga & tunica palmata, inter patres, ut diximus, omnibus sacerdotibus prætextatis Capitolium petijt. Hastæ auratę altrinsecus quingenæ, uexilla centena, ac præter ea quæ collegiorum erant, dracones & signa templorum omniumque legionum ibant. Sic Vopiscus in uita Aureliani Cæsaris: Tum uestes, quas in templo Solis uidemus, consertæ gemmis, tum Persici dracones & tyaræ, tum genus purpuræ. Et iterum: Templum sanè Solis quod apud Palmyram aquilifer legionis tertiæ cum uexilliferis & draconario atque liticinibus diripuerunt. Meminit huius signi militaris & Marcellinus libro decimoquinto: Sed Laniogaiso uetante, tunc tribuno, quẽ dum militaret candidatus, solum adfuisse morituro Constanti suprà scripsimus, docentéque Francos, unde oriebatur, interfecturos eum, aut accepto præmio prodituros, nihil tutum ex præsentibus ratus, in cõsilia cogebatur extrema, & sensim cũ principiorũ uerticibus secretius collocutus, ijsdemque magnitudine promissæ mercedis amissis, cultu purpureo draconum & uexillorum insignibus ad tempus abstracto, ad culmen Imperiale surrexit. Et libro decimosexto: Igitur cum equites nihil præter fugæ circunspectantes præsidia uidisset longius Cæsar, concito equo, eos ueluti repagulum quoddam cohibuit. Quo agnito, per purpureum signum draconis summitati hastæ longioris aptatum, ueluti senectutis pendentis exuuias, stetit unius turmæ tribunus, & pallore timoris perculsus ad aciem integrandam recurrit. Idem libro uigesimo: Maurus nomine quidam, comes postea, qui rem malè gesit apud Succorum angustias, speculantium tunc hastatus, abstractum sibi torquem, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit confidenter. Et sic pariter intelliguntur loca poetarum inclinantis Imperij. Claudiani secundo in Ruffinum:

Arme-

A *Armenijs frons læua datur, per cornua Gallos*
Dexteriora locat, spumis ignescere frena,
Pulueris extolli nimbos, lateq; uideres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas,
Serpentumq; uago cœlum sæuire uolatu. Et iterum ibidem:
Et iusso stat quisq; loco, metuenda uoluptas
Cernenti, pulcherq; timor, spirisq; remissis
Mansuescunt uarij uento cessante dracones.

Idem in Panegyrico de consulatu Honorij:
Pars longè spiculis, pars comminus horrida contis:
Hi uolucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla leuant, multusq; tumet per nubila serpens,
Iratus stimulante noto, uiuitq; receptis
Flatibus, & uario mentitur sibila tractu. Et iterum postea:
—Quid fessa draconum
Ora uelint, uentis fluitent, an uera minentur
Sibila, suspensum rapturi faucibus hostem. Et alio loco:
Vix comites aliæ, uix te suspensa sequuntur
Agmina, feruentesq; tument post terga leones.

Idem poeta in nuptias Honorij & Mariæ:
Gradiuum nostri comites arcete parumper,
Vt soli uacet aula mihi. procul igneus horror
Thoracum, gladiosq; tegat uagina minaces,
B *Stent bellatrices aquilæ, sæuiq; dracones,*
Fas sit castra meis hodie succumbere signis.

Huc pertinent & Sidonij Apollinaris uersus in Panegyrico ad Maioranum Augustum:
Quæ feriant bis missa, semel iam textilis anguis
Discurrit per utramq; aciem, cui guttur adactis
Turgescit Zephyris, patulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem, pannoq; furorem
Aura facit, quoties crassatur uertile tergum,
Flatibus & nimium, nam non capit aluus inane, &c.

Idem in Panegyrico ad Anthemium:
His primùm nostras aquilas prouincia uidit,
Desijt hostiles cónfestim horrere dracones,
Ilicet edomiti bello, prædaq; carentes.

Meminit draconum in hac significatione & Aurelius Prudentius poeta, libro secundo in Symmachum:
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inscripta, cecinere tubæ, prima hasta dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.

LIBRI COMMENTARIORVM REIP. ROMAnæ septimi finis.

LIBER REIPVBLICAE ROMANAE OCTAVVS, DE VESTIMENTIS ATQVE ARMATVRIS eius populi omnis generis: authore Volfg. Lazio Viennensi. A

CAP. PRIMVM, DE ROMANIS VEstimentis in genere.



QVEMADMODVM cæteris rebus omnibus, ita in uestitu armisq;, rationes Romani populi & certæ, & ad bonam remp. in primis accommodatę fuerunt. Quapropter Plinius in nono cap. 36, de purpura: Huic fasces (inquit) securesq; Romanæ uiam faciunt, idemq; pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam, dijs aduocatur placādis, omnemq; uestem illuminat, triũphali miscetur auro. Porrò, ut de uestitu sermonẽ incipiam, quatuor inuenio omnino Romanorũ uestimentorum genera fuisse, quorũ erant alia in pace, alia bellis & castris usurpata, & sacerdotum deniq; alia. Et quæ domi in pace celebrabantur, alia erant plebeiorum, alia senatorũ, consulumq; & triumphantiũ. Diuersa rursus cum mensæ adsidebant, & cum in publicũ prodibant non eadem erant. Et id quidem multifariam fiebat. Publicis enim locis & cõgregationibus licebat splendidiores uestes induere, ijs præcipuè qui triumphalia, consularia aut prætoria, quæstoria ædilitiaq; ornamēta merebantur. Cæterùm priuatis locis succincta magis uestimenta adhibebantur, thorax, macrochera, caligæ, peraganda.

Sacra uestimenta. Sed placet uestimentorũ discrimina ordine recẽsere, exordio à sacris sumpto, quę linea fuerunt alba atq; preciosa, nullo infecta colore, pura, tunica uidelicet talaris, B bysina, ex duplici sindone facta, stola, zona in rotundũ texta instar marsupij, baltheus cum cingulo, logion, & tyara siue mitra, aut etiã galerus. Ad quæ alludens Cic. in Epistolis ad Att. lib. 2 ita scribit: Proinde isti licet faciãt quos uolẽt cõsules, tribunos plebis, deniq; etiã Vatinij strumam sacerdotij διβάφῳ uestiant. uidebis breui tempore magnos non modò eos qui nihil titubarunt, sed etiã illum ipsum qui peccauit Catonem. Plinius libro 19, refert fruticem gigni in Aegypto, quem alij Gosipon uocant, alij Xylon, ex quibus uestes soleant fieri sacerdotibus Aegyptijs. Sic Apuleius ceremonias Aegyptiorum describens: Influunt (inquit) turbę sacris diuinis initiati uiris, fœminæq; omnis dignitatis lintę uestis candore puro limosi. Huc pertinet quod Herodianus lib. 5 scribit, locutus de Heliogabalo Solis sacerdote: Statim igitur debacchari supra modũ cœpit, cultũq; patrij numinis, cui dicatus fuerat, celebrare superuacuis saltationibus, uestitũ usurpans luxuriosum, purpura intextũ atq; auro, monilibusq; & armillis redimitus, coronas etiam sustinens ad tyarę modũ auro lapillisq; preciosis insignitas. Forma habitus inter Phœnissam stolam, ac Macedonũ amictum. Sic Apul. ultimo de Asino aureo: Processi duodecim sacratus stolis. Huc alludit Vopiscus in Aureliano: Donasse etiã pop. Ro. dicit̃ tunicas albas manicatas, ex diuersis prouincijs, & lineas Afras atq; Aegyptias. Et sic intelligunt̃ subinde loca poetarũ, quorũ Virgilius 12. Aeneid. ita canit:

Procedunt castris, puraq; in ueste sacerdos. Et Ouidius:
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Iuuenalis:
Cum grege linigero circũdatus, & grege caluo. Martial. *Linigeri fugiũt calui, sistrataq; turba.*

Porrò huiusmodi uestimentorum lineorum alborum, quæ nullo colore infecta sunt, adhuc imago nobis quædam Christianis superest, in istis tunicis quas à Choro appellant, & quas Albas uocant. *Vestimenta muliebria.* Sequuntur VESTIMENTA muliebria.

A bria, quæ & ipsa linea atque alba Romanis probabantur: erant autem, stola, cyclas, chlamys, prætexta, auro clauatæ, & blatteæ atque pallæ. Ad quæ alludens Fla. Vopiscus in Bonoso: Nunc tamen, quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta breue infrà scriptum omnia quæ præcipimus: sumptu etiam publico nuptias celebrabis. Breuis numerus fuit: Tunicas palliolatas hiacynthinas subsericas, tunicam auro clauatam subsericam librilem unam, interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ conueniunt. Idem in historia Saturnini: Ibi tamen cum cogitare cœpisset, tutum sibi nō esse, si priuatus uiueret, deposita purpura ex simulachro Veneris, cyclade uxorea, militibus circumstantibus, amictus & adoratus est. Idem iterum in uita Aureliani: Idem concesit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras uestes, cum antea coloreas habuissent, & ut multum oxypæderotinas, & ut fibulas aureas, &c. Meminit & Trebellius Pollio in Zenobia, quæ cum Odænato marito imperium aduersus Aurelianum inuaserat: Conuiuata est imperatorio more, ad conciones galeata procesit, cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimā fimbriam, media etiam cyclade ueluti fibula muliebri adstricta, brachio sæpe nudo. Alludit ad huiusmodi cycladem & Sidonius Apollinaris, inclinantis Imperij author, libro Epistolarum primo, loquens de nuptijs Ricimeris: Iam quidem uirgo tradita est, cum corona, sponsæ palmata consularis, iam cyclade pronuba, iam toga senator honoratur. Porrò cyclas adhuc uidetur in ueteribus sculpturis. Dependebat usque ad umbilicum rotunda instar campestris, cuius adhuc imago quæpiam in Italia atque Gallia superest. Stolam uerò muliebrem arbitror fuisse lineam ad talos usque uestem, quæ hodie supra cycladē apud Italos & Belgas fertur. Et ex manicis in longum defluit. Ad quam alludunt poetæ. Tibullus,

B *Impediat crines, nec stola longa pedes.*

Martialis: Quis florea uestit, & stolatū promittit meretricibus pudorē. Cæterùm nec illud ignorandum, uestimenta muliebria, & ea quę ad ornatum eius pertinebant sexus, proprio seorsim uocabulo mundum, hoc est κόσμον Græcè fuisse dictum, à quo metaphoricè & orbi apud Latinos nomen accesit. Hinc illud est Catonis pro lege Oppia: Mundi ornatus & cultus fœminarum insignia sunt, his gaudent & gloriantur. Hinc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. Meminit Liuius secundo Macedonici belli: Et Lucilius legauit (ait) quidam uxori mundum omnem, pœnumque. A' mundo Cosmetæ denominantur, Romani sua lingua Vestispices & ornatrices appellabant. Mulieres erant, quæ mundū præcipuè muliebrem obseruabāt. Vnde Celsus iureconsultus scribit nominatim de ornatricibus legatis, quæ per duos tantum menses apud magistrum fuerunt, legato non cedere. alij uerò eos cedere tradiderunt. Et sic intelligitur illud Satyrici: Ponunt cosmetæ tunicas. huc referri possunt quæ Iureconsulti tradunt in undecimo Codicis, de Gynæciarijs & bastagarijs, quorū etiam Plinius meminit nono libro, capite trigesimosexto, fuisse qui mulierum uestes tingebant & aurabant, alios qui uestes ad tincturam ferebant & referebant. Et hæc de uestimentis muliebribus. Succedunt CASTRENSIA uestimenta, quæ & ipsa nobili in republica, non minus atque sacerdotalia atque muliebria, alba fuerunt. Qua de re Trebellius Pollio in Galieno sic scribit: Iam primùm inter togatos patres & equestrem ordinem albatos milites, & omni propulo præeunte. Erant autem uestimentorum castrensium genera, sagum, chlamys, macrochæra, peraganda, campestre, lacerna, penula, ocreæ & calciamenta. De quibus singulis posterius ordine dicemus. Ad quæ alludens Sidonius Apollinaris lib. 5 Epistolarum, ad Aumastum: Nam libenter (inquit) incidunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad Ecclesias.

Cosmetæ & uestispices.

Vestimenta castrēsia qualia.

clesias. Comprehedit ea uestimenta item Symmachus urbis præfectus in epistola ad Patrem suum hoc uersu: A

Attica palla tegit socerum, toga picta parentem.
Præfuit iste sacris, hic dixit iura Quiritis.
At mihi castrensem quòd mordet fibula uestem,
Auroræ in populis regum prætoria rexi.
Si fasces pictura tacet, tu respice fasces.

Claudianus in quartum consulatum Honorij:

Nunc quoq; quos habitus: quantæ miracula pompæ
Vidimus? Ausonio cum iam succinctus amictu,
Per Ligurum populos solito conspectior ires,
Atq; inter niueas altè ueherere cohortes,
Obiugisq; simul pubes electa lacertis.

Atq; hactenus de militaribus uestimentis albis. sequuntur eiusdem coloris uestimenta Cœnatoria, de quibus illud intelligitur Tranquilli: Seruauit etiam excusantibus insigne & spectandi in orchestra epulandiq; publicè ius. Et iterum in Caligula: Posteriore epulo forensia insuper pueris ac fœminis, fasces purpuræ ac conchilij distribuit. Hinc rectè Cicero legitur Vatinium reprehendisse, quòd in epulo Q. Arrij atratus, hoc est cum toga nigra accubuisset: quoniam albis induti accumbere solebant. Porrò ueniebant quoq; sub nomine uestimentorum, quæ ad lectum pertinebant, quæ propriè uestis Stragula appellabatur. Cuius meminit T. Liuius libro nono Decadis quartæ: Luxuriæ enim peregrinæ (inquit) origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. ij primùm lectos æratos, uestem stragulam preciosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopolia & abacos Romam perduxerunt. Deniq; quia de uestimentis hocce libro uniuersus sermo noster futurus est, notandum est, Romanos, uestimenta maiore ex parte ex lana, & rarò ex serico contexisse: quemadmodum in hodiernum diem in Italia atq; Hispania, morem esse uidemus. Vnde Tacitus libro secundo scribit: Proximo senatus die, multa in luxu ciuitatis dicta à Q. Haterio consulari, Octauio Frontone prætura functo: decretumq;, ne uasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne uestis serica uiros fœdaret. Huc pertinet illud Herodiani libro quinto historiæ Augustæ, cum Heliogabali luxum Asiaticum reprehendit: Nam Romanam (inquit) uestem, aut Græcanicam planè aspernabatur, è lana, ut ipse aiebat, hoc est è re uilissima confectam, neq; nisi sericas telas dignabatur.

Vestimenta cœnatoria.

Vestiméta Romana ex lana. B

CAP. II. DE PRAETEXTA, ET *eius generibus.*

Vsus prætextæ.



E uestimentis igitur sermonem exorsuri, in primis ea quæ in pace ferebantur, explicabimus: quorũ præcipuam extitisse, atq; frequentiori usu, prætextam, haud ambigua res est, quemadmodũ ex oratione L. Valerij apud Liuiũ apparet, libro quarto Macedonici belli, ubi inter cętera sic inquit: Purpura uiri utemur, prętextati in magistratibus, in sacerdotijs: liberi nostri prætextis purpura togis utẽt. Magistratibus in colonijs, municipijsq;, hic Romę infimo generes magistris uirorũ togę prætextæ habẽdæ ius permittemus. nec id ut uiui solũ habeant tantũ insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui. Fœminis duntaxat purpuræ usum interdicemus. Huc alludit Tacitus à principio libri uigesimi: Ac

mox

A mox augeſcente licentia, ſcrutari, ac protrahere abditos, ſi quem procerum habitu & iuuenta proſpexerant, obtruncare. Origo uerò huius ueſtimenti Romanis à Tarquinio Priſco repetitur, qui debellatis Hetruſcis, Romam unà cum faſcibus coronaq́; & ſella ac ſcipione eburneo, & prętextam attulit, ut Halicarnaſſeus in Antiquitatibus eſt autor. Porrò quod gęnus ueſtimenti fuerit, ex his uerbis Spartiani in Hadriano eluceſcit: Signa mortis hęc habuit. Natali ſuo ultimo, cum Antoninum commendaret, prætexta ſponte delapſa caput ei operuit. Sic T. Liuius lib. 3 Dec. 3 ſecundi Punici belli: loquẽs de Pacuuij Calanij adoleſcentis conſilijs, de interficiendo Capuæ Hannibale habitis: Ante ſolis fermè occaſum patrẽ Calanium ex conuiuio egreſſum ſecutus filius, ubi in ſecretum (hortus erat poſticis ædium partibus) peruenerunt: Conſilium, inquit, affero pater, quo nõ ueniam ſolum peccati, quo defecimus ad Hannibalem, impetrare ab Romanis, ſed in multo maiore dignitate & gratia ſimus Campani, quàm unquã fuerimus. Cum mirabundus pater, quid'nam id eſſet conſilij, quęreret: toga reiecta ab humero, latus ſuccinctum gladio nudat. Loquitur autem de toga prętexta, quę propria eius ætatis erat. Ex quibus uerbis apparet, eiuſmodi genus ueſtimenti fuiſſe prętextã, quod humeris ſimpliciter poterat inijci, & purpuram prętextam ſubtus uel in extremitatibus habebat, unde & nomen acceſſit. Cui noſtro ſeculo aſſimilare fortè cappas illas poſſumus, quas Italicas uel Hiſpanicas appellant. Ita namq́; & in ueteri ſaxo puerum expreſſum inuenimus, cuius iconem ab initio huius Operis dedimus, & cui ætati quondam id genus ueſtimenti peculiare fuit. His adde, quod noſtro etiamnum tempore, cappis, de quibus diximus, ſerici aut uilluti nonnihil prætextum conſpicitur. Sed libet prætextæ genera ordine referre. PRAETEXTA PVERILIS, quæ & Toga puerilis dicebatur, uilior quàm alia magiſtra-

Origo prætextæ.

Prætexta puerilis.

B tuum fuerat, ex ſerici genere aliquo purpura prætexta: fortè ut hodie quoq́; adoleſcentes cappas geſtare ſolent, uilloſo ſerico undiq́; prætextas. Et de hac prætexta intelligenda ſunt loca autorum. Cicero in dialogo de Amicitia: Pueri togam ſumentes, prætextam deponebant. Idem tertia in Verrem: Neq́; te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd ſine bulla uenerat. Et alibi: Pupillus cum toga prætexta ſine bulla. Idem in Antoniũ: Tenes'ne memoria, prætextatum te decoxiſſe? hoc eſt, pupilli bona conſumpſiſſe. Cæterùm prætextæ huius puerilis originem nemo melius deſcribit quàm Macrobius libro primo in Somnium Scipionis: Tullus Hoſtilius (inquit) rex Romanorum tertius, debellatis Hetruſcis, ſellam curulem lictoresq́; & togam pictam atq́; prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant, primus, ut Romæ haberẽtur, inſtituit. Sed prætextam illo ſeculo puerilis non uſurpabat ætas. erat enim, ut cætera quæ enumeraui, honoris habitus. Sed poſtea Tarquinius Demarathi exulis Corinthij filius Priſcus, quem quidam Lucumonem uocitatũ ferunt, rex tertius ab Hoſtilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphũ: quo bello filium ſuum annos XIIII natum, quòd hoſtem manu percuſſerat, & pro concione laudauit, & bulla aurea prætextáq́; donauit, inſigniens puerum ultra annos fortem, præmijs uirilitatis & honoris. nam ſicut prætexta magiſtratuum, ita bulla geſtamen erat triumphantium: quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remedijs, quæ crederẽt aduerſus inuidiam ualentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla, in uſum puerorum nobilium uſurparentur: ad omen & uota conciliandę uirtutis: ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Alij putant eundem Priſcum, cum is ſtatum ciuium ſolertia prouidi principis ordinaret, cultum quoque ingenuorum puerorum inter præcipua duxiſſe: inſtituiſſeq́;, ut patricij bulla aurea cum toga, cui purpura prætexitur, uterẽtur: duntaxat illi, quorum patres cu-

rulem gesserant magistratum. Cæteris autem, ut prætexta tantum uterentur, indultum: sed usq; ad eos, quorũ parentes equo stipendia iusta meruissent. Libertinis uerò nullo iure uti prætextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea Libertinorũ quoq; filijs prætexta concessa est, ex causa tali, quam M. Lælius augur refert, qui bello Punico secundo duumuiros dicit ex senatusconsulto, propter multa prodigia libros Sibyllinos adijsse, & inspectis ijs nunciasse, in Capitolio supplicandum, lectisterniumq; ex collata stipe faciendum: ita ut libertinæ quoq;, quæ longa ueste uterẽtur, in eam rem pecuniam subministrarent. Aucta igitur obsecratio, pueris ingenuis, itemq; libertinis, sed & uirginibus patrimis matrimisq; pronũciantibus carmen. Ex quo concessum, ut libertinorum quoq; filij, qui iusta duntaxat matrefamiliâs nati fuissent, togam prætextam & lorum in collo pro bullæ decoro gestarent. hactenus Macrobius. Cui subscribens Liuius, primis scilicet temporibus usum prætextæ Romanis fuisse, lib. quinto Dec. quintæ: Nam è duobus filijs, inquit, quos duobus datis in adoptionem, solos nominis sacrorum familiæq; hæredes retinuerat domi, minor fermè duodecim annos natus, quinq; diebus ante triumphũ, maior quatuordecim, triduò post triumphum decessit. Quos prætextatos curru uehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat. Huc referenda est historia de Papirio prętextato, qui in familiam suam hoc cognomen, ob rem in ætate prætexta, hoc est pueritia prudenter gestam, transfudit. Deniq; ab hoc genere uestimenti aliquot Romanis celebrata fuere prouerbia: Deponere prætextam, anni prætextati, mores prætextati, & sermo prætextatus. Depositio prætextæ fiebat unà cum tyrocinio. Filij Romanorum circiter annũ ætatis XVII, cum prima iam se lanugo efferebat, cum quadam solennitate à parentibus deducebantur in forum, prætexta puerili induti. ubi posita barba atq; prætexta, à prætore togam accipiebant. Vnde scribit de seipso Cicero in Lælio: Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta uirili toga. Meminit illius consuetudinis Appianus Alex. lib. 4 Ciuilium: Attigit quoq; ob diuitiarum facultates, & prophanos, fortuna illius tempestatis. quorum unus cum ad præceptorem graderetur cum pædagogo, simul interimitur, dum ille puerum arctius cõplexus ab se amoueri minimè sustinuit. Attilius prætexta deposita, togã sumpturus, amicorum turba stipatus, ut mos fuit, ad sacra & ad templa ducebatur, exorto rumore, cum in tabulis proscriptum esset, Amici seruiq; deseruere omnes. Huc alludit Satyricus illo uersu:

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati. Idem de more prætextato:

Hic prætextatos referunt Artaxata mores.

Sic de sermone prætextato hęc animaduertit Festus: Prætextatũ sermonẽ (inquit) ab eo dictum putant, quòd prætextatis nefas sit obscœno uerbo uti. Alij dictum putãt, quòd nubentibus, depositis prætextis, à multitudine puerorũ obscœna clamentur: ideoq; prætextatũ sermonem appellatũ, quod aliquid haberet obscœnitatis, contrario sensu. Cui opinioni & Gellius consentit, & Macrobius 2 Saturn: Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillatio, iure planipedis & Subulonis impudici, & prætexta uerba iacientis. Huc respexit Sueton. in Vespasiano, cap. 12: Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abstineret. Et hactenus de puerili prætexta. Sequitur PRAETEXTA MVLIEBRIS. Nam ut Asconius Pedianus testatur, prætexta utriq; sexui cõmunis erat. Ad hanc alludit Cicero III in Verrem: Eripies igitur pupillæ togã prætextam, detrahes ornamenta nõ solùm fortunę, sed etiam ingenuitatis. In eundem sensum prætextæ Sulpitij uxoris Crassi meminit Tacitus lib. 20. Et sic intelligitur

Prætexta muliebris.

A ligitur illud Catulli: Mitte brachiolũ teres. Hinc puellæ dictæ prætextatę quoq; sunt, hoc est nubiles, quòd tum prætextam induebant, quemadmodum pueri puberes. PRAETEXTA SACERDOTALIS, ut opinor, haud multum diuersa fuit ab illis cappis, quas Chorales uocant, & adhuc in sacris nostris manserunt. Meminit Liuius libro septimo Decadis tertiæ, cum de Iunonis ludis loquitur: Illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenuis, nunc abhorrens & inconditũ, si referretur: uirginum ordinem sequebantur decemuiri, coronati laurea, prætextáq;, à porta iugario uico in forum uenere. in foro pompa constitit. Idem libro quarto Decadis quartæ, in oratione L. Valerij: Purpura (ait) uiri utemur, prætextam in magistratibus, in sacerdotijs, liberi nostri prætextis purpura togis. Alludit ad huiusmodi prætextę genus, Lampridius in Alexand. Accepit prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco Pontificis Maximi, non Imperatoris. Sic Flauius Vopiscus in Saturnino: E' quibus Aurelianus ipse sellam constituerat facere, additis alijs duobus, in qua Iupiter aureus & gemmatus sederet cum prætexta, ponendus in templo Iouis. Huc facit quod scribit Trebellius Pollio, cum pompam Galieni recenset in Decennalibus: Ipse medius (inquit) cum picta toga & tunica palmata, inter patres, ut diximus, omnibus sacerdotibus prætextatis. PRAETEXTA MILITARIS, commemoratur à Cornelio Tacito libro decimooctauo: Ipse Vitellius à ponte Miluio, insigni equo paludatus accinctúsq;, senatum cum populo ante se agens, quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta prætexta & composito agmine incessit. PRAETEXTA TRIVMPHALIS erat inter uestimenta triumphalia, cuius extat mentio apud Suetonium in historia Tiberij: Triumphum (inquit) ipse distulit, mœsta ciuitate clade Variana. nihilominus urbem prætextatus & laurea coronatus intrauit. Et sic intelligitur illud Ciceronis ad Atticum: Magnus enim prætextatus illo die fuit. Et in oratione prò Murena: Prætextati triumphantiũ filij. Equidem si diuinare licet, & nostram inopiam cum ueterũ maiestate conferre, prætextam triumphalem fuisse pallij genus existimo, cum lata fimbria anterius prætexta, & gemmifera, quo indutos in ueteribus numismatibus, inclinantis Imperij Augustos obseruauimus, Valentinianum, Theodosium, Honorium, Archadium, Zenonem, Leonem & Anastasium: haud multum diuersæ figuræ ab his mantellis siue cappis, quibus & hodie Augusti inaugurantur. Hinc arbitror, prætextatũ consulem istum nomẽ accepisse, cuius Marcellinus libro uigesimosecundo, Symmachus in Epistolis, & Cassiodorus in Catalogo consulum meminere. Ad quem adludens Capitolinus in historia Gordianorum: Sedato (inquit) terræmotu, prætextato & Attico consulibus, Gordianus aperto Iano gemino. Et sic intelligitur illud Claudiani in VI consul. Honorij:

Prætexta sacerdotalis.

Prætexta militaris.

Prætexta triumphalis.

B

Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua uictor,
Arcadius captæ spolijs Babylonis onustus,
Communem maiore toga signabitis annum.

PRAETEXTA TOGA, qua passim hi etiam qui erant in magistratibus constituti, intra priuatos parietes, ac sicubi iter ingrederentur, utebantur, tanquam toga minori atq; expeditiori. cuius T. Liuius lib. septimo ab Vrbe condita mentionem facit: Non patientibus Tacitum tribunis (ait) proconsule uno plebeio, tres patricios magistratus, curulibus sellis prætextatos tanquam consules sedentes, nobilitatẽ sibi sumpsisse. Idem lib. 1 Dec. 3, de Sempronio consule misso aduersus Hannibalem scribens, qui non inito magistratu, properè non auspicatò erat ab urbe profectus: Lixæ modò (inquit) sine insignibus, sine lictoribus profectum clàm, furtim, haud aliter quàm si exilij causa solum uertisset, magis pro maie

Prætexta toga.

state uidelicet imperij Arimini, quàm Romæ magistratum initurum: & in diuer- A sorio hospitali, quàm apud penates suos prætextam sumpturum. Alludit ad hoc genus prætextæ Cicero quoque in oratione pro Domo sua: Videre prætextatos inimicos, id est in magistratu positos. Et in Verrem: Ædiles toga cum prætexta & sella curuli. Et iterum in oratione pro Reditu: Consul unguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores ædilesque tum abiecerant. Sic in Pisonem: Tu Sextum Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum uolitare passus es. Idem in Epistola ad Cælium: Togam prætextam Oppio puto te induisse. Meminit & Cornelius Tacitus libro decimonono: Sed ubi Cecinna pretexta & lictoribus insignis, dimota turba consul incessit, exarsere uictores. Et sic intelligitur illud etiam Tranquilli in uita Iulij dictatoris: Ac nihilominus permanere in magistratu, & ius dicere ausus, ut comperit paratos, qui ui ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abiectaque prætexta, domum clàm refugit. Scribit & Plinius, Lentulum Spinterem ædilem curulem primum uisum fuisse in prætexta dibapha purpura, hoc est, bis tincta. Huc pertinet quod scribit Vopiscus in Probo, cum eius Cæsaris mortem refert: Sanè, quod præterire non potui, cum imago Probi in Veronensi icta ita fulmine esset, ut eius prætexta colores mutaret, aruspices responderunt, eius familiæ posteros tantæ in senatu claritudinis fore, ut omnes summis honoribus fungerentur. Idem in Aureliano, ubi eius dona à Valeriano Augusto concessa enumerat, tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam. Sic Trebellius Pollio in Tyrannis: Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptijs esse literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam uenissent Romani fasces, & prætexta Romanorum. Scribit etiam Valerius Maximus libro nono, hunc morem fuisse, ut prætor, qui iudex quæstio- B nis & quæsitor rerum capitalium dicebatur, non antè sententiam in reum noxæ capitalis pronunciaret, quàm prætexta exuta. Ausonius in Gratiarum actione ad Gratianum: Supremus ille imperij (inquit) & consiliorum tuorum Deus, conscius & arbiter & auctor, indulsit, ut sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis, ut prætextam meam purpura tua fucatam, ut trabeam non magis auro suo quàm munere tuo splendidam, quæ ab Illyrico sermonis dignitas honestauit, apud Gallias illustraret præses. Ab huiusmodi prætexta magistratuum, Calumnia prætexta, actiones & comœdiæ prætextatæ, prouerbialiter dicuntur. Calumnia quidem prætexta forensis controuersia erat, cuius meminit Cicero in Catilinam: Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætexta calumnia cœperat. Sic comœdiæ prætextatæ, ubi duces ac magistratuum personæ introducebantur, ad quas alludens Horatius sic canit:

Calumnia prætexta.

Comœdiæ prætextatæ.

Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas.

Vbi Acron in Commentarijs hæc addit: Et qui prætextatas fabulas fecerunt, uel togatas, meruerunt minimum decus. Prætextam dicunt comœdiam, comœdiam togatam. Alij autem dicunt prætextatam & togatam comœdias esse: sed togatas, in quibus Græca argumenta sunt: in quibus uerò Latina, prætextatas. Actiones denique prætextatæ fuerunt, quibus Imperatorum negotia agebantur, & quibus regum siue magistratuum acta comprehendebantur. Et iam de prætexta eram sermonem finiturus, cum uenit mihi in mentem loci Ciceronis in oratione pro Sestio, ubi toga prætexta à toga uirili his discernitur uerbis: Cui superior annus idem & uirilem patris, & prætextã populi iudicio togam dedit. Ex quibus apparet, splendidiorem hanc fuisse in magistratibus, quàm illam quam adolescentes in tyrocinio sumebant.

Actiones prætextatæ.

CAPVT

CAPVT TERTIVM. DE TOGA, ET eius generibus.

A 
EQVITVR nunc toga, quæ longitudine atq; amplitudine à prætexta differebat. eiusdem enim penè formæ fuit, cuius apud Græcos atq; Asiaticos pallium. Pallio sanè pictos Apostolos nobis uetustas transmisit. Blatteo quoq; pallio, cuius Vopiscus in Aureliano, & Agathius in Anastasio mentionem faciunt, Imperatores inclinantis Imperij, qui sedem tum Constantinopoli collocauerant, in numismatibus ueteribus exprimuntur: ut pallium quid fuerit, facilè intelligatur. Hinc usus pallij, quod Metropolitanis sedibus Romani pontifices mittere solebant: cuius adhuc uestigium in templis mansit, in his tunicis quæ Chorales dicuntur, & capitio dependente carent. Porrò togam à Græcis inuentam, & à Græco pallio nõ fuisse multum diuersam, & quod reliquis uestimentis circumiecta extiterit, ostendit Artemidorus lib. 2 de Insomnijs: Eadem significat & uestis Romana (inquit) toga uidelicet quam nunc Tibenum uocant, à Timeno Arcade, qui primus suam chlamydem hoc modo circumdedit, cum per sinũ Ionium nauigasset, & ab his qui isthic habitant susceptus esset. à quo indigenæ edocti, eodem modo præparauerunt, & uestitum Timenicum uocauerunt, cognominẽ Timeno inuẽtori. uerùm posterioribus temporibus corrupto nomine Tibenus appellatus est. Idcirco cum toga Romanis fuerit, & à pallio populo magis q̃ forma differebat, eam definire ac circumscribere fortasse difficile nõ erit: tametsi eius uestimenti paucæ admodum reliquiæ, uel nullæ prorsus extent, nisi quòd Venetiarum urbis senatorũ habitum, si manicis careret, ad togæ ueteris formam q̃ proximè accedere arbitrer.

Blatteum pallium.

Tibenus.

B Hic nõ possum silentio transire, quin coniecturã meam æquo lectori indicare libet: pallia antiquiora, quę Romani solebãt pontifices Metropolitanis transmittere, Salisburgi me uidisse, cum Basileã anno Domini 1553 tertia peregrinationę mea inuiserem, à nostræ Casulæ sacerdotalis forma in hoc discrepasse, quòd per humeros latè in latera defluerent. Quòd si in illis ueteris siue pallij siue togæ imaginem quispiam considerare uelit, non repugno. Discrimen uerò fuisse inter togam & pallium, ex prouincijs & populo, ostendit Liuius lib. 9 Dec. 3, ubi Fabius Maximus Scipioni Siciliæ, utpote Græcę prouincię, prę sidenti, obijcit quòd palliatus esset, & Romanum scilicet uestitum exuerit: Prorogari (inquit) eo die sententiæ accensis studijs pro Scipione, & aduersus Scipionem nõ potuere, præter Pleminij facinus, Locrensiumq; cladem: ipsius etiam Imperatoris, nõ Romanis modò, sed ne militaris quidem cultus iactabatur, cum pallio crepidisq; inambulare in gymnasio. Huc pertinet illud Ciceronis in Antoniũ: Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. Sic Aelius Spartianus in Seuero Septimio: Habuit etiam aliud omen Imperij (inquit) cum rogatus ad cœnã Imperatoriam palliatus uenisset, qui togatus uenire debebat. Capitolinus in historia Clodij Albini: Quibus rebus accensus Commodus, Cæsarianũ ei nomen imposuit. obtulit & dandi stipendij facultatem, & coccinei pallij. Quibus ex locis apparet, non solùm inter togam palliumq; discrimen ex populo fuisse, uerumetiam pallium præstantius extitisse à regibus atq; Augustis usurpatum, ut de Blatteo pallio paulo antè ex Vopisco & Agathia commonefecimus. Iam uerò pallium simpliciter sine manicis humeris fuisse iniectum, docet Flauius Vopiscus in uita Aureliani: Iam ingrediente eo Antiochiam in uehiculo, quòd præ uulnere tunc equo sedere non posset, ita pallium purpureum, quod in honorem eius expansum fuerat, decidit, ut humeros eius tegeret. hæc ille. Quæ cum ita sint, con-

Discrimen inter togam & pallium.

Quid toga fuerit. sentaneum est, togam quoque Romanam sine manicis & usq; ad talos demissam, A eiusmodi fuisse habitum, qui humeris poterat inijci absq; difficultate. Atq; hoc ita esse, ut proponimus, coarguunt hæc autorum classicorum testimonia. Liuius lib. octauo primæ Decadis sic nominatim scribit: Pontifex eum togam prætextã sumere iussit, & uelato capite, manu subter togam ad mentum extenta. Sic Cicero in Catilinam: Socij (inquit) Catilinæ uelis amicti, non togis. Tale est & illud Tranquilli in Dictatore, cum eius necem depingit: Renuentiq;, & gestu in aliud tempus differenti, ab utroq; humero togam apprehendit. Et subdit: Vtq; animaduertit undiq; se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, inferiore corporis parte uelata. Huc alludit Apuleius in undecimo Aurei asini: Palla nigerrimè splendescens atro nitore, quæ circumcirca remeans, & sub dextrum latus ad humerum læuum recurrens, umbonis uicem deiecta parte laciniæ multiplici contabulatione dependula, ad ultimas oras nodulis fimbriatum decenter confluctuabat.

Huc spectat quod Aulus Gellius libro septimo Noctium Atticarum, capite duodecimo scribit: Viri autem Romani primò quidem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt. Postea substrictas ac breues tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας. Quæ omnia confirmat illud Vetustatis monumentum Romæ in tabula ænea repertum:

NE QVIS PRAESENTIBVS FOEMINIS OBSCOENA VERBA FACITO, QVISQVIS DEMISSAM AD TALOS TOGAM IN VRBE HABETO.

Vsus togæ apud Romanos quantus. Atq; hæc de figura togæ. nunc quantus eius in republica Romana usus fuerit, ostendam. Docere autem abundè possunt uel hæc Ciceronis loca, qui ad Atticũ B sic scribit nominatim: Sibiq; satis esse dixit, si togatus officia sibi urbana præstitissem. Idem in oratione pro Sylla: Cui uni togato senatus supplicationem decreuit. Sic Spartianus in Hadriano: Disciplinam ciuilem non aliter tenuit, quàm militarem. Senatores & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit, nisi si à cœna reuerterentur. Ipse cum in Italia esset, semper togatus processit. Ad conuiuium uenietes senatores stans excepit, semperq; aut pallio tectus discubuit, aut toga. legitur quoq;, reges externos, ut Romanis complacerent, togam sumpsisse. Vnde Suetonius in historia Augusti: Ac sæpe regnis relictis, nõ Romæ modò, sed prouincias peragranti, quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientum præstitere. Quam historiam Eutropius in Annalibus suis sic repetit: Multi reges ex regnis suis uenerunt, ut Augusto obsequerentur, & habitu Romano togati ad uehiculum uel equum illius cucurrerunt. Huc alludit Martialis illo carmine:

Manè, uel à media nocte, togatus ero.

Epitheton togæ. Porrò peculiare togę epitheton erat, quòd toga uirilis nuncupabatur, ad discrimen prætextæ. Sic Liuius libro sexto Decadis tertiæ: Adhæc iam inde ab initio præparans animos, ex quo togam uirilem sumpsit. Tacitus libro quarto, de Druso locutus: Interim anni principio Drusus ex Germania liberis togam uirilem sumpsit: quæq; fratri eius Neroni decreuerat senatus, repetita. Et iterum libro duodecimo: Claudio quintùm, Ser. Cornelio Orphito consulibus, uirilis toga Neroni maturata, quo capessendæ reipublicæ habilis uideretur. Huc pertinet quod est apud Liuium libro secundo quintæ Decadis, in oratione Spurij Ligustini: Sex filij nobis, duę filiæ sunt, utræq; iam nuptæ. filij quatuor togas uiriles habent, duo prætextati sunt. Et hactenus de toga, quod nam uestimenti genus

A genus extiterit, hæc dicta sint. Nunc adeò discrimina illius explanabimus, quæ alia sumebantur ex figura, alia ex colore, alia item ex munere illius qui illa amictus fuerat. In primo quidem genere togæ erant arctæ, togæ fusæ, & pallæ togæ. Sub secundo genere fuerunt togæ pictæ, & quę illius erant species: aurea, radians, coccinea, togæ candidæ, togæ puræ, & togæ pullæ. Ad tertium pertinebant togę muliebres, togæ militares, togæ præsidiariæ, & togæ proconsulares, atq; etiam Imperiales, de quibus singulis ordine dicendum est.

TOGA ARCTA Gabinus peculiari uoce Romanis dicebatur. Erat autem toga in tergum reiecta, ut una eius lacinia à tergo reuocata cingat: **Wann einer einn langen mantel oder Hispanische kappen über sich über den rucken vnd hend schlecht.** Quo genere uestimenti utebatur consul bella gesturus, aut inducturus. Ad quod alludens Maro noster, sic canit: Toga arcta.

Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino.

TOGA FVSA erat multis sinubus implicata, lata, & usq; ad talos demissa. Suetonius in Augusto, cap. de Parsimonia: Veste non temerè alia quàm domestica usus est, ab uxore, sorore, filia, neptibus'q; cōfecta: togis neq; restrictis, neq; fusis. Toga fusa.

TOGA PICTA, uestis summi erat magistratus, inter ornamenta etiam triumphalia commemorata, cum tunica scilicet palmata, corona curuli & scipione, de quibus suo loco diximus. Meminit Iul. Capitolinus in Gordiano seniore: In consularibus clarior fuit sui temporis consulibus, ita ut ei Antoninus inuideret, modò prætextas eius, modò latum clauum, modò Circenses ultra imperatorium mirans modum. Palmatam tunicam, & togam pictam, primus Romanorum priuatus suam propriam habuit, cum antea Imperatores etiam de Capitolio acciperet, uel de Palatio. Huc attinent quæ cæteri historiarū autores scribunt. Flauius Vopiscus in Aureliano, cum dona illi à Valeriano Augusto concessa recenset: Tunicas, ait, ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, subarmalem profundum. Aelius Lampridius in Alexandro: In urbe tamen semper togatus fuit, & in Italiæ urbibus prætextam & pictam togam nunquam nisi consul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptam, alij quoq; accipiebant, aut prætor aut consul. Accepit prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco Pontificis Maximi, non Imperatoris. Sub hoc porrò genere togæ comprehendebantur, toga aurea triumphantium, toga coccinea, cuius meminit Capitolinus in Albino, & toga radians à Claudiano commemorata. Ad huiusmodi genus togę alludit Aurelianus Prudentius, Christianus poeta & uir consularis, libro primo in Symmachum: Toga picta.

B

Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
Contulit, auratumq; togæ donauit amictum.

TOGA CANDIDA, propria erat ædilium curulium indumentū, quod à competitoribus cōsulatus præturæ itidem usurpabatur. Vnde Candidati prouerbialiter ij dicuntur, qui munera ambiunt. Meminit Liuius lib. 7 Dec. 4: Varia testimonia legatorum tribunorum'q; militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur, cuius autoritatem perpetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat. Et iterū lib. 9 eiusdem Dec. Et C. Valerius flamen Dialis, & Q. Fuluius Flaccus, is qui ædilis curulis designatus erat, sine toga candida, sed maxima ex omnib. contentione petebat, certamen'q; ei cum Flamine erat. Idem lib. 7 Dec. 3: Egregium par consulum fore, si M. Liuium C. Claudio collegā adiunxissent. Nec populus mentionē eius rei ortā à patrib. est aspernatus. Vnus eam rē in ciuitate, is cui deferebat honos, abnuebat, leuitatē ciuitatis accusans, sordidati rei nō misertus, candidā togā inuito offert. Huc alludēs Prudētius poeta lib. 1 in Symmachū sic canit: Toga candida.

A

Exultare patres uideas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumq; senum gestire Catonum
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere, & exuuias deponere pontificales.

Toga pura. TOGA PVRA, sic dicta, quod nullo purpuræ prætextu distincta esset, qua adolescentes induebantur, prima tyrocinij die, cum prætextam publicè remouissent. Vnde scribit Plinius lib. 8: Qui primam texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura induũtur tyrones, nouæq; nuptæ. Cicero nono Epistolarum ad Atticũ: Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimũ togam purã dedi, idq; municipibus nostris fuit gratũ. Et iterũ alio loco: Quinto sororis tuæ filio togam purã iubeo dari. Et rursus: Concio, in qua erat accusatio Pompeij, usq; à toga pura. Et lib. eodem: Neq; me in Arpinũ hoc tempore abdam, nisi Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationẽ relictu rus cum Cæsare. Et sic intelliguntur loca poetarum. Lucani septimo Pharsaliæ:

—Pura uenerabilis æquè
Quam currus ornante toga.— Catullus ad Mallium:
Tempore quo primùm uestis mihi tradita pura est,
Iucundum cum ætas florida uer ageret.

Toga pulla. TOGA PVLLA, atrata erat, & in luctu usurpabatur, cuius adhuc uestigium quoddam apud Belgas & in Gallia uisitur. Meminit Cicero in Vatinium: in epulo cum toga pulla accumbere. Et iterũ: Cedò quis unquam cœnauit atratus? Et in Verrem: Verres cum tunica pulla & pallio. Huc alludit Velleius Paterculus: Lepidus & à militibus & à fortuna desertus, pulloq; uelatus amictu, inter ultimam confluentium ad Cæsarem turbam latebat.

Toga muliebris. TOGA MVLIEBRIS, extat adhuc in Gallijs, & apud Belgas, sed ex serico confecta, quo matronæ in publicũ proditure induuntur. De qua intelligenda sunt ista Lampridij uerba in historia Alexandri Cæsaris: Matronas aũt regias contentas esse debere uno reticulo, atq; inauribus, & baccato monili, & corona, cum qua sacrificium facerent, & unico pallio auro sparso. B

Toga militaris. TOGA MILITARIS commemoratur à Liuio lib. 4 Dec. 5: Caius Sulpitius prætor uim togarum & triginta tunicarum & equos, deportanda in Macedoniam, præbendaq; arbitratu consulis locauit. Idem lib. 9 Dec. 3: Stipendium eius anni duplex, & frumentum sex mensium imperatum, sagaq; & togę exercitui. Et rursus mandatum Octauio, ut cum prætore ageret, si quid ex ea prouincia comparari ac mitti posset. Ea quoque haud segniter curata res. Mille ducentæ togæ breui spacio, ducenta millia tunicarum missa. Idem septimo, quartæ Decadis: Inter hæc Phocæa seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos auocantibus, grauia hyberna nauium erant, graue tributũ: quòd togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis. Huc pertinet quod Capitolinus scribit: Per Brundusium ueniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit. nec unquam fugati fuerunt sub eo milites. hactenus autores.

Lacerna. Ego uerò togam militarem eandem cum Lacerna extitisse autumo, cuius nos iconem dedimus in frontispitio Operis, ubi Præsidem colloquentem cum militibus expressimus.

Toga præsidiaria. TOGA PRAESIDIARIA recensetur à Spartiano in uita Seueri Septimij: Habuit etiam aliud omẽ Imperij, cum rogatus ad cœnam Imperatoriam, palliatus uenisset, qui togatus uenire debebat: togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit. Huc fortasse accommodari potest, quod de pallio proconsulari Vopiscus in Aureliano scribit, in oratione Valeriani Augusti ad Aurelianum: Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis uexilla bicoloria quatuor, tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam.

CAPVT QVARTVM. DE LATO CLAuo, & eius discrimine.

A IV me torsi, cui nam generi uestimentorum, quæ quidem nobis extant, comparare latum clauum Romanorum (quę propria senatorũ ac præsidum uestis fuerat) possemus. Habent enim suas clauatas uestes Hungari, uerùm in pectore duntaxat & manicis. Vestiebantur porrò clauatis tunicellis & maiores nostri in Germania. Sed hæ clauos inauratos in lateribus duntaxat habebãt. Igitur pressius rationẽ mecum iniens, cõtuli clauatas Cardinalium & Medicorũ (ut quondam hi & pingebãtur & incedebant) tunicas, cum lati claui Romani descriptione, neq; multum diuersum extitisse reperiebam. Videmus enim has sine manicis, in lateribus tanquam ex duabus plagulis confectas clauis aureis coniungi: ut uerisimile sit, & tunicas sacras mysterij Missæ lati claui ueteris uestigium quoddam, aut certè imaginem quandam esse. Quod uerò hoc credam, faciunt hæc Varronis uerba libro secundo de Analogia: Si quis tunicam (inquit) in usum ita consuat, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis, utraq; pars in suo genere caret analogia. Huic subscribit Festus Grammaticus: Clauata dicuntur (ait) uel uestimenta clauis intexta, uel calciamenta clauis confixa. Huc pertinet quod Plinius scribit libro 8: Tunica lati claui in modum gausape tunc primùm incœpit. Clauos namq; aureos talibus tunicis insertos uel consutos fuisse ornamẽti causa, quos Romani rebus adflictis non minus atq; annulos posuerunt, colligitur ex his uerbis T. Liuij libro nono Decadis primæ, cum luctum Romę post cladem describit: Extemploq; sine ulla publica autoritate, cõcessus in omnem fortunam luctus est. tabernæ circa forum clausæ, iustitiumq; in foro sua sponte cœptum prius quàm indictum. Lati claui, annuli aurei positi: mœstior exercitu ipsa
B ciuitas esse. Huc facit, quòd latus quondam clauus proprius senatorij ordinis fuerit, ut hoc carmine etiam Ouidius quarto Tristium testari uidetur:

Latus clauus quod genus uestium fuerit.

Latus clauus proprius senatoribus.

Cœpimus & teneræ primos ætatis honores,
Deq; uiris quondam pars tribus una fui.
Curia restabat, claui mensura coacta est,
Maius erat nostris uiribus illud onus.

Hinc prouerbio Laticlauios senatores Tranquillus eleganter nominat, ut in historia Augusti: Ac ne quis expers castrorum, binos plerunq; laticlauios præposuit singulis alis. Et in Nerone: A' quodam laticlauio, cuius uxorem attrectauerat, propè ad necem cæsum. Sic Lampridius in Alexandri Cæsaris uita: Pręfectis prætorio suis senatoriam addidit dignitatẽ, ut uiri clarissimi & essent & dicerentur. Quod antea uel rarò fuerat, uel omnino non fuerat. Si quis Imperatorum successorem præfecto prætorio dare uellet, laticlauiam eidem per libertum submitteret. hæc ille. Quæ cum ita sint, & presbyteris urbis Romæ cardinarijs Constantinum imperatorem constet, eum qui lauacro sacro primus ablutus est, senatorum Romanorum ornamenta concessisse: fortasse dubium nullum erit, Cardinalitias minores tunicas, quas sub pallijs diffluentibus clauatas in lateribus gerunt, ueteris lati claui utcumque uestigium esse. Accedit ad hanc coniecturam, quòd Principes ac Duces in uetustioribus picturis similiter tunicis in lateribus manicisq; clauatis repræsentantur. Quos non est dubium, Francos, qui Romanis in prouincijs successerunt, loco præsidum & substituisse & habuisse. Siquidem ut in Vrbe hoc genus uestimenti senatorio ordini proprium erat, ita foris in prouincijs præsidibus erat ab Augustis concessum atque attributum.

Latus clauus præsidibus proprius.

Hinc

Hinc est illud Lampridij in Commodo: Paternum aut & huius cædis auctorem, & quantum uidebatur, patratæ cædis Commodi conscium & interuentorem, ne coniuratio latius puniretur, instigante Tigidio, per lati claui honorem à præfecturarum administratione submouit. Spartianus in Septimio Seuero: Decimo anno publicè declamauit, postea studiorum causa Romam uenit. latum clauum à diuo Marco petijt & obtinuit, fauente sibi Septimio Seuero affine suo, bis iam consulari. Idem, cum soror sua Leptitana ad eum uenisset, uix Latinè loquens, ac de illa multum Imperator erubesceret, dato filio eius lato clauo, atque ipsi multis muneribus, redire mulierem in patriam præcepit. Huc pertinet quod Capitolinus in Maximini historia refert: Occiso Heliogabalo (inquit) ubi Maximinus comperit, Alexandrum principem nominatum, Romam cōtendit, quem Alexander miro cum gaudio, mira cū gratulatione suscepit, ut in senatu uerba talia faceret: Maximinus, patres conscripti, tribunus, cui ego latum clauum addidi, ad me confugit. Quæ loca tametsi de præsidibus ueris non intelliguntur, accipienda sunt tamen de ijs qui ornamentis præsidialibus erant decorati, & præfectorij à Romanis, quasi diceres Titulares præsides uocantur: quales hodie sunt apud Turcas Zanzukhij. Et hactenus de lato clauo, cum his quas diximus tunicis comparato. Quod tamen in republica Romana uestimentum, non solùm in lateribus clauos, uerumetiam in pectore, qua parte induebatur, siue potius inijciebatur, iuxta scissuram, & alibi, clauos siue aureos siue coccineos habuit. Et non modò isthic, imò interdum tota uestis clauis uariegata atque distincta erat. hinc & Verrucatam appellari hanc uestem inuenio. Et hoc quod diximus, confirmant hi uersus poetarum. Horatij libro primo Sermonum: A

—Et latum demisit pectore clauum.

Sic Martialis in Epigrammatibus: B

Et lato uariata mappa clauo.

Medicorum tunicæ referunt latum clauum. Equidem medicorum tunicæ quondam non solùm in lateribus, uerum pectore etiam, clauatæ in antiquis picturis repræsentantur, ex Scarlaco, aut serico rubro Atlasino confectæ. ut equidem non ambigam, ueteris nos lati claui imaginem, in his quas recensuimus uestibus contueri. Qui quanto usu Romanis fuerit ante adhuc Imperium constitutum, coarguunt hæc Liuij uerba libro septimo Decadis tertiæ, in historia secundi Punici belli, & uictoriæ Africanianæ: Scipio cum adseruari Numidam iussisset, quæ pro tribunali agenda erant peragit. inde cum se in prætorium recepisset, uocatum eum interrogat, uellet'ne ad Masinissam reuerti. quum effusis gaudio lachrymis, cupere uerò diceret: tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hispano sagulo & aurea fibula, equumque ornatum donat. Et iterum libro decimo sequenti: Munera quæ legati ferrent, regi decreuerunt, sagula purpurea duo, cum fibulis aureis singulis, & lato clauo. Ex quibus apparet uerbis, regium hoc quoque genus uestimenti fuisse, & regalibus pueris proprium. Nunc quod inclinante etiamdum Imperio hæc uestis manserit, Sidonius Apollinaris lib. 1 Epistolarum ostendit, in epistola ad Heronium: Cui si examinis tui quoque puncta tribuantur, æquè gratum mihi, ac si me in comitio uel inter rostra concionantē ad Sophos, nō modò lati claui, sed tribulium quoque fragor cōcitaretur. hæc ille. Sed præstat initia quoque huius uestimenti demonstrare. Plinius lib. 9, latum clauum Tullium Hostilium primum omniū ex regibus gestasse, & ab Hetruscis deuictis sumpsisse scribit. Strabo uerò, latū clauū primos Baleares induisse, autor est. Et de origine plura reperire nequiuimus. Superest, ut etiā discrimina illius explicemus. Prima igitur omniū diuisione, clauata uestimēta diuidebantur ex figura in latum & angustum clauū.

Inclinante Imperio claui usus mansit.

Initia lati claui.

Discrimina lati claui.

Secundò,

A Secundò, quo ad materiam, in aureũ & coccineum. Tertiò, quo ad homines, qui hoc genere uestimenti poterant uti, erant latus clauus sacerdotalis, latus clauus senatorius & præsidialis, de quo modò dictum est, & latus clauus muliebris. de quorum singulis ordine à nobis dicetur.

ANGVSTVM CLAVVM fuisse ad differentiam latioris, uilioris'que existimationis, ostendit Lampridius historicus, in historia Alexandri Cæsaris: Tum satis esse constituit, ut equites Romani à senatoribus claui qualitate discernerentur. Et clarius adhuc Tranquillus in Augusto, capite de Parsimonia: Veste nõ temerè alia quàm domestica usus est, ab uxore & sorore filia neptibus'que confecta. Togis neque restrictis, neque fusis, nec lato nec angusto clauo. Meminit & Velleius Paterculus: Non minus (ait) Agrippa Cæsari charus, sed minus honoratus. Quippe uixit angusti claui penè contentus insignibus. Nec minori consequi potuit, sed non tam concupiuit. Huc pertinet quod Varro scribit lib. 2 de Analogia: Si quis tunicam in usum ita consuit, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia. CLAVVS nõ solùm aureus, uerùm & coccineus Romanis in usu fuit: quemadmodum hodie etiamdum quæ sunt uel in pectore uel lateribus clauatæ uestes, magna ex parte ex nodulis sericis constant, quas tunicas Polonicas uulgò uocamus. Meminit autẽ huiusmodi claui coccinei Lampridius in Alex. Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit. Ita tamẽ, ut pura mantilia mitterentur, sæpius cocco clauata, aurata uerò nunquam. Huc alludit Ouidius quarto de Tristibus, cum propriam uitam describit:

Clauus angustus & latus.

Latus clauus coccineus.

Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta, mihi'que toga est:
Induitur'que humeris cum lato purpura clauo,
B *Et studium uelox quod fuit antè manet.*

Ex quibus liquet, coccineum clauum equestri proprium ordini fuisse. LATVS CLAVVS sacerdotalis, mansit adhuc in ecclesia, cuius nimirũ uestigia sunt tunica Missalis, & Leuitarum tunicæ. Meminit Herodianus lib. 3. Et alludens ad hunc Silius Italicus, 3 Punicorũ sic canit, cum de sacerdotibus Herculis loquitur:


Latus clauus sacerdotalis.

Discinctis mos thura dare, atque è lege parentum
Sacrificam lato uestem distinguere clauo.

LATVS CLAVVS MVLIEBRIS commemoratur à Flauio Vopisco in historia Bonosi, cui Aurelianus Cæsar Hunilam Gotham uirginem captam, matrimonio iunxerat: Nunc tamen (inquit) quoniam placuit Bonoso Hunilam dare, dabis ei iuxta breue infrà scriptum, omnia quæ præcipimus, sumptu etiam publico nuptias celebrari. Breuis numerus fuit. Tunicas palliolatas, hiacynthinas subsericas, tunicam auro clauatam, subsericam libralem unam, interulas dicolores duas, & reliquum, &c. Idem in Floriano: Vxorem gemmis uti non est passus, auro clauatis uestibus idem interdixit. Hæc ille.

Latus clauus muliebris.

CAPVT QVINTVM. DE TRABEA, *& eius discrimine.*



TRABEA, Romana uestis erat togæ instar, nisi quòd purpura circundata fuerat, & subtegmen puniceum habebat, quam aureæ fibulæ connectebant, ad quam alludens Vergilius primo Æneidos, ita canit:

Trabea quid fuerit.

Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Quid autem fibula extiterit, colligi potest ex hoc carmine Sidonij, in Panegyrico dicto Anthemio:

Fibula

Fibula mordaci refugas à pectore uestes,
Dente caput micat.— Et iterum in Maioriano:
Ostricolor pepli textus, quam fibula torto
Mordax dente uorat, tum quidquid manna refundit.

A

Ex quibus locis liquet, trabeam haud multum diuersæ formæ ab his uestibus fuisse, quæ talares cingulo suffarcinantur, uti philosophi passim in Italia incedere solent, & quemadmodum equites ante patrum memoriam equis inuehebantur. Quod genus nostro seculo in Vuappenrokhas illas transijt, & quòd iam sine cingulo aut fibula, neq; suffarcinatur. Erant autē, uti Seruius ex Suetonio argumentatur, quinq; genera trabeæ: Sacra, regia, consularis, senatoria, equestris & auguralis, de quibus ordine à nobis dicetur. TRABEA SACRA sacerdotalis, eadem erat cum augurali, quæ ex purpura & cocco mixta erat, cū baltheo & fibula, qualem habitum ueteres picturæ pontificum Iudæorum referre arbitror. ad quam Ouidius alludit primo Fastorum hoc carmine:

Trabea sacra.

Hoc igitur uidit trabeati cura Quirini.

Trabea regia.

TRABEA REGIA à Latinis ad Romanos peruenit, cui fortasse nō ineptè habitum ueterem ducalem suffultum comparaueris. Meminit Vergil. 7 Aeneidos:

Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat
Succinctus trabea.—

Loquitur de Latino rege. Et iterum libro undecimo, loquens de Oratoribus à Latino missis ad Aeneam:

Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes, auriq; eborisq; talenta,
Et sellam regni, trabeamq;, insignia nostri.

B

Ad huiusmodi trabeas alludit Claudianus, qui secunda Panegyri graues auro trabeas nominat. TRABEA CONSVLARIS, labente duntaxat Imperio, eius magistratus insigne erat, à regali habitu ad magnificentiam consulatus transumptum, simulatq; Augustos ipsos consulatum gerere non pudebat. Cuius quidem nomen ac mentio subinde in authoribus inclinantis Imperij occurrit. fuit autem hæc aurea. Cui tunicas aureas fortasse comparare licebit, illas regum & principū, quibus ingredientes urbes hodie induti conspiciūtur, quas Vuappenrokhas uocant. Meminit Marcellinus lib. decimoquarto: Hoc immaturo interitu, ipse quoque sui pertæsus, excessit è uita ætatis nono atq; uigesimo, cum quadriennio imperasset, natus apud Thuscos in Massa Veternensi, patre Constantio, Constantini fratre imperatoris, matreq; Galla sorore Ruffini & Cærealis, quos trabeę cōsulares nobilitarunt, & præfecturæ prouinciarum. Et iterum lib. 21: Tunc & memoriam Constantini, ut nouatoris turbatorisq; priscarum legum, & moris antiquitùs recepti uexauit, eum apertè incusans, quòd barbaros omnium primus adusq; fasces euexerat, & trabeas consulares. Et ab initio lib. 23: Iulianus uerò iam ter consule adscito in collegio Trabeæ Salustio pręfecto per Gallias. Idem lib. 25: Et cum introisset Ancyram Imperator, paratis ad pompam pro tempore necessitatibus, consulatum inijt, adhibito in societatem trabeæ, Varroniano filio suo admodum paruulo. Et iterum lib. 26 proximo: Dicebatur autem Varronianus pater eius, monitu cuiusdam Iouinij dudum præscisse quod euenit, idq; duobus amicis commisisse fidissimis, illo adiecto, quòd ipsi quoq; defertur trabea consularis. sed impetrato uno, adipisci non potuit aliud. Sic rursus lib. 30: Secuto post hæc anno, Gratiano adscito in trabeæ societatem, Equitio cōsule, Valentiniano, post uastatos aliquot Alemannię pagos, munimentū ædificanti prope Basileam,

Trabea consularis.

quod

A quod appellant accolæ Robur. Huc alludit Ausonius, in Gratiarum actione ad Gratianum Augustum: Supremus ille Imperij & consiliorum tuorum conscius Deus & arbiter & auctor, indulsit ut sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis, ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, ut trabeam non magis auro suo quàm munere splendidam. Talis est & apud Sidonium Apollinarem locus lib. 8 Epistolarum, epistola ad Nemmatium: Cum pater meus, pręfectus prętorio, Gallicanis tribunalibus præsideret: sub eius uidelicet magistratu consul Asterius, anni sui fores, uotiuum trabeatus aperuerat. Et sic rectè accipiuntur loca poetarum, præcipuè Claudiani, qui libro primo in Ruffinum sic scribit:

Ante patrum uultus stricta cecidere securi,
Ibat grandæuus nato moriente superstes,
Post trabeas exul.— Et iterum libro primo in Eutropium:
Ambigui Romana mares rapuere, tremendas
Annibali Pyrrhoq; togas, flabella perosi
Aspirant trabeis.—

Illudit autem hoc carmine Eutropio eunucho, qui ex Gynæcio ad consulatum erat euectus. Idem in tertium consulatum Honorij:

Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres,
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno.

TRABEA SENATORIA, fortasse eadem censenda erit cum consulari. Meminit Sidonius Apollinaris libro primo Epistolarum: Si tamē senatorij seminis homo, qui quotidie trabeatis proauorum imaginibus ingeritur. Huc alludit Claudianus in sextum Honorij Consulatum: *Trabea senatoria.*

Submisere genu, te cum prælarga uocauit
B *Ditandas ad dona tribus, fulgentia tecum*
Collecti trabeatus adit delubra senatus.

TRABEA EQVESTRIS, quæ maiori in usu ante constitutum Imperium, & propria quodammooo equitum ordini fuit. Meminit T. Liuius secundo Macedonici belli: Et cum Corcyræ hybernasset, uere primo in continentem trabeatus ad hostem ducere pergit. Sic Fabius Rutilianus libro sexto refert, in transuectione ad templum Martis (quod erat genus delectus equestris) equites trabeatos, & corona oleaginea coronatos, cum ornamētis quemq; suis transuectum Idibus Quintilibus. Huc spectat quod Cor. Tacitus lib. 3 scribit, loquens de Germanici exequijs: Atq; ubi colonias transgrederētur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, uestem, odores, aliaq; funerum solennia cremabant. Et sic intelligitur illud Statij libro quarto Syluarum, cum agminum trabeatorum mentionem facit, facta ad trabeas equitum allusione. Superest adhuc TRABEA MVLIEBRIS, siue matronalis, cuius solus (quod equidem sciam) Claudianus meminit, cum nuptias Stiliconis & Serenæ describit: *Trabea equestris.* *Trabea muliebris.*

Dixerat, & uelox iam nuncius aduolat urbem,
Extemplo strepuere thori, collesq; canoris
Pulsibus impulsi septena uoce resultant.
Lætatur ueneranda parens, & pollice docto
Iam parat auratas trabeas, currusq; micantes
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres,
Frondes lanigeræ carpentes uellera syluæ,
Et longum tenues tractus perducit in aurum,
Filaq; concreto cogit squallere metallo.

CAPUT VII. DE DALMATICA, ET EIUS *generibus, & palmata tunica.*

Dalmatica uestis qualis.

A



DALMATICAE usum Romanis à Dalmaticis fuisse communicatum, credendum est. Erat autem uestimentum cum manicis oblongũ, quod χειρόδωτον Græci postea à manibus, Romani manuleatam appellauere, cuius imaginem hodie nobis habitus sacerdotalis & clericorum aptè repræsentat. De cuius origine Aulus Gellius septimo noctium Atticarum cap. 12, ita scriptum reliquit: Tunicis uti uirum prolixis ultra brachia, & usq; in primores manus, ac propè in digitos, Romæ atq; omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco uocabulo χειριδώτους appellauerunt, fœminisq; solis uestem longè lateq; diffusam indecore existimauerũt, ad ulnas cruraq; aduersus oculos protegenda. Viri autem Romani primò quidem sine tunicis toga sola amicti fuerũt. Postea substrictas & breues tunicas, citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius, uir omnibus bonis artibus atq; omni uirtute præditus, P. Sulpitio Gallo, homini delicato, inter pleraq; alia quæ obiectabat, id quoq; probro dedit, quòd tunicis uteretur manus totas operientibus. Meminit huius generis uestimenti Lampridius in Heliogabalo: Linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens, qui linteis lotis uterent. Dalmaticatus in publico post cœnam sæpe uisus: Gyregitẽ Fabium & Scipionẽ se appellans, quòd cum ea ueste esset, cum qua Fabius & Cornelius à parentibus ad corrigendos mores, &c. Huc pertinet quod scribit Vopiscus in Aureliano: Sciendum tamen congiaria illum tria dedisse, donasse etiam populo Romano tunicas albas manicatas ex diuersis prouincijs. Sic Trebell. Pollio in historia Claudij Cæsaris: Zanchas de nostris Parthicis paria tria, singiliones Dalmatenses decem, chlamydem Dardanicam mantuelem unam. Et iterum in uita Galieni: Purpuream tunicam, auratamq; uirilem eandem manicatam habuit. Huc alludit Iulius Capitolinus in Pertinace: Auctio sanè rerum Commodi: in his insignior fuit uestis subtegmine serico, aureis filis insignior, per tunicas penulasq; lacernas & chirodatas Dalmatarum, & cirratas militares, purpureasq; chlamydas, Græcanicasq; atq; castrenses, & cuculli bardaici, & toga armaq; gladiatoria, gẽmis auroq; composita, & machæras Herculeanas. Huc facit, quod Herodianus lib. 5 historię Augustæ scribit: Huic igitur deo sacer erat Bassianus, quippe natu maior, & ipse potissimũ sacerdotio fungebatur, incedens barbarico cultu, tunicas indutus manuleatas, & auro intextas, & ad pedes usq; demissas. Idem describens Heliogabali sacra: Exta porrò uictimarũ, atq; aromata, intra lances aureas capitibus imposita gestabant, non quidem famuli aliqui aut humiles personæ, sed præfecti exercitibus, & quicunq; maximas dignitates obtinebant, induti tunicas talares ac manuleatas, unamq; in medio purpuram ferentes. Adludit ad huiusmodi genus uestimenti Tranquillus in Caligula: Sæpe depictas gemmatasq; indutus pænulas, manuleatus & armillatus in publicum processit. Et sic intelliguntur illa poetarum, Vergilij:

Loca authorũ de Dalmatica.

B

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Plauti in Pseudolo: Manuleatam tunicam hominem habere decet. Et iterum in Penulo: Tu, qui zonam non habes, quid in hanc uenisti urbem? (designare scilicet uolens discinctum Aphrum.) Et subdit: Sanè genus hoc mulierosum est, tunicis demissititijs. Cæterùm sub hoc genere & nomine uestimenti erant Macrocheræ, Megalocheræ, manuleatæ tunicæ mulierum, & Dalmaticæ sacerdotum.

Differentiæ Dalmaticæ.

A tum. Macrocherarum uestigium Turci habent, breues manicas uix ad cubitum gestãtes. Megalocherę Hungaris extant, & adhuc hodie Dalmatinis. Muliebres Chirodatæ, ut Gellius etiam meminit, Germanis nobis præcipuè usurpãtur, pręcipuè in ordine nobilium, uulgò Ianikheras tunicas dicimus. Dalmaticas sacras Constantinum Magnum constat, urbis Romæ presbyteris concessisse. De quo genere uestimenti à Romano postea episcopo alijs cõcesso, in priuilegio Fuldensi, à Ludouico primo dato, & Rabano abbati largito, hæc leguntur uerba: Concedimus etiam tibi (inquit) quem bene eruditum & bene eloquentem uirum esse nouimus, dulcissime fili, prædicare uerbum Dei auctoritate S. Petri apostoli & nostra, eius indigni uicarij: & ut tam uos quàm successores uestri, ante omnes abbates totius Galliæ & Germaniæ, primatum sedendi in omni loco conuentuq́; siue in iudiciali sententia, seu in omnibus concilijs ac ordinibus, nostra Apostolica auctoritate obtineatis. Abbas uerò non nisi ab Apostolica sede benedicatur, à qua benedici debet: nec unquam ab aliquo episcopo consecrationem expetet, nisi Romano episcopo: nec consecratus ad aliud ministerium, in Fuldensi introducatur uel præponatur monasterio. Vsum quoque Dalmaticæ, caligarum, & sandaliorum, secundum quod ab antecessoribus nostris concessum est, uobis concedimus. Atq; hactenus de Dalmatica. Sequitur TVNICA PALMATA. Ea ex numero uestimentorum illorum erat, quibus triumphantes utebantur: unde & à palma, hoc est uictoria, nomen accepit. Meminit Liuius libro decimo ab Vrbe: Quos nec sellis curulibus (inquit) toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureáq; honoraueritis. Suetonius in Claudio, cum eius Cæsaris triumphum recenset: Crassus Frugi equo phalerato, & in ueste palmata, quod eum honorem iterauerat. Erat autem hoc genus uestis (si licet nostram egestatem cum Romana magnificentia conferre) non multum diuersum ab hoc genere serici, quod Damascenum hodie uocant. Hinc alij dictam hanc inde existimant, quòd folia & surculi palmarum in ea picta forent. Ad quod alludens Satyricus, sic canit: *Tunica palmata.*

B

In tunica Iouis & picta Serama ferentem
Ex humeris aulea togæ.— Sic Martialis lib. 7 Epigram.
Palmatæq; ducem sed citò redde togæ.

Ex quibus uerbis liquet, togæ pictæ speciem fuisse palmatam, & non uestis diuersitate, sed pictura ac nobilitate differentem. Inuenio autem trium hoc uestimentum generum extitisse, Capitolinam, triumphalem, & consularem. CAPITOLINA PALMATA commemoratur à Flauio Vopisco in historia Probi, cum epistolam Taciti Augusti ad Probum inserit: Nos tibi decreto totius orientis ducatu, salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminauimus, consulatum in annum proximum nobiscum decreuimus. Te enim manet pro uirtutibus tuis Capitolina palmata. Huc pertinet illud Capitolini in Gordiano: Palmatam tunicam, & togam pictam, primus Romanorũ priuatus suam propriam habuit, cum antea hanc Imperatores de Capitolio acciperent, uel de palatio. Ex quibus liquet, hoc genus uestis publicum extitisse, & in Capitolio adseruatum pro usu triumphi. PALMATA TRIVMPHALIS, cuius, ut antè dictũ est, meminit Suetonius, & Ausonius in Panegyrico: Palmata uestis ut in pace consulis est, sic in uictoria triumphantis. Huc alludit Sidonius in Panegyrico: *Discrimina palmatæ.* *Capitolina palmata.* *Palmata triumphalis.*

Post palmam palmata uenit.—

PALMATA CONSVLARIS, meminit Sidonius Apollinaris libro primo Epistolarum, describens nuptias Ricineris: Iam quidem uirgo tradita est, iam coro- *Palmata consularis.*

næ ſponſis, iam palmata conſularis, iam cyclade pronuba, iam toga ſenator honoratur. Hanc cognomine Obollam appellat Prudentius primo in Symmachum: A

Quin & Olibriaci generisq; & nominis hæres
Adiectus faſtis, palmata inſignis obolla.

CAPUT VIII. DE PURPURA, ET ILlius generibus ac diſcrimine.

Purpuræ genera & diſcrimina.



PURPURA, tametſi & conchę genus, & color, ſiue ſuccus unde color conficiebatur, hoc nomine celebrentur (de quibus caput tertium apud Dioſcoridem libri primi extat) tamen & ueſtimenti genus ſimpliciter hoc uocabulo purpura Romanis commemorabatur. Ac nihil hic dico de differentia purpuræ, buccinæ, cocci, muricis, ſiue ut hodie nos uocamus, uolutæ, cornetorum, ſtrophilidarum, bios & charmes: & utrum ex ſanguine faucium, uel teſtarū cum carne confractione, ſiue ſanie expurgata, aut cum aliam conchā deniq; tamdiu mordicus teneat quoad ſuffocata hiſceret: purpuram ſanè à colore uocatum ueſtis genus fuiſſe, ſiue potius diſcrimen per omnes fermè formas, ſiue ſpecies ueſtium propagatum, hoc capite demonſtraturus ſum. ita uidelicet, quòd purpura ſua inter togas fuerit, purpura item prætexta, purpura in lato clauo, purpura chlamys, & purpura paludamentum. Sic Cicero, de purpura pallio in Verrem loquitur: Iſte cum pallio (inquit) purpureo, tunicaq; talari uerſabatur in conuiuijs. Sic adludens ad togam purpuream Epigrammatarius canit:

Purpura per omnes ueſtes.

Diuiſit noſtras purpura ueſtra togas.

Adludit ad prætextam purpuream & Liuius libro quarto Decadis quartæ, in oratione L. Valerij: Purpura (ait) uiri utemur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotijs, liberi noſtri prætextis purpura togis utentur. Meminit præterea purpureæ chlamydis Cicero quarto ad Herennium. Porrò purpuram Victruuius tradit libro ſeptimo, ad ſolis propinquitatem ſplendorem habere. Hinc ardentis purpuræ Iuuenalis Satyra undecima, & igneæ Valerius libro primo Argonauticæ, nomen in literas miſerunt. Quæ omnia dilucidè demonſtrant: non ſolùm pannos, qui Scarlaci rubei dicuntur, & uiolacei, purpurarum ueterum imagines ſiue reliquias eſſe, uerumetiam ſerici illa genera quæ Charmeſina dicuntur, à charmes ſcilicet, grano tinctorio. quod quidem duplex reperitur, rubeum & uiolaceum, utrumq; igneo colore exardeſcens, & ad ſolem quod ſplendorem accipit. ut dubium haud ſit, Charmeſinum ſericum noſtrum purpuræ ueteris ſpeciem, aut ſaltem imaginem eſſe. Hinc baptoſerica, & blattæ, ſiue ſericoblattæ, aut etiam oxybaptæ, ueteribus etiam Romanis notæ dictiones fuere, à βάπτειν, hoc eſt, immergendo & tingendo, nominatæ. De quibus non ſolùm Lampridius in Heliogabalo, & Caſſiodorus in Epiſtolis, uerumetiam Impp. Arcad. & Honor. mentionem faciunt, in l. notas. Cod. de murilegulis & Gynæciarijs, lib. undecimo. Meminit & oxybaptæ Suidas, ὀξύβαφον ἐμπορ ἀπὸ φοινίκων. Atq; hæc quidem de purpura in genere dicta ſufficiant. Ad quod pertinere uidetur, quod in titulo de ueſtibus Oloberis & auratis, & de tinctione ſacri muricis lib. undecimo Cod. traditur, ut appareat quanto uſu honoreq; eam Romani Imp. & Auguſti habuerint. B

Venio iam ad diſcrimina illius purpuræ, quæ alia ex colore, alia ex prouincijs unde petebantur, alia deniq; ex munere & magiſtratibus, quibus hoc genere ueſtis uti licebat, diſtinguebatur huic de qua agimus reipublicæ: ac de colorum diſcrimine primò dicemus. In quo erant coccinea, amethyſtina, clariſſima, uiolacea, obſcura,

A obscura, cærulea, & picta. de quibus singulis testimonia autorum inferemus.

COCCINEA (quam igneam Iuuenalis Satyra secunda, & Valerius in Argonautis ardentem appellat) in Tyro præparabatur, alio nomine iccirco à prouincia Tyrianthia, uulgò recht scheynet/rott Charmesin/Atlaß/oder Scharlach. Ad quod alludit Iulius Capitolinus in Clodio Albino: Sanè ut tibi insigne aliquid Imperialis maiestatis accedat, habebis utendi coccinei pallij facultatem, me præsente. Et ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro. Hæc propterea coccinea à cocco appellabatur, hoc est grano tinctorio, quòd non solùm ex sanie purpuræ conchilij fieret, uerumetiam ex succo grani cuiusdam, ex quo & hodie conficitur quod Chermes dicitur: & purpura illa Chermesinum sericum, quod olim proculdubio coccinea purpura fuit. Et de hoc intelligendus est uersus libro nono Æneidos metaphoricus: *Coccinea purpura.*

Purpuream uomit ille animam, & cum sanguine mixta
Vina refert moriens.—

AMETHYSTINA, à colore huius lapidis, qui uiolaceus splendens est. De quo Plinius libro nono sic scribit: Non est satis abstulisse gemmæ nomen Amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, ut sit ex utroque nomen improbum Tyriamethystus. Idem capite ultimo: Amethystos gemmas esse dicunt perlucentes uiolaceo colore. Causam autem nominis Amethysti adferunt, quod usque ad uini colorem accedens, priusquam eum degustet, in uiolam desinit: fulgor quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, sed in colorem uini deficiens. Est enim à priuatiua particula α, & μέθη, id est, ebrietate nominata. tanquam Amethystinus color sit sobrius, & colore uini minimè inebriatus. Ad huiusmodi purpuram alludit Suetonius in Nerone: Et cum interdixisset usum Amethystini ac Tyrij coloris, sumpsissetque qui nundinarum die pauculas uncias uenderet. Adludit ad eandem & Epigrammatarius poeta in Apophoretis, de lanis Amethystinis hoc carmen subijciens: *Amethystina purpura.*

B

Ebria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ,
Non uideo, quare sobria lana uocer.

Huc arbitror pertinere, quod Plinius libro nono scribit: Cornelius Nepos uiolacea purpura uigebat, cuius libra denarijs centum ueniebat: id est, decem coronatis. Porrò extat & hodie huius quædam imago in uiolaceis holosericis, quæ grano Sarmatico quodam tinguntur, & à uino, ut olim Amethystino, non maculantur. uulgò, gût praun Charmesyn. CAERULEA, ex leuissima & deterrima Aphricana fiebat. Extat & hodie eius imago in holosericis uiolaceis deterioribus, quæ ad cæruleum colorem accedunt, & uino inficiuntur: praun Atlaß/die weyn nicht behalten. Et ab hoc genere purpuræ, purpureum mare metaphoricè uocat Vergilius quarto Georgicorum: *Cærulea purpura.*

In mare purpureum uiolentior influit amnis.

Huc pertinet & carmen Furij Antiatis poetæ uetustissimi, quod Gellius citat libro decimooctauo, capite undecimo:

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit,
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ,
Increscunt animi, uirescit uulnere uirtus.
Sicut fulica lenis uolitat super æquora classis,
Spiritus Eurorum uirides cum purpurat undas.

CLARISSIMA electior ac splendidior erat in coccineo aut Amethystino ge- *Clarißima purpura.*

 nere,

nere, quæ ad solis radios ignem repræsentabat. Meminit Lampridius in uita Alexandri Cæsaris: Purpuræ clarissimæ non ad usum suum, sed ad matronarum, si quæ aut possent, aut uellent, certè ad uendendum grauissimus exactor fuit: ita ut Alexãdrina purpura hodieq; dicatur, quæ uulgò Probiana dicitur, idcirco quòd Aurelius Probus baphijs præpositus, id genus muricis reperisset. OBSCVRA, ex uiolaceo fusci coloris, uulgò dunckelpraun, uilissima quondam censebatur. De cuius confectione Plinius libro nono sic scribit: Purpura (inquit) piscis ex concharum genere annos septenos uiuens cõgregatur uerno tempore, mutuoq; attritu lentorem quendam ueluti ceræ emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas uestes in medijs faucibus habet, reliquo corpore ferè sterilis, cum uita succum emittit. Et ideo uiuas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ splendore sublucet, cæterorum omnium gratissimus, tingendis uestibus maximè expertus. PICTA, quæ & regia, aureis flosculis erat exornata, ut adhuc talia Charmesina reperiuntur, in Turcia præcipuè. Meminit Cicero de Diuinatione, sic scribens de ea: Cæsar cum purpura ueste processit. Et Plinius libro undecimo: Cæsari dictatori, quo die primùm ueste purpurea processit, atq; in sella aurea sedit, sacrificantibus in extis defuit cor. Alludit ad hanc purpuram Liuius libro quarto Decadis tertiæ, de Hieronymo Siciliæ rege locutus: Nam qui per tot annos Hieronem, filiumq; eius Gelonem, nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differentem à cæteris ciuibus uidissent, conspexere purpuram ac diadema & satellites armatos, quadrigisq; etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem. Et libro septimo eiusdem: Philippus ludorum quoq;, qui reliqui erant, celebritatem, quantæcunq; de Romanis tamen uictoriæ parta fama auxerat, lætitiaq; ingenti celebrati festi dies, eò magis etiam, quòd populariter dempto capitis insigni purpura atq; alio regio habitu æquauerat cęteris se in speciem. Huc spectat quod Iulius Capitolinus in uita Clodij Albini scribit: Sanè ut tibi insigne aliquod Imperatoriæ Maiestatis accedat, habebis utendi coccinei pallij facultatem, me præsente, & ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro. Sic Herodianus libro primo, de Commodo locutus: Simul purpureas sibi auro intextas uestes circumdaret, nõ sine omnium irrisione. Quippe eodem schemate & fœminarum luxum & heroum uirtutem repræsentabat. Huc alludit Vergilius septimo Æneidos, cum Latini regis habitum depingit:

Purpura obscura. *Purpura picta.*

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloq; immobilis hæret,
Intentos uoluens oculos, nec purpura regem
Picta mouet, nec sceptra mouent Priameia tantum. Et iterum libro nono:
Orbis picta croco & fulgenti murice uestis.

Purpura præsidialis. PRAESIDIALIS purpura magistratuum erat, & prouinciæ præfectorum: qua fortasse Pilatum induisse CHRISTVM saluatorem nostrum, credendum est. Cuius meminit Spartianus in historia Septimij Seueri: Habuit etiam aliud omẽ Imperij, cum rogatus ad cœnam Imperatoriam palliatus uenisset, qui togatus uenire debebat, togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit. Et sic intelligendus est locus Plinij, qui est libro decimo, ubi de gallis gallinaceis agit: Vt planè dignæ aliti honoris tantum præbeat Romana purpura. Huc alludit Martialis illo uersu:

Purpura te fœlix, te colit omnis honos. Et Sidonius Apollinaris:
Huic socer Antemius præfectus, consul & idem,
Iudicijs populos atq; annum nomine rexit,

Purpureos

A *Purpureos fortuna uiros cum murice semper,*
Prosequitur solum: hic tantum mutatur in illis,
Ut regnet qui consul erat. —

PVRPVRA PATRICIA, cuius meminit Eusebius lib. 1 de uita Constantini: Nam insignis purpura patricia Constantinus ibat paterna domo, patrẽ quasi reuixisse cunctis in se monstraturus. MILITARIS PVRPVRA, ob uirtutem dono data. Meminit Cæsar quinto Ciuilis belli: Cæsar tum quidem honores minimè proponere uelle ait, cum plures tribuisset legionibus coronas, alias turmarũ ducibus, tribunisqꝫ purpuream uestem. Et ab huiusmodi arbitror purpura satrapæ quondam, & qui in comitatu principis aut regis erant, dicti sunt purpurati, qui alia item uoce ab alio uestimenti genere nominabantur Prætextati. Liuius libro decimo tertiæ Decadis: Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis cum quatuor millibus Macedonum, & pecunia nuper missum in Aphricam esse. *Purpura patricia.* *Purpura militaris.*

PVRPVRA VVLGARIS, ex leuissima, puta cærulea & fusca, aut obscura erat, ad quam alludit Cicero in Catilinam: Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Idem in Verrem: Ipse dabat purpuram amici opera. Et pro Sestio: Vestitus asper noster hac purpura plebeia, & penè fusca. OBOLLA purpura, cõmemoratur à Suetonio in Caligula: Conuertisse hominum oculos fulgore purpureæ obollæ animaduertit. Et sic intelligitur illud Martialis carmen: *Purpura uulgaris.*

Nescio cui dederit Tyriam Crispinus obollam,
Cærea quem mundi tegit uxor obolla grabati.

CAPUT IX. DE SAGO MILITARI, *& eius discrimine.*

B 

HAEC de quibus superioribus capitibus locuti fuimus, in pace Romanis, non modò in urbe, uerùm adeò etiam in prouincijs passim uestimenta fuerunt. Quibus & ordines ipsi prouincialium, ciuiumqꝫ atqꝫ magistratuum deniqꝫ conditiones distinguebantur. Sic namqꝫ præfecti prætorio præter togã & prętextam, latum clauum ac purpuram ferendi facultatem habebãt. Ab his procuratores, quæstores, tribuni, duces, ædiles, triumuiri, duumuiri, decuriones ac comites, prętextam togam, lacernam, chlamydem & penulam gestare poterãt. Quia uerò limites belli magis causa quàm pacis, respublica illa promouit, & ex castris paulatim statiuis hybernis & æstiuis, municipia in prouincijs surrexere, factum est ut castrensia uestimenta, & quidem urgente bello, ab his præcipuè qui huic nomina dederant, usurparentur. Quorum inter communiora principem locum sagum habebat, utpote quod omnibus sine discrimine militibus commune fuerat, de quo dicendum nobis porrò est. SAGVM igitur genus erat uestimenti militaris, perbreuis & succincti, non fluentis, sed artus undiqꝫ exprimentis, quod plerunqꝫ supra arma injciebatur: Germanis scissa, ut armorũ splendor elucescat. Græci Ephestidem uocabant. Retinent ueterẽ morem & nomẽ Hungari, qui adhuc hodie à sago sacconẽ appellant. Meminit huius generis uestimẽti Suetonius in Vitellio: Vrbem quoqꝫ ad classicũ introijt paludatus, ferroqꝫ cinctus, inter signa atqꝫ uexilla sagulatis comitibus, ac delectis commilitonum armis. Cæterùm tametsi præsides aliquando consulares, prætorij, alijqꝫ ex patriciorũ ordine sagis in castris utebantur: fuit tamen is peculiaris uestitus equitum inferioris ordinis, & omnibus in peditatu constitutis, adeò ut rarò admodũ à superioribus ordinibus adhiberetur. Id quod ex octaua Philip. Ciceronis elicitur, ubi hæc uerba leguntur: Equidem patres conscripti, quanquam hoc honore usi togati esse solent, *Sagum quid fuerit.*

cum est in sagis ciuitas:statui tamen à uobis cæterisq; ciuibus, in tanta atrocitate temporis,tantaq; perturbatione reipublicæ non differre uestitu. Non ita nos gerA amus hoc bello consulares, ut æquo animo populus Romanus nō uisurus sit nostri honoris insignia. Idem 14 Philip. Ad saga ire, & redire ad togas. Et iterum: Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, & paludati consules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam uocabantur. Quòd uerò uulgaris omnibus & communis in castris fuerit uestitus, facilè ex probatis autoribus adstrui potest, quorum præcipui nominis Cicero in oratione in Pisonem: Togulæ (inquit) lictoribus ad portam præstò sunt. Quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, & cateruam Imperatori suo nouã præbuerunt. T. Liuius primo tertiæ Decadis, de Hannibale loquens, & eius humilitatem exaggerans: Multi sæpe militari sagulo (inquit) opertum humi iacentem, inter custodias stationesq; militum conspexerũt. Huc facit quod Cæsar quinto Gallici belli scribit: Gladijs cespites circumcidere, manibus sagulisq; terram exhaurire cogebantur. Idem libro primo Ciuilis belli: Quos deprehendit, interfecit. Reliqui coeunt inter se, & repentino periculo exterriti sinistras sagis inuoluunt, gladiosq; distringunt, atq; ita se à cetratis equitibusq; defendunt. Adludit ad huiuscemodi genus uestimenti & Suetonius in Cæsare his uerbis: Conuiuatum assiduè duobus triclinijs, uno quo sagati palliati'ue, altero quo togati esse illustrioribus prouinciarum discumberent. Idem in historia Augusti cap. 26: Cornelius Centurio princeps legationis reiecto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitasset in curia dicere: Hic faciet, si uos non feceritis. Sic Ammianus lib. 17: Apud Amidum munimentũ infirmum, dispersis per pabulum equis recubantes nostros securius inuenissem, porrecto extensius brachio, & summitatibus sagi contortis elatius, adesse hostes signo solito demonstrabat. Et sic intelliguntur loca poetarum. Silij Italici libro decimoseptimo: B

Sagi usus apud Romanos.

—Atq; humeris imponit honorem
Fulgentis saguli.— Martialis libro sexto:
Vis te purpureum Marce sagatus amem.
Deinde, cras sagati prodeamus.

Cæterùm quemadmodum pluuiæ tempore Romani penula utebantur, ita ad frigoris iniuriam propulsandam saga in castris induebant. Id quod ex his uerbis Ciceronis libro septimo, epistola ad Trebatium aduertitur: Vnde metuo ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento utendum censeo. Idem Mutio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares. Quanquam nunc isthic satis calere audio. Atq; hæc de sago in genere: quod maioribus nostris magis q̃ nobis, in castris fuit in usu. Retinent hodie Hungari & Turcæ, cum manicis decurtatis: Germani loco illius Francorum tunicellas coriaceas usurpant. Sed uenio ad genera ipsius. SAGVM TRABEATVM erat in usu apud Gallos. Meminit Trebellius Pollio in Galieno: Perdita Gallia arrisisse ac dixisse fertur, Nõ sine trabeatis sagis tuta respublica est. Sic deniq; de omnibus partibus mundi, cum eas amitteret, quasi detrimẽtis uilium ministeriorum uideretur affici, iocabatur.

Sagum trabeatum.

SAGVM VIRGATVM, & ipsum Gallis in usu quondam est, quod adhuc Heluetijs manet, uulgò zerteilt oder verschniert leibreck/wappenreck. Commemoratur à Polybio libro secundo, cum de Gallorum in Italiam incursione scribit: His accedebat splendor & pulchritudo ornamentorum. quippe tota acies torquibus aureis, & uirgatis sagulis splendebat. Quæ aspicientes Romani, obstupebant, partim spe prædæ uehementius incendebantur. Huc pertinet quod de Attrebaticis uestibus scribit Vopiscus: Attrebaticis petiti birri.

Sagum uirgatum.

SAGVM

A SAGVM AVREVM & ipsum in usu Gallorum erat. De quo Polybius libro secundo sic scribit: Boij quidem ac Insubres auratis fulgebant sagulis. Et iterum: His accedebat splendor & pulchritudo ornamentorum, quippe tota acies sagulis fulgebat. Huc alludit Vergilius octauo Aeneidos, cum Camilli historiam recenset, qui Gallos Roma pepulerat: *Sagum aureum.*

Galli per dumos aderant, arcemq́ tenebant,
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea Cæsaries illis, atq́ aurea uestis,
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quisq́ alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.

SAGVM PVRPVREVM, regum indumentum erat, cuius meminit Cæsar libro quinto Ciuilis belli, cum de Iuba rege tractat. Atq́ etiam superbius Iubæ factum, non in M. Auinium hominem nouum paruumq́ senatorem, sed in Scipionem hominem illa familia, dignitate, honoribusq́ præstantem. Nam cum Scipio sagulo purpureo ante regis aduentum uti solitus esset, dicitur Iuba cum eo egisse, non oportere illum eodem uti uestitu, atq́ ipse uteretur. De illo genere sagi intelligendus est & locus Liuij libro decimo tertiæ Decadis, de Massanissa rege Numidiæ loquentis: Munera quæ legati ferrent, regi decreuerunt, sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis. Huc pertinet quod scribit Trebellius Pollio in Zenobia, quæ in Oriente contra Galienum imperium inuaserat: Sumpserat Imperium post Odenatum maritum, Imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornato, diademate etiam accepto. Illuc fortasse adlusisse credendus est *Purpureum.*
B Ammianus libro decimoquarto, ubi colorati sagi mentionem facit: Apud has gentes (ait) quarum exordiens initia ab Assyrijs ad Nili cataractas porrigitur, & confinia Blemyarum, omnes pari sorte sunt bellatores, seminudi, coloratis sagulis, pubetenus amicti, equorum adiumento pernicium, camelorumq́.


SAGVM RVBEVM, uel russum, recensetur à Flauio Vopisco in Probo, inter dona à Valeriano Augusto, Probo missa: Huic igitur dari iubebis, quoniam mediocris fortunæ est, ut eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas russulas duas, pallia Gallica duo fibulata. Et iterum in Claudio: Tunicas russas militares annuas, sagochlamydes annuas duas. Idem in historia Aureliani, inter ornamenta à Valeriano Aureliano data, tunicarum russarum ducalium meminit. *Rubeum.*

SAGVM FIBVLATORIVM citatur à Trebellio Pollione in uita Regilliani tyranni: Memor cuiusdam hominis cautius uelim uincas arcus Sarmaticos: id est, duo saga ad me uelim mittas, sed fibulatoria, cum ipse miserim de nostris. De fibula quid fuerit, abundè in trabea dictum est. *Fibulatum.*

SAGVM CANDIDVM, stragulare gregariorum militum erat, ex panno factum subcandido, rudi, uulgò Loden. in quo Hannibalem iacuisse, Liuius primo tertiæ Decadis scribit. Meminit Plinius libro decimosexto, de Visco loquens: Sacerdos candida cultus ueste, arborem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago. Et de illo intelligendus est locus Tranquilli in Othone: Ferebatur & uagari noctibus solitus, & inualidum quemq́ obuiorum uel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Eum morem adhuc obtinent castra quædam & arces: uulgò appellamus, auff der hand schupffen. *Candidum.*

Porrò huiusce generis sagi manet Bohemis ac Germanis uestigium utcumque, in coriaceis illis & gausapinis tunicellis.

CAPUT X. DE CHLAMYDE, ET eius generibus.



Chlamys.

TAMETSI hoc loco de castrensibus præcipuè uestimentis agamus, tamē chlamys, de qua nunc nobis sermo est, tam pace quàm bello usurpabatur. Fuisse autem breuem & succinctam uestem, ex his uerbis Macrobij colligitur: Veteres (inquit) omnem habitabilem terram, extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Quæ uerba coarguunt, chlamydem haud multo diuersam fuisse ab his tunicis, quas uulgò sub tunicis gerimus, usque ad genua demissas, & multis plicis inuolutas, gentilicia Germanis lingua Vuappenrokas appellatas. Cuius quidem uestimenti pars inferior, sub pectore, si extendatur, plicis solutis, Geographicam terræ in plano proiectæ figuram repræsentat: sphæram uidelicet imperfectam, & in latum extentam. Subscribit coniecturæ nostræ Artemidorus libro secundo de Insomnijs: Chlamys, quam aliqui Mandyan, alij Ephestriden, alij Berion uocant, tribulationes & angustias, & litigantibus damnationē significat, propterea quòd corpus circumplectatur. Equidem in pace chlamydem passim fuisse usurpatam, ostendit Vlpianus iureconsultus, qui ff. de auro & argēto legatis, chlamydem inter puerilia uestimenta recenset. Contrà Iulius Pollux, inter militares uestes enumerat. Cui subscribere uidetur M. Tullius Cicero, pro C. Rabirio in oratione Posthumij: Lucij uerò Scipionis (inquit) qui bellum in Asia gessit, Antiochumq́ꝫ deuicit, nō solùm cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam uidetis. tanquam si diceret, cum militiæ & pacis uestimentis, quòd uidelicet utroqꝫ in genere excelluerit. Hinc Plautus, ad ornatū militis refert opus esse chlamyde, machera & petaso. Pertinet huc etiam carmen Vergilij octauo Æneidos: A

Vtrum militaris an ciuilis genus uestimenti chlamys fuerit.

—Ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis. B

Paludamentum.

Itaqꝫ non absurdè Nonius Marcellus, chlamydem idem esse cum paludamēto commemorat. Erat autem paludamentum genus uestis breuis ac militaris, qualem hodie etiamdum Germani supra arma induere solemus, & qui sunt equestri de ordine conscindunt. Hinc est illud quod ueteri erat in more positum, quoniā chlamydes cum cingulis in conuiuijs ponebantur. Ad quam consuetudinem alludens Sidonius Apollinaris lib. 1 Epistolarū, ad Montium ita scribit, cum Maiorani Augusti conuiuium enarraret: Vix post hæc alia pauca (ait) surreximus, paulum ab inspectu Imperatoris processeramus, atqꝫ etiā chlamydibus induebamur. Atqꝫ hactenus de chlamydis figura: nunc genera, seu discrimina dicere mauis, recensebimus: quæ partim penes prouincias, ubi laudatissimæ conficiebantur, partim penes colorem atqꝫ artificium uariabant. In locis itaqꝫ natalibus, præ cæteris celebrabantur, Spartana, Sydonia, & Phrygia, chlamydes. Spartanæ quidem Iuuenalis octaua Satyra mentionem facit. ad Sidoniam uerò Vergilius hoc carmine alludit:

Chlamydes in conuiuijs apud ueteres ponebantur.

Discrimina chlamydis.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Et de Phrygia idem 3 Æneidos:
Et Phrygiam Ascanio chlamydem.—

Sed placet ea, de quibus præfati fuimus, discrimina chlamydis penes colores enucleare. CHLAMYS PICTA, ut arbitror, flosculis, quemadmodum hodie ex serico picto, quod Damascenum uocant, Vuappenrokæ communiter fiunt. Meminit illius Vergilius nono Aeneidos:

Chlamys picta.

Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

CHLAMYS

A CHLAMYS PVRPVREA, siue coccinea, ueluti & hodie ex Scarlaco aut Carmasino huiusmodi ditioribus, aut aliquo loco existentibus conficiuntur. Ad quã alludit Cicero ad Herennium libro quarto: Citharœdus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus uarijs intertexta. Meminit & Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Vsus est ipse chlamyde coccinea sæpe, in urbe tamẽ semper toga. Vopiscus in Aureliano: Inter hos fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica Galbiana, braccis Gallicis ornatus, adiuncto sibi filio quem Imperatorem in Gallijs nuncupauerat. Et iterum: Capta autem ciuitas est miro modo. Nam cum Heraclamon locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem, qua posset Aurelianus cultus ascendere, ille conscendit: atque elata purpurea chlamyde, intus ciuibus, foris militibus se ostendit. Huc pertinent quæ Lampridius scribit in Diadumeno: Hic ubi primũ indumenta coccea & purpurea, cæteraq; castrensia imperij insignia accepit. Et sic accipiendum est illud Trebellij in Galieno: Gemmata uasa fecit, eademq; aurea, crinibus suis auri scobem inspersit. Radiatus sæpe processit cum chlamyde purpurea, gemmatisq; fibulis. AVREA, siue crocea. Meminit Tacitus libro duodecimo historiæ Augustæ, de Claudio Nerone Druso locutus: Ipse insigni paludamento, neque procul Agrippina, chlamyde aurata præsedere. Sic Ælius Spartianus in Hadriano: Cum à Pharasmane ipse ingentia dona accepisset, atq; inter hæc auratas quoq; chlamydes trecentas: noxios cum auratis chlamydibus in harenam misit, ad eius munera deridenda. Huc alludit Vergilius octauo Aeneidos: Chlamys purpurea. Aurea.

Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas
Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam.

B Et iterum undecimo Æneidos:

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati
Casside, tum croceam chlamydemq; sinusq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.

Tale est & illud Papinianum carmen:

Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.

Est aũt diffibulare, fibulam resoluere, quod erat ornamentum cinguli ad subligandam uestem, quo adhuc mulieres utuntur, & præcipuè in Gallia & Belgica. Nam & quondam mulieres in castris chlamyde, tametsi paulo submissiore & fibulata usæ fuerunt. CHLAMYS PVRA, quę peculiari uoce Peraganda nominabatur, & ex mundissimo lino fieri solebat. cuius erant discrimina, Monolores, Dilores, Trilores, & Pentalores. Meminit Flauius Vopiscus in Aureliano: Cum darentur tunicæ subsericæ lineæ peragandæ, Idem: Peragandas uestes ipse primus militibus dedit, cum antea non nisi rectas purpureas accepissent. Et rursus in historia Probi: Huic dari iubebis interulas peragandas duas. Fit huius generis chlamydis etiam Vlpiano mentio apud Iureconsultos §. de auro & argento legatis. Ex quibus apparet, puram chlamydem siue peragandem, lineam extitisse uestem, & in militia potissimũ usurpatã: ueluti nostro adhuc seculo, milites supra arma, & præcipuè equites, talibus chlamydibus induuntur, von Schattern oder le[illegible] wat zerhackte rekhel über den harnasch angelegt. Et hactenus quidem de discrimine chlamydis, penes colores. nunc reliqua genera enucleabimus. CHLAMYS IMPERATORIA, qua Imperatores uidelicet in procinctu & castris utebantur, eoq; habitu in numismatibus ueteribus expressi cernuntur. Commemoratur ab Herodiano lib. quinto historiæ Augustæ, cum de Macrino imperatore loquitur: Pura. Imperatoria.

loquitur: Quo animaduerso Macrinus, metu, ne planè omnibus exutus copijs, captiuus ageretur, nihil non passurus contumeliæ, stante adhuc acie, chlamydem sibi, cæterumq́ꝫ Imperatorium detrahit ornatum, ne agnosceretur. Itinerario uestimento, capiteq́ꝫ semper conuelato, noctem diemq́ꝫ accelerabat. hęc ille. Arbitror uerò Imperatoriam chlamydem auream siue coccineam extitisse. CHLAMYS MILESIA optima quondam, preciosissimaq́ꝫ conficiebatur, quo nomine & luxus Milesiorum notatur ab Horatio isto carmine: A

Chlamys Milesia.

Alter Mileti textam cane peius & angue
Vitabit chlamydem.—

Sic Tyrius quoqꝫ Maximus, Milesios εὐιματοτάτυς uocat, à cultus uidelicet elegantia. Vnde & prouerbium ortum est, Domi Milesia. Et sic intelligitur pariter ille Iulij Capitolini locus in uita Clodij Albini, in textu epistolæ à Seuero Cæsare missæ: Maior fuit dolor, quòd illum pro literato laudandum duxistis, cum ille nænijs quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleij sui, & ludicra literaria consenesceret. CHLAMYS LIMBATA recensetur à Trebellio Pollione in Claudio, cum dona Claudio à Valeriano Augusto donata enumerat: Chlamydes ueri luminis limbatas duas, uestes diuersas sedecim. Apparet autem hoc genus uestis fuisse, qualem nos uocamus fimbriatam, uulgò verprämbt rekhel. CHLAMYS MANTVELIS, recensetur itidem à Trebellio, inter dona militaria à Galieno Claudio, qui pòst fuit Augustus, data. Zanchas (ait) de nostris Parthicis paria tria, singilones Dalmatenses decem, chlamydem Dardaniam mantuelem unam. Huc pertinet quod in Aureliano Flauius Vopiscus scribit, cum ad præfectum ærarij scribens, Aureliano consuli munera designat: Dabis (inquit) ad editionem Circensium, aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære sestertia quinquagies, tunicas multicias uiriles decem, lineas Ægyptias uiginti, mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decem. Porrò arbitror teutonicam hinc uocem defluxisse, qua penulam ueterem Mantell appellamus. CHLAMYS HIRTA gregariorum militum fuit, ex uiliore panno & stuppa confecta, von Loden. Meminit Spartianus in Seuero: Hic tamen exiguis uestibus usus est, ut uix tunica eius aliquid purpuræ haberet, cum hirta chlamyde humeros uelaret. Sic Lampridius in historia Alexandri Cęsaris: Chlamydes hirtas Seueri, & tunicas ascinas uel macrocheras ex purpura non magna ad usum reuocauit suum. Porrò Romanos humeros ferinis pellibus texisse, quod alioquin barbaris, atque ex his præcipuè Gothis ac Sueuis peculiare fuit, uidetur Tacitus libro secundo historiæ Augustæ confirmare, cum de Germanico Cęsare loquitur: Nocte cœpta egressus augurali per occulta & uigilibus ignara, comite uno, contectus humeros ferina pelle, adit castrorum loca. Equidem nostro seculo chlamydes ex ferinis pellibus Hungari potissimùm in castris gestant, succinctis manicis, & ad cubitum uix extentis: qua forma & Romanorum chlamydes depictæ cernuntur, nisi quòd armillarum ornamentum humeris adnectebatur. Quo euentu factum arbitror, ut Germani uocem Latinam mutuantes, Manicas ermellas nominauerint. SAGOCHLAMYDES militum gregariorum item fuerunt, haud multum ab hirtis diuersę. recensentur à Trebellio Pollione in Claudio, cum uestimenta donatoria à Valeriano Cæsare Claudio expressa enumerat: Item in caueos & scyphos & zuma pondo undecim, tunicas russas militares annuas, sagochlamydes annuas duas. B

Chlamys limbata.

Chlamys mantuelis.

Chlamys hirta.

Sagochlamydes.

CAPVT

CAPVT XI. DE PALVDAMENTO, & eius diuisione.

A ALVDAMENTVM succcincti erat genus uestimenti, nobilioris & materiæ & formæ quàm chlamys, sic dictum, quòd palàm gestaretur: quo uidelicet Imperatores, cōsules, procoss. ac prætores egressuri ad bellū induebantur. Inuenio aūt discrimina & illius quędam fuisse, utpote penes colores, album, purpureum, pullum & aureū. Hinc Val. Max. lib. 1, de Crasso locutus, qui apud Parthos occubuerat: Pullum (inquit) ei traditū est paludamentū, cum in prælium euntibus album aut purpureum dari soleret. De aureo Aurelius Sextus in Caligula: Phalerato (ait) equo, insignisq́ ærea corona quasi triumphans indutus aureo paludamēto, curru biiugi decucurrit. Meminit & purpurei Marcellinus, scribens de Iuliano in Persas profecto: Ibi moratus aliquot dies cū necessaria parat, & Lunæ, quæ religiosè per eos colitur tractus, fert sacra, dicitur ante aras nullo arbitrorum admisso occultè paludamentum purpureum propinquo suo tradidisse Procopio, mandasseq́ acciperet fidentius principatū, si se interiisse didicerit apud Parthos. Sic Herodianus lib. 3 hist. Aug. de Septimio Cæsare tractās: Tum aūt conspecto, ut diximus, Læto, spes addita Seuerianis est: ac sublatus in equū Seuerus, & paludamēto purpureo circumdatus. Idem paulo suprà: Atq; ut nonnulli prodiderunt eius ætatis autores, qui non ad gratiam, sed ad fidem loquuntur, longè potior fuit Albini acies, qua in parte Seuerus curabat, sic ut fugerit quoq;, & ab equo deciderit, abiectoq́ paludamento delituerit. Et iterum lib. 4 alio loco: Primùm quidem templum ingressus est, multisq́ uictimis immolatis, ac thure cumulatis altaribus, ad

Paludamentum quid fuerit.

B Alexandri monumentum se contulit, paludamentumq́ purpureum, & claris speciosisq́ gemmis annulos conspicuos, balteumq́, & si quę alia gestabat, elegantiora dempta sibi, tum illius imposuit tumulo. Atq; hactenus de paludamento purpureo, quod Imperatorum constituti Imperii proprium fuit. An autē purpureo fuerint usi, qui in bellum exibant ante constitutum Imperium, Imperatores, dictatores, consules, proconsules & prætores, asserere non possum. De Imperatorio quidem paludamento hæc Ciceronis loca intelligenda erūt, pro Sestio in oratione: Exierunt duo paludati Vulturii. Idem in Pisonem: Consul proficiscens paludatus in prouinciam. Et rursus in epistolis ad Atticum: Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum. Idem lib. 1 Epistolarū familiarium ad Cassiū: Pansa noster paludatus ad III Cal. Ian. profectus est. Et lib. 13, epistola ad Valerium: Cum te prosequerer paludatum, & item postea pluribus uerbis tecum egissem. Et rursus lib. 8, in epistola Cælii ad Ciceronem: Quia uerentur, ne illud senatusconsultum fiat, ut paludati exeant. Huc faciunt & loca T. Liuii lib. 1 Dec. 3, loquentis de Sempronio consule aduersus Hannibalem ad Trebiam profecto: Ne Latinas indiceret, Iouiq́ Latiali solenne sacrū in monte Albano faceret, ne auspicatò profectus in Capitolium ad uota nuncupanda, paludatus inde ad prouincias iret. Idem lib. 5 eiusdem Decadis: Inter hæc dicta paludamento circa lęuum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum facit. loquitur autem de Sempronio Graccho, qui in Hannibalis insidias inciderat. Vt appareat, paludamentum uestis genus militaris extitisse, quo non milites in castris utebantur, uerùm duces, & qui magistratus gerebant, & præcipuè Imperatores, consules, proconsules, & prætores. Et sic intelligitur alter locus Liuii qui est lib. 9 Dec. 1, cum deditionem Romanorū ad Furculas Caudinas describit: Iam primùm cum singulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi, & primò

traditi obsides, atq; in custodiam abducti. Tum à consulibus abire lictores iussi, A paludamenta detracta. Huc alludit Tacitus lib.12, de Claudio Druso Cæsare locutus: Ipse insigni (inquit) paludamento, neq; procul Agrippina chlamyde aurata præsedere. Et iterum lib.17, de Vitellio scribens: Valentem & Cecinnā pro cōcione laudatos, curuli sua circumposuit, mox uniuersum exercitum occurrere infanti filio iubet: perlatum, & paludamento opertum sinu retinens, Germanicū appellauit, cinxitq; cunctis fortunę principalis insignibus. De huiusmodi uestis genere & Suetonius in Dictatore scribit: Nando per ducentos passus euasit ad proximā nauem, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent: paludamentum mordicùs trahens, ne spolio potiretur hostis. Idem in Vitellij uita: Vrbem quoq; ad classicum introijt paludatus, ferroq; cinctus. Quam historiam Tacitus ita scribit: Vitellius à ponte Miluij insigni equo paludatus, accinctusq;, senatum & populum ante se agens, &c. Huc pertinet præterea illud Plinij in Panegyrico: Gestus consulatus, non hoc urbis ocio, & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam: hoc est, proconsulari imperio ducale & Imperatorium. Vt enim prætexta pacis & consulatus insigne fuerat, ita paludamentum castrense & ducis exercitus, quem Romani Imperatorem uocabant. Cæterùm mansisse hoc genus uestis usq; ad tempora inclinantis Imperij, docent eius seculi scriptores. Quorum Marcell. lib.14 de paludamento sic scribit: Iamq; non adumbratis fallacijs res agebatur, sed quo palatium est extra muros, armatis omnes circumsedit: ingressusq; obscuro iam die, ablatis regijs indumentis, Cæsarem tunica texit, & paludamento cōmuni. Et iterum libro 21 de Iuliano Cæsare scribens: Quibus auditis, cum stantes propius milites acriter inflammati eum appeterent trucidandum, ad genua sua prolapsum, Imperator paludamento protexit. Sic Apollinaris libro quinto Epistolarum ad B Aumastum: Hi sunt qui inuident tunicatis ocia, stipendia paludatis, uiatica ueredarijs. Et Claudianus in sextum consulatum Honorij:

Paludamētum inclinantis Imperij.

—Agnoscent proceres habituq; Gabino
Principis, & ducibus circum stipata rogatis,
Iure paludatæ iam curia militat aulæ.

Atq; hæc de paludamento ducali castrensi. Fuisse deniq; & aliud hoc nomine genus uestimenti, quo etiam milites passim in castris nullo munere aut loco constituti, uti poterāt, ex his uerbis Liuij lib.1 ab Vrbe elucescit: Cognitoq; super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. loquitur autem inibi de unius Curiatiorū ueste, qui nō erat Imperator. Hinc Festus, omnia militaria ornamenta paludamēta uocat. Et Veranius: Paludatos, inquit, in libris Auguralibus, significari omnes armatos. Quapropter Salustius: Eodem tempore (inquit) Lentulus duplici acie in longum edita, multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta astari, & delectæ cohortes intelligit, &c.

CAPUT X. DE LACERNA, ET *eius speciebus.*



LACERNAM genus uestimenti laxioris, siue pallij militaris extitisse, quod inijci humeris, & reijci utcunq; poterat, nodo supra humeros connexū, quemadmodum in uetustioribus cùm picturis tum sculpturis numismatum uidere est, ex his uerbis T. Liuij lib.14 elucescit: Alij summū decus in carrucis solito altioribus, & ambitioso uestium cultu ponunt, sudant sub ponderibus lacernarum,

A narum, quas in collo exerta singulis ipsis adnectant, nimia subtegminũ tenuitate peruia, filis extantes crebris, & locis omnibus maximeq́ sinistra, ut longiores fimbriæ tunicæq́ perspicua luceant uarietate liciorũ effigiatæ in species animalium multiformes. Huc pertinent & illa Velleij Paterculi: Tum Cassius ex sua fortuna euentum collegæ æstimans, cum dimisisset euocatum, iussissetq́ nunciare sibi, quæ esset multitudo ac uis hominũ quæ ad se tenderet, tardius eo nunciante, cum in uicino esset agmen cursu ad eum tendentium, neq́ puluere facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse qui irruerẽt, lacerna caput circumdedit, extentamq́ ceruicẽ interritus liberto præbuit. Et iterũ: Quippe cum inermis ac lacernatus esset, præter nomen nihil trahens, ingressus castra Lepidi, euitatis quæ iussu hominis prauissimi tela in eum acta erant, cum lacerna eius perforata esset, lancea aquilam legionis capere ausus est. Cæterùm lacerna induebatur Romanis pluuiæ tempore, in spectaculorum ludicris, atq́ in castris. Quamobrẽ Cicero insectanter obijcit Antonio, quòd redijsset in urbem cum Gallicis & lacerna. Sic Suetonius in uita Claudij: Iterũ cum post oppressum Seianũ apud eosdem gratularent: quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Idem in historia Augusti: Dedit negotiũ ædilibus, ne paterentur in foro circo'ue quenquam consistere, nisi positis lacernis togatũ. Deniq́ ad militarem lacernam alludit Cicero 2 Philip. Primùm luce (inquit) non tenebris, deinde cum calceo & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. Et sic intelligendum est carmẽ illud Propertij, libro quarto: *Texitur in castris quarta lacerna tuis.* Sed transeo iam ad discrimina lacernarum explicanda: quæ partim penes prouincias ubi conficiebãt, partim iuxta colores uariabat. Et quidem primo modo apud autores celebrãtur, Romanæ, Tyriæ, & Beticę lacernæ: secundo modo auratæ, coccineæ & albæ, quę in

B spectaculorum ludicris usurpabantur. His accedunt pinguis, muliebris, ac miserorum lacerna. LACERNA TYRIA, quæ & coccinea, Imperatorũ ac regum erat, de qua Lampridius in Alexandro sic scribit: Thermis & suis & ueterum frequenter cum populo est usus, & æstate maximè balneari ueste ad palatium reuertens: hoc solum Imperatorium habens, quòd lacernã coccineam accipiebat. Huc alludit Satyricus illo carmine: *Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas.* *Lacerna coccinea.*

LACERNA CANDIDA amphitheatralis erat, quam induebant supra togam spectacula uisuri. Ad quã alludit Lampridius in Alex. historia, his uerbis: Gemmas de calciamentis & uestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus, ut & pingitur: alba usus est ueste, nec aurata penula, togisq́ communibus. Et sic intelliguntur loca poetarum. Martialis libro decimoquarto Epigram. *Lacerna candida.*

Amphitheatrales nos commendamur ad usus,
Cum tegit algentes nostra lacerna togas. Horatius 2 Sermonum, Satyra 2:
Ac nisi mutatum parcit diffundere uinum,
Cuius odorem olei nequeas perferre, licebit,
Ille repotia, natales, alios'ue dierum
Festos albatus celebret cornu ipse bilibri. Et iterum alio loco in Odis, de quodam qui nigra lacerna theatrum foret ingressus:

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris minus Horatius lacernis,
Quum plebs & minor ordo
Maximeq́ sancto cum duce
Candidus sedeat.

PINGVIS LACERNA, hoc est panno suffulta, mitt tůch vnderfütert/doppelt, commemoratur à Iuuenale nona Satyra: *Lacerna pinguis.*

—Pingui aliquando lacernas
Munimenta togæ duri, crassiq́ coloris. A

Lacerna muliebris.

LACERNA MVLIEBRIS recensetur ab eodem Satyrico prima Satyra:
Ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ. Et Ouidius secundo Fastorum:
Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,
Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Pauperum lacerna.

LACERNA pauperum, quæ & trita, abgschaben Bettler mantel. Meminit Martialis ad Mamurianum:
Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna. Iuuenalis tertia Satyra:
Quid quod materiam præbet, causasq́ iocorum
Omnibus hic idem, si fœda ac scissa lacerna. Sic & Persius canit:
Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

CAPUT XI. DE PENULA, ET
eius generibus.



PENVLA uestimenti genus erat, instar breuioris arctiorisq́ pallij, sine tamen manicis confectum, quo aut pluuiæ tempore, aut frigoris arcendi causa, aut iter ingressuri, & maximè uiatores induebantur. Atq́ extra hos casus, in bello tribunis cohortium is erat peculiaris uestitus. In pace uerò equestris ordinis uiri aut Grammatici penulati incedebant. Proinde Vlpianus apud Iureconsultos, ff. de auro & argento legatis, penulam inter cõmunia uestimenta enumerat, quæ uiris, mulieribusq́ militibus pariter ac pacis munia fouentibus, erant cõmunia. Sine manicis autem fuisse, ex his Taciti uerbis libro de Claris oratoribus aduertitur: Penulas attulisse plurimùm militaris eloquentiæ, quæ uelut nobilis equus liberum campum spaciumq́ probat, quo libera & soluta feratur. Orator uerò penulatus quodammodo inclusus uidetur, nec exerto brachio ferè mutilus & mancus. Ad hoc pertinet illud Tranquilli in Galba: A' Caio Cæsare ludis substitutus, postridiè quàm ad legiones uenit, solenni fortè spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus penulis continerent. Deniq́ pluuiæ pręcipuè tempore usurpatas penulas fuisse, testantur multis in locis autores classici, quorum primus omnium Quintilianus: Cum Galba penulã roganti (inquit) amicè respondit: Non pluit, non opus est tibi: si pluet, ipse utar. Sic Spartianus in Hadriano: Tribunus plebis factus est Candido & Quadrato iterum cõsulibus. In quo magistratu ad perpetuã tribuniciam potestatem, omen sibi factum adserit, quod penulas amiserit, quibus uti tribuni plebis pluuiæ tempore solebant, Imperatores autem nunquam, unde hodieq́ Imperatores sine penulis à togatis uidentur. Scribit præterea Lampridius in Alexandro, constituisse Alexandrum Seuerum, ut senes penulis intra urbem frigoris causa uterentur: cum id uestimentum itinerarium aut pluuiæ fuisset. Huc alludit Cicero ad Atticum in Epistolis lib. 12: Sed ego ita egi (inquit) ut non scinderem penulam, tandemq́ diceret, non sustinuit, ut lacerarem tunicam, tanquam sponte & libenter manserit. Idem pòst: Horum ego uix penulam, & tamen remanserãt. Et iterum in oratione pro Milone: Milo de rheda proiecta penula desiluit: facta scilicet ad profectionem itineris allusione. Et sic intelligitur illud Satyrici: B

Pluuiæ tempore penulam fuisse usurpatã.

—Fremeret sæua cum grandine uernus
Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo.

Præterea moris erat Romanis, penulas in exhibitione congiarij donare. Ad quod respiciens Lampridius in Diadumeno: Parauerat sanè (ait) penulas populo coloris rosei dare Macrinus Imperator in honorem Antonini filij sui, quæ uo-

carentur

A carentur Antoninianæ, ut Caracallæ Bassiani dictæ sunt, asserens filium suum penuleum, uel penularium dicendum, quia Caracallas erat dictus Bassianus: congiarium etiam prædictum Antoninianum præmisit. hæc ille. Sed libet penularum genera recensere. PENVLA PICTA lasciuioris uitę Imperatoribus in usu fuit. unde scribit Tranquillus in Caligula: Vestitu calciatuqꝫ & cætero habitu, neqꝫ patrio neqꝫ anili, ac ne uirili quidem, ac deniqꝫ non humano semper usus est, sæpe depictas gemmatasqꝫ penulas indutus. ORATORIA uel grammaticorũ, cuius meminit Tacitus in dialogo de Claris oratoribus: Quantũ humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus adstricti ac uelut inclusi cum iudicibus fabulamur. Huc alludit Augustinus lib. 1 Confessionum: Quis (inquit) penulatorum magistrorũ audit aure sobria, ex eodem puluere hominem clamantem & dicentem, fingebat hoc Homerus. POPVLARIS, recensetur à Sidonio Apollinari, libro octauo Epistolarum ad Nammatium: Adhærebam sellæ curuli, etsi non latens generositas per ordinem, certè non sedens per ætatem, mixtusqꝫ turmæ censualium penulatorũ consulis proximè proximus eram. MVLONIA à solo Cicerone in Oratione pro Sestio commemoratur: Muloniam (ait) penulam arripuit. PENVLA FVNEBRIS, qua adhuc hodie Germani sine manicis utimur, uulgò Klagmantel. Meminit Lampridius in Commodo: Nam cum in gladiatoris occisi manum immisisset, ad caput sibi detorsit, & contra consuetudinem penulatos iussit spectatores, non togatos, ad munus conuenire, quod funeribus solebat, ipse in pullis uestimẽtis præsidens. FOEMINEA PENVLA, & hæc hodie, & nobis præcipuè Germanis, extat: uulgò Frawenmantel. Commemoratur à Lampridio in Alexandro: Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, cum id uestimenti genus semper itinerarium, aut plu-

B uiæ fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti uetuit, in itinere permisit. Huc alludit & Trebellius Pollio in Quieto tyranno, qui contra Galienum imperium inuaserat: Alexandrum Magnum (inquit) uiri ex auro & argento, mulieres & in reticulis & dextrocherijs & annulis, & in omni ornamentorum genere, exsculptum semper habuerunt, eousqꝫ ut tunicæ & limbi & penulæ matronales in familia eius hodieqꝫ sint. PENVLA GAVSAPINA ex uillis consutis erat contexta, quam hodie corrupto uocabulo Gausape appellamus, & Germani uocabulo inde sumpto ac decurtato, ein Geppene. quod genus uestimenti & hodie in pluuia usurpatur. Ad quod alludens Martialis libro decimoquarto Epigrammaton sic canit:

Is mihi candor inest, uillorum gratia tanta,
Vt me uel media sumere messe uelis.

PENVLA SCORTEA, hoc est, ex antiquis pellibus confecta, quæ scorta ueteribus dicebantur. Extat & hodie nobis, ijs præcipuè hominibus qui uoti nuncupandi causa diuum Iacobum salutatum eunt: uulgò Jacobs mantel. Ad quam idem Martialis isthoc alludit carmine:

Ingrediare uiam, cœlo licet usqꝫ sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

PENVLA ILLYRICIANA Pollioni recitatur, in historia Claudij Cæsaris: Zanchas de nostris Parthicis (inquit) paria duo, singiliones Dalmatenses decem, chlamydem Dardanicã mantuelem unam, penulam Illyricianam unam.

Penula picta. Oratoria. Popularis. Mulonia. Funebris. Fœminea. Gausapina. Scortea. Illyriciana.

CAP. XII. DE CAMPESTRI, SVBARMAlibus, & alijs quibusdam uestimentis.

Campestre. AMPESTRE uestimentum breue & suffultum fuit, quod ab umbilico & pudendis ad genua dependebat, quo habitu pelliones & aliquot artificum adhuc hodie incedunt, cum operantur. Erat autem illud militibus in castris peculiare: sic dictum, quòd ludentes in campo, uestibus omnibus exuebantur, & solis campestribus pudenda tecti, aliàs toti nudi pugnabant. Vnde Ciceronis est illud pro Cælio: Vt exercitatione ludoq; cāpestri tunicati uteremur. Et Procopius refert, Herulos nudos pugnare solitos, solis campestribus pudenda tectos. Extat illius uestimenti adhuc usus in equitatu Germanico, & nominatur uernacula lingua, ein Schurtzer. Porrò meminit campestris Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio: Et cum ingens seditio in exercitu orta fuisset, processit nudus campestri solo tectus: & ait, Percutite me, si audetis, & corruptæ disciplinæ facinus edite. Fuisse uerò discrimen inter campestre & penulam, ex illo Horatij uersu libro primo Epistolarum claret: A

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre niualibus auris.

Braccarum uestis. Cæterùm campestri simile erat BRACCA, siue subligaculum, quorum prima Gallica uox fuit, adhuc hodie nobis Germanis usurpata, & alio nomine ein gesäß, à sedendo, quòd supra hanc sederetur. Meminit Lampridius in Alexandro: In linea autem aurum mitti, etiam dementiam iudicabat, cum asperitati adderetur rigor. Fasceis semper usus est: braccas albas habuit, non coccineas, ut prius solebant. Et iterum: Donauit & ocreas & braccas, & calciamenta inter militaria uestimenta. Huc alludit Herodianus libro quarto historiæ Augustæ: Quare auersis omnibus, & quàm longissimè recedentibus, honoris ac reuerentiæ causa, Martialis, qui omnes temporum captabat articulos, ut eum solum esse animaduertit, ceu nutu principis ad uidendum aliquid, aut audiendum uocatus, accurrit illicò, auersumq; & subligacula sibi deducentem pugione traijcit. hæc ille. Huc pertinere uidentur subarmalia, & thorax, quorum utrumque pectore gestabatur. B

Subarmalia. SVBARMALE quidem materia densa consuta constabat, quemadmodum hodie loricas sub armis gestare passim Germani solemus. de quo Vopiscus in uita Aureliani sic scribit: Togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, subarmalem profundum, &c. THORAX triplex Romanis erat. alius è panno laneo, uel serico: alius è corio, & materia consuta, & ad umbilicum usq; extenta, in quo aptè corporis lineamenta, pectoris scilicet ac uentris exprimebantur, sculpturis quibusdam uel picturis additis, ut in frontispicio Operis huius uidere est: tertius denique thorax ferreus erat, uel è lorica. Quorum primus solum in pace post subuculam induebatur, ac cum fœminalibus ac tibijs connectebatur: qui adhuc hodie nobis in usu est, tametsi formæ paulò alterius: uulgò ein Wammas/ ein Joppen. Reliqua uerò duo genera thoracis, omnibus communia militibus fuere. Meminit huius uestimenti Suetonius in Augusto, cap. de Cultu corporis: Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula & thorace, & fœminalibus & tibialibus muniebatur. Hinc est illud Plinij libro trigesimoquinto: Parrhasius pinxit Nauarchum thoracatum. Et de huiusmodi thorace intelligendum est illud Silij Italici carmen:

—Sumpturus uulnera thorax.

Iuuenalis

A Iuuenalis Satyra quinta:

—Viridem thoraca iubebat Adferri.—

CAPVT XIII. DE CALIGIS, OCREIS, *ac calciamentis.*



PEDVM hæc erant, & adhuc hodie sunt, uestimenta: quibus non solùm conteguntur, & aduersus iniurias externas muniuntur, uerumetiam quibus hi ea in republica ornabantur, quæ etiamnum consuetudo manet. CALIGAE paulò supra genua extentæ, braccis adalligabantur, gregariorum quondam militum præcipuum genus uestimenti, quod hodie etiam aliqua ex parte manet: uulgò ein Stumpff. Suetonius in Vitellio: Quam ueterem (inquit) de se persuasionem Vitellius recentibus etiam de se experimentis auxerat, tota uia caligatorum quosque militum obuios exosculans, perque stabula & diuersoria mulionibus ac uiatoribus præter modum comis. Sic Cornelius Tacitus libro primo: Tanquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat, Cæsaremque Caligulam appellauere. Porrò reperio duo à caligis prouerbia orta: caliga uidelicet Epicratis, & caliga Maximini. quorum primum pro oratione lasciua usurpabatur, alterum pro homine longo & inepto. Cicero in Epistolis ad Atticum libro secundo sic scriptum reliquit: Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id iudicium Attilio condonatum putabatur: Et Epicratem suspicor, ut scribis, lasciuum fuisse. etenim mihi caligæ eius, ut fasciæ cretatæ, non placebant. Huc pertinet quod scribit Iulius Capitolinus in Maximino iuniore: Nam cum esset Maximinus pedum, ut diximus, octo, & propè semis, calciamentum eius, id est compagium regium, quidam in luco qui est inter Aquileiam & Argiam posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis uestigio atque mensura. Vnde etiam uulgò tractum est, cum de longis & ineptis hominibus diceretur, caliga Maximini. hæc ille. Sed uenio ad discrimina caligarum, quæ erant, spiculatoria, clauata, fasciata, gemmata & laxa: de quibus ordine dicemus. SPICVLATORIA CALIGA utebantur, qui ad cursum erant destinati, desinente uidelicet in tibia, quales nimirum spiculatores & exploratores habebant. Quod genus nobis uetera Epitaphia demonstrant, in quibus uel lictores, uel signiferi, uel spiculatores exprimuntur. Quibus ad mediam tibiam caligæ protendi uidentur, ita sculptæ, ut pars superior caput quoddam leonis appareat. Meminit Suetonius in Caligula: Aliquando sericatus & cyclodatus, ac modò in crepidis uel cothurnis, modò in spiculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri. Huc alludit Cicero secunda Philippica: Cum caligis & lacerna cucurristi. Idem in Antonium: Rediui cum calceis & toga, nullis nec caligis nec lacerna. Et sic intelligitur illud Satyrici tertia Satyra:

Caligæ. B *Caligarum genera. Spiculatoria.*

—Veniam caligatus in agros.

CLAVATA CALIGA: unde prouerbialiter Clauarij, siue caligarij dicti sunt, per ignominiam, quòd hoc genus indumenti Romani ignominiosum putarent, clauis scilicet consuere caligas. Quare Iureconsultus ff. de his qui notantur infamia: Dimissum accipere debemus (inquit) militem caligatum. Tradit enim Plinius, Romanos caligas clauis suffixisse, & ob hoc Clauicularios appellatos.

Clauata.

Alludit huc & Plinius libro nono, cum de piscibus tractat: Pisces existunt squammis conspicui, crebris atque præacutis, clauorum caligarum effigie. Et iterum libro uigesimosecundo: Sic enim caligaris clauus, si ferri uel chalybis aliqua rubigo aut panni marcor adfuerit, omnem illic succum alienum,

saporemq́ in uenenum decoqui. Huc pertinet, quod Iosephus & Egesippus tradunt, Iulianum Hecatontarchum, hoc est centurionem, per clauos, quibus creberrimis & acutis calceos, ut cæteri solent milites, fixos habebat, in lubrico solo lapsum fuisse ab hostibus Iudæis interfectum. Et sic intelligitur illud Satyrici: A

—In digito clauus mihi militis hæret. Et iterum:

—Offendere tot caligatos Millia clauorum.—

Caliga fasciata. CALIGA FASCIATA, quæ aliis item nominibus specialioribus nuncupabatur pedulea, crurulis, purpurea & conchyliata. Ad quod genus alludit Suetonius in Caligula: Pueris ac fœminis fascias purpuræ ac conchylii distribuit. Sic Plinius in octauo: mures scribit portendisse exitium Carboni arrosis fasciis, quibus in calciatu utebatur. Hinc est quod Pompeio regnum affectanti obiiciebatur, eum diadema in crure gestare, cum fasciola crus obligaret ulceris medendi causa. Alludit ad huiusmodi caligas Cicero in Epistolis ad Atticum: Mihi eius caligæ ut fasciæ creatæ non placebant. Caliga laxa. CALIGAE LAXAE, & peculiari uocabulo perones, ut hodie Sclauini & nautæ maris Adriatici utuntur. Erat earum in castris quondam præcipuus usus, postea rusticum habitum est uestimentum. Vnde Virgilius septimo Æneidos, priscos Latinos perone usos in bello ostendit hoc carmine:

—Vestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Iuuenalis Satyra sexta:
—Quem non pudet alto, Per glaciem perone tegi.—

Persius Satyra quinta:

Nauem si poscat sibi peronatus arator.

Caliga gemmata. CALIGAE GEMMATAE cōmemorantur Pollioni in historia Galieni: Gemmato baltheo usus est, caligas gemmatas adnexuit, cum compages Reticulos appellaret. B Caliga sacerdotalis. CALIGAE SACERDOTALES recensentur ab Herodiano libro quinto: Huic igitur deo sacer erat Bassianus, quippe natu maior, & ipse potissimùm sacerdotio fungebatur, incedens barbarico cultu, tunicas indutus intextas auro, ac manuleatas, & ad pedes usq; demissas, cruraq́ tota conuelans ab unguibus ad femora.

Atq; hactenus de caligis. sequuntur OCREAE, quæ Romanis maiori, quàm nunc sunt, in usu fuere: à crure, ut Varro est autor, nominatæ, quòd crura tegerent scilicet. Quod genus indumenti Cares primi reperisse dicuntur, ueluti gladium & galeam Lacedæmonii inuenerunt. Lampridius in Alexandro: Donauit & ocreas & brachas & calciamenta, inter uestimenta militaria. Sic Vulcatius Gallicanus in historia Cassii: Arma militaria septima die semper respexit: uestimenta etiam & calciamenta & ocreas, delicias omnes de castris remouit, iussitq; eos hyemē sub pellibus agere. Ex quibus uerbis apparet, ocreas pacis etiam tempore usurpatas: & discrimina earum præcipua fuisse, aureas uidelicet, coriaceas, & ferreas. Ocreæ aureæ. AVREAE pace ferebātur à ditioribus, & aliquo loco magistratuq; constitutis uiris, & in castris interdum à tribunis, prætore, quæstoreq́, atq; legatis. de quibus hi uersus Virgilii accipiendi sunt, octauo Aeneidos:

Tum leues ocreas, electro auroq; recocto,
Hastamq; & clypei non enarrabile textum. Et iterum undecimo Aeneidos:
Horrebat squammis, surasq; incluserat auro.

Ocreæ coriaceæ. CORIACEAE, centurionum præcipuè & militū erant, & in pace uenatoribus usurpatæ. Ad quas alludere uidetur T. Liuius 9 ab Vrbe: Et sinistrum crus ocrea tectum. & iterum 19: Ad reliquos usus laboriosè euellitur ocreatis cruribus. Et de

A Et de hoc genere intelligendum est & illud Apuleij: Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Huc facit & illud Horatij:

In niue Lucana dormis ocreatus ut aprum
Cœnem ego.—

FERREAE, quæ in bellis induebantur, ut hodie ferè sunt quæ corissorum dicuntur, à Græco uerbo κορύσσειν, quod est armare. Meminit Apuleius libro undecimo Asini aurei: Porrò alium ocreis, scuto, galea, ferroq; insignem, è ludo putares gladiatorio procedere. Et quia hic de caligis ocreisq; in sermone sumus, licet subijcere inscriptionem quæ Auximi in Italia reperta est, ubi prouerbialiter, In caliga fungi officijs, pro eo quod est, in castris militare, usurpatur: *Ocreæ ferreæ.*

C. OPPIO C. F. V. BASSO. P. P. P. C. PR. I. D. AVX. LEG. IIII. FL. FEL. ET LEG. II. TR. FORT. EVOC. AVG. AB ACT. FORIBVS P. R. PR. MIL. COH. II. PR. ET COH. XIII. ET XIIII. VRBAN. OMNIBVS OF. IN CALIGA FVNCTO: CENTVRIONES LEG. II. TRAIANAE FORTIS.

Atq; de ocreis hactenus. Sequuntur calciamenta, quorum non minus usum Romanis familiarem extitisse, quàm ocrearum, ex historicis classicis subinde aduertitur. quorum præcipuus Cicero de Oratore sic scribit: Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem. Idem in Antonium: Rediui cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. Hæc ille. *Calciamenta Romanorum.*

Cæterùm discrimina calceamentorum, sua non pauciora reipublicæ nobili fuere, quàm nobis hodie manent. Quorum præcipua genera fuerunt, sacerdotalia,
B imperatoria, senatoria, communia, clauata, uenatoria, crepidæ & calipodia.

SACERDOTALIA CALCIAMENTA candida fuerunt, de quibus Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli: Exutus nempe curis omnibus, & Imperij obsequijs, stolam quadratam, Græcorum more pro patria & domestica induit: Calciamenta candida, qualia Atheniensium sacerdotes & Alexandrinorum, quos Phæcasios uocant, deferre consueuerant, sibi assumpsit. Meminit & Herodianus libro quinto historiæ Augustæ, scribens de luxu Heliogabali, qui sacerdotis habitu prodibat: Exta porrò uictimarum, atque aromata intra lances aureas capitibus imposita, gestabant non quidem famuli aliqui, aut humiles personæ, sed præfecti exercitibus, & quicunque maximas dignitates obtinebant, induti tunicas talares & manuleatas, unamq; in medio purpuram ferentes. Sed & linteis calciamentis utebantur, quemadmodum uates in eis regionibus consueuerunt. *Sacerdotalia calciamenta.*

IMPERATORIA CALCIAMENTA, gemmata erant. unde Lampridius in Alexandri Cæsaris historia: Gemmas de calciamentis & uestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus. *Imperatoria calciamenta.*

SENATORIA siue patricia calciamenta, peculiari uocabulo Mullei nuncupati, à uerbo ueteri, ut Varro uult, mullando, hoc est consuendo. Meminit Flauius Vopiscus in Aureliano: Calceos mulleos & hederaceos, & albos, uiris omnibus sustulit, militaribus reliquit. De quibus & Festus: Mulleos (ait) genus calciamentorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricij usi sunt. M. Cato Originum lib. 7: Qui magistratum curulem cæpisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. Item Tetinius in Setina: Iam cum mulleis te ostendisti. Huc alludit præterea Sueton. in Augusto: Togis neq; restrictis, neq; fusis, clauo nec lato nec angusto, calciamentis altiusculis, ut procerior quàm erat uideretur. *Senatoria calciamenta.*

Ad hoc

Ad hoc genus alludit exemplum Vetustatis, Arimini in Italia erutum, cuius est haec inscriptio: A

C. MARIVS COS. VII TRIB. PLEB. Q. AVG. TRIBVNVS MIL. EXTRA SORTEM BELLVM CVM IVGVRTHA REGE NVMIDIAE GESSIT, EVM COEPIT, TRIVMPHANS IN SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT. TERTIVM COS. ABSENS CREATVS EST. IIII. COS. TEVTONORVM DELEVIT EXERCITVM. V. COS. CIMBROS FVDIT. EX ILLIS ET TEVTONIS ITERVM TRIVMPHANS, REMP. TVRBATAM SEDITIONIBVS TRIB. PLEB. ET PRAETOR. V. QVI ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT VI COS. VINDICAVIT POST LXX ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA PVLSVS, ARMIS RESTITVTVS EST. VII COS. FACTVS EST. DE MANVBIIS CIMBRIS ET TEVTONICIS AEDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR FECIT VESTE TRIVMPHALI CALCEIS PATRICIIS.

Venatoria calciamenta. VENATORIA, peculiari uocabulo cothurni dicti, usque ad crura pertingebant, oblonga, & ad utrumque pedem apta, uulgò hoch peürisch schüch. Meminit Cicero de Finibus bonorum: Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus. Quintil. libro sexto, Herculis personam & cothurnos infantibus aptare, prouerbialiter dixit, pro re indecora. Huc adludit Virgilius, Ægloga septima:

Puniceo stabis suras euincta cothurno. B

Et iterum primo Æneidos:

Purpureoque altè suras uincire cothurno. Iuuenalis Satyra sexta:

—Breuiorque uidetur
Virgine Pygmæa, nullis adiuta cothurnis.

Martialis tertio Epigrammaton:

An in cothurnis horridus Sophoclæis.

Sic Ouidius tertio Amorum, duri cothurni meminit: & Horatius primo Sermonum, Cecropij cothurni. *Clauata calciamenta.* CLAVATA calciamēta, castrensia erant, clauis consuta, ut hodie Hungari milites ferunt. Meminit Cicero septima in Verrem: Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Ad quod alludens Ægesippus de bello Iudaico, tradit Iulianum Hecatontarcham, hoc est centurionem, propter clauos quibus creberrimis & acutis calceos, ut cæteri solent milites, fixos habebat, in lubrico solo lapsum fuisse, & ab hostibus Iudæis interfectū. Sic Plinius quoque libro nono, caligarium clauorum mentionem facit. Et sic intelligitur illud Satyrici:

—In digito clauus mihi militis hæret.

Carpiscula. CARPISCVLA CALCIAMANTA commemorantur à Vopisco in Aureliano: Et cum illum Carpicum senatus absentem uocasset, mandasse illicò fertur: Superest patres conscripti, ut me Carpisculum uocetis. Carpisculum enim genus calciamenti esse, satis notum est: quod cognomen deforme uidebatur.

Crepidæ. CREPIDAE, calciamenti genus erat, philosophis atque Græcis familiare, quod hodiéque durat, mulieribus omnis nationis & senatoribus Italiæ usurpatum: uulgò Pantofflen. De quo Gellius libro decimotertio Noctium Atticarum sic scribit: Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum in

A tum in fine teguntur, cætera probè nuda, & teretibus habenis tincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam uoce Græca crepidulas. hæc ille. qui rursus loco eodem crepidarios sutores, qui id genus calciamenti conficerent, scitè appellauit. Meminit crepidarum & Cicero in Pisonem: Ipse nocte intempesta crepidatus, ueste seruili, nauem conscendit. Et iterum postea: Quo motu cōmoti Dyrrachini, profugisse noctu crepidatum Imperatorem indicarunt. Sic Suetonius in Caligula: Sæpe depictas gemmatasq; indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit. Aliquando sericatus & cycladatus, ac modò in crepidis uel cothurnis, modò in spiculatoria caliga. Huc alludunt poetæ, quorum Horatius primo Sermonum sic canit:

—Non nosti quid pater, inquit,
Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit.— Persius Satyra prima:
Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit.

Deniq; crepidarum carbatinarum Catullus mentionem facit. SERVILIA CALCIAMENTA citātur à Trebellio Pollione in historia triginta tyrannorum: Calciamenta, inquit, seruilia, & cætera talia usq; ad summum reipublicæ periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, peruenerint. BARBARA, quæ & calipodia, ex soccis constabant, & ligno: fiebantq; ex corticibus arborum, corrigijs desuper connectentibus. Ad quæ alludit Cicero in Tuscul. Mihi amictus est Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cubile terra. Idem de Natura Deorum: Sospita cum pelle captiua & calceolis repandis. Ab hoc genere ortum est prouerbium, Vno calipodio omnes calciare: de medicis, qui uno medicamento omnes profitentur curare.

Seruilia calciamenta.

Barbara calciamenta.

B

CAPUT XIIII. DE PILEORUM DISCRImine, atq; cingulorum.



PILEVS Græca uox est, quod Latinis tegumentum capitis est, ex lana arctata, uel floccis, ut adhuc hodie conficiebatur, quo serui quondam manumissi, & coloni in rure utebātur. Ad quam rem alludens Liuius libro quarto Punici belli: Pileati (inquit) aut lana alba uelatis capitibus Volones epulati sunt. porrò Volones serui erant manumissi recens. Romani quidem pileis in bello haudquaquam utebantur, quemadmodum Lacones consueuerant. unde Pollux & Castor, quia erant Lacones, fratres passim pileati & nuncupabantur & pingebantur. Præterea in Saturnalibus omnes pileati incedebant, ad libertatē significandam. Mos enim erat Romanis, ut serui, qui per manumissionem liberi fierent, caput raderent, & calui pileum capite acciperent. Hinc prouerbium ortum est, Ad pileum uocare, hoc est, ad libertatem. Ad quod alludens Plautus: Dij faxint (inquit) ut hodie caluus capiam pileum. Meminit illius consuetudinis T. Liuius libro 4 Dec. 3, de Volonibus seruis manumissis loquens: Et Gracchus ita permisit, ut publico epularentur omnes, ante suas quibusq; fores prolata omnia, pileati, aut lana alba uelatis capitibus. Et iterum: Postero die serui ad pileum uocati, ex carcere uincti emissi, confusaq; omnis multitudo, Hippocratē atq; Epicidem creant prætores. Porrò latius transumpta ista cōsuetudine, liberati ex hoste, etiamsi senatorij ordinis forēt, pileo utebanт. Ad quod alludens Liuius 10, Dec. 3, de Q. Terentio Culleone à Scipione ex hostibus liberato sic scribit: Secutus Scipionem triumphantē, pileo capiti imposito Q. Terentius Culleo, omniq; deinde uita, ut

Consuetudo, cum pileo ad libertatem uocare.

uita, ut dignum erat, libertatis autorem coluit. Huc pertinet quod Suetonius refert in uita Tiberij: Ac primò Præneste, inde Neapolim euasit, seruisq; ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Idem in uita C. Cæsaris dictatoris memorat, quam historiam Appianus Alexandrinus ita recenset libro 2 belli Ciuilis: Interfectores Cæsaris, nõnulla in senatu dicere conati, auscultante nemine, uestes clypeorum in morem sinistris adnectentes, pugionesq; cruore illitos palàm deferentes, regem se ac tyrannum occidisse clamitabant. Ex his quidam pileum in hasta proferebat, libertatis signum, uniuersosq; ad ciuilitatem patriam uocabant. hæc ille. Quam historiam uidimus in aureo quodam perueteri nummo expressam, in cuius altera parte Bruti erat imago, in altera facie duo pugiones cum pileo, literis subiunctis, ID. MAR. Idem: Idibus Martijs, quo die interfectum dictatorem Cæsarem à Bruto & Cassio constat. Sic legitur quoq; Lucius Cecinna uocatis ad pileum seruis aduersarios uicisse. Et sic intelligitur illud quoq; Plinij de Viris illustribus: Primo consulatu (inquit) legem de exulibus reuocandis ferens, ab Octauio collega prohibitus, & honore priuatus, urbe profugit, uocatisq; ad pileum seruis aduersarios uicit. Deniq; Aurelius Victor in uita Neronis, ostensurus Romanos occiso Nerone tanquam exemptos seruili conditione, libertatem recuperasse: Cæterùm (inquit) adeò cunctæ prouinciæ omnisq; Roma interitu eius exultauit, ut plebes induta pileis manumissionũ, tanquam sæuo exempta domino triumpharet. Et hactenus de uocatione ad pileum. nunc consuetudinis illius etiamnum usitatissimæ, initia & causas peruestigaturi, quamobrem honorem alicui exhibituri, pileo detracto caput aperiamus, docere non grauabimur. Fuisse enim & hunc apud Romanos morem, hæc uerba Tranquilli in Vitellio ostendunt: Idem miri in adulando ingenij. Primus Caium Cæsarẽ adorari ut Deum instituit. qui reuersus ex Syria, non aliter adire ausus esset, quàm capite uelato, circumuertensq; se, deinde procumbens. Ex quibus uerbis colligitur rursus, quòd in salutatione principum non solùm quondam caput aperiebatur, uerùm etiam circumuertebatur corpus, qui mos esse iam desijt. Erat autem à deorum adoratione desumptus, in quorum ueneratione adorantes se in orbem uertebant, à sinistra ad dextram, postremò sedentes, ad mundanæ scilicet conuersionis significationem: ut documento esset, nihil esse in rebus humanis stabile aut firmum. Cæterùm diuersa erat in hominum ueneratione ratio, in qua post conuersionem non sedebatur, sed in terram salutantes procumbebant. De prima quidẽ consuetudine historia legitur apud Plutarchum & Liuium in Camillo: Cum se ad dextram conuertisset more Romano, subito lapsum cecidisse, quod erat futuræ dominationis omen. Hinc est illud Plinij in uigesimooctauo: In adorando (inquit) dextram ad osculum referimus, totumq; corpus circumagimus. Et sic intelligitur pariter illud Plautinũ: Nam cum in Curgulione dixisset amator Phędronius, Quò me uertam nescio: Palynurus seruus, ueluti adludens ad hanc religiosam conuersionem, subijcit eleganter, Si deos salutas, dextrorsum censeo.

Origo & ratio, quare in ueneratione caput aperiamus.

A

B

Huc referendum est, quod omnibus dijs, exceptis Saturno & Honori, capite uelato sacrificabatur, ob hanc nimirum causam, ut inter sacra sensus ab omnibus obtutibus securi, soli diuinæ rei uacarent homines. Saturno uerò, quia ueritati præsidebat, & Honori, qui non nisi illustris esse debet, uetustas noluit aliquid esse occultum, ut pluribus uerbis Plutarchus in Problematibus deducit. Atq; inde tractum Romanis fuisse morem existimo, ut hominibus similiter, qui modò dictis dijs subijciuntur, senibus uidelicet, & in aliquo munere honoreq; constitutis, capite nudo, pileo detracto, uenerationem exhibuerint: quam Germani, Itali, Galli, Hispaniq; ab eo adhuc populo consuetudinem retinemus. Quòd uerò in

A adoratione principum & summo loco existentium, in terram soliti sint homines procũbere, quod pariter adhuc durat, ostendit historia Alexandri Magni: Nam cum Polypercus, unum ex uenerantibus, mento contingentem humum, per ludibrium cœpisset adhortari, ut uehementius id quateret ad terram: indignabundus Alexander, Tu (inquit) non ueneraberis me? detractumq́ Polyperconta, ex lecto, præcipitauit in terram. Et cum is pronus corruisset: Vides ne (inquit) idem te fecisse, quod in alio antè ridebas? hæc ille. Et quia sumus hic in ritu ueterum adorationis, placet & de osculatione pedum aliquid subijcere, qui hodie est in sacerdotio summo mos, olim Imperatoribus exhibita ueneratio. Meminit Appianus Alexand. libro secundo Ciuilis belli, cum necem Cæsaris describit: Læna, qui cum Cassio paulo antè sermonem habuit, Cæsari obuius, quædam instantius eloquebatur. Eius rei aspectus, ac dilatio adeò eos conterruit, ut se uicissim intuentes priusquam deprehenderentur, facinus adgredi uelle properarent. Verùm cum sermone in longum producto, Lænam potius deprecantem, quàm aliquid adnunciantem suspicarentur, perstiterunt. Deinde cum Cæsaris ultro genua amplectentem uiderent, iterum adsumpsere animos. hæc ille, de more uenerandi magnos uiros apud Romanos. Nunc discrimina pileorum explicabimus. *Mos osculandi pedes unde.*

SACERDOTALES, qui & propria uoce Phrygij galeri & tyaræ dicebantur, tegumentum erat rotundum instar sphæræ dimidiatæ, acumen unum in capite habens, nec totum ad comas caput contegens, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquebat, ut beatus Hieronymus in epistola ad Fabiolam describit. Videmus huius imaginem uel umbram quandam in ueteribus picturis Iudæorum: & si licet comparare quæ nostrum seculum habet, matronę in Austria inferiori non ita dissimilem multo peplis impositum pileum gerunt. Porrò quia regum quondam dignitas sacra & inuiolata fuit, licebat & regibus, præcipuè uerò Syriæ, gestare tyaras. Hinc Suetonius in Nerone, cum Tyridatis regis Armeniæ ingressum in urbem referret: Et primum deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumq́ dextra osculatus est, deinde precanti tyara deducta, diadema imposuit. Et sic intelligitur illud poetæ Epigrammatarij: *Sacerdotales pilei.*

B

—Ad Parthos procul ite pileatos.

Adludunt ad huiusmodi genus tegumenti & reliqua turba poetarum. Virgilius septimo Æneidos:

—Sceptrumq́; sacerq́; tyaras, Et alibi:
Tempora purpureis tentat uelare tyaris. Statius VIII Theb.
Sustentare manu, nec adhuc implere tyaras. Iuuenalis Satyra sexta:
—Phrygia uestitur bucca tyara.

SENATORII PILEI, qui & propriè Galeri uocabantur, & tituli, tegumentum rotundum latum erat instar umbraculi, ut hodie cardinales & urbis Romæ protonotarij gerunt, si lacinias dependentes dempseris. Qui hoc genus ornamenti unà cum Dalmatica lato clauo, toga fusa & prætexta, cæterisq́ huius generis alijs, Constantini Magni dono accepere. Vt uerisimile sit, senatores coccineos, hoc est purpureos gestasse, reliquos altero ex colore. Sic enim & M. Tullij Ciceronis, ut consulis imaginem in ueteri Romano numismate expressam obseruauimus, quod adhuc in Regis mei inuictissimi scrinijs & aluearii illo Vetustatis, quod ego auxilio optimi uiri LEOPOLDI HEYPERGERI Viēnensis Burggrauij & Regij cubicularij, digessi, extat atque ostenditur. Quamobrem Varro de lingua Latina, etymon inquirens, rotundum pileum hunc magnum esse docet instar galeæ factum. Et Suetonius in Othone: Galericula capiti (inquit) *Senatorij pilei.* *Galerus & petasum.*

propter raritatem capillorum adaptata & adnexa, ut nemo agnosceret. Porrò A
primis temporibus galeri præcipuus erat in scenis usus, & cum petaso hæc uox
confundebatur passim. Hinc petasatus Mercurius & cognominabatur, & pinge
batur. Quod delineans Apuleius in Apologia, crispatum capillum Mercurio tri
buit, sub imo pilei umbraculo, ut supra tempora partes penulę dependeant. Quę
planè periphrasis galero competit. Idcirco Mercurium, quem Plautus Petasa
tum appellat, Papinius galeritũ dicit. Huc pertinet quod Iulius Pollux petasum
explicaturus, sic scribit, πέτασον ἐστὶν ἐφήβων φόρημα: id est, petasum esse gestamen
epheborum. Et sic intelliguntur loca poetarum. Statij primo Thebaidos, de
Mercurio loquentis:

Obnubitque comas, ut temperet astra galero.

Iuuenalis Satyra sexta:

—Flauo crinem abscondente galero.

Martialis libro quarto Epigrammaton:

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Viatorij pilei.

VIATORII PILEI, æstus, non frigoris uitandi gratia portabantur: cuius ge
neris sunt qui manent etiamdum Germanis nobis, dicti ring seydenhût/schubhût.
Figura enim eadem his cum galeris erat, sed materia uilior. quare Petasones hi
quoque nominabantur. Suetonius in Augusto: Domi quoque non nisi petasatus
sub dio spaciabatur. Cicero in epistola ad Crispum: Sed tabellarij petasati ue
niunt, comites ad portus expectare dicuntur. Sic Plautus in Pseudulo: Opus
est istis (inquit) chlamyde & machæra & petaso. Plinius libro trigesimosexto
metaphoricè & sine interpretamento galeri uoce pro umbraculo utitur, quo an B
tiquitus pyramides integebantur, ex quo pendebãt excepta cathenis tintinnabu
la, quæ uento agitata longè sonitus referebant.

Hyemales pilei.

HYEMALES PILEI, suffulti
galeri erant: ut hodie sunt, quæ ex mardrinis pellibus conficiuntur tegumenta,
uulgò rauch hauben. Adludit ad hoc genus Virgilius septimo Aeneidos:

—Pars spicula gessit
Bina manu, fuluosque lupi de cæde galeros
Tegmen habent capiti.—

Militares pilei.

PILEVS MILITARIS pelliceus & Romanis, ut nobis, erat: id quod testatur
Vegetius libro de Re militari primo, capite uigesimo: Vsque ad præsentem pro
pè ætatem consuetudo permansit, ut omnes milites pileis, quos Pannonicos uo
cabant, ex pellibus uterentur. Quod propterea seruabatur, ne grauius galea ui
deretur homini in prælio, qui gestabat semper aliquid in capite.

Seruiles pilei.

SERVILES PILEI, ex arctata lana fuere, ut Statius scribit quarto Thebaidos,
Suta pilea de cæsis lacernis. Germanis hodie in magno usu, uulgò ein viltzhût. Me
minit Liuius tertio Macedonici belli: Cæterùm magis in se conuertit oculos Cre
monensium Placentinorumque colonorum, turba pileatorũ currum sequentium.
Gellius lib. 7 Noctium Atticarum, capite 4, pileatos seruos uenum iri solitos re
fert, quorum nomine uenditor nihil præstaret. ut Cælius Sabinus iurisperitus
scriptum reliquit. Cuius rei causam esse ait, quòd eiusmodi conditionis manci
pia, insignia esse in uendundo deberent, ut emptores errare & capi non possent:
neque lex uendundi operienda esset, sed oculis iam perciperent, quod nam esset
mancipiorum genus. Ab hoc genere pilei prouerbia orta sunt, Sub pileo uen
dere, & ad pileum uocare, hoc est ad libertatem: de quo iam antea locuti sumus.

Cæterùm silentio non est transeundum, Imperatores pileos non gestasse, sed
nudo

A nudo capite in publicum prodijsse, ut passim in nummis repræsentantur, & testatur Herodianus quinto historiæ Augustæ, cum de Macrini Cæsaris fuga loquitur: Paucisque fidissimis commilitonum comitatus fugam occupat, detonsaque barba ne agnosceretur, itinerario uestimento, capiteque semper côuelato, noctem diemque accelerabat. Et rursus de Septimio loquens: Sæpe etiam per altissimos montes hyeme sæua niuibus cœlo ingruentibus ibat aperto capite, ut milites ad alacritatem & patientiam laborum reipsa cohortaretur. hæc ille. Qui libro iterum primo (quod & hoc loco referendum uidetur) Romanos cæsariem nutriuisse scribit: ut constet, constituto Imperio promissos Romanis capillos non fuisse, quales Camilli ætate & circa illa tempora Francorum more gestabant. Verba Herodiani hæc sunt: Hoc editus genere Commodus est, cui quidem præter ætatis florem, etiam formæ dignitas suffragabatur: congruens corporis modus, pulchra uirilisque facies, Tranquillæ faces oculis atque micantes, flaua & crispa cæsaries, ut in sole ambulanti ueluti in igne quodam rutilaret. Confirmat hoc & T. Liuius libro octauo Decadis tertiæ, de Scipione Africano locutus: Cæterùm maior præsentis ueneratio cæpit, & præterquam quòd suapte natura multa maiestas inerat, adornabat promissa cæsaries, habitusque corporis non cultus munditijs, sed uirilis ferè & militaris. Huc alludens nimirum Lucanus secundo Pharsaliæ ita canit, de Bruto tractans:

Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duroque admisit gaudia uultu,
Ut primùm tolli feralia uiderat arma
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, mœstamque genis increscere barbam.

B Et de pileorum generibus hactenus ex fide historica dictum est satis. Succedit BALTHEUS, qui & ipse inter ea quibus uestiebatur Romanus, connumeratur, & quo potissimum cinguli genere is populus in castris utebatur, quod unà cum cæteris ad Germanos peruenit. Ita enim principes passim & nobiles, in uetustioribus picturis & saxis repræsentatos licet uidere, cingulo uidelicet in imo uentre cinctos laxo, unde bullæ ac tintinnabula dependebât, quæ Germanorum postea simplicitas excogitauit. Meminit Quintilianus libro undecimo: Sinus ille qui ab humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur, uelut baltheus, nec strangulet, nec fluat. Cæsar quinto Gallici belli: Et uerutum in baltheo defigitur. Sic Spartianus in Hadriano: Exemplo etiam uirtutis suæ cæteros adhortatus, cum etiam uicena millia pedibus armatus ambularet: triclinia de castris & porticus & cryptas & topia dirueret, uestem humillimam frequenter acciperet, sine auro baltheum sumeret, sine gemmis fibulas stringeret, capulo uix eburneo spatam clauderet. Huc uidentur spectare mores huic reipublicæ familiares, quòd uidelicet pecuniam milites in baltheo gestarint, & quòd in mensa is deponi fuerit solitus. Hinc est illud Vopisci in Aureliano, cum leges militares recenset ab eo latas: Arma tersa sint, ferramenta samiata, calciamenta fortia, uestis noua uestem ueterem excludat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. Sic Vulcatius Gallicanus de balthei depositione in mensa fieri solita: Nam statim (inquit) ad signa edici iussit, & programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inueniretur apud Daphnem, discinctus rediret. Lampridius in Alexandro: Quacunque iter legiones faciebant, tribuni accincti, centuriones uerecundi, milites amabiles erant, hæc ille. Sed placet huius quoque generis species distinguere, quæ erât:

Balthei cingulum.

Auratus baltheus. Auratus baltheus, argenteus, constellatus, & coriaceus. AVRATVS, quo Impe- A ratores, principes uiri, ac in magistratibus muneribusque constituti utebantur. cuius meminit Herodianus libro quinto, de Macrino imperatore locutus: Quippe deliciosius indies agitans, histrionibusque & saltatoribus intentus, & gubernandi negligens, incedebat cum fibulis ac baltheo auratis, gemmatisque. Et libro quarto, de Bassiano scribens: Multisque uictimis immolatis (ait) ac thure cumulatis altaribus, ad Alexandri monumentum se cōtulit, paludamentumque purpureum, & claris speciosisque gemmis annulos conspicuos, baltheumque, & si quae alia gestabat elegantiora, dempta sibi, tum illius imposuit sepulchro. Huc pertinet illud Liuij, Auratae uaginae, aurati balthei illis erant. Huc alludunt & poetae. Virgilius quinto Æneidos:

Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis
Threicijs, lato quam circumplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.

Persius Satyra quarta:

Caecum uulnus habes, sed lato baltheus auro
Protegit.—

Argenteus. ARGENTEVS, inter militaria dona numeratur à Trebellio Pollione in Claudio: Fibulas argenteas inauratas duas, fibulam aureum cum acu, Cypriam unam, baltheum argenteum inauratum, unum annulum bigemmeum uncialem.


Gemmatus. GEMMATVS commemoratur eidem authori in historia Gallieni: Gemmato baltheo usus est, caligas gemmatas adnexuit, cum compages reticulas appellaret.

Constellatus. CONSTELLATVS, ex stellarum sculptura, qua hodieque cingula foeminis conficiuntur. Meminit Pollio in Gallieno: Namque cum cingula sua plerique militan- B tium, qui ad conuiuium uenerant, ponerent hora conuiuij, Saloninus puer, siue Galienus his auratos constellatosque baltheos rapuisse perhibetur. CORIA-

Coriaceus. CEVS militaris erat, & in castris passim à militibus usurpatus, qua materia adhuc hodie cingula non militibus solùm, sed passim ciuitates & castella incolentibus fieri solent. Meminit Propertius elegia quarta:

—Ilia subter Praebebant caesi balthea lenta boues.

CAPUT XV. DE ARMATURIS ROMANAE Reipublicae, in genere.



QVEMADMODVM in uestimentis, ita discrimen suum Romanis in armatura fuit. Quorum & non pauca, haud aliter atque uestimentorum, ad nostram egestatem, ex illa uetustate maiestateque populi rerum domini defluxerunt. Quae Germani praecipuè, qui partim sub illo militauimus, partim subiecti bello & in prouincias redacti eramus, tanquam per manus tradita accepimus: eaque simulatque liberi facti uictores expuleramus, retinuimus, mutata tamen aliquantum, & non ita solerti industria ut illi solebant, fabrefacta. Hinc nobis manent thorax, subarmale, lorica, gladius, pugio, machera. Sunt & hastilia penè eadem, tragula, ueruta, dolabra, secures, aclides, dolones, cestrosphendones, & gopides. Quorum etsi postrema quatuor exoleuerint, fuerunt tamē patrum memoria frequenti bellorum usu gentilicijs uocibus nuncupata, Streitkolben/ Altknopfet geysel/ Schießpfeil/ Krumbe waydprayen. Reliqua uerò etiamdum uniuersa

Reliquiae ueterum armorum.

A uersa manent, quæ lingua nostra uocamus, ein vndertheil/ein pantzer/ein schwert/ ein dolich/ein pradtspiß/ein schäfflyn/ein alspieß/ein hellenparten. Arma uerò, quæ Festus ab armis, hoc est humeris deducit, & Varro ab arcendo deriuare uidetur, multiplicia Romanis fuerunt. Atque ut transeam metaphoricam armorum acceptionem, qua arma facundiæ, prudentiæ & senectutis, Tullius in suis passim & distinguit operibus, & nominat: præterea ut excludam arma rustica & culinaria, quæ instrumenta aliàs nuncupantur, quemadmodum Plinius instructum coquinarijs armis scribit, & Virgilius primo Georgicorum: *Arma metaphoricè dicta.*

Dicendum quæ sint duris agrestibus arma:

His inquam omnibus ab hoc capite reiectis, arma in bello ac castris usurpata enarrabimus, quoad eius fieri poterit, breuissimè, & quantum ad institutum nostrum pertinere uidebitur. Horum quidem duplex discrimen reperio. Cicero enim in Oratione pro Cecinna, armorum alia ad regendum, alia ad nocendum parata tradit. Tum Vegetius libro de Re militari, armaturas duplices & simplices distinguit: Simplices intelligens, quæ unum armarent. His succedit tertia differentia, quòd alia ad tegendum sunt excogitata, thorax, lorica, subarmale, scuta: ad nocendum simul tegendumq́; gladij, hastæ, ueruta, secures, & cætera.

Hic iam rursus in dubium uertitur, an'ne omnia quæ in castris ad aciei expeditionem adhibentur, rectè arma dici possint. Caius sanè iureconsultus de Verborum significationibus, sub armorum appellatione & fustes & lapides comprehendit: & Cicero in Oratione pro Sylla: Cornua, tubas & falces. Igitur arma omnia fuere, quæ in castris ad prælium militibus exeuntibus, uel ad *Armorum uox quàm latè pateat.*
B defensionem castrorum ciuitatum'que consistentibus, in usum adhibebantur. Hæc autem diuidebantur in armaturam leuem & grauem. Item in arma legionaria, arma naualia, & arma obsidionalia. Rursus sub leui armatura, numerabantur hastæ uelitares, spicula, pila, gesæ, tragulæ, pugio, gladius, thorax coriaceus, umbo, parma, ueruta & gepides. Sub graui uerò erant hastæ, conti, dolabra, secures, lorica, thorax ferreus, scuta, dolones, plumbata, aclides, & cestrosphendones. Præterea arma legionaria fuerunt, subarmale, thorax coriaceus, armillæ, scuta, galea, hamæ, secures, pila, ocreæ & sarcinæ, quæ in nummis ueteribus expressa sæpe uidemus: uti in altera pictura armorum suspensorum in frontispicio huius Operis delineauimus. Tum uerò ad arma obsidionalia pertinebant loricæ, uineæ, testudines, balistæ, arietes, scorpiones, turres, uectes, & cæteræ machinæ quædam. Erant denique & Naualia arma, anchora, antennæ, uelum, remulcus, harpagæ, manicæ ferreæ, telannæ, pontes, & cataractæ: de quibus suo loco à nobis copiosius dicetur. Nunc de leuis & grauis armaturæ explicatione, quæ desunt, ex authoritate historiæ adijciemus quædam. Vegetius libro secundo de Re militari scribit: Pedestrem militiam apud Romanos trifariam diuidi solitam, in armatos uidelicet, quæ grauis dicebatur armatura: & uelites, qui leuissimè omnium uelabantur, unde & expediti dicebantur. non enim loricam hi induebant, non ocreis muniebantur, non clypeum aut scutum graue gestabant: sed hastilia tantum, & maximè spicula, gesas'que, aut ea iacula quæ ex funda mittebantur. In tertio uerò ordine peltati fuerunt, à pelta, hoc est, paruo scuto denominati. Et erant hi medij inter leuem & grauem armaturam, cuius generis rorarij fuerunt, accensi, & ferentarij. unde Vegetius libro secundo refert: Ferentarij exultatores,

Armatura leuis.
Armatura grauis.
Armorum legionariorum catalogus.
Armorum obsidionalium catalogus.
Armorum naualium catalogus.
Loca autorum de leui armatura.

res, sagittarij, funditores, hoc est leuis armaturæ aduersarios prouocabant, ante aciem præcedentes. Et iterum: Qui acriter uerutis, marciobarbulis, quas Plumbatas nominant, quæ leuis dicebatur armatura. Ad hoc genus armaturæ alludit Cicero libro sexto Epistolarum ad Atticum: Habet autem cohortes quadragenarias nostra armatura triginta. Idem: Iisdem & similibus quibus nos armati armis. Et decimo Epistolarum, in epistola Sergij ad Ciceronem: Antonius ad forum Gallorum suas copias continebat, neque sciri uolebat se legiones habere, tantum equitatum & leuem armaturam ostendebat. Rursus decima Philippica: Nostræ sunt legiones (ait) nostra leuis armatura, nostri equitatus, maximeq; noster est Brutus. Hæc de leui armatura. Nunc legionaria certa arma autoribus dici ostendam, de quibus peculiaris extat locus apud Cornelium Tacitum libro tertio historiæ Augustæ: Augustodunum (inquit) caput gentis, armatis cohortibus, Sacrouir occupauerat nobilissimarum Galliarum sobolem, liberalibus studijs sibi operatam, ut eo pignore parentes propinquos'que eorum adiungeret. Simul arma occultè fabricata, iuuentuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quinta sui parte legionarijs armis, cæteri cum uenabulis & cultris, quæ'que alia uenantibus tela sunt. Adduntur è seruitijs gladiaturæ destinati, quibus more gentilicio continuum ferri tegmen (Crupellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Sic Liuij quoque locus libro octauo Decadis quartæ de obsidionalibus armis iste intelligendus est: Et Romani, ad Ambraciam pluribus locis, quatiendo arietibus muros aliquantum urbis nudauerant, nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam & pari celeritate nouus pro diruto murus obijciebatur, & armati ruinis superstantes, instar munimenti erant. Itaque cum aperta ui parum procederet res, Cos. cuniculum occultum, uineis antè contecto loco, agere instituit. Idem libro primo Decadis quartæ: Eò Claudius, duabus legionibus nouis adductis, uetere exercitu cum suis ducibus dimisso, ipse oppidum circumsedit, & uineis oppugnare intendit, amnemq; præterfluentem mœnia, qui & impedimento oppugnantibus erat, & aquationem Histris præbebat, multorum dierum opere exceptum, nouo alueo auertit. Et rursus libro quarto Macedonici belli: Segesticam tantum grauem atque opulentam ciuitatem uineis & pluteis cæpit. Huc & Cornelius Tacitus adludit libro decimoseptimo: Cæterùm multo suorum cruore pulsus Cecinna, & nox parandis operibus assumpta. Vitelliani pluteos cratesq; & uineas suffodiendis muris, protegendisq; oppugnatoribus, Othomanni sudes ac immensas lapidum ac plumbi ærisq; moles perfringendis operibus, obruendisq; hostibus expediunt. Cæsar libro primo Ciuilis belli: Has terra atque aggere contegebat, ne aditus atque incursus ad defendendum impediretur. A' fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. Quibus ex locis elucescit, inter obsidionalia arma primi nominis extitisse uineas, pluteos, crates & loricas. Plutei quidem rotulis instructi, mœnibus admouebantur, ascensuros in murum protegens. Vineam uerò describit Liuius, latam pedibus octo, altam septem, longam sedecim, duplici ligno cratibus'que contextam, sub qua & ipsa milites contecti, ab iniurijs iaculantium, mœnibus subibant. Vnde est illud Crispi in Iugurthino: Marius uinea adgressus, testudine acta succedere, & simul hostem tormentis & sagittarijs eminus terrere. Sic quoque lorica qualis fuerit, Curtius libro nono demonstrat: Augusta muri corona erat, non Punicè, sicut alibi, fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Victruuius libro secundo,

Loca autorum de legionarijs armis.

Loca autorum de obsidionalibus armis.

Plutei.

Vineæ.

Lorica.

A

B

A cundo, de lateritijs parietibus loquens: Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut uentis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed proiectura coronarum reijciet extra perpendiculum stillas. hactenus ille. Supersunt adhuc naualia arma, de quibus Columella libro quarto: Nonnulli (inquit) strenuè fabricant nauigia, nec consummata prouidè instruunt armamentis ministrisq;. Sic Plautus in Merc. Salua est nauis, ne time. Respondet, quid cætera alia armamenta. Plura Plinius libro decimonono. Adludunt ad huiusmodi armaturam poetæ denique, quorum Maro quinto Æneidos canit: *Naualia arma.*

Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis.

Ouidius undecimo Metamorphoseon:

Propius eductam naualibus æquore tangi,
Aptariq; suis primùm iubet armamentis.

Erat autem hoc discriminis inter Naualia & Armamenta, quòd statio nauium Naualia dicebatur, ubi conficiebantur, hodie Arsanal. Armamenta uerò, ubi arma naualia condebantur, uulgò des Arsanal zeüghauß/oder Artolarey.

CAPUT DECIMUMSEXTUM. DE ARmis quæ corpora tegebant, & ab aliorum iniurijs muniebant.



AD CORPORIS munimentum adhibebantur præcipuè pectoris (quod uidelicet quia regia totius uitæ est, omnes nationes magis quàm cætera tegere solent) subarmale, lorica, thorax, & B cilicium. SUBARMALE è corio fiebat, ut hodie etiamdum in more milites habent. De quo Aelius Spartianus in historia Septimij: Quum Romam Seuerus uenisset, prætorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere, eosdem sic ad tribunal uocauit, armatis undique circumdatis. Herodianus libro septimo: Duo (inquit) ex militibus Maximini, quos in castris reliquerat emeritæ iam ætatis, ad fores curiæ accesserunt, exploratum quæ gererentur, inermes uidelicet, tantumq; subarmalibus & sagis induti. *Subarmale.* LORICA à loris appellationem meruit, quòd primis temporibus è loro & corio facta sit: quam ex squammis ferreis primos Gallos ostendisse, Vegetius est autor. Suetonius in Caligula: Repetita cœna, renunciantes coactum agmen, sicut erant, loricatos ad discumbendum adhortatus est. Sic Plinius libro decimooctauo, de Ichneumone scribens: Mergit se limo sæpius (inquit) siccatq; sole: mox ubi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. Quo loco loricationis uox prouerbialiter accipitur. Hinc disloricare, pro lacerare, Cicero secundo de Oratore usurpat: De M. Antonio (inquit) non dubitaui excitare reum consularem, & eius disloricare tunicam. Sic Apuleius: His dictis immolat eam, uestemq; plurifariam disloricat, capilloq; abscisso & capite cõquassato grauiter affligit. Rursus apud Iureconsultos pro ornamento, ac ueluti tectorio quod Voluptatis appellatur. Atq; hic nihil dico quoq; de lorica altera obsidionali, de qua superiori satis dictum est capite. De lorica uerò, ut erat corporis munimentum, & de quo genere hoc capite tractauimus, multa sunt apud autores loca quæ mentionem faciunt. Cicero pro Murena: Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum uirorum, & cum illa lata insigniq; lorica, non quæ me tegeret. Liuius libro 2 Dec. quintæ: *Lorica.* *Loca autorum de lorica ferrea.*

Ad regem spolia cæsorum hostium referebantur: dona ex his aliis arma insignia, aliis equas, quibusdam captiuos dono dabat. Scuta erant supra mille quingenta, loricæ thoraces que millium amplius summam explebant. Gladiorum galearumque & missilium omnis generis maior aliquanto numerus. Huc pertinet & locus Cornelij Taciti libro decimooctauo: Veterani è prætorio, classicorum ingens numerus, nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus est, & ante signa pedester horridus, incomptus, famæ que dissimili. Meminit loricæ ferreæ & Cæsar libro sexto Ciuilis belli: Quo facto, ab oppidanis ac si suarum partium essent, conseruati, missos facere loricatos: qui que præsidij causa præpositi oppido à Pompeio essent, orabant. Rursus Liuius libro quinto Macedonici belli: Partim loricatos, quos cataphractos uocant: partim sagittis ex equo utentes. Et iterum libro quinto ab Vrbe condita: Multos que imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis, aliis que tegminibus hausere gurgites. Meminit & Herodianus libro tertio historiæ Augustæ: Erat autem iam diei uesper, magnam in spem sublatus, loricam induitur sub uestem, tuendi corporis gratia. Sic Sidonius Apollinaris in Panegyrico Anthemio dicto:

Non galea conclusa genas, nec sutilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis.

Extat mentio loricæ in hoc significato & apud uetustiores poetas, quorum Virgilius quinto Aeneidos sic canit:

—Auro squallentem, alboque orichalco
Circumdat humeris loricam.—

Et tertio Aeneidos, rigentem ære loricam commemorat. Sic Ouidius tertio Metamorphoseon: B

Loricaque modo squammis defensus, & atræ
Duritia pellis, ualidos cute reppulit ictus.

Huc pertinet illud Marcellini libro uigesimoquinto: Inuasa subitò terga ponè uersus arma cogentium principi indicatur, etiam tum inermi ad speculanda anteriora progresso. Qua concitus clade, oblitus loricæ, scuto inter tumultum abrepto, properans ultimis ferre suppetias, reuocatur alio motu, qui etiam antesignanos unde discesserat, paria perpeti nunciabat. Hic notandum quoque est, quòd lorica gregarij non utebantur, sicut nec casside. Vnde est illud Vegetij libro primo, capite uigesimo: Sed grauis pediti lorica uidetur, & galea, fortasse raro meditanti, & arma tractanti. Cæterùm quotidianus usus non laborat, etiamsi onerosa gestauerit. Atque hæc de lorica. Sequitur CILICIVM: thorax erat ferreis squammis obductus, in magno quondam apud Cilices usu: hodie apud Vuyndos, Schlauos & Croatas superest, ex ferreis tamen squammis. quondam ex uillis etiam caprarum & caprorum fieri solebat, ut Asconius tradit, in usum castrorum & nautarum. Vnde celebrat Vegetius libro quarto Cilicia, ad excipiendum impetum sagittarum. Et machinas militares ciliciis uestiendas docet, ne exurantur incendio. Meminit Marcellinus libro uigesimo: Et licet defensores obtentis ciliciis, ne conspicerentur ab hostibus, latebant intrinsecus: tamen quoties flagitabat necessitas, lacertos fortiter exertantes, lapidibus subiectos incessabant. Et libro uigesimoquarto: Tum defensores animo prestantes & uiribus per propugnacula ciliciis undique laxius pansis, quæ

Cilicium.

A sis, quæ telorum impetus cohiberent, obtecti scutis uimine fortissimo textis, & crudorum tergorum densitate uestitis, ualidissimè resistebant, ferrea nimirum facie omni: quia laminæ singulis membrorum lineamentis coherenter aptatę, fido operimento totam hominis speciem contegebant. Et sic intelligitur hoc carmen Virgilij tertio Georgicorum:

Cyniphæi tondent hirci, barbasq; comantes
Usum in castrorum, & miseris uelamina nautis.

THORAX triplex Romanis in usu fuit, lineus, coriaceus, & ferreus. Liuius sanè in quarto ab Vrbe, meminit thoracis linei, qui erat dicatus in templo Iouis Feretrij. Legimus etiam apud Æmilium Probum, loricas linteas pro loricis æneis datas esse Atheniensibus militibus ab Iphicrate. Idem Liuius in decimo: Dicta non ab eo, quòd linteis thoracibus fuerint armati: sed quòd intra locum linteis contectum adigebantur iurare, diro quodam carmine in execrationem capitis familiæq; & stirpis composito, nisi iuissent in prælium, quò Imperatores sui duxissent. Sic Lampridius refert, Alexandrum Cæsarem instituisse uectigal linteonum. Celebratur præterea in historijs thorax ille lineus, quem habuit Amasis rex Aegypti, cuius singula fila tercentum sexaginta quinque filis constitisse, autor est Plinius in decimonono. Ad huiusmodi thoracem lineum alludit Suetonius in Galba, ita scribens: Loricam tamen induit linteam, quanquam haud dissimulans, parum aduersus tot mucrones profuturam. id quod de thorace Tacitus, eandem historiam repetens, refert: Sumpto thorace (inquit) Galba irruenti turbæ neque ætate neque corpore insistens, sella leuatur. Et de eodem lineo thorace intelligenda sunt loca aliorum authorum, quorum Appianus B libro secundo Ciuilis belli ita scriptum reliquit: Quo dicto, Antonius exuta ueste, thoracem quo erat indutus, aperuit. Aspicientes deinde uerbis irritans, neminem sine armis, ac ne consules quidem, inquit, tutos esse posse. Atque hæc de thorace lineo. Sequitur qui ex corio conficiebatur, quem passim in omnibus sculpturis Romanis numismatibusq; expressum uidemus, quemadmodum & nos in frontispicio huius Operis delineauimus ex parte, ad umbilicum usque protensum, ac flosculis quibusdam decoratum, ut nostra etiamdum ætate Itali ferre consueuere. Marcellinus libro uigesimosecundo, thoracis ex pelle crocodili meminisse uidetur, cum de crocodilis ageret: Noctibus quiescens per undas, diebus humi uescitur, confidentia cutis, quam ita ualidam gerit, ut eius tergo cataphracta, uix tormentorum ictibus perforentur.

Thorax triplex.

Thorax coriaceus.

THORAX FERREVS in nostro magis hodie usu, Germanorum præcipuè, quàm Romanis fuerat quondam. Meminit Plinius libro trigesimoquinto, cum refert Parrhasium pinxisse Nauarchum thoracatum. Et libro trigesimoseptimo, Neronis imaginem ferreo thorace formatum tradit. Idem septimo, plumbei thoracis meminit his uerbis: Athamutim nomine prodigiosæ ostentationis quingentario thorace plumbeo indutum. Huc pertinent quæ scribit Marcellinus libro decimosexto, cum Iuliani Cæsaris prælium cum Alemannis ad Rhenum gestum describit: Norant eum, licet prudentem ex equo bellatorem, cum clibanario nostro congressum, frena retinentem, & scuta, hasta una manu uibrata, tegminibus ferreis, abscondito bellatori nocere nõ posse. Idem lib. 25: Erãt aũt omnes cateruæ ferratæ, ita per singula membra densis laminis tectæ, ut iuncturæ rigentes compagibus artuũ conuenirẽt: humanorumq; uultuũ simulachra ita capitibus diligenter aptata, ut in bracteatis corporibus solidis, ubi tantum incidentia

Thorax ferreus.

cidentia tela possunt hærere, qua per cauernas minutas & orbibus oculorum affixas parcius uisitur, uel supremitates narium angusti spiritus emittuntur, quorum pars contis dimicatura stabat immobilis. Idem libro uigesimonono, cum de Valentiniani imperatoris crudelitate disserit: Præpositum fabricæ, oblato thorace polito faberrimè, præmiumq; ideo expectantem, ea re præcepit occidi, quòd pondus paulò minus habuit species ferrea, quàm ille formarat. Præterea thoracem ferreum Romanos milites induisse, meminit Marcellino multis seculis antiquior, & qui ante constitutam Imperij monarchiam floruit, Polybius, in libello de castrametatione Romana hisce uerbis: Atq; plerique (inquit) accepto ære unius spithamæ quoquo uersus, quod adhibent pectori, uocantq; Cordituum, perfectam habent armaturam. Qui uerò censum excedunt drachmarum decem millium, pro corditu o præ cæteris armis, hamis contextos induunt thoraces. hæc ille. Vnde arbitror in hunc usq; diem thoraces coriaceos Italis Cordanos dici. A

Meminit thoracis ferrei in Romano exercitu & Vegetius libro de Re militari primo, capite uigesimo: Ab urbe enim condita (inquit) usq; ad tempus diui Gratiani, & cataphractis & galeis muniebatur pedestris exercitus, cum campestris exercitatio interueniente negligentia, desidiáq; cessaret, grauia uideri arma cœperunt, quæ rarò milites induebant. Itaq; ab Imperatore postulabant, primò cataphractas, deinde cassides deponere. Sic detectis pectoribus & capitibus, congressi contra Gothos milites nostri, multitudine sagittariorum sæpe deleti sunt: nec post tot clades, quæ usq; ad tantarum urbium excidia peruenerunt, cuiquam curæ fuit, uel cataphractas, uel galeas pedestres addere. Huc alludit Virgilius octauo Æneidos:

Inde alij Troiæ proceres, ipse agmine Pallas B
In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis,
Qualis ubi Oceani perfusus lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resoluit:
Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequuntur
Puluerean nubem, & fulgentes ære cateruas. Et decimo Aeneidos:
—Thoraca simul cum pectore rupit. Sic Valerius tertio Argonaut.
—Densis thoracibus horrens Stat manus.—

Sidonius Apollinaris in Panegyrico dicto Anthemio:

At postquam primos infans exegerat annos,
Reptabat super arma patris, quanquam arta terebat
Lamina ceruicem gemina complexus ab ulna.

Cassis, galea. CASSIS Romana, uel galea, quæ hodie in exercitu quasi omnium gentium recipitur, qualis extiterit, explicat Polybius in libello de Castrametatione Romana: Adornatur præterea miles (inquit) & simplici casside, cui lupi pellem imponunt, aut eiusmodi aliquid, quod integumentum pariter insigneq; sit, ut in prælio suos quiq; principes strenuè aut ignauiter se gerentes, latêre non possint. Et subdit: Adornatur galea ænea, corolla plumea, pennisq; tribus puniceis, aut nigris erectis, longitudinis fermè cubitalis. Quæ cum in summo uertice cæteris armis addiderint, uir quidem apparet duplo maior quàm sit. hæc ille. Porrò quanto in usu Romanis galea extiterit, declarat Veget. lib. de Re militari 1: Vnde apud antiquos (ait) murus nō dicebatur pedestris exercitus, nisi quòd pilatæ legiones, præter scuta etiā, cataphractis galeisq; fulgebant. Et iterū: Pedites autem scutati præter cataphractas & galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cruribus accepere.

Et libro

A Et libro secundo, capite decimosexto: Omnes autem signarij, quamuis pedites, loricas minores accipiebant, & galeas, ad timorem hostium, ursinis pellibus tectas: centuriones uerò habebant cataphractas, scuta & galeas ferreas, sed transuersis & argentatis cristis, ut facilius agnoscerētur à suis. Et capite decimoquinto libri primi: Hęc erat grauis armatura, qui habebant cassides cataphractas, ocreas, scuta, gladios maiores, quos Spathas uocant. SCVTVM idem penè quod clypeus, ἀπὸ τοῦ σκύτους, id est à pelle, quòd non sine pellibus fiat, ut Festus scribit: quemadmodum quòd celent corpora, clipei, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Seruius clypeos peditum, & scuta equitum interpretatur. Liuius sexto ab Vrbe, de Latinis loquēs: Clypeis antè Romanis usi sunt, deinde postquam stipendiarij sunt facti, scuta pro clypeis fecere. Equidem scuta fuisse non multum dissimilia arbitror ab his, quibus hodie Hungari adhuc, & quondam Germani quoque usi fuerunt, & Taczas gentiliter appellant: idq́ue ita esse, uetera monumenta numismataq́ue ostendunt. Ex quibus in frontispicio Operis delineauimus scuti ueteris formam, quod leuius minusq́ue nostro uel Hungarico fuit, pelle similiter ut nostrum intectum. Sic Telamonij Aiacis clypeus septemplex ille, septem corijs boum à poetis circumdatus scribitur, cuius meminit Ouidius duodecimo Metamorphoseon. Talem Virgilius etiam Turno suo tribuit, Hesiodus Alcidæ, Homerus Pelidæ. Plinius libro uigesimoquinto: Scutis enim (ait) qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum. Huc pertinet illud Liuij libro nono Decadis primæ, de Samnitibus loquentis: Scuta alterius auro, alterius argento cælauerunt. Forma erat scuti, summum latus, qua pectus atq́ue humeri tegūtur, fastigio æquali: ad imum cuneatur, mobilitatis causa. Marcellinus libro decimosexto, cum Cæsaris Iuliani cum regibus Germanorum ad Rhenum

Scutum.

Scutorum uestigia apud nos.

In scutis erant picturæ ac imagines.

B pugnam describeret: Alemanni enim scutorum insignia contuentes, norant eos milites promisisse paucis suorum latronibus terram, quorum metu aliquoties cum gradum conferrent, amissis pluribus abiere dispersi. Videtur pertinere ad hunc locum quod scribit Vegetius libro secundo de Re militari, capite decimooctauo: Sed ne milites (inquit) aliquando in tumultu prælij, à suis contubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant, quæ ipsi nominant Digmata, sicut etiam nunc moris est. præterea in aduerso scuto uniuscuiusq́ue militis literis erat nomen adscriptum, addito, ex qua esset cohorte, quá ue centuria. Porrò quod scutū præferendum sit, docet Aelianus: Scutum optimū (inquit) est, quod Macedonicum, æneum, mediocriter cauum, ad octo dodrantum magnitudinem. Huc alludit Virgilius octauo Aeneidos:

Tum leues ocreas electro auroq́ue recocto,
Hastamq́ue & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumq́ue triumphos,
Haud uatum ignarus, uenturiq́ue inscius æui.
Fecerat ignipotens. illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataq́ue in ordine bella
Fecerat, & uiridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam, geminosq́ue huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.

Cæterùm in quanto usu clypei fuerint, siue scuta, cùm apud Troianos, tum uerò pręcipuè Romanos, docent autores classici. Cicero secunda Philippica: Agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites, sicas portare uidemus. Idem pro Cecinna: Etsi non solùm impulsu scutorum, neque conflictu corporum.

Idem

Idem libro secundo de Finibus bonorum: Simul atque ipse graui uulnere exanimari uideret se, ut primùm dispexit, quęsiuit, saluus'ne esset clypeus? Sic T. Liuius libro octauo Punici belli: Erant in Celtiberorum exercitu quatuor millia scutata, & ducenti equites. Et octauo belli Macedonici: A' pueris hi more quodam gentis saxis globosis, quibus fermè immixtis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes exercebantur. Itaque longius certiusque & ualidiore ictu quàm balearis funditor è telo usi sunt. Et est non simplicis habenæ, ut balearica, aliarumque gentium funda, sed triplex scutale crebris suturis duratum. Cæterùm erant scutorũ & discrimina quædam. Atque ut de parma ac umbone posterius dicamus, meminerunt authores classici clypeorũ subinde: ardentis, micantis, & ærei. Virgilius item Argolici, quo Argiui utebãtur, tertio Æneidos. Sic æratum clypeum & detritum Silius Italicus celebrat, & fulgentem Ouidius octauo Metamorph. Ad quem alludit & Claudianus isto carmine, in quartum Honorij consulatum: A

Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro
Squammeus, & rutilus cristis, & caßide maior?

Non possum hic, quando de scutis Romanis loquimur, præterire terminos quosdam ad scutum pertinentes castrenses: quale est illud, Declinare in scutum siue hostem, qua forma loquendi Ælianus sæpe utitur. ut cum scribit: Non enim solùm celeritate est opus, uerùm & claritate uocabuli, ne alij hoc, alij illud & plerunque cõtrarium faciant. Verbi gratia, si dixeris, Declina: uerbo hoc audito, possunt alij declinare in hastam, alij in scutum, quæ res non parum inferret perturbationis. Cum itaque generis ac totius loco habeatur uocabulum illud Declina, adiũgere debemus, ad hastam, aut ad scutum, prout res exigit: & quidem antè, ut pars toti anteponatur, hoc modo: Ad hastam declina. Ita enim omnes idem sine errore facerent. Tale est apud eundem Aelianum: Immutari ad scutum: Deinde iuga posteriora colligere (inquit) atque ita densato milite conuerti in hastam. Quo facto, si restitui suum in locum placuerit, uidemur immutari ad scutum: hoc est, quemcunque in locum uergere auersum, tum ordinem totũ reuerti: hoc est, quemadmodum milite obdensato conuersus spectauit dextrorsum, ita totum transferri in locum, unde cõuerti inceperat. Mox decuriones quiescãt, reliqui procedant per iuga. hæc ille. quæ uidentur quadrare decursioni ludicræ, cuius nobis diximus imaginem saltem remansisse in illis choreis, quas Ziganeorum & Maruscatantz uulgò dicunt. Idem: Conuertere ordinem ad scutum, utitur formula castrensi: At si conuertere ordinem (ait) ad scutum uelimus, pręcipitur decuriam leui extremi quiescere, reliquos omnes declinare in scutum, sinistrorsumque procedere, tum reddere in arrectum, deinde iuga posteriora colligere, mox ad scutum conuerti. Simile his est, Inflectere in scutum, apud eundem, ubi campicursionem siue exercitium armaturæ describit: Itaque ordines (inquit) primũ suumque locum recipient. Sed si inflectere ad scutum uelimus, præceptis utemur contrarijs, hoc est, bis inflecti in scutum, quo facto restitutionem agemus, quod ex his quæ modò exposui, apertum iam est. Porrò à scuto scutarij nominati sunt, fabri uidelicet qui scuta parabant. Veget. lib. 2 de Re mil. Romana militia (inquit) habebat fabricas scutarias & loricarias, quibus armorũ genera formabantur. Hinc codex Præfecturarũ enumerat per Orientẽ fabricam scutariorũ in Damasco, fabricam scutariorũ Nicomediæ, & tertias per Thracias & Hadrianopoli. Atque hactenus de scutis atque scutarijs. nunc superest, ut ritus quosdam Romanos explicemus, qui scutis fiebant. Siquidem assensus militaris scutorum fragore fiebat, & in scutis quondam inaugurabantur Imperatores. De quorum primo Marcellinus libro uigesimo meminit, cum orationem Iuliani Cæsaris recens creati ad milites habitam B

Scutarij.

Mos consensus militaris fiebat fragore scutorum.

A habitam describeret: Hac fiducia spei maioris animatus inferior miles, dignitatū iamdiu expers & præmiorum, hastis feriendo clypeos, sonitu assurgens ingenti, uno propemodum ore dictis fauebat & cœptis. Et lib. 21: Hoc sermone Imperatoris uice alicuius oraculi comprobato, mota est incitatius concio, & rerum cupida nouandarum, unanimanti cōsensu uoces horrendas, immani scutorum fragore miscebat. Et lib. 23: Conclusa oratione ad hunc gratissimum finem, ductoris gloria præliator miles exultans, speq; in prosperum elatior, sublatis altius scutis, nihil periculosum fore uel arduum clamitabat, sub Imperatore plus sibi laboris q̃ gregarijs indicente. Maximè omnium id numeri Gallicani fremitu lætiore monstrabant. Idem lib. 25: Incredibile dictu est, quanto ardore miles, ad uindictam ira & dolore feruentior inuolabat, hastas ad scuta concrepans, etiam mori si tulisset sors obstinatus. Venio ad alterum morem, quo scutis quondam inaugurari solitos imperatores diximus. Cuius meminit Marcellinus lib. 20. historiæ Aug. cum de Iuliani inauguratione dissereret: Conclamabatur posthac ex omni parte, nihilominus uno pariq; ardore nitentibus uniuersis, maximoq; contentionis fragore probro & cōuicijs mixto, Cæsar assentire coactus est: impositusq; scuto pedestri, & sublatus eminus populo silenti Augustus renunciatur. Huic subnectitur tertius ritus, quòd hi qui dedere locū uellent, inuersis scutis exibant. Meminit Marcellinus lib. 26: Qua successus alacritate Valens castra promouit ad Phrygiam, & prope Nacoliam collatis manibus, partiū dux in ancipiti Agilo rem excursu prodidit repentino: eumq; secuti plures iam pila quatientes, & gladios, ad Imperatorem transeūt, cum uexillis scuta peruersa gestantes, quod defectionis signum est apertissimum. Atq; hæc de ueteribus ritibus. Venio ad reliqua scutorū discrimina, siue potius clypeorum, parmas uidelicet, & umbones. PARMA quadrangularis erat, non solùm scuto, uerumetiam clypeo leuior: sic dicta, quòd in omnes partes parem haberet extensionē. Suspendebatur enim ex humero, & alio nomine Pelta uocabatur. Liuius libro secundo Decadis tertiæ: Quingenti fermè Numidæ, præter consueta arma telaq; gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum, cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent, repentè ex equis desiliunt. Idem quarto ab Vrbe: Dat signum Volscis Imperator, ut parmatis nouæ cohorti hostium locus detur. Et octauo ab Vrbe: Quem cuspide parmaq; innixum. Porrò usum parmæ primū instituisse Iphicratem, & sustulisse C. Marium, historica nobis fides tradit. Ad quam adludūt & poetæ. Virgilius nono Æneidos, *Parma quæ fuerit.* B

Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.

Horatius secundo Carminum:

Tecum Philippos & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula.

Martialis libro decimoquarto Epigram.

Parma tibi scutum pumilionis erat.

VMBONEM deniq; alij mediam clypei partem appellant, alij extremam, alij uniuersum clypeum, si minoris quantitatis foret. In primo quidem significatu usurpat Liuius quarto ab Vrbe, cum dicit: Assurgentē ibi regem umbone resupinat. In secundo utitur Plinius libro 37: Arabicæ excellunt, ait, candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renitente, sed in ipsis umbonibus intentæ, præterea substrato nigerrimi coloris. Ita in tertio sensu, pro uniuerso uidelicet scuto, poetæ utuntur. Virgil. nono Æneidos: *Vmbo.*

—Nec sufficit umbo Ictibus.—

Ita fortem umbonem Lucanus commemorat.

EE CAP.

CAP. XVII. DE ARMIS ROMANIS quæ manu gestabantur.



DE ARMIS quæ corpus quauis ratione muniebant, & in præcipuo populi Rom. usu fuere, dictū à nobis est hactenus. Nūc quæ manibus gestabant, & in prouincijs passim atq; extra Italiam crebra fuerunt, breuiter, & quantū ad limitis Illyricani explicationē pertinere uidebitur, expediam. nam copiosius de his optimus & doctissimus uir IOAN. LVDOVICVS BRASSICANVS scribere incœpit: cuius fragmenta, quæ obiter nobis aliquando ostendit, fortè hæredes aliquando sui in lucem dabunt. Interim manentes ipsi in suscepta limitis explicatione, quæ maioris erant momenti, & autoribus notiora, explicabo, exordio ab hastis sumpto. HASTAM uerò in genere, ab astando dictam existimant, quòd uidelicet adstans ferri soleat. Cuius discrimina autoribus celebrata erant, hasta uelitaris, gesa, pilum, hasta equestris, hasta uirginea, hasta centumuiralis, hasta uenditoria, hasta sectionis, hasta decēpeda, hasta quæstoria, hasta censoria, hasta contus, hastile, tragula, rhomphea, ueruta, dolabra, secures, uectes, lupi ferrei, & claui ferrei. De quibus singulis à nobis ad fidem rerum dicetur. VELITARIS describitur à Liuio lib. 6. Decad. tertiæ: Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes, maximè uigore ac leuitate corporum ueloces. Iis parmæ breuiores quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, qualis hastis uelitaribus inest. Eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerūt, & uehi post sese & desilire perniciter, ubi datum signū esset. Postquā assuetudine quotidiana satis intrepidè uisum est fieri, in campū qui medius inter castra murumq; erat, aduersus instructos Campanorum equites processerūt. & ubi ad coniectum teli uentum est, signo dato uelites desiliūt. Pedestris inde acies ex equitatu repentè in hostium equites incurrit, iaculaq; cum impetu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos uirosq; passim coniectis, permultos uulnerauerunt. Pauoris tamen plus ex re noua atq; inopinata iniectū est, & in perculsum hostem equites inuecti, fugam stragemq; eorum usq; ad portas fecerunt. Inde equitatu quoq; superior Romana acies fuit, institutum ut uelites in legionibus essent. Meminit & lib. 8. Decad. 4: Consul, quia nō cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo, ingentem uim pilorū, uelitariū hastarum, sagittarum, glandisq; & modicorū qui funda mitti possent. Huc alludit Crispus in bello Iugurthino: Præterea iere sagittarij, cohors Peligna, cum uelitaribus armis, itineris properandi causa. Plin. lib. 7. cap. 56. cum de Rerū inuentorib. agit: Hastas, inquit, uelitares Tyrrhenū pilumq;. Atq; sic intelligunt hi uersus Ouidij in Ibin:

Utq; petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti uelitis hasta solum.

Catalogus & nomina hastarum. *Velitaris hasta.*

GESA gallica lingua à cedendo nominabat. eius enim gentis hasta fuit, & inde ad Romanos translata. Leuissimū autem hastile erat, adeò ut duo una manu geri potuerint, quemadmodū adhuc Gallos in ueteribus numismatibus expressos uidemus. Varro de gesa ita scribit: Qui gladijs cincti sine scuto cum binis gesis essent. Liuius octauo ab Vrbe: Leues autem, & qui hastam tantùm gesaq; gererent, uocabantur. Et rursus: Galeas itidem, pila, gesa, hastas longas. Idem libro sexto tertiæ Decadis: Et suppressit impetum Romanorum, uulnus Imperatoris Appij Claudij: cui suos ante prima signa adhortanti, sub leui humero summum pectus geso ictum est. Meminit & Virgilius septimo Aeneidos:

—Alpina choruscant Gesa manu.—

Gesa hasta.

Porrò

A Porrò ab hoc genere hastilis genus quoddam Gallorū, qui nudi pugnabant, gesatæ nominati suo ferè, ut nostro sunt seculo Lancigeri appellati, qui & ipsi magna ex parte nudi laceratis caligis incedunt. Hos ingredientes in Italiam Flaminius uicit, ut Polybius secundo est autor. præterea traduxisse gesatas ab Alpibus ad Istrū Strabo scribit. Ad Rhenum deniq; emigrasse, idem Polybius refert. PILVM hastile erat pedum quinq; & semis, in summitate ferro triangulari unciarū nouem præfixū, quod Romanis in præcipuo usu militiæ habebatur. Ad cuius ictū, ut scribit Vegetius, potissimū exercebant milites. quòd arte uidelicet & uirtute directū, & scutatos pedites, & loricatos equites sæpe transuerberabat. Cæsar lib. 1. Gallici belli: Milites è loco superiore pilis missis, facile hostiū phalangē perfregerunt. Sic Cicero in Pisonem: Vt semper Macedonibus imperatoribus, ijdem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorū atq; pilorū. Huc alludit Lucanus poeta lib. 1. Pharsaliæ: *Pilum.*

—Et pila minantia pilis. Et libro quarto:

Pila sed in medium uenere trementia pectus.

Cæterū tria pilorū fuisse genera reperio. Catapultarium, cuius meminit Plautus in Curculione: Quia ex te hodie faciam pilum catapultariū. Æratum pilum cōmemoratur Propertio, cum canit: *Curuata pila cuspide.* Primus pilus, & pili, & qui hoc gerebat centurionis nomen erat, qui uidelicet in milliaria cohorte primā centuriam ducebat. Cæsar lib. 5. Gallici belli: Tum Tito Baluentio, qui superiori anno primū pilum duxerat, uiro forti ac magnæ autoritatis, utrunq; femur tragula trajcitur. Porrò pilorū usus in prælio qualis fuerit, docet Vegetius lib. de Re militari primo, cap. 20: Sciendū præterea, quòd cum missilibus agitur, sinistros pedes in antè milites habere debere. Ita enim uibrandis spiculis uehementior ictus est. Sed cum ad pilum, ut appellant, uenitur, & manu ad manū gladijs pugnatur, tum *Pili genera.*
B dextros pedes in ante milites habere debēt, ut & latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint uulnus accipere: & proximior dextra sit. HASTA EQVESTRIS erat longior paulo, & grauior pilo, qualis est hodie hasta lancigerorū, uel equitum Hungarorū, ut conjcio. nam quam hodie Germani equites ferunt, gentilitia uoce ein Schurtzer, conti potius genus est. Liuius septimo ab Vrbe: Nec tu mihi plus quàm unius legionis principes hastatosq́ uideres. Sic Cor. Tacitus lib. 14: Et eques protentis hastis, perfringit quod obuium & ualidum erat. Marcell. lib. 25, mortem Iuliani Cæsaris describens: Et incertum subita equestris hasta, cute brachij eius præstricta, costis perfossis, hæsit in ima iecoris fibra. Et rursus eodem libro, contum delineans: Ex alia parte cataphractorū Parthicus globus centurias adoritur medias, ac sinistro cornu inclinato acriter perfusus, fœtorem stridoremq́ elephantorum impatienter tolerantibus nostris, contis & multiplicatis missilibus decernebat. Et sic intelligendum est hoc carmen Virgilij 2 Georg. *Hasta equestris.*

—Densisq́ uirûm seges horruit hastis.

HASTA CENSORIA recitatur à Liuio libro quarto Decadis tertiæ: Cum censores ob inopiam ærarij se iam locationibus abstinerent, ædium sacrarum tuendarum, curuliumq́ equorū præbendorū, ac similium his rerum: cōuenere ad eos frequenter qui hastæ huius generis assueuerant hortatiq́ censores, ut omnia perinde agerent, locarentq́, ac si pecunia in ærario esset. HASTA QVAESTORIA similis erat censoriæ in tabulis publicis, ubi mulctæ in ærarium referebantur. Vnde de iure hastæ, Corn. Tacitus lib. 13. sic scribit: Addidit L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate animaduerterent, néue mulctam ab eis dictam quæstores ærarij in publicas tabulas, ante quatuor menses referrent, medio temporis cōtradicere liceret, deq́ eo consules statuerent. cohibita arctius & ædilium potestas, statutumq́ quantū curules, quantū plebeij pignoris caperent, uel *Censoria.* *Quæstoria.*

pœnæ irrogarent. Et Heluidius Priscus tribunus plebis aduersus Obutronium A Sabinum ærarij quæstorem, contentiones proprias excitauit, tanquam ius hastæ aduersus inopes inclementer augerent. HASTA CENTVMVIRALIS, qua iudicaturi utebantur tanquam insigni quodam. Meminit Suetonius in historia Augusti, & Valerius Max. libro septimo: Manet eius uestigium in Belgicis, & uulgo appellant, præferuntq; pretori, des Meyers rüten. HASTA VENDITORIA, siue sectionis auctionalisq; (cuius species proscriptionis hasta fuit) quam uendituri tanquam signum quoddam rei uenalis loco adfigebant, ubi res mercede inscribebantur: manet & is mos in Belgica, & uulgò Campsare appellant. Meminit Cicero lib. 15. Epistolarum ad Cassium: Cæsarem putabant molestè laturum, uerentem ne hasta refrixisset. Intelligit autem auctionem bonorũ proscriptorũ. Et rursus in Officijs: Est enim risus dicere, hasta posita, cum bona in foro uenderet, & bonorũ uirorum & locupletum, & certè animam prædoni suo uendere. Et subdit: Quis hastam illius uenditionis uidit? Et iterum: Quos non illa Pompeij hasta satiauit? Idem secũda Philippica: Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona (miserum me: consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam Cnei Pompeij Magni, uoci acerbissimę subiecta præconis. Et iterum: Iam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis. Et Philip. quarta: Quos non bonorum donatio, nõ agrorum adsignatio, non illa infinita Pompeij hasta satiauit. Idem contra Rullum: Rullus in Ponto hasta posita, cum suis formosis autoribus auctionans. Et de lege Agraria: Nam obscurè uidentur propè hasta præconis insectari Cnei Pompeij exercitum. Huc alludit & Plautus in Mostel. Vel isti, qui trium nummorũ causa subeunt, sub hasta idem ueneunt. Hinc ortum est prouerbium, Sub hasta uendere. cuius meminit Titus Liuius lib. sexto Decadis primæ: Camillus in urbem triumphans redijt, trium B simul bellorum uictor, longè plurimos captiuos ex Hetruscis ante currum duxit: quibus sub hasta uenditis, tantùm æris redactum est. Idem libro quinto Decadis primæ: Biduum ad recognoscendas res datum dominis. Erant autem ea pleraque hostium ipsorum quæ sub hasta uenere. Huc alludit Eusebius secundo de uita Constantini: Cum hasta opes tantas innocentiũ disperderet atq; disijceret, nullaq; esset proscribendi & exterminandi satietas. HASTAE VIRGINEAE mentionem facit Ouidius 2. Fast. Comat uirgineas hasta recurua comas. HASTA caduceatoria, siue indicatoria belli, cõmemoratur ab A. Gellio lib. Noctium Atticarum decimo, cap. 27: Cum Q. Fabius imperator Romanus, dedit ad Carthaginenses epistolã, ubi scriptũ fuit populũ Rom. misisse ad eos hastam & caduceũ, signa duo belli aut pacis ex queis utrum uellent, eligerent, quod elegissent, id unum, ut esse missum, existimarẽt. Carthaginenses responderunt, neutrũ se eligere: sed posse, qui attulissent, utrum mallent, relinquere. quod reliquissent, id sibi pro lecto futurum. M. Varro autẽ nõ hastam ipsam, neq; ipsum caduceũ missa dicit, sed duas tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera simulachra hastæ fuerunt incisa.

Centumuiralis. Venditoria. Hastæ uirgineæ. Caduceatoria.

Decempeda. HASTA DECEMPEDA, quæ proprio seorsim uocabulo Pertica nuncupabatur. Erat autem metatorum, decem pedes longa, quam hi portabant qui castra metabantur. Vnde est illud Ciceronis: Vrbem non peritus metator, & callidus, decempeda sua saxa diuiserat. Et rursus: Cauebat etiam Lucio Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator. Idem pro Milone: Qui cum architectis & decempedis uillas multorum hortos'que peragrabat.

Ab hoc genere hastæ dicti sunt Decempedatores, inclinante Imperio, qui prius fuerant Triũuiri agrarij ad limites cõstituendos altercantiũ ab Augustis cõstituti. Quorũ obiter meminit Euseb. lib. 4. de uita Cõstantini: Quod autẽ institutis

A antiquorum, inquit, principum agrarijs opprimi locũ suum nõnulli dictitabant, ex æquo iterum decempedatores ab eo missi, qui de iure suo, cuiq; uti cautũ esset, agerent. Ad huiusmodi perticas decempedas fit allusio in uetusto quodam diplomate, à Leone Papa, ad preces Caroli Magni ecclesiæ Ratisponensi ad S.Emerannum cõcesso, quod ita habet: In nomine Domini nostri IESV CHRISTI Dei omnipotentis, Leo Papa. Agnitum esse uolumus cunctis Christianæ religionis fidelibus, tam præsentibus q; futuris, qualiter Christianissimus Imp. Augustus nomine Carolus, Deo inspirante, Christum hæreditatis suæ desiderans esse possessorem, quoddam monasteriũ iuxta muros ciuitatis Tiberinæ, quæ à Tiberio Cęsare Augusto ædificata est, quæ modò uulgò appellatur Regancsburc, quod est constructum in honore S.Marię matris Domini nostri IESV CHRISTI, & principis Apostolorũ Petri, & Georgij martyris: ubi pręclarissimus Emerannus episcopus Pictauiæ requiescit corpore, in nostrã immunitatẽ successorũq; nostrorũ gratia defensionis transfudit. Et nos cõtinuo pro CHRISTI amore, gratuita mente petitioni eius piè annuentes, decreuimus ita fieri, & iussimus hanc chartã autoritatis nostræ conscribi, ut episcopus eiusdem ciuitatis tertius nomine Adalbinus, iuxta decreta canonũ, & cum autoritate nostra, in præsentia pijssimi imperatoris Caroli recta ratione in synodali concilio, cum iudicio episcoporum, clericorũ, necnon laicorum nobilium, de eodem loco cathedram pontificalem mutauit, & canonica autoritate in ciuitatẽ, in ecclesia S.Stephani protomartyris statuit, & suæ successorum'q; suorum proprietati & potestati deinceps in futurum abalienauit. Et antedictus Imperator Christianissimus dedit illi locũ, ubi modò sedes episcopalis est à parte meridiana ipsius monasterij, perticas decempedas quadraginta, & in alia parte centum, in longitudine ducentas & septem, &c. quæ sequuntur. Vt constet, & morẽ Romanũ metandi, & hastæ usum nomenq; Francorũ imperio mansisse.
B HASTILE quid fuerit, declarat Columella lib. quarto: At si regionis conditio, inquit, permittit, uetera deponamus hastilia, quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ, in imam partem ordinis: quod genus iugi Cauterium uocant rustici. Meminit illius & Cicero in oratione pro Rabirio: Cum deniq; Q. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus & debilis, hastili innixus oblongo, & cætera tereti. Huc pertinet illud Liuij lib. 1 Punici belli: Fallarica erat Saguntinis missile telum, hastili oblongo, & cætera tereti. Cæterùm hastæ ueteris longitudinem describit Ælianus lib. de Acieb. ordinandis: Hasta nulla cubitis octo breuior: longissima, quæ eatenus sumi potest, quatenus tenere milites, & uti facilè ualeant. Et iam eram finiturus quam susceptimus de hastis tractationem, cum uenit in mentem prouerbij ueteris, & quo historiæ scriptores subinde utũtur, Hasta se induere: pro eo quod est, sibi mortem consciscere. Meminit crebrò Paradinus Gallicæ historiæ scriptor recentior. Sic ferro se induere, pro eodem usurpatur. Liuius libro quarto Decadis quintæ: Qui si uniuersa acie in frontem aduersus instructam phalangem concurrissent, quod Pelignis principio pugnæ incautè congressis aduersus cetratos euenit, induissent se hastis, nec confertam aciem sustinuissent. Simile est apud Marcellinum libro 25, Ruere in ferrum, cum de prælio loquitur, quod Iuliano Cęsari cum Persis fuit: Et quamuis offendebatur oculis altitudo pulueris, & æstas calescens officeret alacritati membrorũ: tamen uelut exauctoratus, amisso ductore sine parsimonia ruebat in ferrum. Sunt uerò præterea aliæ ad hastam pertinentes autoribus rei bellicæ formulæ loquendi usurpatæ: Ad hastam declinare, de quo suprà, cum de scuto loqueremur, exempla recensuimus: Conuertere ad hastam, Immutare ad hastam, Restituere ad hastam, Inflectere ad hastam, & euoluere hastam. quorũ omnium

Hastile.

Hasta se induere.

nium subinde uidetur Ælianus meminisse in libello de Acieb. instruẽdis: Quemadmodum, inquit, ordines conuerti ex suo loco, suæq́ꝫ instructioni restitui debeant, doceamus. Cum itaq́ꝫ ordines conuerti in hastam assuescere uolumus, præcipitur, decuriam dextri extremi quiescere, cæteras omnes per singulas declinare in hastam, dextrorsum procedere. Et iterum: Huc si restituere placet, non secus quàm illos in hastã cõuersos restituemus. Idem: Quippe qui rursus queq́ꝫ in hastã immutari præcipiamus, deinde ordinẽ reuerti, mox decuriones quiescere, & reliquos omnes procedere, dum iusta recipiãt interualla: ad postremũ reddere in arrectum, atq́ꝫ ita omnes suũ locũ recipient. Idem: Si autẽ inflectere ad hastã placuerit, duas simul cõuersiones ordinis faciemus. Ita efficiet̃, ut decuriões à prospectu aduerso in aduersum per ordinis immutationẽ transeant. At cum restituere uolumus, præcipit̃ item ad hastam inflectere: hoc est, duas item cõuersiones ibidem in ordinibus dare. Et iterũ: Deflexio igitur, cum ordinẽ ter partẽ uersus eandẽ conuertimus: hoc est, aut in hastã, aut in scutũ. Facit porrò inflexio in hastã, ut militũ ora transferant̃ à parte primore ad posteriorẽ: Deflexio aũt facit, ut à primore ad læuã perueniãt, uel ad dextrã. Nam si ad hastam deflectit̃, in læuã transfertur: si ad scutũ, in dextrã. Idem Ælianus, euoluere hastam usurpat: Quãobrem partẽ, ait, siue speciẽ præponemus, ut in hastam immutare. sic itaq́ꝫ præcipiemus, Laconicã euoluere, Macedonicã euoluere, choreũ euoluere. A

Bebræ. BEBRAE hastæ barbaræ erant, quarũ meminit Vegetius lib. 1. de Re milit. cap. 20. Barbari autẽ scutati pedites his præcipuè utuntur, quas Bebras uocãt, ac binas etiã ternásue in prælijs portant.

Conti. CONTI hastæ maiores erãt, longioresq́ꝫ, & præcipuè quibus equites utebantur. cuius generis sunt, quæ Germanis Schurtzer nominant̃. Vegetius lib. 3. cap. 8. Sciendumq́ꝫ, in peditibus maximè cõsistere robur exercitus. Et inter ipsos equites, qui contatis, qui sagittarijs antecedant. Huc pertinet illud Virgilianum: B

Assueti longo muros defendere conto. Et lib. 2. cap. 14. locutus de equitũ decurione: Similiter eligendus est decurio, qui turmæ equitũ præponatur, in primis habili corpore, ut loricatus omnib. cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissimè, conto sciẽter uti, sagittas doctissimè emittere, turmales suos erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit, eosdẽ cogere loricas suas, uel cataphractas contos suos & cassides frequenter torquere. Sequunt̃ reliqua quæ manu gestabant̃, arma.

Tragula. TRAGVLA hastile erat Gallicũ, quod Hispanis quoq́ꝫ in usu erat: inde nuncupatũ uidelicet, quòd scuto infixũ trahatur, haud multo arbitror diuersum ab eo quod uulgo appellant Schaflinũ. Meminit Cæsar 5. Gallicæ historię: Tum T. Baluentio, qui superiori anno primũ pilum duxerat, uiro forti & magnæ autoritatis, utrũq́ꝫ femur tragula traijcitur. Et primo Ciuilis belli: Hi manus ferreas atq́ꝫ harpagones parauerant, magnoq́ꝫ numero pilorũ atq́ꝫ tragularum, reliquorumq́ꝫ telorũ se instruxerant. Liuius lib. 4. Dec. 3, loquẽs de uictoria Romanorũ in Hispanijs, ibi signis collatis, per quatuor fermè horas est pugnatum, egregieq́ꝫ uincẽtibus Romanis signũ receptui est datũ, quòd Cnei Scipionis femur tragula confixum erat. Idem lib. 6: Cæterũ postq́ꝫ ad signa peruenerat Hispanorũ, tum undiq́ꝫ in eum tragulæ cõiectæ. Huc alludit quoq́ꝫ Plautus in Epid. Tragulam in te inijcere adornat.

Veruta. VERVTA Græcis obeli, à similitudine instrumenti culinarij. Extant nobis Germanis, nomine etiã correspondente, Lenspieß. Quorũ apud Romanos extitisse usum, autores passim classici, qui illorũ meminere, ostendũt. Festus: Veruta, inquit, pila dicuntur, quæ ueluti uelata habent præfixa. Addit Nonius Marcellus: Verutũ est telum breue, & acutũ. Cęsar lib. 5. Gallici belli: Transfigitur scutum, ait, Pulfoni, & uerutum in baltheo defigitur. Meminit Liuius octauo ab Vrbe. & Plautus in Trucul. Machæram longiorem habes quàm

A quàm hæc est, sed ueru: sinedum petere, si quid belligerandum est tecum. Huc pertinent loca poetarum. Virgilij septimo Æneidos,

Et tereti pugnant mucrone, uerúq; Sabello. Et lib. 2. Georg.

Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; uerutos. Et alibi:

—Vel tenui pugnax instare ueruto.

Cæterùm uerutorum formam atq; figuram affabrè depingit Polybius in libello de Romana castrametatione: Ad hæc ueruta duo, inquit, galeaćq; ænea, & crurum tegmen ocrea. Veruta hæc passim crassiora sunt, partim tenuiora. Ex firmioribus quæ teretia sunt, trientalem habent diametron: quæ quadrata, trientale latus: tenuiora hastilibus modicis assimulantur, quæ gerūt cum cæteris quæ prædicta sunt. Horum omnium longitudo ligni tria cubita non facilè excedit. Impactum est singulis telum ferreum, utrimq; hamatum, eadem qua lignum longitudine, cuius nexum structuramćq; tam firmiter muniunt ad medium usq; lignū inserentes, crebrisćq; fibulis clauisćq; transfigentes, ut non prius nexus utendo relaxetur, quàm ferrum frangatur, licet sit crassitudinis in imo ubi adhæret ligno digiti unius ac semis. Huc pertinēt quæ de ueruto scribit Vegetius libro secundo, cap. decimosexto, & inter spicula refert, de quibus loquens: Aliud est, inquit, minus, ferro triangulo unciarum quinq;, hastili trium pedum & semis, quod nunc Vericulum, nunc Verutum dicitur. SECVRES Romanæ, à Quiri ueteri Sabina uoce nomenclaturam acceperunt, qua is populus hastam significabat. Erant autē hastilia, in quorum apice securis ferrea adnectebatur, uti adhuc Italicæ Helepartæ uisuntur, quibus maiores paulo ac densiores Germanorum semper erant secures, quas Anconas Procopius & Agathius dici autores sunt, uoce nimirum gentilitia nostræ linguæ corrupta ac deprauata. Nam & securim hodie nominamus **ein agst**. Meminit huius generis hastilis Herodianus libro septimo historiæ Augustæ: Verùm Gallicanus quando semel tantum facinus ausus fuerat, bellū protinus ciuile, atque omnibus perniciosum suscitauit. Quippe iussis effringi publicis armamentarijs, in quibus pompæ magis instrumenta quàm belli asseruabantur, unde sibi quisque munimentum corporis accommodaret: apertisćq; item gladiatorum ludis, atque unoquoq; proprijs armis ornato: præterea cunctis quæcunque intra domos, aut officinas essent, hastis, gladijs ac securibus direptis, cum quidquid occurreret, furor in arma conuerteret. Ad hoc genus armorum alludit Virgilius undecimo Æneidos: Secures.

B

Aeratam quatiens securim.—

ROMPHEA Thracici genus hastilis erat, cuius meminit Liuius lib. primo Dec. quartæ: Erant pleraq; syluestria circà incommoda, phalangi maximè Macedonū, quæ nisi ubi prælongis hastis, uelut uallum ante clypeos obiecit (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodum usus est. Thracas quoq; rompheę, ingentis & ipsæ longitudinis, inter obiectos undiq; ramos impediebant. A. Gellius lib. 10. cap. 25. Rompheā scribit genus esse hastæ Thracię. PHALARICAM quoq;, pręter significationē machinę, fuisse etiā genus hastę, Gellius scribit, lōgæ pedes tres, torno factæ, habentis ferrū cubitale, & rotunditatē de plumbo in modū sphæræ. in cuius summitate ignis erat affixus, cum aliqua materia bituminis uel sulphuris, uel resinæ stuppæ'ue, quæ ubi in machinas turritas incidisset, eas incendebat. Lucanus in 6, neruis tortilibus missam scribit. Et de ea similiter Virgil. in 9 cecinit: Romphea. Phalaricam.

Sed magnum stridens contorta phalarica uenit,

Fulminis acta modo.— Sunt qui à phalis, hoc est, turribus cognominatam eam putent, de quibus Iuuenalis sexta Satyra cecinit:

Consulit ante phalas, delphinorumq; columnas.

Dolabra. DOLABRA ab instrumento fabrili dicta fuit, ad cuius similitudinem hastile ferrum in summitate formatum habebat, & ad perfringendas portas, quemadmodū & uectes, maiori in usu quàm ad feriendum fuerat. Quod uetustate omnino abolitum, amplius non extat. Meminit Liuius lib. 1. Dec. tertiæ: Tum Hannibal occasionem ratus, quingentos fermè Afros cum dolabris ad subruendū ab imo murum mittit. Et iterū lib. 8: Nec secus quàm aduersa acies cæsi, eademq́ porta signa infesta urbi illata, & alijs partibus, securibus, dolabrisq́ cædebantur, & refringebantur portæ. Huc pertinet illud Columellæ lib. 3: Quæ facilè amputari nō possunt, acuta dolabra abradito. Et sic intelligitur uersus Iuuenalis Satyra octaua: A

Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Framea. FRAMEA, genus siue hastæ, siue gladij oblongioris & rotundi, Germanorum erat, breui ferro, sed ita acri & ad usum habili, ut eodem telo prout ratio poscit, uel cominus uel eminus Germani pugnarent. Et eques refertur quondam Germanicus scuto fuisse, frameaq́ cōtentus, **ein langen reüterischen pfriem / schier wie ein alspieß.** Meminit Tacitus de Moribus Germanorum, & Iuuenalis 13 Satyra:

Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula uatis.

Vectes. VECTES, quòd manibus percutiendo quasi ueheretur, eiusdem generis ac dolabra erat hastile, diuerso tamen ferro præfixum, primò rusticis & fabris cæmentarijs, postea etiam in usu belli ad perfringendas portas receptum: penè eius figuræ, ut est quod Germani uocare solemus **ein geyßfüß.** Hinc Budæus: Vectes, inquit, sunt baculi ualidi, per mediam machinam traiecti: quibus manuductis, machina dum uersatur, funem ductarium aduoluit. Et Vitruuius in sexto: Ipsum autem torcular si non cochlæis torquetur, sed uectibus & prælo premitur. Ad huiusmodi instrumenta magis quàm arma alludit Cicero de Natura deorum: Quæ molitio, quæ ferramēta, quæ uectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt. Marcellinus lib. 20: Pulsabant turrim ariete, & cum ligonibus & dolabris & uectibus scalisq́ propinquabant, utrimq́ conuolante missilium crebritate. Et sic intelliguntur loca poetarum. Horatij tertio Carminum: B

—Hic hic ponite lucida
Funalia, & uecteis, & arcus
Oppositis foribus minaces.

Vitruuius à uecte, Vectariū hominem appellat, qui uitam perfringendis muris agit, quam Vecticulariam etiam uidetur Cato in lib. de Re rustica nuncupare.

CAPUT XVIIII. DE MINORIBUS ARMIS, quæ corpore gestabantur.



ERANT præter arma hactenus enumerata, & minora quædam Reipublicæ Romanæ, ad defensionem corporis comparata: gladius, machæra, harpe, parazonium, gepides, pugio, dolones, aclides, plumbata, & cestrosphendones. de quibus nobis breuiter in fine libri dicendum est, quoniam prolixius de his Brassicanus tractauit. GLADIO igitur quali sint usi Romani, non sanè ausim affirmare: breui uerò usos, & non falcato, præterea mucronato & stricto, minimeq́ lato, ueteres nobis sculpturæ demonstrant. Denique capulos non solū his ligneos, uerùm fuisse etiam eburneos, ut ante Patrum memoriā Germani quoque sunt usi, ex Columella adstrui posset. Hinc est illud Ciceronis de Fato: Philippus hasce in capulo quadrigulas uitare monebatur, quasi uerò capillo sit occisus. Plautus in Trinummo: Dedisti'ne hoc pacto ei gladium, qui se occideret? Idem in Ca-

Gladius Romanus qualis.

A in Casina: Dum gladium quæro, ne habeat, arripio capulum. Huc pertinet illud Virgilij secundo Æneidos:

—Capulo tenus abdidit ensem. Cæterùm prohibitos uulgò fuisse gladios, uti adhuc sunt per Italiam interdicti, & certum in ea re fuisse priuilegium eorum, quibus potestas erat gestandi gladios, quod Gladiatorium exinde nominabatur, ex his uerbis Titi Liuij libro quarto Decadis quintæ animaduertitur, quum Genthij Illyriorum regis captiuitatem describeret: Et principium orationis ab accusatione stultitiæ suæ, postremò ad preces lachrymas'que effusus, genibus prætoris accidens in potestatem se dedit. Primò bonum animum habere iussus, ad cœnam etiam inuitatus, in urbem ad suos redijt. & cum prætore eo die honorificè est epulatus, deinde in custodiam Caio Cassio tribuno militum traditus, uix gladiatorio accepto, decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. Præterea à gladio, gladiatorij ludi, qui & munera peculiari uocabulo nominabantur, & animus gladiatorius, ac uita athletica metaphoricè sunt denominata. De quorum origine Iulius Capitolinus sic scribit: Multi dicunt, apud ueteres hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium sanguine litato specie pugnarum fortunam satiarent. Alij hoc literis tradunt, quod uerisimilius uidetur, ituros ad bellum Romanos, debuisse pugnas uidere, & uulnera & ferrum & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut uulnera & sanguinē perhorrescerent. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium. MACHAERA Græcis dicta, quam Sicam Latini nominabant, genus gladij breuioris, cui nos fortasse exempli gratia comparare possumus eos gladios, quos uulgo Dissakhios appellamus. Liuius septimo ab Vrbe: Læuo humero machæra propè traiecto, cesserat pa-

B rumper ex acie. Plautus in Curculione: Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Cicero ad Q. fratrem: Machærophoris centum sequētibus, miros risus nos edere. ita sicarios ille circumscribit. Porrò legitur Demosthenis pater Machæropios fuisse denominatus, ab officina gladiorū, quam Athenis egregiam, multisq; artificij seruis instructam habebat. Et sic intelligitur illud Iuuenalis 7 Satyra:

—Ames nomen, uictumq; machæræ.

HARPE gladius falcatus & incuruus erat, quo Mercurius traditur Argo centum oculis insignito caput amputasse: & quo Persæum Medusæ caput ademisse, poetæ memorant. Is etsi nobis Germanis hoc seculo in usu non sit, fuit tamen ante patrum memoriā, & est adhuc Hungaris, Turcis ac Tartaris, qui illud gladij genus gentilitia uoce Sablam uocant. Ad hoc alludunt subinde poetæ. Virgilius septimo Æneidos:

Læuas cetra tegit, falcati cominus enses. Lucanus nono Pharsaliæ:

Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen.

Sic quoq; illud Nasonis accipiendum est quinto Metamorphos.

Vertit in hunc harpen, madefactam cæde Medusæ.

PARAZONIVM gladij genus erat, qui ad zonam accingebatur. De quo Epigrammatarius libro decimoquarto, & Dion in historia Traiani: Quinetiam, quum tribunatum militum ei traderet, parazonium, quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit: Ac talem, inquit, ensem accipe, quem pro me ita demum strinxeris, si iustè imperauero. Porrò extant nobis huius generis gladij, sed ut opinor alterius figuræ quàm Romanis erant: uulgò appellamus, ein Dessen / ein Weydprayel. SPATHA gladius oblongior Romanis erat, non dissimilis his gladijs quos Rapieros dicunt, quos Spathas etiamdum Itali uocare uidentur, ἀπὸ τοῦ σπάζειν, à scindendo, quemadmodum à rapiendo fortasse

Gladij Romanis in pace prohibiti.

Gladiatorij ludi.

Machæra.

Harpe.

Parazonium.

Spatha.

fortaſſe Rapieros dicunt. Vegetius lib. ſecūdo cap. 16, genus hoc gladij delineans: Hæc erat, inquit, grauis armatura, qui habebant caſſides, cataphractas, ocreas, ſcuta, gladios maiores quos Spathas uocant, & alios minores quos Semiſpathas nominant. Huc alludit illud Apuleianū: Et militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatham uerebatur. Hinc porrò metaphoricè ſpathulæ Celſo & apothecarijs paſſim uocantur, quibus excipiunt medicamenta, atq; miſcent. SICA gladius erat breuior, ut hodie ſunt penè qui Diſſakij nominantur. Hinc ſicarij, non ſolùm qui eos gladios ferebant, uerùm metaphoricè omnes inſidiatores ac latrones dicebantur: quòd uidelicet tales gladij ſub togis occulti ferri poterāt, & ad inſidias crebrò uſurparentur. Cicero 3 in Catilinam: Quibus ille maximū ſicarū numerū & gladiorū extulit. Idem pro Roſcio: Ab his populare homines ſicarios atq; gladiatores non modò ut ſupplicia uitent, &c. Plautus in Rud. Pòſt eſt ſicula argenteola, & duæ cōnexæ maniculæ. MACHAERA penè eius generis gladius erat, qui Germanis equitibus uſurpatur, uulgo **ein bratſpiſſʒ**. Liuius 7 ab Vrbe: Læuo humero machæra propè traiecto ceſſerat parumper ex acie. Plautus in Curculione: Clypeatus elephantum ubi machæra delegit. Iuuenalis Satyra ſeptima:

—Ames nomen uictumq́; machæræ.

Hinc nomina credendum eſt eſſe ſortitos, Machærophorū, qui tales gladios fert: & Machæropæum fabrum, qui tales faceret gladios: quo nomine notabatur Demoſthenis pater, ab officina uidelicet gladiorum, quam Athenis egregiam multisq; artificij ſeruis inſtructam habebat. Et ſic intelligitur illud Ciceronis ad Q. fratrem: Machærophoris centum ſequentibus miros riſus nos edere. LINGVLA, ut interpretatur A. Gellius 10 Noctium Atticarum, cap. 25, erat gladiolus oblongus in ſpeciem linguæ factus, cui comparare fortaſſe licet quos noſtra ętas uenatorios uocat, coquis paſſim familiares, uulgo **ein Weydprayen**. Meminit Næuius in tragœdia Heſiona: Si ne mihi gerere morem uidear lingua, uerùm lingula. GOPIDES cultri erant, ſiue gladij recurui, quibus proboſcides elephantum in militia uulnerabantur. Suidas κοπίδα machæram interpretatur. Meminit Apul. undecimo Aſini aurei: Illū ſuccinctū chlamyde, gopides & uenabula uenatorem fecerunt. Hic coniecturam noſtram addemus: placeat, cui uelit: ſi fortaſſe Hungarorum haſtulæ ab hoc genere **die Gopy** appellatæ fuerint. MANVBRIATI CVLTRI, Marcellinus lib. 25 memorātur, loquenti de elephantis: Ad quorum ſtridorem odoremq; & inſuetum aſpectum magis equi terrebantur, quibus inſidentes magiſtri, manubriatos cultros, dextris manibus illigatos geſtabant, acceptæ apud Niſibin memores cladis. PVGIO qualis Romanis extiterit, in frontiſpicio Operis pictura expreſſimus, cum arma ſuſpenſa repræſentaremus. De quo Cicero ſecundo ad Atticum ſic ſcribit: C. Septimium ſcribam Bibuli pugionem ſibi à Bibulo attuliſſe. Idem metaphoricè pugionem plumbeum uocat, quarto de Finibus bonorum, inualidum argumentū. Et eadem ſimilitudine, ſecunda Philippica, Stillantem pugionem dixit. Tacitus lib. 19: Exolutum à latere pugionē, ueluti ius necis uitæq; ciuium reddebat. Huc pertinet illud Martialis lib. 14. Epigram.

Pugio, quem curuis ſignat breuis orbita uenis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

Præterea Lampridius in Commodo, libertinum à pugione appellat, qui militi uel duci ponè pugionem ferebat, quem Armigerum Franci uocabant. Sic quoque reperio à pugione ueteribus eum fuiſſe nominatū, qui ante prætorem pompabiliter euntem, geſtabat enſem, ſiue pugionem, inſigne uidelicet prætoriæ poteſtatis, quod adhuc apud nos prætores urbani auliciq; Mareſcalci uſurpant.

DOLONES, autore Seruio ſeptimo Æneidos, erant flagella, intra quorū uirgas pugiones

Margin: Sica. Machæra. Lingula. Gopides. Manubriati cultri. Pugio. Dolones. A B

A pugiones latebant, ita scilicet à dolo ac fallacia nominati. Quod si uerũ est, possumus his comparare & nostra tela haud ita multũ diuersa, quibus Bohemi potissimùm utuntur, uulgo ein knopffecht geyssel/ein Bemsche tryschl. Alphenus iureconsultus ff. ad legem Aquiliam: Tabernarius eum consecutus, inquit, lacernam reposcebat, fugientem retinebat. Ille flagello quod in manu habebat, in quo Dolon inerat, uerberare tabernarium cœperat. Suetonius in Claudio, capite de Insidijs Claudio structis: Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro: alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Porrò Liuius usurpat dolonis uocem pro armamentis naualibus, cum scribit: Sublatis raptim dolonibus, Ephesum petit fuga. Idem lib. 6. Dolonibus erectis altum petere intendit. Huc alludit Virgil. 7. Aeneidos:

Pila manu, sæuosq; gerunt in bella dolones.

ACLIDES claui genus cubito semis factæ, hincinde eminentibus acuminibus, quod olim religatum loro solebat in hostem iaci, ita ut impacto uulnere ad duos potuerit reuerti, ein zuhεrer spitziger streitkolben/an einer schnür. Ad quod genus teli adludens Virgilius septimo Aeneidos, sic canit: Aclides.

Oscorumq; manus, teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

PLUMBATA genus erat iaculi, uel potius sagittæ, quæ in capite ferri pondus habebat: cui comparare nostra inopia Poltzas nostras possimus. Quod triplex fuisse inuenio, plumbatam, tribulatam, & mamillatam. De plumbata Sipontinus ita scribit: Plumbata est pila plumbea, quam ueteres peregrino uocabulo Martiobarbulum uocabant: à quo & milites qui his utebantur, Martiobarbuli nominabantur. Vegetius lib. 2. de Re militari: Plumbatarũ exercitatio, inquit, quas Martiobarbulos uocant, est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena millia militũ habuerunt: quæ quod his telis scienter utebantur, & fortiter, Martiobarbuli uocabuntur. Per hos strenuissimè, longo tempore constat omnia bella confecta. Quinos autẽ Martiobarbulos insertos scutis portare consueuerunt: quos, si opportunè milites iacerent, prope sagittariorum scutati imitari uidentur officium. Nam hostes equosq; consauciant, priusquam non modò manu ad manũ, sed ad ictum missilium potuerit perueniri. Hactenus ille. Alludit Alciatus: Plumbatæ, inquit, sunt iaculi genus, cum directæ uirgæ in capite ferrum apponitur: deinde undiq; tribuli plumbo affixi, unde nomen datum, iaciuntur manu. Earum duo genera, tribullatæ & mamillatæ. Præterea iaculorũ potius quàm gladiorum genus fuisse plumbatas, ex his Vegetij uerbis colligitur, quæ lib. 1. cap. 17 leguntur: Plumbatarũ quoq; exercitatio, quas Martiobarbulos uocant, est tradenda iunioribus. Et subdit: Quinos autem Martiobarbulos insertos scutis portare cõsueuerũt, quos si opportunè milites iacerent, prope sagittariorũ scutati imitari uidentur officium. Nam hostes equosq; consauciant, prius quàm non modo manu ad manum, sed ad ictum missilium potuerat perueniri. Idem libro secundo, cap. 15: Plumbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt. Porrò à plumbo nomenclaturam accepisse credendum est, quod in extremitate pro pondere hoc telum habebat præfixum. cui fortasse eas cõparare sagittas possumus, quas Poltzios nostra appellat lingua, plumbi etiã pondere directas. CESTROSPHENDO sagitta missilis erat, ein schieß/oder wurffpfeil. Meminit Liuius libro secundo Decadis quintæ: Anceps Romanos terror circumstabat: neq; cõferti pugnare, propter eos qui ascendere in tumulum conabantur, poterant. Et ubi ordines procursando soluissent, patebãt iaculis, sagittisq;, maximè cestrosphendonis uulnerabantur. Hoc illo bello nouum genus teli inuentum est: bi-

Plumbata. (margin, beside PLUMBATA) — B (margin) — Cestrosphẽdo. (margin)

est: bipalme spiculũ, hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti. Huic ad A libramen pinnæ tres, uelut sagittis solent, circumdabant. Funda media, duo funalia imparia habebat. Cum maiori sinu libratũ funditor habena rotaret, excussum

Spicula. ueluti glans emicabat. SPICVLA, sagittæ maiores erãt, quarũ (ut est Vegetius autor) ferrũ erat triangulum unciarũ nouẽ præfixum. Manet usus ipsius apud Hispanos. Huic T. Liuius tertio belli Macedonici: Ad monetæ duarum hastarũ, inquit, spicula arserant. Huc pertinet illud Virgilij undecimo Æneidos:

Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Et quarto Georgicon:

——*Et spicula cæca relinquunt.*

Ab hoc genere armorũ spiculatores, satellites dicti sunt, qui ducẽ belli siue Imperatorẽ aut Procos. prætorémue comitabant: aliàs Laterones & doryphori, atque

Lupi ferrei. etiam stipatores dicti, de quibus lib. huius Operis 4 prolixè egimus. LVPI ferrei, quibus cõparare nostra ætate possumus illud genus siue teli, siue instrumenti, quo in subruendis trabibus lignis' que per incendia utimur, uulgo Maurhaken. Meminit T. Liuius lib. 8. Dec. 3: Prima pars cum adorta oppugnari est, atrox sanè & anceps præliũ fuit, nõ subire, nõ scalas ferre ad muros prę incidentibus telis facilè erat. Et iam qui erexerant ad murũ scalas, alij furcis ad ipsum factis detrudebantur: in alios lupi supernè ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in mu-

Fustibalus. rum extraherentur. FVSTIBALVS qui fuerit, delineat Modestus in libello de Vocabulis castrensibus: Fustibulatores, inquit, sunt, qui fustibalis lapides iaciũt. Fustibalus est longus pedes quatuor, cui per mediũ ligatur funda de corio, & u-

Sparus. traq; manu impulsus prope adinstar onagri dirigit saxa. SPARVS telum rusticum erat recuruũ, ad militiam quoq;, ut est autor Vegetius, accõmodatum. Vnde est illud Salustij: Cæteri utut quosque casus armauerat, sparis aut lanceis, alij præacutas sudes portabant. Virgilius XI Æneidos: B

Agrestisq́; manus armat sparus. Et Lucilius:

Tum spara, tum murices portantur, tragula porrò. Festus scribit, à spargendo La-

Harpagones. tina origine dictum fuisse, quòd passim pugnando spargeret. HARPAGONES qui fuerint, docet Vegetius in fine secũdi: habet ferreos harpagones, quos Lupos uocant, & falces ferreas cõfixas longissimis contis. Meminit huius generis teli Liuius quoq; in 8 tertiæ Dec. Non scalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat. Et iam qui erexerant ad murũ scalas, alij furcis ad ipsum factis detrudebantur, in alios lupi supernè ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murũ extraherentur. Et hæc quidem breuiter de Romanis armis, quæ ferebant, dicta sufficiant, de quibus alij copiosius scribũt. Extatq; Athenæi uolumen Græcũ, & ingens, de Armaturis, quod doctus & clarissimus genere ac uirtutibus Baro SIGISMVNDVS A' DIETRICHSTEYN Styrus comparatũ in Italia habet. Incœpit quoq; scribere de hoc genere superioribus annis doctissimus uir IOAN. LVDOVICVS BRASSICANVS, cuius fragmenta à filiorũ eius tutoribus aliquando fortasse extorta, ut in lucem exeant curabimus. Deniq; A. Gellius lib. Noct. Attic. 10, cap. 25, his enumeratis armis adijcere uidetur, quæ mihi sunt incognita: Scibones, mesanculas, cateias, rumigestros, solliferreas, climaculas, & sicilices, quæ Festus hastarum spicula latiora interpretatur, citans illud Ennij: *Incedit ueles uulgo sicilicibus latis.* Plinius lib. 18, Sicilire uerbo pro secare utitur: Prata, inquit, quoties secta sint, sicilire oportet: hoc est, quæ fœniseces prætereũt, secare. Et Varro primo de Re rustica: Quo facto, sicilienda prata. Hinc deniq; sicilimenta Catoni, cap. 5. dicuntur gramina de prato resecta, das gemähet graß.

LIBRI VIII REIPVB. ROMANAE FINIS.

LIBER REIPUBLICAE ROMANAE IN EXTERIS PROUINCIIS CONSTITUTAE

Nonus, de ornamentis pace & bello expreßis atq; acquisitis, autore VVOLFGANGO Lazio.

CAP. PRIMUM, DE DISCRIMINE ORNAMENtorum, donorum militarium, titulorum, statuarum, trophaeorum, & imaginum in genere.



A D VIRTVTEM magna semper contentio Romanis fuit: quam uti alerent in cunctis subsellijs, magistratus ipsi, ac posterius Augusti, atque adeò Senatus Romanus, conlatis decoribus quibusdam ceu incitamētis excitabant: quorum alia in pace, alia in bello, alia item decernebantur publico Senatus cōcilio, alia uerò deferebantur. Et quæ deferebantur, alia ab Augustis, alia à ducibus exercituum siue expeditionum deferebantur. In pace ornamenta florebant, tituli, imagines & statuæ: in bello uictoriaq́;, dona militaria, insignia, trophæa, & literæ laureatæ, celebria habebantur. Ac ornamenta quidem petente Cæsare, à Patribus decernebantur, publico Senatus consensu: uerumenimuerò horū alia quidem ad filios, & uniuersam adeò domus successionem transibant: ut consularia, prætoria, quæstoria, & equestria. alia simul cum eo qui ornatus illis erat, commoriebantur: triumphalia, decurionalia, & dicendæ sententiæ ornamenta. Quamobrem Iulius Capitolinus in Maximinorū historia, cum acclamationem factam Gordiano à Senatu publico, interfecto Maximino, describit: Gordiani, inquit, Augusti, dij uos seruent: ambo feliciter agatis, ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decernimus, nepoti Gordiani consulatum spondemus. Nepos Gordiani Cæsar appelletur. tertius Gordianus præturam accipiat. Vbi hoc senatusconsultum Maximinus accepit, homo natura ferus sic exarsit, ut nō hominem, sed beluam putares, &c. Huc pertinet illud Taciti sub finem libri undecimi: Iuuitq́; (de Claudio imperatore & cæde Messalinæ loquens) obliuionē eius Senatus, censendo nomen & effigies priuatis & publicis locis demouendas: decreta Narcisso quæstoria insignia. Et iterum lib. 12: Consularia insignia coloni, Aquilæ prætoria decernuntur. Et libro 13: Eodem anno Cæsar effigiem Cn. Domitij, consularia insignia Asconio Labeoni petiuit à Senatu. Sic & consulem talia decreuisse ornamenta, idem Tacitus libro duodecimo testatur: Pallanti, inquit, quem repertorem eius relationis crediderat Cæsar, prætoria insignia, & centies quinquagies sestertiūm censuit cōsul designatus Barea Soranus. Et lib. 20: Multo cum honore uerborum Mutiano triumphalia de bello ciuili data: sed in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur primò Antonio consularia, Cornelio Fusco & Arrio Varo prætoria insignia. Mox deos respexere. restitui Capitoliū placuit. Eaq́; omnia Valerius Asiaticus consul designatus censuit. Huc alludit hoc carmine & Claudianus poeta, in tertio Panegyrico Stiliconis:

A quibus apud Romanos ornamenta conferebantur.

Ipsa iubet signis, bellaturoq́; togatus
Imperat, & spectant aquilæ decreta Senatus.
Ipsa tibi trabeas ultrò dedit, ipsa curulem
Obtulit, hæc ultro fastos ornare coegit.
Nil perdit decoris prisci, nec libera quærit

Secula, cum donet fasces, quum prælia mandet. A

Comparatio ornamētorum ad nostram ætatem.

Non absimilem morē nostro seculo, qui iam sunt Augusti obseruant: qui alios Barones efficiūt, alios nobilitate donant, alijs cingulum militare tribuūt, plerosq; consiliarios efficiunt. Item nonnullis ceræ rubræ potestatem faciunt, alijs deniq; auro in gladio & calcaribus utendi ius. Ac nobilitatē quidem & baronatū, hæreditatē ad prosapiam quisq; suam trāsmittit: cōsiliarij uerò ac cinguli ius siue prærogatiua cum quoq; cōmoritur. Quare, si licet exemplo rem conferre, ornamenta his quidem decurionalia & dicendæ sententiæ comparabimus: illis uerò cùm consularia, prætoriaq; & quæstoria, tum uerò equestria. Ac sint exempli interim gratia, ornamenta consularia, prætoriaq;, hæ prærogatiuæ, quibus nostro seculo barones utuntur: equestria, quibus nobiles, quos Germani adhuc, Romanos secuti, aptè uocamus **die von der Ritterschafft**. Quanq; enim discrimen suum fuerit inter consularia, prætoria, quæstoria, senatoriaq; ornamenta: uniuersa tamen in uestimentorū splendore, aut sellarum eminentia, aut fascium numero, coronarumq; prærogatiua, & scipionibus quos manibus gestabant, constituebantur: id quod proximo capite ad fidem rerum clarius deducetur. Cæterùm huiusmodi titulares dignitates, quanquam alij ad M. Aurelium Cæsarem referant, utpote de quo Capitolinus sic prodat (Multos ex amicis in Senatum allegit cūm ædilitijs, aut prætorijs dignitatibus: multis senatoribus uel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias ædilitiasq; concessit) tamen constat, prima Imperij ætate in hac etiamnum cōtentione Romanos fuisse: idq; etiam Liuius testatur, qui libro quinto primæ Decadis, in descriptione captæ à Gallis urbis: Romæ interim satis iam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressa, aduentum hostium obstinato ad mortē animo expectabat: qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunæ pristinæ, honorumq;, aut uirtutis insignibus morerentur, quæ augustissima uestis est thensas ducentibus, triumphantibúsue, ea uestiti medio ædiū eburneis sellis sedere. hæc ille. Iam uerò & illud animaduertendum Lectori, discriminis aliquid fuisse inter eum qui consularia ornamenta meruisset, & consulem uerum, siue consularem hominē: item, qui prætoria, senatoria, quæstoriaq; ornamenta gerebant, à ueris prætoribus, siue quæstoribus senatoribusq;, aut ijs deniq; qui ijs aliquando Romæ functi munerib. erāt: quòd uidelicet titulotenus munia ad longam nepotum ætatem trāsmittebantur, illa uerò non modo ad exitum uitæ, uerùm ad paucos uix annos durabant. Hinc illud est Taciti lib. 2. hist. Augustæ: Nam Vistilia prætoria familia genita, licentiā stupri apud ædiles uulgauerat, more inter cæteros recepto, qui satis pœnarū aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebāt. Et lib. 20: Quæstorius adhuc à Pæto Thrasea gener delectus. Et rursus: Ne Vespasianū senem triumphalē iuuenū liberorū patrem præceptis coerceret. Et alio loco: Et quem adhuc questorium offendere nō audemus, prætorium & consularem uisuri sumus? Sic Liuius lib. 2. Decad. tertiæ, in historia Punici secundi belli: Quadraginta milia peditum, duo milia septingenti equites, & tanta propè ciuium sociorumq; pars, cæsi dicuntur: in his alter consulum, questores L. Atilius & L. Furius Bibaculus, uigintiduo tribuni militum, consulares quidam prætorijq; & ædilitij. Huc pertinet quod Vlpianus scribit in l. fin. ff. de senator. Senatores, inquit, accipiendū est eos, qui à patricijs & consularibus usq; ad omnes illustres uiros descendunt: quia hi soli in Senatu sententiam dicere possunt. Nam si aliquis equestris uel plebej ordinis, beneficio principis in Senatum allectus fuisset, ius senatorium ad hæredes nō transferebat, nisi insignibus illis fuisset ornatus. Et idem Vlpianus alibi: Speciosas, inquit, personas accipere debemus, clarissimas personas utriusq; sexus: item eorum B

A qui ornamentis senatorijs utuntur: quod perinde est, ac si Illustres dixisset. consularia enim, quæstoria, prætoria, præfectoria insignia, senatorum ornamenta sunt. Hæc ille. Sanè hæreditaria huiusmodi fuisse decora, siue prærogatiuas, ante adhuc Vlpianū, & Alexandri Cæsaris ætatem, Cicero etiā in tertia Philippica ostendit: Insignia, inquit, & ornamēta generis, nominis, honoris, occiderunt pro Sylla. Idem in Catilinam: In animis ergo nostris omnes triumphos nostros, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, insignia condi uolo. Sic Plin. lib. 26. cap. 1. cum de lichenis morbi exordijs ageret: Et primū, inquit, Tiberij Claudij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia, quodam Perusino equite Romano quæstorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionē eius importante. Et rursus eodē loco: Siquidē certū est, Maniliū Cornutū ex prætorijs legatū Aquitanicæ prouinciæ, H S. C C. elocasse in eo morbo ad curandū sese. Alludūt præterea ad huiusmodi titulares dignitates reliqui historiarū autores. Capitolinus in M. Philosophi uita: In Senatus autē honorificentiā, inquit, multis & prętorijs & cōsularibus priuatis decidenda negocia delegauit, quo magis eorū cum exercitio iuris autoritas cresceret. Multos ex amicis in Senatū allegit cum ædilitijs & prætorijs dignitatibus: multis senatoribus uel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias ædilitiasq; concessit. hæc ille. Porrò qui ea honorū erant prærogatiua ornati, Adlecti Romanis quondam appellabantur: qui modò titulares, uel pincernæ regionū, uel dapiferi Marescalciq;, item principum Consiliarij uocantur. De quibus Capitolinus in Pertinacis historia: Sed Pertinax, inquit, nec uxoris Augustæ appellationē recepit: & de filio dixit, Cum meruerit: & cum Commodus allectoribus innumeris prætorios miscuisset, Senatusconsultum Pertinax fecit, iussitq; eos qui præturas non gessissent, sed adlectione accepissent, post eos esse qui uerè prætores fuissent. *Adlecti & adlectores qui fuerint.*

B Et sic intelliguntur inscriptiones Vetustatis,

In Germania,

Viennæ Austriæ:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT REPENTINO ADLECT. INTER TRIB. TRIBVNICIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE: &c.

In finibus Austriæ:

C. IVLIVS C. F. FAB. ANTIOCHVS PHILOPAPPVS COS. FRATER AVRALIS ADLECTVS INTER PRAETORIOS AB IMP. CAES. NERVA.

Auximi in Italia:

C. OPPIO C. F. SABINO VEL IVLIO NEPOT. M. VIBIO SOLEMNI SEVERO COS. ADLECTO A SACRATISS. IMP. HADRIANO INTER TRIBVNITIOS PR. PR.

Tarraconæ Hispaniæ:

M. PORTIO CATONI XVIR. S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQVE ADVERSVS REBELLES CVRATOR CIVITATIS TEANENSIVM SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM ADLECTO INTER PRAETORES ITEM TRIBVNICIOS: & quæ sequuntur.

Atq; hactenus de decoribus siue prærogatiuis, quæ in pace uirtuti ac meritis deferebantur. Eadem erat eius populi & in Marte remuneratio: & tanto quidem tum frequentior tum celebrior, quo is populus belli magis studijs excelluit. Et quanq; magnificētia in hac minor paulo extiterit, tamē pro ratione, ordine, & plebeiorū cōditione animos militū uehementer excitabant torques aurei, balthei, hastæ puræ, phaleræ equitū, coronarū genera, clypei, galeæ & cristæ his suprapositæ: cùm interim multorū insigniū congerie, quę Dona uulgò militaria uocabant, quę tum secundū stipendiorū numerū annosq;, tum pro magnitudine rerū gestarum *Arma suspensa quæ fuerint.*

rum à duce exercitus, facinoris cuiusq; teste atq; spectatore, uel ab ipsis Augustis A deferebant, seorsim pro se optimus quisq;, ea gauderet in repub. quæ domi in Lario adseruata magna & coaceruatione & ueneratiõe ostentabant, idcirco arma suspensa nuncupata: quæ modò insignia, siue arma, ac uulgò in nostra lingua Germanica, Clenodia Vvappæq; dicuntur. Quæ seueriori olim iudicio, quàm nunc, & non nisi militia emeritis conferebantur: quæ omnino originẽ suam à donis militaribus Romanæ reipub. & nõ aliunde acceperunt: ut non solùm tot loca contestantur autorum ueterũ, uerùm picturæ etiam, atq; sculpturæ in antiquis monumentis repertæ: quarũ duas in frontispicio libri proposuimus, alterã Celeiæ Styriæ repertã, alterã in agro Soluensi Carinthiæ. Quæ quidẽ Celeiæ extat, umbonẽ habet, seu clypeũ rotundum, qui leonis imaginẽ in medio sui cõprehendit: cui galea Romana suprapos ita, coronã muralem sustinet: suprà quam pilũ, & baltheus cum cingulo & pugione: & in alterã partẽ cristas ex sese, quas Lacinias Cãcellariæ uocãt, dimittit, ea penè figura, ut adhuc in uetustioribus armorũ siue insigniũ picturis cernere est. Nam ætas nostra omniũ rerũ prodiga, alia cùm galearũ genera, tum cristarũ siue laciniarũ excogitauit. Porrò adiunximus picturæ & aliã armorũ suspensorũ effigiem, à Romana uetustate nõ minus q̃ priorẽ desumptam. Hæc est, quæ in ualle amœnissima Carinthiæ, quę Soluensis dicitur, animaduersa mihi, cum galea eleuatiore paulo supra clypeũ: cui uexillũ Romanũ, thorax, campestre, hamę, pilũ, & hastæ simul iuncta adsurgũt. Vt planè appareat, falsam esse eorũ opinionẽ, qui ab Henrico primo, circiter annũ Salutis 986, Teuthonica primũ arma siue insignia exordiũ sumpsisse scripserunt: cum ludorũ Troianorũ, siue (ut gentilitio sermone loquamur) torneamentorũ exercitiũ penè sepultũ reuocaret, & equestrẽ ordinẽ ab Hungaris tot cladibus penè deletũ, in Germania quasi plantare conaret. Quo tẽpore, ut nõ nego, ad arma Teuthones suspensa Henricũ B tum manũ dedisse: ita repetijsse magis consuetudinẽ ueterẽ, & à Romana Maiestate mutuasse, q̃ introduxisse aut incœpisse, credendũ est: ut cuius rei frequẽs apud ueteris historiæ autores mentio extat. Sic T. Liuius lib. 9. Decad. 4: Militibus, ait, quadragenos binos denarios diuisit, duplex centurioni stipendiũ, & duplex in pedites dedit, triplex in equites: multi omniũ ordinũ donati militarib. donis currũ secuti sunt: carminaq; à militibus ea in Imperatorẽ dicta, ut facilè appareret, in ducem indulgentẽ ambitiosumq; ea dici. Idem lib. 4. Dec. 5: Dum bellũ in Macedonia geritur, legati transalpini à regulis Gallorũ (Balanos ipsius tradit nomen: gentis ex qua fuerat, nõ traditur) Romã uenerũt, pollicentes ad Macedonicũ bellum auxilia. Gratiæ à Senatu actæ, muneraq; missa, torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor põdo, equus phaleratus, armaq; equestria. Hæc ille. Huc pertinet illud Tranquilli in historia Caij Iulij Cęsaris: Corripuit consulares exercitus prępositos, quod nõ de rebus gestis Senatui scriberẽt, quodq; de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent, quasi nõ omniũ tribuendorũ ipsi ius haberent. Et sic intelligitur etiam locus Ciceronis de Legibus: Donũ ne capiunto petẽda, néue gerẽda, néue gesta potestate. Et pro A. Cluentio: Tantũ donis datis, muneribusq; profecerat. Huc alludit deniq; Claud. poeta 1 in Ruffinũ, & monumentũ Vetustatis, quod Mathelicæ Italiæ est erutũ. Carmen Claudiani sic habet:

Festinas urgete manus, meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more trophæis
Ditat, & hostiles suspendit in arbore cristas.

Et Prudentius secũdo in Symmachũ:

Vis decorare tuum ditißima Roma Senatum,
Suspende exuuias armis & sanguine captas,
Congere cæsorum uictrix diademata regum.

Monu-

A *Monumenta porrò sic habent,*

Mathelicæ Italiæ:

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. EQVITI COH. EIVSDEM DONIS DONATO AB IMP. TRAIANO TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGVLARI PRAEFECTOR. PR. TESSERARIO OPTIONI FISCI CVRATORI CORNICVL. TRIB. EVOCATO AVG. COH. I. VIGIL. STATIVORVM COH. XIIII. VRB. COH. VII. PRAET. TERCENARIO DONIS DONATO AB IMP. HADRIANO HASTA PVRA CORONA AVREA LEG. III. AVG. PRIMIPIL. IIVIR. QVINQVENNALI PATRONO MVNICIP.

Vrbini Italiæ:

C. CESTIO C. F. STEL. SABINO TRIB. COH. XIII. VRB. P. P. LEG. I. ADIVT. P. F. LEG. VIII. AVG. EX TERCENARIO COH. VIII. PR. COH. VIII. VRB. LEG. II. ADIVTRICIS PIAE FID. ET LEG. VI. CLAVD. P. F. DONIS DONAT. AB IMP. ANTONINO AVG. HASTA PVRA IIIIVIR. I. D. PATRONO MVNICIPII.

Atq; hactenus de donis militaribus, de quibus seorsim proprio capite plura dicemus. Nunc imagines sequunt: de quibus, quid fuerint, & quantũ cùm ab ornamentis, tum à donis militaribus discrepauerint, nemo melius q̃ Plinius animaduertit, qui lib. 35. Natur. historię, cap. 2. sic scribit: Apud maiores in atrijs imagines erant, inquit, quę spectarentur, nõ signa externorũ artificũ, nec æra aut marmora. Expressi cera uultus, singulis disponebantur armarijs, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera. Semperq; defuncto aliquo, totus aderat familię eius qui unquã fuerat populus. Stemmata uerò lineis discurrebãt ad imagines pictas. *Imagines.*

B Tablina codicibus implebant, & monumentis rerum in magistratu gestarũ. Aliæ foris & circa limina, animorũ ingentiũ imagines erãt, adfixis hostium spolijs, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantq; etiam dominis mutatis ipsæ domus. & erat hęc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Porrò ad huiusmodi imaginũ ornamẽta, quæ cera aut marmore, siue etiam ære expressa, itemq; ex bellis ac uictorijs seruata, per longam successionẽ mittebantur ad posteritatẽ, alludit quoq; M. Tul. Cicero in oratione ad Pisonẽ: Obrepsisti, inquit, ad honores errore hominũ, cõmendatione fumosarũ imaginũ, quarum simile nihil habes præter colorem. Idem in oratione contra Rullum: Imaginẽ nullam reipub. relinquent, & uestigium nullum. Idem in secundo de lege Agraria, significare uolens se nouum hominẽ, nulla nobilitate cõmendabilem, tamen Cõsulem factum esse, ita ad populum inquit: Quemadmodum cum petebam, nulli me uobis autores generis mei cõmendabant: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à uobis deprecentur. Huc pertinẽt & illa T. Liuij, lib. 2. Decad. 3: Quæ expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eò decursum est, ut à populo crearetur, qui pro Dictatore esset: res inde gestas, gloriamq; insignium ducis, & augendæ titulum imaginis posteris. Et lib. 10 eiusdem Decad. in descriptione triumphi Scipionis: Primus certè hic Imperator nomine uictæ ab se gentis est nobilitatus. Exemplo deinde huius, nequaq; uictoria pares insignes imaginũ titulos, claraq; cognomina familiæ fecerunt. Sic Cor. Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Somniorum etiam interpretes impulit, inquit, dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinus Cæsaris, plenam imaginibus domũ ostentat, hortaturq; ad luxum & æs alienum socius libidinum ac necessitatũ. Et iterum: Et qua claritudine mater generis anteibat, auum M. Antoniũ, auunculum Augustum ferens.

rens. contrà Druso proauus eques Romanus, Pomponius Atticus, dedecorare Claudiorũ imagines uidebatur. Idem lib. 18. Aderat Cornelius Fuscus, ingens æta te, clarus natalib. Adludit huc præterea Suetonius in uita Augusti Cæsaris: Actia M. Actio Balbo & Iulia sorore C. Cæsaris genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatorijs imaginibus. Et sic denicꝫ intelligitur illud Plinij lib. 9. Epist. Nec enim ardentius tu pronepotes, q̃ ego liberos cupio, quibus uideor à meo tuoq́ꝫ latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Vbi scitè per subitas imagines Plinius intelligit nobilitatẽ parũ antiquã, sed repentè fortunæq́ꝫ beneficio quæsitã. Animaduertendum hic porrò est, natales interdũ pro imaginibus accipi, & pro maiorũ suorũ nobilitate. ut apud Suetoniũ in Augusto: C. Pictorius adolescens patricij generis, in deprecãda grauiore adulterij pœna, præter ætates atcꝫ natales, hoc quocꝫ patribus conscriptis allegaret. Sic Plinius in Epistolis: Nonnuncꝫ consulatus aut natales cõpetitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Porrò imagines cera, aut ære, siue etiam ligno saxóue incidebantur. Vnde est illud Eusebij lib. 1. de uita Constantini: Videlicet natura hominũ sortis fragilis & caducæ, cõmenta solatiũ imaginibus edendis, maiorũ memoriam colere se putauit honore permansuro, partim adumbratione picturæ ceræ delibutæ, partim è materia sculptum & dolatũ, expertè motus, simulachrum machinata. Et sic intelligitur illud Claudiani poetæ nobilissimi carmen, quod sic habet:

Imagines quib. rebus repræsentabantur.

A

Per fasces numerantur aui, semperq́ꝫ renata
Nobilitate uirent, & prolem fata sequuntur,
Continuum simili seruantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum tentat, licet ære uetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu.

B

Alludit denicꝫ ad huiusmodi imagines cera aut ære expressas, seruatasq́ꝫ in multa secula, Prudentius poeta lib. 1. in Symmachum ita canens:

Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat,
Quamuis illustres meritis, & sanguine clari
Præmia uirtutum titulis & honoribus aucti,
Ardua retulerint, fastorumq́ꝫ arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atque inter ueteres cera numerentur & ære.

Mos in pompa funebri imagines præferre, ut hodie adhuc durat.

Porrò uidetur & illud pertinere ad ornamẽta imaginũ rectè explicanda, quòd in funeribus senatorũ, & alicuius loci uirorum, imagines omnes familiæ præferebantur: quemadmodũ & nostro seculo mos tenet, ut insignia militaria preferant, feretroq́ꝫ affigantur, in eorũ elatione, qui aut nobilitate donati, aut munere quopiam insignes extiterunt. Hinc scribit Tacitus sub finem lib. 3. de C. Cassij uxoris funere agens: Testamentũ eius multo apud uulgum rumore fuit: quia in magnis opibus, cum fermè cunctos proceres cum honore nominauisset, Cęsarem omisit: quod ciuiliter acceptum, necꝫ prohibuit, quo minus laudatione pro rostris, cæterisq́ꝫ solennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarũ familiarũ imagines antelatæ sunt, Manlij, Quintij, aliaq́ꝫ eius nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atcꝫ Brutus, eo ipso quòd effigies eorũ non uisebantur. Et iterũ lib. quarto, de Drusi funere loquens: Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisq́ꝫ additis, ut fermè amat posterior adulatio. Funus imaginum pompa maximè inlustre fuit: cum origo Iuliæ gentis Æneas, omnesq́ꝫ Albanorum reges, & cõditor urbis Romulus, pòst Sabina nobilitas, Appius Claudius, cęteræq́ꝫ Claudio-

A Claudiorum effigies,longo ordine spectarentur. Atque hactenus de imaginibus,à nobis ex fide historica dicta sint. A' quibus TITVLI in hoc differebant, quòd hi sacrorum erant,sacerdotum, & epitaphiorum. uocabātur enim propriè Tituli, tegmina quæ sacerdotes capitibus gerebant, ab eo quòd ueluti matresfamiliâs crines conuolutos ad uerticem capitis, qui & ipsi tituli dicebantur, præferebant. Hic nihil de titulis dico librorum, item actionum, expensionum, iudicialibus denique & publicis titulis, qui non à gestamine capitis, sed à tuendo nomenclaturam & denominationem talem sortiti sunt: unde & milites tituli ueteribus appellabantur,quasi tutuli,quòd patriā tuerentur. quæ sæpe uocabula apud Symmachum,& in ijs autoribus occurrunt, qui inclinante Imperio lucubrarunt: de quibus nihil ad propositum. Sed de titulis totus hic sermo noster erit, ijs qui instar imaginum, partim in publicis monumentis incidebantur, partim ut ornamenti prærogatiua quadam concedebantur,cùm in uestitus ratione,tum præcipuè in capitis tegmine: quemadmodū in numismatibus ueteribus Romanis crebrò consules galeris tectos uidere est. Vnde & in hanc usq; diem Cardinales siue parochiani regionū urbis Cardinarij titulos usurpāt,& eo gaudent titulo celebrari, cum interim & sacrati homines sint, & galeri uetustum magnificumq; capitis tegmen gestent:quod nouum nō est,ut multi existimant,sed à Romana uetustate maiestateq; in hæc tempora nostra defluxit. Vsurpabant uerò titulos quadrifariam urbis quondam presbyteri, diaconesq;, uel à legatis ciuium ac matronarū, uel ex donatione eorum bonorū quæ erant in fiscum redacta:hoc est, ut Symmachi uerbis utar,titulis fiscalibus,quæ à Cōstantino Magno, Theodosio, Arcadio & Honorio Impp.ecclesiæ collata fuere.De quibus Symmachus urbis quondam præfectus in epistola quadam ad Amicū:Diligentiæ tuæ,inquit,ratio digeratur,

B quæ possit ostendere,quo numero animalia collocaris, & quo apparatu instruxeris mansiones,& quantū in titulis fiscalibus colligendis tua cura promouerit. Sic postea usus obtinuit,ut tituli uocarentur à priuatorū hominum,ipsorumq; adeò pontificū legatis contracta & acquisita beneficia,ornamentaq;:ueluti Iulij,Damasi,Caij,Marci,Marcelliq;. Vnde legitur in synodo Romæ sub Symmacho habita, circa annū Salutis Domini quingentesimū, post episcopos subscripsisse titulo Equitij tres presbyteros,Felicem,Sebastianū & Adeodatū: itē titulo Eusebij duos presbyteros,Paschasiū & Valentinū: titulo præterea Iulij, Paulinū, Septimiū & Marcellū:titulo Marcellini,Stephanū,Venantiū & Timotheum: titulo Nicomedis,Sebastianū & Genesiū:titulo Pammachi,Gordianū & Ioannē: titulo Æmiliani,Eutychen,Dionysiū & Iouinū:titulo Lucinæ,Marcū & Hilariū: titulo deniq; Fasciolæ,Acontiū,Paulinū & Epiphaniū. Et hæc hactenus. Redeo ad titulos honoris,Romanis multo ante acceptam religionē usurpatos:de quibus scilicet intelligenda sunt hæc loca autorū. Ciceronis in Pisonē:Qui tanq; trūcus atq; stipes si stetisset modò,posset tamen sustinere titulum consulatus. Huc pertinet illud Liuij lib.8. Dec.3, in oratione Q.Fabij Maximi:Pœnitebit te Publi Corneli gloriæ tuæ,si hostem eum,qui tot funerum,tot cladium nobis causa fuit, tu Consul Italia expuleris. Et sicut penes C.Luctatiū priori Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit. Et lib.4.ab Vrbe cond. Nisi in traiectu fortè fluminis prohibendo aliquarum nauium concursum,ut fit,celebrantes naualis uictoriæ uanū titulū appetiuere. Cor. Tacitus metaphoricè clementiæ titulum usurpat,lib.18: M.Celsum consulem designatum,inquit,per speciem uinculorum sæuitiæ militū subtractum,acciri in Capitolium iubet:clementiæ titulus è uiro claro & partibus inuiso petebatur. Huc alludit Ouidius secundo Fastorum:

—Prosequimur studioso pectore Cæsar

Tituli qui fuerint,& eorum ornamenta.

Titulorum discrimina.

Tituli fiscales.

Tituli gloriæ.

Loca autorum de titulo honoris.

Nomina, per titulos ingredimurq́ tuos. A

De huiusmodi titulorū honore siue prærogatiua intelligendus est locus Symmachi lib. 1. Epist. epistola trigesimatertia, ad Theodosium & Arcadiū: Nec multo pòst tempore, inquit, in Clytoliam Maximū, pari honore tunc prędítum, tituli istius cura cōuenit. Et iterū: Et prouincialiū iudicum reperit sponsionē, qua professi sunt, si urbanum cessaret officium, per se huius tituli integritatē posse sarciri. Et hæc de titulis gloriæ, ornamentorumq́. Sequitur titulus epitaphiorū in inscriptionibus, de quo locus hic Plinij in epistolis intelligendus est: Maximè tamē hic me titulus admonuit, quàm essent inimica & inepta. Et illud Capitolini in Gordianis: Gordiano, inquit, milites sepulchrū apud Circeum castrum fecerūt, in finibus Persidis, titulū eiusmodi addentes, & Græcis & Latinis, & Persicis & Iudaicis, & Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur. Et rursus in eadem historia: His in Senatu lectis, quadrigæ elephantorū Gordiano decretæ sunt, utpote qui Persas uicisset, ut triumpho Persico triumpharet: Misitheo autē quadriga equorum, & triumphalis currus, & titulus huiusmodi: Misitheo eminēti uiro, parenti principum, prætorij præfecto, & totius urbis, tutori Reipub. S. P. Q. R. uicem reddidit. Huc alludit & Tacitus in uita Iulij Agricolæ: Neque segniter ad uoluptates & cōmeatus titulum tribunatus & inscitiam retulit. Apuleius in Aureo asino: Auorum & proauorum titulis clarus. Et sic intelliguntur inscriptiones, & illud Ouidij carmen in Arte amandi:

Utilitas tua sit, titulus donetur amicæ.

Taurini in Hungaria:

D. M.

AVR. DORISON VE. EX. STAI PRAEF. AL. CONT. AN. XLIX. ET AVR. MVSSAT. FIL. AN. VII. AVR. NEROEN. LIB. ET CONIVNX ET AVR. LVPVS. AV. LVPORINA ET BASILLA TITVLVM PATRI ET FRATRI FAC. CVRAVERVNT.

Spoleti Italiæ:

D. P. B

VALE QVI LEGERIS LVBENS PICENTIA LEGITIMAE NEOPHITAE DIE CAL. V. SEP. CONSIGNATA A LIBERIO P. F. FL. HOSPITIANVS MARITVS VXORI BENEMERENTI DVPLICEM SARCOPHAGVM CVM TITVLIS HOC LOCO EI POSVIT.

Atque hæc sunt quæ de titulorum ornamentis apud autores probatos inuenimus. Sequuntur trophæa, Grecis à uictoria νικητήρια appellata, cum spolia hostium, ut erant capta, & sanguine cruenta, in proximā arborē suspendebantur, uel domū portata, pertica, aut gentilitia arbore, tanquàm insigne ac gloria uirtutis auctæ ponebantur. Ad quod alludunt poetæ. Virgilius XI Æneidos:

Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaq́ induit arma.
Mezentij ducis exuuias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat, rorantes sanguine cristas,
Telaq́ trunca uiri, & bis sex thoraca petitum
Perfossumq́ locis, clypeumq́ ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

Tale est & illud Claudiani libro primo in Ruffinum:

Festinas urgete manus, meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more trophæis
Ditat, & hostiles suspendit in arbore cristas.

A Huc alludit pariter Sidonius Apollinaris in Panegyrico dicto Maioriano:

Ista micant clypeo, cuspis trabe surgit eburna,
Ebria caede uirûm propter Bellona trophaeum
Extruit, ut quercum captiuo pondere curuet
Consurgit solium saxis quae caesa rubenti. Et Prudentius lib. 2. in Symmachum:
Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductaq́ per mediam spoliorum fercula Romam. Et iterum:
Et suspensa graui telorum fragmina trunco.

Similem morem non solùm legimus apud Thucydidem, sed uidimus in nũmis quibusdam ueteribus repraesentatum, ubi in quercu ramis decisis lacerna Germanica coriacea, duo scuta, una fistula barbarica, & uexillum Teutonicum exprimuntur, ita ut in frontispicio huius nostri Operis expressimus. Et hactenus de trophaeo spoliorũ. Fuit & aliud genus trophaei, cum deuicto hoste quopiam, memoria rei gestę & nomina uictarum gentium regumq́ in saxo aliquo loco posito, literis sculptis exprimebantur. Et de huiusmodi trophaeo intelligendus est locus Plutarchi in Quaestionibus: Nõ magnopere probati sunt illi, qui primi apud Graecos Æneam aiunt lapideum trophaeum statuere. Refert porrò idem Plutarchus, C. Marium deuictis Cymbris & Iugurtha capto, Romę statuisse trophęa insculptis literis, quae postea disiecerat Sylla, factionis Marianae oppressor: cuius iterum adsertor Caesar Iulius Dictator, trophaea eadem restituit, ut est apud Suetonium cap. de gestis per eum: Trophaea, inquit, C. Marij de Iugurtha, deq́ Cymbris atq́ Teuthonis, olim à Sylla disiecta restituit. Huc pertinet quod scribit Cicero quarto ad Herennium: Hic, inquit, in Macedonia trophaea posuit, eaq́ quae bellicae laudis uictoriaeq́ omnes gentes insignia & monumenta esse uoluerunt. *Trophaea in alia significatione.*

B Ita Titus Liuius libro quinto Decadis tertiae, in oratione Syracusanorũ ad Marcellum, conantium duci Romano persuadere, ut expugnata ciuitate mitius in captos statuat: Gloriam, inquit, captae nobilissimę pulcherrimaeq́ urbis Graecorũ, dij tibi dederunt Marcelle: quidquid unquam terra mariq́ memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit: famae ne credi malis, quanta urbs à te capta sit, quàm posteris quoq́ eam spectaculo esse, quò quisquis mari, quisquis terra uenerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginensibusq́ trophaea, nunc tua de nobis ostendat. Et sic intelligendus est locus Plinij libro 37, cap. secundo, ubi Pompeium illum Magnum trophaei inscriptionem constituisse in iugis montis Pyrenaei scribit. & idem libro tertio, cap. uigesimo, trophaei Augusti meminit his uerbis: Non alienum uidetur, hoc loco subijcere inscriptionem è trophaeo alpium, quae talis est: Imperatori Caesari diui fil. Aug. Pontif. Max. Imperatori. XIIII tribunitiae potestatis, S. P. Q. R. Quòd eius ductu auspicijsq́ gẽtes alpinae omnes, quae à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani sunt redactae: & quae sequuntur. ubi nominatim gentes omnes nominetenus recensentur. Ad talem praeterea trophaeum alludit Herodianus libro tertio, de Bassiani Caesaris ambitu loquens, in profectione Parthica: Quin eodem quoque loco, inquit, Darium ab Alexandro ferunt, maximo extremoq́ illo praelio profligatũ, captumq́, septentrionalib. etiam tum uiris, orientis nationes superantibus. Manet adhuc trophaeum, & tantae uictoriae testimoniũ, urbs in colle Alexandria, simul aeneum ipsius simulachrũ, unde loco impositũ nomen. Eodem libro scribit de trophaeo Seueri Septimij, de Britannia pacata: Laetus, inquit, ea Seuerus accepit. quippe homo suapte natura gloriae appetentior, post uictorias ad orientem septentrionemq́, & cognomina utrimq́ parta, etiam trophaea contra Britannos excitare aliqua cupiebat. Huc pertinet & quod Cornelius Tacitus lib. secundo de Britannico *Varia loca autorum de trophaeo inscriptionum.*

Britannico scribit, & eius exequijs: Arcus additi Romæ, inquit, & apud ripã Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac mortem ob rempub. obijsse. Et tales fuere arcus triumphales, quos Marcum philosophũ Cæsarem ad Istrum in Pannonia superiori, deuictis Marcomanis excitasse Capitolinus: & Iulianum Cæsarem apud Sabariam Pannoniæ ob deuictos Alemannos, Marcellinus, autores sunt. quorum adhuc fragmenta apud nos extant, in quibus inscriptiones trophæorum, unà cum alio quodam quod Pataui in Italia uidetur in domo episcopali, & Pauli Æmilij, deuictis Persæo Macedoniæ, & Genthio Illyrici regibus, trophæum continet, fidei ergò (ut semper solemus capita Vetustatis exemplis claudere) subijciam. A

Viennæ in ædibus Doctoris Lazij in fragmento columnæ:

FORTVNAE REGINAE MARCVS AVREIVS V. S. L. L. M.


In pago S. Vdalrici ad primum lapidem à Vienna:

VICTORIAE DE MARCOMANIS M. AVREL. V. S. L. L. M.

Pataui, in domo episcopali:

PAVLVS AEMILIVS IMP. N. MACEDONIAM TERRARVM IMPERIO POTITAM CAEPIT CVIVS VNO DIE LXXII VRBES VENDIDIT ET IAM INDIAE VICTOR PER VESTIGIA LIBERI PATRIS ATQ. HERCVLIS ROMANA SIGNA CIRCVMTVLIT.

CAPUT SECUNDUM, DE ORNAMENTIS *imperialibus, regalibusq́.*



QVA in re ornamenta à donis militaribus, itemq́ imaginibus & titulis differebant Romanis, superiori à nobis Capite demonstratum est. Nunc ornamentorũ genera distinguemus, & quibus in rebus quæq́ constiterint docebimus. Erant autẽ omnino ornamentorũ genera, siue differentias dicere mauis, undecim: imperatoria uidelicet, triũphalia, cõsularia, tribunitia, prætoria, quæstoria, ædilitia, senatoria, equestria, decurionalia, & dicẽdæ sentẽtiæ, relationisq́: quæ dignitates autoribus passim, honorumq́ monumenta dicũtur, & ad quæ alludit Tullius septima in Verrem: Vbi ternis denarijs æstimatũ frumentũ, ubi muli, ubi tabernacula? ubi tot tantaq́ ornamẽta magistratibus & legatis à Senatu populoq́ Rom. permissa? Huc alludit & Dion Nicæus in historia Hadriani: Nulli iniustè pecunias abstulit, multis etiã elargiẽs publicè & priuatim, Senatui & equestri ordini. Alios auxit pecunia, honoribus: alios & dignitate honestauit. Sed de his aliàs. ac quæ primo loco recensuimus, IMPERARORIA ornamenta explicare aggrediemur. quarũ nõ minus mentio fit autoribus historiarũ, qui cõstituto Imperio scripsere. Herodianus lib. 5. hist. Aug. Cætera omnis multitudo pro Antonino præliabatur. sed ubi diu neq́ Macrinũ iam ipsum, neq́ Imperij signa conspiciebant, qui pro illo certamen subierant, ignari ubi nam foret, iaceret, an aufugisset, haud satis constitutũ habentes, quod sibi capiendum consilium foret. Et de ludis Heliogabali scribens eodem libro: Tum deorum omniũ simulachra, inquit, & quicquid conspicuum in templis, principatusq́ insignia, & preciosissima supellex, equites item, & exercitus uniuersus pompã huiusmodi comitabant. Et lib. 6. postea: Alexander autẽ post illũ nomen insigniaq́ gerebat imperij. Idem lib. septimo, locutus de Gordiano seniore: Haud ægrè tamen honorẽ suscepit, malens futurum dein q́ præsens periculum subire: simul ætate iam exacta, minimè recusandum putabat, quin si ita res posceret, imperatorijs honorib. immoreret. Et iterũ lib. 8. de Maximi & Albini ad imperium uocatione scribens: Balbinus aũt patricij B

Imperatoria ornamenta.

generis

A generis homo, cõsulatu iterum gesto, multisq; prouincijs sine ulla querela administratis, simplicior habebatur: ita creati principes, Augustiq; appellati, ac Senatusconsulto omnibus imperatorijs honoribus affecti sunt. Huc alludit Cor. Tacitus lib. 17, de Vitellio scribens: Valentẽ & Cecinnam pro concione laudatos, curuli suæ circumposuit, mox uniuersum exercitũ occurrere infanti filio iubet: perlatum, & paludamento opertum sinu retinens Germanicum appellauit, cinxitq; cunctis fortunæ principalis insignibus. Huc pertinet illud Iulij Capitolini in Maximo & Balbino: Decretis ergo omnibus imperatorijs honorib. atq; insignibus, percepta tribunitia potestate, iure proconsulari, pontificatu maximo, patris & patriæ nomen meruerũt imperium. Tale est & illud Lampridij in Alexandro, cum de Ouinio Camillo quodam, qui imperiũ aduersus Alexandrũ ambiebat, loquitur: Deinde, ait, ad Senatum processit, & timentẽ, & tantæ conscientiæ tabe confectum, participem Imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quàm ipse utebatur, affecit. Sed hæc in genere: enumeraturi deinceps ornamenta illa ordine, quorũ præcipua erant, ignis prælatus, diadema, purpura, fasces, sella, imagines inter signa, acclamatio, & præcentio, unà cum publica congiarij exhibitione. Illud autẽ notandũ hic obiter est, Imperatoria insignia alia fuisse ante constitutum Imperium, alia uerò illo iam ad monarchiam recidente. Quamobrem Tacitus, intelligens primi illius generis ornamenta, in fine lib. 3. sic scribit: Sed Tiberius pro cõfecto interpretatus, id quoq; Blæso tribuit, ut Imperator à legionib. salutaretur. prisco ergo duces honore, qui bene gesta repub. gaudio & impetu uictoris exercitus conclamabanť: erantq; plures simul imperatores, nec super cæterorũ æqualitatẽ concessit quibusdam & Augustus id uocabulũ, ac tunc Tiberius Blæso. Sed nos hoc loco de constituti iam

B Imperij insignibus loquimur, quorũ præcipuũ fuit IGNIS PRAELATVS, in sartagine ferculo suprapposita, cuius nos imaginẽ in frontispicio Operis præmisimus. *Ignis prælati ornamentum.* Meminit huius Herodianus lib. 1. hist. Aug. Sed postq; L. Verus fato functus est, manentibus adhuc Lucillæ principibus insignibus, Põpeiano eam pater despondit: nihilo tamen secius pristinũ illi honorẽ Cõmodus reliquit usurpandũ. Nam & sella imperatoria sessitare in theatro, & ignẽ de more præferri patiebatur. Et iterum lib. eodem, de Cõmodi scribens pellice: Quod ubi consiliũ suũ ad Martiã retulit, unã ex suis cõcubinis, cui scilicet plurimũ deferebat, ac propè uxoris eam loco habebat, sic ut præter ignẽ omnes honores ueluti Augustæ tribuerenť. Idem lib. 2. de Pertinace locutus: Igitur postq; illuxit, in curiã se cõtulit, neq; ignem sibi præferri, neq; ulla principatus insignia passus attolli, donec Senatus sententiã sciscitarenť. Et iterum lib. 2. de Macrino locutus: Talia loquentẽ, exercitus omnis cæterumq; uulgus Imperatorem atq; Augustum consalutauit: tum amictum purpura, reliquoq; aulico ornatu atq; apparatu ibidem ex tempore cõquisito, præcedente etiã igne, in Antiochiæ primũ templa, mox ad suas ædes deduxerũt. Idem libro 7: Nam cũ magnopere indoluissent Alexandri nece, ac fortefortuna in quendam ex illius amicis, cui nomen Quartino fuit, paulo antè è castris à Maximino dimissum incidissent, correptum atq; retractantẽ, neq; tale quicq; cogitantẽ, ducem sibi delegerũt, purpuraq; eum, prælatoq; igne, funestis scilicet honoribus condecoratũ, nihilq; minus optantẽ, ad Imperiũ protulerũt. Idẽ postea de Gordiani inauguratione tractãs: Sequebať autẽ ipsum principalis põpa omnis, militesq; quicunq; aderant, iuuenesq; urbani procera statura, ad eorũ similitudinẽ qui Romæ imperatorẽ comitanť: uirgæ itẽ laureatæ, quo insigni principes à priuatis dignoscunť: præterea ignis de more præferebať, ut speciẽ fortunamq;, exiguum sanè ad ad tempus, Romanæ ciuitatis Carthago repræsentaret. Ad huiusmodi præterea

insignia alludit Am. Marcellinus lib. 21: Tunc in memoriam Constantini, ut nouatoris turbatorisq; priscarum legum & moris antiquitus recepti, uexauit eum apertè incusans, quòd barbaros omniũ primũ adusq; faces auxerat. Et hactenus de ignis ornamento. sequitur PVRPVRA, de qua seorsim licet, libro priori locuti simus, & quod genus uestitus extiterit indicauerimus: tamen Imperatorũ hanc propriam regumq; fuisse, multa autorum testimonia confirmant. Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Vlpianum pro tutore habuit, primùm repugnante matre, deinde gratias agente: quem sæpe à militum ira obiectu purpuræ summæ defendit: atque ideo summus Imperator fuit, quòd eius consilijs præcipuè rempub. rexit. Sic Herodianus in oratione Cõmodi, cum eius ad imperium sublimationem describit: Quippe unus ego uobis natus educatusq; in aula, priuatis'que intactum cunabulis, statim me, ut ex aluo prodieram, imperatoria purpura suscepit. Idem lib. quinto, de Alexandro Cæsare scribens: Ibi puerum confestim milites uniuersi Antoninũ appellatũ, atq; indutum purpura custodiebant. Et lib. 6: Cum igitur frequentes in campum conuenissent, uenienti de more ad exercitandos purpuram circumdant, imperatoremq; salutant. Sic de Gordiani inauguratione ad imperium locutus: Igitur adolescentes, inquit, cum gladijs stipante multitudine, proturbatis ianitoribus impetum in ædes faciunt: eumq; supra grabatum requiescentem offendunt: circumfusiq; senem purpura induunt, atque augustalibus honoribus consalutant. Huc pertinet & illud Flauij Vopisci in Probo: Cumq; id per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur, quasi diuino nutu, undiq; ab omnibus acclamatum est, Probe Auguste, dij te seruent. deinde concursus, & cespitiũ tribunal: appellatusq; Imperator. ornatus etiam pallio purpureo, quod de statua templi oblatum est: atq; inde ad palatium reductus inuitus. Huc alludit pariter Aurelius Victor in uita Claudij: Hinc Claudius Gallieni morientis sententia Imperator designatus, ad quem Ticini positum per Galleniũ Basilium indumenta regia direxerat. Et de huiusmodi purpura intelligendus est & Ammianus libro decimoquinto, cum Iuliani ad apicem Cæsareum sublimationem describit, & participationem Imperij à Constantio: Ego eum præsente nutu Dei cœlestis amictu principali uelabo. Dixit: moxq; indutum auita purpura Iulianum, & Cæsarẽ cum exercitus gaudio declaratũ, his alloquitur contractiore uultu submœstũ. Et subdit: Cæsaremq; admiratione digna suscipiebant, imperatorij muricis fulgore flagrantem. Idem lib. 21, de Lucilliani comitis captiuitate ex Illyrico adducti ad Iulianum tractans: Magister equitum paulo antè superbus & ferox, iumentoq; impositus repentino, principi ut captiuus offertur ignobilis, oppressam terrore uix colligens mentem. Verùm cum priuatus uisus, adorandæ purpuræ datam sibi copiam aduertisset, recreatus tandem, suiq; securus: Incautè, inquit, Imperator, & temerè cum paucis alienis partibus te commisisti. Cui amarùm Iulianus subridẽs: Hæc uerba prudentia serua, inquit, Constantio: maiestatis enim insigne non ut consiliario tibi, sed ut desinas pauere, porrexi. Idem libro uigesimosecundo, cum accusatum quendam apud Iulianũ introduceret affectati Imperij: Quibus indicijs, ait, ad hoc peruenisti? Et ille: Purpureũ, inquit, ille sibi indumentum ex serico pallio parat. Iussusq; post hæc, ut uilis arduę rei uilem incusans, abire tacitus & innoxius, nihilominus instabat. Quo tædio Iulianus defatigatus, ad largitionum comitem uisum propius: Iube, inquit, periculoso garritori pedum tegmina dari purpura ad aduersarium perferenda. Hæc ille. Ex quibus omnibus liquet, purpuram non quamuis Imperatores, sed murice fulgentissimam gestasse: quando & purpura alioquin sua præsidibus foret. qua de re libro superiori dictum abundè est. Colligimus præterea ex locis Marcellini adductis, consue-

Purpuræ ornamentum.

A

B

A consuetudinem adorandi (qui hodie regum est Christianorũ, porrigere dextrã: Turcarũ uerò tyranno, dextram ad osculum admittere: & pedes, Pontifici Romano) extitisse, purpuram porrigere. Cæterùm non extra rem fuerit, habitũ Augustorum, ut fuit inclinante Imperio, ex Claudiano recensere, qui in Panegyrico secundo Stiliconis, loquens de Arcadio & Honorio, sic canit:

Cuius fulta fide, medijs dissensibus aulæ,
Intemeratorum stabat reuerentia fratrum.
Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aspera, gemmatasq́ togas, uiridesq́ smaragdus
Loricas, galeasq́ renidentes hyacinthis,
Gestatosq́ patri capulis radiantibus enses,
Et uario lapidum distinctas igne coronas.

DIADEMA tertiũ ordine erat inter ornamenta imperialia, quod mox cum de coronis sermonẽ instituemus, laureã extitisse, ex optima lauro, docebimus. In cuius uertice uniones, & in posteriori parte fascia candida defluebat, ut initiantis imperij Augustos in nũmis expressos uidere est. At uerò inclinãtis Imperij diadema circulus aureus erat, in quo laurus erat sculpta, & in parte inferiori fascia itẽ in auram fluitabat, quo capitis ornatu eius seculi Augustos penè omnes, Constantiũ, Valentinianos, Theodosios, Arcadiũ & Honoriũ, aliosq́ sculptos in numismate uetere uidemus. Meminit uerò diadematis inter insignia Imperij Marcell. lib. 20, Iuliani creationẽ referens: Impositusq́ scuto pedestri, & sublatius eminens, populo silente Augustus renunciatus, iubebatur diadema proferre. negansq́ unquam se habuisse, uxoris colli uel capitis poscebatur. Eoq́ affirmãte, primis auspicijs nõ con- *Diadematis ornamentum.* *Diadema Græcorũ Cæsarum*

B gruere aptari muliebri mũdo, equi phalera querebatur, uti cõgrua ornatus speciem saltẽ obscurã superioris prætenderet potestatis. Sed cum id quoq; turpe esse asseueraret, Maurus nomine quidã, postea comes (qui rem malè gessit apud Succorũ angustias) speculantiũ, tunc hastatus, abstractum sibi torquẽ, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit cõfidenter. hæc ille, de diadematis insigni, utriusq; Imperij ætate. qui rursus lib. 26. de Valentis cõsecratione agens: Nicomediam, inquit, itineribus citis ingressus, Cal. Martijs, Valentẽ fratrẽ stabulo suo cũ tribunatus dignitate præfecit. Indeq́ cum uenisset Cõstantinopolim, multa secũ ipse deuoluens, & magnitudine urgenti negociorũ iam sese parare cõsiderans, nihil morandum ratus, Cal. April. perductũ eundẽ Valentẽ in suburbanũ, uniuersorũ sententijs cõcinentibus (nec enim audebat quisquã refragari) Augustũ pronũciauit: decoreq́ imperatorij cultus ornatũ, & tempora diademate redimitũ, in eodẽ uehiculo secũ reduxit. Patet igitur, diadema nõ solũ incipientis Imperij, uerũ etiã eiusdẽ declinãtis insigne fuisse. quod ipsum deniq; Imperij altera atq; adeò noua formula apud Germanos cõstituta, ornamentũ Romani imperij & mansit, & adhuc manet: quanq; immutatũ, ita ut diadema sectũ coronæ gentili supraponatur: ut hoc ipso libro, cũ de coronarũ generib. loquemur, prolixius deducemus. Quare qui superiorũ seculorũ res gestas adnotarunt, Henrici præcipuè tertij, quarti, & quinti, sextiq́, Philippi & Friderici Barbarossæ, uidelicet Schafnaburgẽsis & Vrspergensis, inter insignia Imperij lanceã Domini, gladiũ & coronam siue diadema Caroli Magni enumerant. Scitum est ualde, & ad institutũ nostræ tractationis pertinet, diadema quõdam peplum imperatoriũ denominatũ fuisse. Et sic intelligitur illud Trebellij Pollionis in Tyrãnis, cũ de Saturnino scribit: Hic ea die qua est amictus à militib. peplo Imperatorio, cõcione adhibita dixisse fertur: Cõmilitones, bonũ ducẽ perdidistis, & malũ principẽ fecistis. SELLA Imperatoria sine *Diadema nostri seculi.*

dubio eburnea erat, ut magistratuũ Romanorũ curules. ad quã alludit Herodianus lib. 2. hist. Aug. locutus de Pertinace: At ille recusare instituit, tanquam rem inuidiosam, nomen Imperij: excusare senectutẽ, ueniamque orare, multos esse dictitans patricios uiros, quibus magis imperiũ conueniret. simul Glabrionẽ manu comprehensum protrahens, sessitare imperatoria sella iubebat. Erat enim ille omniũ patriciorum nobilissimus, ad Æneam Veneris & Anchisæ filiũ seriem generis referẽs, idemque iterũ consul. qui tamen ita tum locutus est: Equidẽ egomet, quẽ tu omniũ putas dignissimũ, cedo tibi imperio, atque unà mecũ Senatus omnis summã tibi potestatẽ decernimus. Ibi uerò ille, uim penè afferẽtibus, atque impense rogantib. uniuersis, uix tamẽ dubitabundus sellam imperatoriã cõscendit, atque orationẽ huiusmodi habuit. Idem lib. 4. de Bassiano Antonino tractans: Igitur ea nocte moratus in templo Antoninus, ac fretus largitionibus, quibus sibi milites adiunxerat, cõtendit postridie in Senatũ, toto stipante exercitu, sed armis instructiore quam consueuit principem deducere. Ingressus deinde, ubi rem diuinã fecit, conscendit sellam Imperatoriã, atque ad hunc modũ uerba facit. Idem de Cõmodo scribẽs lib. 1: Cum igitur nobilissimis scenicis operã daret, sedens Imperatoria sella Cõmodus, pleno spectatoribus theatro. Et lib. 3. iterũ de Seuero Septimio locutus: His ergo optimè pro suo iudicio cõstitutis, curiam deinde ingressus, sedensque Imperatoria sella, accusare infit truculenta oratione Albini amicos. Alludit denique ad hanc curulem, imperatoriã scilicet, Cor. Tacitus lib. 18. Quãuis odiũ Vitellius humilibus blanditijs uelaret, præstò fuere Lugduni uictriciũ uictarumque partiũ duces: Valentẽ & Cecinnã pro cõcione laudatos, curuli suæ circũposuit. FASCES quanquam cõsulibus etiã prætoribus, proconsulibus, præfectisque pretorio in externis prouincijs cõcessi fuerint, proprios tamen seorsim, deauratos scilicet, laureatosque ipsi Augusti usurpabãt. quorũ mentionem facit Aurelius Victor in Diocletiano: Apud Nicomediam, inquit, spontè imperiales fasces relinquens, in proprijs agris cõsenuit. Huc alludit & Tacitus lib. 13. Nero quo cõponeret diuersos, sic euulgari iussit: Ob res à Quadrato & Corbulone prosperè gestas, laurum fascibus imperatorijs addi. Meminit & Iul. Capitolinus in historia Maximini, de Gordiano scribens: Et appellatus est ab omnibus Afris Augustus, cum filio, apud oppidũ Tisdrum. inde Carthaginẽ uenit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. Huc alludit & Claudianus poeta in sextum consulatum Honorij:

Fasces imperatorij.

—Agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proauis, desuetaque cingit
Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor,
Et sextas Gethica præuelans fraude secures.

Et iterum in quartum Honorij consulatum:

Iam trabeam Bellona gerit, parmamque remouit,
Et galeam, sacras humeris uectura curules.
Nec te laurigeras pudeat Gradiue secures
Pacata gestare manu.—

Imaginum insignia.

IMAGINES Imperatoris inter signa receptæ legionũ, municipijsque cultæ cõfirmationẽ eius in Imperio, tanquam insigne quoddã significabant: quę disiectæ pariter abrogationẽ Imperij portendebant. cuius rei subinde mentionẽ faciunt autores. Tacitus lib. 3: Quòd Pisonis fuerint imagines deiectæ, quòd haud minus Tiberius quàm Piso abnuere: simul populi ante curiam uoces audiebantur, non temperaturos manibus, si patrum sententias euasisset, effigiesque Pisonis traxerunt in Gemonias, ac diuellebant. Et iterum lib. 19. de abrogatione imperij Galbæ, facta

Othonis

A Othonis factione tractans: Et Minutius Iustus præfectus castrorum septimæ legionis, quia audacius q̃ ciuili bello imperitabat, subtractus militum iræ ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res interpretatione gloriæ in maius accipitur, postquã Galbæ imagines discordia temporũ subuersas in omnibus municipijs restitui iussit Antonius. Huc alludit Herodianus lib. 2. de Iuliani inauguratione loquens, occiso Pertinace: Quibus adducti rebus milites, atq; in tantã spem erecti, Iulianũ declarant principem, simul ei Cõmodi cognomen imponũt. Tum signis sublatis, impositisq; illius imaginibus, deducere hominẽ tendũt. Idem lib. 8. cum necem Maximini Aquileiã obsidentis, & Maximi ac Balbini in imperio confirmatione describit: Nunciataq; cæde Maximini, petebãt uti sibi portæ aperirent, amicis iam qui pridie hostes fuissent. Enimuerò Aquileiensiũ duces haud passi, proponũt Maximi & Balbini ac Gordiani Cæsarũ imagines coronis & lauro redimitas. Et iterũ de Maximini abrogatione loquẽs lib. eodẽ: Quocirca occupata audacia, sub mediũ fermè diẽ ad illius tentoriũ cõtendunt, cõspirantibus unà corporis custodib. Ibiq; postq; de signis militaribus illius imagines detraxerũt, prodeuntẽ mox tentorio cum filio, ut ad eos loquerent, cõtinuò obtruncant. Idem lib. 7: Igitur statim tumultuari omnis Africa, sublatisq; Maximini honoribus, ciuitates pleræq; imagines Gordiani ponere. Huc pertinet illud Capitolini in hist. Gordianorum: Appellato igitur Gordiano imperatore, iuuenes qui autores huius facinoris erant, statuas Maximini deiecerũt, imagines perfregerũt, nomen publicitus erasẽrunt. Præfectus urbis acceptis literis acrioribus, populũ & milites allocutus est, dicens Maximinũ iam occisum: ex quo maius fuit gaudiũ, statimq; deiectæ sunt statuæ atq; imagines eius qui hostis fuerat iudicatus. Meminit huius consuetudinis Liuius etiã lib. 1. Dec. 4. Quod genus cùm in omnibus liberis ciuitatibus, tum
B præcipuè Athenis, ubi oratio plurimũ pollet, fauore multitudinis alitur: rogationem extemplò tulerũt, plebesq; sciuit, ut Philippi statuæ, imagines omnes, nominaq; earũ, item maiorũ eius uirilis ac muliebris sexus omniũ tollerentur, delerenturq;. hæc ille. Sequitur iam septimũ Imperatoriæ quondam maiestatis insigne, quod etiamnũ durat, TITVLVS: qui primis tẽporibus fuerat iuris procõsularis, tribunitiæ potestatis, & põtificatus maximi, patrisq; patriæ nomen. Vnde subinde cùm in monumẽtorũ inscriptionibus, tum uerò præcipuè numismatib. Romanis, post nomina Imperatoris, sequunt literæ PROC. TR. P. PONT. M. Et quẽadmodũ iste titulus Imperatori decernebat à Senatu, ita Cæsaribus qui ab Imperatoribus ad societatẽ imperij adsciscebant, titulus Quintę relationis ac Principis iuuentutis concedebat. Et sic intelligunt loca autorũ, Taciti lib. 12, cum de Neronis inauguratione agit: Tito Lucio Claudio, inquit, & Seruio Cornelio Orphito Coss. uirilis toga Neroni maturata, quo capessendæ reipub. habilis uideretur. & Cæsar adulationib. Senatus cessit, ut XX ætatis anno consulatũ Nero iniret: atq; interim designatus procõsulare imperiũ extra urbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur. Et iterũ lib. 13, in oratione Agrippinæ Neronis matris: Baiarum suarũ piscinas excolebat, cum meis consilijs adoptio, & proconsulare ius, & designatio cõsulatus, & cætera adipiscendo imperio præpararent. Huc alludit & illud Iulij Capitolini in historia Maximi & Balbini: Decretis ergo omnibus Imperatorijs honoribus atq; insignibus, percepta tribunitia potestate, iure procõsulari, põtificatu maximo, patris etiã patriæ nomine, meruerũt imperiũ. Et iterũ in uita Macrini: Deniq; statim Macrino & proconsulare imperiũ, & potestatẽ tribunitiã detulerũt. Idem in M. Philosopho: Post hæc, inquit, Faustinã duxit uxorẽ, & suscepta filia, tribunitia potestate donatus est, atq; imperio extra urbẽ procõsulari, addito iure quintæ relationis. Huc pertinet illud Spartiani in Iuliano: Inde

Titulorum insigne.

habita concione militari, uesperè in Senatū uenit, totumq́ꝫ se Senatui permisit: factoq́ꝫ senatusc ōsulto Imperator est appellatus: & tribunitiā potestatē, ius proconsulare in patricias familias relatus, emeruit. Et subdit: Egit gratias, quòd esset adscitus, quod & ipse & uxor & filia eius Augustorū nomen acceperūt, patris quoqꝫ patriæ nomen recepit. Meminit præterea Trebellius Pollio in historia Æmiliani, qui cōtra Galienū in Aegypto imperiū inuaserat. Et Lampridius in Cōmodo: Appellatus est autē Cęsar, inquit, puer cum fratre suo Seuero, XIIII ætatis anno in collegiū sacerdotū adscitus est, cooptatus inter tres solos principes iuuentutis, togam sumpsit adhuc in prætexta puerili, congiariū dedit. Et iterū in Alexandro: Mortuo scilicet Macrino, Augustūq́ꝫ nomen idem recepit, addito eo, ut & patris patriæ nomen, & ius procōsulare, & tribunitiā potestatē, & ius quintę relationis, deferente Senatu uno die assumeret. hæc ille. Ex quibus liquet, istos quos recensuimus titulos, aliquē necessariò cōiungere atqꝫ acquirere debuisse, qui ritè ad Imperiū cōtendebat: erantq́ꝫ ceu gradus quidā legibus Imperio præparati. Constat enim, procōsulare imperiū multos habuisse, qui ad apicē tamē Imperij nunqꝫ peruenerūt. Sic iūs quintæ relationis multi habuerūt, quos potiri rerū nunqꝫ cōtigit. Erat uerò ius illud, uti quinquies super re iudicata referre ad Senatū liceret, pręiudicijs nihil obstantib. Quā sententiā D. Alciatus nō satis probat, qui maximū ius Cæsareū in eo esse sentit, quòd rescindere rem iudicatā semel ualeat, l. fin. C. ut lite pend. l. causas. C. de transact. Quid opus est quinquies uariare? Et addit: Probabilior fortè est interpretatio, si id ius esse existimemus, ut ab eorū sententia nulla sit prouocatio: cum enim nemini liceat tertio prouocare, si aduersarius meus, inquit, bis obtinuerit, & ego tantundem: consequens est ut ultima sententia, quæ in hac causa quinta erit, executionē habeat. Erit ergo ius quintæ relationis, perinde ac res iudicata. Hæc ille. Sed prior interpretatio historiæ magis cōformis est. Porrò Flauius Vopiscus in Probi historia, ius tertiæ relationis inter titulos etiam Augustales recenset: nisi fortè menda sit, & pro tertiæ, quintæ reponendum foret. Verba Vopisci sic habent: Decerno igitur P. C. uotis omniū concinentibus, nomen Cæsareū, nomen Augustum: addo procōsulare imperiū, Patris patriæ reuerentiam, pontificatū maximū, ius tertiæ relationis, & tribunitiā potestatem. Et hæc quidem de titulorū ornamento dicta ex fide historica sufficiant. Quod imitati multis postea seculis Augusti, qui in Germania creātur, & ipsi hoc decore insigniuntur, quanqꝫ titulis alijs inuentis, & ad Christianā pietatem detorsis. Quippe in diplomatibus illorū, titulorū aceruatio talis præfertur: CAROLVS diuina prouidentia Imperator semper Augustus, rex Germaniæ, &c. Cæterùm pertinebat ad ornamenta Imperatoria & ACCLAMATIO, facta à Senatu Romano, cuius adhuc uestigium Romæ manet, cum uel Pontifex uel Augustus quispiā corona solenniter redimuntur: sed fit à populo succlamante, ut scribit Eginhartus in historia Caroli Magni: Ipse autē cum die sacratissima natalis Domini ad missarum solennia celebrāda, basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari, ubi ad orationē se inclinauerat, adsisteret, Leo Papa coronā capiti eius imposuit, cuncto Romanorū populo acclamāte: Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno, & Pacifico Imperatori Romanorū, uita & uictoria. hæc ille. Quā acclamationē & CAROLO V huius ætatis Imperatori sanctissimo inuictissimoq́ꝫ exhibitam eadem in urbe, constat. Cæterū quo ritu Romanis, adhuc anteqꝫ CHRISTVM agnoscere cœperūt, acclamatio talis facta sit, libet ex fide historica demonstrare. In qua primus omniū T. Liuius lib. 1. Decad. 4. sic scriptum reliquit: In concionem extemplò populus uocatus, ut rex quæ uellet, coràm ageret. deinde ex dignitate magis uisum, scribere eum, de quibus uideretur, quàm præsentem, aut referendis

Gradus ad Imperium.

Ius quintæ relationis quid fuerit.

A

B

A feredis suis in ciuitatẽ beneficijs erubescere, an significationib. acclamationibusq́ multitudinis assentatus est immodicè pudorẽ onerantis. Huc alludit & Cor. Tacitus, Imperij recẽs cõstituti scriptor, sed sub alio uocabulo Faustarũ precationũ, lib. scilicet hist. Augustę 4, creationẽ Tiberij recẽsens super morte Drusi: Magno, inquit, ea fletu, & mox precationibus faustis audita. ac si modũ orationi posuisset, misericordia sui gloriaq́ animos audientiũ impleuerat. Porrò clarius depingit hanc acclamationẽ Iulius Capitolinus, in historia Gordianorũ: Quocirca, inquit, si placet, quoniã nõ longè est nobilissimus uir procõsul, cum filio cõsulari legato, quorũ utriq; mortẽ pestis illa minata est, sublata de uexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitisq́ insignibus Romano iure firmabimus. Tunc acclamatũ est: Æquũ est, iustum est, Gordiane Auguste, dij te seruẽt feliciter. Huc pertinẽt nimirũ quę Trebellius Pollio in Claudio scribit: Nam cum esset nunciatũ IX Cal. April. ipso in sacrario matris deûm sanguinis die Claudiũ imperatorẽ factũ, neq; cogi Senatus sacrorũ celebrandorũ causa posset, sumptis togis itum est ad Apollinis templũ: ac lectis literis Claudij principis, hæc in Claudiũ dicta sunt: Auguste Claudi, dij te nobis pręstent. dictũ sexagies: Claudi Auguste, principẽ te, aut qualis tu es, semper optauimus. dictũ quadragies: Claudi Auguste, te Respub. requirebat. dictũ quadragies: Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu uerè princeps. dictũ octagies: Claudi Auguste, tu nos ab Aureolo uindica. dictũ quinquies: Claudi Auguste, tu nos à Palmyrænis uindica. dictũ quinquies: Claudi Auguste, tu nos à Zenobia & à Victoria libera. dictũ septies: Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit. Meminit huius solennitatis & moris in creatione Augustorũ, præterea Herodianus lib. 2. historiæ Augustæ, de Pertinace loquẽs: Hæc dicente Læto, minimè iam se cohibuit populus, quin cessante adhuc & dubi

B tabundo milite Augustũ illum declararet, patremq́ appellaret, & faustis acclamationibus prosequeretur. Et rursus de Iuliani inauguratione scribens: Receptoq́ in mediũ imperatore suo, clypeis hastisq́ supra capita elatis, ut tutiores forent, si fortè lapides è tectis mitterent, deducunt eum in aulã, neq; auso resistere populo, neq; (ut mos est) faustis acclamationibus prosequente, sed diras procul imprecantibus uniuersis, grauiterq́ exprobrantibus, quòd ære imperiũ sibi parauisset. Et rursus, de Nigro Pescennino locutus: Hunc igitur adsiduè frequentis populi clamoribus implorabant, ac præsentẽ Iulianum conuicio lacerantes: illum etiam absentem uniuersi principalibus acclamationibus faustisq́ uocibus prosequebant. Idem de Septimio Seuero ad Imperiũ adscito tractans: Hęc locutũ Seuerũ, faustis acclamationibus milites exceperũt, Augustum Pertinacemq́ appellantes. Et rursus: Postea uerò quàm eum populus faustis acclamationibus suscepit, & Senatus uniuersus ad portas urbis consalutauit, inito Iouis templo, factaq́ re diuina, reliquisq́ item sacris ædibus de more cõsalutatis, nouissimè ad domũ se imperatoriã recepit. Idem lib. 3, cum scribit de Asia & Syria, in uerba Seueri iurãtibus: Dum hæc in Cappadocia gerunt, interim seditiones inter se quoq; agitabant, pari æmulatione odioq́, Laodicæa quidem in Syria Antiochenorũ odio, Tyros autem in Phœnicia Berythijs infensa. Quæ, nunciata Nigri fuga, sublatis illius honoribus, Seuero prosperè acclamarũt. Et iterum, de Bassiano Seueri filio scribens: Vrbem dein triumphans inuectus est, multis acclamationibus, omniq́ ceremonia populo excipiente. Depingit præterea ritum acclamationis Lampridius in Alexandro his uerbis: Ex actis urbis ad pridie Nonas Martias, cum Senatus frequens in curiam, hoc est, in ædem Concordiæ templũ inauguratũ cõuenisset, rogatusq́ esset Aurelius Alexãder Cęsar Augustus, ut cõcineret: ac primò recusasset, quòd sciret de honorib. suis agendũ: dein postea uenisset, acclamatũ: Auguste innocẽs, dij te *Acclamationis ritus.*

 seruent:

seruēt, dij te ex manib. impuri eripuerūt, dij te perpetuent. Impurū tyrannū & tū perpessus es, impurū & obscœnū & tu uidere doluisti. Dij illum eradicauerūt, dij te seruent. Infamis imperator ritè damnatus, felices nos imperio tuo, felicem rempublicam. Infamis unco tractus est, ad exemplum timoris. Luxuriosus imperator iure punitus est. Contaminator honorū iure punitus est. Dij immortales Alexandro uitam: iudicia deorū hinc apparent. Et cum egisset gratias Alexander, acclamatum est: Antonine Alexander, dij te seruent: Antonine Aureli, dij te seruēt: Antonine Pie, dij te seruent. hæc ille. Huiusmodi acclamationes postea, cum ecclesia CHRISTI Romæ cœpisset, usurpatæ sunt in creatione Pontificum: quemadmodum legitur in concilio Romę sub Symmacho pontifice habito, in hæc uerba: Die Calen. Martij, in basilica beati Petri Apostoli, synodo præsidente beatissimo Papa Symmacho, suggestio Fulgētij archidiaconi ecclesiæ Romanæ de cōgregata synodo, ex præcepto Papæ Symmachi, dixit: Beatitudo uestra, directis antehac per prouincias autoritatibus, frequēter Italię sacerdotū synodū cōuocauit: quorū præsentia in uestris uidetur oculis cōstituta. nūc beatitudo uestra, quæ ad ecclesiasticas indemnitates, uel ad pacē totius ecclesiæ pertinēt, siue cōcordiā, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum ab omnibus episcopis & presbyteris: Exaudi Christe, Symmacho uita, dictum est decies: cuius sedem & annos, dictū est septies: Vt facias, rogamus, dictum decies. Et uniuersi episcopi uel presbyteri dixerunt, Vt fiat rogamus: dictum est decies, Vt scādala amputētur, rogamus: dictū est octies, Vt ambitus extinguatur: dictum est duodecies, Exaudi CHRISTE: Symmacho uita, dictum est sexies: cuius sedem & annos, dictum est quinquies: ut de præsentia, Fiat, dictum est decies. Hæc ex concilij actis. Alludit denique ad huiusmodi acclamationem imperialem Sidonius Apollinaris, inclinantis Imperij autor, qui in fine Panegyrici soceri, Auiti inaugurationem delineans, ita canit: B

Concurrunt proceres, ac milite circumfuso,
Aggere composito statuunt, ac torque coronant
Castrensi mæstum, donantque insignia regni,
Iam prius induerat solas de principe curas.
Haud alio quondam uultu Tirynthius heros
Pondera suscepit cœli, simul atque nouercæ,
Cum Libyca se rupe Gigas subduceret, & cum
Tutior Herculeo sedisset machina dorso,
Nunc tibi Roma dedi, patulis dum Gallia campis
Intonat Augustum plausu, faustumque fragorem Portat. —

Et hactenus de acclamatione. Succedit nonū ordine insigne imperatoriæ Maiestatis, quæ fuerat, ut hodieque durat, PRAECENTIO: hoc est, quādo incedebat, aut equo uehebatur, curruque, tibicines ac buccinatores præibant, & præcinebāt: qui mos hodie nō solùm in aulis Imperatorū regumque manet, uerū minimis loci etiā principū. Meminit uerò illius insignis siue ornamenti Lampridius in Alexandro in hæc uerba: Interest retexere orationē, qua nomen Antonini & Magni delatum sibi à Senatu recusauit: quam priusquā proferā, addam acclamationes Senatus, quibus id decretū est ex actis urbis ad pridie Nonas Martias, cum Senatus in curiam, hoc est, in ædem Concordiæ templū inauguratū cōuenisset, rogatusque esset Aurelius Alexander Cæsar Augustus ut cōcineret, ac primò recusasset. Alludit ad huiusmodi morem & Liuius lib. 7. tertiæ Decadis: Illud ueterem ducem assuetumque hosti Romano mouit, quòd semel in prætorijs castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse, duos profectò consules esse. Et rursus lib. 8, cum seditionē legionū Hispanicarū tempore secundi Punici belli aduersus Scipionē Africanum

A canum describit, in oratione qua inuehitur in milites: Quid populus Romanus, inquit, cum imperiū ablatū ab tribunis suffragio populi creatis ad homines priuatos detulistis? Cum eo ipso nō contenti, si pro tribunis illos haberetis, fasces Imperatoris uestri ad eos, quibus seruus, cui imperarent, nunquam fuerat Romanus exercitus, detulistis, in prætorio tetenderunt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab ijs petitū est. Loquitur autē ibi de duobus militibus, qui locū Africani imperatoris absentis inuaserant. Atque hactenus de præcentione, ut ita dicā, hoc est, eo ornamento, cum tubæ ante incedentē personabant, quod adhuc hodie principes in more habent. Superest postremū Imperatoriæ quondam Maiestatis insigne, quod potius ad liberalitatē principis pertinebat, donatiui uidelicet exhibitio in castris, & cōgiarij in urbe: de quibus lib. huius Operis 4 abundè diximus, eo titulo, quo de largitione & eius magistro siue comite tractamus. Porrò adludit ad huiusmodi ornamentū Tacitus lib. 12, de Neronis ad imperiū cooptatione locutus: Et Cæsar adulationibus Senatus libens cessit, ut XX ætatis anno consulatū Nero iniret: atque interim designatus, procōsulare imperiū extra urbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaret. Additū nomine eius donatiuū militi, congiariū plebi, & ludicrū circensiū, quod acquirendis uulgò studijs acquirebat. Sic in Didij Iuliani inauguratione Spartianus: Egit gratias, inquit, quòd esset ascitus, quòd & ipse & uxor & filia eius Augustorū nomen accepissent. Patris patriæ quoque nomē recepit. Argenteā statuā respuit. E Senatu in Capitoliū pergenti, populus obstitit: sed ferro & uulneribus, & pollicitationibus aureorū, quos digitis ostēdebat ipse Iulianus, ut fidē faceret, submotus atque depulsus est: inde ad Circense spectaculū itum est. Porrò talis cōsuetudo penè adhuc hodie obseruat Aquisgrani, cum futurus Augustus coronā accipit, ludi habent, & magna solēnitate cōgiariū exhibet.

Ornamentum congiarij & donatiui.

B Et iam finem huic eram Capiti impositurus, cum uenit mihi in mentē loci Liuiani, quo regia, ut quondam erant, insignia explicantur, lib. uidelicet 10 tertiæ Decadis, quæ recto ordine imperatorijs insignibus succedūt, ut quanta sit seculorū diuersitas, nō solū hac in re, sed cæteris penè omnibus consuetudinibus appareat: Postero die, inquit, ut à præsenti motu auerteret animū eius, ad tribunal ascēdit, & in concionē aduocari iussit: ibi Massanissam primū regē appellatum, eximijsque ornatū laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat: addit uerbis honorem, neque magnificentius quicquam triūpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorē ornatum esse, quo unum omniū externorū regum Massanissam populus Romanus ducat. Huc pertinet quod scribit Cor. Tacitus lib. quarto: Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studijs, repetitus ex uetusto more, missusque à senatoribus, qui scipionem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, regemque & socium atque amicum appellaret.

CAP. III. DE ORNAMENTIS TRIUMPHALIBUS, & uiris triumphalibus.



QVANTA existimatione & usu Romanis triumphus fuerit, ijs manifestum est, qui Liuij Decades legerint, & Taciti Augustam historiam, cum alijs classicis Romanæ reipublicæ autoribus. Quàm difficulter etiā ad triumphos admittebantur, qui tametsi res maximas pro emolumento Romani populi gessissent, tamen non nisi publico Senatus decreto & omnium calculis, ostendit Liuius libro primo Decadis quartæ: Lentulus proconsul ex Hispania redijt, qui cum in Senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset, ut triumphanti sibi inuehi liceret in urbem, res triumpho dignas esse censebat Senatus:

Triumphi assequendi difficultas.

Sed exemplũ à maioribus nõ accepisse, ut qui neq; dictator, neq; cõsul, neq; prætor res gessisset, triũpharet. Porrò quòd, si quispiã triumphi honorẽ à Senatu cõsecutus fuisset, is nõ solũ uno die eo magnificentiæ splendore elucescebat, perpetuò quoad uiueret triũphi semel gesti imaginẽ memoriã'q; quandã fœcundam repræsentabat: quippe licebat uiuo ijs uti ornamẽtis assiduè, quibus erat ornatus dum curru inueheretur: quæ quidem ornamenta triũphalia dicebãt: & qui his utendi habebãt facultatẽ, uiri triumphales, de quibus hocce capite dicere proposuimus. A

Catalogus ornamentorũ triumphalium.

Erãt autẽ, corona aurea, patera aurea, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata, statuæ laureatæ, & nomina triumphalia: quorũ sæpe mentio apud autores occurrit. Atq; ut de triũphalibus uiris ac triũphi generibus posterius dicamus, classicorũ autorũ testimonia super ornamentis triumphalibus, quæ alicui perpetuò usurpare licebat, & quę cum eo rursus cõmoriebantur, recensebo. Cicero in Catilinã: In animis ego uestris, inquit, omnes triumphos uestros, meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ & insignia condi uolo. Sic T. Liuius lib. 30. ab Vrbe: Legitur etiam Scipionẽ, illum scilicet Hannibalis uictorem, Masanissam regem Mauritaniæ ob egregiè nauatam operam in eo bello ornamentis triumphalibus donasse. Huc pertinent Cor. Taciti loca, qui lib. 3. historiæ Augustæ sic scribit nominatim: Neq; multo pòst Cæsar, cum Iunium Blesum, proconsulem Africæ triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. Et iterum eodem libro: Nihil ad ueterem & patriciam Sulpitiorum familiã Quirinius pertinuit, ortus apud municipiũ Lanuuiũ, sed impiger militiæ, & acribus ministerijs, consulatũ sub D. Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensiũ castellis insignia triumphi adeptus, datus'q; rector C. Cęsari Armeniam obtinenti. Idem lib. 11. Ne tamen miles ocium exueret, inter Mosam Rhenum'q; trium & uiginti miliũ spacio fossam produxit, qua incerta Oceani uetarentur. Insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamuis bellum negauisset. Et rursus ibidẽ: Longa post hæc senecta, & aduersus superiores tristi adulatione arrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperiũ, triũphi insignia, ac postremò Africam obtinuit. Idem lib. 12: Additũ nomine eius donatiuũ militi, & congiariũ plebi, & ludicro circensium, quod acquirendis uulgi studijs edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphaliũ ueste transuecti sunt. Et lib. 20: Multo cum honore uerborũ Mutiano triumphalia de bello ciuili data: sed in Sarmatas expeditio fingebatur. addũtur primò Antonio consularia, Cornelio Fusco & Arrio Varo prætoria insignia. Meminit præterea illorũ ornamentorũ Velleius Paterculus in historia Tiberij: Non diu uindicem, inquit, custodem'q; imperij sui morata in urbe patria, protinus in Germaniã misit. Vbi ante trienniũ sub M. Vinitio auo tuo clarissimo uiro immensum exarserat bellum. Erat & ab eo quibusdã in locis gestum, quibusdam sustentatũ feliciter: eo'q; nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operũ, ornamenta triũphalia. Idẽ loquens de Messala Coruino: Prima ęstate belli Messalini opus mãdandũ est memoriæ, qui uir animo etiã quàm gẽte nobilior, dignissimus qui & patrem Coruinũ habuisset, & cognomen suũ Cottæ fratri relinqueret: prępositus Illyrico, subita rebellione, cũ semiplena legione uicesima circũdatus hostili exercitu, amplius uiginti hostiũ fudit fugauitq;, & ob id triũphalib. ornamẽtis honoratus est. Et iterũ alio loco: Initio æstatis, ait, Lepidus educto hybernis exercitu, pergẽtis integras immunes'q; adhuc clade belli, & eo feroces ac truces, tendẽs ad Tiberiũ Imp. & cũ difficultate locorũ, & cũ ui hostiũ luctatus, magna cũ clade obsistentiũ, excisis agris, exustis ædificijs, cæsis uiris, lætus uictoria, præda'q; onustus, peruenit ad Cæsarẽ: & ob ea quæ si proprijs gessisset auspicijs, triũphare debuerat, ornamentis triũphalibus, cõsentiente cum

Loca autorum de ornamentis triumphalibus

B

A iudicio principũ uoluntate Senatus, donatus est. hæc ille. Cui iungitur & locus Suetonij in Augusto: Nec parcior in bellica uirtute honoranda, supra XXX duci bus instar triũphos, & aliquãto pluribus triumphalia ornamẽta decernenda cura uit. Huc alludit Herodianus & Appianus Alex. Græci autores, quorũ primus libro 7 hist. Aug. sic scribit: Igitur quàmplures exercitibus aut prouincijs præpositos, consulares triumphalesq́ue uiros, leuissima tenuissimaq́ue calumnia attactos, corripi de improuiso iubebat. Loquitur uerò ibi de Maximino Thrace Imperatore. Locus Appiani Alex. lib. 2. Belli ciuilis sic habet, scribentis uidelicet de Cæsare dictatore: Ea ex causa honores omnes, qui supra homines excogitari possũt, nulla mensura illi præbiti. In sacris scilicet ludis, monumẽtis, in templis, locisq́ue publicis, per tribus, uniuersasq́ue nationes, & reges, qui nomini Romano amicitia aliqua afficerentur, figuræ multiformes eius statuis inscriptę: quarũ nõnullis coronæ ex quercu additæ, ueluti senatori patriæ, quibus olim ciuẽ clypeo tegentes ornabant. Appellatus est & Pater patriæ, & dictator in omnẽ uitã electus, cõsulq́ue ad decenniũ: corpus eius sacrũ & intemeratũ habitũ est. Ius ab aureo solio eburneoq́ue dicebat: & triumphalibus indutus ornamẽtis, cõtinuè sacra faciebat. Hæc ille, de insignib. triumphalibus. de quibus & iste Dionis Nicæi locus in Hadriano est accipiẽdus, ubi & arcuũ triumphaliũ, & aliorũ in honorẽ Hadriani decretorũ mẽtio fit, facta scilicet allusione ad ornamẽta triumphalia, quę propriè à Senatu decernebant, sicut à principe uel duce exercitus dona militaria cõferebantur. Sed placet uerba Dionis recẽsere, quæ sic habẽt: Nomina præterea uictarũ à se gentiũ Senatui nunciauit: quarũ numerus erat, ut uix recenseri aut nominari possent. Triũphalis tũc arcus, præter alia multa quæ in honorẽ eius & decreta & facta fuerant, in illius foro substructus est. Huc pertinent quæ de statuis laureatis, quæ & ipsa inter insignia triumphalia fuerant, scribit Tacitus lib. 4. Nam priores duces, quia sub imperando triumphaliũ insigni sufficere res suas crediderãt, hostem omittebãt. Iamq́ue tres laureatæ in urbe statuæ, & adhuc reptabat Africam Tacfarinas. Et iterum: Partisq́ue apud Germaniã triumphalibus Sacrouiriani belli uictor, quanto maiore mole procederet, plus formidinis in alios dispergebatur. Et sic intelligẽdus est ille locus Capitolini in Marco, de habitu triumphali: In triumpho autem liberos Marci utriusq́ue sexus secum uexerũt, ita tamen ut & puellas uirgines ueherent. Ludos etiã ob triumphũ decretos spectauerũt, habitu triumphali. Hactenus Capitolinus. Ex quibus satis apparet, quãta olim existimatione ornamenta triumphalia extiterint: quæ tametsi inter initia principatus, & ante cõstitutũ imperiũ hi duntaxat facultatẽ habebant usurpare, qui triumpho aliquãdo ob res amplissimè gestas urbem erãt inuecti, euenit progrediente atq́ue etiã labente Imperio cum sensim abusus irreperet, uti huiusmodi insignia, ab Augustis ijs etiã conferrent, qui nunq́ue triumphassent. Qui uti in sacris publicisq́ue locis, ludis, ac solẽnibus diebus, & unà cum eo pingi habitu, & in statuis sculpi poterãt. Sedens scilicet in sella curuli eburnea, indutus tunicã palmatã, supra quã toga picta inijciebat, coronã pręterea in capite aureã gestans, dextra scipionẽ eburneũ, & sinistra aureã paterã gestabat. Hęc triumphantis quondam & facies & ornatus fuit, à quo & Seruus triumphalis, de quo postremo libro dicemus, & nomina triũphalia nuncupata fuerũt. De quibus Lampridius in Cõmodo sic scribit: Appellatus est sanè inter cætera triũphalia nomina etiã sexcenties uicies Paulus primus secutorũ. Sic & triũphales uiri denominati sunt, eodẽ quo cõsulares ac prætorij nomine, quorũ Cornelius noster sic meminit, de Crispo Salustio iuniore scribens: Mecœnatẽ æmulatus sine dignitate senatoria, multos triumphaliũ cõsulariũq́ue potẽtia anteit. Et sic intelligit inscriptio Veronensis apud phanum S. Iacobi Pignæi, in domo Sp. D. Dionysij Cæpuleij:

Arcus triumphalis.

Statuæ triumphales.

B

C. SERVIL. CAEPIONI. CONCEN. ET TRIVMPHALI PATRIAE LIBERA. A
DECVR. VERONEN. OB IVD. RESTITVTA. M. S.

Et hæc de ornamentis triumphalibus, quæ nõ aliunde quàm à triũpho nomen sortita sunt: quorũ (ne & illud lectorem lateat) quinq; discrimina Romanis fuisse reperio, uidelicet triumphum, currum quadrijugorum equorum, quadrijugorum elephantorũ currũ, triumphũ præterea qui solo uno equo fiebat, cui triumphans insidebat, triumphũ castrensem, & imaginariũ triumphum. Primi generis quidẽ frequẽtissimus fuit. Secundus rarior, per elephantos, cuius meminit in Gordianis Iul. Capitolinus his uerbis: His in senatu lectis, quadrigę elephantorũ Gordiano decretæ sunt, utpote qui Persas uicisset, ut triumpho Persico triumpharet. Misitheo aũt quadrigæ equorũ, & triũphalis currus. Tertij pręterea generis, quo triumphãs equo sedens urbem ingrediebat̃, meminit T. Liuius lib. 8. Dec. 3: Inter ipsos, ne cum bellũ cõmuni animo gessissent, triumphũ separaret, ita cõuenit, quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset, & eo die, quo pugnatũ foret, eius fortè auspiciũ fuisset, exercitus Liuianus deductus Romã uenisset, Neronis de prouincia deduci nõ potuisset, ut M. Liuiũ quadrigis urbem ineuntẽ, milites sequerent̃, C. Claudius equo sine militibus inueheret̃. Ita consociatus triumphus, cùm utriq; tum magis ei qui quantũ merito anteibat, tantũ honore collegæ cesserat, gloriam auxit. Idem lib. 7. Decad. 1, triumphi castrensis meminit ita scribens: Atq; ubi primùm illuxit, præmisso nuncio, ad consulem in castra, ingenti gaudio cõcitantur: & tessera data, incolumes reuerti, qui sua corpora pro salute omniũ haud dubio periculo obiecissent. pro se quisq; obuiam effusi laudant, gratulantur, singulos uniuersosq; senatores suos uocãt: dijs laudes gratesq; agunt, Decium in cœlum ferunt. Hic Decij castrensis triumphus fuit, incedentis per media castra cum armato præsidio, cõiectis in eum omniũ oculis, & omni honore tribunũ cõsuli æquantibus. Vbi ad prætoriũ uentum est, consul classico ad concionẽ conuocat, orsusq; meritas Decij laudes, &c. De imaginario deniq; triumpho, de quo præfati fuimus, locus est apud Appianum Alex. lib. 2. historiæ ciuilis: Hic igitur Cæsaris in Libya belli finis fuit. Ipse Romam reuersus, quatuor interpositis diebus peregit triumphos, de Gallicis primũ, in quo plurimas & magnas duxit nationes, & quæcunq; alia deficientia adeptus fuerat, Ponticum contra Pharnacem, Libycum in Libycos qui Scipioni adhæserant. Inter hos Iuba, Iubæ filius, infans adhuc adferebatur. Attulit & cuiusdam circa Nilum Naumachiæ triumphum Ægyptiũ, Gallorum & Pharnacis in medio. Quæ uerò ad Romanos pertinebant, ueluti inter ciues gesta, neque sibi admodum honesta, & Romanis insuper turpia infausta'que uidebantur, triumpho per imagines inscripsit, eorumq; passiones pariter expressit. uiros quoq; similitudinibus uarijs scriptisq; repræsentauit, Pompeij imagine excepta. Atq; hactenus cùm de triumpho, tum triumphalibus & ornamentis & uiris. Ad quæ referenda sunt & Vetustatis monumenta, in urbe reperta, in quibus memoria triumphorum exprimitur, B

Triumphus elephantorũ quadriga.

Triumphus equo solo.

Triumphus castrensis.

Triumphus imaginarius.

De Gallia:

M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA A. D. CCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. APR.

L. MVNATIVS L. F. L. N. PLANCVS PROCOS. AN. EX GALLIA IIII. K. IAN.

De Hispania:

L. CORNELIVS L. F. L. N. DOLABEL. PROCOS. AD CLV. EX HISPANIA VLTER. DE LVSITAN. V. K. FEBR.

P. LICINIVS M. F. P. N. CRASSVS PROCOS. AN. DCLX. DE LVSITANIS PRIDIE IDVS IVN.

CAP.

A CAP. IIII. DE ORNAMENTIS CONSULARIBUS, & CONSULARIBUS UIRIS.



TSI eiusdem generis consularia ornamenta extiterint, puta fasces, sella eburnea, tunica palmata, trabea inclinante Imperio dicta, clauus atque ensis: tamen non ijdem fuerunt, qui ab illis nomenclaturã sortiti sunt, Consulares. ante constitutum quippe Imperium, & eo mox posito, Consulares dicti erant, qui consulatum quondam gesserant: postea uerò eo progrediente atque inclinante, & omnia in abusum cum uersa fuissent, is honor titularis esse cœpit, erantque consulares, non qui olim consulatum gessissent, sed qui ornamentis atque insignibus consulum ab Augustis ob merita condecorabantur. Et hæc est uera origo ornamentorũ consularium, quorum subinde autoribus uel progredientis uel labentis Imperij mentio fit. Et sic intelliguntur loca Cor. Taciti lib. 16: Eodem anno Cæsar effigiem Cneo Domitio patri, consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, petiuit à Senatu. Et rursus lib. 18: Postquam id Romæ compertũ, M. Aponius Mœsiam obtinens triumphali statua, Fuluius Aurelius & Iulianus Titius ac Numisius Lupus legati legionum consularibus ornamentis donantur. Idem lib. 20. discrimen inter consulatum uerum ac designatum, ac consulatũ decretum siue extraordinarium insinuans, sic scribit, de Vespasiano tractans: Ipsi consulatus cum Tito filio, prætura Domitiano, & consulare imperium decernuntur. Et rursus in uita Iulij Agricolæ: Quippe & uera bona quæ in uirtutibus sita sunt, impleuerat: & consularibus ac triumphalibus ornamentis prædito, quid aliud adstruere fortuna poterat? Sic Suetonius in Claudio: Ornamenta cõsularia, inquit, etiam procuratoribus & ducennarijs indulsit. Huc pertinent quæ cæteri progredientis Imperij autores referunt. B Ælius Lampridius in Alexandro: His uerò qui rempub. bene gesserant, consularia ornamenta decreta sunt, additis etiam sacerdotijs, & agrorum possessionibus. Spartianus in historia Hadriani: Senatus fastigium in tantum extulit, difficile faciens senatores, ut cum Tatianum ex præfecto prætorij, ornamentis consularibus preditũ, faceret senatorẽ, nihil se amplius habere quod in eum conferri posset, ostenderit. Idem in uita Iuliani: Inter cæteros legatus est Vespronius Candidus, uetus cõsularis, olim militibus inuisus ob durũ & sordidum imperiũ. Et iterum: Atque in Asia Sulpitiũ Crassum procõsulem & Iuliũ Proculũ, cum suis, Claudiumque Lucanũ consularẽ, &c. Talis est ille Iul. Capitolini locus in hist. Gordianorũ: In cõsulatib. clarior fuit sui tẽporis COSS. ita ut ei Antoninus inuideret, modò prætextas eius, modò latũ clauũ, modò circenses ultra imperatoriũ mirãs modum. Palmatã tunicã, & togã pictã, primus Romanorũ suã propriã habuit, cũ antea imperatores etiã de Capitolio reciperẽt, uel de palatio. Et iterũ: Præturã nobilem gessit, pòst iurisdictionẽ cõsulatumque primũ inijt cum Antonio Caracalla, secundũ cũ Alexãdro. filios duos habuit, unũ cõsularẽ, qui cũ ipso Augustus appellatus est. Meminit & Fl. Vopiscus insigniũ consulariũ, in Aureliano, cũ orationẽ Valeriani Augusti recẽset: Cape igit̃ tibi, pro reb. gestis tuis, coronas murales quatuor, uallares quinque, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas, hastas puras decem, uexilla bicoloria quatuor, tunicas ducales quatuor, pallia procõsularia duo, togam prætextã, tunicam palmatã, togam pictam, subarmalem profundũ, sellam eboratam. Nam te consulem hodie designo, scripturus ad Senatũ, uti tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces. Hæc enim Imperator nõ solet dare, sed à Senatu, quando fit consul, accipere. Ad huiusmodi uestitũ consularẽ alludit Appianus Alex. lib. 2. Ciuil. bel. Dolabella etiã adolescens, & insignis nomine, & qui sub Cæsare in reliquũ anni tẽpus cõsulatũ gesturus uidebat̃, cũ Cæsar urbe excessisset, & consu-

Catalogus ornamentorũ cõsularium.

Loca autorum de cõsularibus ornamentis.

Loca autorum de uestitu consulari.

consularē uestem sibi induerat, & cōsulatus signa circūtulerat. Et sic intelligenda A sunt quæ scribit de lato clauo, uestimēti summi genere, Herodianus lib. 3. hist. Augustæ, de Plautiano loquens, præfecto prætorianorū sub Septimio Seuero Cæsare: Suberāt præterea multa quæ hominē ad imperij cupiditatē inflāmarent, opes, quantas nemo antea priuatus possederat: militū præterea obedientia, & apud omnes Romanæ ditionis homines maximi honores: ad hæc habitus, quo in publicū prodibat. Siquidem latum clauum perpetuò habebat, atq; in secundis cōsularib. numerabatur. Ensem preterea gestabat, cæteraq; omnia supremæ dignitatis insignia: adeò quacūq; incederet, trux atq; horribilis, ut nō modò nō adiret à quoq;, sed etiā qui fortuitò occurrebant, ab eo uerterēt oculos. Quin anteambulones aliquot quacūq; iter faceret, denunciabant, ne quis in proximo cōsistere, neue eum contueri auderet. Alludit insuper ad hanc sedem consularē & Marcellinus lib. 25: Ingressiq; consistoriū, post audita gratanter, munerati redire iubentur ad signa. Et cum introijsset Ancyram imperator, paratis ad pompā pro tempore necessitatibus, Consulatū inijt: adhibito in societatē trabeæ Varroniano filio suo admodū paruulo: cuius uagitus pertinaciter reluctās, ne in curuli sella ueheretur ex more, id quod accidit, portendebat. Porrò referenda sunt ad hanc dignitatē consularium ornamentorū, siue cōsulariū uirorū titulotenus, quæ scribit Symmachus urbis præfectus, in epist. ad Theodosiū Augustū, Celsum quendam philosophū ad hanc cōsequendam prærogatiuā cōmendans. Scribit enim: Siquidem Celsus Archetino patre, quē memoria literarū Aristoteli supparem fuisse consentit, iuuentuti nostræ magistrū bonarū artiū pollicetur, nullum quæstum professionis affectans: atq; ideo dignus in amplissimū ordinē cooptari, ut animū uitijs auaritiæ liberum, dignitatis præmio muneremur: sunt huius rei exempla nobilia, quæ prudens æmuletur imitatio. Nam & Carneadem Cyrenæū, & Pœnum Clytomachū, B Atheniensis curia societate dignata est: itidem ut nostri Zaleucū Locrensiū conditorem ciuitate donarunt. Dignum est igitur ęternitate nominis uestri, Domine Imperator, Celsum genere, eruditione, uoluntate laudabilem, adiudicare nobilibus, pignore dignitatis, cum prærogatiua scilicet consulari, ne sumptū eius magis quàm magisteriū quæsiuisse uideamur. Scitū est, & pertinet ad instituti nostri rationes, quod Cassiodorus scribit lib. 6 Variarum: Sed nunc sumitis ista felicius, quando nos habemus labores consulum, & uos gaudia dignitatū. palmatæ siquidem uestræ, nostræ probantur esse uictoriæ: & prosperrimę conditionis euentu, uos in pace ingenuitatē ceditis famulis, cum nos securitatem demus per bella Romanis. Atq; ideo per illam indictionē, cōsulatus te decoramus insignibus. Pinge uastos humeros uario colore palmatæ, ualidam manū uictoriali scipione nobilita, lares proprios etiam calceis auratis egredere: sellam curulem sua magnitudine multis gradibus enisus ascende, ut in ocio subiectus merearis, quod nos per maximos labores assumimus imperantes. Et sic tandem rectè accipiuntur hi uersus Claudiani in tertium Honorij consulatum:

Formula concessorum consularium insignium, ex Cassiodoro.

Tertia Romulei sumant exordia fasces,
Terq; tuas ducat bellatrix Roma curules.
Festior annus eat, cinctusq; imitata Gabinos,
Diues, Idaspæis augescat purpura gemmis.
Succedant armis trabeæ, tentoria lictor
Ambiat, & Latiæ redeant ad signa secures.

Et iterum in consulatum Manlij Theodori:

Consul per populos, idemq; grauissimus auctor,
Eloquij duplici uita subnixus in æuum,

Procedat

A *Procedat pariter libris fastisq; legendus,*
Accipiat patris exemplum, tribuatq; nepoti
Filius, & cœptis ne desit fascibus hæres,
Decurrat trabeata domus, tradatq; secures
Mutua posteritas: seruatoq; ordine fati
Manlia continuo numeretur consule proles.

Tale est & illud Sidonij Apollinaris in Panegyrico Maioriano Augusto dicto:

Imperium iam consul habet, quem purpura non plus
Quàm lorica operit: cuius diademata frontem,
Non luxu, sed lege tegunt, meritisq; laborum
Post palmam palmata uenit, decora omnia regni
Accumulant fasces, & princeps consule crescit.

Cæterùm de palmata tunica, uestimentis uidelicet consularibus, & quæ inter ornamenta consularia quoq; numerabantur, libro superiori prolixè egimus. Ad quæ adludens pariter Lucanus secundo Pharsal. sic canit:

Iustitium latius plebeio tectus amictu,
Omnis honos, nullos comitata est purpura fasces.

Et ne morem adducendi exempla Vetustatis sub finem capitum omittamus, Veronæ monumentum superest, cuius inscriptio hæc est:

P. GRAECINO P. F. POBLAGONI ORNAMENTIS CONSVLARIBVS, &c.

CAP. VI. DE ORNAMENTIS PRAETORIJS, & qui his ornati erant.

B PROXIMVM locũ post consularia obtinuerũt ornamenta prætoria, quæ erant, sella curulis, latus clauus, paludamentũ, toga prætexta, & dimidiatus fascium numerus, uidelicet sex. Quare & cõsulibus auocatis bello, prætores uices eorum in urbe gerebãt: & propriè ius honorariũ appellabatur ipsa prætoris facultas, cùm in priuilegijs, tum in iure dicendo. Ad quę alludit Cicero in oratione post Reditũ suum: Consul unguẽtis oblitus, cum toga prętexta quã omnes prætores ædilesq; tum abiecerant, irrisit squalorẽ nostrũ. Sic Liuius lib. 2. Dec. 5. Ad omnia præparata C. Sicinius prętor paludatus ex urbe profectus, Brundusiũ uenit. Huc spectat, quod Appianus lib. 2. Belli ciuilis scribit: Dum hæc illi loquerentur, quidã ex prętoribus uestes, in contradicentiũ deceptionẽ ultrò exuunt, ut demũ cum cæteris illis assumẽtes instare, impetu efferri uiderenť. Et sic intelligun tur hæc Taciti loca lib. 1. historiæ Augustæ: Propertio celeri prætorio, ueniam or dinis ad paupertatem petenti, decies sestertiûm largitus est. Et lib. secundo: Mittiq; è Senatu placuit, qui prẹsentia spectaret, refoueretq;. Delectus est M. Aletus è prætorijs, ne consulari obtinente Asiam æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Et lib. tertio: Et terror omnibus intentabatur, ni Tiberius statuendo remedio quinq; consulariũ, quinq; è prætorijs, totidem è cætero Senatu, sorte duxisset. Idem lib. 11, circa finem, de Claudio Cæsare tractans: Iuuitq; obliuionẽ eius Senatus, censendo nomen & effigies priuatis & publicis locis demouendas: decreta Narcisso quæstoria insignia, &c. Et iterũ: Illud haud ambigitur, qualicunq; insomnio ipsi fratriq; perniciem allatã: sestertium quindecies, & insignia præturæ Crispino decreta. Et lib. 12: Vultu quoq; interrito permansit, cum rostra iuxta custodibus circũdatus, usui populo præberet, consularia insignia coloni, aquilæ prætoria decernunť. Et iterum: Pallanti, quem repertorẽ relationis

Catalogus ornamentorum prætoriorum.

ediderat Cæsar, prætoria insignia, & centies quinquagies sestertium censuit consul designatus Barea Soranus. Meminere huiusmodi ornamentorum, inclinantis Imperij autores Iul. Capitolinus in Marco: In Senatus autē honorificentiam, multis & prætorijs & cōsularibus priuatis decidenda negocia delegauit. Sic Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Præfectis prætorio suis senatoriā addidit dignitatē, ut uiri clarissimi & essent & dicerētur: quod antea uel rarum fuerat, uel omninò nō fuerat: eousq;, ut si quis Imperatorū, præfecto prætorio dare uellet, laticlauiam eidem per libertū submitteret. Ex quibus liquet, latū clauū, ut proprius fuerat senatorio ordini, ita nō solùm prætorib. præfectisq; prætorio, uerùm adeò singulis fuisse cōcessum, qui prætoria ornamenta fuisset consecutus, tametsi nunquam uel Romæ prætor extitisset, uerùm extra urbem prætorio alicui fuisset præpositus. Hinc illud est Aurelij Victoris in Claudio: Hos omnes anteibat Narcissus, ab epistolis, dominū se gerens ipsius domini: Pallasq; prætorijs ornamentis sublimatus, adeò diues, ut causante eo inopiā fisci, lepidissimè famoso eulogio uulgatum sit: Abundè ei pecuniā fore, si à duobus libertis in societatē reciperet. hæc ille. Porrò huiusmodi titularē præturā, siue insignia prætoria, nō solū concessam à Senatu priuati homines usurpabant, uerū ipsi adeò etiam Augusti huiusmodi titulo gaudebant. Vnde est illud Taciti lib. 20, cum Vespasianū & Titū, interfecto Vitellio, consules designatos refert, subdit: Ipsi consulatus cum Tito filio, prætura Domitiano & consulare imperiū decernuntur. Sic pariter in monumentorū nūmorumq; ueterum inscriptionibus, titulis Imperatorijs & ille adijcitur, & literis repræsentatur, P.P. id est, præfectus prætorio. cuius rei & exemplum subiecimus Antiquitatis inuentæ: cui & aliud adiunximus apud nos in Austria erutum, in quo adlecti inter prætorios mentio fit, quod idem est cum prætorio, siue prætorijs insignibus donato. Monumenta uerò sic habent, A B

In Austria:

C. IVLIVS C. FI
LIVS FAB. AN
TIOCHVS PHI
LOPAPPVS COS.
FRATER AVRA
LIS ADLECTVS
INTER PRAE
TORIOS AB IMP.
CAESARE NERVA.

In Hispanijs:

DE VICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARARVM ET SVPRA OMNES RETRO PRINCIPES PRVDENTISSIMO IMP. CAES. M. ANTONIO VERO INVICTO AVG. P. M. T. P. PR. COS. II. VAL. IVLIANVS V. P. P. P. HISPAN. TARRACON. MAIESTATI NVMINIQ. EIVS SEMPER DICATISS. Vbi literæ priores explicandæ sunt: AVG. Augusto: P. M. pontifici maximo: T. P. tribunitiæ potestatis: PR. prætori: COS. consuli, &c.

CAP. VI. DE TRIBUNITIAE POtestatis insignibus.



ORNAMENTA tribunitia, siue potestas, quo titulo Imperatores primi in suis inscriptionibus gaudebant, multo ante cōstitutum Imperiū fuerūt. Erant autē, curulis sella, & ius conijciendi in uincula, ut ex his uerbis T. Liuij lib. 8. Decad. 4. liquet: Hæc enim ipse Gracchus quæritur, dissolutam esse à priuato tribunitiā potestatem. & ad postremū cum auxiliū L. Scipioni polliceretur, adijcit, Tolerabilioris exempli esse à tribuno plebis potius q̃ à priuato uictam uideri, & tribunitiam potestatē & rempub. esse. Idem lib. 8. tertiæ Decad. Fugatis itaque ex principijs ac paulo pòst è castris tribunis, ad principes seditionis cōgregatos milites, C. Albium Calenū, & C. Atrium Vmbrū, delatū omniū cōsensu imperium est, qui nequaq; tribunitijs contenti ornamentis, insignia etiā summi Imperij

fasces

A fasces securesq; attrectare ausi sunt. Meminit huius generis insigniorũ & Suetonius in Dictatore: Idq; factum eius tanto etiam intolerabilius est uisum, quòd ipse triumphanti, & subsellia tribunitia præteruehenti, sibi unum è collegio Pontiũ Aquilã non adsurrexisse, adeò indignatus sit, ut proclamauerit: Repete ergo à me Aquila rempub. tribunus: & nec destiterit per continuos dies quidq; cuiquã nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Huc pertinet illud Capitolini in Marco: Milites ex amicis in Senatũ allegit, cũ ædilitijs aut prætorijs dignitatibus, multis senatoribus uel pauperibus sine crimine dignitates tribunitias ædilitiasq; concessit: nec quenq; in ordinẽ legit, nisi quem ipse bene sciset. Et sic intelligitur illud Tullianũ secundo de Legibus: Tribuni decem sunto, sanctiq; sunto. Atq; hanc potestatẽ quæ quondam in plures erat diffusa, atque adeò qui plebeius magistratus extitit, à uinculis immunis, & cui alios licebat in uincula conijcere, in se Cæsar Augustus primus transtulit, eiusmodi prętextũ monarchiæ imperiali prætendens. Quemadmodũ Appianus lib. 5. Ciuilis belli autor est, quum uicto Sexto Pompeio ab Augusto nouam pacẽ per orbem Romanum constitutã describeret: Sabinus à Cæsare electus, ait, ad directionẽ earum rerum, multa comprehensorũ perpetrata cæde, eodem anno pacem tutam incustoditamq; firmauit: & ex eo tempore exercitũ, custodum noctis morem formamq; sumpsisse memorant. Magna igitur cunctorũ admiratione tam celeriter insperatèq;, directis omnibus plurima etiam cura rempublicam, animosq; magistratus, & patrios mores emendare instituit: & epistolas quæ alicuius dissensionis signa cõtinerent, igne cremauit: præfatus uniuersam rempub. tunc demũ restituere uelle, quàm primũ Antonius è Parthis redijsset. Fidere quippe, illum principatũ depositurũ esse, ciuilibus consopitis bellis. Quamobrem præconijs illũ extollentes

Tribunitia potestas ad Cæsares translata.

B Romani ciues, in futurũ perpetuũ sibi tribunũ delegere, ut à primo magistratu & ipsum pariter auerterent. Ita igitur tribunitiam potestatẽ & his auspicijs initijsq; Augustus suscepit. Quam tamen, immemor promissionis, ad fulciendam monarchiam deponere noluit, atq; insuper in priuignos suos Tiberiũ & Drusum trãsfudit. Hinc est illud Taciti lib. 3. hist. Augustæ: Tiberius fama moderationis parta, quòd ingruentes accusatores represserat, mittit literas ad Senatũ, quîs potestatem tribunitiã Druso petebat: id summi fastigij uocabulũ Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia pręmineret. Marcũ deinde Agrippã sociũ eius potestatis: quo defuncto, Tiberiũ Neronẽ delegit, ne successor in incerto foret. Et subdit: Tiberius dilata notione de iure Flaminis, decretas ob tribunitiã Drusi potestatẽ ceremonias temperauit, nominatim arguens insolentiã sententiæ, aureasq; literas cõtra patrũ morẽ. Recitatæ & Drusi epistolæ, quanq; ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiunt. Huc decidisse cuncta, ut ne iuuenis quidem tanto honore accepto, adiret urbis deos, ingrederetur Senatũ, auspicia saltem gentile apud solũ acciperet. Idem Tacitus lib. 1. historiæ Augustæ, de hac potestate & eius insignibus ita scribit: Mox Senatus, milesq; & populus: nam Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam uetere republica: & ambiguus imperandi, ne edictum quidem, quo patres in curiam uocabat, nisi tribunitiæ potestatis præscriptione posuit, sub Augusto acceptæ. Et iterum, describens pompam funebrem Augusti: Numerus etiã consulariũ celebrabatur, quo Valerium Coruinũ & C. Mariũ simul æquauerat: continuata per triginta septem annos tribunitia potestas, nomen imperatoris semel atq; uicies partũ, aliaq; honorũ multiplicata, aut noua. Et rursus: Etenim Augustus paucis annis antè cum Tiberio tribunitiã potestatẽ à patribus rursus postularet, quanq; honorata oratione, quædã de habitu cultuq; & institutis eius iaceret.

Ex quibus uerbis liquet, Augustum illorũ insigniũ primũ quodãmodo fuisse inuentorem, quòd in unum perpetuò transferrentur. Patet præterea, hanc potestatem nõ fuisse perpetuã, sed solitam singulis decennijs resignari, & prætextu quopiam petitionis resumptã. quod in nomine Imperatoris proconsulisq́ itẽ fiebat. Hinc legit̃ in Tripartita historia, finito Niceno cõcilio Cõstantinũ Imp. celebrasse decennalia: ad quas ceremonias, resignãdi uidelicet talẽ potestatẽ, alludit Symmachus urbis præfectus, in epist. ad Theodosiũ Augustũ: Nam diuis parentibus tuis ob decenniũ singulis minor summa decreta est. Etiã diuus frater mansuetudinis uestræ, cum tertiũ lustrũ æui imperialis exigeret, parciore munificentia honoratus adseritur, nunc in amorẽ tuum studia nostra creuerũt. Nam mille sexcentas auri libras decennalibus imperij tui fastis deuotus ordo promisit, urbanis ponderibus conferendas. id est, trutinæ largioris examine. quod si pares animo uires Senatus habuisset, scires in publico amore perennitatis tuæ esse diuitias. Sed maluit clementiæ tuæ solutionis fide placere, quàm magnitudine perfidæ sponsionis. Huc pertinent inscriptiones Vetustatis, quarum altera Romæ, altera Arimini extat, in quibus uidelicet & autor ornamentorum & resignatio exprimuntur. A

IMP. CAESAR DIVI F. AVG. PONT. MAXIM.
COS. XIIII. IMPERATOR XX, TRIB. POTEST.
XXXVII. P. P. TIB. CAESAR. AVGVSTI F. DI
VI IVLII N. AVGVST. PONTIF. MAXIM.
COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. PO-
TEST. XXII. DEDE.

CAESAR. D. AVGVSTVS
VIII. CAES. DIVI F. C.
N. AVGVSTVS X CAE-
SAR DIVI F. C. N. AVGV
STVS X ABDI TRIB. IN
EIVS LOCVM FACTVS EST.

Potestas tribunitia inclinante Imperio celebris.

Atq́ hæc de origine potestatis tribunitiæ, siue insigniũ tribunitiorũ, quæ usq́ ad inclinãtis tẽpora Imperij mansisse, eoq́ florente frequẽti usu extitisse, hæc autorum testimonia declarãt. Suetonius in Claudio: De maiori negocio acturus in curia, medius inter consulum sellas, tribunitio subsellio sedebat. Sic Capitolinus in Antonino Pio Cęsare: Adoptatus est V. Calen. Martias, dein in Senatu gratias agens, quod de se ita sensisset Hadrianus: factusq́ est patri & in imperio procõsulari, & in tribunitia potestate collega. Meminit & Lampridius in hist. Alexãdri Cæsaris, cum orationẽ eius introducit, qua gratias Senatui Rom. egit de collato in se imperio: Gratias uobis, inquit, P. C. ago nõ nunc primũ, sed & de Cæsareo nomine, & de uita seruata, & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, & procõsulari imperio: quæ omnia nouo exẽplo, uno die in me cõtulistis. Huc pertinet illud Sidonij Apollinaris, labentis penè Imperij autoris, qui lib. 4. Epist. ad Turnum ita scribit: Pecuniã pater tuus Turpio tribunitiã mutuã pridẽ, si recorderis, à Maximo Palatino postulauit. Et lib. 7. ad Auspiciũ: Interim Petrũ tribunitiũ uirũ, portitorẽ uestri sermonis insinuo. Ad hęc ornamẽta pręterea alludũt frequẽter & inscriptiones Vetustatis, quorũ aliquot subijcere placuit: B

In Transyluania:

IMP. CAES. DIVI NER. TRAI.
PARTHICI FL. IVL. NERVAE
NEPOT. TRAIANO AVG. PON-
TIF. MAX. TRIB. POT. II. COS.
II. P. P. COLON. VLPIA TRAIA-
NA AVG. DACICA SARMIZ L. C.
FEL. PAP.

Ibidem:

M. VLPIO HAD. FIL. DIVI TRAI.
NEPOTI DIVI NERVAE PRO-
NEP.

Prope Augustam Rhœtiæ:

IMP. CAESAR LVTIVS SEPTIMIVS
SEVERVS PIVS PERTINAX AVG.
ARAB. ADIAB. PARTHICVS MAX.
PONTIF. TRIB. POT. VIIII. IMP. XII
COS. II. P. P. PROCOS. ET IMP. CAE
SAR MARCVS AVRELIVS ANTONI-
NVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII.
PROCOS. ET IMP. P. SEPTIM. GETA
ANTONINVS VIAS ET PONTES
REST. AB AVG. M. P. XXXXI.

Viennæ

A NEP. AEL. HAD. ANTONINO AVG. PIO PONTIF. MAX. TR. POT. V. COS. III. P. P. Q. AVRELIVS Q. F. TERTIVS PAP. SARM. DEC. COL. ORN. HONOR. FLAMINI ET HS. LXXX. N. AD ANNONAM DEDIT L. D. D. D.

Viennæ Austriæ:

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT ADLECTO INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE APHRICAE.

In Italia, Parmæ:

D. N. IMP. CAES. FL. CONSTANTINO P. F. VICTORI AVG. PONTIFICI MAX. TRIB. POT. XXIII. IMP. XXI. COS. V. P. P. PROCOS. RERVM HVMANAR. OPTIMO PRINCIPI DIVI CONSTANTINI FILIO B. V NATO.

CAP. III. DE ORNAMENTIS QUAESTOriis, & ædilitiis.



QVA ratione superioru͂ honoru͂ insignia excogitata Romano populo fuere, eadem origine, eodem'q; propè tempore, & quæstores & ædiles titulares esse cœperunt. Ad quos nimiru͂ alludit T. Liuius lib. 9. Dec. 3: P. Scipione͂ Cnei filium, eius qui in Hispania ceciderat, adolescente͂ no͂dum quæstoriu͂, iudicarunt in tota ciuitate uiru͂ optimu͂ esse. Clarius adhuc Corn. Tacitus lib. 11. in fine: Decreta Narcisso quęstoria insignia, leuissimu͂ fastigium eius, cum secundum Pallantem & Calistum ageret, honesta quidem, sed ex quibus deterrima orire͂tur, flagitiis multis. Huc pertinet quod scribit Cicero in Epistolis: Na͂ simulac me Dyrrachium attigisse audiuit Plancius, statim ad me lictoribus dimissis, insignib. abie-B ctis, ueste mutata profectus est. Loquitur aute͂ isthic de quæstore exercitus. Meminit porrò ædilitioru͂ ornamentoru͂ T. Liuius lib. 9. Decad. 3. Legatos ad eum decernunt, M. Valeriu͂ Leuinu͂, qui bis consul fuerat, ac res in Gręcia gesserat: M. Cæciliu͂ Metellu͂ prætoriu͂, Sulpitiu͂ Galbam ædilitiu͂, duos quęstorios, C. Tremelium Flaccu͂, & M. Valeriu͂ Falcone͂. Porrò inter præcipua ornamenta haru͂ dignitatu͂ era͂t, scipio eburneus, & sella curulis ex ebore facta. De cuius magnificentia loquens Liuius lib. 6. Dec. 3. cum de collatione pecuniæ ab omnis ordinis hominibus in publica necessitate secu͂di belli Punici tractat: Itaq; ut classem haberet, qua͂ ornare uolumus, populus Rom. priuatos sine recusatione remiges dare: nobismet ipsis primu͂ imperemus aurum, argentu͂, æs signatu͂, omnes senatores crastina die in publicum conferamus: ita ut annulos sibi quisq; & coniugi & liberis & filio bulla͂: & quibus uxor filiæ ue sunt, singulas uncias auri pondo relinquant: argenti, qui curuli sede sederunt, equi ornamenta, & libras pondo, & salinu͂ patellam'q; deorum causa habere possunt. Cæteri senatores libram argenti tantu͂, æris signati quina milia, in singulos patresfamiliâs relinquamus. Et iteru͂ decimo eiusdem: Latum ad populu͂ est, ne, cum Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui sella curuli sedisset, uiuo, cum id ignoraret tribunus plebis atq; ædilis fuisset.

Ornamenta ædilitia & quæstoria.

Sellæ curulis dignitas.

CAP. VIII. DE SENATORIIS ET patriciis ornamentis.



HORVM illa perpetuò no͂ maneba͂t, ob uirtutem scilicet, merita'q; singulis co͂cessa: hæc uerò ad hæredes transibant, & semel ob uirtute͂ acquisita, in familia perpetuò manebant: quibus nostra ætate comparare haud ineptè licebit, quos uulgò uocamus Co͂siliaratum & Baronatu͂, quorum hic co͂paratus ab uno perpetuò manet, ille uerò cum eo co͂moritur qui illum ex industria acquisiuit.

Ornamenta senatoria quæ. Erat autẽ præcipuũ inter ornamenta senatoria, latus clauus, & toga purpurea (ue A stimẽti ea genera sunt, de quibus superiori lib. dictũ à nobis est abundè.) Ad quæ alludens nimirũ Cicero in orat. post Reditũ ad Quirites: Consul unguentis oblitus, cum toga prætexta, quã omnes prætores ædilesq; abiecerãt. Huc alludit Ælius Lampridius in Cõmodo: Paternũ autẽ & huius cædis autorẽ, & quantũ uidebatur paratæ cædis Cõmodi consciũ & interuentorẽ, ne cõiuratio latius puniret, instigante Tigidio per laticlaui honorẽ à præfecturæ administratione submouit. Idem in historia Alex. Cæsaris: Profectis prætorio suis senatoriã addidit dignitatem, ut uiri clarissimi & essent & dicerent: quod antea uel rarò fuerat, uel omnino nõ fuerat: eousq;, ut si quis imperatorũ, successorẽ præfecto prætorio dare uellet, laticlauiã eidem per libertũ submitteret. Et sic intelligitur illud Appiani Alex. libro 5. Ciuil. bel. Legionibus coronas duas, alias turmarũ ducibus, tribunisq; purpuream uestem, senatoriã inter patres dignitatẽ tribuit. Arbitror uerò togam purpureã fuisse id genus uestimenti, quo hodie urbis æternæ Cardinales ex scarlaco utuntur: quibus scilicet senatoriã dignitatẽ, lege lata, Constantinus Imperator concesserat. Et sic intelligitur exemplum Vetustatis, quod sic Romæ legitur:

M. CALVI. M. F. PAP. PRISCI FIDE. M. CALV. PAP. PRISCI. PATRI ADLECT. IN ORDINE SENATORIO AT. CLAVDIO CAES. AVG. GERMANICO CENS. INTER TRIBVNOS CALVI M. F.

Et hactenus quidẽ de ordine atq; insignibus senatorijs, quæ in familiã nõ transibant, ut patricia, quę semel adepta perpetua generi manebãt: de quorũ origine atque cõstitutione scitè scribit Tacitus lib. hist. Aug. 11, cum Claudij Cæsaris res gestas enarrat: Primi Hedui senatorũ in urbe ius adepti sunt. datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorũ fraternitatis nomen cum populo Ro. usurpãt. Iisdẽ diebus in numerũ patriciorũ adsciuit Cæsar uetustissimũ quęq; è Senatu, aut quibus B clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarũ, quas Romulus maiorũ, & L. Brutus minorũ gentiũ appellauerãt: exhaustis etiã quas dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegere. hæc ille. Ad huiusmodi ornamẽta, siue ordinẽ patriciatus alludit, Sidonius Apollinaris, lib. 5. Epist. ad Papianillam: Rauenna ueniens quæstor, inquit, Licinianus, cum primũ tetigit Alpe transmissa Galliæ solũ, literas aduentus sui præuias misit, quibus indicat esse se gerulum codicillorũ, quorum in aduentũ fratri etiam tuo Hecdicio (eius æquè titulis ac meis gaudes) honor patricius accedet celerrimè, si cogites eius ætatẽ: si merita, tardissimè. Et subdit: Qua de re propitio Deo CHRISTO, ampliatos prosapiæ tuæ titulos ego festinus gratatorijs apicibus inscripsi, pariter absoluẽs solicitudinẽ tuã, fratris pudorẽ. quẽ nihil de propria dignitate iudicaturũ, si uerecundũ fortè nescires, nec si impiũ iudicares. Ego uerò nõ tantũ insignib. uestris, quæ tu hactenus quãto liberius, tanto impatientius præstolabare: quanq; ijs quoq; grandi quantũ cõcordia fruor, q̃ par est nostris suisq; liberis in posterũ, exopto uotis, in cõmune deposcens, ut sicut nos utramq; familiã nostrã præfectoriã nacti, etiã patriciã diuino fauore reddidimus, ita ipsi quam suscipiũt patriciam aut consularẽ. Simile est apud Cassiodorũ lib. 6. Variarũ: Hinc est quòd & honor ipse cinctus est, cum uacaret, nihil iurisdictionis habens, & iudicantis cingulum nõ deponens, in quo felicitas perpetua nascitur, cum successorũ ambitio non timetur. Nam mox ut datus fuerit, in uitæ tempus reliquum homini fit coæuus ornatus indiuiduus: cingulũ fidele, quod nescit antè deperire, q̃ de mundo homines cõtingat exire. Credo ad similitudinẽ pontificatus, unde uenerat, rem fuisse formatã: qui sacerdotiũ non deponũt, nisi cũ uitæ munera relinquũt. Addit, quòd leges etiã illis reuerentiã detulerũt, ut in sacris positus cũ hoc fuerit honore præcinctus, paternę potestatis nexibus

A bus eximat,nisi cõtra specialiter à principe caueat. quod cõstat ratiõe probabili cõstitutũ,ut qui amplissimũ geniũ preciosæ libertatis acceperat, uilissimã cõditionẽ cum subditis nõ haberet,præfectorios & aliarũ dignitatũ precedens uiros.Hactenus ille. Ex quibus liquet,honorẽ patriciũ homini nõ solũ perpetuò in uita mansisse,uerumetiã in filios nepotesq́ trãsmissum fuisse.Quãto autẽ is ordo loco atq; existimatione Romanis extiterit, uel hinc liquet, q nemo in imperatorẽ adsciscebatur, nisi qui patricius antè fuisset:ut ex illis uerbis I. Capitolini in uita Macrini colligimus:Lectis igit in Senatu literis,cõtra opinionẽ omniũ,& mortẽ Antonini Senatus gratãter accepit: & Opiliũ Macrinũ libertatẽ pub.curaturũ sperans,primũ in patricios allegit,nouũ hominẽ,& q paulo antè pcurator priuatę rei fuisset. Meminit & Spartianus in Didio Iuliano : Inde habita cõcione militari,uespera in senatũ uenit,totũq; se senatui pmisit,factoq; Senatuscõsulto Imperator est appellatus:& tribunitiã potestatẽ,ius procõsulare,in patricias familias relatus emeruit.

CAP. IX. DE ORNAMENTIS ET INsignibus præsidialibus.



ORNAMENTA præsidialia,quæ & prefectoria nuncupabant,initio Imperij perpetua nõ erant,sed successorẽ patiebant. posterius uerò abusu in rebus quotidie increscente,& hec in titulũ abierũt, ut cætera de quibus locuti sumus. Vnde est illud Vlpiani iurecõsulti in l.ij.ff.de senatorib.Consulari feminæ,inquit,utiq; cõsularem uirum præferendũ esse, nemo ambigit:sed uir præfectorius an feminæ consulari præferat,uidendum est.Et puto,inquit,præferri:quia maior dignitas est in sexu uirili. Huc posset retorqueri locus Sidonij,quẽ superiori cap. adduximus,ubi seipsum ex præfectorio patricium creatum testatur:adeò ut appa-
B reat,paulo infra patriciatũ hunc prefectoriorũ gradum fuisse.Erant autẽ insignia præsidialia,siue præfectoria,omnia ea quibus ij uti solebãt,qui nomine Augustorum prouincias administrabant, de quibus inter initia libri secundi prolixè diximus:hoc est,ex uestimentis,paludamentũ,latus clauus,& infulę,quibus caput tegebatur:ex cæteris uerò,sella curulis,uehicula publica, & iumenta publica. Et sic intelligunt loca autorum, Ælij Spartiani in historia Hadriani: Audito deinde tumultu,Sarmatarũ & Alanorũ præmissis exercitibus,Mœsiam petijt.Martiũ Tuberonem post Mauritaniæ præfecturã, infulis ornatum, Pannoniæ Daciæq; ad tempus præfecit.Et iterum in historia Septimij Seueri : Habuit etiam aliud onus Imperij,cum rogatus ad cœnam Imperatoriam palliatus uenisset,qui togatus uenire debuerat,togam præsidiariã ipsius Imperatoris accepit. Talis est Liuij locus lib.10.Decad.tertiæ:Rerum gestarum in Africa propter cõmunem sibi cum rege gratulationẽ esse, Scipionẽ rectè atq; ordine uideri fecisse, quòd eum regẽ appellasset:& quicquid aliud fecisset,quod honori foret Massanissæ,ea patres cõprobarent:laudare munera,quę legati ferrẽt regi,decreuerũt,sagula purpurea duo cũ fibulis aureis singulis, & lato clauo tunicis, equos duos phaleratos, bina equestria arma cũ loricis,& tabernacula,militareq; supellectilẽ,qualem præberi cõsuli mos est.Huc pertinet q̃d scribit de uehiculis publicis Marcel.li.29.Euenisset profectò tũ inexpiabile scelus,numerandũ inter probrosas rei Romanę iacturas.paulo em̃ abfuit,quin filia caperet Cõstantij in publica uilla quã appellãt Pistrensem,cũ duceret Gratiano nuptura: ni fauore propitij numinis præsens Mesala prouincię rector iudiciali carpento impositã, ad Sirmiũ uicesimosexto lapide disparatũ, cursu reduxisset effuso.Sic Symmachus lib.1.Epist.ad Theodosiũ:Is cũ à me,inquit,insequeti tuitionis auxiliũ poposcisset,& unus nomẽclatoris &in urbe pacata adminiculo fretus incederet post uehiculũ præfecturæ,iussu Fulgẽtij per Gauderiũ,&c.

Et sic pariter intelligit̃ illud Fl. Vopisci in Probo: Accepto igit̃ hoc Senatuſcõſulto, oratione promiſit prætoribus, ut etiã magnorũ iudicũ appellationibus ipſi cognoſceret, procõſules crearent, legatos cõſulibus, ius prætoriũ præſidibus darent. A

CAPUT DECIMUM. DE ORNAmentis equeſtribus.


QVEMADMODVM Dion Caſſius tradit, aureos anulos, nemo præter ſenatores & equites geſtare in Romana repub. audebat: fuitq; tanta primis tẽporibus moderatio, ut ferreo modò equites annulo uterentur. Vnde eſt illud Plinij: D. Auguſto decurias ordinãte, maior pars equitũ in ferreo annulo fuit. Hi nõ equites, ſed iudices uocabantur. Qui rurſus huius inſignis paulo altius originẽ repetens, lib. 33. cap. primo ſic nominatim ſcribit: Frequentior autẽ uſus annulorũ, nõ ante Cn. Flauiũ Annij filium deprehenditur. Hic namq; publicatis diebus faſtis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appij Cæci ſcriba, cuius hortatu exceperat eos dies, conſultando aſſiduè, ſagaci ingenio, promulgaueratq;, ut ædilis curulis crearetur cum Q. Anitio Præneſtino, qui paucis annis hoſtis fuiſſet: præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres conſules fuerant. Additũ Flauio, ut ſimul tribunus plebis eſſet. Quo facto, tanta Senatus indignatione exarſit, ut annulos ab eo abiectos fuiſſe, in antiquiſſimis reperiatur annalibus. Fallit pleroſq;, qui tum & equeſtrẽ ordinẽ id feciſſe arbitrantur. Eſt enim adiectũ hoc quoq;, ſed & phalera poſita, propter quæ nomen equitũ adiectũ eſt. Annulos quoq; depoſitos à nobilitate, in annales relatũ eſt, nõ à Senatu uniuerſo. Hoc autẽ P. Sempronio Longo, & P. Sulpitio conſulib. Flauius uouit ædem Concordię, ſi populo recõciliaſſet ordines. Et cum ad id pecunia publica nõ decerneret̃, ex mulctatitia fœneratoribus cõdemnatis ædiculam æream fecit in græcoſtaſi, quæ tunc ſupra comitiũ erat. Incĩditq; in tabula ærea, eam ædem CIIII annis poſt Capitoliũ dedicatã. Ita CCCCXLVIII à condita urbe geſtum eſt, & primũ annulorũ ueſtigiũ extat. Promiſcui autem uſus alterũ ſecundo Punico bello: neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorũ Carthaginẽ ab Hannibale mitti. Inter Cæpionem quoq; & Druſum ex annulo, in auctione uenali inimicitię cæpere, unde origo ſocialis belli & exitia rerum. Ne tum quidẽ omnes ſenatores habuerũt: utpote cũ memoria auorũ multi prætura quoq; functi, in ferreo cõſenuerint: ſicut Calpurniũ & Maniliũ, qui legatus C. Marij fuerat, Iugurthino bello, Feneſtella tradit. Huc faciũt præterea quæ idem Plinius ſequẽti cap. tradit, loquẽs de equeſtri ordine: Et diuiſus, inquit, hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatione nominũ, quũ alius ſe Nongentũ, alius Selectum, alius Tribunũ appellaret. Tiberij demũ principatus nono anno, in unitatẽ uenit equeſter ordo, annulorumq; autoritati forma conſtituta eſt, C. Aſinio Pollione & C. Antiſtio Vetere Coſs. anno Vrbis conditæ DCCLXXV: quòd miremur, futili penè de cauſa, quũ C. Sulpitius Galba, dum iuuenilem famã apud principem popinarum pœnis aucuparetur, queſtus eſſet in Senatu, uulgò inſtitores eius culpæ defendi annulis. Hac de cauſa cõſtitutũ, ne cui ius id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoq; paterno, ſeſtertia CCCC cẽſus fuiſſet, & lege Iulia theatrali in XIIII ordinib. ſedendi. Poſtea gregatim inſigne id appeti cœptũ. Propterq; hæc diſcrimina Caius princeps decuriã quintã adiecit: tantũq; natũ eſt faſtus, ut quæ ſub D. Auguſto impleri nõ potuerant decurię, nõ capiãt eum ordinẽ, paſſimq; ad ornamẽta, ea etiã ſeruitute liberati trãſiliãt: q̃d antè nunq; erat factũ, quoniã in ferreo annulo equites iudiceſq; intelligebant̃: adeò promiſcuũ id eſſe cœpit, ut apud B

Aurei annuli in ordine equeſtri origo.

De origine annulorum ex Plinio.

Clau-

A Claudiũ Cæsarem, in censura eius, unus ex equitibus Flauius Proculus quadringentos ex ea causa reos postularet. Ita dum separatur ordo ab ingenuis, cõmunicatus est cum seruitijs. Hæc ille de annulorũ origine, ut præcipuo insigni equestris ordinis. De quo extat & apud Titum Liuium mentio, lib. tertio Decadis tertiæ, cum Magonem Hannibalis fratrem post Cannensem cædem profectum Carthaginem refert: Ad fidem deinde tam lætarũ rerum, effundi in uestibulo curiæ iussit annulos aureos, quorũ tantus aceruus fuit, ut metientibus, dimidiũ supra tres modios explesse, sint quidã autores. Fama tenuit, quæ propior uero est, haud plus fuisse modio. adiecit deinde uerbis, quo magnæ cladis indicium esset, neminẽ nisi equitem, atq; horum ipsorũ primores id gerere insigne. Alludit ad huiusmodi ornamenta multis in locis Cor. Tacitus lib. 17. in Galbæ Cæsaris historia: Potentia principatus, inquit, diuisa in Titum Iuniũ consulem, & Cornelium Laconem prætorij præfectum. Nec minor gratia Hycello Galbæ liberto, quem annulis donatũ equestri nomine, Martianũ uocitabant. Idem lib. 18, cum Vitellij Cæsaris res gestas enarrat: Postulãte exercitu, ut libertũ suum Asiaticũ equestri dignitate donaret, in honestam adulationẽ compescuit: dein mobilitate ingenij, quod palàm abnuerat, inter secreta cõuiuij largitur, honorauitq; Asiaticũ annulis, fœdum mancipium, & malis artibus ambitiosum. Et iterum lib. 20. Et tertio Iuliano prætura, quòd transgredientẽ in partes Vespasiani legionẽ deseruisset, ablata, ut in Plotiũ Gryphum transferreret, Hormo equestris dignitas data. Meminit horũ insigniũ & Sueton. in Vitellio, de Asiatico liberto loquens: Prouincia deinde accepta manu misit, ac primo Imperij die aureis donauit annulis super cœnã, cum manè rogantibus pro eo cũctis, detestatus esset seuerissimè equestris ordinis maculã. Huc porrò referenda sunt quæ scribit Velleius Paterculus, de Arimino Germanorũ re-

B ge locutus: Tum iuuenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, nomine Ariminus, Sigimeri principis gentis eius filius, ardorem animi uultu oculisq; præferens, adsiduus militiæ nostræ prioris comes, iure etiã ciuitatis Romanę, ius equestris cõsequens gradus, segnitia ducis in occasionẽ sceleris usus est. Ita similiter Herodianus lib. 3. hist. Aug. de Septimio Seuero tractans: Postea uerò, inquit, cùm in templum Iouis ingressus est, omniaq; sacrificia de more peregit, reuersus in palatiũ, magnoq; cõgiario populũ Rom. prosecutus uictoriæ nomine, ac nũmos militibus largitus est: simul alia permulta indulsit, quæ nunq; antea acceperãt. Nam & frumẽti summã primus adauxit, & aureis annulis uti, & domi militẽ habere permisit. Quę omnia procul à militari disciplina, succinctos eos paratosq; ad bellũ minimè præstitura uidebanť. Meminit & Iul. Capitolinus in Macrino: Macrinũ libertinũ hominẽ prostibulũ, seruilib. officijs remotũ occupatum in domo imperatoria, uenali fide, uita sordida sub Cõmodo, à Seuero etiã à miserrimis officijs, relegatũq; in Africã. Vbi ut infamiã damnatiõis tegeret, lectioni operã dedisse, egisse causulas, declamasse, ius postremò dixisse. Donatũm autẽ annulis aureis, patrocinante sibi liberto suo Festo aduocatũ fisci factũ sub Vero Antonino. Videť huc pertinere, q̃d scribit Lampridius in hist. Alex. Cæsaris, equites ex libertinis creatos. Quemadmodũ enim ex iam adductis autorũ testimonijs apparet, libertis potissimũ suis Cæsares annulorũ ius tribuerũt. Verba Lampridij sic habẽt: Idem senatores non nisi ad summorũ in palatia uirorũ suffragium fecit, dicens, magnũ uirum esse oportere, qui faceret senatorẽ. Idem libertinos nunq; in equestrem locum redegit, asserens seminariũ senatorum equestrem locũm esse. hæc ille. Cæterũ quod nõ minimũ facit ad huius ordinẽ dignitatis est, quòd aliqui ad Imperiũ ex eo ascẽderũt: ut apud Herodianũ lib. 5. in oratione, Macrinus testatur: Neq; tamẽ est, inquit, quòd quisquã indignũ me imperio censeat, aut for-

aut fortunæ crimen putat esse, quòd ex equestri ordine ad imperiũ peruenerim. A

Atq; hæc ex fide historica, de annulorũ ornamento adducere uolui, quæ fusius suo etiã loco atq; distinctius Iureconsulti tradũt. Qua, ut arbitror, ueteri cõsuetudine & pulchro exemplo adductus longè Christianissimus Princeps FERDINANDVS, Romanorũ, Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Rex, inclytus Archidux Austriæ, cum me belli studijs periculisq; emeritũ, in hunc, de quo locuti sumus, equestrem ordinẽ transcriberet, nobilitatis insignibus donatũ, sic inter cæteras prærogatiuas mihi nimis liberaliter concessas, in suæ Maiestatis ad nos apostrophe scribi iussit: Quocirca pro ingenita & cõsueta Celsitudinis nostræ Regiæ benignitate, liberalitate & clementia, de matura principũ, aliorumq; præclarorũ uirorũ, cõsiliariorũ nostrorũ fidelium, nobis dilectorũ consilio, & certa scientia nostra, pro Rom. Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regiæ potestatis nostræ plenitudine & autoritate, te VVOLFGANGVM LAZIVM, non humili aut obscuro loco, sed perq; honestis parentibus progenitũ, hæredesq; & successores tuos, utriusq; sexus exlumbis tuis legitimè natos & nascituros, eorumq; liberos atq; posteros, in nobilitatis & equestris ordinis gradũ sustollimus, euehimus, perfectaq; & omni ex parte absoluta nobilitate nobilitamus, ornamus & cohonestamus: teq; nobilem à tuis parentibus, auis, proauis & maioribus efficimus, constituimus, creamus. Et de perfecto nobili equestriũ genere procreatũ dicimus, decernimus atq; nominamus. Et ab uniuersis & singulis, cuiuscunq; cõditionis, status, præeminẽtiæ, gradus, ordinis & dignitatis existãt, te nobilem dici, nominari, & pro uero nobili recipi, censeri, & haberi, planè uolumus & edicimus. Cõcedentes proinde tibi cũ uetera aurei annuli, & restitutionis nataliũ, tum noua omnia & singula equestris ordinis & nobilitationis iura: quęq; de cõsuetudine uel alio quouis modo equestri ordini & nobilitati cõpetunt priuilegia, prerogatiuas, libertates, fasces, titulos, honores, dignitatesq;, nullis prorsus demptis aut exẽptis, &c. Et quę sequũtur in diplomate, quæ longum esset recensere. Quæ non quidem iactantiæ gratia, sed propterea adijcere uoluimus, ut quãtus sit regis illius in suos fauor, & præcipuè literarũ alumnos, quãtumq; Antiquitatis studiũ, & in ea re industria, omnes intelligãt. Nam ut nihil dicã de miro ardore cõquirendi numismata uetustatis (quorũ iam ingens alueare, undiq; conquisitas omniũ ordine Romanorũ Imperatorũ, omniũ penè Consulũ, Prætorũ & classis præfectorũ, itemq; Græciæ & Asiæ Principũ imagines, nõ uulgari in hoc locato sumptu, ac affabrè sculpta cistula, in folijs per successionẽ ceu Sibyllæ uaticinia inter ipsa arma & mille negocia cõgessit atq; disposuit) omnes insuper bibliothecas prouinciarũ suarũ, cœnobiorũ, & mihi & alijs doctis uiris perlustrãdi atq; inquirendi potestatẽ & mandatũ dedit. Nicephorũ quoq;, magni nominis in ecclesia autorem, in Thracia comparatũ, quia Græcè scripserat, Latinitate donatũ auspicio suo in cõmunem Ecclesię usum apud Basileam Rauracorum typis mandari curauit. Estq; in eo opere, ut me adiutore, primordia Austriæ paulo altius ad fidem ueritatis repetita, difficili & longa historia, in hæc usque tempora deducat. Quod honestissimũ pijssimi Regis institutum, Deus opt. max. feliciter fortunet atque prouehat: Amen. B

Exemplũ nobilitati autoris.

CAPUT DUODECIMUM. DE ORNAmentis decurionalibus.



SEQVVNTVR nunc ornamenta decurionalia. tametsi uerò nõdum exactè quæ fuerint, inuenerim: & nullo adhuc autore, præterquam quibusdam uetustatis inscriptionibus, obseruarim: est tamen uerisimile, amplissima fuisse. id quod colligit partim ex eo, quòd is ordo nõ nisi ex equestriũ genere, & pręcipuè emeritis legebat, & eũ locũ maiesta-

A maiestatemq́ in colonijs passim & municipijs habebat, quem Senatus in urbe: partim uerò, quia uacationem publicam decuriones habebant, quæ quarto quoque anno incidebat, quam Augustum Cæsarem ad menses reduxisse Tranquillus autor est. Porrò de excellentia decurionalis officij, Apuleius in Aureo asino sic meminit: Placet salubre consilium, & illicò missus præco pronunciat, patres in curiam cōuenire. Quibus protinus dignitatis iure in consueta loca residentibus, rursus præconis uocatu, primus accusator recedit. hæc ille. Arbitror autem decurionum in colonijs & municipijs ornamenta fuisse, togam fusam cum cappa: ueluti in saxis depictos decuriones obseruaui, eo planè habitu, quo nostro seculo Venetiarum senatores incedere uidemus. Item bigis inuehebantur, uti ex inscriptione quadam, quæ Vrbini in Italia extat, conijcere licet. Deniq; ornamenta decurionalia in usu & loco aliquo fuisse Romanæ Reipublicæ, ex monumentis quibusdam Daciæ, quæ adhuc in Transyluania extant, & hic subnexa sunt, facilè apparet.

In Transyluania Hungariæ.

In ruderibus ueteris Vlpiæ Sarmizgetusæ, loco Varhel dicto:

GENIO ORD. QVEM VLP.
DOM. HERMES AVG. COL.
AB HONOR. ORNAM.
DEC. PROMISERAT VAL.
IHREPTVS.

Ad ripam Marusij flum.

B MINERVAE AVG. VLP.
DOMIT. ORNATVS OR-
NAM. DECVR.

Veronæ ad Athesim, in æde D. Georgij uallis Policellæ:

PARCIS AVG. P. FALE-
RIVS TROPHIMVS OR-
NAMENTIS DECVRIONA
LIB. RESTITVTOR.
R. VER.

Ibidem, ad Abbatiã uillæ nouæ: eadem sculpta est inscriptio.

Italia & Hispania.

Tarraconæ:

M. VARINVS M. F. PHILIPPICVS ORN.
DEC. Q. ANN. T. PETRONIAE RVFFI
NAE PHILIPPICAE FILIAE SVAE. SI
QVIS IN EA ARCA ALIVM POSVERIT
QQ. SS. DABIT COLONIAE POINAE.

Vrbini ad S. Franciscum:

C. VESNIO C. F. STEL. VINDICI POPVLI
VRVINI PATRONO SVO ET MVNICIPII
AEDIL. IIIIVIR. VIAR. CVRANDARVM
TRIB. MIL. LEG. VIII. AVG. QVO MILI-
TANTE CVM LIBERATA ESSET NOVIA
OBSIDIONE LEGIO PIA FIDELIS CON
STANS COMMODA COGNOMINATA
EST IPSE VT DEVOTISSIMVS IMPE-
RATOR COMMODO AVG. PIO FELICI
OBIECTO HONORE QVAESTOR DESI
GNATVS EST ANNOR. XXIIII. DVVXIT
OB DEDICATIONEM BIGAE DECVRI-
ON. SINGVL. * V. COLLEGIS OM-
NIBVS VSIS * IIII
L. D. D. D.

CAP. XIII. DE ORNAMENTIS DICENDARUM *sententiarum, primæ scilicet, & secundæ, in Senatu.*



HAEC senatorũ priuilegia erant, & in municipijs colonijsq; decurionum prærogatiuæ, ut quisq; maioris in Senatu loci, aut ob ætatem aut nobilitatẽ, aliáq; in Rempublicam merita fuerat, prior rogatus sententiã diceret. Ad quæ alludens Tacitus lib. 3. historiæ Augustæ sic scribit: Exemit etiam Drusum cõsulem designatum dicendæ primo loco sententiæ, quod alij ciuile rebantur, ne cæteris assentiendi necessitas foret: quidam ad sæuitiam trahebant, neq; enim cessurum, nisi damnandi officio. Huc pertinet illud Appiani Alex. libro tertio Belli ciuilis: Hac ratione Senatus Antonio subiratus est. Sortibus itaq; propositis, ut primũ à tribuno cõcessum est, decimũ laudib. prosequendũ statuũt, qui è Celtarũ prouincia


prouincia Antonio minimè cessisset. Consulibus porrò Hircio & Pansæ unà militare cum his quas haberet copijs edicũt, statuã illi ex auro apponendam fore: Sententiã inter cõsulares afferri posse, consulatũ petere per decẽ antè annos quàm ex lege liceret, indulgẽt. Huc alludit pariter Ælius Spartianus in hist. Adriani: Erat enim tũc mos, ut cum princeps causas cognosceret, & senatores & equites Romanos in consiliũ uocaret, sententiã ex omniũ deliberatione proferret. Execratus est denique principes, qui minus senatorib. detulissent. Seruiano sororis uiro, cui tantũ detulit, ut ei uenienti de cubiculo semper occurrerit, tertiũ consulatũ: nec secũ tamen, cum ille bis ante Hadrianũ fuisset, ne esset secũdæ sententiæ nõ petenti, ac sine precatione cõcessit. Meminit & Fl. Vopiscus in Probo: Post hæc Manlius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita locutus est. Et iterũ in uita Aureliani: Tunc surrexit primæ sententiæ Vlpius Syllanus, atque ita locutus est. Et rursus: Aurelius Gordianus cõsul dixit: Referimus ad uos patres cõscripti literas exercitus felicissimi: quibus recitatis, Aurelianus Tacitus primæ sententiæ senator ita locutus est. Talis est apud Capitolinũ locus in Balbino: Referente consule de alijs rebus, qui primã sententiã erat dicturus, sic orsus est. Et Trebell. Pollio in Tyrannorũ historia: Cum esset nunciatũ, Pisonem à Valente interemptũ, ipsum Valentẽ à suis occisum, Aurelius Fuscus consularis primæ sententiæ, qui in locũ Valeriani successerat, ait. Sic Aurelius Victor in Claudio: Claudius uerò, ait, cum ex fatalibus libris, quos inspici præceperat, cognouisset, sententiæ in Senatu Primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente, ipse uitã suam haud passus responsa frustrari, dono reipub. dedit, præfatus neminẽ tanti ordinis primas habere, nisi ipsum Imperatorẽ. Et sic intelligit̃ locus Liuij, qui est lib. 7. tertię Decad. Se id suo arbitrio facturũ, lecturũque Q. Fabiũ Maximũ, quẽ tum principẽ Romanæ ciuitatis esse, uel Hannibale iudice uicturus esset. Simile est apud Florũ, qui in suo supra Liuium cõpendio, cap. 48. M. Æmilius Lepidus, qui princeps Senatus sextis iam censoribus erat lectus, antequàm expiraret, præcepit filijs, &c. Huc spectat & quod Trebellius Pollio in Valerianis scribit: Quid uobis uidetur P.C. de censore deligendo, atque eum qui erat princeps, cum Senatus sententiã rogasset, &c. Alludit ad huiusmodi ornamẽta & Claud. poeta in Panegyrico Olybrij & Stiliconis:

Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem, sed prima sede relicta
Anchenijs, de iure licet certare secundo.

Cæterũ quoniã hic de primæ ac secundæ sententiæ prærogatiua agimus, placet adijcere locũ Am. Marcellini de iure primæ & secũdæ legationis, qui extat lib. 28. in hęc uerba: Ideoque rursus ad Aphricã cum Iouino postremo omniũ legatorũ remittitur (Pancratius enim discesserat apud Treuiros) ut cum uicario ipse merita legationis quoque secundæ spectaret. Atque hactenus de priuilegijs omnis generis, quæ ornamenta Romanis siue insignia latiniore uoce nominabant̃, quantũ quidẽ ex lectione historica eruere potuimus, hęc dicta sufficiũt (quorũ triumphalia atque imperatoria suprema, infima decurionalia & equestria erãt) si de puerilibus nihil dicendũ hic foret. Sequebant̃ uerò titulos triumphales, cõsulares, prętoriæ, quæstoriæ, ædilitiæque & tribunitię dignitates, quibus ornamẽtis apud Germanos Augusti posterius non multũ dissimiles dignitates excogitarũt, in prouincijs passim Barones, & ex his alios liberos, quosdã Pincernas Dapiferosque, Camerarios item atque Marescalcos, ceu Romani quondã ex Patricijs, Cõsularibus, Prætorijs, Quæstorijs, Aedilitijsque ornamẽtis insignitos cõstituentes. Possunt apud nos & equestri ordini nobiles cõparari: quorũ ordinẽ apud nos etiã, nomenclatura ab equestribus mutuata, **die von der Ritterschafft**, appellamus. Post quos sequunt̃ senatorij ordi-

A rij ordinis, siue patricij, passim in excellentioribus ciuitatibus, decurionũ subsellia quodãmodo nobis repræsentantes. Porrò differunt & hodie ornamenta cùm baronũ, tum nobilium, & qui in ciuitatibus colunt patriciorũ. Etsi enim equestrẽ galeam clypeo suprapositã, uterq; & nobiliũ & baronũ ordo, corona adiectã, gestet: est tamen aurea siue aurei coloris in baronatu, argẽtea siue ferrea apud nobiles galea: sic aliam apud ciues patricij, uiliorẽ atq; clausam gerunt. De quibus iam ad fidem rerũ copiose dicere occipiemus, si prius quæ (tamẽ improprie) ornamenta dicebantur, quæ puerilem ætatem cõmendabant, atq; ædificia, expediuero.

CAP. XIII. DE ORNAMENTIS PVERILIBVS, & alijs quibusdam impropriè nominatis.



AMETSI ad institutũ operis nostri parum pertinet, ea ornamenta perscrutari, quæ nulla ad uirtutẽ dignitatesq; uel incitamenta præbebant, uel progressus: libet tamen ijs tractationẽ nostrã de prærogatiuis nobilis reipub. concludere, quæ simpliciter ad ornatum, hoc est, mundũ pertinebant. Qualia erant ornamẽta pueritiæ, uidelicet prætexta & bulla collo suspensa: erat autẽ prætexta uestimenti genus puerilis, à magistratibus etiã summis ad hanc ætatẽ translatum, ea origine ut posterius dicemus. Quæ quidem tunica fuit sine manicis, prolixior, ex serico, purpura in extremis prætexta. de qua libro à nobis superiori est tractatum. Atqui bulla ornamentũ collare fuit, ad effigiem cordis formatũ: ea ratione Romanis excogitatũ, ut bullam inspicientes in prima illa ætate, ita demũ se homines esse meminissent. Illud ex auro, libertinis uerò ex loro fiebat: & remedia quædam, hoc est, amuleta inclusa habebat, contra inuidiam & fascinationes. Vnde est illud Asconij Pediani: Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea. Et sic intelligitur illud Satyrici: Prætexta. Bulla.

B

Vel nodus tantum, aut signum de paupere loro.

Non absimilia ornamẽta & nostro seculo matres aduersus fascinationes, sed infantibus magis q̃ pueris ex collo suspendũt: linguas scilicet serpentis, dentes luporum, aetiten lapidem, & alia quædã. Porrò originẽ horũ ornamentorũ triplicem Macrobius lib. I. in somniũ Scipionis recenset. subijciã uerba: Sed prætextã illo seculo puerilis nõ usurpabat ætas. Erat enim, ut cætera quæ enumeraui, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarati exulis Corinthij filius Priscus, quẽ quidã Lucumonẽ uocitatũ ferunt, rex tertius ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphũ: quo bello filiũ suũ, annos XIIII natũ, quòd hostem manu percusserat, pro concione laudauit, & bulla aurea prætextaq; donauit, insigniens puerũ ultra annos fortẽ, premijs uirilitatis & honoris. Nam sicut prætexta magistratuũ, ita bulla gestamen erat triumphantiũ, quam in triumpho præ se gerebãt, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiã ualentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla in usum puerorũ nobilium usurparetur, ad omen & uota cõciliandæ uirtutis: ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Idem postea alia initia his uerbis describit: Verrius Flaccus, ait, cum populus Rom. pestilentia laboraret, essetq; responsum, id accidere, quod dij despicerentur: anxiam urbem fuisse, quia nõ intelligeretur oraculũ: euenisséq;, ut circensiũ die, puer de cœnaculo pompam supernè despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorũ in arca pilenti cõposita uidisset. Qui cum rem gestam Senatui nunciasset, placuisse uelari loca ea, qua pompa ueheretur: atq; ita peste sedata, puerũ qui ambiguitatem sortis absoluerat, togæ & prætextæ usum impetrauisse. Refert deniq; is & tertiam originem his uerbis: Vetustatis peritissimi referunt, inquit, in raptu Sabinarum, unam mulierẽ Hersiliam, dum adhæreret filiæ, simul raptam. Quam cum

Romulus Hosto cuidã ex agro Latino, qui in asylum eius confugerat, uirtute conspicuo, uxorẽ dedisset, natum ex ea puerũ, anteꝗ ulla alia Sabinarũ partum ederet: eumq́, quòd primus esset in hostico procreatus, Hostum Hostiliũ à matre uocitatum: & eundem à Romulo bulla aurea ac prætexta insignibus honoratum. Is enim cum raptas ad consulandum uocasset, spopondisse fertur, se eius infanti, quę prima ciuem sibi Romanũ esset enixa, illustre munus daturũ. Atꝗ hæc de ornamentis pueritiæ. Erant porrò in hac largiori significatione & ornamẽta tabularum, statuarũ, & quorũ meminisse uidetur Cicero, gymnasij: cuius generis arbitror fuisse, chorographias & simulachra. ad quæ alludit Cicero primo ad Atticũ: Hæc habebam ferè quæ te scire uellem: tu uelim, si quæ ornamẽta γυμνασιώδη reperire poteris, quæ loci sunt eius quem tu nõ ignoras. Sic Liuius lib. 2. Dec. 2, cum de obsidione Bœotię tractaret: In primo tumultu captæ urbis seniores impubésque, quos casus obuios obtulit, passim cæsi, armati in arcem confugerũt. Et postero die, cum spei nihil superesset, deditione facta, sub corona uenerunt. Fuerunt autem duo millia ferè, & ducenta ornamenta urbis, statuæ & tabulæ pictæ, & quicquid preciosæ prædæ fuit. A

CAP. XIIII. DE DONIS MILITARIBUS, CLYpeis, galeis, & id genus alijs, quæ arma quondam nobili Reipublicæ suspensa uocabantur.



QVEMADMODVM incitamenta uirtutis Romanis in pace quædã domíꝗ fuerant: ita foris in bellis, stimuli ad res præclarè gerẽdas longè maiores erant, dona scilicet militaria prudenti ratione primùm excogitata, & deinceps cum imperio ita inaucta, ut quot quisꝗ stipendia fecisset, quot coronas & quales meruisset, quot armillas, cristasq́, quot torques, quales phaleras, hastas puras, pila, baltheum: hæc omnia supra clypeum & galeam appositam, in bellis & expeditionibus gestari solita, cum pacis munia iterum foueret, domũ regressus optimus quisꝗ suspenderet: eaq́ ornamentorũ siue insigniũ loco, longa successione ad posteritatẽ transmitteret: atꝗ ita transmitteret, ut postquã inclinante Imperio, Marcomanni, Sueui, Boij, Franci, Gothi, Heruli, Romanarũ legionũ reliquijs in limitibus Danubij & Rheni, mixti accesserunt, quemadmodũ linguam confusam fecerunt, ita populũ etiã perfecerũt quendã, qui Romanorũ Teutonũq́ ritus atꝗ mores cõiunxerat. Ex quibus nõ in postremis, arma gentilitia putandũ est processisse, ea quæ hodie uulgo gentilitia lingua Vvappas, siue cancellorũ uocabulo Clenodia ac insignia uocãt. Quorũ usum quondam Romana in repub. nõ minus atꝗ hodie extitisse, nõ solũ mihi monumentorũ sculpturæ ueterũ persuaserũt (quorũ in frontispicio Operis imagines duas subiecimus, alterã uidelicet quæ Celeiæ eruta est, ex diametro nostra insignia repræsentantẽ, nisi quòd galea Romana est, & corona muralis, & clypeus rotundam figurã obtinet) uerùm etiã coarguunt testimonia autorũ fide dignissima. Quale est illud T. Liuij lib. 6. Dec. 1. Ad hæc decora quoꝗ belli nõ cõmemorasse tantũ, sed protulisse etiã cõspicienda spolia hostium cæsorũ ad triginta, dona Imperatorũ ad XL: in quib. insignes duas murales coronas, ciuicas octo. Et iterum lib. 3. Dec. 3. Recitato ueteri senatu, inde primũ in demortuorũ locũ legit, qui post L. Æmiliũ & C. Flaminiũ censores curulẽ magistratum cæpissent, necdum in Senatũ lecti essent, ut quisꝗ eorũ senator primus creatus erat. tum legit, qui ædiles, tribuni, prætores, quæstorésue fuerãt: tum, ex his qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberẽt, aut ciuicam coronam accepissent. Et lib. 4. eiusdem Dec. Vbi, cum proconsul ueteres milites primũ, prout cuiusque uirtus atꝗ opera in ea pugna fuerat, militarib. donis donasset. Et rursus lib. 5. Decadis

Arma suspensa quæ fuerint. B

Origo uera insignium, siue Vuapporũ Germanorum.

A cadis eiusdem: Si M. Claudio proconsuli aliter uideretur, faceret, quod è republica fideq́ꝫ sua duceret, dum ne quis eorum munere uacaret, néue dono militari uirtutis ergò donaretur. Et iterum: Crispinus equum armaq́ꝫ capta, & cruentam cuspidem insignis spolijs ostentans, cum magna laude & gratulatione militũ ad cõsules est deductus, laudatusq́ꝫ ibi magnificè, & donis donatus. Idem lib. 4. Dec. 5. facta allusione ad huiusmodi arma sic scribit: Dum bellum in Macedonia geritur, legati transalpini ab regulo Gallorũ (Balanos ipsius traditur nomen: gẽtis ex qua fuerat, nõ tradit̃) Romã uenerũt, pollicentes ad Macedonicũ bellũ auxilia. gratiæ ab Senatu actæ, muneraq́ꝫ missa, torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo, equus phaleratus, armaq́ꝫ equestria. Meminit huiusmodi armorũ & Cor. Tacitus lib. 18. Finis sermonis in eo, ut quina milia nũmũm singulis militib. numerarent̃. tum Otho ingredi castra ausus, atq́ꝫ illũ tribuni centurionesq́ꝫ circũsistunt, abiectis militię insignib. Et iterũ lib. 2. cum colloquiũ Arminij ac Flauij fratris cõmemorat: Flauius aucta stipendia torquem & coronã aliaq́ꝫ dona militaria cõmemorat. Huc facit illud Salustij, cum Mariũ gloriantẽ introducit, quòd licet imagines maiorũ suorũ nullas posset demõstrare, tamen dona militaria multa accepisset, quæ uirtutẽ suã testarent̃. Huc pertinet & illud Suet. in Augusto: Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, & quicquid auro argentoq́ꝫ constaret, q̃ uallares ac murales coronas, quæ honore præcellerẽt, dabat: has q̃ parcissimè, & sine ambitione, ac sæpe etiã caligatis tribuit. hæc ille. Quibus equidẽ nihil potuit manifestius dici ad similitudinẽ exprimendã ueterũ donorũ militariũ, cum nostris quæ uocant̃ insignibus. Sic & Cæsar noster CAROLVS in coronis tribuẽdis parcissimus esse solet: & FERDINANDVS Augustus infimis quibusq́ꝫ militibus qui res egregias gessissent, dona militaria largitur. Alludũt porrò ad hu-

B iusmodi insignia siue dona, & cæteri probati historiæ autores. Trebell. Pollio in Claudio, cum à Valeriano Augusto Claudio tum adhuc tribuno, dona talia concessa exprimeret: Fibulas argenteas, inquit, inauratas duas, fibulã aureã cum acu, Cypriã unã, baltheũ argenteũ inauratũ unũ, annulũ bigemmeũ uncialem, brachialem unũ unciarũ septẽ, torquẽ libralẽ unũ, cassidem inauratã unã, scuta chrysographata duo, loricã unã quã refundat, lanceas Herculeanas duas, aclydes duas. Talis est & Vopisci in Probi historia locus, in epistola Taciti Augusti ad Probũ præfectum: Me quidẽ, inquit, Senatus principẽ fecit, de prudentis exercitus uoluntate. Attamen sciendũ tibi est, tuis nũc humeris magis incubuisse rempub. qui & quãtus sis omnes nouimus, scit Senatus. Adesto igitur nostris necessitatibus: tuæ familiæ assere, ut soles, rempub. Nos tibi decreto totius oriẽtis ducatu, salariũ quintuplex fecimus, ornamẽta militaria geminauimus, consulatũ in annũ proximũ nobiscũ decreuimus: te enim manet pro uirtutibus tuis Capitolina palmata. Et idẽ rursus in eodẽ Probo, omniũ donorũ militariũ catalogũ recensens, ita scribit: Cũ bello Sarmatico iam tribunus, trãsmisso Danubio multa fortiter fecisset, publicè in cõcione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallaribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera sacrificali quinquelibri una. Huc pertinent quæ scribit Lampridius in Alex. Huc accessit nimia & senatus & populi inclinatio post illam cladem, quæ nõ solũ Antoninorũ nomen decolorauit, sed etiã Romanũ dehonestauit imperiũ. Certatim deniq́ꝫ omnia decreta sunt (inquit, de Alexãdro loquẽs) & nominũ genera & potestatum. Primus deniq́ꝫ omniũ cuncta insignia & honorificẽtiæ genera simul recepit. Sic Aurelius Victor in Claudio: Possidio eunucho post triumphũ Britãnicũ, inter multorũ fortissimos, arma insignia tanq́ꝫ participi uictoriæ dono dedit. Alludit præterea & Marcellinus ad ista decora militiæ, & ad ipsam insigniũ uocem,

quæ hodieq; extat, lib. 25. hist. suę Aug. Tu hoc loco (inquit, de Iouiniano tractās) fortuna orbis Romani meritò incusaris, quæ difflantib. procellis rempub. excussa regimēta, perito rei gerēdę ductori cōsummādo iuueni porrexisti: quē nullis antè actæ uitę insignibus, in huiusmodi negocijs cognitū, nec uituperari est æquū, nec laudari. hæc ille. Ex quibus omnib. liquet, nō solū armorū suspensorū Ro. ueteri reipub. usum & decus extitisse, uerūetiā uocē ipsam insigniorū nō minus ac hodie usurpatā. Patet etiā, nō modò tanq; trophæa à regressis domū ex bello, quæ acquisiuissent, suspensa esse: uerū adeò etiā Augustos hæc solitos fuisse donare emeritis, quēadmodū & hodie adhuc cōsuetudo manet. Et ne inclinātis modò Imperij autorib. quæ proposuimus describi qs credat, meminit illorū etiā ornamentorū Tullius in lib. de Legib. Donū ne capiūto, inquit, néue petēda, néue gerēda, néue gesta potestate. Idem pro Cluentio: Tantū donis datis muneribusq; profecerat. Cæsar 7 Gall. bel. Vacua castra hostiū Cęsar cōspicatus, tectis insignib. suorū, occultatisq; signis militarib. raros milites, ne ex oppido animaduerterent, ex maiorib. castris in minora traducit. Et q; ab Imperatorib. talia etiā largiebant, docet Liu. li. 9. Dec. 3: Scipio pręfectos equitesq;, prout cuiusq; opera fuerat, & ante omēs Masanissam insignib. donis donat. Et lib. 8. eiusdē: Destituti duces, inqt, cū sua ipsi insignia & pro uana imagine imperij q̄d gererēt, uerā iustāq; mox in se uersurā potestatē exhorrebāt. Quanq̄ hoc loco alia significatiōe insigniorū uox Liuio usurpet. Alludūt huc quoq; poetæ nobilissimi quiq;: quorū Virgilius 7. Æneid. ita canit: A

Antiquitas insigniorum militarium.

Quinetiam ueterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italusq;, paterq; Sabinus,
Uitisator, curuam seruans sub imagine falcem:
Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago,
Uestibulo adstabant: aliiq; ab origine reges, B
Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.

Sic Claudianus, tersus poeta, in Panegyrico Stiliconis canit:

Quicquid auus senior, Mauro uel Saxone uictis,
Quicquid ab innumeris socio Stilicone tremendus
Quæsiuit genitor bellis, quæcunque Gelonus,
Armenius ue dedit, quantum crinita sagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo,
Misit Achemonio quicquid de Tigride Medus,
Quum supplex emeret Romanam Parthia pacem,
Nobilibus gazis opibusq; cubilia surgent
Barbaricis, omnes thalamo conserte triumphos.

Huc spectat & illud Sidonij Apollinaris in Panegyrico Maioriani:

Quid possessorem maneat, quos denique mores
Ius ciuile paret, ne solam militis artem
Ferret ad imperium, suspenderit ilicet arma
Emeritus iuuenis, sterilis ieiunia terra
Uomere fœcundans. — Prudentius secundo in Symmachum:
Uis decorare tuum ditissima Roma Senatum?
Suspende exuuias armis & sanguine captas,

Cingere

A *Cingere cæsorum uictrix diademata regum,*
Frange repulsorum fœda ornamenta deorum.
Tunc tibi non terris tantum uictoria parta,
Sed super astra etiam media seruabitur æde.

Et ut caput aliquo Vetustatis exemplo concludam, recitabo inscriptionem Vetustatis quæ Romæ in hæc est uerba eruta:

L. RAGONIO L. FILIO PAP. VRMATIO LARTIO QVINTIANO COS. SODALI HADRIANALI LEG. XIII. GEM. DONIS MILIT. DONAT. AB IMP. COMMODO ANTONINO AVG. PROC. PROV. AFR. SEVIR. M. ANTIVS ENNIVS SERGIANVS AMICO.

CAP. XV. DE TORQVIVM ET ARMILlarum insignibus, in genere.



VAE in genere & tanquam per transennã superiori capite diximus, ea per species explicabimus, sumpto initio à torquibus & armillis, de quorũ ornamento Liuius lib. 4. Dec. 5. sic scribit: Dum bellũ in Macedonia geritur, legati transalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius traditur nomen: gẽtis ex qua fuerat, nõ traditur) Romam uenerunt, pollicentes ad Macedonicũ bellũ auxilia: gratiæ ab Senatu actæ, muneraque missa: torques aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo. Idem lib. 4. Decad. 3. Plus octo millia hominũ cæsa, haud multo minus quàm millia capta: & signa militaria 58. & spolia plura Gallica fuere, annuli aurei, torques, armillæque. Tacitus lib. 3. hist. Augustæ: Quo prælio Ruffus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusque ab Apronio torquibus & armil-B lis. Sic Trebellius Pollio in historia Claudij, cum Valeriani epistolam introducit, inter cætera dona torquis libralis mentionẽ facit. Rursus Tacitus lib. 18. Et militũ phaleræ, torquesque splendebãt: decora facies, & nõ Vitellio principe dignus exercitus. Sic Fl. Vopiscus in Probo: Publicè in concione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallaribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno. Huc referri potest quod scribit Plin. lib. 33 cap. 2. Sunt adhuc aliquæ nõ omittendæ in auro differẽtiæ. Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, at ciues nõ nisi argenteis. Prætereaque armillas ciuibus dedere, quas nõ habẽt externi. Idem scribit, Siciniũ Dentatũ armillis C & LX fuisse donatũ. Et sic intelligit illud Suet. in Caligula: Sæpe, inquit, depictas gẽmatasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicũ processit. Et illud Capitolini in Maximinis, cum scribit, Seuerũ Imp. militares ludos dedisse, propositis præmijs argenteis, id est, armillis, torquibus & baltheolis. Ita sanè accipitur illud Satyrici: *Vt læti phaleris omnes, & torquibus omnes.* Fuit autẽ armilla tegumentũ humeri in brachia deflexũ, quod in antiquis sculpturis leonis capite ut plurimum insignit: ab armis, hoc est, humeris denominata, Græcis βραχιονιστήρια, & Prisciano brachialia: ex auro potissimũ argentoque olim fiebat, & ab Augustis, ijs qui res preclarè gessissent donabat. Gestabatur uerò sinistro potissimũ brachio. Hinc est illud Liuij lib. 1. Sabini aureas armillas magni põderis brachio læuo habuerũt. Sunt qui armillas fuisse illud insigne credãt, quod hodie tabelliones publici, eodẽ sinistro brachio gestãt, insignibus pictũ eius principis à quo mittunt. Vnde armillati censores Iurecõsultis dicunt. Verũenimuerò torques duplex Romanis fuit, collaris ac brachialis, qui hodie adhuc in ordine equestri frequens est: de quo scribit Fl. Vopiscus in Aureliano, cũ leges militares recenset: De præda hostis, nõ de lachrymis prouincialiũ habeat: arma tersa sint, ferramẽta Samiata, calciamẽta fortia: uestis

Armilla quid fuerit.

Duplex torquis.

tia: uestis noua ueste ueterẽ excludat. Stipendiũ in baltheo, nõ in popina habeat: torquẽ brachialem & annulum apponat. Meminit & Trebellius Pollio in Quieto tyranno: Alexandrũ Magnũ Macedonẽ uiri in auro & argento, mulieres & in reticulis, & in dextrocherijs, & in annulis, & in omni ornamentorũ genere exsculptum semper habuerũt. Sic Capitolinus in Maximinis: Erat præterea, ut refert Cordus, magnitudine tanta, ut octo pedes digito uidereť egressus: pollice ita uasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Dextrocheriũ porrò erat torques brachialis, uulgò catena brachialis, siue manualis: ut torques collaris collo dependebat, qui & hodie nõ solùm frequenti usu nobilitatis est, uerũ etiam militum: donaturq́; ab Augustis ac regibus principibusq́;, ijs qui res præclarè quasuis gesserũt in hanc usq; diem. Ad quorũ omniũ confirmationẽ, quæ diximus, inscriptionem placet Vetustatis subnectere: A

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. EQVITI COH. EIVSDEM DONIS DONATO IMP. TRAIANO, TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS OB BELLVM DACICVM, SINGVLARI PRAEFECTORVM PR. TESSERARIO OPTIONI. FISCI CVRATORI CORNICVL. TRIB. EVOCATO AVG. COH. I. VIGIL. STATIVORVM COH. XIIII. VRBIS COH. VII. PRAET. TERCENARIO DONIS DONATO AB IMP. HADRIANO HASTA PVRA, CORONA AVREA, & quę sequunť.

CAP. XVI. DE HASTARVM, VEXILLORVM, *baltheorum, fibularum, ac phalerarum donis, siue insignibus militaribus.*



QVEMADMODVM seorsim ista ob uirtutẽ bellicam donabantur, ita armis suspensis passim addebanť: quemadmodũ in altera figurarum, quas in frõtispicio Operis delineauimus, cernere est. Erat autẽ HASTA PVRA, hastile paruũ sine ferro, quod militibus emeritis, uel ob res egregiè gestas donabatur. De quo genere doni Trãquillus in Claudio: Libertorũ præcipuè suspexit Posidem spadonẽ, quem etiã Britannico triũpho, inter militares uiros hasta pura donauit. Meminit & Fla. Vopiscus in historia Probi: Cum bello Sarmatico iam tribunus transmisso Danubio, multa fortiter fecisset, publicè in cõcione donatus est hastis puris quatuor. Sic præterea Plinius scribit, Siciniũ Dentatũ hastis puris duodeuiginti fuisse donatũ. Recenset deniq; illud exemplũ Vetustatis Mathelicæ in Italia erutũ, cuius rhapsodiã sub finẽ prioris Capitis subiecimus. Sic BALTHEI insigne unà cum alijs à Romana Vetustate ad Germanos peruenit, quod etiam suprà positũ, figuræ armorũ suspensorũ, quę Celeiæ extat, in frontispicio Operis nostri uidetur. Erat uerò baltheus, cingulum ex corio factum, bullis ornatum dependentibus: ueluti principes quõdam præcinctos, picturæ nobis uetustiores repræsentant. Meminit T. Liuius: Auratæ uaginæ, aurea balthea illis erant. Cæsar lib. 5 Gallici belli: Et uerutum de baltheo defigitur. Sic Cor. Tacitus lib. 18. Nec principes modò coloniarũ, aut castrorũ, qui præsentes ex affluenti & parta uictoria, magna spes, sed manipuli quoq; & gregarius miles uiatica sua, & baltheos phalerasq́;, insignia armorum argento decora, loco pecuniæ tradebant, instinctu & impetu & auaritia. Huc pertinet illud Quintiliani lib. 11: Sinus ille qui ab humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur, uelut baltheus, nec strangulet, nec fluat. Et sic intelliguntur loca poetarum. Virgilij quinto Æneidos: B

Hastæ puræ donum.

Baltheorum donum.

Alter Amazoniam pharetram, plenamq́; sagittis
Threycijs, lato quam circumamplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.

Persius

A Persius Satyra quarta: —*Ilia subter*
Cæcum uulnus habes, sed lato baltheus auro
Protegit auratus.— Propertius libro quarto Elegiarum:
Præbebant cæsi balthea lenta boues. Claudianus in 2 Panegyrico Stiliconis:
Hos etiam, quamuis corrumpi munere nullo
Te certum est, mirare libens, ac suscipe cinctus,
Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit
Pectine, tincta simul repetito murice fila. Ex quibus omnibus liquet, Romanorum baltheũ haud multũ diuersum extitisse ab isto cincto, quo in ueteribus picturis equites, ac præcipuè principes expressos uidemus, aureis uidelicet quadrangulis supra corium contexto, unde tintinabula quædam ueluti dependebant. Quo præterea in ephebis indui principes solebant, & quod illis uirtutis ergò donabatur: haud aliter atq; apud Romanos, qui aut in bello operam præclaram præstiterat, aut Hierosolymorũ urbẽ inuisisset, per multa pericula eluctatus. Hinc cingulo donare, quod nos hodie dicimus, equitẽ auratũ creare. Sequunt̃ FIBVLAE, quod erat ornamentũ cinguli ad ueſtẽ subligandã. Meminit uerò eius inter dona militaria Liuius lib. 9. Dec. 4: Quintius alter prætor suos equites catellis ac fibulis donauit. Trebell. Pollio in Claudio, in epistola Valeriani Cæsaris ad Claudiũ, inter reliqua dona militaria & fibulas enumerat, his uerbis: Tunicas russas militares annuas, sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, fibulã auream cum acu, & Cypriam unã. Huc alludit & Vopiscus in Probo: Huic ergo dari iubebis (quoniã mediocris fortunę est) ut eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas rufulas duas, pallia gallica duo fibulata, interulas paragaudes duas. Et iterum in hist. Aureliani: Et ut fibulas aureas gregarij milites haberẽt, idem primus Fibularũ ornamentum.

B concessit, cum antea argenteas habuissent. Huc pertinet & illud Virgilij carmen:
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.
Item illud Nasonis octauo Metamorph.
Rasilis hic summam mordebat fibula uestem.

Atq; hæc de fibulis. Venio ad VEXILLA, quorum in hunc usq; diem frequens apud Germanos in armis suspensis est usus, eorum præcipuè qui Comitum Baronumq; titulos gerunt. Fuisse autem & Romanis eo in genere uexilla celebria, non solùm sculpturæ in monumentis ueteribus testantur, quarũ iconem in frontispicio libri dedimus: uerumetiã probati hoc historiæ autores confirmant. Tacitus lib. 18: Ante aquilam præfecti castrorũ tribuniq; & primi centurionũ candida ueste, cæteri intra suam quisq; centuriã, armis uexillisq; fulgẽtes. Sic Trebellius Pollio in historia Claudij: Adulator igitur, inquit, Senatus, adulator pop. Rom. adulatrices exteræ gentes, adulatrices prouinciæ: siquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis ciuitas, statuis, uexillis, coronis, fanis, arcubusq; bonũ principem aris ac tẽplis honorauerũt. Meminit & Vopiscus in Probo, cum dona militaria à Valeriano Cæsare cõcessa enumerat. Cum bello Sarmatico iam tribunus transmisso Danubio multa fortiter fecisset, publicè in concione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallaribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor. Et iterũ in epist. ad Probũ: Vestes tibi triplices dari iussi, salariũ duplex feci, uexillariũ deputaui: intellige nimirũ donũ militare uexilli. Idẽ in hist. Aureliani, in apostrophe Valeriani Augusti ad Aurelianũ cõsulẽ designatũ: Cape igit̃, inquit, tibi pro rebus gestis tuis coronas militares IIII, coronas uallares V, coronas nauales II, coronas ciuicas II, hastas puras X, uexilla bicoloria IIII. Superest ut de phaleris equorũ, earũq; insigni dicamus, quod apud Hungaros etiamdũ & Turcas in donatione militari manet. Ad quod alludẽs Liuius lib. secũdo belli Punici, sic nomi- Vexillorũ ornamentum siue donũ militare.

natim scribit: Præda ingens parta est, & præter equos uirosq́, & si quid argenti, A quod plurimũ in phaleris equorũ erat, omnis cætera præda diripienda data est. Cicero VI in Verrẽ: Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abstulisse dice bant, q̃ alias item nobiles ab Aristo Panormitano. Huc pertinet illud Herodiani lib. 2. hist. Aug. de Pertinace & Seuero tractantis: Vbi primũ domũ rediјt, inquit, somnio cõprehensus, uidet per quietẽ magnũ quendam ac generosum equum, or natum phaleris imperialibus, qui Pertinacẽ ipsum per urbem ueheret. Huc allu dunt & poetæ. Virgil. 5. Æneidos: *Primus equum phaleris insignem uictor habeto.* Et Iuuenalis secunda Satyra: *—Frangebat pocula miles, Ut phaleris gauderet equus.—*

CAP. XVII. DE CLYPEORUM INSIGNI, ET *quæ illi inter arma suspensa supraponebantur, galeis, cristis, ac cornibus, alisq́ auium.*



LYPEVS quemadmodum in prælijs munimen militũ erat, quo corpora ab ictibus tegebant: ita pace parta suspensus, atq; obtre ctatoribus obiectus, ornamenti quoq; militaris locum accepit. in quo & suæ cuiq; imagines exprimebantur, ut hodieq́; fit: & ga leæ cum cristis, coronis, cornibusq́, aut auiũ alis supraponeban tur. de quibus posterius ordine dicam: de clypeo, eiusq́ imagini bus sermonẽ exorsurus. Liuius lib. 5. Dec. 3, cum clypeum Asdrubalis, Hanniba lis in Hispania ducis, interfectis Scipionibus, & Hannibale in Italia bellum geren te, describit: Autor est Claudius, inquit, qui annales Acilianos ex Greco in Latinũ sermonẽ uertit, captos ad mille octingentos triginta, prædam ingentẽ partam: in ea fuisse clypeum argenteũ pondo centũ XXXVII, cum imagine Barchini Asdru balis. Idem lib. 2. Dec. 5, cum orationẽ M. Popilij centurionis referret: Bis deinde B in Hispania militaui, semel Q. Fuluio Flacco, iterũ Tiberio Sempronio Gracchо prætore: à Flacco inter cæteros, quoad uirtutis causa secũ ex prouincia ad trium phum deducebat, deductus sum: à Tiberio Gracchо rogatus in prouinciam iui: & quæ sequuntur. Extat & clypei in hac significatione mentio, apud Tacitum lib. secundo historiæ Augustæ, cum Germanici exequias describit: Arcus additi Ro mæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum ge starum, ac mortẽ pro repub. obijsse: Sepulchrum Antiochiæ, ubi crematus: tribu nal Epidaphne, quo in loco uitam finierat. Statuarũ, locorumúe in quibus colere tur, haud facilè quis numerũ inierit. Cum censeretur clypeus, auro & magnitudi ne insignis, inter autores eloquentiæ adseruit Tiberius, solitum paremq́; cæteris dicaturũ. Huc pertinet quod Plinius scribit lib. 35: Scutis qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorũ: nõ ut peruersa grammaticorũ subtilitas uoluit, à cluendo. Alludit uerò hoc loco Plini us ad etymon uocis. γλύφειν enim Græcis est sculpere. Confirmant hæc quæ di ximus de clypeorum pictura, ut hodie adhuc in donis militaribus manet, poetæ. quorum Maro lib. septimo Æneidos sic canit:

Loca autorum de clypeorum imaginibus & pictura.

Post hos insignem palma per gramina currum,
Uictoresq́ ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus: clypeoq́ insigne paternum
Centum angues, cinctamq́ gerit serpentibus hydram. Et iterum:
Atque leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos:
Argumentum ingens, ac custos uirginis Argus,
Cælataq́ amnem fundens pater Inachus urna.

Subin-

A Subintelligendum est, hæc omnia fuisse in clypeo cælata ac sculpta. Mentio porrò sculpti pictiq; clypei apud Hesiodũ extat, quo Hercules erat usus. uersa carmina sic habent:

Tum capit ingentem clypeum, prorsusq; stupenda
Arte laboratum, iactu quem nulla recepto
Vulnera, nec duris religarant ictibus hastæ,
Undiq; cæruleis circumcurrentibus aurum
Orbibus infusum, duroq; uolumina gypso
Incuruata, eboris niueo candore relucent,
Multaq; permistis uariata coloribus æra
Alternant uiuos clypei cœlestis honores.
In medio spiris tortus draco, fronte reflexa
Atque retrò uersis oculis in terra recumbit
Ingens, terribilis, multoq; rubentibus igne
Luminibus, stringens adapertis faucibus ora. Et quæ sequuntur.

Alludit ad eandem clypei picturam & Sidonius in Panegyrico Anthemij:

Inseritur clypeo uictrix manus, illius orbem
Martigenæ lupa, Tybris, amor, Mars, Ilia cõplet. Et iterũ in Panegyrico Maioriani:
Huic fulsit rutilus spaciosa circite læuum
Umbo latus, uideas hic crasso fusa metallo
Antra Rheæ, fœtamq; lupam, quam fauce retecta
Blandiri quoque terror erat. quanquam illa uorare
Martigenas, & picta timet pars proxima Tybri *Exprimit.*

B Et hactenus de clypeorũ pictura, siue sculptura, Romanæ reipub. celebrata: unde nimirũ & nostras cælaturas in his clypeis, quas Vvappas dicunt, profectas esse credendũ est. Iam enim galeas illa quoq;, atq; coronas suprapositas cũ cristis, atq; auiũ alis, repręsentabat: & quẽadmodũ adhuc hodie in more positũ esse uidemus, clypei in exequijs præferebãtur, atq; in templis suspendebãtur. Quod cõfirmans Tranquillus in uita Cæsaris dictatoris, cum funus ac suprema eius recẽset: Intraq; lectus eburneus, inquit, auro ac purpura stratus, & ad caput trophæũ cum ueste, in qua fuerat occisus. Præferentib. munera (quia suffecturus dies nõ uidebatur) præceptũ est, ut omisso ordine, quibus quisq; uellet itineribus urbis, portaret in campũ. Vbi nimirũ per munera, dona militaria intelligunt, quę tum in rogũ cõijciebant. Qui adhuc penè apud nos mos durat, ut scilicet postremo familiæ extincto, præsertim quidẽ in ordine Baronũ, nobiliũ, equitũ, clypeus & hodie coronatus in exequijs & parentationibus præferatur: qui postea ex suggesto, cum solenni pompa deiectus, cõminuitur. Ad quas ceremonias & Cor. Tacitus alludit lib. secundo historiæ Augustæ, cum Germanici in urbe factã parentationẽ describit. Hos uulgi sermones, inquit, audita mors adeò incendit, ut ante edictum magistratuum, ante Senatusconsultũ, sumpto iustitio desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia & gemitus, nihil compositũ in ostentationẽ. Et subdit: Sepulchrum Antiochiæ, ubi crematus: tribunal Epidaphne, quo in loco uitam finierat. Statuarum, locorúmue in quîs coleretur, haud facilè quis numerum finierit: cum censeretur clypeus, auro & magnitudine insignis. Huc alludit & Virgilius libro undecimo, cum Pallantis exequias describit: *Cõsuetudo clypeum præferendi in funere, etiam Romanis nota.*

Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus:
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon
It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora:

Hastam

Haſtam alij, galeamq́ ferunt. nam cætera Turnus A
Victor habet.— Quorũ equidem ex numero & clypeũ extitiſſe credendũ eſt. Præterea loco epitaphiorũ clypeũ & quõdam paſſim in templis fuiſſe ſuſpenſum, quemadmodũ hodie fieri uidemus, colligit̃ ex his Trebellij Pollionis uerbis, quæ in hiſt. Claudij Cæſaris habentur: Claudiũ, inquit, principẽ loquor, cuius uita, probitas, & omnia quæ in repub. geſſit, tantã poſteris famã dedere, ut Senatus populusq́ Rom. nouis eum honorib. poſt mortẽ affecerit. Illi clypeus aureus, uel ut grãmatici loquunt̃, clypeũ aureũ ſenatus totius iudicio in Romana curia collocatum eſt, ut etiã nunc uidetur, expreſſa thorace uultus eius imago. Et iterũ: Rogo quantũ preciũ eſt, clypeus in curia tantæ uictoriæ? quantũ, una aurea ſtatua? Ad hæc quemadmodũ dona militaria quondã nõ ſolũ ab Auguſtis emeritis, uerũ etiã ab omnibus triumphalib. uiris cõferebant̃: ita hodie Comites Palatini ab Auguſtis creati, ius & prærogatiuã habent pingendi atq; cõcedendi inſignia. Et ſic intelligitur illud Suet. in Auguſto, cap. de geſtis circa rem militarẽ: Solos, inquit, triũphales, quanq; & ſocios expeditionũ, & participes uictoriarũ ſuarũ, nunq̃ donis partiendos putauit: quod ipſi quoq; ius habuiſſent tribuẽdi ea, quibus uellẽt. Et ſic intelligitur alter locus Tranquilli in Caligula: Vetera familiarũ inſignia, inquit, nobiliſſimo cuiq; ademit: Torquato torquẽ, Cincinnato crinẽ, Cn. Põpeio ſtirpis antiquæ Magni cognomen. Equidẽ ea & hodie cõſuetudo tenet, ut ſcelere aliquo inquinatis, Heroldi ſigna deijciant. Cæterùm Romana quoq; in repub. quod hodie fit, clypeo ſuſpenſo coronas galeasq́ ſuprà poni inſolita fuiſſe, teſtatur Appianus lib. 2. Ciuil. belli: Figuræ multiformes, inquit, eius ſtatuæ inſcriptę, quarũ nõnullis coronæ ex quercu additæ, ueluti Seruatori patriæ, quibus olim ciuem clypeo tegentes ornabantur. Huc pertinet illud Trebellij Pollionis in Claudio, cum dona militaria à Valeriano Cęſare Claudio cõceſſa enumerat. Torquem B
libralem unũ, inquit, caſſidem inauratã unam, ſcuta chryſographata duo, loricam unam, quam refundat. Huc alludunt & poetæ. Virgilius ſeptimo Æneidos,

Fronde ſuper galeam & felici comptus oliua: id eſt, oleaginea corona.

Mos adimendi inſignia facinoroſis.

Et Claudianus in quartum Honorij conſulatum:

Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro
Squameus, & rutilus criſtis, & caſſide maior?

De criſtis in ueteribus armis ſuſpenſis.

Sic equidem & criſtæ, quas lacinias cancellorũ Notarij appellant, & alæ auiũ, cornuaq́ clypeis & galeis Romani ſupraponere ſolebant, ut hodie noſtris in inſignibus uidere eſt. Colligitur illud uerò ex his locis autorũ. Liuius lib. 10. ab Vrbe: Non enim criſtas, inquit, uulnera facere, & per picta atq; aurata ſcuta tranſire Romanum pilum poteſt. quanq; uerò is de ſcuto intelligendus ſit, quem galeatus atque criſtatus in hoſtem erigere conſueuerat: tamen uериſimile eſt, clypeum domi fuiſſe ſuſpenſum, galea criſtata adiecta, quemadmodum antea oſtendimus. Hinc eſt illud Varronis lib. 1. de Lingua latina: Muri ſumma pinnæ, ab his quas inſigniti milites habere in galeis ſolent, & in gladiatoribus Samnites. ad quod alludens Satyricus, hunc protulit uerſum: Primirapi cultos, iuuenesq́ laniſtæ. Porrò neque illud omittendum, criſtas & duplices & coloribus diſtinctas fuiſſe, ut hodie lacinias inſigniorum Notarij pingunt: quemadmodum & hæc poetarum loca demonſtrant. Virgilius ſexto Æneidos:

—Geminæ ſtant uertice criſtæ. Et nono eiuſdem:
Armati ferro, & criſtas capita alta choruſci. Et iterum:
Horrendum ſonuere, tremunt in uertice criſtæ
Sanguineæ, clypeoq́ micantia fulmina mittunt.

Sic Clau-

A Sic Claudianus in sextum consulatum Honorij:

Viua dedit? gaudet metuens, & pollice monstrat,
Quòd picturatas galeæ Iunonia cristas
Ornet auis, uel quòd rigidos uibrata per armos
Rubra sub aurata crispentur serica dorso.
Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum
Persoluit Stilico, curru quem uectus eodem
Vrbe triumphantem generum florente iuuenta *Conspiceres.—*

Sic Lucretius quoq; cecinit, terrificas capitum quatere cristas. Et Silius Italicus lib. 7. Altæ scintillam cristæ. Meminit quoq; Maro 9. Æneidos, rubentis cristæ, comantis cristæ, & equinæ cristæ. Atq; hactenus de cristis, quas in maiorũ nostrorum insignibus magis ad Romanam similitudinẽ accedere arbitror, si ea cum pictura nostra in frontispicio Operis contuleris. Iam porrò & alas, cornuaq;, & animalia deniq; Romanos supra alas gestasse, ut & hodie fit, perspicuũ faciã. Plinius lib. decimo Naturalis historiæ, struthionis penna conos & galeas adornasse maiores nostros refert. Ad quod respiciens Virgilius noster, sic canit:

— Cristaq; hirsutus equina. Et iterum septimo Æneidos:

Cui triplici crinita iuba, galea alta chimæram
Sustinet, æthnæos efflantem faucibus ignes. Et rursus XII Æneidos:
Circumdat loricam humeris, simul aptat habendos
Ensemq; & clypeum, & rubræ cornua cristæ.

Sicq; intelligitur & illud Propertij quarto Elegiarum:

Idem eques & frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirsuta compta lupina iuba:
B *Picta nec inducto fulgebat parma paropo,*
Præbebant cæsi balthea lenta boues.

Huc alludens Prudentius secundo in Symmachum, ita canit:

Syrtica cornutas facies habuere trophæa.

CAP. XVIII. DE CORONARUM *insignibus, & earum discrimine.*



PERTINENT ad clypeum & coronæ, de quibus superiori capite mentio duntaxat facta est. cæterũ explicatio hoc capite erit: quarum ut nõ idem genus fuit, ita uarius quoq; usus: atq; ut de discrimine coronarum posterius dicam, hastas, armillas, torques, baltheos, præsides etiam atq; præfecti prætorio largiri poterant. coronarũ uerò donũ uel ab Imperatore, uel Senatu Romano, atq; etiã repub. quadam proficiscebatur. Atq; id donũ rursus, uel singularibus hominibus ob beneficia in rempub. aut egregium in bello facinus quoddam, aut ducibus belli porrigebatur, atq; totis interim legionibus ac municipijs. Prærogatiuam uerò coronas ferendi non hi solùm habebant, quibus hoc erat munus ex uirtute concessum: uerũ etiam quibus ex officio licebat, Imperatoribus, regibus, sacerdotibusq;. Rursus imponebantur nõ solùm sculpturis clypeorũ, galearũq;, uerùm ipsis adeò diuorũ simulachris: quorum catalogum penè omniũ eleganti uersu Claudianus comprehendit in Panegyrico Olibrij & Probini: *Catalogus coronarum.*

Sæpe duces meritis bello tribuere coronas,
Hunc cingit muralis honos, hunc ciuica quercus
Nexuit, hunc domitis ambit rostrata carinis.
Solus militiæ mira mercede iugalem

Promeruit

Promeruit Stilico, sorore ferente coronam.

Huc alludit & Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maioriani:

Incipies, crinemq́ʒ sacrum tibi more priorum
Nectet muralis, uallaris, ciuica laurus.

Cæterũ coronarũ genera in uniuersum, quæ uel galeis in armis suspensis ob uirtutẽ donatæ militibus, uel capitibus hominũ aut sacratorũ aut emeritorum imponebant, XVIII inuenio: quarũ, exceptis aurea & argentea, reliquæ omnes ex plantis passim & herbis conficiebantur. Diadema, triumphalis, ciuica, ex lauro constabant: obsidionalis, ex gramine: & cæteræ, quæ ex hædera, cupresso, lentisco, myrto, apio atqʒ pulegio nectebantur: de quorum singulis seorsim & posterius dicemus, si illud prius ostendero, hoc insigne nõ à quouis duce, aut publico etiã magistratu potuisse conferri, ut reliqua militaria dona. Hinc illud est Taciti lib. 3. historiæ Augustæ: Quo prælio Rufus Heluius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq́ʒ est ab Apronio torquibus & hasta. Cæsar addidit ciuicam coronam, quòd non eam quoqʒ Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis quàm offensus. Rationes quoqʒ atqʒ originem huiusmodi dona tribuendi, describit Plinius libro tricesimotertio, cap. 2. his uerbis: Iidem (quod magis miremur) coronas ex auro dedere ciuibus. Quis primus donatus sit ea, non inueni: sed quis primũ donauerit, à L. Pisone traditur. A. Posthumius dictator, apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis, ei cuius maximè opera capta essent, hanc coronã ex præda dedit. Item L. Lentulus Cos. Seruilio Cornelio Merendæ, Samnitũ oppido capto. Sed quinqʒ librarũ corona Piso Frugi filiũ ex priuata pecunia donauit, eamq́ʒ coronam testamento reipublicæ legauit. Huc referendum est, quod M. Cicero scribit in epistolis ad Atticũ lib. 14: Mihi quidem uidetur Brutus noster, ait, iam uel coronam auream per forum ferre posse. Sic legitur P. Scipio ille, qui à rebus gestis Africani cognomẽ adeptus est, cum accusatus foret à tribunis plebis, respondisse: Hoc die Quirites Hannibalem & Carthaginẽ deuici, proin ipse sumpta corona, in Capitolium ascendo, Ioui opt. max. sacrificaturus. Ex quibus liquet, coronas à priuatis gestatas fuisse Romana in Republica, quibus uel ob merita imperatores illam cõcessissent, uel qui in bello ob præclara facinora eam fuissent adepti (siquidem muralis, uallaris, & classiaria ex auro siue argento conficiebantur.) Hinc T. Liuius lib. septimo Decad. primæ: Consul, inquit, cõcione aduocata, tribunũ laudatum decem bobus, aureaqʒ corona donat. Et iterũ, de Decio locutus: Consul aduocata concione P. Decij non cœptas solùm antè, sed cumulatas noua uirtute laudes peragit; & præter militaria alia dona, aurea corona eum & centum bobus, eximioq́ʒ uno albo opimo auratis cornibus donat. Idem libro decimo tertiæ Decadis, ostendit post postremã & insignem illam uictoriam de Hannibale relatã, haud procul Carthagine Lælio, cuius auspicio potissimũ res gesta erat, à Scipione Africano imperatore, coronã aureã fuisse donatã. Huc alludens pariter Tacitus lib. 3. hist. Aug. Quo prelio Rufus Heluius, scribit, gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq́ʒ est ab Apronio torquibus & hasta. Cæsar ciuicã coronã addidit, q̃d nõ eã quoqʒ Apronius iure ꝓcõsulis tribuisset, quæstus magis q̃ offensus. Sic Appianus lib. 5. Ciuil. bel. Cæsar tũ quidẽ honores minimè proponere uelle ait, cũ plures tribuisset legionib. coronas, alias turmarũ ducibus, tribunisq́ʒ purpureã uestẽ, senatorũ inter patres dignitatẽ tribuisse. Et iterũ, cũ Augusti de Lepido relatã uictoriã recẽset: Exercitũ, inq̃t, uictoriæ præmijs ornauit, nõnulla pollicẽs, quędã repręsentãs, coronas & honores om̃ib. exhibuit. Tale est Vopisci etiã in hist. Aureliani testimoniũ: Ad quẽ cõsulẽ, scilicet designãdum, Valerianũ Augustũ his usum uerbis refert: Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis

Origo coronarum. A B

A tuis coronas murales quatuor, coronas uallares quinq;, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas. Porrò hæ omnes aureæ erant, postrema excepta, quæ ex quercu nectebatur, & nobilior etiam aureis censebatur. Verùm enimuero aurearum nihilominus tantus Romana in republica usus erat, atq; ea existimatio, ut eas senatus & Imperatoribus ob res bene gestas deferret: & sicubi Romani bella foris in prouincijs gerebant, hostes ut populum illum mitigarent, & à finibus suis remouerent, deniq; ubi gratias ob liberationem agere uellent, aureas coronas ducibus exercitus, uel senatui Romano mitterent. Quin ipsi duces quoq;, uictis plerunq; ad coronę conflationem uectigal imponebant, quod aurum coronarium fuisse appellatum, libro huius Operis secundo à nobis ex fide historica dictum est. Et ne uana adducere quispiam nos existimet, testimonia probatorum scriptorum adferam. Capitolinus in historia Maximi & Balbini: Ipse autem Maximus (ait) Aquileiam idcirco accesserat, ut omnia tuta & integra usq; ad alpes relinqueret: ac si quæ essent Barbarorum qui Maximino fauerent, reliquiæ, compesceret. Missi sunt deniq; ad eum legati senatores uiginti, quorum nomina sunt apud Cordum: in his consulares quatuor, prætorij octo, quæstorij octo, cum coronis, & senatus consultum, in quo ei statuæ auratæ equestres decernebantur. Huc pertinent quæ Cicero scribit libro nono Epistolarum ad Atticum: De Reatinorum corona quod scribis, molestè fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. Sic Cæsar libro quarto Ciuilis belli: Aduenienie deinde Cæsare, pauore ac pœnitentia ductus, cum per ducenta stadia longius abesset, legatos pro pace ad eum misit, qui coronam deferrent auream, filiam quoq; eius ob inscitiam in matrimonium illi traderent. Loquitur autem de Pharnace, Mithridatis regis Ponti filio. Eiusmodi sunt & apud Liuium testimonia pleraq;: nam libro octauo Decadis tertiæ nominatim sic scribit, de Saguntinis coronã auream senatui Romano offerentibus, post Scipionis uictoriam, ob pacatũ agrum ipsorum: Ioui optimo maximo, præsidi Capitolinæ arcis, non grates tantum ob hæc agere iussi sumus, sed donum hoc etiam, si uos permitteretis, coronam auream in Capitolium uictoriæ ergò ferre. Et rursus libro primo Decadis quartę, Rhodijs ab Atheniensi republica simili causa coronam auream dono oblatam refert: Et Rhodiorum populus corona aurea uirtutis ergò donatus, ciuitas'q; Rhodijs data, quemadmodũ Rhodij prius Atheniensibus dederant. Idem libro quarto Decadis quintæ: Secundum Gallos Pamphili legati coronam auream CXXX millibus Philippeorum factam, in curiã intulerũt, petentibus ut id donum in cella Iouis opt. max. ponere, & sacrificare in Capitolio liceret. Et rursus quinto Decadis quintæ: In præsentia deducere ante certam diem ex Lycia Caria'q; iusserunt præfectos. Hæc Rhodum nunciata, quæ per se tristia fuissent, quia maioris mali leuatus erat timor, cũ bellum timuissent, in gaudia renunciata uerterũt: itaq; extemplò coronam uiginti millibus aureorũ decreuerunt. Et libro octauo eiusdem: C. Heluium cum quatuor millibus peditum, & quingentis equitibus consul præmittit. Huic agmini iam fines ingredienti, legati occurrerũt, nunciantes paratum esse tyrannum imperata facere. orabãt, ut pacatus fines iniret, cohiberent'q; à populatione agri militem, & in coronam auream quindecim talenta afferebant. Meminit huiusmodi coronarum, & eodem euentu oblatarum, Cor. Tacitus lib. 2 historiæ Augustæ: Quin apud regem Nabatheorum coronæ aureę magno pondere Cæsari & Agrippinę, leues Pisoni & cæteris offerrentur. Talis est & apud Herodianum locus libro octauo historiæ Augustæ: Statim igitur Aquileienses Maximũ reseratis portis excepere, nullæ'q; non Italiæ ciuitates legatos mittebant, principes uiros candidatos & laureatos, & deorum patriorũ simulachra, aureas'q; coronas si quæ in donarijs fuerant,

Coronæ ducibus belli à uictis missæ.

B

comportantes, qui fausta omnia Maximo acclamarēt, & frondibus eum consper A gerent. Huc spectat & illud Vopisci in Probo, in epistola Probi ad senatum, qua Galliarum à se factam liberationem exaggerat: Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ ciuitates aureas, uestræ P.C. clementiæ dedicaui. Idem in Aureliani uita: Præferebantur coronæ omnium ciuitatum aureę, titulis eminentibus proditæ. loquitur autem de triumpho Aureliani. Porrò hanc cōsuetudinem, inclinante adhuc Imperio fuisse, testatur Ammianus Marcellinus libro 23 ita scribēs, cum de Iuliano Cæsare loquitur, ubi Saracenorum reguli Gentium genibus supplices nixi, oblata auri corona, tanquā mundi nationumq́ꝫ suarum dominū adorarunt. Et iterum libro 25, de Iouiano imperatore tractans, & Nisibinis: Cumq́ꝫ nihil promoueretur, iusiurandi religionē principe obstinatius prætendente: cum oblatam ei coronā aliquandiu recusans, coactus deniqꝫ suscepisset, Syluanus quidam causarum defensor confidentius exclamauit: Ita, inquit Imperator, à ciuitatibus residuis coroneris. Huiusmodi coronarū meminisse uidetur etiam Eusebius Pamphilus lib. 4 de uita Cōstantini: Etenim Blēmiæ Indi, bipartitò positi Aethiopes, hominū deniqꝫ ultimi theatro minimè defuere, qui suo quisqꝫ loco hercle tanquā in tabula regi munus afferebant, ex facultate gentis. illi coronas aureas, hi diademata uniuersa de gēmis, alij xanthocomos, & uestes uariè textas, equos, hastasq́ꝫ. Atqꝫ hactenus de ornamento coronarū. Nunc discrimna illarū explanabimus, quod prima diuisione duplex erat: alterū penes formā atqꝫ figurā ipsius coronæ, alterum penes merendi rationes, functionemq́ꝫ. Prima igitur sectione, Gemmifera corona, stellifera, pinniferaq́ꝫ erat. Sub altero uerò membro sacerdotalis, imperatoria, muralis, uallaris, naualis, triumphalis, & deditoria. De quibus singulis ordine authorū testimonia adferemus. GEMMIFERA erat, quā Imperatores, reges ac sacerdotes gestabant. de qua Cicero ad Herenniū: Corona aurea (inquit) magnis fulgentibus gēmis illuminata. Meminit huius & Herodianus lib. 5, cum Heliogabali luxum Asiaticū describit: Vestitum (inquit) usurpans luxuriosum, purpura intextū atqꝫ auro, monilibusq́ꝫ & armillis redimitus, coronas item sustinens ad tyarę modum, auro lapillisq́ꝫ preciosis insignitas, forma habitus inter Phœnissam stolam, ac Medorū amictū. Huc alludens pariter Virgil. 7 Aeneid. ita canit: B

Gemmifera.

Atqꝫ omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesq́ꝫ accensa comas, accensa coronam. Et iterum alio loco:
— Duplex gemmis, auroq́ꝫ corona.

Stellifera. STELLIFERA recensetur à Suetonio in Caligula: Comites autem (inquit) & participes uictoriæ, nouo genere ac nomine coronarum donauit: quas distinctas solis ac lunæ, siderumq́ꝫ specie exploratorias appellabat, & exploratoribus qui ritè consilia hostium detexisset, concedebat. PINNIFERA, hoc est, pinnarum muri formam habēs, cuius nos dedimus figuram in frontispicio Operis. commemoratur ab Aulo Gellio, lib. 5. Noctium Atticarum cap. 6. Muralis est corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subijt, inq́ꝫ oppidum hostiū per uim ascendit. Idcirco quasi muri pinnis decora est. Ad quam rem alludens Silius Italicus poeta, libro decimotertio sic canit:

Pinnifera.

—Gradiui cape uictor honorem
Tempora murali cinctus turrita corona.

Huc spectat & illud carmē Lucani secundo Pharsaliæ, ubi ad sacerdotes Cybeles alludit, qui hanc ferendi coronam facultatem habebant:

Turritaq́ꝫ premens frontem matrona corona.

Rostrata. ROSTRATA, hoc est, nauium rostris insignita, quæ uictoribus in mari dabatur:

A tur, quam describit Plinius libro decimosexto capite quarto: Cedunt ijs murales uallaresq́;, & aureæ, quanquam precio antecedentes. Cedunt & rostratæ, quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres: M. Varrone, è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemq́; M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Antea rostra nauium tribunali præfixa foro decus erant, ueluti populo Romano ipsa corona imposita: Postquam uerò tribunitijs seditionibus calcari ac pollui cœpere, postquã uires ex publico in priuatum magis singulisq́; ciuium quæri, & sacrosancta omnia prophana facere, tum à pedibus eorum subiere in capita ciuium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ, sed ciuicam à genere humano accepit ipse. Alludit ad hanc coronam & Velleius Paterculus in historia Tiberij Cæsaris: Pro his (inquit) longè uberiores reditus duodecies HS. in Creta insula redditi, & aqua promissa, quæ hodieq́; singulare & salubritatis instar & amœnitatis ornamentum est. Insigne coronæ classicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari uirtute meruit. Meminit & T. Liuius libro sexto Decadis tertiæ: Tum reliquos, prout cuiusq; meritum uirtusq́; erat, donauit: ante omnes C. Lælium præfectum classis, & omni genere laudis sibimet ipse æquauit, & corona aurea, & triginta bobus donat. Huc spectant quæ à Marcellino, tametsi inclinantis Imperij authore, scripta sunt, qui libro uigesimo quarto sic scribit, cum Iuliani Augusti in Perside uictoriam ostenderet: Qui appellans (inquit) plerosq; nominatim, quos stabili mente aliquid clarum fecisse, ipse arbiter perspexit, naualibus coronis donauit. Et sic intelligitur locus Vergilij libro octauo Aeneidos:

B *Parte alia uentis, & dijs Agrippa secundis,*
Arduus, agmen agens, cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Atq; hactenus de discrimine coronarum, quo ad figuram. nunc cæteras species ex fide historica distinguemus. SACERDOTALIS corona, qualem pontifices & augures ferebant, turrita fuit & gemmata: quantum ex ueteribus nummis animaduertere potuimus. ad quam alludens Lampridius, in Alexandro scribit: Matronas aũt regias cõtentas esse debere uno reticulo, atq; inauribus, & baccato monili, & corona cum qua sacrificia facerent. Huc facit, quod Herodianus scribit libro quinto historiæ Augustæ: Huic igitur deo sacer erat Bassianus, quippe natu maior, & ipse potissimum sacerdotio fungebatur, incedens barbarico cultu, tunicas indutus intextas auro, ac manuleatas, & ad pedes usq; demissas: cruraq́; tota cõuelans ab unguibus ad fœmora, uestibus similiter auro purpuraq́; uarijs, capite coronam gestans, preciosorum lapidum coloribus florentẽ. Meminit & Marcellinus libro uigesimonono: Quoniam id reipublicæ conducebat, bonę spei iam plenus, sufficientia præbuit alimẽta. Et quibusdam propinquis suis ad obsidum fidẽ relictis abscessit, captiuos ut spoponderat redditurus, quos primis turbarũ exordijs rapuit: Biduoq́; post Icosium oppidum, cuius suprà docuimus conditores, militaria signa, & coronam sacerdotalem, cum cæteris quę intercæperat, nihil cunctatus restituit. Huc pertinet quod de Scipione Africano historiæ narrant, cum accusatus esset à tribunis plebis ad crimina, nihil quidẽ respondisse: cæterùm sumpta corona in capite, Capitoliũ ascendisse, Ioui opt. maximo sacrificaturum.

Corona aurea sacerdotalis.

IMPERIALIS qualis fuerit, ostendunt nobis numismata uetera, quibus ex Imperatoribus præcipuè Augustus Diui filius, Aurelianus, Victorinus, Galienus, Probus, Diocletianus, Decius, & Constantinus coronati repræsentãtur, coronis scilicet cũ apicibus triangularibus acuminatis. Meminit Marcell. lib 26, cum Valentiniani primi res gestas enumerat: Progressus Valentinianus (inquit) in cam-

Corona aurea Imperialis.

pum, permissusq́ tribunal ascendere celsius structum, comitioru͂ specie, & uolun tate præsentiu͂ secundissima, ut Vrserius rector pronunciatur Imperij: mox prin cipali habitu circundatus, & corona, Augustus est nuncupatus, cu͂ laudibus am plis. Idem libro uigesimoseptimo, cum Gratiani cõsecrationem describit: Nondum finita oratione, dictis cum assensu læto auditis, pro suo quisq́ loco milites alius alium anteire festinans, tanquam utilitatis & gaudiorum participes, Gratianum declararunt Augustum, classicorum amplissimo sono blandum fragorem miscentes armorum: quo uiso maiori fiducia Valentinianus exultans, corona indumentisq́ supremæ fortunæ ornatum filium osculatus, iam fulgore conspicuu͂ alloquitur. Ad hoc genus coronæ alludit Virgilius octauo Aeneidos, cum Augusti historiam sub umbra uaticinij repetit:

Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar
Cum patribus, populoq́, penatibus & magnis dijs,
Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Læta uomunt, patriumq́ aperitur uertice sidus.

Corona aurea triumphalis. TRIVMPHALIS inclinante Imperio aurea fuit, quę primis temporibus ex spectatissima lauro cõficiebatur. Hinc Gellius libro quinto Noctium Atticarum, capite quarto: Triumphales coronæ sunt aureæ (inquit) quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id uulgò dicitur aurum coronarium. Hæ antiquitùs è lauro erãt, pòst fieri ex auro cœptæ. Porrò de auro coronario suprà in fine libri primi abundè egimus. Ad quod spectat & illud Antonini in historia Pij Antonini: Congiariu͂ militibus ac populo de proprio dedit, & ea quæ pater promiserat, & ad opera Hadriani plurimum contulit, & aurum coronariu͂ quod adoptionis suæ causa oblatum fuerat, Italicis totum, mediu͂ prouincialibus reddidit. Ad hoc B genus coronæ alludit Lucanus primo Pharsaliæ, hoc uersu:

Nunc neq́ te longi remeantem pompa triumphi
Excipit, haud sacras poscunt Capitolia laurus.

Gymnica. GYMNICA, uel Delphica sacra corona & ipsa ex auro erat. qua de re extat illud Plinij lib. 21 cap. 3: Crassus diues primus argento auroq́ folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Alludit ad hoc genus Cicero in Epistolis: Cum cæteris coronas imposuerunt uictoribus. Et Liuius lib. 3. Decadis 3, cum Fabium Pictorem Delphos in secundo bello Punico ad oraculum missum describit: Hæc ubi ex græco carmine interpretata recitauit, tum dixit se oraculo egressum extemplò, his omnibus diuis rem diuinam thure ac uino fecisse, iussumq́ ab antistite sicut coronatus oraculum adijsset, & rem diuinam fecisset, ita coronatu͂ nauem ascendere, nec antè deponere eam quàm Romam peruenisset. *Muralis.* MVRALIS, ut antè dictum est, pinnarum muri siue mœniorũ figuram repræsentabat, quæ donabatur, ut est author Gellius lib. 5 Noctium, cap. 6, ijs qui primi in oppugnatione murum ascẽdissent. cuius mentionem facit Liuius lib. 3. Decad. 3: Postero die omniu͂ animi ad oppugnandum accenduntur, utiq́ posteaquã corona aurea muralis proposita est. Et rursum lib. 6 sequenti, cum expugnationem nouæ Carthaginis in Hispania factã à Scipione Africano describit. Itaq́ quanquã omnibus omnia deberet, præcipuu͂ tamen muralis coronæ decus eius esse qui primus murum ascendisset, profiteretur, qui se dignu͂ eo duceret dono: duo professi sunt, Q. Trebellius centurio quartæ legionis, & Sextus Digitius socius naualis. Et subdit: Pronunciauitq́ se satis compertum habere, pariter in muru͂ ascendisse, seq́ eos ambos uirtutis causa coronis muralibus donare. Idem lib. 10 eiusdem Decadis, in oratione Hannibalis: Perfusum nullum cruore (inquit) Romano, exuuias nõ militum modò, sed etiam

Impera-

A Imperatorum portantem, multos occurſuros Scipioni in acie, qui prætores, qui conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus uallaribusq; inſignes coronis. Huc pertinet illud Vopiſci in Aureliano: Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, uallares quinq;, nauales duas. Et ſic intelliguntur ſimul loca poetarum. Lucretij libro ſecundo:

Muraliq; caput ſummum cinxere corona.

Et Silij Italici libro decimotertio:

— Gradiui cape uictor honorem,
Tempora muralis cinctus turrita corona.

VALLARIS corona, & ipſa aurea erat, de qua Auli Gellij lib. 5 Noctium Atticarum hæc uerba leguntur: Caſtrenſis corona (ait) qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiuit. Et iterum: Fuluius autem, in quẽ hoc à Catone dictum eſt, coronis donauerat milites, quia uallum curauerant, aut quia puteum ſtrenuè foderant. Meminit Fla. Vopiſcus in Probo: Cum bello, inquit, Sarmatico iam tribunus trãſmiſſo Danubio multa fortiter feciſſet, publicè in concione donatus eſt haſtis puris quatuor, coronis uallaribus duabus. Et Pollio in Claudio, cum dona militaria eidem tribuno à Cæſare Valeriano donata enumerat: Coronas uallares, inquit, tres. M. Cato M. Fuluio Nobiliori obiecit crimino ſè, quòd milites per ambitiones uallaribus donaſſet: non quòd uallum hoſtiũ cæpiſſent, ſed quòd proprium ſeruaſſent, aut puteum fodiſſent. Et de hoc genere coronarũ accipiendus eſt & hic locus Marcellini lib. 24, cum Iuliani in Perſide uictoriam enarraret: Et appellans pleroſq; nominatim, quos ſtabili mente aliquid clarum feciſſe, ipſe arbiter conſpexit, naualibus coronis duabus, ciuicis & caſtren- Vallaris.

B ſibus, &c. Vbi per caſtrenſes nimirum uallares intelliguntur. Huc alludit Claudianus ſecundo de Raptu Proſerpinæ:

Spiſſa corona Mœnia uallata. —

DEDITORIA, & ipſa aureæ genus coronæ fuit, qua donabatur is cuius opera ad deditionẽ ciuitas aut caſtrum erat perſuaſum. Sic Marcellus legitur, cum Soſidis ac Merici Hiſpani auſpicio Syracuſas in poteſtatẽ populi Romani redegiſſet, ambos coronis aureis donaſſe. Vnde Liuius deſcribens Marcelli ouationem libro ſexto tertiæ Decadis: Pridie (inquit) quàm urbem iniret, in monte Albano triumphauit. Inde ouans, multam præ ſe prædam in urbem intulit cũ ſimulachro captarum Syracuſarum: catapultę, baliſtæq;, & alia omnia inſtrumenta belli lata, & pacis diuturnę regiæq; opulentiæ ornamenta argenti, æreq; fabrefacta uaſa, & alia ſupellex, precioſaq; ueſtis, & multa nobilia ſigna, quibus inter primas Græciæ urbes Syracuſæ ornatæ fuerant: Punicæ quoq; uictoriæ ſignum, octo ducti elephanti: nõ minimum fuere ſpectaculum, cum coronis aureis præcedentes, Soſis Syracuſanus, & Mericus Hiſpanus: quorum altero duce nocturno Syracuſas intratum erat, alter Naſſum, quòd ibi præſidium eſſet, prodiderat. His ambobus ciuitas data, & quingenta iugera agri. Atq; hactenus quæ diximus, omnia de aureis coronis intelligenda ſunt. Sequuntur iam LAVREAE, quarum erãt præcipua genera, diadema, triũphalis laurea, & popularis laurea: de quibus, ſolito nobis ordine atq; conſuetudine dicetur. DIADEMATIS tria genera inuenio: unum initiãtis Imperij, lauream coronam electiſsimã, in cuius anteriori parte gemmæ, & in poſteriori faſcia candida dependebat: ſecundum inclinantis Imperij aureum circulũ, in quo laurus ſculpta erat, & faſcia nihilominus in occipitio dependebat: quo habitu, poſt Conſtantinum Magnum, omnes penè Auguſtos uſq; ad Athilæ tempora, numiſmata uetera nobis repręſentant. tertiũ deniq; diadematis Deditoria. Laureæ. Diadematis.

genus est gentile, quod uidelicet tyaræ siue pileo accessit, & quod in regibus Persarum atq; Asiæ Herodianus celebrare uidetur, & postremò in Germania receptū esse demonstrabimus. De primo genere diadematis, hoc est, laurea fascia cādida præligata, qualem in numismatibus ueteribus incipientis Imperij Augusti ferre conspiciuntur, mentionem faciunt probati historiæ authores. M. Tullius Cicero in Verrem: Ipse autem & coronam habebat unam in capite, alterā in collo. Quæ uerba sic intelligūtur: Laurea capiti inijciebatur, & fascia dependens in collo fluitabat. Et secūda Philip. Diadema ostēdis: gemitus toto foro, unde diadema? Sic Trāquillus in dictatore, cap. de Regni affectatione: Adiecit ad tam insignem despecti senatus contumeliam, multo arrogantius factum. Nam cum sacrificio Latinarum reuertente eo inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba statuæ eius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, & tribunus plebis Epidius Marullus, Cæsetiusq́ Flauus coronæ fasciam detrahi, hominemq́ duci in uincula iussissent. Huc pertinent quæ scribit Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Si foret ad huc bellandum, relinqueret materiam Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste non nisi apud Germanos adsequi nomen imperatorium, & deportare lauream posset. Et iterum libro quinto, & clarius Appianus Alexandrinus: Imaginem (inquit) Cæsaris quidam ex adulatorū numero lauro, tenia peralba inesrta coronauit. Hinc tribuni, Marullus, cæteriq́ carceri inclusi, simulantes & in hoc Cæsari rem gratam facere, qui ad regni mentionē subirasci cōsueuerat. Sic Plinius libro septimo, Metelli Macedonici inter quatuor filios, unum L. Metellum diadematum enumerat. Non extra rem uidetur, si & locum Cælij, de isto genere laureæ, libro 13, adduxero, qui sic habet: Dicitur autem diadema βασιλικὸν ἔνδυμα, id est, regium gestamen. exponitur pro fascia candida, quæ regum capitibus obligabatur: quod insigne regium inuenit primus, authore Plinio, Liber pater. Coronam lauream fascia candida præligatā, cum quidam Cæsaris statuæ imposuisset, tribuni plebis detrahi coronæ fasciam, & duci in uincula hominem iusserunt. Alexandrum Magnum legimus, quandoq; sibi diadema detraxisse, uulneri obligādo, quod in fronte acceperat Lysimachus. quā rem portendisse illi regnum ferunt, quod & mox sit consecutus. Adnotatum quoq; in Ammiani Marcellini monumentis est, inuidiæ Pompeio datum ab obtrectatoribus, quòd fascia obligatum crus circumferret, ulceris causa, ueluti nouarū rerum affectationis præsagium id foret. Quin Fauonius amarè non desijt incessere, non admodum referre, qua in parte diadema gestaret. Ex hoc præterea more prodijt Senecæ bracteatū illud: Fasciam solue, multū sub illa mali latet. Hactenus de primo genere. Sequitur secundum, quod inclinante Imperio Augusti capitibus gestabant, aureā uidelicet sphærā, unde fascia similiter in auram diffluebat: quemadmodū in numismatibus ueteribus Romanorū Valentinianus, Gratianus, Valēs, Theodosius, Archadius, Honorius, & alij eius ætatis Augusti repræsentantur. Quod mehercule gestamen fastus atq; Græcorū luxus excogitauit, qui laurū plantam in aurū conuertit. Id uerò quod dicimus, non solum ex sculptura monumentorum nummorumq́ ueterū elicitur, sed confirmari ex ipsis etiā eius ætatis authoribus potest. ueluti hæc habēt loca Marcellini lib. 21. Paruit igitur auitis, quæ per Leonā Constantius scripserat, nulloq́ arbitrio eius promotorū suscepto, præter Nebridiū, Quinquennalia Augustus iam edidit, & ambitioso diademate utebatur, lapidū fulgore distincto, cū inter exordia principatus adsumpta uili corona circundatus erat, xystarchæ similis purpurato. Et rursus lib. 26, loquens de Valentiniano primo: Nicomediā (inquit) itineribus citis ingressus, Cal. Martijs, Valentem fratrē stabulo suo cum tribunatus dignitate præfecit, Indeq; cum uenisset Constan-

Primum genus diadematis laurea fuit.

Secundum genus diadematis.

A

B

A Cōstantinopolim,multa secū ipse deuoluēs, & magnitudine urgente negociorū, iam sese parare considerans,nihil morandū ratus,Cal.April.productū eundē Valentem in suburbanū, uniuersorum sententijs concinentibus (nec enim audebat quisquā refragari) Augustū pronūciauit: decoreꝗ imperatorij cultus ornatū, & tempora diademate redimitū, in eodem uehiculo secum reduxit. Et iterū lib.29: Dumꝗ hæc aguntur,reuerterūt Gildo & Maximus,Bellen è principibus Mazicum & Fericiū gentis præfectū ducētes:eosꝗ Constantinianorū peditū partē Tiganus uenire iusserat, cū tribunis, è quibus unū torquē pro diademate capiti imposuit Fericij.Deniꝗ ea Imperij ætate, ex lauro diadema amplius nō fuisse confectum,idem author lib.20 ostendit,cū Iuliani Cæsaris inaugurationē describit:Impositusꝗ scuto pedestri,& sublatius eminens,populo silente Augustus renunciatus,iubebatur diadema proferre:negansꝗ unquā se habuisse,uxoris colli uel capitis poscebatur.Eoꝗ affirmāte, primis auspicijs nō cōgruere aptari muliebri mundo,equi phalera quærebatur, uti congruā ornatus speciē saltē obscurā superioris prætenderet potestatis.Meminit huiusmodi diadematis Aurelius Victor quoꝗ in Aureliani uita: Iste (inquit) primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gēmisꝗ & aurata omni ueste usus est,quod adhuc ferè incognitū Romanis moribus uidetur. Posset hic quoꝗ locus de tertio genere diadematis accipi, de quo mox dicturi sumus. Alludunt deniꝗ ad hoc genus diadematis, eius de qua locuti sumus,ætatis poetæ.Claudianus libro secundo in Ruffinum:

Iam regale tumens, & principe celsior ibat,
Collaꝗ femineo gestabat mollia gestu,
Imperij certus, tegeret ceu purpura dudum
Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ. Idem in sextū Honorij consulatū:

B *Indicat hunc ciuem, dominos uenisse priores,*
Conspicuas cum flore genas, diademate crinem,
Membraꝗ gemmato trabeæ uiridantia cinctu,
Et fortes humeros, & certatura Lyæo
Inter Erythreas surgentia colla smaragdos.

Et sic intelligitur illud etiam Sidonij Apollinaris:

Concurrunt proceres, & milite circumfuso,
Aggere composito statuunt,ac torque coronant
Castrensi mæstum,donantꝗ insignia regni. Idem in Panegyrico Anthemij:
Iam tu ad plectra ueni,tritus cui casside crinis *Ad diadema uenit rutilū,cui Cæsaris ostrum*
Deposito thorace datur.— Sic Prudentius secundo in Symmachum:
Fluctibus his olim fatum,genius úe,animus ue *Publicus errauit,tandē deprendere rectū*
Doctus iter,caput Augustum diademate cinxit.

Porrò mansit huius diadematis uestigium quoddā in Italia,Gallijs & Belgis,ad nostra usꝗ tēpora:propter ꝗ Romanis isthic Frāci mixti,reliquias aliquas Romanę Maiestatis referāt:ut de Siagrio ac Egidio, in libro emigrationis Francorū fusius ostēdemus.solēt enim principes ac duces illarū prouinciarū,aureā sphęrā gēmis ornatā,quando inaugurant,aut in numismate repræsentātur, capitibus impositā præferre:quemadmodū pileos suffultos Germanię principes ferunt. Iam uerò & illud inquisitione eget,quî factū fiet,ut diadematis appellatio coronę Imperiali,ut modò effingit,accesserit.Qua in re dicā meā coniecturā: euenisse scilicet labēte paulatim ueteri illa Rom. Imperij maiestate, posteaꝗ Romanorū pontificū authoritate ad Germanorū reges ius Imperij esset trāslatū,quia gētibus alioquin illis corona fuerat,quam patrio more retinentes,diadema uetus,diuisum in duas

sectiones, suprà posuerint. Nam si diligenter contuemur diadema Imperiale, inferior sphæra quæ caput tangit, coronã ueterem aureã omnino exprimere uidetur, nisi quòd nostro seculo magis flosculis aureis lapidibusq; preciosis ornetur: superior aũt pars, quæ in altum adsurgit, & supra quã crux refulget, atq; cui infula sacra subiacet, dissectũ planè diadema demonstrat: ueluti si sphæram aureã secueris, sectionesq; rursus per modũ crucis cõiunctas, coronę qua caput præcingitur, imposueris. Atq; id ita esse ut proponimus, inuestitura Austrię Archiducis ostendit: cuius tegumento quod suffultũ & ipsum more Germanorũ Principum uisitur, à Friderico secũdo Cæsare diadema imperiale cõcessum atq; impositũ est. Est aũt illud sphæra aurea, diuisa per mediũ, cuius sectiones mutuò sibi, per modum crucis incũbunt, & apicẽ tegumenti exornant. Neq; in alio Archiducalis tyara ab Imperiali corona differt, quàm quòd diadema in hac corona incumbit, in illa uerò pileo suffulto. Et hactenus de secundi generis diademate. Sequitur TERTIVM genus, quod distinctionis gratia Barbaricum dicere possumus. erat aũt corona tyarę imposita, quemadmodum Persarũ reges, ac Turcarum tyrãnus adhuc gestare cõsueuerunt. Alludit ad id genus diadematis Liuius lib. 4 Dec. 3, de cæde Hieronis regis & tyranni Siciliæ loquens: Hexapylo (inquit) Theodorus & Sosis post solis occasum iam obscura luce inuecti, cum cruentã regiam uestem, atq; insigne capitis ostentarẽt. Meminit subinde huius & Tacitus, puta lib. 2: Igitur in urbe Artaxia (loquitur aũt de rege Armeniorũ, coronato à Germanico) approbantibus nobilibus, circũfusa multitudine, insigne regiũ capiti eius imposuit. Cæteri uenerantes regem, Artaxiam cõsalutauere, quòd illi uocabulum indiderat ex nomine urbis. Idem libro quinto: Debitũ (ait) accipiendo diademati diem hunc concelebrauerant. Surenæ enim gentilibus ius erat, nouo regi primùm diadema ponere. Et iterum libro 15: Satis approbatam uim, datum & lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tyridatem accipiendo diademati in urbem uenire, nisi sacerdotij religione attineretur. Et subdit: Hinc agmina legionum stetêre fulgentibus aquilis, signisq; & simulachris deûm, in modum templi medio tribunal, sedem curulem, & sedes effigiem Neronis sustinebant. Ad quam progressus Tyridates, cæsis ex more uictimis, sublatũ capite diadema imagini subiecit. Sic Dion tradit, Traianum Cæsarem diadema misisse Parthenaspati regi Parthorum, his uerbis: Interea Traianus nouarũ rerum anxius, Parthis, qui iam ad defectionẽ spectantes imperia detrectabant, regem dare cõstituit: propiusq; Ctesiphonta profectus in patentes campos, Romanos simul ac Parthos in concionem uocat, atq; ex suggestu, multa præfatus super his quæ egisset, Parthenaspatẽ Parthorũ diademate imposito designat. Huc pertinent quæ Herodianus scribit libro quinto, cum Heliogabali luxum recenset: Vestitum usurpauit luxuriosum, purpura intextum atq; auro, monilibus & armillis redimitus, coronas item sustinens ad tyaræ modum auro lapillisq; preciosis insignitas. Et rursus libro sexto historiæ Augustæ, cum Artabani regis Parthorum fastum exaggeraret, contra quem Alexander Antoninus Cæsar signa mouerat: Igitur cum ad hunc modum (inquit) tredecim annis, quod quidem ad se attineret, sine querela cuiusquam imperium gubernasset, ecce tibi, haud opinatò, literæ è Syria Mesopotamiaq; redditæ à ducibus: in quibus scriptum esset, Artaxerxem Persarum regem, Parthis iam deuictis, atque Artabano, qui rex magnus primus appellatus est, duplicíq; diademate utebatur, non solum orientis regno, sed uita quoque expulso, subigere uicinos Barbaros. hæc ille. Arbitror autem duplex fuisse diadema, duas in tyara coronas inuicem incumbentes: qualem triplicem hodie gestare Romani Pontifices, & quintuplicem Turcarum tyranni consueuerunt. De hoc diadematis ge-

Tertium genus diadematis barbarorum.

A tis genere intelligendus est & ille locus Marcellini lib. 19 de Sapore rege Persarũ: Insidens autem equo ante alios, celsior ipse præibat agminibus cunctis, aureũ capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans, multiplici uertice dignitatum. Tale fortasse diadema fuit, cuius mentionẽ facit Sextus Aurelius Victor in Caligula: Primus (inquit) diademate imposito, Dominum se iussit appellari. Qui locus de communi laurea ac fasciato diademate accipi non potest, quod multo antè Cæsar dictator usurpare cœperat: quanquam forsan negandum non esset, Barbaros reges primis temporibus lauream illam fasciatam, uel solam fasciam colligatam gestasse: quemadmodum tres Magi siue reges, qui stella duce CHRISTVM ab oriente quærentes adorauerunt, in uetustioribus picturis exprimuntur. Atq; de diademate siue laurea, præligata fascia, hæc ferè ex fide historica, quæ diceremus, habuimus. Sequitur LAVREA TRIVMPHALIS, quæ eadem cum laurea cõmuni erat, nisi quòd folijs maioribus rubentibusq; baccis dependentibus eligebatur, quo non minus in triumpho, atq; superiori illa aurea, & ante constitutum Imperium potissimum Romani utebantur. Ad quã allusisse putandus est Cicero in Epistolis: Quem ego currũ (inquit) aut quam laureã, cũ laudatione tua conferrẽ? Et rursus, in oratione in Pisonẽ: Quid cõfecto formidulosissimo bello, coronam illam lauream decerni uolebas à senatu. Et in oratione de Prouincijs consularibus: In Capitolium inuehi cum insigni illa laurea. Meminit illius & Liuius lib. 7 Decad. 1: Tum uincere cupimus, tum duce te uincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire. Huc pertinet quod Aurelius Victor in Augusto scribit: Iactantisq; esse ingenij, & leuissimi dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminum, securitatem ciuium præcipitare. Por-

Laurea triumphalis.

B rò originem, quamobrem laurum, tanto isto in illorum republica honore coluerint atq; celebrarint, ostendit Virgilius lib. 7 Aeneidos hocce carmine, cum Latini regis aulam describit:

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multosq; metu seruata per annos:
Quam pater inuentam, primas cum conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentisq; ab eo nomen posuisse colonis.

Hic silentio transeundũ non est, quando de triumphali hic corona agimus, tertium genus illius, præter aureã scilicet, lauream'q;, extitisse æreã: cuius meminisse uidetur Aurelius Victor in Caligula, his uerbis: In spacio trium millium, quod in sinu Puteolano inter moles iacet, duplici ordine naues contexens, arenæ aggestu, ad terræ speciẽ uiam solidatam, phalerato equo, insignisq; ærea corona, quasi triumphans indutus aureo plaudamẽto, curru bijugi decucurrit. LAVREA POPVLARIS, quæ uictoribus imponebatur, uel quam gestare in publica lætitia etiã priuatis licebat, adeò ut aliquando integras legiones ita coronatas incessisse constet. Erat aũt ex simplicis & cõmunis lauri folijs, sine baccis contexta, quã in frontispicio Operis nostri dedimus. Ad quã alludere uidetur T. Liuius lib. 5 Decad. 5: Et legiones ex Illyrico laureatæ urbẽ inibunt, & nauales socij, & Macedonicæ legiones, suo abrogato triumphos alienos spectabũt. Meminit illius & Suetonius in Augusto, cap. de Honore eidẽ per senatũ collato: Primò plebs (inquit) legione Antiũ missa, deinde quòd nõ recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequẽs & laureata. Huc pertinent, quæ Herodianus scribit libro 8 historiæ Augustæ, cum necẽ Maximini describeret in obsidione Aquileiæ: Dum hæc ad Aquileiam geruntur,

Laurea popularis.

runtur, interea equites, qui Maximini caput Romam ferebant, magno studio ac- A
celerantes, patentibus ubiq; portis, ac laureata popularium frequẽtia excepti. Et iterum: Quin exercitus etiam, inquit, qui Aquileiam circũsederat, pacato habitu prodibat laureatus. Idem lib. 1 historiæ Augustæ, quum Commodum Cæsarem Romæ exceptũ describeret: Sed ubi Romã appropinquauit, senatus statim uniuersus, populusq; Romanus magno pro se quisq; anteuertendi studio effusi, laureatiq;, ac flores omnifariã, quos dabat anni tempus conferentes. Et iterũ lib. 2, cum Pertinacem ad Imperium adscitum recenset: Mox iurati de more in illius nomen, factaq; re diuina laureati omnes populus atq; exercitus prosequebãtur. Et subdit: Quocirca meritò omnes, postquam aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerunt, insueta re perterriti, cũ neq; stare contrà, neq; prohibere auderent, ibant obuiam laureati, portisq; eum patentibus excipiebant. Et mox iterum eodem libro: Seuerus cum reliquo exercitu instructo armis, Romã petijt, attonitis metuentibusq; pariter primo aspectu Romanis, audaciamq; uiri & fortunam animo repetẽtibus: quem quidem senatus populusq; uniuersus laureati exceperũt. Idem lib. 3 eiusdẽ historiæ, cũ Septimij Seueri Cæsaris triumphũ explicat: Occiso & uicto Albino hoste, confectoq; magna uelocitate itinere, quemadmodum consueuerat, infestus adhuc superstitibus Albini amicis, Romam intrat, occurrente laureato populo, ac magno honore faustisq; acclamationibus excipiente. Et rursus libro quarto, cum Bassiani ac Getæ in urbem introitum describit: Postquã ue rò in urbem peruentũ, populus eos uniuersus laureatus excepit, & senatus consalutauit. LAVREA flaminea, quo flamines in suis utebantur sacrificijs, testante hoc carmine Prudentij in Apotheosi:

Flaminea laurea.

Flamen & ipse suas miratur uertice laurus
Cedere, & incertum frustratur uictima ferrum. B

Et hactenus quidẽ de ijs quæ ex lauro fiebãt coronis. Succedunt aliæ adhuc quædam, ex alijs plantis uel herbis confectæ: graminea, quercea, oleaginea, myrtea, & quæ ex lentisco, apio, & alijs nectebatur: de quarum singulis ordine dicemus. GRAMINEA corona, quæ & obsidionalis, liberatori obsidionis, ab his qui obsessi fuerant, donabatur: de qua Gellius lib. quinto Noctium Atticarũ, capite sexto: Obsidionalis est (inquit) quã hi qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruariq; solitum, ut fieret è gramine, quod in eo loco generatũ esset, intra quẽ clausi erant qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam S. P. Q. R. Quinto Fabio Maximo dedit, bello Pœnorũ secundo, quòd urbem Romam obsidione hostium liberasset. Plura de splendore huius coronæ scribit Plinius lib. 22 historiæ Naturalis, cap. 3: Corona quidem nulla fuit (inquit) graminea nobilior, in maiestate populi terrarũ principis, præmijsq; gloriæ: Gemmatæ & aureæ, uallares, murales, rostratæ, ciuicæ, triumphales, post hanc fuere: suntq; cunctæ magno interuallo, magnaq; differentia. Et addit capite sequenti: Decreuit in triumphis senatus, cura belli solutus, & populus ociosus: graminea nunquam nisi in suprema desperatione, cõtigit ulli, nisi ab uniuerso exercitu seruato, decreta. Cæteras imperatores dedere, hanc solã miles imperatori. Eadem uocatur obsidionalis, liberatis obsidione, abominandoq; exitio, totis castris. Quòd si ciuicæ honos uno aliquo, ac uel humillimo ciue seruato, præclarus sacerq; habetur: quid tandem existimari debet, unius uirtute seruatus uniuersus exercitus? Dabatur hæc uiridi è gramine, decerpto inde ubi obsessos seruasset aliquis. Namq; summũ apud antiquos signum erat uictoriæ, herbã porrigere uictos: hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos constat. Idem capite sexto eiusdem libri,

Corona graminea.

A bri, copiosius de corona obsidionali graminea locutus, ita scribit: Donatus est ea & L. Sicinius Dentatus semel, cum ciuicas quatuordecim meruisset, depugnassetque centum & uiginti prælijs, semper uictor. Tanto rarius est senatorem unum à seruatis donari. Quidam imperatores & sæpius donati sunt, ueluti P. Decius Mus, tribunus uidelicet militum ab exercitu: altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris authoritas. Et subdit: Data est à senatu populoque Romano (qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco) Fabio illi, qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Et iterũ post pauca subiungit: Præter hos contigit eius coronæ honos M. Calphurnio Flammæ, tribuno militũ in Sicilia: centurioni uerò uni ad hoc tempus, Cnæo Petreio Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo, exclusam ab hoc legionem suam hortatus, tribunũ suum dubitãtem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Et postea concludens subiungit: Hæc corona Sertorio etiam cessit. Aemilianum quoque Scipionem, Varro author est, donatũ obsidionali in Aphrica, Manlio Cos. tribus cohortibus seruatis, totidemque ad seruandas eas eductis: quod & statuæ eius in foro, diuus Augustus adscripsit. Ipsum Augustum cum M. Cicerone filio consulem, Idibus Septembribus senatus obsidionali donauit. hæc Plinius. Alludit porrò ad huiusmodi coronam T. Liuius libro septimo Decadis primæ, cum Romanũ exercitum in saltu à Samnitibus obsessum, à Decio liberatum ostendit: Secundum consulis donationem (inquit) legiones gramineã coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponũt, altera corona eiusdem honoris index à præsidio suo imposita est. Huc

B pertinet quod scribit Marcellinus lib. 24, cum Iulianum expugnantẽ Ctesiphonta in Persia commemorat: Ita nunc enituerũt (inquit) hi qui fecere fortissima, obsidionalibus coronis donati, & pro concione laudati, ueterum more. Et sic pariter intelligitur hoc Claudiani carmen in Panegyrico Olybrij & Probini:

Haud procul exacto, lætus certamine uictor
Cespite gramineo consederat, arbore fultus
Accliues humeros: dominum gauisa coronat Terra suum.—

QVERCEA corona, quæ & ciuica, hoc est, quòd ob ciuem seruatũ donatur, ex folijs quercus nectebatur, propterea quòd is antiquissimus cibus esset, & ipsi Ioui sacra arbos, sub cuius tutela & ciuitates olim fuere, ut Plutarchus in Problematibus tradit. A' quo genere coronæ, Coriolano in perpetuũ nomẽ mãsit. Hęc & ilignea quondã, & ex esculo arbore fieri solebat, quæ nõ solũ ob ciues seruatos dabatur, uerumetiã si quis in obsidione hostẽ irrumpere conatũ occidisset. De qua Plinius lib. 26 historiæ Naturalis, cap. 4 sic scribit: Imperatore Cornelio Cosso Cos. Samnitiũ bello, ciuica iligna primò fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. Variatumque & hoc cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantũ honore glandis. Additę leges arctæ, & ideo superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa, quę sub ipso Ioue datur, cuique muros patria gaudens rumpit: Ciuem seruare, quàm hostem occidere: Vtque eum locum in quo sit actum, hostis obtineat eo die. Vtque seruatus fateatur: aliàs testes nihil prosunt: Vt ciuis fuerit. Auxilia quamuis rege seruato, decus id nõ dant. Nec crescit honos idem Imperatore conseruato, quoniam conditores in quocunque ciue summũ esse uoluerunt. Accepta licet uti perpetuò. Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab senatu, in more est. Sedendi ius in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique & auo paterno. Quatuordecim eas accepit Sicinius Dentatus, ut retulimus suo loco: sex Capitolinus: is quidẽ & de duce Seruilio. Aphricanus de patre accipere uoluit apud Trebiam. O' mores æternos, qui tãta opera honore solo donauerint: & *Corona quercea & ciuica.*

cum reliquas coronas auro commendarẽt, salutem ciuis in precio esse uoluerint: A
clara professione, seruari quidem hominem nefas esse lucri causa. Hæc Plinius.
Addit A. Gellius quinto Noctiũ Atticarum: Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testẽ uitę salutisq́; perceptæ dat. Ea fit è fronde querna, quoniam cibus uictusq́; antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximũ est: sicut scriptum est in quadam comœdia Cęcilij: Aduehuntur (inquit) cũ ilignea corona & chlamyde, dij nostram fidem. Massurius aũt Sabinus in undecimo librorum memorabilium, ciuicam coronam tum dari solitam scribit, cum is qui ciuem seruauerat, eodem tempore etiam hostem occiderat, neq; locum in ea pugna reliquerat. Aliter ius ciuicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an ciuicam coronam capere posset, qui ciuem in prælio seruasset, & hostes ibidem duos interfecisset: sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset, eoq́; loco hostes potiti essent: rescripsisse dicit, eum quoq; ciuica dignum uideri, quòd appareret, è tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri nõ quiuerit. Hac corona ciuica L. Gellius uir Censorius donari in senatu Ciceronẽ consulem à republica censuit, quòd eius opera atrocissima illa Catilinæ cõiuratio esset detecta, uindicataq́;. hæc Gellius. Cuius rei atq; iudicij de ciuica sibi conferenda, meminit ipse Cicero quoq; in Pisonem: Is mihi ciuicam coronam (inquit) deferri à republica dixit. Et rursus pro Planc. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut se ab aliquo seruatos esse fateantur, & coronam ciuicam dent. Ad huiusmodi genus coronæ alludit Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Quo prælio Ruffus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq́; est ab Apronio torquibus & hasta. Cæsar addit ciuicam coronam: quòd non eam quoq; Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis, quàm offensus. Et iterum libro decimoquinto: Simul suas legiones adire, hortari, priorũ admonere nouam B
gloriam ostendere: non uicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasq́; in his legiones, precium laboris peti. & singulis manipularibus præcipua seruari, cuius corona Imperatoria manu tribueretur. quod illud, & quantum decus, ubi par eorum numerus adipisceretur, qui attulissent salutem, & qui accepissent. Idem libro decimosexto: Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id tẽporis erat. Eò missus centurio, qui cædẽ eius maturaret. Causa festinandi ex eo oriebatur, quòd Ostorius multa militari fama, & ciuicam coronam apud Britanniã meritus, ingenti corporis robore armorumq́; scientia, metum Neroni fecerat, ne inuaderet pauidum semper, & repentè nuper coniuratione magis exterritum. hæc ille. Meminerunt huius & reliqui historiarum authores. Capitolinus in Marco, cum uictoriam de Parthis auspicio Marci relatam recenset: Corona præterea ciuica oblata est ambobus, petijtq́; Lucius, ut secum Marcus triumpharet. Sic Fl. Vopiscus in historia Probi: Et hæc quidem epistolæ declarant. Nunc, quantum ex ephemeride colligi potuit, cum bello Sarmatico iam tribunus, transmisso Danubio, multa fortiter fecisset, publicè in concione donatus est hastis puris quatuor, coronis uallaribus duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera sacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore Valerium Flaccum adolescentem nobilem, parentem Valeriani, è Quadorum liberauit manu: unde illi Valerianus coronam ciuicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: Suscipe Probe præmia pro republica, suscipe coronam ciuicam pro parente. Huc pertinent quæ Appianus Alexandrinus scribit libro secundo belli Ciuilis, loquens de Cæsare dictatore: Figuræ multiformes eius statuis inscriptæ: quarum nonnullis coronæ ex quercu

additæ,

A additæ, ueluti seruatori patriæ, quibus olim ciuem clypeo tegentes ornabantur. Extollit hanc coronam & Tranquillus: Prænomen quoq; Imperatoriũ (inquit) clementiæ quoq; Patris patriæ, & ciuicam in uestibulo coronam recusauit. Describit magnificentiam huius coronæ & Festus: Ciuicæ coronæ (inquit) militum uirtutis insigne clarissimum: iampridem uerò & clementiæ Imperatorum, postquam ciuilium bellorum pro fano meritum accepit, uideri ciuem nõ occidere. Et sic rectè intelliguntur loca poetarum. Lucani primo Pharsaliæ:

Lælius, emeritiq; gerens insignia doni,
Seruati ciuis, referentem præmia quercum.

Et Ouidij in Metamorph.

Postibus augustis eadem fidissima custos,
Ante fores stabis, mediamq; tuebere quercum. Et alibi:
State Palatinæ laurus, prætextaq; quercu
Stet domus, æternos tres habet una deos.

Maiestatem insuper huius coronæ Polybius etiam exaggerat in libello de Castrametatione Romana: Similiter etiam eorum, inquit, qui propagauerint seruauerintq; aliquem ciuium sociorum'ue, tum Imperator indicat, insignesq; reddit muneribus: tum uerò tribuni seruatos decreto cogunt, nisi id sponte faciant, seruatorem coronare: colitq; hunc præterea Senatus per omnem uitam, tanquam parentem, omniaq; ei oportet ut exhibeat, ut genitori. Talis est & apud Claudianum locus in tertia Panegyri ad Stiliconem:

Mos erat in ueterum castris, ut tempora quercu
Velaret, ualidis fuso qui uiribus hoste,
B *Casurum potuit morti subducere ciuem.*
At tibi quæ poterit pro tantis ciuica reddi
Mœnibus, aut quantæ pensabunt facta coronæ?

Idem in Panegyrico Probini & Olibrij:

Hunc igitur muralis honos, hunc ciuica quercus —*Nexuit.*

MYRTEA CORONA oualis erat, & in minori triũpho usurpata, itemq; in nuptijs, propterea quòd Veneri myrtus sacra esset. Meminit Aul. Gellius libro quinto Noctium Atticarum, capite sexto: Oualis uerò corona myrtea est, ait. Ea utebantur Imperatores, qui ouantes introibant urbem. Ouandi autem, ac non triumphandi, causa est, cum aut bella non ritè indicta, neq; cum iusto hoste gesta forent: aut hostium nomen humile & non idoneum esset, ut seruorum, piratarumq;: aut deniq; ubi deditione repentè facta, in puluere (ut dici solet) incruentaq; uictoria. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quòd non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret. Hanc myrteam coronam M. Crassus, cum bello fugitiuorum confecto ouans rediret, insolenter aspernatus est: senatusq; consultum faciundum per gratiam curauit, ut lauro, non myrto coronaretur. Huc alludit Virgilius quarto Aeneidos: Myrtea.

—*Sic fatus, uelat materna tempora myrto.*

Sidonius Apollinaris in Panegyrico Athemio dicto:

Hos thalamos Ricimer, uirtus te pronuba poscit,
Atq; Dionæam dat Martia laurea myrtum.

Claudianus in nuptijs Honorij & Mariæ:

— *Alij funalibus ordine ductis*
Plurima uenturæ suspendite lumina nocti.
Hi nostra nitidos postes obducere myrto *Contendant.*—

Oleaginea. OLEAGINEA CORONA, siue ex oleastro, duplici casu tribuebatur, uel (ut Gellius libro quinto est author) ijs qui triumphum procurabant, tametsi prælio non interfuissent: uel dabatur uictoribus in certaminibus Hieronicis, qui cantu uidelicet in Olympijs uicissent. Hinc illud est Aristophanis in Pluto, Iouem uictores athletas coronare, ut ille græcè scribit, κοτίνῳ στεφάνῳ, id est, oleastri corona. Huc alludit Horatius Epistolarum libro primo, epistola prima, hoc carmine: A

Quis circum pagos, & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?

Inuenitur & tertius casus, quo isthæc tribuebatur corona, cum uidelicet oratores pro pace mittebantur: supplicumq; nota hæc erat. ad quam alludit Virgilius septimo Aeneidos:

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet; ramis uelatos Palladis omnes:
Donaq; ferre uiro, pacemq; exposcere Teucris.

Describit huiusmodi coronam & Prudentius poeta, secundo in Symmachum:

Cum galeam sub fronde oleæ, cristasq; rubentes
Concutio, uiridi uelans fera cingula serto.

Pineæ coronæ, & ex apio. PINEA, & ex apio, coronæ uictorum in ludis ueteribus erant: in Hieronicis quidem & Isthmijs pinea, in sacris Nemeæ ex apio factæ. Alludit ad has Cor. Tacitus lib. 15 in Neronis historia: Non tamen Romæ incipere scenas ausus, Neapolim quasi Græcam urbem delegit. Inde initium fore, ut transgressus in Achaiam, insignesq; & antiquitùs sacras coronas adeptus, maiore fama, studia ciuium eliceret. Meminit & Trebellius Pollio in Galieno: Nam cum taurum ingentem in arenam misisset, exissetq; ad eum feriendum uenator, neq; productũ decies potuisset occidere, coronam uenatori misit. mussantibusq; cunctis, quid rei esset quòd homo ineptissimus coronaretur, ille per præconem edici iussit: Taurum toties ferire, difficile est. Huc pertinet quæ Plinius scribit libro decimonono. Honos ipsi apio in Achaia coronare uictores sacro certamine Nemeæ. Et sic intelligendi sunt hi Satyrici uersus, de flagitijs Neronis loquentis: B

Hæc opera, hæ sunt generosi principis artes,
Gaudentis sede peregrina, ad pulpita saltu
Prostitui, Graiæq; apium meruisse coronæ.

Seruilis corona. CORONA seruilis erat ex ignobilibus flosculis, qua seruus uendendus publicè tanquã signo quodã prostabat, ut prætereuntes scirẽt hoc fore uenale mancipiũ, quod hodie Germani in equorũ uenditione obseruamus. Hinc prouerbiũ ortũ, Sub corona uendere. de quo Gellius lib. 7 Noctiũ Atticarum cap. 4 hæc scribit: Sicuti, inquit, antiquitùs mancipia iure belli capta coronis induta ueniebant, & idcirco dicebantur sub coronis uenire, namq; ut ea corona signum erat captiuorum uenaliũ: ita pileus impositus demonstrabat, eiusmodi seruos uenũdari, quorum nomine emptori uenditor nihil præstaret. Est autem alia rationis huius opinio, cur dici solitũ sit captiuos sub corona uenundari, quòd milites custodiæ causa captiuorum uenalium greges circumstarent, eaq; circumstatio militum corona appellata sit. Sed id magis uerum esse, quod suprà dixi, Cato quoq; in libro quem composuit de Re militari, docet. Verba sunt hæc Catonis: Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatũ eat, quàm re malè gesta coronatus ueniat. Lentiscinæ coronæ. LENTISCINA, itidẽ spectaculis familiaris auro miscebatur, ut illa

A ut illa Plinij uerba libro uigesimoprimo capite tertio cōtestantur: Crassus diues, primus argento auroq́ folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesserūt quoq́ & lentisci, quas adijci ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscos, quibus iungi nisi aurei non debebant. Eas primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteatasq́ etiam Philyræ dedit: semper tamen authoritas uel ludicro quæsitarum fuit. Namq́ ad certamina in circū per ludos & ipsi descendebant, & seruos quoq́ suos mittebant. CUPRESSEA in funeribus celebrabatur, propterea quòd huius arboris ramus excisus non renasceretur: sicut ex mortuo corpore nihil est amplius sperandum. ut author est Festus. Plura Plinius libro uigesimoprimo, capite tertio. Describit usum in sacrificijs ac parentationibus, Prudentius in Apotheosi, hoc carmine: Cupressea corona.

Forte litans Hecaten placabat sanguine multo,
Pontificum festis ferienda securibus illic
Agmina uaccarum steterant, uitulasq́ reuincta
Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.

VERBENACEA lustralis erat, in sacrificijs & expiationibus adhibita, ad quam item Prudentius in Apotheosi alludit hoc carmine: Verbenacea.

Nescio quod nomen nostris interuenit aris,
Quàm sufferre queant spumantia cymbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, uerbena corona,
Accitas uideo longè dispergier umbras.
Territa Persephone uertit uestigia retrò.

FLORIDA corona ex flosculis uarijs, quæ hodie serta dicuntur, in exceptione Florida. B principū & nuptijs usurpabātur. Ad quod genus alludit Cic. in Epistolis ad Atticum: Rescripsit se coronā habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia. Huc alludit & Suetonius in Nerone: Dehinc diruto Circo maximo per Velabrū forumq́, Palatium & Apollinē petijt. Incedenti passim uictimæ cæsæ, sparso per uias identidem croco. Sic Herodianus lib. 1 historiæ Augustæ, cum Commodi in urbem aduentum describeret: Talem igitur Imperatorem faustis ominibus, acclamationibusq́, & coronarum florumq́ sparsionibus exceperunt. Et libro quarto, de apparatu nuptiarum loquens: Sed barbarorū magna multitudine, floribus indigenis coronati, atq́ induti uestes auro diuersisq́ coloribus, festum agitabāt, ad tibiarum fistularumq́ & tympanorū sonitus saltātes. Et rursus libro quinto, cum Heliogabali solennia describit: Militesq́ eum utrinq́ retentabant, quo tutius retrocederet, discurrente etiam cum facibus utrinq́ populo, & coronas floresq́ iaciente. Porrò de antiquitate huius generis coronarum, quod & hodie superest, & in solennibus nuptiarum pręcipuè celebratur, extat locus elegans apud Pliniū lib. 16, cap. 4: Longū est, nec ex institutione operis disserere, quis'nā Romanorum primus acceperit. Neq́ enim alias nouerant, quàm bellicas. Quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera, quàm cunctis. Romulus frondea corona Hostum Hostilium, quòd Fidenā primus irrupisset. auus hic Tullij Hostilij regis fuit. Decium patrem tribunum militum, frondea donauit exercitus ab eo seruatus. Idem lib. 21 cap. 4, de rosis tractans: Vsus eius in coronis (inquit) propè minimus est. Et addit cap. 3 præcedēte: L. Fuluius Argentarius bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisset, ex auctoritate senatus in carcerem ductus, non ante finem belli emissus est. Huc pertinet quod scribit Appianus Alexādrinus libro tertio Ciuilis belli: Confirmata porrò duabus legionibus præmia, quæ ab Antonio perfugerant, singulis

 uideli-

uidelicet militibus, quæ pollicitæ olim fuerant, ex publico drachmæ quinque mille A quasi uictoribus, concessumque solennibus diebus corona florida uti. Et de hisce coronis sunt intelligenda loca poetarum. Lucretij:

Et cum scena croco Cilici perfusa recens est. Papinij:
Ver Arabum Cilicumque fuit, floresque Sabæi,
Coryciæque comæ. —

Propertij libro quarto:

Pulpita solennes non oluere crocos. Item:
Et Cilices nimbis hic maduere suis. Martialis:
— Rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso permaduisse croco.

Horatij libro primo Odarum:

Suspecta Cyrum nec male dispari,
Incontinentes inijciat manus,
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamque uestem.

Claudiani in Panegyrico Olybrij & Probini:

Ascendit Romana salus, magnisque coronis
Coniugium fit, &c. —

Spiceæ & pampineæ coronæ. CORONAE SPICEAE ET pampineæ recitantur à Tacito libro undecimo: Verùm nocturnæ quietis species alteri obiecta, tanquam uidisset Claudium spicea corona euinctum, spicis retrò conuersis, eaque imagine grauitatem annonæ dixisset, quidam pampineam coronam albentibus folijs uisam. *Siligineæ.* CORONAE siligineæ ex panibus commemorantur Fla. Vopisco in Aureliano: Non prætereundum uidetur, quòd & populus memoria tenet, & fides historica frequẽtauit: Aurelianum eo tempore, quo proficiscebatur ad orientem, bilibres coronas populo promisisse, si uictor rediret: & cum aureas populus speraret, neque Aurelianus aut posset, aut uellet, coronas eum fecisse de panibus, qui nunc siliginei uocantur, & singulis quibusque donasse: ita ut silígineum suum toto æuo suo unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. *Corollæ. Corollaria.* COROLLAE, siue corollaria, omnes minores coronæ dicebantur: & per metaphoram quæcunque rebus uel emptis, uel alio modo comparatis adijciebantur. De quibus Cicero in Lege frumẽtaria: Noli hos intelligere, qui mulis corrigatis, de nepotum bonis ac de scenicum corollarijs decimam emerunt. Et rursus: De uno igitur aliquid resecandum ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium adderetur. Et rursus prima in Verrẽ: Qui nummulis corrogatis de scenicorum corollarijs cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis uenerunt. Suetonius in Augusto: Itaque corollaria & præmia in alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra & grandia de suo offerebat. Sic Plinius libro uigesimoprimo, capite secundo: Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollarijs, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Idem Cleopatram Antonio cœnę corollariũ dedisse scribit, significans suprà cœnæ taxationem, quam se sponsore interposito, sumptuosissimè Antonio paratura promiserat.

CAP.

CAP. XIX. DE STATUARUM ORNAMENTIS, earumq; generibus & differentijs.

A VAE hactenus à nobis de prærogatiuis dicta sunt, ea omnia uiuis concedebantur: quæ uerò mortuis, ob aliqua in rempublicam merita decernebantur, deinceps nobis ad fidem rerum enarrabuntur. E' quorum numero præcipuæ statuæ fuerunt triumphales, equestres, pedestres, coronatæ, laureatæ, tripedaneæ, togatę, loricatæ, & colossæ: de quorum singulis suo ordine à nobis dicetur, si prius statuarum originem docuero. De qua nemo melius quàm Plinius scripsit, libro tricesimoquarto, capite quarto, in hæc uerba: Romæ simulachrum ex ære factum, Cereri primùm reperio ex peculio Sp. Casśij, quem regnum affectantem, pater ipsius interemerat. Transijt & ab dijs ad hominũ statuas atq; imagines multis modis. Antiqui pingebant eas bitumine, quo magis mirum est, placuisse auro integere. Hoc nescio, an Romanum fuit inuentum: certè etiam Romæ non habet uetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, & primò sacrorum certaminũ uictoria, maximeq; Olympiæ: ubi omnium qui uicissent, statuas dicari mos erat. Eorum uerò qui ter ibidem superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas uocant. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & reges Romæ pulsi. Excepta deinde res est à toto orbe terrarum, humanissima ambitione. Et iam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prærogariq; memoria hominum, & honores legendi æuo basibus inscribi, ne in sepulchris tantum legerentur. Mox forum & in domibus priuatis factum, atq; in atrijs. Honos clientum instituit sic colere patronos. Hæc ille. Ex quibus liquet, statuas à sepulchris differre: quod tumuli quidam scilicet sine statuis forent, item statuæ quædam extra sepulturæ loca in publicis foris poni solitæ fuerint, unde est illud Ciceronis nona Philippica: Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis. hæc Cicero. Apparet tamen, consuetudinem fuisse tempore Macedonici belli, statuas iam sepulchris addere. Cuius rei meminit Liuius libro octauo Decadis quartæ: Multa alia in Scipionis exitu maximè uitæ, dieq; dicta, morte, funere, sepulchro, in diuersum trahunt, ut cui famæ, quibus scriptis assentiar, non habeam: non de accusatore conuenit. Alij M. Næuium, alij Petilios diem dixisse scribunt. Non de tempore quo dicta dies sit, non de anno quo mortuus sit, non ubi mortuus aut elatus sit. alij Romæ, alij Lynterni & mortuũ & sepultũ: utrobiq; monumẽta ostenduntur, & statuæ. Nam & Lynterni monumentum, monumentoq; statũa superimposita fuit. quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur, tertia poetæ Q. Ennij. hactenus Liuius. Porrò uidetur & illud ad ueram explicationem statuarum pertinere, quòd omnes statuæ Romanis aut ex lapidibus fiebant, aut ære, aut ebore deniq;. Et in hoc ab imaginibus differebant: quòd hæ uel ex cera uel pictura monstrabantur, & quidem priuatis maximè locis, cum statuę publicè ab omnibus conspicerentur. Vnde Cicero pro Archia poeta: Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporum. Et iterum in oratione pro Domo sua: Eius simulachrum è marmore in sepulchro positum fuit. Sic Tacitus in fine historiæ Iulij Agricolæ Soceri: Vt omnia facta dictaq; eius secum reuoluat, famamq; ac figuram animi quàm corporis complectantur: non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore aut ære finguntur. Huc alludit & Tranquillus in Tiberio: Etiam statuas atque imagi-

Origo statuarum.

B *Statuæ à signis & imaginibus diuersæ.*

Ex quibus fiebant statuæ.

imagines, nisi permittente se poni prohibuit. Atque tantum de discrimine statuarum & imaginum. Differebant statuæ præterea & signis quoque: quòd hæc simulachra minora fuerint, ex metallis duntaxat confectæ, & ipsorum deorum duntaxat imagines repræsentantia. Atque de discrimine hactenus. nunc quibus statuæ solitæ fuerint collocari, differendum. Reperio autem uni multas positas, non uno eodemque nomine, nec unius eiusdemque generis: qua de re Plinius libro trigesimoquarto, capite sexto sic scribit: Nullique arbitror plures statuas, quàm Phalereo Demetrio Athenis. Siquidẽ CCCLX statuêre, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerũ dierum excedente. Statuerant Romę etiam in omnibus uicis C. Mario Gratidiano tribus, ut diximus, easdemque subuertêre Syllæ introitu. Huc facit illud Ciceronis in Officijs: Omnibus uicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei. Cæterùm statuæ tametsi non nisi excellentibus uiris ponebantur, his tamen non omnibus, sed qui aut obsidione urbem liberassent, aut qui ingens aliquod ac reipublicæ perniciosum bellum finierant, aut sapientia denique, doctrinaque præter cæteros splenderent. Inuenio & fœminis claris, aut ob pudicitiam, aut aliud quoduis beneficium in rempublicam statuas in locis fuisse publicis positas. Qua de re Plinius libro trigesimo quarto Naturalis historiæ, capite sexto sic scribit: Publicè autem ab exteris posita est Romæ C. Aelio tribuno plebis, lege perlata in Septimium Statilium Lucanũ, qui Thurinos bis infestauerat: ob id C. Aelium Turini statua & corona aurea donarũt. Iidem postea Fabricium donauere statua, liberati obsidione, passimque cliẽtes in clientelas sunt ita recepti, & adeò discrimen omne sublatum, ut Hannibalis etiam statuæ tribus locis uisantur in ea urbe, intra cuius muros solus hostium emisit hastam. Et subdens: Inuenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitij positas, cum bello Samnitico Apollo Pythius fortissimo Græcorũ gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulachra celebri loco dicari, donec Sylla dictator ibi curiã faceret. Mirumque est, illos patres Socrati, cunctis ab eodem deo sapientia prelato Pythagorã prætulisse, aut tot alijs uirtute Alcibiadem, aut quenquã utroque Themistocli. Porrò de statuis, fœminis positis, Plinius libro eodẽ cap. 5 testatur: Alia causa, inquit, & alia authoritas maior in Horatij Coclitis statua, quæ durat hodieque, cũ hostes à ponte sublicio solus arcuisset. Equidẽ & Sibyllæ iuxta rostra esse nõ miror, tres sint licet: una, quam Sex. Pacuuius Taurus ædilis plebis instituit: duæ, quas M. Messala. Primas putarem has, & Actij Nauij, positas ætate Tarquinij Prisci, nisi regum antecedentium essent in Capitolio. Et rursus cap. 6 eiusdem libri: Inuenitur & statua decreta Taraciæ Caiæ, siue Suffetię uirgini Vestali, ut poneretur ubi uellet: quod adiectum non minus honoris habet, quàm fœminæ esse decretam. Meritum eius ipsis ponam Annalium uerbis: Quòd campum Tyberinum gratificata esset ea populo. Atque de his quibus positę fuerint, dictũ est abundè. Iam quibus potissimũ locis collocatæ sint, edisseram. Inuenio uerò positas extitisse tribus potissimum locis, foro uidelicet publico, templis, & in curijs familiarum, siue prosapiarũ. Hinc Cicero in Pisonem: Is statuam ipsius persimilem, quam stare celeberrimo in loco uoluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur. Idem in Epistolis ad Atticum: Lepido statuam in rostris statuimus. Et alio loco de Finibus bonorũ: Statua est in Ceramico Chrysippi. Et de Natura deorum: Statua (inquit) Scipionis quę ad Opis per te posita in excelso est. Et ad Q. fratrem epistola: Ad Telluris quidẽ etiam tuam statuam locaui. Et pro rege Deiotaro, in priuatis ædibus consecratas statuas ostendens: Qui tibi (inquit) statuam in meis ædibus posui. Præterea usum huius ornamenti, & quamobrem positæ nobili illa in republica fuerint, eleganter describit Marcellinus libro decimoquarto historiæ Augustæ: Ex suis, inquit,

Quibus statuæ poni solitæ.

Quibus locis positæ statuæ.

A inquit, quidã ęternitati se cõmendari posse per statuas æstimãtes, eas ardenter adfectant, quasi plus præmij ex figmentis æreis sensibus carentibus adepturi, quàm ex conscientia honestè rectéq; factorum: easq; auro curant imbracteari, quod Acilio Glabrioni delatum est primò, cum consilijs armisq; regem superasset Antiochum. Quàm aũt sit pulchrum, exigua hæc spernentem, & minima ad ascensus ueræ gloriæ tendere longos & arduos, ut memorat uates Ascræus, Censorius Cato monstrauit. Qui interrogatus, quamobrem inter multos nobiles statuam nõ haberet: Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id nõ meruerim, quàm quod est grauius, cur impetrauerim mussitare. hæc ille. Notatu dignum est, neq; extra rem, quod hic recenseatur: quòd statuæ interfectis Imperatoribus, uel quibus imperium abrogabatur, publicè & impunè deijciebantur. ut ex his Herodiani uerbis libro septimo apparet, cum de abrogatione imperij Maximini disserit: Igitur statuæ ac imagines Maximini, cæteriq; honores statim conuulsi. Hoc confirmat & Capitolinus in Gordianis: Deniq; Philippus cum eum interfecisset, neq; imagines eius tolleret, neq; statuas deponeret, neq; nomẽ abraderet. Et hactenus in genere de statuis, quæ dicenda erant. nunc adeò per species progrediemur. *Mos deijciendi statuas.*

TRIVMPHALIS statua, quæ & illustris nominabatur, triũphantis habitu sculpta fuit, coronata uidelicet, toga picta, trabea amicta, sedẽs in sella eburnea, altera manu scipionẽ eburneum, altera pateram auream tenens. Recitatur à Plinio, lib. 34 cap. 5: Antiquior columnarum, sicut C. Mœnio, qui deuicerat priscos Latinos, quibus ex fœdere tertias prædæ pop. Rom. præstabat, eodemq; in consulatu, in suggestu rostra deuictis Antiatibus fixerat, anno Vrbis CCCCXVI. Itẽ C. Duellio, qui primus naualẽ triumphum egit de Pœnis, quæ est etiã nũc in foro. Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam trigeminã unciaria stipe collata, nescio an primo honore tali à populo. ante enim à senatu erat: præclara res, nisi friuolis cœpisset initijs. Ad hoc genus statuæ alludit Tacitus libro 18: Postquam id Romæ compertum, M. Appianus Mœsiam obtinens, triumphali statua: Fuluius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur. Et iterum in uita Iulij Agricolæ: Igitur triumphalia ornamenta, & illustris statuæ honorem, & quicquid pro triumpho datur, multo uerborum honore cumulata decerni in senatu iubet. Sic Trebellius Pollio in Tyrannis: Neque enim melior uir quisquam fuit, neque constantior, postquam cæteri consulti statuam inter triumphales & currus quadrijugos Pisoni decreuerunt. *Statua triumphalis.*

B

EQVESTRIS STATVA erat, cum in equo ad cursum incitato, aliquis sculpebatur: eaq; imago uel in ære, uel lapide, uel ebore facta, loco aliquo celebri proponebatur. De cuius origine statuæ, Liuius libro octauo primæ Decadis sic scribit: Præsidijs inde dispositis per recepta oppida, Roma ad destinatum omnium consensu triumphum decessere. Additus triumpho honos, ut statuæ equestres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Loquitur autem isthic de L. Furio Camillo, qui à Gallis urbem liberauit. De huiusmodi statuis, earumq; dignitate, prolixè scripsit Plinius libro trigesimoquarto, capite sexto, de Statuis equestribus, sine tunicis: Ex his, ait, Romuli est sine tunica, sicut & Camilli in rostris, & ante ædem Castorum fuit Q. Tremellij equestris togata, qui & Samnites bis deuicerat, captaq; Anagnia populum stipendio liberauerat. Inter antiquissimas sunt & Tullij Cœlij, L. Roscij, & Spurij Nautij, C. Fulcinij in rostris, à Fidenatibus in legatione interfectorum. Et subdit: Equestrium tamen origo perquàm uetus est, cum fœminis etiam honore communicato. Clœliæ enim statua est equestris, ceu parum esset toga eam cingi: cum nec Lucretiæ, nec Bruto, qui expulerant reges, propter quos Clœlia *Statua equestris.*

inter obsides fuerat, decernerentur. Hanc primã, & Horatij Coclitis, publicè dica- A
tam crediderim: ante enim sibi & Sibyllę Tarquinium, & reges sibijpsos posuisse, uerisimile est: nisi Cloeliæ esse Piso traderet, ab his positam, qui unà obsides fuerant, redditis à Porsenna in honorem eius. E' diuerso Annius Fœcialis, equestrem quæ fuerit, contra Iouis Statoris ædem in uestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse, Publicolæ consulis filiæ: eamq́ꝫ solam refugisse, Tiberimq́ꝫ tranauisse, cæteris obsidibus qui Porsenæ mittebantur, interemptis Tarquinij insidijs. L. Piso prodidit, M. Aemilio & C. Popilio secundùm Coss. à censoribus P. Cornelio Scipione, & M. Popilio, statuas circa forum, eorum qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam uerò, quam apud ædem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectauerat, etiam conflatam à censoribus. Nimirum in ea quoqꝫ re ambitioni prouidebant illi ueri. Extant Catonis in censura uociferationes, mulieribus Romanis in prouincijs statuas poni. Nec tamen potuit inhibere, quo minus Romæ quoque ponerentur: sicut Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris filia. Sedes enim huic posita, soleisq́ꝫ sine amento insignis, in Metelli publica porticu, quæ statua nunc est in Octauiæ operibus. hæc ille. Meminerunt præterea huius generis statuæ ex receptis historicis pleriqꝫ. Velleius Paterculus in historia Tiberij: Mox cum Antonius occurrisset (inquit) exercitui, quē ex transmarinis prouincijs Brundusium uenire iusserat, Legio Martia & quarta cognita & senatus uoluntate, & tanti iuuenis indole, sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt. Eum senatus honoratum equestri statua, quæ hodieq́ꝫ in rostris posita, ætatem eius scriptura indicat: qui honor non alij per trecentos annos, quàm Lucio Syllæ, & Cn. Pompeio, & Caio Cæsari contigerat. Huc pertinet quod Iul. Capitolinus in Maximo & Balbino scribit: Missi sunt deniqꝫ ad eum legati senatores uiginti, quorum nomina sunt apud Cordum: in his consulares quatuor, prætorij octo, quæstorij octo, cum coronis & senatusconsulto, in quo ei statuæ aureæ equestres decernebantur. Fuerunt denique huiusmodi statuæ in usu, inclinante Imperio, ut Symmachus præfectus urbis in Epistola quadam ad Theodosium & Archadium Augustos testatur: Nam familiæ uestræ & stirpis authorem, Aphricanum quondam & Britannicum ducem, statuis equestribus inter prisca nomina consecrauit, qui fœlicissimum sidus & imperio salutare progenuit. Sic coluntur, quorum liberi ad bonum publicum nati sunt. Et iterum in altera Epistola: Vestrumq́ꝫ numen precatur, ut uirum nostra ætate mirabilem, statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum. B

Statuæ pedestres. PEDESTRES STATVAE, cum sine equo imago cuiuspiam ex lapide, ebore aut metallo, loco celebri collocabatur: de quibus Cicero in Antonium, & Plinius libro trigesimoquarto, capite sexto sic scribit: Pedestres sine dubio Romę fuere in authoritate longo tempore, equestrium tamen origo perquàm uetus est. Meminit Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Statuas colossas, uel pedestres nudas, uel equestres, diuis imperatoribus in foro diui Neruæ, quod Transitorium dicitur, locauit omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ gestorum ordinem continerent, exemplo Augusti qui summorũ uirorum statuas in foro suo è marmore collocauit, additis gestis. Capitolinus in Marco: Cum possemus imperatorio iure præcipere, tamen rogamus, dicantes & duas statuas pedestres, duas (sed habitu militari) sedentes, ciuili habitu duas.

Coronatæ statuæ. CORONATAE cõmemorantur à Plinio lib. 34 cap. 6: Publicè autē, inquit, ab exteris posita est Romæ Caio Aelio tribuno plebis, legata perlata in Stenniũ Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infestauerat, & ob id Aeliũ Thurini statua & corona aurea donarunt.

Laureatæ statuæ. LAVREATAE STATVAE mentio fit

A tio fit à Cornelio Tacito libro quarto historiæ Augustæ: Iamq́ tres laureatæ in urbe statuæ, & adhuc reptabat Aphricam Tacfarinas, auctus Maurorum auxilijs. Et iterum libro decimoseptimo: Populus cum lauru ac floribus Galbæ imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis, iuxta locum Curtij, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. Huc alludit & Cicero in oratione pro Murena: Qui imaginem parentis sui (inquit) laureatam ne sua gratulatione conspexit. CVM AHENEA SPHAERA, STATVAE: ut hodie simulachra sanctorum exprimuntur, supra quorum capita circulus semisphæram referens nectebatur: quod & ipsum erat coronationis statuarum genus, à Christianis postmodum receptum, & simulachris, quæ martyribus & sanctis Dei ob merita in religionem ponebantur, impositum. Meminit Marcellinus libro decimoseptimo, de obelisco è Thebis Romam perlato à Constantino loquutus: Per arduum inane protentus, diuq́ pensilis, hominum millibus multis tanquam molendarias rotantibus metas, cauea locatur in media: eiq́ sphæra superponitur ahenea aureis laminis nitens: qua confestim ui ignis diuini cõtracta, ideoq́ sublata facis imitamentum in figura æreum, itidem in auro imbracteatum, ueluti abundanti flamma canentis. Idem uigesimoquinto, sub finem: His hoc modo peractis, discursisq́ itineribus, Antiochiam uenimus, ubi per continuos dies ueluti offenso numine multa uisebantur, & dira: quorum euentus fore luctificos, gnari rerum prodigialium præcinebant. nam & Maximiniani statua Cæsaris locata in uestibulo regiæ, amisit repentè sphæram æneam, formatam in speciem poli, quam gestabat. Ad huiusmodi coronas siue solares, quibus maiores nostri sanctos Dei expresserunt, alludit etiam Velleius Paterculus his uerbis, de Octauio Cæsare locutus: Cui aduentanti Romam (inquit) immanis amicorum occurrit frequentia.

Cum sphæra ahenea.

B & cum intraret urbem Solis, orbis super caput eius curuatus æqualiter, rotundatusq́ in colorem arcus, uelut coronam tanti mox uiri capiti imponens cõspectus est. Et sic patet causa, quamobrem in hodiernum diem Sanctorum imagines cum tali semicirculo & pinguntur, & sculpuntur. TOGATAE STATVAE ab eo genere uestimenti repræsentato dicebantur. meminit Plinius libro trigesimo quarto, capito quinto: Togata effigie antiquitùs (inquit) statuæ dicebantur. Placuere & nudæ, tenentes hastam, ab epheborum è gymnasijs exemplaribus, quas Achilleas uocant. PALMATA statua, ab huius nominis tunica nuncupabatur. Meminit Trebellius Pollio in Claudio secundo: Illa totius orbis indicio in rostris posita est columna palmata, statua superfixa, librarum argenti mille quingentarum. PENVLATA à Plinio recensetur loco supradicto: Nam lupercorum habitu (inquit) factæ tam nouiciæ sunt, quàm quæ nuper prodiere, penulis indutæ. Marcinus eodem habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatũ ab authoribus, & L. Actiũ poetam in Camœnarũ æde maxima forma statuã sibi posuisse, cũ breuis admodũ fuisset. LORICATA, & thoracata, hoc est, hisce armis sculptæ. Meminit Plinius libro trigesimoquarto, capite quinto: Ac contra Romana, inquit, ac militaris, thoracas addere. Cæsar quidem dictator loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Alludit ad hanc Liuius libro tertio Decadis tertiæ secundi Punici: Cæteri incolumes Præneste cum prætore suo Manilio (is scriba antea fuerat) redierunt: statua eius indicio fuit, Præneste in foro statua loricata, amicta toga, uelata capite, & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto. AVREAE ET ARGENTEAE, à genere metalli dicuntur, quo erant obductæ uel conflatæ. cõmemorantur à Cor. Tacito lib. 13. Eodẽ anno Cæsar effigiẽ Cneo Domitio patri consularia insignia, Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, potius à senatu, sibiq́ statuas argento auroq́ solidas aduersus offerentes prohibuit. Appianus Alex. libro tertio

Togatæ.

Palmatæ.

Penulatæ.

Loricatæ.

Aureæ & argenteæ.

tertio Ciuilis belli: Consulibus præterea Hircio & Pansæ, Cæsarem unà militare A cum his quas haberet copijs edicunt: statuam illi ex auro apponendam fore, sententiam inter consules afferre posse, cõsulatum petere per decem annos quàm ex lege liceret. Huc pertinet illud Aurelij Victoris in Claudio Cæsare: Ea res sic erat cunctis grata, ut non diui uocabulum modò, sed ex auro statuam prope ipsum Iouis simulachrum, atque in curia imaginem auream proceres sacrauerint. Alludit in eiusdem Cæsaris historia Trebellius Pollio: Illi, quod nulli antea, populus Romanus sumptu suo, in Capitolio, ante Iouis optimi maximi templum statuam auream decem pedum collocauit. Sic Vopiscus in uita Taciti Cæsaris: In eadem oratione cauit, ut si quis argento publicè priuatim'que æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset, cum bonorum proscriptione. Et subdit: Diuorum templum fieri iussit, in quo essent statuæ principum bonorum.

Aeneæ. AENEA STATVA minoris erat prærogatiuæ, quàm aureæ, argenteæúe. recensetur à Marcellino libro uigesimoprimo, ubi Victorem (inquit) apud Sirmium uisum, scriptorem historicum exinde uenire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit, & honorauit ænea statua uirum sobrietatis gratia multi laudum, multo post urbi præfectum. *Bigæ & trigæ statuæ.* BIGAE ET TRIGAE statuæ, cum statua alicuius curru bigato aut trigato regens exprimebatur. Cuius ornamenti Plinius mentionẽ facit libro trigesimo quarto, capite quinto: Equestres utique statuæ Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo: sed illi celetas tantum dicebant in sacris uictores, postea uerò & qui bigis uel quadrigis uicissent. Vnde & nostris currus, in his qui triumphassent. Serum hoc, & in his non nisi à diuo Augusto seiuges, sicut & elephanti. Non uetus & bigarum celebratio, in his qui prætura functi, curru uecti essent per circum. Huc pertinet quod Iulius Capitolinus in Gordianis scribit: His in senatu lectis, quid de quadrigis Gordiano iuniori decretis. Alludit ad huiusmodi statuas Prudentius Christianus poeta, secundo in Symmachum, hoc carmine: B

Frustra igitur currus summo miramur in arcu
Quadrijugos, stantesque duces in curribus altis
Frabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos.

Tripedaneæ statuæ. TREPIDANEAE statuæ, minimę erant, tres tantum pedes longę, quarum Plinius etiam meminit libro trigesimoquarto, capite sexto: Non omittendum (ait) quod adnotauere annales, tripedaneas his statuas in foro statutas. Hæc uidelicet mẽsura honorata tunc erat. Non præteribo C. Octauium ob unum uerbum: hic regem Antiochum, daturum se responsum dicentem, uirga quam tenebat fortè circumscripsit, & priusquam egrederetur circulo illo, responsum dare coegit. In qua legatione interfecto, senatus statuã poni iussit quàm occulatissimo loco in rostris. Ad huiusmodi genera statuarum referendæ sunt imagines, quæ inter signa legionum portabantur, quas milites adorare cogebantur: item signa Fortunæ, quę ab uno imperatore ad alium, uidelicet successorem transferebantur. Item ad hoc genus statuarum signa Corinthiaca, & signa Megarica reducuntur, quorum & Plinius dicto libro meminit, capite octauo, & Cicero in Epistolis ad Atticum. *Loca authorũ de signis.* Est de huiusmodi signis siue statuis intelligendus & locus T. Liuij libro octauo Decadis quartę: Ambracienses coronam auream Cõsuli centum & quinquaginta pondo dederunt: signa ænea, marmorea'que & tabulæ pictæ, quibus ornatur Ambracia, quia regia ibi Pyrrhi fuerat. Et iterum: Aedilis plebis Q. Fuluius Flaccus duo signa aurata uno reo damnato (nam separatim accusauerãt) posuit. Idẽ Decadis quintę libro quinto: An in Macedoniam remittentur, quo signa aurea,

A aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia. Et iterum libro nono Decadis quartæ, cum triumphum Fuluij describeret: Triumphauit (inquit) ad decimum Calend. Ianuarias de Aetolis, & de Cephalænia. Aureæ coronę centum duodecim pondo ante currum latæ sunt: argenti pondo millia 83: auri pondo 243: tetradrachma Attica 118: Philippei nummi duodecim millia 422, signa ænea 275, signa marmorea 230, arma, tela, cætera spolia hostium. Idem, cum ludos Romanos describeret eodem libro, quos P. Cornelius Cethegus, A. Posthumius Albinus faciebant: Malus in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id deiecit. Ea religione moti patres, & diem unum adijciendum ludorum celebritati censuerũt, & signa duo pro uno reponenda, & nouum auratum faciendum. Ad huiusmodi signa siue statuas alludit & Appianus Alexandrinus libro tertio Ciuilis belli: Ob hæc senatus tribunum quendam Asprinam nomine, in creatione pro duobus significantem, iussit illudere: sperans Antonium ad id quippiam allaturum, consulem existentem, ac signorum sacerdotem, & iam discordem cum Dolabella habitum. Huc pertinet & hic Plinij locus libro 34, cap. 7: Signa quoque Thuscanica (ait) per terras dispersa, quæ in Hetruria factitata non est dubium. Deorum tantum putarem ea fecisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen à Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Vulsinios expugnatos obijceret. Mirumque mihi uidetur, cum statuarum in Italia tam uetus origo sit, potius lignea aut fictilia deorum simulachra in delubris dicata, usque ad deuictam Asiam, unde irrepsit & luxuria. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam Plasticen Græci nominant, dici conuenientius erit: etenim prior, quàm statuaria fuit. Sed hæc ad infinitum effloruit, multorum uoluminum opere, si quis plura prose-
B qui uelit: omnia enim quis posſit? In M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Mummius deuicta Achaia repleuit urbem. ipse excesſit, non relicturus filiæ dotem. Cur enim non cum excusatione ponatur? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnum tria millia signorũ esse, Mutianus ter consul prodidit: nec pauciora Athenis, Olympię, Delphis superesse creduntur. hæc ille. Porrò huiusmodi signum fuit Libertatis, cuius mentionem facit Cicero in oratione pro Domo sua. Sed placet hoc genus signorum, siue statuarum, aliqua Vetustatis inscriptione confirmare, quæ extat Neapoli in Italia:

ET PARIETI QVI NVNC EST PROPTER VIAM, MARGINEM PERPETVAM IMPONITO, EOSQ. PARIETES MARGINESQ. OMNES QVAE LITA NON ERVNT CALCE HARENATO, LITA POLITAQ. ET CALCE VDA DEALBATA RECTE FACITO. QVOD OPVS STRVCTILE FIET IN TERRA, CALCIS RESTINCTAE PARTEM QVARTAM INDITO NIVE MAIOREM CEMENTA STRVITO QVAM QVAE CEMENTA ARDA PENDAT P. XV. NEV ANGOLARIA ALTIOREM FACITO, LOCVMQ. PVRVM PRO EO OPERE REDDITO, EIDEM SACELLA ARAS SIGNAQ. QVAE IN CAMPO SVNT QVAE DEMONSTRATA ERVNT, EA OMNIA TOLLITO, DEFERTO COMPONITO STATVITOQVE VBI LOCVS DEMONSTRATVS ERIT, DVVMVIRVM ARBITRATV.

STATVAE HERMAE, authore Suida, erant, quæ dimidiatim adusque osphyn effigiebant: quod in Mercurij imaginibus ut plurimũ fieri solebat. Hinc à & Mercurio *Statuæ hermæ*

curio denominatæ fuerunt. Meminit Cicero libro ad Atticum sexto: Hermæ tui Pentelici cum capitibus aureis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. Et iterum: Quod ad me de Hermothena scribis, per mihi gratum est ornamentum, Academiæ proprium meæ: quòd & Hermes cõmune omnium, & Minerua singulare insigne eius gymnasij. Et iterũ: Et posita ita bellè est, ut totũ gymnasium Hermothena esse uideatur. Huc alludit Sidonius Apollinaris libro quarto Epistolarum: Quibus agnitis, serenitas lætitię nec cõfestim nubilo superducti mœroris insorduit, tantamq́ue mihi bilem nuncij huiusce contrarietas excitauit, ut per plurimos dies illum ipsum Hermam stolidissimum uenire ante oculos meos, inexoratus arcuerim: laturus ægrè, si mihi apices, aut quoscunque aut quorumcunque non redderet. Ab hoc genere statuarũ Luciano Hermoglyphi præterea statuarij dicuntur, & Hermopolium ubi statuæ uenduntur. Et sic intelligitur ille uersus Satyrici: A

—Truncoq́ue simillimus Hermæ.

Statuæ colossæ et de his authorum testimonia.

STATVAE COLOSSAE erant maximarũ molium, & admirandæ uastitatis, dijs magna ex parte positæ, & ijs qui erant consecrati. De quibus Plinius libro trigesimoquarto, capite septimo, sic nominatim scribit: Moles quippe excogitatas uidemus statuarum, quas colossos uocant, turribus pares. Talis est in Capitolio Apollo, translatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti urbe, triginta cubitorum, centũ & quinquaginta talentis factus: talis in campo Martio Iupiter, à Claudio Cæsare dicatus: qui ideo uocatur Pompeianus, à uicinitate theatri. Talis est Tarenti factus à Lysippo XL cubitorum. Mirum in eo, quòd manu (ut ferunt) mobilis: ea ratio libramenti est, ut nullis conuellatur procellis. Id quidem prouidisse & artifex dicitur, modico interuallo, unde maximè flatum opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinẽ difficultatemq́ue moliendi, non attigit eum Fabius Verrucosus, cum Herculem qui est in Capitolio, inde trãsferret. B
Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius, Lysippi supradicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulachrum post quinquagesimum sextum annum, terræmotu prostratum, sed iacens quoque miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti quàm pleræque statuæ. Vasti specus hiant de fractis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere illud stabiliuerat constituens. Duodecim annis tradunt effectum, trecentis talentis, quæ contulerunt ex apparatu regis Demetrij, relicto morę tædio. Sunt alij minores hoc in eadem urbe colossi, centum numero: sed ubicunque singuli fuissent, nobilitaturi locum. Præterq́ue hos deorum quinque, quos fecit Briaxis. Factitauit colossos & Italia. uidemusq́ue certè Apollinem in bibliotheca templi Augusti Thuscanicum quiquaginta pedum à pollice, dubium ære mirabiliorem an pulchritudine. Fecit & Spurius Caruilius Iouem, qui est in Capitolio, uictis Samnitibus, sacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum, ocreisq́ue & galeis. Et subdit: Verùm omnem amplitudinem eius generis statuarum uicit ætate nostra Zenodorus, Mercurio facto in ciuitate Galliæ Aruernis, per annos decem, pedum quadringentorum, inani precio. Is postquam satis ibi artem approbauerat, Romam accitus est à Nerone, ubi destinatũ illius principis simulachrum, colossum fecit, centum & decem pedum longitudine, qui dicatus Solis uenerationi est, damnatis sceleribus illius principis. Et hactenus quidem de colossis Plinius. Meminit huius generis statuarum & Aelius Spartianus in uita Antonini Pij, cum eiusdem adoptionem à Cæsare Hadriano factam describit: Addidit concionem (inquit) ut ipse sibi Marcũ & Verum Antoninos adoptaret, filiamq́ue suam Vero, non Marco daret. Nec diutius uixit, gra-

uatus

A uatus languore ac diuerso genere morborũ, sæpe dicens: Sanum principem mori debere, nõ debilẽ. statuas sanè Aelio Vero per totum orbem colossas poni iussit, templa etiam nonnullis urbibus fieri. hæc ille. Ex his fortè quædam colossæ, tum & in Pannonijs positæ fuerunt: unde municipio nomẽ quoq; accesit, quod hodie Colociam, infra Budam, appellãt: Ptolemeo & Antonini itinerario Ad statuas nuncupato. Alludit ad huiusmodi genus statuarum, Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Statuas colossas in urbe multas locauit, artificibus undiq; conquisitis. Sic Trebellius Pollio in Gallienis: Statuam sibi maiorem colosso fieri præcepit, Solis habitu, sed ea imperfecta perijt: tam magna deniq; cœperat fieri, ut duplex ad colossum uideretur. Ad huiusmodi genera statuarũ alludunt subinde poetæ. Statius libro primo, qui colossos proprio epitheto enormes uocat. Et Quintianus:

Clara Rhodos proprium non omissura colosson.

Sic Martialis libro octauo Epigrammaton:

Aedemq; Martis & colosson Augusti.

STATVAE CVM CRVCE: has primus fertur Constantinus Magnus Imperator posuisse, ut est apud Eusebium libro primo de Vita illius: Tum pictura ampla, columnisq; media urbe trophæum de hostibus insigne Salutis erigens, in omnem gentem differebat. Atq; palàm inscripsit literis, quæ nequirent aboleri: Hoc salutare signum Romanorum ditionis & totius Imperij tutelam esse. Mox autem palum figura patibuli eius statuam tenentem manu, frequẽtato loco ponentibus scripturã inscribi hanc uerbis iussit Romanis: Hoc uno fortitudinis examine insigni Salutis, urbem uestram iugo tyrannidis ereptam liberaui: S. P. Q. R. authoritati pristinæ dignitatiq; restitui. *Statuæ cum cruce.*

B

CAP. XX. DE LITERIS, FASCIBVSQVE, *& pilis laureatis, quæ & ipsa ex numero ornamentorum non minima fuerunt.*



SVNT fortasse qui hæc ex numero ornamentorũ, siue prærogatiuarũ sint expuncturi, quòd tẽporanea illa extiterint: tamen quia læticiæ apud populum terrarum domitorẽ indices erant, & accessionem gloriæ huic nonnullam pepererunt, qui his pro tẽpore utebatur, libuit inter ornamẽta postremo loco recẽsere, præcipuè quòd lauri ornamentũ contingebant. Nam Plinius lib. 15, agens de lauro scribit: Romanis præcipuè læticiæ uictoriarumq; nuncia additur literis, militũ lanceis pilisq;. Sed placet de singulis sermonẽ instituere. LITERAE laureatæ uictoriæ erant subitæ ac insperatæ læticiæ indices: quas primis temporibus exercituum duces Romã ad senatum mittebant. Posterius uerò uel duces ipsi ad Cæsares, uel Cæsares Romã ad senatum miserunt, in Capitolio, in signum communis læticiæ, perpetuò consecrandas: quæ in illa republica, uel laureę, uel literæ laureatæ, aut etiam tabellæ laureatæ nuncupabatur. Quarum mentionẽ facit T. Liuius lib. 5 ab Vrbe cõdita: Literę à Posthumio laureatę (inquit) sequũtur uictoriam populi Romani, esse Equorũ exercitum deletum. Cõmemorantur & Cor. Tacito lib. 19 in historia Vitellij: Iulianus ad L. Vitelliũ perductus, & uerberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Fuere qui uxorem L. Vitellij Triariam incessERint, tanquam gladio militari cincta, inter luctũ cladesq; expugnatæ Terracinæ superbè sæueq; egisset. Ipse lauream gestæ prosperè rei ad fratrem misit. Meminit & *Literæ laureatæ.*

nit & Tranquillus in Domitiano: De Cattis (ait) Dacisq; post uaria prælia duplicem triumphum egit. De Sarmatis modò lauream Capitolino Ioui retulit. Huc alludit & Plinius Iunior in Panegyrico Traiano dicto: Allata erat (inquit) ex Pannonia laurea, id agentibus dijs, ut inuicti Imperatoris exortum uictoriæ insigne decoraret: hanc Imperator Nerua in gremio Iouis collocarat. Huc pertinēt loca Capitolini & Lampridij, quorū primus in Maximino sic scribit: Statim dimissis, inquit, Germanorum auxilijs, quæ sibi contra hostem parauerat, Romam laureatas literas misit: quæ in urbe ingentem læticiam fecerunt, ita ut omnes per aras & templa, & sacella, & loca religiosa gratias agerent. Sic Lampridius in Alexandro: Actæ sunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celsum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinem eius, & in Armenia per Iunium Palmatum: atq; ex omnibus locis tabellæ & laureatæ sunt delatæ. Refert & Marcellinus, Constantinum arroganter elatum missitasse literas laureatas ad prouinciarum præsides, quoties eo agente in Italia dux quidam fortiter egisset, nulla illius facta in literis laureatis mentione, ut solus dimicasse, & solus uicisse uideatur. Et sic intelliguntur loca poetarum. Persius in Satyris, alludens ad Domitiani ignauiam: A

—Missa est à Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis.—

Claudianus in bello Gildonico:

Iam domitus Gildo, nullis uictoria nodis
Hæsit, non spacio terræ, non obice ponti,
Congressum, profugū, captum uox nunciat una,
Rumoremq; sui præuenit laurea belli. B

Idem in Panegyrico Stiliconis:

Et calidis thalami successit laurea sertis,
Sumeret ut pariter princeps nomenq; mariti,
Victorisq; decus. Libyæ post prælia crimen
Concidit Eoum—

Huc pertinet illud Sidonij Apollinaris in Panegyrico Maioriani:

At tibi causa patris rerū coniuncta saluti,
Bellorum duplicat lauros, ijsdemq; trophæis
Reddita libertas orbi, uindicta parenti. Et iterum:
Nunc præsens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? sedes'ne capacior ulla
Tantæ laudis erit?—

Fasces laureati. FASCES LAVREATI erant insignia Imperatorum, consulum, proconsulum'ue, atq; etiam prætorum, post relatam ab aliquo magno hoste uictoriam. Meminit Cicero de Diuinatione: C. Marius cum fascibus laureatis. Cæsar libro tertio belli Ciuilis: Sed neq; in literis quas scribere est solitus, neq; in fascibus insignia lauri prætulit. Huc alludit & Cornelius Tacitus libro decimotertio: Nero quo componeret diuersos, sic euulgari iussit: ob res à Quadrato & Corbulone prosperè gestas laurum fascibus imperatorijs addi, quæ in alios consules egressa, coniunxi. Sic Iulius Capitolinus in Maximinis, cum de Gordiani in Africa inauguratione loquitur: Et appellatus est ab omnibus Afris Augustus, cum filio, apud oppidum Tisdrum. Inde Carthaginem uenit, cum pompa regali, & pro-

tectori-

A tectoribus,& fascibus laureatis. Huc pertinet quod canit Claudianus in quartum consulatum Honorij:

Iam trabeam Bellona gerit, parmamque remouit,
Et galeam, sacris humeris uectura curules,
Nec te laurigeras pudeat Gradiue secures
Secura gestare manu. —

VIRGAE LAVREATAE erant inter insignia Imperij, quæ ab Herodiano libro septimo commemorantur, cum de Gordiani senioris in Aphrica creatione loquitur: Sequebatur autem ipsum principalis pompa omnis, milites que quicunque aderant, iuuenes que urbani procera statura, ad eorum similitudinem qui Romæ Imperatorem comitantur: uirgæ item laureatæ, quo insigni principes à priuatis dignoscantur. *Virgæ laureatæ.*

SVBSELLIA & TABERNACVLA laureata. de quorum primis Vopiscus in Aureliano: Agite igitur Pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua uestitu animis que sacris commodi, templum ascendite, subsellia laureata constituite, ueteranis manibus libros euoluite. De tabernaculis laureatis extat mentio apud Appianum Alexandrinum libro secundo Ciuilis belli, cum somnium Pompeij ante necem suam describeret: Excitatus ab amicis, somnium retulit: paulo antè templum se Romæ consecrare uisum Veneri uictrici, uoti Cæsaris ignarus, amici & exercitus omnis his gauisi lætabantur. sic ad bellũ quasi iam confectum lætabantur: quorum è numero plerique tabernacula lauro adornant, contubernij causa. *Subsellia & tabernacula.*

LIBRI NONI COMMENTARIORVM REIpublicæ Romanæ finis.

COMMENTARIORVM REIPVBLICAE ROMANAE LIBER DECIMVS: DE LVDIS OMNIS GENERIS EO IN POPVLO DOMI & FORIS VSVRPATIS.

CAP. I. DE LVDORVM ORIGINE, & qui ludos magistratus, & ubi dabant.



Ludorum Romanorum origo.

A GRAECIS ludos Latinis fuisse communicatos, atque ab his ad Romanos defluxisse, plerosque etiam abusque Troiæ excidijs Aeneam attulisse, haud ambigua res est. Deinde cum à Numa Pompilio ad sacra is paulatim esset populus manuductus, fuerunt & numero ludi & cæremonijs aucti, ut de Apollinaribus ludis in secundo bello Punico manifestum est. Inuenio uerò duo genera magistratuum dedisse ludos, ædiles scilicet curules, & prætores. De ædilibus Cicero septima in Verrem ita scribit: Nunc sum designatus ædilis: scio mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæque faciundos: mihi Floram matrem populo plebique Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam. Scribit Plutarchus, Cęsarē in ædilitate sua usum fuisse munificentia sumptuosa circa spectacula atque conuiuia, ex quo factus erat apud plebem fauorabilis. Hoc idem significat Tranquillus, scribens Cæsarem ædilem exornasse comitium, Capitolium, & basilicas. nam & hoc erat officij ædilium, ut in ludorum propositione forum & comitium signis ac tabulis pictis exornarent, ut Plinius libro trigesimosexto historiæ Naturalis, & Asconius Pedianus tradunt. quorum ille, Varronem & Murenam in ædilitate deportauisse Romam ex Lacedæmone opus tectorium refert, propter excellentiam picturæ inclusum ligneis formis ad exornandum comitium. Erat autem comitium locus in foro Romæ, prope Senatum, quò coire equitibus Romanis, & populo Romano licebat (ut inquit Pedianus) in quo & ludos ædiles uel prætores dare consueuerant. quem alij locum à coitione, alij à cote dictum existimant, quem Actius Nauius augur discidit, & unà cum nouacula eo loco defodit. Atque hæc de ædilibus curulibus, qui ius habebant ludos dandi uel admittendi: præterea qui ædificia publica & basilicas curabant, & facultatem habebant puniendi eos qui contra maiestatem populi Romani erant locuti. Vnde Liuius refert, Claudiam Cæci Appij filiam, cum è ludis domum ueheretur, & præ turba carpentum difficilius progrederetur, ira commotam dixisse: Vtinam frater meus reuiuisceret, qui talem multitudinem mari perderet. Ob quæ maledicta ædiles plebis ei mulctam dixerunt æris grauis uigintiquinque millia. Porrò ædiles in ludis faciendis magnum adhibebant & apparatum & sumptum in uestibus ac tabulis pictis comparandis. Vnde scribit Plinius libro trigesimosexto: In spectaculis M. Scauri, quæ in ædilitate sua fecit, tantum apparatū tantasque reliquias superfuisse ex Attalica ueste, tabulisque pictis, ut in Tusculanam uillam deportata fuerint quæ superfluebant quotidiani usus delicijs, quæ incensa uilla ab iratis seruis cremata sunt ad sestertia mille. Meminit & Suetonius in Caligula: Auctione proposita reliquias omnium spectaculorum subiecit,

Qui magistratus Romæ ludos dederint. *Aediles Romæ ludos dabant.* *Cæsaris primi magnificentia in ludis edendis.* *Comitium ornare tabulis et picturis, ædiliū officij erat.* *Comitiū Romæ ubi fuerit.* *Etymon comitij.* *Aedilium curulium munerum rationes omnes.*

A B

A subiecit, atq; uenditauit, exquirens pro se precia. Porrò prætores pariter urbanis ludis in urbe præfuisse, ostendit Aelius Spartianus in historia Hadriani, cũ ita scribit: Prætor factus est sub Surabis, Seruiano iterum Cos. cum sestertium uicies ad ludos edendos à Traiano accepit. Hoc confirmat etiam Marcellinus, inclinantis Imperij author, libro historiæ suæ uigesimoseptimo. Hic cum magnificos prætor ederet ludos, & uberrimè largiretur, plebis inquiens tolerare tumultum, indignis multa donari, sæpe urgentis ut liberalem se, & multitudinis ostenderet contemptorem, accitos à Vaticano quosdam egentes, opibus ditauerat magnis. Ex quibus liquet, non solũ & ab ædilibus & à prætoribus ludos fuisse datos, uerumetiam inclinante Imperio (cuius potissimũ remp. hocce Opere describimus) ludos Romanis fuisse celebratos, non in urbe modò, quod hactenus probauimus, uerùm etiam extrà in prouincijs, limitibus ac prætorijs, quod ex his pariter Tranquilli uerbis in historia Augusti animaduertitur: Nullíq; Græco (inquit) certamini interfuit, quo non pro merito quemq; certantium honorauerit. Spectauit autem studiosissimè pugiles, & maximè Latinos: non legitimos atq; ordinarios modò, quos etiam committere cum Græcis solebat, sed & cateruarios oppidanos, inter angustias uiarum pugnantes temerè, & sine arte. Vbi Beroaldus in Commentarijs addit: Quòd aũt Augustus non solum Romæ, sed etiam in Grecia ludos spectauerit, hinc colligimus, quòd omnes penè prouincias ipse perlustrauerit. In qua perlustratione potuit, sicut Flaminius Romanus senator, sicut Nero, interesse certaminibus Græcorũm. Erant uerò Græca certamina, Victruuio teste, Olympia, Pythia, Isthmia, Nemæa. Latinis uerò erãt ludi antiquiores, & qui præcipuè in prouincijs celebrabantur, Latini ludi, Troiæ ludicrum, ludi magni, Circenses, ludi Apollinares, populares, natalitij, nuptiales, quinquennales, gladiatorij, Actiaci, scenici, augurales, &c. Huc pertinet illud Dionis Cassij in historia Traiani, cũ de Antiochia scribit: Hyemabat in eo forte Traianus, atq; illuc milites frequentes & priuati quamplures conuenerant: alij præterea ut iura acciperent: quosdam legationis officium, merces, & priuata compendia traxexerant: quàm plurimi uisendi Imperatoris, & spectandorum ludorum gratia confluxerãt. Meminit ludorum sub Archadio, Valentiniano secundo, & Theodosio, etiam Symmachus urbis præfectus, in Epistolis: Orat igitur (ait) clementiam uestram, ut postea illa subsidia, quæ uictui nostro largitas uestra præstabit, etiam curules & scenicas uoluptates, circo & Pompeianæ caueæ suggeratis: his enim gaudet urbana leticia, cuius desiderium pollicitatione nouistis. Hinc est illud in iure ciuili de Lyciarchis & Syriarchis, hoc est, designatoribus ludorum in Lycia & Syria, qui Græcis βραβευταὶ nuncupabantur. Cæterùm nec illud silentio inuoluendum est, ludos passim in templis & theatris dari solitos. De templis meminit Dion Cassius in Hadriano, cum de architecto quodam Apollodoro loqueretur: Hadrianus uerò imperium adeptus, iniuriæ recordatus est, atq; licentiam huius non tulit: siquidem descriptionem & formam templi Veneris, quod Romæ fabricabat, ad eum misit: quippe significãs, sine illius opera & ministerio, etiam ingentia ædificia extrui posse. Quærebat itaq;, an ædificium illud rectè & commodè se haberet. Rescripsit de templo, sublime illud & concauum fieri oportere, ut ex loco superiori in Sacrã usq; uiam insignior prospectus esset, & magis conspicuus: concauum, ad excipiendas ludorum machinas, quæ in eo loco latenter compingi, & item ex occulto in theatrum duci possent. De theatro quod ad formam hemicycli erat constructum, ad omnis generis ludos & spectacula spectanda, meminit Martial. libro primo Epigram.

Pretores Romani ludis quoque præfuerunt.

Ludi Romani etiam in prouincijs extra Italiam celebrati.

B

Catalogus omnium ludorũ.

Ludi adhuc fuerunt inclinante Imperio.

Quibus locis dari ludi soliti fuerint.

Quidquid in Orphæo Rhodope spectasse theatro

Dicitur, exhibuit Cæsar harena tibi. A

Porrò in in subsellijs primùm plebem à patribus separasse Scipionem Africanum, Liuius libro 40 author est: Senatus (inquit) primùm à populo secretus spectauit: tum sermones indignantium exorti sunt, quid repentè factum, cur immisceri sibi in cauea patres plebem, cur dites pauperem consessorem fastidirẽt? Africanum, quod author eius rei fuisset, pœnituisse ferunt: tanquam omnia discrimina talia, quibus ordines discernuntur, & concordiam minuant, & libertatem.

CAP. II. DE LUDIS TROIANIS, SIUE TROIAE *ludicro, omnium in Romana republica antiquißimo: & de principe iuuentutis, qui illis præesset, constituto ex Cæsarum ordine.*

Troiæ ludicrum.



ROIANI ludi, siue Troiæ ludus, ludicrumq́ (omunibus enim his nominibus appellabatur) ab Ascanio Iulo Aeneæ filio primùm omniũ in Italiam uenerunt, celebanturq́ & ipsi in circo à pueris maioribus & minoribus, turmatim cõgredientibus: quibus qui pręsidebat Princeps iuuẽtutis uocabatur, atq; ex numero filiorum primi nominis, senatorum Augustorum'ue eligebatur: quemadmodum legitur apud Tacitum, Tiberium Cæsarem uiuente Augusto patre principem iuuentutis extitisse. Meminit Suetonius in Dictatore: Troiam lusit turma duplex, maiorum minorumq́ puerorum. Venationes edidit per dies quinq;, ac nouissimè pugna diuisi in duas acies, quingenis peditibus, elephantis uicenis, tricenis equitibus hinc & inde cõmissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatæ metæ, inq; earum locum bina castra ex aduerso constituta erant. Idem in Augusto, cap. de Spectaculis: Sed & Troię ludum edidit frequentissimè magnorum minorumq́ puerorum delectu, prisci decoriq́ moris existimans claræ stirpis indolem sic innotescere. In hoc ludicro C. Nouiũ Asprenatẽ lapsu debilitatum, aureo torque donauit, passusq́ est ipsum posterosq́ Torquati ferre cognomina. Idem in Tiberio: Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis circensibus, ductor turbæ puerorum maiorum. Idem in Claudio: Ac supra quadrigarum certamina Troiæ lusum exhibuit, & Aphricanos. Hanc & Cor. Tacitus historiam repetit libro undecimo: Sedẽte Claudio Circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interq́ eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox imperium cognomentumq́ Neronis ascitus, fauor plebis acrior in Domitium loco præsagij acceptus est. Huc pertinet & illud Taciti in Neronis historia: Virilis toga Neroni maturata, quòd capescendæ reipublicæ idoneus uideretur: & Cæsar adulationibus senatus libẽs cessit, ut uigesimo ætatis anno consulatum Nero iniret. Atq; interim designatus Proconsul, proconsulare imperium extra urbem haberet: princepsq́ iuuentutis appellaretur. De origine & ceremonijs horum ludorum extat elegans Maronis carmen libro quinto Aeneidos: B

Troiam ludere. *Ludi Troiani equis fiebant.* *Locus Virgilij de ludi Troiani origine ac primis initijs.*

At pater Aeneas nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemq́ impubis Iuli
Epitiden uocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq́ instruxit equorum,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.

Sic ait:

A *Sic ait: ipse omnem longo decedere circo*
Infusum populum, & campos iubet esse patentes.
Incedunt pueri, pariterq́ ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq́ iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro:
Pars leues humero pharetras, & pectore summo
Flexilis obtorti per collum & circulus auri.
Tres equitum numero turmæ terniq́, uagantur
Ductores: pueri bis seni quemq́ secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq́ magistris
Vna acies iuuenum, ducit quam, parat ouantem.

Et subdit, cum nomina auctorum præstantium recenset:

Postquam omnem læti consessum, oculosq́ suorum
Lustrauere in equis: signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitq́ flagello.
Olli discurrere pares: atq́ agmina terni
Diductis soluêre choris: rursusq́ uocati,
Conuertêre uias, infestaq́ tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq́ recursus
Aduersis spacijs, alternosq́ orbibus orbes
Impediunt, pugnæq́ cient simulachra sub armis:
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula uertunt.

B Et subijciens ad Romanos apostrophen:

Hunc morem, cursus, atq́ hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos,
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos. hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem,
Troiaq́ nunc pueri, Troianum dicitur agmen.

Quando ad Romanos ludi Troiani peruenerint.

Porrò, quemadmodum testatur Maro, ab Ascanio & Albanis hunc ad Romanos ludorum morem uenisse, ita uel à Romanis uel antiquiori origine à Troianis ad Germanos nos defluxit: quos Troianorum non minus sobolem esse, quàm Romanos, in Decadibus nostris gentium migrationum docuimus abundè. Sic & hodie apud nos, eundemq́ in morem certatur in hasti ludijs, quos Torniamenta corrupta uoce, hoc est Troiamenta dicimus. Quippe & hodie ductores suos in his agmina habent, usurpanturq́ in communi lætícia, ut uictoria, nuptijs, aduentuq́ principum. In hoc tamen nostra torniamenta, à ueteri Troiano ludicro differunt, quòd non solum pueri, sed uiri, in ludo apud nos certant: neq́ aperto capite, coronatoq́, sed casside tecto pugna initur. Equidem in uetustioribus nostræ linguæ codicibus, nomine à pueris & iuuentutis principe retento, Pubhurtirn ludus exprimitur, ut in Annalibus nostris rhythmos legimus tales:

Torneamentorum Teutonicorum origo.

Pubhurtiern Teutonicæ uocis origo.

Pey im was tantzen vnd syngen
Baide lauffen vnd springen.
Man sach sie pubhurtiren
Vnd Ritterlich iustiren.

iustitij usus & nomen apud Germanos.

Vide quòd iustitij etiam consuetudo, quod instituebatur in solennibus ludo-

rum, manserit nobis Germanis. Sed libet ex more caput aliquo Antiquitatis exemplo claudere: eo præcipuè, quod hunc scopũ respicere uidetur, & apud Valentiam Hispaniæ est erutum: A

Q. HERENNIO HETRVSCO MESSIO DECIO NOBILISSIMO CAES. PRINCIPI IVVENTVTIS. VALEN. VETE. ET VETERES.

C. VALENTI. HOSTILIANO MESSIO CVM NOBILISSI. CAESARI IVVENTVTIS VETERANI ET VETERES.

CAP. III. DE LVDIS LATINIS, & eorum origine.

Latini ludi, Latinæ feriæ.



LVDI Latini, & feriæ Latinæ uocabantur à Latinis, à quibus scilicet ad Romanos peruenerunt: ubi consul Ioui Latiali solenne sacrum facturus, tales in monte Capitolino & uouebat & faciebat. Vnde legitur, Flaminium consulem, ne Latinarũ feriarum mora & consularibus alijs impedimentis retineretur in urbe, simulato itinere priuatum clàm in prouinciam abijsse, eamq́; rem iram infestis senatoribus mouisse: ut est T. Liuius author. Templũ uerò Ioui Latiali in Albano monte primus dicitur Tarquinius Superbus cõdidisse, & primus nundinas Latinas instituisse illic quotannis celebrari: ad quos populi Latini, qui fuerunt numero septem & quadraginta, conueniebant, alij agnos, alij carnes, alij lac & similia esculenta rustica adferentes. Postremò immolato tauro, quælibet ciuitas portione carnis accepta, discedere solebat. Refert Dionysius in quarto Antiquitatum, principatum sacri Latinarum Romanos obtinuisse. Huc pertinet illud Auli Gellij, qui decimotertio Noctium Atticarum demonstrat, præfectum urbis Latinarum feriarum causa Romæ relinqui solitum: quem Mutius negat senatum habere posse. Denique originem huius uel sacri uel spectaculi, refert Maro 7 Aeneidos, cum oratores ab Aenea ad regem Latinum describit: B

Origo Latinorum ludorum.

Iamq́; iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, murosq́; subibant.
Antea urbem pueri, & primæuo flore iuuentus,
Exercentur equis, domitantq́; in puluere currus:
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuq́; ictuq́; lacessunt.

Horum ludorum siue feriarum subinde mẽtio apud T. Liuium occurrit, nondum constituto Imperio, ut libro quinto Decadis primæ: Precibusq́; ab dijs petitum, ut exitium ab urbis tectis templisq́; ac Romanis mœnibus arcerent, Veiosq́; eum auerterent terrorem, si sacra renouata ritè, si procurata prodigia essent. Iam ludi, Latinæq́; instauratæ erant. Idem libro primo Decadis tertiæ: Ob hoc iratus auspicijs emetiendis, Latinarumq́; feriarum mora, & consularibus alijs impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere priuatus, clàm in prouinciam abijt. Et sequenti libro: Duos se consules creasse, unum habere: quod enim illi iustum imperium, quod auspicium esset magistratus, id à domo publicis priuatisq́; penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, uotis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre. Idem lib. 5 eiusdem Decadis: Romæ consules prætoresq́; usq́; ante diem quintũ Cal. Maias Latinæ tenuerunt. Eo die perpetuato, Sacro in monte, in suas quisq́; prouincias proficiscuntur. Porrò quales hi ludi

A ludi fuerint, ostendit Liuius libro septimo Decadis quartæ: Terra apud se pluisse, Tusculani nunciabant: & Reatini, mulam in agro suo peperisse. Ea procurata, Latinæq; instauratę, quod Laurentibus carnis quæ dari debebat, data nō fuerat. Supplicatio quoq; earum religionum causa fuit: quibus dijs Decemuiri ex libris ut fieret ediderunt. decem ingenui, decem uirgines patrimi matrimiq;, ad id sacrificium adhibiti, & decemuiri nocte lactentibus rem diuinam fecerunt. Idem libro primo Decadis quintæ: Latinæ feriæ fuerūt ad diem tertiū Non. Mai. In quibus quia in una hostia magistratus Lanuuinus precatus non erat, prætor Quiritium religioni fuit. Id cum ad senatum relatum esset, senatusq; ad Pontificum collegium reiecisset, pontificibus quia non rectè factæ Latinæ essent, instauratis Latinis placuit, Lanuuinos, quorum opera instauratæ essent, hostias præbere. Et rursus: Pontifex idem fuerat Cos. Q. Petilius, cum primùm per auspicia posset collegæ subrogando comitia habere, iussit & Latinas dicere. comitia in diem tertium Nonas Sextiles, Latinas ad diem tertium Idus sextiles edixit. Et rursus libro quarto Decadis quintæ: Vt iam inde cogitarent, pararentq;, quæ bello usui forent, senatumq; consulerent, si qua re consulto opus esset: Latinas, ubi magistratum iniissent, quod per religiones possent, primo quoq; tempore fieri placere. neque consulem, cui eundum in Macedoniam esset, teneri. Et ibidem: Et ne quid profectionem suam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis esse constitutam diem: sacrificio ritè peracto, se & Cneum Octauium, simul senatus censuisset, exituros esse: C. Licinio collegæ suo fore curæ, se absente. Idem libro quinto Decadis eiusdem: Ex Illyrico duo legati, C. Licinius Nerua, & P. Decius nunciarunt, exercitum Illyriorum cæsum, Gentium regem captum, in ditione prætoris & Illyricum esse: ob eas res gestas ductu auspicioq; L. Anitij prętoris, senatus in triduum

B supplicationes decreuit, & Latinæ edictæ à consule sunt ante quartū & tertium pridie Idus Nouembris. Meminit harum feriarum siue ludorum etiam Suetonius in dictatore, capite de Regni affectatione: Adiecit ad tam insignem despecti senatus cōtumeliam, multo arrogantius factum. Nam cum sacrificio Latinarum, reuertente eò inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba statuæ eius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, & tribunis plebis Epidius Marullus, Cęsetiusq; Flauus, coronę fasciam detrahi, hominemq; duci in uincula iussissent, dolens seu parum prosperè motam regni mentionem, siue, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos grauiter increpitos potestate priuauit. Et rursus in historia Neronis: Auspicatus est iurisdictionem, præfecti urbis atq; Latinarum, celeberrimis patronis, non translaticias, ut assolet, & breues, sed maximas plurimasq; postulationes certatim ingerentibus. Cæterùm si libet nostram inopiam cum Romanorum comparare maiestate, Belgis similes quidam ludi eodem Maio mense extant in singulis propè ciuitatibus, ad quamq; aliæ conueniunt pariter, & Gigantes equis circumducunt: non quidem de tauro immolato carnem petunt, sed fistulis certatur inter ciuitates, adeò ut iudicibus constitutis, cuius ciuitatis tibicinibus palma tribuitur, ea anno illo prærogatiuam habeat, ac primas in conuentu sedes.

Quales ludi fuerint Latini.

Ludorum Latinorum uestigia nostro tempore.

CAP.

CAP. IIII. DE LUDIS ROMANIS ET plebeijs, qui & Curules & compitales uocabantur.

A

Ludij, qui dabant plebeios ludos.



OS simul semper ludos fuisse datos inuenio. Quales autem fuerint, nondum scio. hoc autem constat, eos qui tales ludos cebrabant, Ludios fuisse uocatos. refertq; Liuius, ludiones ex Hetruria accitos: ad quam sæpe uocem poetæ alludunt. Ouidius:

Ludius æquatam ter pede pulsat humum. Iuuenalis:

— Quæ ludia sumpserit unquam

Hos habitus.— Sic Martialis:

Hermes cura laborum ludiarum.

Ludiæ quæ fuerint. Erant aũt ludię, fœminę exercentes artẽ lidicrã. Arbitror aũt Plebeios siue populares ludos fuisse, quos omnibus ciuibus erat licitum facere, instituti pro libertate plebis, post secessionem eius in montem Auentinum, atq; ita plebs patribus reconciliata est. De his ludis scribit Cicero in secũda Verrina: Secundum ludos plebeios aut nulli aut pauci dies ad agendũ futuri sunt. Meminit T. Liuius libro tertio Decadis tertiæ: Ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & uiginti, per triduum in foro dederunt ædiles curules: C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus Cos. designatus, qui in Aedilitate magister equitum fuerat, ludos *Romani ludi.* Romanos fecerũt: qui per triduũ instaurati sunt. Plebeij ludi à M. Aurelio Cotta & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt. Et iterũ lib. 7 eiusdẽ Decad. Eo metu compressi Hetrusci quieuerunt, Tarentinorũ legatis pacem petentibus, cum libertate ac legibus suis, responsum ab senatu est, ut redirẽt, cũ Fabius consul Romã uenisset. Ludi & Romani & plebeij eo anno in singulos dies instaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus, & Seruius Sulpitius Galba: Plebeij, C. Seruilius & Q. Cecilius Metellus. Idem libro octauo sequenti: Ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus, Cneo Seruilio Cæpione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeij instaurati semel toti ab ædilibus plebis M. Pomponio Mathone, & Q. Manlio Thurino. Et iterum libro nono eiusdem: Ludi Romani ter, plebeij septies instaurati. Curules erant ædiles Cneus & Lucius Cornelij Lentuli, L. Hispaniam prouinciam habebat absens creatus, absens eum honorem gessit. T. Claudius Asellus, & M. Iunius Pœnus, plebeij ædiles fuerunt. Et rursus sub finem dicti libri: Quadrigæ aureæ eo anno in Capitolio positæ ab ædilibus curulibus, C. Liuio & M. Seruilio Gemino: & ludi Romani biduum instaurati. Item per biduum plebeij ab ædilibus, P. Aelio, P. Villio. & Iouis epulum fuit ludorum causa. Idem libro octauo Decadis quartæ: Et ædilis plebis Q. Fuluius Flaccus, duo signa aurata uno reo damnato (nam separatim accusauerant) posuit. Collega eius A. Cecilius, neminem condemnauit. ludi Romani ter, plebeij quinquies toti instaurati. Et iterum libro nono sequenti: Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Posthumius Albinus faciebant, malus in circo instabilis, in signum Polentiæ procidit, atq; id deiecit. Ea religione moti patres, & diem unum adijciendum ludorum celebrati decreuerunt, & signa duo pro uno reponenda, & nouum auratum faciendum, & plebeij ludi ab Aedilibus C. Sempronio Blæso & Marco Furio Lusco diem unum. Ad hos ludos alludit Suetonius in Augusto: Etiam triuiales in circo ludos interponebat. Ex quibus patet, in ludis Romanis Iouis epulum fuisse, ac simulachra portata,

B

Diuersi fuerũt ludi plebeij & Romani.

Toti ludi plebeij dabantur, & non toti.

A portata, ac passim in compitis posita fuisse. Vnde & Compitales ludi, siue compitalitij dicebantur: curasseq; liquet plebeios ludos ædiles plebis, unde & curules eos ludos inclinantis Imperij authoribus nominari inuenio. Quorum mentionem facit Herodianus libro quinto historiæ Augustæ: Fecit & in suburbano templum maximum ac magnificentissimum, (loquitur de Antonino Heliogabalo) in quod anno uertente deum suum adulta iam æstate deducebat: ludisq; curulibus & scenicis, epulisq; & peruigilijs populum à se oblectari arbitrabatur. Præterea compitales ludi, à compitis regionum urbis dicebantur: ubi signa & lares in mensis posita ornabantur: ceu hodie nobis Christianis in festo Corporis Dominici fieri solet. Refert enim Macrobius primo Saturnal. Compitalia à Tarquinio Superbo constituta fuisse Laribus ac Maniæ matri deûm, quibus papaueris capitibus pro hominum capitibus supplicabant. Porphyrius Horatianus interpres refert, lares & deos domesticos ab Augusto in compitis positos fuisse, & ex libertinis sacerdotes datos, qui Augustales sunt appellati. Huc pertinet illud Varronis: Compitalia dies attributi laribus sunt, ubi uiæ competunt, tum in compitis sacrificatur, quotannis is dies concipitur. Porrò compita sub Larium tutela fuisse, hic uersus Nasonis primo Fastorum ostendit:

Vnde compitales ludi dicti. *Curules ludi ijdem qui plebeij.* *Compitalia.* *Augustales sacerdotes.* *Compita sub tutela Lariũ.*

Fitq; grauis, geminosq; parit, qui compita seruant,
Et uigilant nostra semper in urbe Lares.

Tradit Dionysius in quarto Antiquitatum, templa iussu Serui Tullij regis extructa fuisse in compitis omnibus, ubi anniuersaria sacrificia peragerẽtur à seruis, tanquam seruile ministerium Deo gratum esset. Atqui sunt nonnulli, qui compitales ludos à popularibus separẽt, & mox post Saturnales celebrari solitos seorsim asseuerent.
B

CAP. V. DE LUDIS CIRCENSIBUS, qui & Magni, & Iouis ludi uocabantur.



CIRCENSES ludos multi sunt qui eosdem cum plebeijs esse contendant: Ioui autem institutos à Tarquinio Superbo primùm omnium, & à Circo Romæ nomen accepisse, certius est quàm ut probari debeat. Atque huius & Varro mentionem facit. Et Dion in Hadriano: Assistebat (inquit) interdum consulibus, quoties hi iudicarent. In Circensibus ludis eos apprimè honorabat, domumq; à circo plerunq; reducebat. Porrò circum Romæ locum patentem & celebrem fuisse, undiq; circum ædificijs comprehensum, Varro tradit: atq; inde nominatum, quòd ibi equi circùm metas currerent. Plinius libro trigesimosexto sic scribit: Nunc ut circum maximum à Cæsare dictatore extructũ, longitudine trium stadiorum, latitudine unius, sed cum ædificijs iugerum quaternûm, ad sedem ducentorum & sexaginta millium, inter magna opera dicamus. Huc pertinet & illud Virgilij:

Circẽses ludi. *Circus Romæ ubi, & qui fuerit.*

—Magnis Circensibus actis.

Atq; hæc de Circo. Porrò Tarquiniũ, quamuis primũ hos constat ludos instituisse, scribit tamen Liuius lib. 5 Dec. 1, à Camillo primùm omniũ ludos tales esse uotos, in obsidione Veiensi. Verba Liuij hæc sunt: Latini Hernicique operam suã pollicẽtes, ad id bellũ uenere; quibus cũ gratias in senatu egisset dictator, satis iam omnibus

Origo Circensium ludorum.

omnibus

omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos ex senatusconsulto uouit Veijs captis se facturum. Et iterum: Creati consules L. Valerius Potitus, Marcus Manlius, cui Capitolino postea cognomen fuit. hi consules magnos ludos fecerunt, quos Marcus Furius dictator uouerat Veienti bello. Idem scribit, in Punico bello, quemadmodum Ioui ludos magnos uouendos esse retulerint Decemuiri ad senatum, si bellatum esset prosperè aduersus Hannibalem, resq; publica in quo erat antea statu permansisset. Traditur & Scipio Carthaginensis uictor precatus esse deos, ut in eo statu rempublicam conseruarent, in quo tunc esset. Suetonius in Augusto, cum magnitudinem Varianæ cladis exaggerat: Vouit (inquit) & magnos ludos Ioui optimo maximo, si rempublicam in meliorem statum uertisset: quod factum Cymbrico Marsicoq; bello erat. Inuenio uerò ludos Circenses celebratos cum pompa & solennitate, quotannis decimoquarto Calendas, sole Taurum ingrediente: & ludos Megalesiacos per septem dies ab initio Aprilis. Meminit horum ludorum nominisq; & institutionis, Titus Liuius libro tertio Decadis tertiæ, in historia Punica: Viginti omnino legionibus & centum & sexaginta nauibus longis res Romana eo anno gesta. Prætores in prouincias ire iussi: consulibus imperatum, ut priusquam ab urbe proficiscerentur, ludos magnos facerēt, quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum uouisset, si in eodem statu respublica staret. Idem libro nono Decadis quartæ: His uictus castigationibus tribunus, cum templo excessisset, referente Seruio Sulpitio prætore, triumphus M. Fuluio est decretus. Is cum gratias patribus conscriptis egisset, adiecit, ludos magnos se Ioui optimo maximo eo die quo Ambraciam cæpisset, uouisse. In eam rem sibi centum pondo auri à ciuitatibus collata: petere ut ex ea pecunia, quam in triumpho latam in ærario positurus esset, id aurum secerni iuberent. Senatus Pontificum collegium cōsuli iussit, num omne id aurum in ludos consumi necesse esset: cum Pontifices negassent ad religionem pertinere, quanta impensa in ludos fieret: senatus Fuluio, quantum uellet impenderet, permisit, dum ne summam octoginta millium excederet. Huc pertinet, quod idem scribit libro quarto Decadis quintæ: Iuuenes etiam quidam Romani ludicro Circensi ad usum belli uerso, partem humillimam muri cæperunt. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentium circum complendi, spectaculorum uaria conquirere genera. Nec semel quadrigis, semel desultore misso, uix unus horæ tempus utrumq; curriculum complebat. inter cætera sexageni fermè iuuenes, interdum plures, apparitoribus ludis armati inducebantur: horum inductio in parte simulachrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitij quàm militaris artis, propiorq; gladiatoriorum armorum usum, cum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertijs magis, & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta domorum sunt, testudinem faciebant. Ex quibus apparent & ritus omnes qui in Circensibus adhibebantur, & quod est ad propositum, Circenses etiam extra urbem in castris & prouincijs editos fuisse. Scribit porrò idem ab initio libri quinti Decadis quintæ: Quod postquam ueris nuncijs Fabij Lentuliq; & Metelli aduentu firmatum est, cùm uictoria ipsa, tum augurio animorum suorum lætabantur. Et aliter traditur: Circensis turbæ Licinio consuli ad quadrigas mittendas ascendenti, tabellarius qui se ex Macedonia uenire diceret, laureatas literas attulisse dicitur. quadrigis missis, consul currum conscendit, & cum per circum ueheretur ad foros publicos, laureatus tabellas populo ostendit. Vbi per foros intelligenda subsellia & loca, quibus patres distincti à populo, tales ludos spectabant.

Ludi magni, quibus de causis instituti.

Qualis pompa & solēnitas in ludis magnis.

Sumptus Circensium.

Huiusmodi ludus nobis adhuc extat, quā uulgò septem turritam uocamus.

Circenses ludi extra Italiam.

Literæ uel tabellæ laureatæ, de quibus libro huius Operis nono.

A bant. Vnde forulos per diminutionẽ existimat Festus dici, quasi minores foros: hoc est, minora spectacula. Sic circenses ludos forulos Trãquillus in Augusto appellat, de gestis per eum in Pontificatu: Supra duo millia, inquit, cõtracta undiq; cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoq; delectu habito, condiditq; duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Et sic intelligitũ hoc carmẽ Satyrici:

Fori in Circo. Foruli Circenses ludi.

Hic libros dabat & forulos.—

Cæterùm ex his quę adduximus Liuij locis, colligimus, circenses ludos non habuisse certum & definitum in anno tempus: sed quando respublica laborabat, uti in eodem statu permaneret, à duce fuisse exercitus uotos. Porrò reperio tales ludos & in funere Cæsarũ, & natalitijs celebratos. Scribit enim Iulius Capitolinus in Pertinace: Filius Pertinacis, patris flamen est factus: Martiani sodales, qui diui Marci sacra curabant, Heluiani sunt dicti, propter Heluium Pertinacem: Circenses & imperij natalis additi, qui à Seuero postea sublati sunt. Sic & Suetonius in Tiberio scribit: Natalem suum plebeijs incurrentem Circensibus, uix unius bigæ adiectione honorari est passus. Reperio & in adoptione tales ludos à Cæsaribus editos. unde Spartianus in Hadriano: Adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum, inuitis omnibus, eumq; Aelium Verum Cæsarem appellauit. Ob cuius adoptionem ludos Circenses dedit, & donatiuum populo ac militibus expendit: quem prætura honorauit, ac statim Pannonijs imposuit. Sunt etiam interdum tales ludi dati in consulatu. unde est illud Vopisci in Aureliano: Cui consulatum, inquit, obtulimus ob paupertatẽ, qua ille magnus est, cæteris maior. dabis ad editionẽ Circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H-S. quinquagies. Sic quoq; in publicis uictorijs & triumphis Circenses celebrabãtur. unde describẽs Vopiscus Aureliani
B triumphum de Zenobia: Deniq; uix nona hora, inquit, in Capitolium peruenit, serò autem ad palatium. Sequentibus diebus datæ sunt populo uoluptates ludorum scenicorum, ludorum Circensium, uenationum, gladiatorum, naumachiæ. Huc pertinet quod Trebellius Pollio scribit in Gallieno: Sed Gallienus cognito quòd Macrianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerum, ac patre iam recepto, libidini & uoluptati se dedidit. Ludos circenses, ludosq; scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam uenationem, & ludos gladiatorios dedit, populumq; quasi uictorialibus diebus ad festiuitatem ac plausum uocauit. Memorat & Iulius Capitolinus in Maximo & Balbino, hos ludos fuisse editos ab Imperatoribus & ducibus, proficiscentibus ad bellum. ita enim scribit: His gestis, celebratisq; sacris, datis ludis scenicis, ludisq; circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis uotis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum missus est, cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Vnde autem mos tractus sit, ut proficiscentes ad bellum imperatores munus gladiatorium & uenatus darent, alibi dictum est. Sed placet horum ludorum paulo altius originem repetere ex Virgilio, qui libro octauo Aeneidos ita canit, cũm raptum Sabinarum à Romulo factum describit:

Circenses non habebant certum anni tempus.

Circenses ludi in natalicijs, & funeribus Cæsarum dabantur.

Circenses in adoptionibus editi.

Circenses dabantur in consulatu.

Circẽses in publicis uictorijs dabantur.

In auspicio belli dabantur ludi Circenses.

Locus Virgilij de origine Circensium.

Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas,
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis
Addiderat, subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris.

Atq; hæc de origine ludorum Circensium. Nunc quemadmodum hi celebrari sint soliti republica in Romana, dicemus. Equidem meridie celebratos, & in circum per plateas ordinẽ personarum incessisse, portatasq; effigies, etiam simulachra

Qua solennitate Circẽses fuerint celebrati.

lachra deorum extitisse inuenio: Et cum in circum uentum esset, aurigasse magistratus, & feras lusisse. Denique equestre certamen secutum fuisse, adeò ut ostensionales ludi equestresque horum partes fuerint: de quibus omnibus ad fidem rerum ex historijs loquemur. Primùm omniū in meridie solitos celebrari, ostendit diuus Augustinus lib. 8 Confessionum, ubi spectaculum circensium pomeridianum appellat. Huc alludit Suetonius in Claudio: Bestiarijs meridianisque adeò delectabatur, ut à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo procederet. Secundò, quòd per plateas & fora celebrati fuerint, testatur Tranquillus in historia Augusti ita scribens: Ipse circenses ex amicorum ferè libertorumque cœnaculis spectabat, interdum è puluinari, & quidem cum coniuge & liberis sedens, spectaculo plures horas, aliquando totos dies aderat, petita uenia, commendatisque qui suam uicem præsidendo fungerentur. Erant autem cœnacula, superiores domus contignationes, quas plerunque Romani locabant. Vnde cœnaculariam exercere, Iureconsultis, pro eo quod est, uiuere ex inquilinis. Tertiò in Circensibus simulachra & imagines deorum ordine portatas fuisse, ostendit Cor. Tacitus lib. secundo: Honores ut quisque amore in Germanicum aut ingenio ualidus, reperti decretique: ut nomen eius Saliari carmine caneretur, sedes curules sacerdotum Augustalium locis, superque eas querceæ coronæ statuerentur, ludos circenses eburnea effigies præiret, néue quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliæ crearetur. Eiusdem Tranquillus meminit in Tito: Erant autem adeò familiares, (loquitur de Tito & Britannico Claudij filio) ut de potione, qua Britannicus hausta perijt, Titus quoque iuxtà cubans gustasse credatur, grauique morbo afflictatus diu. Quorum omnium mox immemor, statuam ei auream in palatio posuit: & alteram ex ebore equestrem, quę Circensi pompa hodie quoque præfertur, dedicauit, prosecutusque est. Quartò, omnis generis pontifices, sacerdotes, flamines ac sodales, auguresque in Circensi pompa ordine incessisse (quod à Christianis in solennitatem sacrosancti corporis CHRISTI est translatum) insinuat Tacitus libro historiæ Augustæ tertio: Sed tum supplicia dijs, inquit, ludique Magni ab senatu decernuntur, quos Pontifices, & augures, & quindecimuiri, septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, ut fœciales quoque his ludis præsiderent. Contra dixit Cæsar, distincto sacerdotiorum iure, & repertis exemplis. neque enim unquam fœcialibus hoc maiestatis fuisse. ideoque Augustales adiectos, quia propriū eius domus sacerdotiū esset, pro qua uota persoluěretur. Quintò, bigis & quadrigis cucurrisse in Circensibus, ut in ueteribus Romanis numismatibus etiā hoc genus ludi repræsentatur, ostendit Suetonius in Dictatoris historia: Sessum, inquit, in decimaquarta scena per orchestram transijt. Circensibus spacio circi ab utraque parte perducto, & ingyrum euripo addito, quadrigas bigasque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Erat autem orchestra locus in theatro, in quo senatorum erant sessiones designatæ. Hinc est illud Iuuenalis:

— Similemque uidebis Orchestram. —

Huc alludit Herodianus libro quarto in historia Antonini Caracallæ: Denique id quod nunquam aliàs factitatum, cum Circenses spectante eo populus Romanus in aurigam cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repentè omnem exercitum facere impetum iussit in populum, ac raptare & occidere quicunque in aurigam dixissent. Inuenio autem in Circensibus factiones aurigarum quatuor fuisse, uidelicet Venetam, prasinam, albam, & roseam. Quibus addidit duas Domitianus Cæsar, purpurei uidelicet, & aurati

Circenses in meridie celebrabantur.

In plateis et foris Circēses celebrati.

Imagines in Circensibus portatæ.

Omnes sacerdotes Circensibus aderant.

Currus in Circensibus.

Orchestra.

Aurigarum genera in Circensibus.

A rati panni. Hinc est illud Suetonij in Domitiano: Duas Circensibus gregum factiones, aurati purpureiq́ panni, ad quatuor pristinas addidit. Casiodorus refert, propter quatuor anni tempora tales colores obseruatos ac distinctos in Circensibus fuisse. Nam prasinus, qui uiridis, uirenti ueri: roseus, flammeæ æstati: albus, pruinoso autumno: & uenetus, nebulosæ hyemi, quis rectè cōpararit. Neq́ mirum est, Casiodori tempore has mansisse in Romano Imperio factiones, cum Phoca etiam imperante longè posterius tantæ potentiæ extiterint, ut in oriente bellū excitarint. cuius rei meminisse uidetur Paulus Diaconus libro quarto Longobardicæ historiæ, capite undecimo: Huius tempore Prasini & Veneti (inquit) per orientē & Aegyptū ciuile bellum fecerunt, ac se mutua cæde prostrauerunt. Ad huiusmodi factiones alludit Lampridius in Commodo: Circenses multos addidit, ex libidine potius, quàm religione, & ut dominos factionū ditaret. ad quod pertinet illud Apollinaris in Hendecasyllabis:

Nam Circensibus ipse quanta ludis
Victor gesseris intonante Roma,
Lætam par fuit exarare Musam.
Ianus fortè suas bifrons Calendas,
Anni tempora circinante Phœbo,
Sumendas referebat ad curules.
Mos est Cæsaris, ut die bis uno
Priuatos uocitent parare ludos.
Tunc cœtus iuuenum, sed aulicorum,
Elæi simulacra torua campi
B *Exercent spaciantibus quadrigis.*
Et iam te urna petit, cietq́ raucæ
Acclamatio sibilans coronæ.
Tum qua est ianua consulumq́ sedes,
Ambit quam paries utrunq́ senis
Cryptis, carceribusq́ fornicatus,
Uno est quatuor axe forte lecto.
Curuas ingrederis frequens habenas,
Id collega tuus, simulq́ uobis
Pars aduersa facit. micant colores,
Albus uel Venetus, uirens rubensq́,
Vestra insignia continent ministri,
Ora & lora manu iubasq́ totas
Cogunt flexilibus latêre nodis,
Hortanturq́ obiter, iuuantq́ blandis,
Ultro plausibus, & uoluptuosum
Dictant quadrupedantibus furorem. Et mox:
Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,
Ardescunt, saliunt, timent, timentur.

Quibus uerbis scitè pompa cæremoniæq́ Circensium delineantur. Vbi est illud notandum, quod uehicula usurpata in his, Thensæ dicebantur, ex eo quòd ante eas lora tendebantur: uel ἀπὸ τῆ θεῶ, à re diuina. Vnde Tranquillus in Augusto, de Cæsaris illius spectaculis agens: Accidit uotiuis Circensibus, ut corre- *Thensæ Circensium.*

 ptus

ptus ualetudine, lectica cubans, thensas deduceret. Liuius libro quinto ab Vrbe: Quæ augustissima uestis est thensas ducentibus triumphantibusque. Sic Cicero de Aruspicum responsis: Te appello Lentule, cuius sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Atque hæc de Auguratione, Circensibus quondam familiari. Venio etiam ad equorum cursum, qui similiter eisdem in ludis uisebatur. Erant carceres & metæ constitutæ, ad quas certi missus equorum certando procurrebant. ita emissiones equorum uocabantur, ea in solennitate. cuius rei meminisse uidetur T. Liuius libro septimo ab origine Vrbis: Et neque ex topho, neque ex ligno factos tradit. Huc alludit Tranquillus in Claudio: Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus uenatione. Circo uerò Maximo marmoreis carceribus, auratisque metis, quæ utraque & tophina & lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca promiscuè spectare solitis. Idem in Nerone: Ad omnes, inquit, etiam minimos Circenses secessu commeabat, primò clàm, deinde propalam, ut nemini dubium esset, eo die utique adfuturum. Neque dissimulabat, uelle se palmarum numerum ampliare: quare spectaculum multiplicatis missilibus in serum protrahebatur, & ne dominis quidem iam factionem dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges ducere. rursus in Caligula: Incitato equo, cuius causa pridie Circenses inquietarat, uicinæ silentium per milites indicere solebat: ideo uidelicet, ut equus bene quiescere posset, ut ita paratior agiliorque ad cursuram foret. Idem in Claudio, ubi tradit, centũ missus equorũ datos. quod postea repetit in Domitiani historia: Spectacula magnifica assiduè, & sumptuosa edidit: non in amphitheatro modò, uerùm & in Circo: ubi præter solennes bigarum quadrigarumque cursus, prælium duplex etiam equestre & pedestre commisit. Et subdit: In his Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spacijs ad quina corripuit. Porrò ad illa septem spacia & missus in Circensibus usurpata, subinde alludunt authores. Seneca quarto Epistolarum: Agitatorum læticia cum septimo spacio palmæ appropinquat. Lactantius septimo Institut. Quoniam decursus propositi operis septem spacijs ad metam prouecti sumus: siquidem ubi septimo spacio agitatores, dum à carceribus ad metam properabant, circum metas in circo decurrissent, peractisque illis septem spacijs, tum palma uictori dabatur. Et sic intelliguntur uersus poetarum. Propertij: Septimi quam metam triuerit arte. Sidonius in Hendecasyllabis:

Cursus & certamina equorum in Circensibus. *Missus equorum.* *Missus equorũ in Circẽsibus.* *Sepena spacia in Circensibus.* *Loca authorũ de septimo spacio prouerbio.*

Tu conamine duplicatus ipso
Stringis quadriiugos & arte summa
In gyrum bene septimum reseruas. Horatius:
—Metaque feruidis Euitata rotis.— Et iterum alibi:
Centum quadriiuges agitabo à flumine currus. Et Epigrammatarius:
Cretatam præter cum uellet mittere mappam.

Mappa in cursu equestri. *Aerarius missus equorum.*

Adhibebatur enim mappa in huiusmodi cursu, signi loco. Hinc rectè monet Quintilianus, mappam circo usitatum esse nomen, propterea quòd in Circensibus spectaculis pro signo mittebatur à magistratu. Hinc est illud Tranquilli in Nerone: Mox & ipse aurigare, atque spectari etiam sæpius uoluit: positoque in hortis inter seruitia & sordidam plebem rudimento, unde magistratus solent, uniuersorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, &c. Adhæc nec illud omittendum, quòd ultimus equorum missus uocabatur ærarius, proprio uocabulo, & seorsim ex eo, quòd de collatione populi exhibebatur.

A tur. Erant & in Circensi desultores, non equi, sed homines illi ita appellati, qui præludia ludorum faciebant, & qui missus equorū denunciabant exituros, quod adhuc hodie in hastiludijs fieri assueuit. Meminit Cassiodorus libro tertio Epistolarum: Et hactenus de cursu equorum. cui olim in Austria apud nos similes ludi fuerunt, quotānis bis spectari soliti, à brauio panni Scharlacus cursus appellati. Cui multos constat accessisse & missus equorum, & homines, in hominum memoria. Superest ut illud etiam comprobemus, quòd feræ, & præcipuè insolitæ, populo in Circensibus ab Augustis exhibebantur: quæ partim à uenationibus, partim à condemnatis conficiebantur. Scribit enim Suetonius in Augusto, capite de Spectaculis: In circo aurigas cursoresq́ & confectores ferarum, & nonnunquam ex nobilissima iuuentute produxit. Appellabantur autē tales confectores à bestijs, quos cogebantur conficere, Bestiarij. Vnde est illud Senecæ: Nuper in ludo bestiariorum unus è Germanis, cum ad matutina spectacula præpararetur, secessit ad exonerandū corpus. Notandū hic obiter est, quemadmodum in Circensibus dabantur feræ, ita etiam seorsim ludi erant ostensionales dicti, qui manè tempore matutino edebantur. Ad quod alludit Suetonius in Claudio: bestiarijs meridianisq́ adeò delectabatur, ut à prima luce ad spectaculū descenderet. Et sic intelligitur illud Martialis:

Desultores ludorum.

Vestigia Circēsis equ[illegible] certaminū [illegible] dustria.

Bestiarij ludorum.

Matutini ludi.

Matutinarum non ultima præda ferarum.

Huiuscemodi ludos intelligit T. Liuius libro nono Decadis quartæ: Apparatos deinde ludos M. Fuluius, quos uouerat Aetolico bello, fecit. Multi artifices ex Græcia uenerant, honoris eius causa. Athletarum quoq́ certamen primo Romanis spectaculo fuit, & uenatio data leonum & pantherarum, & propè huius seculi copia ac uarietate ludicrum celebratum est. Huiuscemodi porrò B productionum bestiarum in spectaculum, subinde meminere procedentis Imperij authores. Capitolinus in Gordianis: Feras Libycas uno die centum exhibuit, ursos uno die mille. Extat sylua eius memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cnei Pompeij, quæ ipsius, & patris eius, & proaui fuit, quam Phillippi temporibus uester fiscus inuasit. In qua pictura etiam nunc continentur cerui palmati ducenti mixtis Britannis, equi feri triginta, oues feræ centum, alces decem, tauri Cypriaci centum, struthiones Mauri miniati trecenti, onagri triginta, apri centum quinquaginta, ibices 200. damæ 200. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris, quod sextum edebat. Huc pertinet & ille Fla. Vopisci locus, qui in Probi historia legitur: Venationem in circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale: Arbores ualidæ per milites radicitùs uulsæ connexis latè longeq́ trabibus affixæ sunt, terra deinde superiecta, totusq́ circus ad syluæ consitus speciem, gratia noui uiroris effronduit. immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ, & cætera herbatica animalia, quanta uel ali potuerunt, uel inueniri. Immissi deinde populares, rapuit quisq́ quid uoluit. Addidit alia die in amphitheatro una missione centum iubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant: qui omnes contificijs interempti sunt, non magnum præbentes spectaculum cum occidebantur. neq́ enim erat bestiarum impetus ille, qui esse ab eis egredientibus solet. Occisi sunt præterea multi, qui diripere uolebant, sagittis: editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ, & ursi simul ducenti: quarum omnium ferarum magnum magis constat fuisse spectaculum, quàm gratum. Meminit huius rei & productionis ferarum in circum spectaculi gratia, & Aelius Spartianus in uita Hadriani Cæsaris: In circo multas feras, & sæpe centum leones interfecit, militares pyrrhicas populo frequenter

Nota magnificentiam spectaculi in Circensibus.

Cerui palmati.

Struthiones miniati.

quenter exhibuit. Ex quibus omnibus colligimus, bestias omnis generis, & præcipuè incognitas, in circensibus fuisse exhibitas: quod ante constitutum Imperiũ moris non erat. unde scribit T. Liuius libro quarto Decadis quintę in Macedonici belli descriptione: Iuuenes etiam quidam Romani ludicro Circensi cum usu belli uerso partem humillimam muri cœperunt: mos erat tum nondum hac effusione inducta, bestijs omnium gentium circum complendi, uaria spectaculorũ conquirere genera. Hæc ille. Ergo non solum Romę, sed in castris passim, prouincijsq́;, circenses ludi edebantur: in quibus non solũ sacra ferebantur, aurigationes erant, & equorum cursus, uerùm etiam bestiæ incognitæ, harumq́; uenationes ostendebantur. Quę consuetudo Romana in republica, ut constituto florenteq́; Imperio maxima fuit, ita inclinante adhuc Imperio perseuerauit semper. Id quod ex tribus potissimum authoribus eius imperij ætatis colligitur, Marcellino uidelicet, Symmacho, & Claudiano poeta, qui omnes huius adhuc ludicri Romano iam populo CHRISTO uendicato, ab anno Domini CCCC, mentionem faciunt. Quorũ Marcellinus lib. 14. in historia Constantij Imperatoris, qui fuit Constantini Magni filius, ita nominatim scribit: Arelate hyemem agens Constantius post theatrales ludos atq; circenses ambitioso editos apparatu, ad diem sextum Idus Octobris, qui imperij eius annum tricesimum terminabat, insolentia pondera grauius librans, si quid dubium deferebatur, aut falsum, pro liquido accipiens & comperto, inter alia excarnificatum Gerontium Magontianæ comitem partis, exulari mœrore multauit. Et rursus lib. 21. in historia eiusdem: Postridie ludis circensibus idem ex aduerso imperatoris, ubi cõsueuerat spectãs, repentino clamore sublato, cũ certamen opinatũ emitteretur, diffractis cancellis, quibus unà cũ pluribus incũbebat, cunctis cum eo inuanum excussis, læsisq́; leuiter paucis, interna cõpage disrupta efflasse spiritum repertus solus: unde Constantius futurorũ quoq; præscius exultabat. Atq; hæc ex Ammiani testimonio. Meminit huius & generis & nominis ludorũ & Symmachus, Vrbis quondam præfectus, in epistola ad Theodosium & Archadium, patrem & filium: Ergo cum expectari munera principum soleãt, nunc accita uenerunt. Prætereo illum diem, quo elephantes regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit. malo fremitum Martiæ uallis exponere, atq; illam quadrigarũ distributionẽ, in qua sibi cũ fortunatior uideretur, cui obiectionem mox urna tribuebat, par uel potior erat, quem sors fecisset extremum. Superest ut Claudiani etiam uersus luculentissimos adducamus, quibus Archadio & Honorio imperantibus, circensis adhuc ludicri apertè mentionem facit. ac primum est locus lib. II in Eutropium, ita nominatim scribentis:

A

Circenses ludi etiã extra Italiam in prouincijs.

Circenses ludi Imperio declinante.

B

Loca inclinantis Imperij authorum de Circensibus.

Loca Claudiani de Circensibus ludis.

Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in arctis
Consulerent, tantisq; darent solatia morbis,
Obliti subitò Phrygiæ, bellisq; relictis
Ad solitos cœpere iocos & iurgia circi
Tendere, nec quiquam magna confligitur ira.
Quis medius uibrata puer uertigine molli
Membra rotet? uertat quis marmora crine supino?
Quis magis enodes laterum detorqueat artus?
Quis uoci digitos, oculos quis moribus aptet?
Hi tragicos meminere modos, his fabula Tereus,
His necdum commissa thoro cantatur Agaue.

Et iterum in Panegyri in Manlium Theodorum, cum ludos editos in eius consulatu

A sulatu scribit, ut suprà diximus, in consulatibus solitos hos edi ludos testatur;

Uranie redimita comas, quæ sæpe magistra
Manlius igniferos radio descripserat axes,
Sic alias hortata deas: Patimurque sorores
Optato procul esse die? nec limina nostri
Consulis, & semper dilectas uisimus ædes?
Et fasces subiisse libet? miracula plebi
Colligite, & claris nomen celebrate theatris.
Tu Iouis æquorei submersam fluctibus aulam,
Oratum uolucres Erato iam perge quadrigas,
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion.
Illustret circum sonipes, quicunque superbo
Perstrepit hinnitu Betim, qui splendida potat
Stagna Tagi, madidoque iubas abstergitur auro.
Calliope liquidas Alcidem posce palæstras.
Cuncta Palæmonijs manus explorata coronis
Adsit, & Helæo pubes laudata Tonanti.
Tu iuga Taygeti, frondosaque Mænala Clio,
I, Triuiæ supplex, non aspernata rogantem
Amphitheatrali faueat Latonia pompæ.
Audaces legat ipsa uiros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant uenabula nisu:
Ipsa truces fœtus, captiuaque ducat ab antris
B *Prodigia, & cædis sitientem deferat arcum.*
Conueniat ursi, magna quos mole ruentes,
Torua Lycaonijs Helice miretur ab astris.
Perfossique ruant populo pallente leones,
Quales Mygdonio currum frenare Cybelle
Optat, & Herculei mallent fregisse lacerti.
Obuia fulminei properent ad uulnera pardi
Semine permixto geniti, quum fortè leænæ
Nobiliorem uterum uiridis corrupit adulter,
Hi maculis patres referunt, & robore matres.
Quicquid monstriferis nutrit Getulia campis,
Alpina quicquid tegitur niue, Gallica si quid
Sylua timet, iaceat: largo ditescat harena
Sanguine, consument totos spectacula montes:
Nec molles egeant nostra dulcedine ludi,
Qui lætis risum salibus mouisse facetus,
Qui nutu manibusque loquax, cui tibia flatu,
Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat, aut altè graditur maiore cothurno,
Et qui magna leui detrudens murmura tactu,
Innumeras uoces segetis moderatus ahenæ,
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte, laborantes in carmina concitat undas:
Vel qui more auium sese iaculantur in auras,

Alludit ad equorũ cursum in Circẽsibus.

Alludit ad gladiatorum munera in Circensi.

Alludit ad uenationes, & ferarũ ostensiones in Circensibus.

Alludit ad histrionum poetarum ac tibicinũ citharœdorumque certamen in Circensibus.

 Corporaque

A

Alludit ad funãbulos & gesticulatores in Circensibus.

Corporaq́ ædificant, celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer augmentatus in artem
Emicet, & uinctus plantæ uel curribus hærens,
Pendula librato figat uestigia saltu.
Mobile ponderibus descendat pegma reductis,
Inq́ chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet, uarios effingat Mulciber orbes.
Per tabulas impunè uagus, pictæq́ citato
Ludant igne trabes, & non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Lasciui subitò confligant æquore lembi,
Signaq́ remigibus spument inuersa canoris.
Consul per populos, idemq́ grauissimus auctor
Eloquij, duplici uita subnixus in æuum,
Procedat pariter libris fastisq́ legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatq́ nepoti
Filius, & cœptis ne desit fascibus hæres.
Decurrat trabeata domus, tradatq́ secures
Mutua posteritas: seruatoq́ ordine fati,
Manlia continuo numeretur consule proles.

Allusio ad ignis eiaculationes, artificiaq́; in Circẽsibus, uulgò feurwerck.

Ad Naumachiam alludit quæ in Circẽsibus dabatur.

Hæc eo prolixius ex Claudiano adduximus, ut progrediente Imperio in ludorum Circensium solennitate, qui in consulatus auspicio, Cæsarumq́; natalitijs triumphisq́; potissimum edebantur, præter equorum cursum, aurigationem, ferarumq́; exhibitionem, & animalium insolitorum, histriones insuper & tibicines lusisse, musicosq́; & funambulos, fidus lector intelligat: præterea Naumachiam his ludis adiectam, & ignis eiaculationes artificiosas, quæ etiamnũ hodie in triumphis ludisq́; publicis eiaculantur, & uulgò Feürwerck appellantur. Manent & Circensium hodie umbræ quædam in his solennibus, quæ Cæsare Aquisgrani inaugurando, non admodum dissimili ratione parantur. Sed libet Caput hoc nostrum Vetustatis monumento includere, quod Lugduni in introitu templi diui Stephani legitur in hæc uerba: B

SEX. LIGVRIVS SEX. FIL. GALERIA MARINVS SVMMVS CVRATOR. C. R. PROVIN. LVGD. Q. IIVIR. A. L. B. ORNAMENTIS. SVFFRAG. SANCT. ORDINIS HONORATVS IIVIR. DESIGNATVS EXPOSTVL. POPVLI OB HONOREN PERPETVI PONTIFI. DATI CVIVS DONI DEDICATIONE DECVRION. V. ORDINI EQVESTRI IIIIII VIRIS AVG. NEGOCIATORIB. VINARIIS III. ET OMNIBVS CORPORIB. LVGD. LICITE COEVNTIB. ITEM. LVDOS CIRCENSES DEDIT. L. D. D. D.

CAP. VI. DE LVDIS SECVLARIBVS.

Nomina secularium ludorum.



LVDOS seculares, qui & Herculei ab Hercule, cui erant dicati, & Tarentini à loco uocabantur, nomen sortitos esse à seculo, hoc est, centum annorum tempore, quo elapso magno ambitu in urbe celebrabãtur, manifesta res est: quo euentu & quinquennalia atq́; decennalia huic reipublicæ appellati ludi fuere. Sunt autem primùm omnium à Valerio consule, mox post exactos reges

A reges instituti, ut Censorinus in libro de Die natali author est. Valerius quoque Maximus, in capite de Institutis antiquis, originem secularium ludorum recenset his uerbis: Cum ingenti, inquit, pestilentia urbis antiqua agrique uastarentur, Valesius uir locuples, rusticæ uitæ, duobus filiis & filia ad desperationem usque medicorum laborantibus, aquam calidam is à foco petens, genibus innixus, lares familiares, ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent, orauit. orta deinde uox est, habiturum eos saluos, si continuò flumine Tyberis deuectos Tarentum portasset, ibique ex Ditis patris & Proserpinæ ara petita aqua calida, quam illi desiderarent, recreasset. Eo prædicto magnopere confusus, quod & longa & periculosa nauigatio imperabatur: spe tamen dubia præsentem metum uincente, pueros ad ripam Tyberis protinus detulit. habitabat enim in uilla sua prope uicum Sabinæ regionis Heretum: & lintre Hostiam petens, nocte concubia ad Martium campum appulit: sitientibusque ægris succurrere cupiẽs, igne in nauigio non suppetente, ex gubernatore cognoscit haud procul apparere fumum: & ab eo iussus egredi Tarentum (id nomen ei loco est) cupidè arrepto calice, aquam flumine haustam, eò unde fumus erat obortus, iam lætior pertulit, diuinitùs dati remedii, quasi uestigia quædam in propinquo se existimans nactum: inque solo magis fumante, quàm ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis leuibus & quæ sors obtulerat nutrimentis, pertinaci spiritu flammam euomuit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit: qua potata, salutari quiete sopiti, diutina ui morbi repentè sunt liberati: patrique indicauerunt, uidisse se in somnis nescio à quo deorum spongia corpora sua pertergi: & præcipi, ut ad Ditis patris & Proserpinæ aram, à qua potio ipsis fuerat allata, furuæ hostiæ immolarentur, lectisterniaque & ludi nocturni fierent. Is qui eò loci nullam a-
B ram uiderat, desiderari credens, ut à se construeretur, aram empturus in urbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. ii domini imperium exequentes, cum ad uiginti pedum altitudinem humo egesta peruenissent, animaduerterunt aram Diti patri Proserpinæque inscriptam. Hoc postquam Valesius nunciante seruo accepit, omisso emendi proposito, hostias nigras, quæ antiquitùs furuæ dicebantur, Tarenti immolauit: ludosque & lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit. Et sic intelliguntur multa authorum loca. Suetonii in Augusto: Item secularibus ludis iuuenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. De eisdem peruigiliis & Herodianus libro tertio historiæ Augustæ, scribit in hæc uerba: Vidimus item sub illo quosdam omnis generis ludos cunctis editos theatris, simulque supplicationes & peruigilia ad formam Cereris initiorum (seculares hi tum appellabantur) celebratos, ut aiunt, decurso trium spacio ætatum. Siquidem urbe tota atque Italia præcones itabant, conuocatum omnes ad ludos quos nec uidissent hactenus, nec uisuri postmodò forent. Ita scilicet interuallum præteritæ futuræque celebritatis, supra omnem esse hominum ætatem significantes. Huc alludit & Statius illo carmine:

Origo secularium ludorũ.

Ludi seculares quãdo celebrabantur.

Allusiones poetarũ ad ludos seculares.

Nos fœcunda operum, pulchræque accommoda fraudi.

Sic & ille est Martialis uersus intelligendus:

Bis mea Romano spectata est uita Tarento. Et alibi:

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et quæ Romuleus sacra Tarentus habet. Et Ausonius:

Trina

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

A

Quare seculares ludi Tarentini nominabantur.

Quippe ut Valerius tradit, à Tarento loco prope Romam, ubi Valesius cum filijs ægris appulit ex Tiberi, & ubi aram Ditis defossam reperit, non à Tarento Calabriæ siue Magnæ Græciæ ciuitate, Tarentini hi ludi nominati sunt. Porrò celebrauit hos ludos inter Imperatores primus Augustus, operis socio Agrippa ascito: qui ut modum adhiberet, pueros & puellas à nocturnis cœtibus edicto mouit. Canebatur autem in his Augusti secularibus carmen Horatij, quod seculare appellabatur, quòd incipit apud Horatium:

Sub Augusto celebrati seculares ludi. Carmen seculare.

Certus ut denos decies per annos,
Orbis & cantus referatq́ ludos,
Ter die claro, totiesq́ grata
Nocte frequenteis.

Sub Claudio celebrati secũda uice seculares.

Secundus ab Augusto, nondum centum annorum spacio elapso, Claudius ludos seculares dedit. De quibus ita Tacitus scribit in undecimo: Iisdem consulibus ludi seculares octingentesimo post Romam conditam, quarto & sexagesimo quàm Augustus ediderat, spectati sunt. Vtriusq; principis rationes prætermitto, satis narratas libris quibus res Domitiani imperatoris composui. nam is quoq; edidit ludos seculares: ijsq́; intentius affuit sacerdotio Quindecemuirali præditus, ac tum prætor. Ex quibus apparet, tertium in ordine tales ludos celebrasse Domitianum Cæsarem, similiter nondum elapso seculo. cuius etiam meminit Aurelius Victor in huius Cæsaris historia: Igitur metu crudelitatis & conscientiæ suæ coniurauere pleriq;, impulsoribus Parthemio, procurante cubiculum, & Stephano, & tum ob fraudem interceptæ pecuniæ suppliciũ suspectante Clodiano, ascita etiam in consilio tyranni uxore Domitia, ob amorem Paridis histrionis, à principe cruciatus formidante, Domitianum multis uulneribus confodiunt, post annum quintum & quadragesimum uitæ. At Senatus gladiatoris more funus efferri, radendumq́; nomen decreuit. Huius tempore ludi seculares celebrati sunt. Hæc ille. Quartùm præterea ludos seculares edidisse Septimium Cæsarem, Herodianus libro tertio scribit, cum Seueri Septimij historiam retexit: Vidimus (inquit) sub illo quosdam omnis generis ludos cunctis editos theatris, simulq́; supplicationes, & peruigilia ad formam Cereris initiorum (seculares hi tum appellabantur) celebratos, ut aiunt, decurso trium spacio ætatum. Cæterùm, tametsi & alios sequentes imperatores tales edidisse ludos uerisimile sit: tamen quia apud authores mentio nulla occurrit, consultò omitto. Illud autem constat, Honorium, & fortasse postremũ, hos ludos dedisse, ut de eo Claudianus refert in Panegyrico sexti consulatus:

Seculares ludi tertia uice editi à Domitiano.

B

Quartò editi seculares ludi.

Postremus seculares ludos qui dederit.

Nunc præsens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? sedés ne capacior ulla
Tantæ laudis erit? tua te benefacta morantem
Conueniunt, meritisq́ suis obnoxia uirtus,
Quod seruauit amat. iam flauescentia centum
Messibus æstiuæ detondent Gargara falces:
Spectatosq́ iterum nulli celebrantia ludos,
Circumflexa rapit centenus secula consul.

Atq; hæc de his qui ludos seculares ordine Romana in republica dederunt. Iam quæ in his ludis eorumq́; peruigilio fieri consueuerant, dicam. inuenio aũt duo potissimum usurpata in his ludis, uideli-

A uidelicet, certamen & congressum poetarum, comœdiarumq; exhibitionem, & insolitorum animalium ostensionem. De quorum primo Tranquillus in Augusto meminit his uerbis: Nam histrionum licentiam adeò compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronã ministrasse compererat, per trina theatra uirgis cæsum relegauerit. Meminit huius Stephanionis & Plinius, inquiens: Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisq; secularibus ludis. Quòd uerò etiam insolita animalia & feræ in his ludis ostendebantur, id quod præcipuè in Circensibus obseruabatur, Solinus testatur: Qui Pompeium his ludis rhinocerota exhibuisse tradit. Id quòd à Iulio Capitolino in Gordianis confirmatur, his uerbis: Fuerũt sub Gordiano (inquit) Romæ elephanti triginta & duo: quorum ipse duodecim miserat, Alexander decem. Alces decem. Tigres decem. Leones mansueti sexaginta, Leopardi mansueti traginta. Belbi, id est, hyænæ decem. gladiatorum fiscalium paria mille: Hippopotamus, & rhinoceros unus, Archoleontes decem. Camelopardali decem. Onagri uiginti. Equi feri quadraginta, & cætera huiusmodi animalia innumera & diuersa, quæ omnia Philippus ludis secularibus uel dedit, uel occidit. Atq; hæc de ludis secularibus inuenire potuimus. loco quorum apud nos Christianos Iubileus Romanis Pontificibus excogitatus est, qui quinquagesimo quoque anno Romæ magno ambitu celebratur, & ad cuius solennia ex uniuerso orbe homines commigrant, quod olim in secularium apparatu fieri consueuerat: tametsi ludis explosis, illorum loco in Vrbe iam sacra tractetur. Sed placet, quod proposuimus, exemplo uetustatis confirmare:

Cõgressus poetarũ & comœdiarum exhibitio in secularibus ludis fiebat.

Insolita animalia in secularibus ostẽdebantur.


Iubilei origo.

B LVDI SECVLARES QVIN IMP. CAESARI DIVI F. AVGVSTO C. SENTIO C. F. N. SATVRNINO M. CLAVDIO M. F. M. N. MARCELLO. M. RVFFO M. F. TRIGONE MAC. XVVIR. R. LAELIO D. F. D. N. BALBO A. P. R. C. D. CCCXLI. EX S. C. LVDI SECVLARES FACTI.

Et iterum aliud:

LVDI SECVLARES TERT. M. AEMILIO M. F. MAG. XVVIR M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORE.

CAP. VII. DE LVDIS QVINQVENNALIbus, & Decennalibus, ac Vicennalibus.



QVINQVENNALIA & lustra & si multis eadẽ fuisse existimẽtur, tamẽ differebãt, non minus quàm apud Græcos Panathenęa & Olympiades: cũ in utroq; quinq; annorũ spacium intermediũ esset. Quippe in lustris sola Taurilia celebrabãtur: in quinquennalibus musicorũ erat certamen, & penè omnia fiebant quæ apud Græcos in Olympiadibus. Cæterùm authore Censorino, Seruius Tullus horũ primus extitit author, in hoc uidelicet, ut censu ciuiũ habito, quinto quoq; anno lustrũ conderetur, ita ut posteri idem in cõdendo lustro institutũ seruarẽt. Hos ludos Augustus ad similitudinẽ Actiacorũ reformauit, ac pluribus ceremonijs locupletauit. quemadmodum Suetonius in Augusto testatur, his uerbis: Quoq; Actiacæ uictoriæ memoria celebratior & in posterum esset,

Discrimen inter lustra & quinquennalia.

esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit: ludosq; illic quinquennales constituit. & ampliato uetere Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum naualibus spolijs, Neptuno ac Marti consecrauit. Et iterum capite de Honoribus: Quædam Italię ciuitates diem, quo primùm ad se uenisset, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleræq; super templa & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim constituerunt. Idem in Tiberio, capite de Pueritia: Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis circensibus, ductor turmæ puerorũ maiorum. Erat autẽ circa Neapolim locus cum gymnasio & stadio, ad quinquennale certamen, ludorum apparatum: cuius loci meminit Strabo libro septimo & decimo, & Ouidius in epistola Sapphus. Huc alludit & Maro hoc carmine: A

Loca, ubi quinquennalia celebrabantur.

Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Scribit Egesippus, Herodem in Cæsarea ciuitate theatrum & amphitheatrum extruxisse, & quinquennale certamen præmijs propositis instituisse. Porrò ut reuertar ad lustrum, quod cum quinquennalibus coincidere uidetur: refert Liuius nominatim, Seruium Tullium censu perfecto, in campo Martio exercitum omnem lustrasse. Ad quod alludens Tranquillus in historia Augusti, capite de Ostentis: Cum lustrum (inquit) in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum sæpius circumuolauit. Huc pertinet quod de hac solennitate apud Iureconsultos græcè legitur: Φιλοτίμως καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν ἀπὸ μυριάδων τριῶν τῷ τοι κεφαλαίῳ, αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον, καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις, ἀξιοχρέως ὑπὲρ τοῦ τελεῖν τὸν ἐξ ἔθους τριῶν μυριάδων τόκον ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου, ἐπαῦθις δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γεννηθησομένων τέκνων. χωρήσει δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἆθλα τῶν θυμελικῶν, καθὼς ἐφ' ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ ὁρίσῃ. Quod latinè redditum sic habet: Ex liberalitate mea quadriennale certamen dedico triginta millium sortis, ut pecunia penes me retenta, idoneè apud decemprimos caueam me soluturam, quæ solent præstari, triginta millium usuras, designatori & præfecto ipsi certamini marito meo, deincepsq; filijs, qui ex me gignentur: cedetq; id fœnoris in Thymelicorum præmia, sicut unoquoq; in certamine senatus decreuerit. Ex quibus uerbis liquet, quinquennalia aliquãdo quarto quoq; anno edita fuisse, cum lustrũ non nisi quinto quoq; anno conderetur à censoribus. Confunduntur tamen passim, & lustrũ pro quinquennalibus accipitur, & econtrà: adeò ut quinquẽnalia à temporis spacio dicantur ludi, cum suis ceremonijs: lustrum uerò, à delectu & lustratione ciuiũ Romæ habita. Vnde est illud Statij in Syluis: B

Lustri prima origo.

Lustrum & quinquennalia cõfunduntur.

Huc me post patrij letum quinquennia lustri. Et iterum:
Cum stata laudato caneret quinquennia uersu.

Sic Lucanus primo Pharsal.

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus urbem
Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro,
Longa per extremos pomœria cingere fines,
Pontifices sacri quibus est permissa potestas:
Turba minor ritu sequitur succincta Gabino, &c.

Cæterùm nec illud silentio transeundũ, quod in quinquennalibus certamẽ edebatur musicorũ, & censores creabantur. unde alio nomine hoc genus ludi Agon Neapolitanus & Gymnicus nuncupabaẽ. Huc pertinet, quod refert Strabo lib. 5. Geographię: quod apud Neapolim quinquẽnalis Agon per quàm plusculos dies celebrabatur. Huc alludit & Trãquillus in Augusto, cap. de Causis infirmitatũ: Mox

Agon Neapolitanus quinquennaliũ genus.

A Mox Neapolim traiecit, quanquam & tum infirmis intestinis, morbo uariante: tamen & quiquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectauit, & cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Itaq; qui Romanis quinquennales dicebantur, Græcis multò antea erant cogniti, & Olympici partim, partim uerò Panathenæa, à Minerua quam ἀθήνην dicunt, uocabantur. Suidas refert, duplicem festiuitatem fuisse Panathenæorum; alteram anniuersariam, alteram quinquennalem, quæ & magna Panathenæa dicebantur, quæ primus uidelicet Erichthonius in honorem Vulcani & Palladis instituerat. Hinc Isocratis, Platonis, & Ciceronis libri Panathenaici à quibusdam nominantur. Refert & Thucydides in sexto, Hipparchum fuisse occisum ab Harmodio & Aristogitone tyrannicidis, dum pompa minorũ Panathenæorum ordinatur ab Hipparcho. De hac festiuitate extant & inclinantis Imperij autorum loca. Eusebius in Chronicis ita nominatim scribit: Agonem gymnicũ, quem Panathenæon uocant, Athenis celebratum extitisse. hinc est illud in historijs celeberrimum, de sene quodam ingresso in hoc genus spectaculi, qui cum à nullo reciperetur, postremò à Lacedæmonijs fuisse receptum, & dixisse cum lachrymis: Heu me miserum, ut Græci omnes nouerunt quæ honesta sunt, sed his soli utuntur Lacedæmonij. Meminit quinquennalium & Aelius Spartianus in uita Hadriani: Acta eius irrita fieri uolebat senatus: nec appellatus fuisset diuus, nisi Antoninus rogasset. Templũ deniq; ei pro sepulchro apud Puteolos constituit, & quinquennale certamen, & flamines & sodales, & multa alia quæ ad honorem quasi numinis pertinerent. His adde & illum Ammiani locum lib. 29: Quis omnibus perspicaciter, inquit, inquisitis, Imperator cognitorũ consultationi respondens, sub uno proloquio cunctos iubet occidi: & uix sine animorum horrore funestum spectaculum multitudine innumera

Panathenæa ludi Græcorum.

Loca autorum de quinquennalibus.

B contuente, & onerante questibus cœlum (namq; singulorum mala, omnium esse communia credebãtur) ducti uniuersi flebiliter iugulantur, præter Simonidem: quem solum sæuus ille sententiæ lator, efferatus ob constantiam grauem, iusserat flammis exuri: qui uitam ut dominã fugitans rabidam, ridens subitas monumentorum ruinas, immobilis conflagrauit, peregrinum illum imitatus Protea cognomine, philosophum clarum: qui cum mundo digredi statuisset, Olympiæ quinquennali certamine sub Græciæ conspectu totius, ascenso rogo quẽ ipse construxit, flammis absumptus est. Loquitur autem ibi de Simonide philosopho, ob uanam suspicionem à Valentiniano imperatore combusto. Atq; hæc de quinquennalibus ludis habuimus, quæ ex historica fide adferre potuimus. Quibus fortè comparare nos possumus ludos septennio quoque Louanij apud Belgas in festo adsumptionis diuæ Virginis celebratos, Christiano tamen, nõ ethnico ritu. Sed ne ex nostra consuetudine digrediamur, inscriptiones Vetustatis eo in instituto subijciam.

Reliquiæ quinquennalium.

Apud Isconium in regione Ferentana:

L. PVDENTI HIC QVINI. ESSET ANNOR. XIII ROMAE CERTAMINE SACRO IOVIS CAPITOLINI. LVSTRO VI. CLARITATE INGENII. CORONATVS EST IN POETAS LATINOS. OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM HVIC PLEBS VNIVERSA MVNICIPIVM ISCONENTIVM STATVAM AERE COLLATO DECREVIT CVRAT. R. P.

In oppido Elquasto:

L. VALERIO L. F. PVDENTI. HIC CVM ESSET ANNOR. XIII ROMAE CERTAMINE IOVIS CAPITOLINI LVSTRO SEXTO CLARITATE INGEN. CORONATVS EST INTER POETAS LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM.

Atq; hæc de quinquēnalibus, de quibus plura in cap. de Quinquatrijs, siue Mineruijs ludis dicemus, suo loco. Superest ut etiam decennalia explicemus, qui ludi decimo quoquo elapso anno dabantur, ut uel nomen ipsum indicat. Quos institutos inuenio ab Augusto primum pretextu quodam ad Imperatoris titulum, monarchiæq; potestatem retinendam sine inuidia: solebat quippe decimo anno, constituto in hoc ingenti spectaculo, ludorumq; apparatu, Imperium populo resignare, quod tamen illicò quasi rogaretur, cępit. Secundum consulatum post IX annos, tertium anno interiecto gessit, sequentes usq; ad XI continuauit. Multisq; (ait Tranquillus) mox cum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septendecim annorum interuallo, & rursus tertiumdecimum biennio post ultrò petijt. Hinc scribit Eusebius in historia Ecclesiastica, Constantinum Magnū decennalia celebrasse. celebrauerat & hæc Gallienus imperator, ut Trebellius Pollio scribit: qui apparatum eo in solenni adhibitum recensens, ita de decennalibus loquitur: Interfectis sanè militibus apud Byzātium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido conuolauit. conuocatisq; patribus, decennia celebrauit nouo genere ludorum, noua specie pomparum, exquisito genere uoluptatum. Iam primum inter togatos patres, & equestrem ordinem, albatos milites, & omni populo præeunte, seruis etiam propè omnium, & mulieribus cum cereis facibus & lampadibus præcedentibus, Capitolium petijt. Processerūt etiam altrinsecus centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. Agnæ candentes ex utraq; parte ducentæ præcesserunt, & decem elephanti, qui tunc erant Romæ, mille ducenti gladiatores pompaliter ornati cum auratis uestibus matronarum: mansuetæ feræ diuersi generis ducentæ, ornatu quàm maximè adfectæ. Carpenta cum mimis, & omni genere histrionū: pugiles sacculis, non ueritate pugnantes. Cyclopea etiam luserunt omnes apenarij, ita ut miranda quædam, & stupenda monstraret. Omnes uię ludis, strepituq; & plausibus personabant. Ipse medius cum picta toga & tunica palmata inter patres, ut diximus, omnibus sacerdotibus prætextatis, Capitolium petijt. Hastæ auratæ altrinsecus quingenæ, uexilla centena: & præter ea quæ collegiorum erant, dracones, & signa templorum, omniumq; legionum. Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gothi, Sarmatæ, Franci, Persæ: ita ut nō minus quàm duceni singulis globis ducerentur. Hæc de decennariorum solennitate Trebellius Pollio. Porrò postremum fuisse qui hosce ludos dederit, autumo Theodosium iuniorem, ut ex illa epistola Symmachi urbis præfecti ad eundem Cæsarem lib. 1 Epistolarum animaduertitur: Nam diuis, inquit, parentibus tuis ob decennium minor summa decreta est. etiam diuus frater mansuetudinis nostræ, cum tertium lustrum æui imperialis exigeret, parciore munificentia honoratus asseritur: nunc in amorem tuum studia nostra creuerunt. Nam mille sexcentas auri libras decennalibus Imperij tui factis deuotus ordo promisit, urbanis ponderibus conferendas, id est, trutinæ largioris examine. Atque hæc de decennalibus. Huius generis fuisse credendum est ludos uotibos, qui ab Imperatoribus obseruabantur, & ex anno imperij computabantur: durabantq; tot diebus ludi, quot annis imperio quis præfuisset. Celebratio erat sexto Idus Augusti. Ad quos alludens, & eleganter uicennalia depingens Eusebius Pamphilus, tertio libro de uita Constantini Magni sic scriptum reliquit: Hoc temporis & populi frequentia & nundino celebre fuit. Tum se regni uicesimus ille annus absoluto cursu retulerat ad idem caput.

Decennalia ludi genus. Origo decennalium & causa.

Constantinus Magnus celebrauit decennalia.

Decennalium solennitas qualis.

Ludi uotibi.

CAP. VIII. DE LVDIS APOLLINAribus, & Capitolinis.



A QVOS Romani ob uaticinia Martiana in secundo Punico instituerant, Phœbo sacros ludos, hos iampridem Græci habebant, & in Parnasso monte sub nomine Pythiorum celebrabant: quæ à nomine perdomitæ serpentis nominata fuisse, Ouidius libro primo Metamorphoseon testatur. Refert originem horum T. Liuius libro quinto Decadis tertiæ, in hæcce uerba: Vates hic Martius illustris fuerat. & cum inquisitio priore anno ex senatusconsulto talium librorum fieret, in M. Aemilij prætoris urbis, qui eam rem agebat, manus uenerant: is protinus nouo prætori Sullæ tradiderat. Ex huius Martij duobus carminibus, alterius postea aucta celebrato euentu auctoritas, alteri quoque, cuius nondum tempus uenerat, afferebat fidem. Priori carmine Cannensis prædicta clades, in hæc fermè uerba erat: Amnem Troiugeam Cannam Romane fuge: ne te alienigenę cogāt in campo Diomedis conserere manus. Sed neq; credes tu mihi, donec compleris sanguine campum, multáq; millia occisa tua deferat amnis in pontum magnum ex terra frugifera: piscibus, atq; auibus, ferisq;, quæ incolunt terras, ijs fiat esca caro tua. nā mihi ita Iupiter fatus est. Et Diomedis Argiui campos, & Cannam flumen, qui militauerāt, in ijs locis iuxta atq; ipsam cladem, agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere: Hostes Romani si expellere uultis uomicam, quæ gentium uenit longè, Apollini uouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex pu

B blico partem, priuati uti conferant pro se, suisq;. ijs ludis faciendis præerit prętor is, qui populo plebiq; ius summum dabit. Decemuiri Græco ritu hostijs sacra faciant. Hæc si rectè faxitis, gaudebitis semper, fietq; res nostra melior. Nam is diuus extinguet perduellos uestros, qui uestros campos pascit placidè. Ad id carmen explanandum, diem unum sumpserunt. postero die senatusconsultum factum est, ut decemuiri libros de ludis Apollini, req; diuina facienda inspicerent. Ea cum inspecta, relatáq; ad senatum essent: censuerunt patres, Apollini ludos uouendos, faciendosq;: & quando ludi facti essent, duodecim milia æris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas. Alterum senatusconsultū factum est, ut decemuiri Græco ritu facerent: ijsq; hostijs Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ boue femina aurata. ludos prætor in circo maximo cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. Hæc est origo ludorum Apollinarium, uictoriæ, non ualetudinis ergò, ut plerique autumant, uotorum: factosq; populus coronatus spectauit: Matronæ supplicauere. Vulgò apertis ianuis in propatulo epulati sunt, celeberq; dies omni ceremoniarum genere fuit. Meminit idem Liuius libro sexto eiusdem Decadis: Ludi Apollinares ut priore anno fuerant, eo anno ut fierent, repentè Calpurnio prætori senatus decreuit, ut in perpetuum uouerentur. Et iterum libro septimo eiusdem Decadis: Ludi Apollinares Q. Fuluio, Ap. Claudio Coss. à P. Cornelio Sulla prætore urbis primùm facti erant. Inde omnes deinceps prætores urbani fecerunt, sed in unum annum uouebant, dieq; certa faciebant. Idem libro decimo eiusdem: Inter quę etiam aquarum insolita magnitudo in religionem uersa. Nam ita abundauit Tiberis, ut ludi Apollinares circo inundato extra portam Collinam ad ædem Ericinæ Veneris portati sint. Cæterùm ludorum ipso die serenitate subita orta, pompa duci cœpta ad

Origo Apollinarium ludorum.

Solennitas ludorum Apollinarium qualis.


Loca Liuij de ludis Apollinaribus.

portam Collinam, reuocata deductaq; in circum est, cum decessisse inde aquam nunciatum esset, læticiamq; populo & ludis celebritatem addidit, sedes suo solenni spectaculo reddita. Ad huiusmodi ludos alludit idem Liuius Decade quarta libri septimi: Per eos dies quibus profectus est ad bellum consul, ludis Apollinaribus, ad quintum Idus Quintilis cœlo sereno, interdiu obscurata lux est, cum luna sub orbem solis subisset. Et iterum libro nono eiusdem Decadis: Senatus à consule est habitus, decretumq;, quoniam prætoris subrogandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci & praua studia hominum impedirent, senatum censere, satis prætorum esse. P. Cornelius utramque in urbe iurisdictionem haberet, Apollinicq; ludos faceret. Porrò meminit hoc nomine ludorum & Ælius Lampridius in historia Alexandri Cæsaris: Calendis autem, inquit, Ianuarijs, & Hilarijs matris deûm, & ludis Apollinaribus, & Iouis epulo, & Saturnalibus, & huiusmodi festis diebus fasianus, ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus. hæc ille. Atqui nec illud nobis silentio prætereundum est, ludis Apollinaribus Lentulum Spinterem carbasina uela primùm duxisse. ad euitandum namque solis æstum in omnibus ludis & spectaculis, etiam in foro, uela à parte superna ducebantur. Id quod postea à CHRISTO iam uendicatis Romanis, sacris CHRISTI solennitaticq;, præcipuè sacrosancti corporis CHRISTI receptum est: ubi sub uelo portatili uenerabile illud corpus CHRISTI circumfertur antiqua, neque improbanda consuetudine. Huc pertinet quod Plinius tradit, Cæsarem totum Romanum forum uelis intexisse in munere gladiatorio: id quod de ipso etiam Tranquillus meminisse uidetur, rationem reddens, ut populum scilicet æstu conficeret. Denique Romæ in hunc usque diem ludi Apollinares celebrantur, tertio Calendas Februarias, ad ritum tamen Christianum mutati. Celebrabantur ijdem etiam quarto Nonas Iulij, per octo dies, à P. Licinio Varo instituti. Cæterùm ludi Capitolini instituti sunt à Romanis, ob seruatum à Gallis Capitolium, ut est autor Liuius libro quinto Decadis primæ, ubi loquitur de Camillo, ut erat diligentissimus religionũ cultor: Quæ ad deos immortales pertinebant, retulit: & senatusconsultum fecit, fierent omnia, quod ea hostes possedissent, restituerentur, terminarentur, expiarentur, expiatioq; illorum in libris per duumuiros quæreretur: tum Ceretibus publicè hospitium fieret, quòd sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent, beneficioq; eius populi non intermissus honos deûm immortalium esset: ludi Capitolini fierent, quòd Iupiter Optimus Maximus suam sedem atq; arcem P.R. in re trepida tutatus esset: collegiumq; ad eam rem M. Furius dictator constitueret, ex ijs qui in Capitolio atq; arce habitarent.

Tempus quo hi ludi celebrabantur. *Vela in ludis Apollinaribus.* *Origo uelorũ in festo corporis Christi.* *Bis anno celebrabantur Apollinares.* *Ludi Capitolini.* *Collegium sacerdotum Iouis in Capitolio apud ethnicos Romanos.*

A B

CAPUT NONUM. DE LUDIS SATURNAlibus, eorumq; speciebus, hoc est, Sigillaribus, Bacchanalibus, Lupercalibus, Charistijs, & Basilindis.



OMNES hi ludi insolitam quandam lætitiam Romana in republica, cum summa licentia coniunctam præferebant: ac partim tempore quo celebrabantur, partim rebus quibus alter alteri illam lætificantem licentiam ostendebat, discriminabantur. Itaque Saturnales ludi solenniaq; in Decembri edebantur, sigillares ac oscillares in Ianuario, Lupercalia & Bacchanalia in Februario. Quos ludos uno ceu fasce comprehendens Prudentius, secundo in Symmachum sic canit:

Aut hos Thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,

Illicit

A *Illicit, aut alios ad Saturnalia festa,*
Aut docet occultus quæ sacra Diespiter infans
Inter tinnitus solui sibi poscat ahenos.
Iamq; lupercales ferulæ, nudiq; petuntur
Discursus iuuenum.—

In Saturnalibus quidem cœnationes frequentes inter amicos fiebant, quæ Apophoreta dicuntur, & strenæ missitabantur: quod hodie apud nos Christianos etiamdum manet, à festo Natalitio, quod Decembri est, usque ad festum Epiphaniæ, quod in Ianuario celebratur. Quo tempore & nos conuiuamur crebrò, & strenas, hoc est (ut nos uocamus) noui anni donaria missitamus, quæ omnia nõ aliunde quàm à Romana republica ad nos defluxerunt. In qua etiam mox in eodem Ianuario sigillares & oscillares, & occellati ludi passim in domibus, priuatim inter familias, non publicè exercebantur: hoc est, ciues sigilla, quæ erant parua simulachra ærea, argenteaq;, mutuò donabant. Qui uerò ruri erant in uillis, oscilla, hoc est ossa, quibus oculi erant insculpti, ueluti apud nos in tesserulis est receptum, mutuò donabant. Hæc uerò omnia, etiamdum eodem in mense Ianuario, nostraq; Christiana in republica manent: nimirum ueteris illius reipublicæ, quam hoc Opere describimus, reliquiæ. Quamuis uerò imagunculæ ad idololatriam euitandam in ære, auro, argentoq; sint sublatæ: tamen adhuc in panibus dulciarijs, qui circa festum Epiphaniæ publicè uenduntur, & priuatim inuicem donantur: ceu umbra quædam ueteris ad nos instituti peruenit. proponuntur eadem solennitate adhuc oscilla, quæ uillani emunt, & ijs genio indulgent. Haud aliter mutationes uestimentorum eo tempore, ut apud Romanos B quondam usurpantur, uiciniq; ad uicinos inuitati hac ratione comãet, quòd nos hodie nostra lingua nimirum, à Latina uoce mutare, Mumerei appellamus: quibus etiam, qui ita laruati uicinos suos salutant, occilla & oscilla secum deferunt, & ita pecuniam extorquent: quod nos uernaculo sermone vmbschantz dicimus.

Saturnalium uestigia apud nos Christianos.

Origo nostrorum Mumerei.

Eadem ratione manserunt & Lupercalia, & Bacchanalia, eodem Februario mense, quo passim insanitur, non minus atque à lupercis olim: atque id non quidem priuatim, ut in Saturnalibus, sed publicè quoque per uicos & plateas, sub finem potissimùm eius mensis exercetur: quam lasciuientem insaniam uulgò Fastnachtam, & Raschangum nuncupamus. Ita ueterum consuetudinum solenniorumq; reliquiæ, ac saltem imagines quædam illius magnificæ reipublicæ nobis manserunt: quæ nobis illam celebrem rempublicam, quam hoc Opere illustramus, non ineptè repræsentant, & ueteribus autoribus lucem rectè adijciunt. Atque hæc de reliquijs Saturnalium, quantum nobis adhuc ex republica superest. Redeo ad ipsa Saturnalium ueterum exordia, quæ nemo melius quàm Herodianus libro primo describit: Cæterùm ipsum quoque, inquit, desinere aliquando ab sua uecordia, & ciuitatem tyrannide liberari oportebat, idq; anno ineunte, quem diem Romani festum agunt, ad Ianum uetustissimum Italię deum referentes: cuius etiam Saturnum ipsum ab Ioue filio pulsum fuisse hospitem prædicant, & quòd ibi latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam Romani Saturnalia prius, deinde uerò initium anni more suo concelebrant. Estq; eius dei biceps imago, ut à quo incipit, & in quem desinit annus. Cum igitur hunc diem festum ciuitas agitaret, in quo Romani inuicem se colunt, salutantq;, & numismata alter alteri, cæteraq; omnifariam munera missitant, summiq; magistratus conspicuam sibi & solennem purpuram induunt, uniuersis diem concelebranti-

Lupercalium & Bacchanalium reliquiæ.

Saturnalium origo.

Quare Romani Saturnalia in fine anni celebrabant.

lebrantibus: statuit Commodus, nō quidem ex Imperatorijs (ut mos erat) ædibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum, ac pro eleganti uestitu purpuraq́ imperatoria procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conspectum Romani populi. hæc ille. ubi clàm alludit ad Apophoreta & strenas, cum dicit, inuicem se colunt, consalutantq́, & numismata alter alteri cæteraq́ omnifariam munera missitant. Apophoreta quidem erant solennes in Saturnalibus cœnationes, quibus se mutuò excipiebant, & ad quas muneribus certabant. Hinc est illud Suetonij in Caligula: Prasinæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in stabulo assiduè, & maneret: agitatori Eutycho commessatione quadam in apophoretis uicies sestertiûm contulit. Et iterum in Vespasiano: Sicut Saturnalibus, inquit, dabat uiris apophoreta, ita & Calend. Martij fœminis. De strenarum solennitate extat epistola apud Symmachum, urbis pręfectū, libro primo ad Theodosium & Archadium Augustos: Calendas anni auspices, quibus mensium recursus aperitur, impertiendis strenis dicauit antiquitas, DD. Imperatores Theodosi & Archadi, inclyti uictores, semper Augusti, huius instituti usum munificentiæ festinatione peruertitis, seram putantes liberalitatem, quæ statis temporibus amouetur. Et iterum in alia epistola ad eosdem: Ab exortu penè urbis Martiæ strenarum usus adoleuit autoritate Tatij regis, qui uerbenas filicis arboris ex luco streniæ anni noui auspices primus accepit, DD. Imperatores. Nomen indicio est, uiris strenuis hæc conuenire, ob uirtutem: atq́ ideo uobis huiusmodi insigne deberi, quorum diuinus animus magis testimonium uigilantiæ, quàm omen expectat. Sumite igitur defensores publicæ salutis solenniter auro ducta munuscula, non quia diuitis metalli honore gaudetis, sed ut nostra deuotio fœlicis seculi testetur opulentiam. Bonis principibus bene parta libemus: suscipite à iudicibus aperta obsequia, qui precia occulta damnatis. Meritò uobis solennes pateras cum quinis solidis, ut numinibus integratis offerimus: quibus nec uester pudor, nec noster census oneratur. Ex quibus liquet, & inclinante Imperio sub Archadio & Honorio, Saturnales ludos fuisse reipublicæ Romanæ: & moris præterea fuisse in strenis missitandis, ut inferior ditiori mitteret. Porrò Martialis scripsit duo uolumina, unum Apophoretorum, alterum Xeniorum: qui rursus poeta uersus pro xenijs, patronis suis transmisit. Vnde est illud eiusdem epigramma, libro decimotertio:

Apophoreta Saturnalium. — *Strena Saturnalium.* — *Strena unde dicta sit.* — *Mos quòd inferiores mittunt strenas superioribus.*

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
Constabit nummis quatuor empta tibi.

Præterea erat mos in Saturnalibus, ut serui sumerent uestitus dominorum, & econtrà domini seruorum: quæ adhuc hodie in anni auspicio consuetudo manet, uocabaturq́ talis mutata uestis illis Synthesis, quam hodie à mutando Mumerei dicimus. Meminit Lucianus in Dialogo quem χρονοσόλων inscripsit, & Macrobius in Saturnalitijs. Et sic est intelligendum illud Suetonij, cum Neronem synthesiatum discalciatumq́ fuisse per lasciuiam prodit. Huc alludit & Epigrammatarius:

Mutatio uestimentorum in Saturnalibus. — *Synthesis uestis in Saturnalibus.*

Dum toga per quinas gaudet quiescere luces,
Hos poteris cultus sumere iure tuo. Et iterum:
Synthesibus dum gaudet eques, dominusq́ senatus,
Atq́ decent nostrum pilea sumpta Iouem.

Atque illam uestium mutationem ab Hercule defluxisse, ostendit Naso libro secundo

A secundo Fastorum, ubi Fauni sacra, quæ sunt lupercalia, describit, quo pacto cum Hercules cum Lyda puella in sacris Bacchi uestem mutasset, Faunus qui deperibat in puellam, in antro obscuro, nocte comprimere cum puellam uellet, in Herculeum uestitum, quem mentita scilicet mulier erat, inciderat, & pudefactus aufugerat: *Origo mutationis uestimentorum in Saturnalibus.*

Sed, cur præcipuè fugiat uelamina Faunus,
Traditur antiqui fabula plena ioci.
Fortè comes dominæ iuuenis Tirynthius ibat,
Uidit ab excelso Faunus utrunq; loco.
Uidit, & incaluit: montanaq; numina, dixit,
Nil mihi uobiscum est, hic meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
Mæonis, aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant tepidos umbracula soles,
Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus.
Iam Bacchi nemus & Tmoli uineta tenebat,
Hesperus & fusco rosidus ibat equo.
Antra subit tophis laqueata, & pumice uiuo,
Garrulus in primo limine riuus erat.
Dumq; parant epulas, potandaq; uina ministri,
Cultibus Alciden instruit illa suis.
Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas,
Dat teretem zonam, qua modò cincta fuit:
B *Uentre minor zona est, tunicarum uincla relaxat,*
Ut posset magnas exeruisse manus.
Fregerat armillas non illa ad brachia factas,
Scindebant magni uincula parua pedes.
Ipsa capit clauamq; grauem, spoliumq; leonis,
Conditaq; in pharetra tela minora sua.
Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno,
Et positis iuxtà secubuere thoris.
Causa, repertori uitis quia sacra parabant,
Quæ facerent purè, cum foret orta dies.
Noctis erat medium (quid non amor improbus audet?)
Roscida per tenebras Faunus ad antra uenit.
Utq; uidet comites somno uinoq; solutos,
Spem capit, in dominis esse soporis idem.
Intrat, & huc illuc temerarius errat adulter,
Et præfert cautas subsequiturq; manus.
Uenerat ad strati captata cubilia lecti,
Et felix prima sorte futurus erat.
Ut tetigit fului setis hirsuta leonis
Uellera, pertimuit, sustinuitq; manus.
Attonitusq; metu rediyt: ceu sæpe uiator
Turbatum uiso rettulit angue pedem.
Inde thori, qui iunctus erat, uelamina tangit

Mollia, mendaci, decipiturq; nota.
Ascendit, spondaq; sibi propiore recumbit,
Et tumidum cornu durius inguen erat.
Interea tunicas ora subducit ab ima,
Horrebant densis aspera crura pilis.
Cætera tentantem cubito Tirynthius Heros
Reppulit, & summo decidit ille thoro.
Fit sonus, & comites inclamat, lumina poscit
Mæonis, illatis ignibus acta patent.
Ille gemit, lecto grauiter deiectus ab alto,
Membraq; de duro uix sua tollit humo.
Ridet & Alcides, & qui uidere iacentem:
Ridet amatorem Lyda puella suum.
Veste deus lusus, fallentes lumina uestes
Non amat, & nudos ad sua sacra uocat.

A

Meminit huius uestium mutationis, consuetudinisq; in Saturnalibus & Iureconsultus in l. Titia. §.1. ff. de auro & argēto leg. Quæro, inquit, an ex uniuersa ueste, id est synthesi, tunicas singulas, & palliola, Sempronia eligere possit. Cæterùm Saturnalium solennia sub Decembris præcipuè finem celebrabantur, aliquando uno die, aliquando tribus, quinque, & pluribus diebus. Hinc est illud Suetonij in Caligula: Non edictis inhiberi luctus publicus potuit, durauitq; etiam per festos Decembris mensis dies. Sic & ille Epigrammatarij uersus intelligitur:

Septem Saturni uenerat ante dies.

B

Diuerso tempore mutabant uestes in Saturnalibus uiri & fœminæ.

Origo Saturnalium ludorum in sexu muliebri.

Atqui nec illud silentio transeundum, hunc ludum utrique fuisse sexui communem, ut adhuc hodie manet. Verùm mulieres hac se ratione Calend. Martijs uestiebant, quod Calend. Ianuarijs uiris erat proprium. Sunt qui ab Hersilia, quæ seditionem in raptu Sabinarum compescuerat, hunc morem ad fœminas defluxisse arbitrentur. De quo Tranquillus in Vespasiano ita scribit: Sicut Saturnalibus uiris dabat apophoreta, ita & Calend. Martij fœminis. Et sic intelliguntur illa poetarum loca. Plauti in Milite: Da mi uir, Calendis mittam, cum Martiæ uenerint. Iuuenalis:

Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

Et Martialis in Hendecasyllabo ad fœminam:

Scis puto uestra iam uenire
Saturnalia, Martias Calendas.

Sigillares ludi.

Venio nunc ad sigillares ludos, qui & ipsi pars siue species erant Saturnaliorum, à genere muneris quod donabatur, sic appellati: uidelicet sigillis, id est, paruis signis, siue simulachris, quæ ex ære partim, argentoq; & auro, item fictili materia in hunc usum conflabantur, quæ solebant conferre in sacellum Ditis aræ, quæ Saturni aræ cohærebat. Meminit Tranquillus in Claudio: Tiberius patruus, inquit, petenti honores, consularia ornamēta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, XL aureos in Saturnalia & sigillaria misisse ei. Spartianus in historia Adriani: Saturnalitia & sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit, & alia inuicem dedit. Idem in uita Caracallæ: Quæ à parentibus gratia sigillariorum acceperat, ea uel clientibus uel magistris

A magistris sponte donauit. Huc pertinet & illud Senecæ libro primo Epistolarum: Ego sum fœlicior, cui solebas sigillaria offerre. Flauius Vopiscus tradit, Aurelianum instituisse uxori & filiæ annulum sigillaritium. Cæterùm originem sigillariorum Macrobius libro primo Saturnalium in hæc uerba repetit: Epicadus refert (inquit) Herculem occiso Geryone, cum uictor per Italiam armenta duxisset, ponte qui nunc Sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulachra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in flumen demisisse, ut aqua secunda in mare deuecta, pro corporibus defunctorum ueluti patrijs sedibus redderentur: & inde usum talia simulachra fingendi inter sacra mansisse. Idem Macrobius decimo capite scribit: In his sigilla, id est, parua signa missitabant amici, ut in Saturnalibus cereos. Et sic intelliguntur uersus Martialis in Apophoretis:

Gloria tam parui non est obscura sigilli. Et iterum:
Sum fragilis, sed tu moneo ne sperne sigillum.

Et iterum libro decimoquarto:
Sigillum Gibori fictile.—

Et quia cereorum facta est mentiò à Macrobio, quòd in Saturnalibus mutuò ab amicis & uicinis mitti sint soliti: subit mentem ea consuetudo, quam Christiani etiamdum in festo Purificationis diuæ Virginis obseruamus, quæ nõ multum uel tempore uel ritu distat à sigillaribus: sed ad religionem sacrosanctam rectius accommodata. Erant igitur trium generum Romanis publicè usurpatæ faces, in parentationibus, in Saturnalibus, & in nuptijs. ad quod discrimen alludit Ouidius secundo Fastorum:

Faces in sigillaribus & Saturnalibus usurpabantur.

In tribus solennitatibus faces Romanis usurpabantur.

B
Dum tamen hæc fiunt, uiduæ cessate puellæ:
Expectet puros pinea tæda dies.
Nec tibi, quæ cupidæ matura uidebere matri,
Comet uirgineas hasta recurua comas.
Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris
Aufer: habent alias mœsta sepulchra faces.

Et hactenus de sigillaritijs, qui celebrabantur decimasexta Calend. Decembris, per septem dies, & iterum undecimo fœcialibus dicata. Superest, ut etiam de reliquis ritibus Saturnalium dicamus, hoc est, tibicinibus, oscillorum, occellatorum, & castellatorum ludis, & basilindis, qui pueriles erant, & huic præcipuè ætati in Saturnalibus proprij. TIBICINVM festiuitas ac lasciuia Idibus Ianuarijs incipiebat, quando multa licentia atque lasciuia, muliebri habitu per urbem cursitabant. cuius consuetudinis umbra quædam ad nos peruenit. Nam & hodie circa festum Epiphaniæ tibicines ac cantores diuitum ædes ingredi, ac pro strenis canere assolent, laruatis quibusdam ductoribus. Ad huiusmodi tibicinum festiuitatem, ut hodieq́ esse solet in recordationibus noui anni, alludit Liuius libro nono Decadis primæ: Equidem rem dictu paruam præterirem, nisi ad religionẽ uisa esset pertinere. Tibicines quia prohibiti à proximis censoribus erant in æde Iouis uesci, quod traditum antiquitùs erat, ægrè passi, Tibur uno agmine abierunt, adeò ut nemo in urbe esset qui sacris præcineret. cuius rei religio tenuit senatum, legatosq́ Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benignè polliciti, primùm accitos eos in curiam, adhortati sunt ut reuerterentur Romam. Postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingenijs hominum, eos adgrediuntur. die festo

Consuetudines aliquæ in Saturnalibus usurpatæ.

Tibicinum usus in Saturnalibus.

Recordationis in anni exordio origo.

die festo alij alios, per speciem celebrandarum cantu epularum causa inuitant, A & uino (cuius auidum fermè genus est) oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno uictos conijciunt, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulis eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoq́ue ut manerent, datum ut triduum quotannis ornati cum cantu, atque hac quæ nunc solennis est licentia per urbem uagarentur, restitutumq́ue in æde uescendi ius ijs qui sacris præcinerent. CHARISTIA sexto Calend. Februarij inter cognatos celebrabantur, symposium erat, & ferè Bacchanaliorum instar cum largo uino, ut hodie adhuc is apud nos in solennitate ante stultorum solennia mos durat, quem his uerbis describit secundo Fastorum Naso:

Charistia solennitas.

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et uenit ad socios turba propinqua deos.
Scilicet à tumulis, & qui periere propinquis,
Protinus ad uiuos ora referre iuuat.
Postq; tot amissos, quidquid de sanguine restat
Aspicere, & generis dinumerare gradus.
Innocui ueniant, procul hinc procul impius esto
Frater, & in partus mater acerba suos.
Cui pater est uiuax, qui matris digerit annos,
Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum.
Tantalidæ fratres absint, & Iasonis uxor,
Et quæ ruricolis semina tosta dedit.
Et soror, & Progne, Tereusq; duabus iniquus,
Et quicunq; suas per scelus auget opes:
Dijs generis date thura boni, concordia fertur
Illo præcipuè mitis adesse die.
Et libate dapes, ut grati pignus amoris
Nutriat intinctos missa patella cibos,
Iam tibi suadebit placidos nox humida somnos,
Larga precaturi sumite uina manu.
Et bene nos, bene tu patriæ pater optime Cæsar,
Dicite, suffuso per sacra uerba mero.

Catalogus eorum qui excludebantur à charistijs.

B

Oscillares ludi. OSCILLARES ludi erant, cum ossiculis osseis'que uel fictilibus paruis imagunculis pueri ludebant, qui adhuc apud nos mos tenet. Ad quas alludit Maro hoc uersu:

Oscilla ex alto suspendunt mollia quercu.

Sunt uerò & tesserulæ oscilla, quibus licebat impunè in hac solennitate omnibus ludere. *Occellati ludi.* OCCELLATI autem ludi, hoc est, cum nucibus uel ab alia materia oculos pictos habente luderetur. Meminit Suetonius in Augusto: Animi laxandi causa modò piscabatur hamo, modò talis, aut occellatis nucibus ludebat, cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipuè Mauros & Syros. *Castellati ludi.* Denique CASTELLATI ludi erant, cum castella pueri chartis efficerent, qui adhuc mos in ea ætate manet, wann die knäble von karten heüser/oder thüren/oder schlösser machen. Meminit Iulius Capitolinus in Galieno, hunc referens de pomis castella composuisse. His addenda sunt similia ludicra in Saturnalibus fieri solita, & inclinante primùm Imperio, sub Iustiniano præcipuè in Græcia usurpata. *Basilinda ludi.* BASILINDA, quorum Iulius Pollux meminit

A meminit lib. nono Onomasticon. Sed lib. 3 Cod. Iustiniani Imp. legitur falsò Regindatia. Erat aũt hic lusus, cum aliquis sorte factus rex, aliquid laboriosum ministro imperat, qui sorte pariter obtigerat, quod nobis Germanis adhuc extat, uulgò, Herr ich dienet eüch geren. Sic Repystira ludus latrunculorum erat, pro quo perperàm legitur eodẽ lib. 3. Cod. Reypusara. Atq; hactenus de puerilibus ludicris, in Saturnalitio solenni adhibitis. Superest ut reliquos ritus qui propriè Saturnalia sub finem Februarij excipiebant, expediam. Erant autem Lupercalia & Bacchanalia. In LVPERCALIBVS quidem homines nudi discurrebant, tanquam insanirent. Vnde Cicero M. Antonium insectatur, quòd in lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aureâ coronatus, se Lupercũ exhibuerit: & nudus, unctus, ebrius, insectante populo Romano, concionatus sit, capitiq; Cæsaris diadema imponere cum omnium luctu tentauerit. Ad huiusmodi Lupercalia alludit Maro octauo Æneidos:

Repystira ludus.

Lupercalia quæ fuerint.

Vix ea dicta, dehinc progressus, monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem,
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallantæum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Quo in loco Landinus, Lupercalium originem repetens, ita scribit ex Dionysio in Antiquitatibus Rom. Euandrum ex Pallantio urbe, inquit, Arcadiæ in Italiam uenisse, sexaginta annis ante res Troianas: creditumq; esse Mercurij filium, & Nymphæ cuiusdam Arcadiæ incolæ, quam Græci quidem Themin esse dicũt, deiq; patientem siue fatidicam demonstrant. Qui uerò Romanas scripserunt origines, lingua eam patria Carmentam dixere, quia uentura carmine prædiceret. Quò autem duxit, uenerunt: quoniam dissidente populo, pars inferior uiribus ultrò excessit: receptusq; est liberaliter à Fauno rege Aboriginum, pronepote, ut aiunt, Martis: atq; ab eo data est portio agri, quantã uoluerunt Arcades, qui pauci erant: hiq; elegerunt, præmonstrante Carmenta, collem Tyberi uicinum, paruumq; in eo oppidum condiderunt, appellantes Pallantium, à metropoli eorum in Arcadia: construxerũt quoq; isthic, admonente eos Carmenta, templum Pani Lycęo Arcadi, deo uetustissimo, in loco quem Romani Lupercal, nos Lycęum dicimus. Erat autem antiquitùs (ut dicitur) antrum magnum sub colle, arbusto denso contectum, & fontes sub petris profundi, adhærensq; rupibus saltus crebris arboribus, & quidem magnis opacus: ubi ara deo cõstructa, sacrificia patria perficiebant: quæ etiam nunc Romani sacra perficiunt mense Februario, cum zona pellis caprinæ discurrentes, prægnantium fœminarũ dexteras ad facilem partum uerberant. Alludit ad huiusmodi Lupercalium ludos, eorumq; originem Naso secundo Fastorum hoc eleganti carmine describit:

Origo Lupercalium ex Dionysio.

B

Tertia post Idus nudos aurora Lupercos
Aspicit, & Fauni sacra bicornis erunt.
Dicite Pierides, sacrorum quæ sit origo,
Attigerint Latias unde petita domos.
Pana deum pecoris ueteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.
Testis erit Pholoe, testes Stymphalides undæ,

Origo Lupercalium secundum Ouidium.

Quiq; citis Ladon in mare currit aquis. A
Cinctaq; pinetis nemoris iuga Nonacrini,
Altaq; Trœzene, Parrhasiæq; niues.
Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum,
Munus ob incolumes ille ferebat oues.
Transtulit Euander syluestria numina secum:
Hic ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat.
Inde deum colimus, deuectaq; sacra Pelasgis,
Flamen ad hæc prisco more dialis erat.
Cur igitur currant, & cur sic currere mos est,
Nuda ferant posita corpora ueste, rogas?
Ipse deus uelox discurrere gaudet in altis
Montibus, & subitas concitat ipse feras.
Ipse deus nudus, nudos iubet esse ministros,
Nec satis ad cursus commoda uestis erat.
Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, & una gens prior illa fuit.
Vita feris similis, nullos agitata per usus,
Artis adhuc expers, & rude uulgus erat.
Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas,
Nectar erat palmis hausta duabus aqua.
Nullus anhelabat sub adunco uomere taurus,
Nulla sub imperio terra colentis erat.
Nullus adhuc erat usus equi, se quisq; ferebat, B
Ibat ouis lana corpus amicta sua.
Sub Ioue durabant, & corpora nuda gerebant
Docta graues imbres, & tolerare notos.
Nunc quoq; detecti referunt monimenta uetusti
Moris, & antiquas testificantur opes.

Quare nudi homines in lupercalibus currebant.

Repetit & tertiam originem à Romulo, à cuius matre Lupa etiam Lupercalia nomen habent:

Adde peregrinis causas mea Musa Latinas,
Inq; suo noster puluere currat equus.
Cornipedi Fauno cæsa de more capella,
Venit ad exiguas turba uocata dapes.
Dumq; sacerdotes uerubus transfixa salignis
Exta parant, medias sole tenente uias:
Romulus, & frater, pastoralisq; iuuentus,
Solibus & campo corpora nuda dabant.
Cæstibus & iaculis, & misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant.
Pastor ab excelso, per deuia rura iuuencos,
Romule prædones, & Reme, dixit, agunt.
Longum erat armari: diuersis exit uterq;
Partibus, occursu præda recepta Remi est.
Ut rediit, uerubusq; stridentia detrahit exta,
Atq; ait, Hæc certè non nisi uictor edet.

Tertia origo lupercalium à Romulo.

Dicta

A *Dicta facit, Fabijq; simul. uenit irritus illuc*
Romulus, & mensas, ossaq; nuda uidet.
Risit, & indoluit, Fabios potuisse Remumq;
Vincere, Quintilios non potuisse suos.
Fama manet facti, positoq; uelamine currunt,
Et memorem famam, qui bene gessit, habet.
Forsitan & quæras, cur sit locus ille Lupercal,
Quæ ue locum tali nomine causa notet.
Syluia Vestalis cœlestia semina partu
Ediderat, patruo regna tenente suo.
Is iubet auferri paruos, & in amne necari,
Quid facis? ex illis Romulus alter erat.

Et quę sequuntur de lupa nutriente Romulum & Remum. Causam quoq; stultitiæ in Lupercalibus reddit idem Ouidius secundo Fastorum: **Causa stultitiæ in Lupercalib.**

Lux quoque cur eadem Stultorum festa uocetur,
Accipe: parua quidem causa, sed apta subest.
Non habuit doctos tellus antiqua colonos,
Lassabant agiles aspera bella uiros.
Plus erat in gladio, quàm curuo laudis aratro,
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen ueteres iaciebant, farra metebant,
Primitias Cereri farra resecta dabant.
Vsibus admoniti flammis torrenda dederunt,
B *Multaq; peccato damna tulere suo.*
Nam modo uerrebant nigras pro farre fauillas,
Nunc ipsas ignes corripuere casas.
Facta dea est Fornax: læti fornace coloni
Orant, ut fruges temperet illa suas.
Curio legitimis tunc Fornacalia uerbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.
Inq; foro multa circumpendente tabella,
Signatur certa curia quæque nota.
Stultaq; pars populi, quæ sit sua curia nescit,
Sed facit extrema sacra relicta die.

Huiusmodi stultitiæ reliquiæ ad nos Christianos uenere: & sic patet, quamobrem sub finem Februarij insaniamus adhuc Christiani, quæ solennia Vasthangũ appellant: quod tamen à nostro instituto alienissimũ esse debet. BACCHANALIA alia Martio, alia in uindemia celebrabant, inter initia Septembris: & aliquando alio anni tempore, & quidem priuatim ceu sacrum quoddã. quæ quidẽ XVII & XVI Cal. Mart. celebrabantur, potu uini uberiori solennitas cõplebatur. Vnde scribit Tacitus li. 11. cum Messalinã Claudio Cæsare marito absente introducit ludicrum tale, ut tegeret adulteriũ, celebrasse: At Messalina, inquit, non aliàs solutior luxu, adulto autumno simulachrum uindemiæ per domum celebrabat, urgeri præla, fluere lacus, & feminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes uel insanientes Bacchæ. Ipsa crine fluxo thyrsum quatiens, iuxtaq; Silius hædera uinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circùm procaci choro. Describuntur tales etiam ludi cum sacris Bacchi à Tito Liuio libro nono Decadis quartæ: Via una corruptelæ, inquit, Bacchanalium erant. mater adolescentem appel- **Bacchanalia ludi.** **Bacchanalia Septembris.** **Bacchanalia extra Septembrem.**

lat, se pro ægroto uouisse: ubi primùm conualuisset, Bacchis eum se initiaturam. A damnatam uoti, deûm benignitate exoluere id uelle, decem dierum castimonia opus esse: decimo die cœnatum, deinde purè lautum in sacrarium deducturam. Et subdit: Eo magis mirabundo, quærentiq́ue quid rei esset, pacem ueniamq́ue precata, deorum dearumq́ue, si coacta charitate eius silenda enunciasset: ancillam se ait dominæ comitem, id tum sacrarium intrasse: liberam nunquam eò accessisse: scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse: & iam biennio constare neminem ibi initiatum, maiorem annis uiginti. Vt quisque introductus sit, ueluti uictimam tradi sacerdotibus, eos deducere in locũ, qui circumsonet ululatibus, cantuq́ue symphoniæ, & cymbalorum, tympanorumq́ue pulsu: ne uox quiritantis, cum per uim stuprum inferatur, exaudiri possit. Orare deinde, atque obsecrare, ut eam rem quocunque discuteret modò: nec se eò præcipitaret, ubi omnia infanda patienda primùm, deinde facienda essent. neque antè dimisit eum, quàm fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperaturum. hæc ille. Porrò Liberalia, à Libero puto esse dicta, in quibus etiam Annæ Perennæ sacra fiebant, cum largioribus poculis, quorum originem Naso describit tertio Fastorum:

Liberalia ludi.

Liberaliorũ sacrorum origo.

Hæc quoque quam referam, nostras peruenit ad aures
Fama, nec à ueri dissidet illa fide.
Plebs uetus, & nullis etiam tunc tuta tribunis,
Fugit, & in sacri uertice montis erat.
Iam quoque quem secum tulerant, defecerat illos
Victus, & humanis usibus apta Ceres.
Orta sub urbanis quædam fuit Anna bouillis
Pauper, sed multæ sedulitatis anus. B
Illa leui mitra canos incincta capillos,
Fingebat tremula rustica liba manu.
Atque ita per populum fumantia manè solebat
Diuidere, hæc populo copia grata fuit.
Pace domi facta, signum posuere Perennæ,
Quod sibi defectis illa ferebat opem.

Et morem describens, ceremoniasq́ue in his usurpatas, ita canit:

Huiusmodi solennitates singulis quasi diebus festis nobis Germanis familiares sunt.

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,
Non procul à ripis aduena Tybri tuis.
Plebs uenit, ac uirides passim disiecta per herbas,
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt:
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.
Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis,
Desuper extentas imposuere togas.
Sole tamen, uinoq́ue calent, annosq́ue precantur,
Quot sumunt cyathos, ad numerumq́ue bibunt.
Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
Quæ sit per calices facta Sibylla suos:
Illic & cantant quicquid didicere theatris,
Et iactant faciles ad sua uerba manus:
Et ducunt posito duras cratere choreas,
Cultaq́ue diffusis saltat amica comis.

A *Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula uulgi,*
Et fortunatos obuia turba uocat.
Occurrit, nuper uisa est mihi digna relatu
Pompa, senem potum pota trahebat anus.

Liberaliorum meminit & inscriptio Vetustatis Romæ trans Tyberim, in ecclesia S. Mariæ:

LIBERO PATRI SANCTO SACRVM S. CELIVS PRIMITIVVS ET PVBLICIA ANTILLA VOTO SVSCEPTO D. D.

CAP. X. DE LVDIS IN HONOREM MINERVAE, *Iunonis, Floræ, & Martis, in Romana republica editis atq; exhibitis.*



QVI IN honorē Mineruæ Romanis ludi celebrabant̄, Quinquatria proprio seorsim uocabulo nuncupabantur, & in Albana uilla edebantur Martio mense, per dies quinq; à Cal. Martijs. Romæ etiā in Cælio monte Mineruę captæ, VIII. Cal. Martias sacra celebrabantur. Quorū meminisse uidetur T. Liuius lib. 4. Dec. 5: His intra triduum simul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis adeò expectati uenerūt, ut nisi uesper esset, extemplò Senatū uocaturi cōsules fuerint. Meminit & Tranquillus in Nerone: Atq; ita in recōciliatione simulata, iucundissimis literis Baias euocauit ad solennia quinquatriū simul celebranda. Idem in historia Domitiani: Celebrata & in Albano quotannis quinquatria Mineruæ, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerētur, redderentq; eximias uenationes, & scenicos ludos, superq; oratorum ac poetarū certamina. Et sic intelliguntur loca & uersus poetarum. Vt illud Papinij quarto Syluarum, quo ostendit se eo in certamine reliquos poetas uicisse: *Quinquatria ludi.* B *In quinquatribus erant poetarum certamina.*

Lux mihi Romanæ qualis sub collibus Albæ,
Cum modò Germanas acies, modò Daca sonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro. Sic & Iuuenalis canit:
—Quos Albanam dux magnus in arcem Traxerat attonitos.— Et iterum:
—Albana nudus harena. Huc alludit & Epigrammatarius:
Hoc tibi Palladiæ seu collybus uteris Albæ,
Cæsar, & hinc Triuiam prospicis, inde Themam. Et iterum:
—Albano redeuntia secula lustro.

Originem quinquatriorum ab initio Martij in honorem Mineruæ institutorū repetit Ouidius tertio Fastorum, in oratione Martis, qui à raptis Sabinis hos ludos introductos hoc carmine testatur: *Quinquatriorum origo.*

Iam steterant acies ferro mortiq; paratæ,
Iam lituus pugnæ signa daturus erat.
Cum raptæ ueniunt inter patresq; urosq;,
Inq; sinu natos pignora chara ferunt.
Ut medium campi scissis tetigere capillis,
In terram posito procubuere genu.
Et quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.
Qui poterat, clamabat auum, tunc denique uisum:
Et qui uix poterat, posse coactus erat.
Tela uiris, animiq; cadunt, gladijsq; remotis

A

Dant soceri generis, accipiuntq; manus.
Laudatasq; tenent natas, scutoq; nepotem
Fert auus, hic scuti dulcior usus erat.
Inde diem, primasq; meas celebrare Calendas
Oebaliæ matres non leue munus habent.
At quia committi strictis mucronibus ausæ,
Finierant lachrymis Martia bella suis.
Vel quod erat de me feliciter Ilia mater,
Rite colunt matres sacra diemq; meum.
Quid, quòd hyems adoperta gelu tunc denique cedit,
Et pereunt uictæ sole tepente niues?
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,
Viuidaq; in tenero palmite gemma tumet.
Quæq; diu latuit, nunc qua se tollit in auras
Fertilis occultas inuenit herba uias.
Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi,
Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat.
Tempora iure colunt Latiæ fœcunda parentes,
Quarum militiam uotaq; partus habet.

Ludi Iunonis & eorũ origo. Ludorũ Iunonis mentionẽ in unico, quod equidem sciam, T. Liuio obseruaui, qui lib. 7. Dec. 3. hoc scriptum reliquit: Ab æde Apollinis boues feminę albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ, post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabãtur: tum septem & uiginti uirgines longam indutæ uestem, carmen in Iunonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenijs, nunc abhorrens & inconditum, si referretur. uirginum ordinem sequebantur decem uiri coronati laurea, prætextatíq;, à porta Iugario uico in forum uenere. *Solennitas in ludis Iunonijs.* in foro pompa constitit, & per manus reste data, uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Inde uico Thusco uelabroq; per boarium forum in cliuum publicum, atque ædem Iunonis Reginæ perrectum: ibi duæ hostiæ ab Decemuiris immolatæ, & simulachra cupressea in ædem illata. *Vestigia ludorum Iunonis.* Equidem clarius describi hi ludi non potuerunt: à quibus forsitan choreæ illæ defluxerunt, quibus in Sueuia & ad lacum Acronium uirgines uesperi diebus feriatis saltantes, pedum quoque sonitu cantilenas moderantur. Id quod apud nos in Austria, in festo sancti Iohannis Baptistæ solenne admodum est. *Ludi Martiales, eorum origo & solennitas.* Sequuntur LVDI MARTIALES, aliàs proprio uocabulo Salaria dicta, quod in his Salij cum Ancilijs saltarent: Nonis Martij dabantur, qua solennitate nihil quisque occipere tanquam infaustò audebat. Ad hoc alludit Suetonius in uita Claudij, in textu epistolæ Augusti ad Liuiam: Colloquutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Liuia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. Et iterum: In præsentia tamen, quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se à Syllani filio, homine sibi affine admoneri, ne quid faciat, quòd conspici & derideri possit. Idem in Othonis uita: Nulla nec religionum quidem cura, sed & miles necdum conditis ancilibus, quod antiquitùs infaustum haberetur. Sic Tacitus, qui eandem historiã scribit: Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionesq; nondum conditorũ anciliorum, uel scutum, uel arma cœlestia adferrent. Porrò celebrabantur huiusmodi

B

saliaria

A saliaria VII Idus Martias, & pridie Idus. MAMVRALIA, quorũ originẽ à Numa rege repetit Naso tertio Fastorum, qui cum piandi fulminis remedium à Ioue accepisset, in tempestate simul à fulgure Ancile scutum decidit, cui multa similia Mamurius fabrefecit: Origo mamuraliorum.

Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit:
Credite dicenti, mira, sed acta loquar.
A media cœlum regione dehiscere cœpit,
Summisere oculos cum duce turba suo.
Ecce leui scutum uersatum leniter aura
Decidit, à populo clamor ad astra uenit.
Tollit humo munus, cæsa prius ille iuuenca,
Quæ dederat nulli colla premenda iugo.
Idq; Ancile uocat, quod ab omni parte recissum est,
Quemq; notes oculis angulus omnis abest.
Tunc memor imperij sortem consistere in illo,
Consilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri simili cælata figura,
Error ut ante oculos insidiantis eat.
Mamurius morum, fabræ ne exactior artis,
Difficile est ulli dicere, clausit opus.
Cui Numa munificus: facti pete præmia, dixit:
Si mea nota fides, irrita nulla petes.
Iam dederat Salys à saltu nomina ducta,
B *Armaq; & ad certos uerba canenda modos.*
Cum sic Mamurius: Merces mihi gloria detur,
Nominaq; extremo carmina nostra sonent.
Inde sacerdotes operi promissa uetusto
Præmia persoluunt, Mamuriumq; uocant.

Ceterùm alij fuerunt ludi castrenses, quibus milites in castris & exercebantur, & delectabantur. quorum meminit Suetonius in Tiberio: Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret castrensibus ludis, non tamen interfuit, sed etiam missum in harenam aprum iaculis desuper petijt. Porrò eosdem Martiales uocat Trebellius Pollio in Claudio: Fecerat hoc, inquit, etiam adolescens in militia, cum ludicro Martiali in campo luctamen inter fortissimos quosque monstraret. Nam iratus ei qui non baltheum, sed genitalia sibi contorserat, omnes dentes uno pugno excussit. Inuenio & lustrales Marti à Romanis ludos fuisse institutos peculiari nomine Rubigalia, VII. Calend. Aprilis, in quibus tubæ, aquilæ, & alia arma celebrabantur: quemadmodum per diem natalem sancti Georgij, qui etiam in Aprili nobis Christianis colitur, omnis pompa castrensis ex urbibus defertur. Ludi castrenses. Alij Martiales ludi in castris. Rubigalia Martis.

Reperio denique Marti ludos fuisse celebratos IIII. Idus Maij. Ex quibus colligimus, ostensionales uenatoriosq; ludos tales in castris extitisse. Venio ad ludos Floræ deæ sacros, qui Floralia nuncupabantur, Græcis Scenobatica dicta, quæ die IIII. Calend. Maij mensis edebantur, suadente Sibylla, ab omnis generis meretricibus nudis, & uerbis & moribus pudendis, ad placãdam instituti deã Floram, quæ floribus & fructibus preerat, & quã Naso 5. Metamorphoseon nympham fuisse asserit, quæ antea fuerit Chloris dicta: & Zephyro uento nuptã, à marito idcirco hoc munere affectã, ut omniũ florũ potestatẽ haberet: quam ita instituto obsceno ludicro Romani se placare existimabãt. Meminere illius grauissimi Ludi Martis in Maio celebrati Floralia.

autores. Varro lib. 1. de Re rustica, Plinius in 18. Lactantius in primo Diuinarum institutionum. Equidem legitur olim Cato, cum hos ludos spectaret, discessisse è theatro: cum populus maiestate Catonis motus prohibuisset, ne meretrices nudarentur: ut est Valerius Maximus author, capite de Maiestate populi Rom. A

Solennitas Floraliorũ qualis.

Introducebantur porrò in hisce ludis funambuli & elephantes, &c. Meminit Suetonius in Galba: Honoribus, ait, ante legitimum tempus ipsius mitis, prætor cõmissione ludorum Floralium, nouum spectaculi genus, elephantes funambulos edidit. Docet porrò Plinius in octauo, elephantes tantæ esse docilitatis, ut didicerint aduersis funibus subire, ac funibus pronos retrogredi, alludens nimirum ad hosce ipsos ludos. Quos etiam Seneca intelligit lib. undecimo Epistolarum: Sic, inquiens, elephantem minimus Æthiops iubet subsistere in genua, & ambulare per funem. Huc pertinet illud Lampridij in historia Heliogabali: Herodem uerò, inquit, sic amauit, ut eidem inguina oscularetur, quod dictu etiam uerecundum est, Floralia sacra se asserens celebrare. Et de his ludis intelligendus est locus Flauij Vopisci in uita Carini: Memorabile maximè & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quòd ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt, quos in palatio circa porticũ stabuli pictos uidimus. Nam & schœnobaten dedit, in quo elephanti funambuli introducebantur: & neurobaten, qui uelut in uentis cothurnatus ferretur, exhibuit: & tichobaten, qui per parietem urso eluso cucurrit, & ursos nimium agentes: & item, centum salpistas uno crepitu concinentes, ut centum camptaulas, choraulas centum, etiam pithaulas centum, pantomimos & gymnicos mille: pegma præterea, cuius flammis cœna conflagrauit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit. Hæc ille. Et ita intelliguntur loca poetarum. Terentij in Hecyra: Ita populus stupidus in funabulo animum occuparat. Sic Martialis: B

Elephanti funambuli.

Schœnobates.

Nosces iocosæ dulce cum sacrum Floræ,
Fessosq́; lusus, & licentiam uulgi. Et rursus:
Floralitias feres. quo nomine uocat, quæ in his ludis dabantur.

Cereris ludi. Celebrabantur Romana in republica & ludi Cereri sacri, à die pridie Idus Aprilis per VIII dies, immediatè ante ludos Circenses.

CAP. XI. DE LUDIS SCENICIS, *tam apud Græcos, quàm Latinos.*

Scenici ludi unde dicti.



CONSTAT uel ex nomine, hos doctorũ certamina ludos fuisse, cũ uel tragœdias, uel comœdias, uel poemata poetæ in spectaculũ uulgi doctorumq́; iudicium uocabãt, loco opaco atque umbroso, qui Græcis σκηνὴ, ἀπὸ τῆς σκιᾶς dicebatur. Primis namque temporibus scena parietem non habebat, sed de frondibus, qui tales ludos comœdias aut tragœdias dabant, umbracula quærebant. Postea uerò & numero & diuitijs inaucta Romana republica, tabulata componi cœpta sunt, parietibus clausa: hoc est, theatra & amphitheatra, in quibus pegmata erant, & tabernacula scenopegia dicta, unde personæ prodibant. Frons quoq; theatri, ubi scena erat, pluribus contignationibus erat constructa: in quibus histriones recitabant, mimi, mirmillones, & cæteri ludij uarios ludos ac gesticulationes edebant. Quare scenam definiens Placidus Grammaticus scribit, esse cameram hincinde compositam, quæ in umbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Porrò metaphoricè scena etiam actio ipsa uel carminis compositio dicebatur, quæ digna esset agi in theatro. Hinc tria distinguuntur scriptoribus

Theatrorũ & amphitheatrorum origo.

Scena metaphoricè.

A ribus rerum, scenarum genera, tragicum, comicum, & satyricum. Tragica quidem scena signis & regalibus rebus ornabatur, comica ædificiorum priuatorum habebat speciem: satyrica arboribus speluncis & rebus agrestibus erat referta. Porrò ad scenicas operas olim nemo nisi ignominiosi adhibebantur: quicq; operas scenis locabant, à censoribus notabantur. Hinc Scipio in somnio apud Ciceronem, quum artem ludicram scenam'que totam in probro Romani ducerent, genus id hominum tribu amoueri notatione censoria uoluerunt. quemadmodũ & à Iureconsultis libro secundo ff. titulo secundo, hoc genus hominum infamia etiam notatur: præcipuè uerò in l. quod ait prætor. eodem titulo, ex autoritate Labeonis. Hanc notam & ignominiam sustulit Augustus, & omnibus liberam fecit operam scenarum. ut his uerbis animaduertit Tranquillus in Augusto: Ad scenicas quoque, inquit, & gladiatorias operas, & equitibus Romanis aliquando usus est, uerùm priusquam senatusconsulto interdiceretur: postea nihil sanè præterquam adolescentulum Lucium honestè natum exhibuit, tantùm ut ostenderet, quod erat bipedali minor librarum septemdecim, ac uocis immensæ. Iam uerò in scenicis ludis, quod nõ solùm comœdiæ, tragœdiæ, satyræq; edebantur, uerùm etiam inter se poetæ carmine scripto & coràm recitato, sub iudicibus certabant, ostendit Plin. lib. 7. Epist. Miraberis, inquit, & ego miratus sum, proximis sacerdotalibus ludis productis in cõmissione pantomimorũ. Alludit ad hoc & Suetonius in Caligula: Edidit & peregrè spectacula: in Sicilia Syracusis Atticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellos. Sed & certamen quoq; Græcæ Latinæq; facundiæ, quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autẽ qui maximè displicuissent, scripta sua spongia linguáue delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Idem in historia Augusti, in cap. de Peritia & usu Græcarũ literarũ: Com

Scenicæ operæ

Scenicæ operæ olim interdictæ.

Ludi sacerdotales.

B poni tamen aliquid de se, nisi & seriò & à præstantissimis, offendebatur: admonebat'que prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Huc pertinet illud Macrobij lib. secundo Saturnal. Sed & Laberius sequenti statim commissione, mimo nouo interiecit hos uersus. Porrò cõmissiones, ipsa certamina poetarum in scenicis dicebantur. Quare legimus, Papinium Statium in poetica cõmissione fuisse coronatum. Quanquam uerò scenici in theatris propriè edebantur, quemadmodum & Pompeius legitur, theatrum gradibus in hoc alijsq; rebus exornasse, ad similitudinem theatri Mitylenæi: tamen constat hos interdum & per regiones urbis atq; uicatim celebratos. quod ex locis Suetonij cõfirmari potest, qui in Dictatore sic nominatim scribit: Edidit spectacula uarij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem omniũ linguarũ histriones non in foro modò, nec amphitheatro, sed in circo & in septis. hæc ille. Iam superesset, ut scenicorum ludorum discrimina recenseremus: sed placet & authorum prius de his in genere suffragia audire. Quorum primus Titus Liuius libro primo Decadis quartæ huius ludicri his uerbis meminit: Creati COSS. Publius Sulpitius Galba, Caius Aurelius Cotta: prætores exinde facti Quintus Minutius Rufus, Lucius Furius Purpureo, Quintus Fuluius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani scenici eo anno magnificè apparateq; facti ab ædilibus curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quintio Flaminio, biduũ instaurati sunt. Et iterum lib. 2. Decad. 5. Fuluius ædem Fortunæ equestris, quam proconsul in Hispania dimicans, cum Celtiberorum legionibus uouerat, annos sex postquam uouerat, dedicauit. Et scenicos ludos per quatriduum unum diem in circo fecit. Ad hos alludit & Herodianus lib. 5. historiæ Augustæ, loquens de Antonino Heliogabalo: Fecit & in suburbano templum maximum, ac magnificentissimũ, in quod

Commissiones scenicæ.

Scenici ludi etiam in uicis edebantur.

anno uertente deum suum adulta iam æstate deducebat: ludis'que curulibus & scenicis, epulisq; & peruigilijs populũ à se oblectari arbitrabatᷣ. Huc pertinent & alia autorũ historiæ loca. Iul. Capitolinus in Maximo & Balbino: His gestis, celebratisq; sacris, datis ludis scenicis, ludisq; Circensibus, gladiatorio etiã munere, Maximus susceptis uotis in Capitolio, ad bellũ contra Maximinũ missus est cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentib. Et iterũ: Ludis deniq; scenicis, cum multi & milites & aulici occupati essent, & in palatio soli cũ Germanis principes remansissent, impetũ in eos fecerũt. Sic Æl. Lampridius in uita Alex. Cæsaris: Scenicis nunq; aurũ uel argentũ, uix pecuniã donauit. Trebell. Pollio in Gallieno: Sed Gallienus cognito quòd Marcianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerũ, ac patre iam correpto, libidini & uoluptati se dedidit. Ludos Circenses, ludosq; scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam uenationẽ, & ludos gladiatorios dedit, populumq; quasi uictorialibus diebus ad festiuitatẽ ac plausum uocauit. Originẽ scenicorũ ludorũ describit Liuius lib. 7. Dec. 1. cũ de graui pestilentia loqueretur: Et cum uis morbi nec humanis consilijs, nec ope diuina leuaretur, uictis superstitiõe animis, ludi quoq; scenici, noua res bellicoso populo (nam circi modò spectaculum fuerat) inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicunᷣ. Cæterùm parua quoq; (ut fermè principia omnia) & ea ipsa peregrina res fuit: sine carmine ullo, & sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Thusco dabant. imitari deinde eos iuuẽtus, simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cœpere: nec absoni à uoce motus erant. Accepta itaque res, sæpiusq; usurpando excitata: uernaculis artificibus, quia histrio Thusco uerbo Ludio uocabatur, nomẽ histrionibus inditum. qui nõ sicut Fescennino uersu, similem incompositũ temerè, ac rudem alternis iaciebant: sed impletas modis satyras, descripto iam ad tibicinem cantu, motuq; congruenti peragebant. Liuius post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam serere: idem (scilicet quòd omnes tum erant) suorum carminum actor dicitur, cum sæpius reuocatus uocem obtudisset: uenia petita, puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis usus impediebat: inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiaq; tantùm ipsorum uoci relicta. Cæterùm hoc genus ludorum inclinante Imperio aliquo adhuc loco fuisse, colligitur ex his uerbis Marcellini libro uigesimotertio historiæ Augustæ: Namque cum Antiochiæ in alto silentio scenicis ludis mimus cum uxore immissus, è medio sumpta quædam imitaretur, populo uenustate attonito, cõiunx, Nisi somnus est, en Persæ, inquit. Loquitur autem de rebus Iuliani Imperatoris in Persia gestis. Atque hæc de scenicis autores classici historiarum obseruarunt. Venio ad genera illorum, quorum in urbe extabant Iuuenales, & Dionysiaci, Technitæ: reliqui Græcis magis celebrati, Agon sacer, Heracleoticum, & Attellanæ in Olympicis. Ad huiusmodi ATTELLANAS alludit subinde Tranquillus in Nerone: Quam autem, inquit, trepidè anxieq; certauerit, quanta aduersariorum æmulatione, quo metu iudicum, uix credi potest. Aduersarios quasi planè cõditionis eiusdem, obseruare, captare, infamare secretò, nonnunquam ex occursu maledictis incessere: ac si qui artem præcelleret, corrumpere etiam solebat. Iudices autem, priusquam inciperet, reuerendissimè alloquebatur: omnia se facienda fecisse, sed euentum in manu fortunæ esse. IUVENALES pro salute iuuenum instituti fuerunt, ut olim plebeij pro libertate plebis. His primùm senes & uetulas ludens populum Romanum Nero immiscuit, testante Suetonio in eius historia: Spectaculorum plurima, inquit, & uaria genera edidit: iuuenales, circenses, scenicos ludos, gladiatorum

Origo scenicorum ludorum.

Fescenninorũ uersuum hodie uices gerũt rhythmi, & superiorũ seculorũ carmina.

Ad manũ cantare quãdo cœptum.

Scenici ludi inclinante Imperio.

Genera scenicorum ludorũ.

Attellanæ.

Iuuenales ludi.

A B

A torum munus. Iuuenalibus senes quoque consulares, anus'que matronas recepit ad lusum. Huius historiæ meminit & Cornelius Tacitus: Nero ludos iuuenaliū uocabulo, in quos passim nomina data, non nobilitas cuiq;, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Latini Græci'ue histriones artem exercerēt. Refert Capitolinus Gordianum dedisse ludos scenicos, & iuuenalia per quatriduū. Ad quos alludit & Sidonius illo uersu:

Iam famæ iuuenalibus peractis.

Technitæ Dionysiaci tam Romanis quàm Græcis usurpabantur, unde & mimi hoc nomine infames metaphoricè dicebantur. Quorum meminit Aristoteles in Problematibus circularibus. Cæterùm qui seruiebant in scena, & personas repræsentabant, mimi & pantomimi nominabantur, à Græco uerbo μιμέομαι, id est, imitando. Vnde Plinius in Panegyrico: Idem ergo populus ille scenici Imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aduersatur, & damnat effœminatas artes, & indecora studio secula. Hinc etiam poemata risum mouentia Mimi dicebantur, quæ à tragœdijs fabulisq; diuersa erant. Cicero XI Philippica: Quorū alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. & in alia oratione pro Cælio: Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ. Huc pertinet illud Ouidij secundo de Tristibus: *Technitæ ludi.* *Mimi & pantomimi.* *Mimi poemata quæ fuerint.*

Scribere si fas est imitantes turpia mimos.

Et sic intelligitur illud Suetonij in Cæsare: Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit. Cæterùm ATTELLANAE, ludi scenici erant, à loco Campaniæ, ubi celebrabantur, ita appellati, ubi Latinæ fabulæ iocularibus ac satyricis quibusdam mixtis celebrabantur: aliàs Exodia, quòd extra cantum fierent, nuncupata. Repetit originem horum solenniorum Liuius libro septimo Decadis primæ, his uerbis: Ob pestem simul cum scenicis, postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res auocabatur, & ludus in artem paulatim uerterat: iuuentus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactare cœpit, quæ inde Exodia postea appellata, consertaq; fabellis potissimum Attellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. Huc pertinent quæ Valerius Maximus scribit libro secundo: Attellanæ ab Oscis ascitæ, inquit, sunt, quod genus delectationis Italica seueritate temperatum, ideoq; nota uacuum. Suetonius in Tiberio: De Mallonia illustri quadam muliere loquens: Donec ea relicto iudicio, domū se arripuit, ferroq; trāsegit, obscœnitate oris hirsuto atq; olido seni clarè exprobrata. Vnde nota in Atellanico exodio, proximis ludis assensu maximo excepta percrebuit, hircum uetulum capreis naturam ligurire. Huc pertinet illud Spartiani in Hadriano: Venationem semper cum amicis participauit. In conuiuio tragœdias, comœdias, Attellanas, sambucas, lectores, poeta pro re semper exhibuit. Fuit olim celebris Attellanarum scriptor L. Pomponius Bononiēsis, uixitq; Ciceronis ætate. Et sic intelligitur ille Iuuenalis uersus: *Attellanæ scenici ludi.* *Exodia.*

B

—Tandemq; redit ad pulpita notum Exodium.— Et iterum:

Vrbicus exodio risum mouet Atellanæ.

Scitum est, & ad rem quoque pertinere uidetur, illud Tranquilli in Nerone: Reuersus è Græcia Neapolim, quod in ea primùm artem protulerat, albis equis introijt disiecta muri parte, ut mos Hieronicarum est.

Sequuntur OLYMPICI ludi, quòd in Olympia celebrabantur, sic dicti. Erat autem Olympia lucus oleastro uestitus, in agro Pisano, iuxta fluuium Alphæum, ubi fuit templum Ioui Olympico dicatum, inclytum monumentis poetarum & historicorū. Hi ab Herculis primū omniū certamine instituti fuere, quo ipse primùm *Olympici ludi.*

mùm certasse, & palmam meruisse dicitur. Porrò in templo ipso simulachrum fuerat Iouis Olympici, à Phidia celeberrimo orbis statuario fabrefactum, ut adiectum aliquid religioni uideretur, & maiestas operis quàm plurimos, ut eò irent, accenderet. Hanc statuam Caligula cogitauit Romã transferre, ut Tranquillus in eius uita testatur: Futuræ cædis, inquit, multa prodigia fuerunt: Olympiæ simulachrũ Iouis, quod dissolui transferriq́ue Romam placuerat, tantũ cachinnum repentè edidit, ut machinis labefactis, opifices diffugerẽt. Huius historiæ meminisse uidetur & Iosephus, his uerbis: Nam etiam Iouem Olympium, qui maximè apud gentiles uenerabilis habetur, quem Phidias Athenæus fecerat, ausus est Romã transferre: nec tamen ad effectũ res perducta est, architectis dicẽtibus, Quod si illud moueretur simulachrum, aliquid posset mali accidere. Atque hactenus tam de templo, quàm de simulachro, nemoreq́ue uicino, & monte, ubi ludi singulis quinquennijs solennes toto mundo erãt, in quibus uaria ludicra in honorem Iouis, & præcipuè poetarum cursorumq́ue certamina proponebantur. Vnde apud Philostratũ Apollonius: Neronem, ait, in Olympijs prohibuisse certamina tragœdorũ & cytharœdorũ, apud uiros quibus nec theatra erant, nec scenæ ad huiusmodi ludos peragendos satis idoneæ. Huc uidetur spectare quod Liuius scribit lib. septimo Decadis tertiæ, in Punica historia: Comitijs perfectis, ludisq́ue factis, dictator, & magister equitũ, magistratu abierunt: C. Terentius Varro in Hetruriam proprætor missus, ut ex ea prouincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitũ iret, quem Titus Quintius consul habuerat: & L. Manlius trans mare legatus iret, uisereťq́ue quæ res ibi gererentur: simul quod Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Et hactenus de Olympicis. Sequitur AGON, qui propriè Sacer cognominabat̃, ijs dijs qui aliquid miraculi ostendissent, à Græcis dicatus. unde nimirum metaphoricè certamina martyrũ suorũ primi Christiani Agonas appellarunt, non solùm ob sanctitatem illius, & miraculorum claritatem, uerumetiam magis ob præmiorum & certitudinem & magnitudinem. Celebrabatur autem hæc solennitas in honorem Herculis, unde Agon Heracleos, & una dictione Heracleoticum nuncupabatur. In quo cantilenis certamina inibantur, iudicibus gnaris artis quibusdam cõstitutis, qui Agonothetæ uocabantur. Ad quos alludit Spartianus in Hadriano: Multa in Athenienses contulit, & pro Agonetheta resedit. Non dissimile omnino ludicrum nobis Germanis usurpatur, **Wann man offentlich/mit geordnetem vrteyl/meystergesang singet.**

Solẽnitas olympicorum quæ fuerit. A

Agon sacer uel gymnicus. B

Agonothetæ.

Cæterùm A. Gellius in decimo Noct. Atticarum, cap. 18. initia sacri Agonis ad Artemisiam Mausoli regis Cariæ uiduam referre uidetur. Scribit enim, cum incredibili desiderio mariti defuncti teneretur, molitam fuisse ingenti impetu operis construendæ mariti memoriæ causa, sepulchrum dignatum numerari inter septem orbis terrarum spectacula. Id monumentum cum dijs Manibus dicaret, Artemisiam agona, hoc est, certamen laudibus eius dicundis fecisse, præmiaq́ue & pecuniæ & aliarum rerum bonarũ amplissima proposuisse: atque ad eas laudes decantandas, uenisse primũ omnium Theopompum, Theodecten Naucratitem, & Isocratem. sed uicisse Theopompum, Isocratis discipulum; extareq́ue, & uidisse se Gellius testatur, Theodecti tragœdiam, quę inscribitur Mausolus, in qua eum magis quàm in prosa placuisse, Higinius in exemplis refert. Meminit porrò eius ludicri Pindarus hymno quinto:

τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quos

A Quos uersus Andreas Alciatus, doctissimus reuera iureconsultus & historicus, sic latinè reddidit:

Sacra per Argiuas certamina quattuor urbeis,
Sunt: duo facta uiris, & duo cœlitibus.
Ut Iouis, & Phœbi, Melicertæq;, Archemoriq;:
Præmia sunt, pinus, poma, apium, atque oleæ.

Videtur autē adludere Pindarus ad coronas de pino, atq; oleastro, & apiastro, quibus cantus uictores coronabant. Alludit ad agona Heracleum & Iulius Pollux: τοὺς,, inquit, γυμνικοὺς ἀγῶνας σεμνότορον ἡρακλείους ἀγῶνας ἐκάλεσαν. Est autē uerbum id ludicro inditum, à studio contentionis, quod Græci ἀγῶνα dicūt. Vnde etiam Agones dicti sunt Romana in republica, qui percutiebant uictimam ante immolationem. Et Agonales dies eidem nominati fuere, per quos rex sacrorū arietē in regia immolabat. Describit huius solēnitatis ritū Ouid. 1. Fast. ubi & diē, uidelicet quintum Id. Ianuar. & quibus hostijs peragantur, commemorat:

Institerint imbres missi tibi nubibus atris,
Nonæ signa dabunt in oriente lyra.
Quatuor adde dies, ductis ex ordine Nonis,
Ianus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.
Pars, quia non ueniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.

Et iterum:

B *Utq; ea nunc certa est, ita rex placare sacrorum*
Numina lanigeræ coniuge debet ouis.

CAP. XII. DE LUDIS CURSORIIS, IACULARIIS, *& saltatorijs, qui Græcis Isthmia & Pyrrhici nuncupabantur.*



RECTO ordine ludos, quibus uox exercebatur, sequūtur aliarum exercitationū ludi, quibus uidelicet pedes ac corpus uniuersum fatigabatur. Tales autē potissimū usurpabant, Isthmici, ubi cursu certabatur, & iaculis: Pyrrhici, ubi ad lætitiam certa mensura & modulatione pedibus saltabat, quod hodie nos Germani in eo ludicro obseruamus, quod Ziganorū choreā dicimus, ein Zigeiner tantz. His & pilæ ludus adijciendus, qui Græcis Chorycouelon uocatur: de quorum singulis dicendum est ordine. ISTHMIA, quę & Hieronica, ludi erant quinquennales apud Græcos, à loco prope Corinthum Isthmo, sic dicti, ubi celebrabantur: quæ à Theseo primū omniū instituta traduntur, in honorem Neptuni. Plutarchus tamen ad imitationē Herculis institutos à Theseo memorat: cum Hercules Olympicos incœpisset in honorem Iouis. ad quod Plinius in 4 alludit: Isthmo pars altera, cum delubro Neptuni, quinquennalibus inclyta ludis. Alij tradunt, in Scyronis memoriā Isthmia fuisse reperta: ut ita se Theseus à cæde Scyronis, quē necauerat, ob propinquitatē expiaret. Non desunt deniq;, qui in Melicertæ honorem, qui alio nomine dicebatur Palæmon, ludicrum Isthmiacū constitutū primū omniū fuisse prodiderint. Ad quod Corinthij ex pacto uetustissimo accedere tenebantur, & in sedendo cæteris præferebantur. Scitū est quod Plutarchus tradit, olim Philippo Macedonū rege profligato à L. Flaminio, omnes Græciæ ciuitates in publico Isthmiorū spectaculo per præconē libertate donatas: quę res tanto

Genera saltationum.

Ludus pilæ.

Isthmica ludi.

Origo Isthmiorum.

res tanto gaudio cunctas Græciæ ciuitates affecit, ut L. Flaminium σωτῆρα, hoc est, Saluatorem nuncuparint. Illud priuilegium confirmasse atque renouasse rursus Neronem, Suetonius in eius historia testatur his uerbis: Decedens deinde, prouinciam uniuersam libertate donauit, simulq́ue iudices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quæ beneficia è medio stadio, Isthmiorũ die, sua ipse uoce pronunciauit. Porrò in Isthmiorum ludicro præcipuo tria edebantur, iaculorum certamen, cursus pugna, ac musicorum poetarumq́ue congressus. De primis meminere ueteres poetæ. Simonides: A

Ἴσθμια καὶ πυθοῖ Διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα:
ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Quos uersus sic reddidit Alciatus:

Isthmia Philonis Diophon, & Pythia uicit:
Et cursu, & iaculo, saltibus, orbe, pale.

Huc pertinet & illud Pindari interpretis:

ἅλμα ποδός, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἰρωή,
καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη, μία δ᾽ ἔπλετο πᾶσι τελειτή.

Quæ idem Alciatus transtulit:

Cum disci iactu, saltus pedis, impetus hastæ,
Atque pale, & cursus, studium fuit omnibus unum.

Diaulicus cursus. Suidas meminit alterius generis ludi cursorij, quod diaulon, hoc est, per duo stadia uocat. Legimus & apud Imp. Iustinianũ κόσμον δίαυλον. *Cantu in Isthmicis certabatur.* Quod uerò etiã in his cantu certabat, elicitur ex his Suetonij uerbis in Nerone: Reuersus è Græcia Neapolim, quod in ea primũ artem protulerat, albis equis introijt, disiecta parte muri, ut mos hieronicarũ est. *Pythionices & paradoxi. Paradoxa.* Porrò uictores in his sacris ludisq́ue corona pinea coronabãtur: & peculiaribus uocabulis olim Pythionices & paradoxi nuncupabantur, quod est (si uelis interpretari) supra hominũ opinionẽ. Hinc Cicero Paradoxa, hoc est, παρὰ τὴν δόξαν, contra opinionẽ hominũ instituta inscripsit. Denique quanti honores talibus impendebantur, qui ita in Isthmicis uicissent, docet abundè Vitruuius lib. 9. & Plutarchus in Symposiacis: Victoribus, inquit, curru uehentibus, permissum est partẽ muri dejcere: ut significaretur, nõ magnopere ciuitatem talẽ muro opus habere, habẽtem uiros qui possint pugnare & uincere. hæc ille. *Isthmiorum uestigia.* Cæterũ talium hieronicarũ ad nos umbra quædã peruenit. Et in Gallijs potissimũ ac Belgis apud Francos reliquiæ quædam permansere, in ijs certaminibus siue exercitijs cum arcubus ad metam, & cum ad auiculam ligneam palo sublatam sagittis contendunt. Atq́ue hęc de Isthmicis. Venio ad Pyrrhicos ludos, in quibus uirgines implicando se ac cõuoluendo saltabant. quod genus choreæ, ut nobis etiamdum extat: ita Ziganorũ hodie choreã uocamus, uel ut aliqui nominant, Sepestrem choream, **ein Zauner tanz**. *Pyrrhicarũ saltationum ratio & ritus.* Quã Apuleius decimo Asini ita affabrè delineat his uerbis: Nam puelli puellæq́ue florenti uirentes ætatula, forma cõspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi, gręcanicã saltantes Pyrrhicã, dispositis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi: & in quadratum patorem cuneati, & in cateruæ dissidium separati. Supra quem locum Apuleij, Beroaldi hæc extãt uerba: Eleganter exprimitur forma Pyrrhicæ saltationis, quæ modò orbiculata rotunditate circumagitur, modò obliqua serie per manus connectitur, modò ad effigiem cunei figuratur. Alludit ad huiusmodi genus ludicri Liuius lib. secundo Punici: A porta Iugario uico in forum uenere: in foro pompa constitit: per manus rectè data, uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Describit uerò eo loci Iunonis solennia. Delineat huiuscemodi saltationem ridiculam & Plato libro septimo de Legibus, ubi B

A ubi nominatim scribit: Motus Pyrrhicus imitatur flexus corporũ, quibus tela plagæq; uitantur declinando, concedendo, exiliendo in altum, humiq; se contrahendo: contrarios item gestus imitatur, quibus scilicet contra alios quicq; infertur, sagittando, iaculando, feriendo. Meminerunt huius ludicri & cæteri autores. Suetonius in Dictatore, cap. de Varijs spectaculis per eum editis: Edidit spectacula uarij generis, munus gladiatoriũ, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidẽ per omniũ linguarũ histriones. Item: Circenses, athletas, naumachiam, munere in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe prætoria: & Aulus Calpenus senator, actorq; causarum. Pyrrhicam saltarunt Asiæ principum liberi. Huc pertinet & illud Ælij Spartiani in historia Hadriani: In circo multas feras, & sæpe centum leones interfecit. Militares Pyrrhicas populo frequenter exhibuit. Sic Ammianus lib. 16: Cum exercere præludia, inquit, disciplinæ castrensis philosophus cogeretur, ut princeps artemq; modulatus incedendi per Pyrrhicam, cõcinentibus disceret fistulis. hæc ille. Et sic intelligendum est etiam illud Comici: Tu inter eas restim ductitans saltabas. Et illud Maronis, cum equum fatalem Troiam inductum cum concentu puellarum describit, publicam lætitiam significans: *Pyrrhicam saltare.*

—Scandit fatalis machina muros,
Fœta armis: circum pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent.

Itaq; arbitror Pyrrhicum ludum eo euentu in Troianã sobolem fuisse diffusum ab equo illo fatali, quo non solùm Romani, sed nos Germani etiam, qui similiter à Troianis descendimus, publica in lætitia & in Saturnalitijs utimur, & Ziganorũ choream uel sepestrem uocamus. Ad hæc meminit & Solinus Pyrrhicæ equitationis, qua hodie potissimũ Hungari utuntur, quã nos appellamus Hertschiren. *Origo & initia Pyrrhicæ saltationis.* *Pyrrhica equitatio.*

B Verba Solini hæc sunt: Pyrrhico repertore equestres turmas, certa primũ docuit lasciuas uertigines implicare, ex qua disciplinæ bellicæ rei usus datus. Denique potest his ludis, qui in exercitando corpore consistunt, & pilæ ludus addi, de quo Galenus medicus integrum librum scripsit, & quem Iustinianus Imperator alibi Corycouelon uocat, à κορύκω, id est, pila (licet istic per errorem, dictionem Comonouolon legant.) Erat autem pila coriacea instar utriculi, quæ inflata uento, plerunq; lusorem malè afficiebat. Suidas in dictione κώρυκος, Corycum, saccum appellare uidetur, in quo panes reconduntur. Hinc & prouerbium est ortum, à coryco exerceri, de eo qui incassum fatigatur. *Ludus pilæ.* *Locus iuris restitutus.* *Corycus saccus.*

CAP. XIII. DE LVDIS GLADIATORIIS, *siue certamine athletico, quod Græcis Pancration, Romanis Munus appellabatur.*

ET hi ad exercitium corporis ludi spectabant, sed periculo uitæq; discrimine non carebant, à Romanis partim ad exercendas corporis uires, armorumq;: præterea ad uulnerũ contemptum, quia bella continua gerebant (ut Cicero inquit secundo de Legibus: Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoq; diuisi, sint corporũ certationes cursu & pugillatione, luctatione) partim uerò, quia diuitijs & omnis generis uoluptatibus is populus lasciuiebat, ut reliqua animorũ exhilarandorũ gratia instituti fuere, quemadmodũ rectè Tullius ait in oratione pro Murena: Ludis oblectamur, & ducimur. Quę causa fuit, ut munera tales ludi siue spectacula digladiantium uocarentur huic reipub. quòd uidelicet tanq; muneribus soleãt homines capi, uel quòd necessariò lanistæ ad hos ludos mortiq; exponendos pugiles erãt instructi. Nam ut Martianus iureconsultus in l. munus. ff. de uerb. & rer. signif. testatur: *Origo & causa ludorum gladiatoriorum.* *Etymon unde ludi gladiatorij munera dicebantur.*

Discrimen inter donum & munus. ſtatur: Munus propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus, lege, more, imperióue eius qui iubendi habet poteſtatẽ: cum dona ſint, quę nulla neceſſitate iuris, aut officio, ſed ſpontè pręſtantur. Hinc & pro officio ac debito, muneris uoce abutuntur: ut, tuũ eſt munus, tui muneris, &c. Meminit uerò muneris hac ſignificatione pro ludo, ſiue ſpectaculo pugilum, Liuius lib. 1. Dec. 5: Sardiniæ inſulæ forma erat, atq; in ea ſimulachra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parua, alia data. unum ante cætera inſigne fuit T. Flaminij, quod mortis cauſa patris ſui cum uiſceratione epuloq́; & ludis ſcenicis quatriduum dedit. Ad huiuſmodi munus funebre, hoc eſt, ludos gladiatorios in honorẽ funeris adhibitos, alludit Iul. Capitol. in M. Cæſare: Et laudauere, inquit, uterq; pro roſtris patrẽ, Flaminemq́; ei ex affinibus, & ſodales ex amiciſſimis, Aurelianos creauere. Adepti imperium, ita ciuiliter ſe ambo egerunt, ut lenitatem Pij nemo deſideraret, cum eos Marullus ſui temporis mimographus cauillãdo impunè perſtringeret. Funebre munus patri dederunt. Plin. lib. 33. cap. 3. Cæſar, inquit, qui poſtea dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu harenæ argenteo uſus eſt. Huc pertinẽt loca Suetonij in dictatore: Beſtias quoq; ad munus populi cõparatas trucidauerãt. Et iterũ: Edidit ſpectacula uarij generis, munus gladiatoriũ, ludos etiã regionatim tota urbe. Et iterum paulo poſt: Munere in foro depugnauit Furius Leptimius, ſtirpe prætoria. Idem in Auguſti uita, cap. 43: Quodam autem muneris die Parthorum obſides tunc primũ miſſos per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Meminit etiam Ælius Lampridius in Alexandro: Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed ut poſt quæſturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent: ærarios uerò inſtituit, qui de ære fiſci ederent munera, eademq́; procurarẽt. Habuit etiam in animo, ut munera per totum annũ diſpergeret, ut per triginta dies munus populo daretur. Huc pertinet illud Plinij in Epiſtolis: Rectè feciſti, qui gladiatorũ munus Veronenſibus noſtris promiſiſti. Sic Symmachus urbis præfectus, & inclinãtis Imperij autor, in epiſtola ad Theodoſium & Arcadium Auguſtum: Nullo enim diſſentiente qui modus cenſitũ ſemel aut ſæpius, quę fungendis mediocritas editionibus applicetur, quę gladiatorio muneri, & quæ ſcenicis ludis ſumptuum temperamenta conueniant. Ex quibus apparet, & inclinãte Imperio tales fuiſſe ludos in uſu, qui modò incruenti & exercendarũ uiriũ cauſa paſſim in Germania exhibentur, & noſtra lingua fechtſchůl, hoc eſt, ſchola pugilum nuncupantur. Et ſic tandem loca autorũ multa enucleantur. Ciceronis ſecundo Officiorũ: Itaq; & P. Craſſus cùm cognomine Diues, tum etiam copijs, functus eſt ædilitio maximo munere. Et iterũ: Magnificentiam uerò noſtri Pompeij munera ſecundo conſulatu. & illud epigrammatarij poetæ lib. 1. A

Munera gladiatorũ, & loca autorum deſuper.

Munus funebre.

Gladiatorũ ludorũ ueſtigia.

B

Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar,
Hæc iam fœminea uidimus acta manu.

Duplex munus gladiatorium. Porrò reperio duplex munus potiſſimũ Romanis celebratũ: munus Arcadicũ, quod bis in anno dabatur, pridie Nonis Decemb. & X. Cal. Decemb. Et munus candidati, quod itidem bis in anno, VI. Idus & XIII. Cal. Decemb. dabatᷣ. Cæterũ à munere munerarius adiectiuũ, ijs omnibus accõmodabatur, quæ ad ludum gladiatorium pertinebant: ut Munerarius, qui ludum gladiatoriũ inſtituit. Munerarius libellus. Suetonius in Domitiano: Patremfamiliâs, ait, quòd Thracẽ Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam canibus obiecit. Quibus uerbis, Munerarius ipſe Domitianus Cęſar à Tranquillo eſt appellatus, ut ludorum exhibitor, à quo Thrax coactus fuerat depugnare. hoc enim ſignificat, imparem ei fuiſſe: quæ figura ſermonis exitialis homini intempeſtiuè

Munerarius.

Munerarius libellus.

A stiuè faceto, fuit. Huc pertinet ille Trebellij locus in Claudij Cæsaris historia: At ego scio sæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen appositũ. Habuit proximè tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. Meminerunt etiam muneris in ea significatione Iureconsulti, & præcipuè Paulus, l. mortuo boue. §. finali. de legatis secundo. Et sic intelligitur inscriptio Vetustatis, quę Tergesti in Istria extat:

CONSTANTIVS MVNERARIVS GLADIATORIBVS SVIS PROPTER MVNERIS MVNVS SEPVLCHRVM DEDIT DECORATO RHETIARIO, QVI PEREMIT CERVLEVM ET PEREMPTVS DECIDIT AMBOS EXTINXIT RVDIS VTROSQ. PROTEGIT ROGVS DECORATVS SECVTOR PVSNARVM VIIII. VALERIAE VXORI DOLORE PRIVVM RELIQVIT.

Munerarius ludi gladiatorij exhibitor.

Et quia facta est in hoc monumento Retiarij, cerulei, & rudis mentio: operæprecium facturi sumus, si species & discrimina gladiatorum paulo altius repetierimus. Inuenio autem gladiatorum hæc ferè discrimina fuisse: pugiles, athletas, pancratiastas, xysticos, Thraces, mirmillones, tunicatos, retiarios, piscinenses, bestiarios, rudiarios, agones, mastigophoros, & athlothetas. PVGILES tametsi à pugnando, omnes generaliter gladiatores, qui in arena pugnabant, Latinis sint dicti: tamen propriè, qui cestibus certabant, hoc peculiari nomine significabantur. Id quod elicitur ex his Ciceronis uerbis lib. secundo Tuscul. Pugiles cestibus contusi, ne ingemiscunt quidem. Et iterum de Claris oratoribus: Pugiles inexercitati, etiã si pugnos & plagas Olympiarum cupidi ferre possunt, solenni tamẽ sæpe ferre nõ possunt. Tales fuerunt illi Virgiliani pugiles, Dares & Entellus, quos Maro libro quinto Æneidos ita describit luculento carmine:

Gladiatorum discrimina.

Pugiles.

B
Post ubi confecti cursus, & dona peregit:
Nunc si cui uirtus, animusq; in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori uelatum auro uittisq; iuuencum:
Ensem atque insignem galeam solatia uicto.
Nec mora, continuò uastis cum uiribus effert
Ora Dares, magnoq; uirum se murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus contendere contrà:
Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit harena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostenditq; humeros latos, alternaq; iactat
Brachia protendens, & uerberat ictibus auras.
Quæritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire uirum, manibusq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes. nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ:
Quis finis standi? quò me decet usque teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant

Dardanidæ, reddiq́; uiro promiſſa iubebant. A
Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes,
Proximus ut uiridante toro conſederat herbæ:
Entelle heroum quondam fortiſsime fruſtra,
Tantá ne, tam patiens, nullo certamine tolli
Dona ſines? ubi nunc nobis Deus ille magiſter
Nequicquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam? & ſpolia illa tuis pendentia tectis?
Ille ſub hæc: Non laudis amor, nec gloria ceſsit
Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentq́; effœtæ in corpore uires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quáq́; improbus iſte
Exultat fidens, ſi nunc foret illa iuuenta
Haud equidem precio inductus, pulchroq́; iuuenco,
Uenissem: nec dona moror. Sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæſtus,
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manu, duroq́; intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi, tantorum ingentia ſeptem
Terga boum, plumbo inſuto, ferroq́; rigebant.
Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeq́; recuſat.
Magnanimusq́; Anchiſiades & pondus, & ipſa
Huc illuc uinclorum immenſa uolumina uerſat.
Tum ſenior tales referebat pectore uoces. B
Quid? ſi quis cæſtus ipſius, & Herculis arma
Uidiſſet, triſtemq́; hoc ipſo in littore pugnam?
Hæc Germanus Eryx quondam tuus arma gerebat
Sanguine cernis adhuc, ſparſoq́; infeſta cerebro:
His magnum Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus,
Dum melior uires ſanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.
Sed ſi noſtra Dares hæc Troius arma recuſat,
Idq́; pio ſedet Aeneæ, probat auctor Aceſtes:
Aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus, & tu Troianos exue cæſtus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum:
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertosq́;
Exuit, atque ingens media conſiſtit harena.

Athletæ. Sequuntur ATHLETAE. propriè hi gladiatores dicebantur, quos in urbe laniſtæ emptos, uel precio cõductos ex ſeruis, ad ludum inſtruebãt, & harenæ precio accepto cõmittebant. Inſtruebãt autẽ nõ ſolùm armis atq; ueſtitu, uerùm optimo cibo ita ſaginabant, ut multo elaboratiſſimoq; ſanguine producto robur naturæ augerent, oleoq; ſubinde perfrictos neruos flexiles, & ad omnẽ eos motũ uerſionesq; expeditos perficiebant. Unde metaphoricè athletica uita pro firmiſſima: & *Athleticus habitus.* medicis athleticus habitus, pro temperamento optimo pletorico uſurpant. Hinc eſt illud Ciceronis in Tuſculanis: Faciunt idem cum exercentur athletæ. Et Plin. libro 11. cap. 53. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Plaut. in Epid. Quid

A Quid herilis noster filius ualet? Respondet alter: Pugilicè atq; athleticè ualet. Idē in Bacchidib. Bené ne usq; ualuit? Respōdet alter: Pancraticè atq; athleticè. Apud Vlpianum iureconsultū in l. athletas. ff. de his qui not. infa. dicuntur etiā Athletæ, qui nō lucri, sed uirtutis gratia, se exercent publicè, & nō magis coacti q̄ sua sponte, ut sunt qui hodie gladiatoriam sine sanguine exercent. Addit quoq; Imp. Alexander in tit. Cod. de athletis: Si tribus nō minus coronis publicè fuerint donati, ciuiliū munerū uacationē cōsequi. Ab Athletis & ATHLOTHETAE dicūtur, sicut agonothetæ: iudices & curatores horū ludorū erant, & qui præmiū certantibus proponebant. PANCRACIASTAE erāt pugiles, qui in harena omni genere resistendi pugnabāt: quemadmodū rectè Suidas Pancratiasten, manibus pedibusq; pugnantē interpretatur. Quintil. 2. Inst. orator. Sicut ille exercendi corpora, ait, peritus, non si docendū pancratiasten susceperit, pugno ferire, uel calce tantùm, aut nexus modo, atq; in ijs ictus certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis. Quid autē differat pancratiastes ab athleta, cæterisq; gladiatorū generibus, ex his uerbis A. Gellij lib. 3. cap. 15. aduertitur: Diagoras tres filios adolescentes habuit, unū pugilem, alterū pancratiasten, tertiū luctatorem. Ab isto genere gladiatorū pancratiū ipse actus, ueluti pugillatus, nomē accepit, quod ex eo dictum est, quod aduocatis omnibus uiribus corporis, omniumq; neruorum cōtentione transigatur: calcibus enim & cubitis, nō pugnis modò, utebantur. Huc pertinet illud Plinij lib. 35. Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympię citra pulueris iactum (quod uocāt aconiti) uicit. Sunt tamen qui pancratiastas pro pentathlis intelligi uolunt, id est, qui quinq; illa antiqua certamina Græciæ obierunt & uicerunt: qua in sententia est Hermolaus Barbarus lib. 34. Emendationū. Græci namq; hos sua lingua appellare solebant παγκρατιάζοντας, πάντων κρατοῦντας.

Athleticè ualere, prouerb.
Athletæ secundum Iurecōsultos.
Athlothetæ.
Pancratiastæ.
Discrimen inter pugilē & pancratiasten.
Pancratium.
Pancratiastes etymon.

B Et sic intelliguntur loca poetarum. Virgilij: —*Fulua luctantur harena.*
Propertij libro tertio Elegia decimaquarta:

Puluerulentaq; ad extremas dat femina metas,
Et patitur duro uulnera pancratio.

XYSTICI gladiatores erant, non in harena, sed in porticu & ambulacris hyberno tempore pugnantes. Est enim xystus ambulacrum, quod Græci ὕπαιθρον dicunt. de quo Cicero in Bruto: Cum ambularem in xysto, & essem ociosus. & Plinius 5. Epistolarum: Et ante porticum, inquit, xystus cōcisus in plurimas species, distinctusq; buxo. Meminit huius generis gladiatorum & Suetonius in Augusto: Nec tamen eo minus aut xysticorum cōcertationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exegit. Et iterum: Sua uerò quamuis modica, non tam statuarum, tabularumq; pictarum ornatu, quàm xystis & nemoribus.

Xystici gladiatores.
Xystus.

HOPLOMACHI scuto & armis muniti erāt. de quibus Suetonius in Caligula: Hinc è spectaculo detractum, & in arenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparauit. Et sic enucleatur ille Epigrammatarij uersus,

Hoplomachi gladiatores.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè.

CRVPELLARES, toto corpore laminis tecti: ut sunt hodie in hastiludijs Germanorum gladiatores, qui Tornizantes dicuntur, pede congredientes, qui olim mos è Gallia ad Romanos est translatus. Meminit Tacitus lib. 3. Quadraginta milia fuere, inquit, quinta sui parte legionarijs armis, cæteri cū uenabulis & cultris, quæq; alia uenantibus tela sunt: adduntur è seruitijs gladiaturæ destinati, quibus more gentilitio cōtinuum ferri tegmen (crupellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. THRACES & MIRMILLONES, qui armatura Thracica in gladiatorijs, Thraces: & qui Gallico ritu utebantur, Mirmillones Romanis uocabantur. Meminit Suetonius in Tito: Quin & studium arma

Crupellares gladiatores.
Thraces & mirmillones.

turæ Thracum præ se ferens, sæpe cum populo & uoce & gestu ut fautor cauillatus est: uerùm maiestate salua, nec minus æquitate. Idem in Domitiano: Patremfamiliâs quòd Thracem mirmilloni parem, munerario imparem, dixerat, detractum è spectaculis in harenã, canibus obiecit. Et sic intelligit hic Ausonij uersus: A

Quis mirmilloni contenditur? æquimanus Thrax.

Retiarij & tunicati. RETIARII & TUNICATI, qui rete habebant, & tunica erant induti, retiq́ ad uersarium inuoluebãt. quod genus pugnæ à Pithaco uno ex septem Sapientibus traditur repertum, cum aduersus Phrynonem depugnaturus processisset. Meminit Tranquillus in Caligula: Retiarij tunicati quinq́ numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo, totidem secutoribus succubuerant: cum occidi iuberentur, unus resumpta fuscina, omnes uictores interemit. Sic Lampridius Commodum imperatorem scribit, uictis retiarijs, uel occisis, confecisse mille palmas gladiatorias: uocabantur autem secutores, qui aduersus retiarios pugnabant. Pugnabant porrò retiarij fuscina, hoc est, tridenti, qualis Neptuno pingitur. Et sic intelliguntur loca autorum. Iuuenalis:

Postquam uibrata pedentia retia dextra
Nequicquam effudit. — Et iterum:
Cum Graccho iussus pugnare secutor. Et rursus:
Hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Et sic intelligitur exemplum Vetustatis, quod apud Veronam Athesis extat, in domo D. Taurelli Saraynæ:

D. M.
GENEROSO RETIARIO INVICTO PVGNARVM XXVII.
N. ALEXANDRIN. QVI PVGNAVIT VIR. B

Piscinenses gladiatores. PISCINENSES, qui in piscinis exercebantur atq́ pugnabant. Erat enim piscina Romæ publica, ad quam natatum & exercitationis causa ueniebant. Et sic possunt rectius intelligi loca autorũ. Suetonij in Nerone: Epulas è medio die ad mediam noctem protrahebat, refotus sæpius calidis piscinis, & tempore æstiuo niuarijs. Idem de Heliogabalo Lampridius refert. Et huc pertinet illud Martialis:

Piscinam peto, non licet natare.

Bestiarij gladiatores. BESTIARII, qui in gladiatorijs spectaculis, contis aduersus bestias productas pugnabant. Meminit Suetonius in Caligula: Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole uelis, emitti quenquam uetabat: remotoq́ ordinario apparatu, rabidis feris uilissimos senioq́ confectos, gladiatores quoq́ peginares, patresfamiliarũ notos, sed insignes debilitate aliqua corporis subijciebat. Huc pertinet illud Columellæ lib. 8. Aries miri coloris, sicut alias bestias, munerarijs deportari iussit. Et Seneca inquit: Ludus bestiariorum incipiatur, quo bestiarij depugnabant. Huc alludit & Apul. 4. Asini scribens, quendam Democharem editurum munus gladiatorium atq́ uenatorium, comparasse magnum numerum, ursosq́ saginatos bestiarijs præparasse. Et sic est intelligendum illud Tertulliani in Apolegetico: Iupiter est Romæ, quem ludis suis sanguine proluunt bestiariorũ. Meminit eius deniq́ generis his uerbis & Dion Cassius in Traiano: Spectacula magnifica per centum & uiginti dies Romæ edidit. Iugulata sunt aliquando mille, interdum decem millia bestiarum, partim feræ, partim mansuetæ, & innumerabiles gladiatores decertarunt. Rudiarij. RUDIARII pugiles erant, ob sæpe nauatam operam rude donati, hoc est, uirga signo uacationis, & manumissi è seruitio. De quibus Suetonius in Augusto: Vniuersum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis & conseruauit priuilegia

A uilegia, & ampliauit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Et sic intelligitur ille Martialis uersus:

Nuper cum mirmo peteret, & missio læso.

Inuenio etiam rudiarios dictos, qui huiusmodi uirgis publicè pugnabant. Ad quos alludit Lampridius, referens Commodum imperatorem in harena rudibus inter cubicularios gladiatores depugnasse. FEMINAE pugiles: tales instituisse Domitianum, Tranquillus est author, ita scribens: Nam uenationes gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos, nec uirorum modò pugnas, sed & feminarũ. Præterea quæstorijs muneribus, quædam omissa renouauerat. Ad hoc genus pugilum alludunt poetæ. Papinius primo Syluarum: *Feminæ pugiles.*

Stat sexus rudis, insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus uiriles,
Credas ad Tanaym, ferumque Phasin
Thermodontiacas calere turmas.

Et Martialis primo:

Belliger inuictusque tibi Mars sæuit in armis:
Non satis est Cæsar, seruit & ipsa Venus.

Sic Iuuenalis ad hoc genus pugnæ alludit:

—Neuia fuscum
Figat aprum, & nuda teneat uenabula mamma.

MASTIGOPHORI, qui athletas in certaminibus comitabantur, & cum flagellis præibant, spectatoresque & turbam importunam submouebant, ne spectaculo impedimento esset: qui etiamnum in huius generis ludo supersunt, & morionũ habitum mentiti, cestis coriaceis officio suo funguntur. *Mastigophori.* B Et iam eram finem Capiti impositurus, cum uenit mihi in mentem loci apud Eusebiũ Pamphilum, qui libro quarto de uita Constantini, authorem hunc ipsum Magnum reuera Cæsarem refert his uerbis: Imaginum cultum legibus identidem repetitis abrogare, eleuare uaticinia, statuas atque mysteria furtim obeunda tollere, ne gladiatorũ cõpositionibus urbes inficerentur agere.

CAP. XIIII. DE LVDIS EQVEstribus omnis generis.



QVINQVE generũ, qui equis fiebant, ludos reperio: hoc est, prodromum, cum equi ad metam à carceribus emissi, cõtentione insidentium currebant: cursum uehicularium, cursum decursoriũ circa rogũ, ludos seuirales, & ludos Neptunales, equestres. Ad primi generis cursum, qui etiam nunc Germanis in aliquibus locis extat, quique huic reipublicæ Idibus Decembris celebrabatur, alludit Titus Liuius lib. 1. Decad. 5. Epulæ quoque legationibus paratæ, & opulentia & cura eadem. uulgò dictum ipsius ferebant, Et conuiuium instituere, & ludos parare, eiusdem esse qui uincere bello sciret. Edito ludicro omnis generis, clypeisque æreis in naues impositis, cætera omnis generis arma cumulata in ingentẽ aceruũ. Describit huiusmodi ludũ & Tranquil. in Caligula: Nouũ prẹterea atque inauditum genus spectaculi excogitauit. nam Baiarũ mediũ interuallũ, & Puteolanę molis trium miliũ & sexcentorũ ferè passuũ, ponte cõiunxit, cõtractis undique onerarijs nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, superiectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ uiæ formã. Per hũc pontẽ ultro citroque cõmeauit biduo cõtinẽti. Primo die phalerato equo, insignisque quercica corona, et securi, & cetra, & gladio, aureaque chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoque bigui *Quinque genẽrum ludi equestres.*

famosorum equorum, præ se ferens Darium puerum ex Parthorũ obsidibus, comitante prætorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum. Cicero secundo de Legibus, alludit ad eũdem his uerbis: Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoq́ꝫ diuisi, sicut corporum certationes, cursu pugillatione, luctatione, curriculisq́ꝫ equorum. At Varro de equis scribens, alios ad militiam, alios ad cursurã laudat: alios militibus, alios quadrigarijs. Huc pertinent & illa Ammiani libro decimoquarto: Et ingressus Constantinopolim, tanquam in rebus prosperis & securis, editis equestribus ludis, capiti Coracis aurigæ imposuit coronam ut uictoris. Loquitur autem de Constantio Imperatore. Idem lib. 28, cum Valentiniani res gestas recenset: Inter quos hi qui ad satietatem uixerunt, potiores autoritate longæua, per Ianos & fora clamitant sæpe: Rempublicam stare non posse, si futura concertatione quem quisque uendicat, carceribus non exiluerit princeps, & circumflexerit metam. Exoptata die equestrium ludorum inlucescente, nondum solis puro iubare, fusius omnes festinant præcipites, ut uelocitate currus ipsos anteant certaturos. Et sic intelligitur ille Claudiani uersus in Panegyri in quartũ Honorij consulatum: A

Implicuit fractis moritura uolumina syluis.
Quum uectaris equo, simulachraq́ꝫ Martia ludis.

Ludi seuirales. Porrò sub hoc genere ludorũ erant ludi SEVIRALES, & NEPTVNALES. de quorum primo Capitol. ita meminit in Marci historia: His ita gestis, adhuc quæstorem & consulem secum Pius Marcum designauit, & Cæsaris appellatione donauit: & seuirum turmis equitum Romanorum, iam consulem designatum, creauit: & edenti cum collegis ludos seuirales assedit, & in Tiberinam domum transgredi iussit. NEPTVNALES autem ludi cursorij bis in anno dabantur, undecimo Calend. Iulij, & XV Calend. Augusti: de quibus Naso in Fastis mentionẽ facit. Erant & ludi EQVESTRES, qui in decursionibus funebribus militaribusq́ꝫ fiebant in gyrum, non à carceribus ad metam, ut eleganter describit Herodianus libro quarto, de consecratione Seueri imperatoris loquens: Vbi uerò ingens aromatum aceruus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, uniuersis equestris ordinis certa quadam lege, ac recursu motuq́ꝫ Pyrrichio, numeróque in orbem decurrentibus. Postremum genus huius ludi bigis quadrigisq́ꝫ fiebat, à carceribus ad metam currentibus: quem morem Hungari adhuc obseruant. ad quos alludit Tranquillus in Caligula: Per hunc pontem, inquit, ultro citroq́ꝫ commeauit biduo continenti: primo die phalerato equo, insignisq́ꝫ quercica corona, & cetra, & gladio, aureaq́ꝫ chlamyde: postridie quadrigario habitu, curriculoq́ꝫ bijugi famosorum equorum, præ se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante prætorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum. Idem in Tiberio: Nouem annos natus, defunctum patrem pro rostris laudauit. dehinc pubescens, Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Erant autem funales equi, siue habenales, qui in tali cursu, uel in triumphali curru fune tenti præcurrebant: de quibus Dionysius in octauo Antiquitatum scribit: Institutum uetus fuisse, ut heroicum trium equorum currus in ludis decurrerent: duobus enim equis iunctis, tertius iuxtà adhibebatur, habenalis dictus, qui iũctus loris à prætertrahendo, simul iungendo, Pareoros uocabatur. Et sic intelligitur uersus Statij sexto Thebaidos:

Neptunales. Ludi funebres equestres. B Ludus equestris qui curribus fiebat. Funales equi. Pareoros equus.

Nominibusq́ꝫ cient Pholoen, Admetus, & Irin,
Funalemq́ꝫ Thoen.—

Et illud Propertij libro secundo Elegia decimasexta:

Aut

A *Aut prius infecto deposcit præmia cursu,*
Septima quàm metam triuerat ante rota.

Erat autem consuetudo in hoc ludo uel certamine, ut uictor dexterioris bigæ Marti deo immolaret. Et hæc de equestribus ludis: quos olim etiam, ut nunc fiunt quoq; in ordine nobilium, ob amorem factos, & institutos in gratiam puellarum spectantium, docet hæc Romæ reperta inscriptio,

QVISQVIS LECTVRVS ACCEDIS, CAVE SI AMAS. AT SI NON AMAS, PENSICVLA. MISER QVI SINE AMORE VIVIT, DVLCE EXIT NIHIL. AST EGO TAM DVLCE ANHELANS ME INCAVTE PERDIDI ET AMOR FVIT, EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISSIMAE DVRMIONIAE PVELLAE VIRGVNCVLAE SVMMA PVLVORIA PLACERE CVPEREM CASV DESILIENS PES HESIT STAPIAE TRACTVS INTERII. Et hactenus de equestribus.

Cursus equestris olim in gratiã puellarum spectantium.

His & NAVMACHIAM cõiungere placuit, ne propriũ caput si fieret, breuius illud esset q̃ ut instituto quadraret. Erat autẽ ludicrũ in fluuijs uel lacubus ostentatum, cum pugnæ classicæ similitudine. de qua Trãquillus in Claudio ita scriptũ reliquit: Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam antè cõmisit. Sed cum proclamantibus naumachiarijs, Aue imperator, morituri te salutant: respõdisset, Auete uos: neq; post hanc uocem, quasi uenia data, quisquam dimicare uellet, diu cunctatus, an omnes igni ferróq; absumeret, tandem è sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus non sine fœda uacillatione discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulæ, exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerserat. Meminit huius ludicri & Cornelius Tacitus in eiusdem historiæ retextu: Inter lacum Fucinum, inquit, amnemq; Lyrum
B prærupto monte, quo magnificentia operis à pluribus uiseretur, lacu ipso nauale prælium adornatur: Claudius triremes quadriremesq; & undeuiginti millia hominum armauit, cincto ratibus ambitu, ne uaga effugia forent. Atqui silentio nec illud transeundum est, naumacharios præliantes fuisse dictos, qui ex nauibus depugnabant, aliàs Græcè ἐπιβάται. de quibus Hircius in Commentarijs Cæsaris ita scribit: Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera, alteráque perturbata, deinde omnes epibatæ nudatæ. Ad hoc genus ludi alludit etiam Maro quinto Æneidos:

Naumachia maritima.

Naumacharij.

Epibatæ.

Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nautis pater, unde reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

Potest fortasse huc accommodari gratiarum actio, quæ Neptuno fiebat Nonis Nouembris: id quod hodieq; à Venetis fit in festo Ascensionis.

Gratiarum actio Neptuno celebrata in mari.

CAP. XV. DE LUDIS PALATINIS, *triumphalibus, natalicijsq; & alijs quibusdam.*



CONSTITVTO Imperio, & occiso Cæsare dictatore, in eius honorem & memoriam Augustus in paruo rotundo templo, quod fuit in palatio, ludos instituit, qui sexto Cal. Ianuarias per VIII dies agebant, quorũ meminit Iosephus, ubi interitũ Caligulæ recenset, tradẽs scilicet Chæream tribunũ ludorũ nouissimo exhortatum conscios coniurationis, rem tandem peregisse: qui cum omne tempus opportunissimũ iudicaret huic negocio, cogitauerat Caligulã stantem primò in culmine Capitolij impellere, ac præcipitem dare, quum se à nullo

Palatinorũ ludorum origo.

uideri

uideri putaret. Sed consciis uisum est, ut in celebratione spectaculi res peragerẽt. A id quod etiam factum. & sub meridiem, dum ludis Palatinis frueretur, adortus à cõiuratis, & interfectus est. Ad quam rem alludit Tranquillus in Caligula: Cúmque placuisset, ait, Palatinis ludis spectaculo egressum meridie adgredi. Porrò TRIVMPHALES ludi post insignes uictorias celebrabantur, alij quidem epinicia peculiari uocabulo dicti, alij uerò certo anni tempore in memoriam uictoriarum iam olim latarum edebantur: quales Antoniani XIII Cal. Septemb. Traianiani die sequenti celebrabantur. & Augustales XII eiusdem mensis per dies IIII fiebant. Meminit autẽ epiniciorũ Suetonius in Nerone: Reuocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, sequẽti die lætum inter lætos cæteros cantaturũ epinicia, quæ iam nunc sibi componi oporteret. Huc alludit idem in Augusto: Ludos autẽ uictoriæ Cæsari, non audentibus facere, quibus obtigerat, id munus ipse credidit. Meminit epiniciorũ & D. Hieronymus in secundo Macchabæorũ: Porrò in ludis uictoræ fontes aquarũ odoriferarũ instruebantur, quod hodie adhuc fieri solet. Cuius solennitatis meminit & Spartianus in Adriano: Romę post cæteras immensissimas uoluptates, in honorem socrus suæ aromatica populo donauit, in honorem Traiani balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit. Præterea ludi in natalibus magnorum uirorum edebantur, qui natalicij dicebantur, ueluti VIII Idus Februarij Alexandri Magni natalicij edebantur: IIII Idus Iulias, Cæsaris dictatoris natalicij: Non. Cal. Ianuarij, Titi Cæsaris: sic IIII Cal. Decemb. Neruæ, VI Cal. Nouemb. Hadriani, Cal. Aprilis Antonini, III Idus Aprilis Veri Cæsaris, XVIII Cal. Decemb. Septimiani, XIII Cal. Ianuarij Gordiani, IIII Calen. Februarij Constantini magni, & Iunioris, VII Idus Augusti celebrabant̃ huic reipublicæ. Et de his accipienda sunt autorum loca. Capitolini in Pio: Circenses natali suo dicatos non respuit. Ælius Spartianus in Hadriano: Gladiatorium munus per sex dies cõtinuos exhibuit, & mille feras natali suo edidit. Optimos quosque de Senatu, in contubernium Imperatoriæ maiestatis asciuit, ludos Circenses præter natalicios decretos sibi respuit. Hæc porrò natalicia Romani CHRISTO uendicati nõ ineptè sanctis Dei accõmodarunt: atq; ea est uera Festorum origo, quibus meliore fruentes conditione Diuos, Apostolos, Martyres atq; Confessores nos Christiani, & quidem meritò, certis per anni curriculum diebus, ueneramur, ut de beato Hippolyto hoc carmine Prudentius Peristephanôn cecinit, ubi & reliquiarum & uenerationis Sanctorum mentio fit: B

Triumphales ludi. — *Epinicia.* — *Origo fontium & puteorũ odoriferorum in uictorijs.* — *Ludi natalicij.*

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademq;
Custos fida sui martyris apposita.
Seruat ad æterni spem uindicis ossa sepulchro,
Pascit idem sanctis Tybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
Spes hominum placida prosperitate iuuat.
Hic corruptelis, animiq; & corporis æger
Oraui quoties, stratus opem merui.
Quod lætor reditu, quòd te uenerande sacerdos
Complecti licitum est, scribo quòd hæc eadem,
Hippolyto scio me debere, Deus cui CHRISTVS
Posse dedit, quod quis postulet annuere.
Ipsa illas animæ exuuias, quæ continet intus

Aedicula

A Aedicula argento fulgurat ex solido.
Praefixit tabulas diues manus aequore leui,
Candentes recauum quale nitet speculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur. omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt, solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul, & peregrinos
Permistim populos, relligionis amor.
Oscula perspicuo figunt impresso metallo,
Balsama diffundunt, fletibus ora rigant.
Iam cum se renouat decursis mensibus annus,
Natalemq; diem passio festa refert,
Quanta putas studiis certantibus agmina cogi,
Quae'ue celebrando uota coire Deo?
Urbs Augusta suos uomit effunditq; Quirites,
Una & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx umbonibus aequis,
Discrimen procerum, praecipitante fide.
Nec minus Albanis acies se candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus:
Exultans fremitus uariarum hincinde uiarum,
Indigena & Picens, plebs & Hetrusca uenit.
B Concurrit Samnitis atrox habitator, & altae
Campanus Capuae, iamq; Nolanus adest.
Quisque sua laetus cum coniuge, dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere gestit iter.
Uix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Haeret & in magnis densa cohors spaciis.
Angustum tantis illud specus esse cateruis,
Haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
Stat sed iuxtà aliud quod tanta frequentia templũ
Tunc adeat cultu nobile regifico,
Parietibus celsum sublimibus, atque superba
Maiestate potens, muneribusq; opulens.
Ordo columnarum geminus, laquearia tecti
Sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore recessus,
Qui laterum seriem iugiter exsinuent.
At medios aperit tractus uia latior alti
Culminis, exurgens editiore apice.
Fronte sub aduersa gradibus sublime tribunal
Tollitur, antistes praedicat unde Deum.
Plena laborantes aegrè domus accipit undas,
Arctaq; confertis aestuat in foribus.
Maternum pandens gremium, quo condat alumnos,
Ac foueat foetos accumulata sinus.

Si bene

A


Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma,
Idibus Augusti mensis, ut ipsa uocat.
Prisco more diem, quem te quoque sancte magister,
Annua festa inter dinumerare uelim:
Crede salutigeros feret hic uenerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia restituens,
Inter solennes Cypriani, uel Cheledonij,
Eulaliæq; dies currat & ista tibi.
Sic te pro populo, cuius tibi tradita uita est,
Orantem CHRISTVS audiat omnipotens.

Ludi nuptiales. Fabarici. Solares. Inuenio & ludos NVPTIALES & FABARICOS, qui celebrabantur per quatuor dies sub finē Maij. Item SOLARES, XIIII. Cal. Octob. per IIII dies, maximis mysterijs. In quib. illud erat solenne, quòd tum Liber pater ex urbe in Eleusina transmittebatur. Cui nō dissimile in D. Vrbani festo apud nos in patrū memoria, ut arbitror, ethnica origine inoleuerat, iā magna ex parte intermissum & sublatum. Lancionici. Inuenio & ludos lancionicos, XV. Cal. Decemb. agi solitos, quo die Athenis festa Æsculapij erant: sed quales fuerint, nondum comperi. Fuerunt deniq; Miscellanei. & Miscellanei ludi, ex uarijs multiformibusq; ludicris cōmixti, q̄d eleganter uno uocabulo Miscellam Gellius in Atticis noctibus, & Miscellaneā Apuleius in Asino aureo nominauit. Meminit horum Suetonius in Caligula: Edidit & spectacula peregrè: in Sicilia Syracusis Atticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellas. Et sic intelligitur illud Satyrici: *—Ueniunt ad miscellanea ludi.*

Sunt porrò qui hos ludos eosdem fuisse cum athleticis existiment, & à Miscello Crotonis conditore sic appellatos, non à commixtione ludicrorum. Porrò in Crotone peculiari quadam ratione athletæ extollebantur, qualis fuisse & Milo ille perhibetur, de quo canit Ouidius in XV, B

—Fletq; Milo senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidarum more ferarum,
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

CAP. XVI. DE LUDIS UEL OFFICIO PROPRIIS, quales erant sacerdotales, ædility & quæstorij: uel à nationibus peregrinis in rempub. Romanam translatis.



Officiales. Pontificij. INVENIO & ludos quosdam fuisse proprios muneribus, quemadmodum erant pontificiales, sacerdotales, & quæstorij, de quorum primis Suetonius in Augusto sic scribit, cap. de Spectaculis: Athletarum uerò spectaculo muliebrem sexum omnem adeò submouit, ut pontificialibus ludis pugilum par postulatum, distulerit in sequentis diei matutinum tempus. An uerò hi fuerint, quorum Plinius libro 7. Epist. sic meminit, non satis affirmare audeo: Miraberis, & ego miratus sum, inquit, proximis sacerdotalibus ludis, productis in cōmissione pantomimis. Ex quibus colligitur, tales omnes fuisse gladiatorios uel scenicos, ueluti natalitij Circenses fuerant. Nam quòd non solùm in designatione pontificum sacerdotumq; munera gladiatoria dabantur, uerùm etiā in auspicijs quæsturæ, præturæq;, ex his uerbis Suetonij in Domitiano colligitur. Præterea Quæstorij. quæstorijs muneribus, quæ olim omissa reuocauerat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret bina paria è suo ludo postulandi, quæ nouissima aulico apparatu induceret. Ita nimirum intelligitur, Claudium Cæsarem instituisse, ut spectaculum gladiatorium per omnes annos celebraretur pecunia illorum, qui

A qui quæsturam adipiscerentur. Sed tempus est, ut librum hunc nostrum ludis exoticis, qui in Romanam remp. constituto Imperio asciti sunt, claudamus. Sic in Fastis legimus, Gothicos ludos Romæ pridie non. Febr. datos fuisse, per sex dies continuos: Persicos, III Idus Maias, usque ad VI Cal. eiusdem: Francicos, Idibus Iulij: Alemannicos, III Non. Octob. per VI dies cõtinuos. Ita rursus ludi Sarmatici VII Cal. Nouembris, per VII dies edebantur, de quibus Flauius Vopiscus in Carino sic scribit: Exhibuit & ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est: exhibuit Cyclopem adornatũ Græcis artificibus, & gymnicis, & histrionibus, & musicis, aurum & argentum donata, & uestis serica. *Ludi exotici.*

LIBRI COMMENTARIORUM REIPUBLICAE Romanæ decimi, finis.

COMMENTARIORUM REIPUBLICAE ROMANAE LIBER XI. DE SACRIS SOLENNIBUSQUE & ferijs Romanæ Reipublicæ.

CAP. I. DE FERIIS ROMANIS.



QVANQVAM & ludi quodammodo Romanas ad ferias pertinebant, de quibus superiori libro à nobis dictum est abundè: tamen peculiares aliæ erant, quæ uacationem à publicis priuatisque exigebant: quarum aliæ feriæ quia indicebantur, Imperatiuæ, aliæ anniuersariæ erant, aliæ nundinæ: præterea erant supplicationes ad deorum iram placandam, auxiliumque impetrandum, non stato tempore: ut nundinæ, anniuersariæ, aliaque solennia, sed ob certum euentum indicta. His commemoranda sunt solennia, siue festiuitates cõmuni lætitia celebratæ, hilaria, terminalia, carmentalia, maiuma, quirinalia, cerealia, frumentalia, & uinalia. de quorum singulis dicetur à nobis ordine. Erant igitur IMPERATIVAE feriæ, autore Macrobio, quas uel consules, uel prætores pro arbitrio & ex potestate ob euentum quendam indicebant: puta si terræmotus Romæ accidisset, si spectrum uisum foret, si bubo intrasset Capitolium, aut aliud dirum occurrisset. In his autem ferijs nullum deum nominatim uocabant, ne falsa religione populum alligarẽt. Scribit Plin. in X. lustratam fuisse urbem Romanã propterea, quòd Capitolij cellam bubo intrasset. Huc pertinet & illud Suetonij in Claudio: In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominauit: obseruauitque sedulò ut quoties terra in urbe mouisset, ferias aduocata concione Prætor indiceret: utque ob dira aut in urbe, aut in Capitolio uisa obsecratio haberetur. Essent hic quædam de ferijs Latinis referenda, & de ferijs iuuẽtutis, & Summani, quę XVII Cal. Septemb. celebrabant: sed de ferijs Latinis satis iam, cum de ludis Latinis locuti sumus, dictum à nobis est. SUPPLICATIONES erant penè, quas Christiani adhuc erga CHRISTUM precibus fusis obseruamus, & Processiones nuncupamus: quæ erant feriæ publicæ sacris coniunctis, atque trifariam adhibebantur. Primò, cum aliquid à dijs Romani petituri erant, potissimùm cum bellum aliquod hi ordirentur. De cuius generis supplicationibus est intelligendus locus Liuij lib. 1 Dec. 4: Ab hac oratione in suffragium missi, ut rogarat bellum iusserunt. Supplicatio inde à Coss. in triduũ ex S.C. indicta est, obsecratique circa omnia puluinaria dij, quod bellũ cum Philippo populus iussisset,

Discrimina Romanarum feriarum.

B

Imperatiuæ feriæ.

Supplicationes.

Supplicatio in belli exordio.

id benè ac fœliciter eueniret. Idem lib.2 Dec.3: His senatusconsultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pont.max.consulente collegio pontificũ, omnium primùm populum consulendum de uere sacro censet: in iussu populi nõ posse uoueri. Rogatus in hæc uerba populus: Velitis, iubeatis'ne hoc sic fieri? si res populi Romani Quiritium ad quinquẽnium proximũ, sicut uelim eam, salua seruata erit: hisce duellis datum donũ duit pop.Rom.Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginẽsi est. Et subdit: Eiusdẽ rei causa ludi magni uoti, æris CXXXIII millibus triente: præterea bubus Ioui trecentis: multis alijs diuis, bubus albis, atque cæteris hostijs. Votis ritè nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatum'que ut cum coniugibus ac liberis nõ urbana multitudo tantum, sed agrestiũ etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebant. Secundò in rebus aduersis fiebat supplicatio, de qua Liuius lib.1 Decad.3: Ob cætera prodigia libros adire decemuiri iussi: quòd aũt lapidibus pluisset in Piceno, nouendiale sacrum edictum: & subinde alijs procurandis, propè tota ciuitas operata fuit. Iam primũ omnium urbs lustrata est, hostiæ'que maiores quibus edictum est dijs, cæsæ, & donũ ex auri pondo XL Lanuuium Iunoni portatum est: & signum æneum matronæ Iunoni in Auentino ædificarunt, & lectisternium Cerę ubi sortes extenuatæ erant imperatum: & supplicatio ad ædem Herculis nominatim, deinde uniuerso populo circà indicta. Idem lib.5: Tempestates fœdæ fuere in Albano monte biduum, continenter lapidibus pluit. Tacta de cœlo multa, duæ in Capitolio ædes, uallum in castris multis locis super Suessulã, & duo uigiles exanimati: murus, turres'que quædam cuius non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ: Reate saxum ingens uisum uolitare, sol rubere solito magis, sanguineo'que similis. horum prodigiorũ causa diem unum supplicatio fuit. Idem lib.7 eiusdem: Eo anno pestilentia grauis incidit per urbẽ agros'que, quæ tamen magis in longos morbos, quàm in perniciales euasit: eius pestilentiæ causa & supplicatũ per cõpita tota urbe est. Rursus lib.2 Dec. 3, cùm cladem Cannensem descripsisset: Cneus Seruilius, inquit, consul leuib. prę lijs cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitus'que cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuẽs, ne abesset in discrimine extremo, ad urbẽ iter intendit Q.Fab.Max.prodictator iterũ, quo die magistratũ inijt, uocato senatu, ab dijs orsus, cum edocuisset patres: plus negligẽtia cæremoniarũ, auspiciorũ'que temeritate, atque inscitia peccatũ à Caio Flaminio consule esse: quæ'que piacula iræ deûm essent, ipsos deos consulendos esse, peruicit, ut quod nõ fermè decernitur, nisi cum tetra prodigia nunciata sunt, decẽuiri libros Sibyllinos adire iuberentur. qui inspectis fatalibus libris, retulerunt patribus, quod eius belli causa uotũ Marti foret, id nõ ritè factũ: de integro, atque amplius faciendũ esse: & Ioui ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ, ac Menti uouendas esse: & supplicationem, lectisternium'que habendum. Atque hæc ille de supplicatione in aduersis facta. Quòd uerò eadem rebus prosperis, & ob publicã uictoriã, Romanis habebatur, etiam cum dijs gratias essent acturi, quod nos Christiani etiã in more habemus: id ex his Liuij uerbis, quę sunt lib.10 Dec.3 liquet: Legati ex Africa, inquit, Romani simul Carthaginenses'que cum uenissent Romã, senatus ad ædẽ Bellonæ habitus est: ubi cum L. Veturius Philo, pugnatũ cum Hannibale esse suprema Carthaginensibus pugna, finem'que tandem lugubri bello impositũ, ingenti lęticia patrũ exposuisset: adiecit, Verminã etiam Syphacis filium, quę parua bene gestę rei accessio erat, deuictũ. in concionẽ inde prodire iussus, gaudium'que id populo impartire. Tũ patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa, supplicationes'que in triduum decretæ. Idem lib.7 Dec.3, cum uictoriam ad Venusiam interfecto Asdrubale Annibalis fratre descripsisset, subdit: Senatus, quod M.Liuius & Claudius consules

Supplicatio in rebus aduersis.

Nouendiale sacrum.

A consules incolumi exercitu, ducē hostium, legionesq́ occidissent, supplicationem in triduū decreuit. Idem lib.10 eiusdē, cum Syphacis captiuitatē in belli Punici fine describit: Consulti inde patres, regē in custodiam Albā mittendū censuerunt: Lælium retinendū, donec legati Carthaginenses uenirent. Supplicatio in quatriduum decreta est. Sic Tacitus scribit lib.13: Ob hæc consalutatus Imperator Nero, & senatusconsulto supplicationes habitæ, statuæq́ & arcus, & cōtinui consulatus principi, utq́ inter festos referretur dies, quo patrata uictoria, quo nūciata, quo relatū de ea esset. aliaq́ in eandē formā decernunt, adeò modū egressa, ut C. Cassius de cæteris honorib. assensus, si pro benignitate fortunæ dijs gratias agerentur, ne totū quidem annū supplicationibus sufficere asseruit: eoq́ oportere diuidi sacros & negotiosos dies, quis diuina colerent, & humana nō impedirēt. Itē Liuius lib.8 Dec.1: Quàm cōueniens esse, propter Q. Fabiū ciuitatē in lætitia, uictoria, supplicationib. ac gratulationibus esse. Et iterū: Cumq́ ille dies futurus esset, quo uacuā hostibus Italiam bona pace florentē uisuri essent: dedisse tamē id deos XVI demū pòst anno, nec esse qui dijs gratias agendas censeat. adeò ne aduenientē quidem gratiā homines benignè recipere, nedum ut præteritæ satis memores sint. conclamatū deinde ex omni parte curiæ est, uti referret P. Ælius Prætor, decretumq́ ut quinq́ dies circa omnia puluinaria supplicarent, uictimæq́ maiores immolarētur CXX. hæc ille. Atqui de puluinaribus, supplicationibusq́ ad ea factis, cum de sacris eorumq́ discrimine posterius sermonē habebimus, differetur. Erant aūt puluinaria in supplicationibus, lecti & puluini in angulis regionum locati, in quibus simulachra deorū recumbentia collocabant: quod & nobis Christianis nostra in religione moris est. Hinc Cicero in Catilinā: Quoniā ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebrate illos dies cum cōiugibus ac liberis uestris. *Puluinaria.*

B Notandum est etiam, supplicationū tēpore fuisse iustitiū, hoc est, publicā feriationē, ut ex istis uerbis Liuij lib.5 Dec.1 colligit: Tamen quia tot annis uariè ibi bellatū erat, multæq́ clades acceptæ, uelut ex insperato immensum gaudiū fuit: & prius q̄ senatus decerneret, plena omnia templa Romanarū matrum gratias dijs agentiū erāt. Senatus in quatriduū (quot dierū nullo antè bello) supplicationes decernit. Et iterū lib.8 Dec.1: Postq́ deditionē tam fœdè factam acceperūt, extemploq́ sine ulla publica autoritate cōcessum in omnē formā luctus est, tabernæ circa forū clausæ, iustitiumq́ in foro sua sponte cœptū priusquā indictū. *Iustitium.*

NUNDINAE à nono die dictæ sunt, quasi Nouendinæ, quę à Romanis ita institutę perhibent, ut octo quidem diebus in agris opus rustici facerēt: nono aūt die intermisso, repeterēt urbē ad mercatū, pro legibus accipiendis, & ut scita atq́ consulta frequentiore populo referrent: quæ trinundino die proposita, à singulis atq́ uniuersis facilè noscebantur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarētur, ut Macrobius 1 Saturnaliū scribit. Huc pertinet illud Columellæ lib.2: Villicus nō urbem, nō ullas nundinas, nisi uendendæ aut emendę rei necessarię causa frequētauerit. Et sic intelligitur illud Ciceronis 2. Philip. Domus quæstuosissima, falsorū cōmentariorum & chirographorū officina, agrorū, oppidorū, immunitatū, uectigalium, flagitiosissimæ nundinæ: in qua hæc omnia uendebātur, & in qua hæc omnia erāt uenalia. Et iterum: Domesticis nundinis Antonij uectigalia nō solùm, sed etiā Imperium populi Romani diminutū est. Plin. li.2, ubi de formicis loquitur: Et quoniā ex diuerso cōuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionē mutuam nundinis dantur. De nundinis Liuius li.7 Dec.1: Eaq́ ratione nouorū maximè hominum ambitionē, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, cōpressam credebant. Alludit ad huiusmodi nundinas & inclinantis Imperij author Ælius Lamprid. in Alex. Seueri historia: Consulatum *Nundinarum exordia.* *Trinundinus dies.*

sulatum ter iniit tantum ordinarium, ac primo nundino sibi alios semper suffecit. A

Discrimina nundinarum. Porrò inuenio & alia nundinarum non solùm discrimina, uerumetiam nomina fuisse: nempe comitiorum nundinas, & nundinas lustrationis infantum, quo lustrati nomina accipiebãt, quod maribus nono à die partus, fœminis octauo fiebat. De nundinis in comitijs institutis quotannis, meminit Fla. Vopiscus in Tacito: Diuorum templum fieri iussit, in quo essent statuæ principum bonorum, ita ut ijsdem natalibus suis, & Parilibus, & Cal. Ianuarijs, & uotis, libamina ponerentur. In eadem oratione: Fratri suo Floriano consulatum petijt, & nõ impetrauit: idcirco quòd iam senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat. Cæterùm eadem ratione, qua nundinę, mercatus à die nono uocabantur, & nundinę lustricæ infantium dictæ sunt. Cur autem non ante diem octauum apud Romanos nomina infantibus imponebantur, causam reddit Plutarchus in Problematibus: Quia septimus dies cùm in cæteris, tum ad umbilicum infantibus nuper editis periculosus esse consueuerit, quo plerunq; is resoluatur. Sic Aristoteles lib. 7 de Animalibus: Animalia plurimũ (inquit) ante septimũ diem intereunt. Alia causa à Plutarcho physica ponitur, de numero pari & impari, tanq; octonarius, ut Pythagorici asserunt, ut pari atq; ignobili fœmina, nato aũt ut pari & nobiliori, septimo mas lustrandus sit. qua de re & Plin. lib. 28 multa scribit. Est & illud non indignũ scitu, quòd nomina quæ die lustrico infantibus imponebantur Romanis, impositiua uocabantur. Huc fortasse referri potest Tubilustrum, solennitas Vulcano dedicata, XIII Cal. Maij. ANNIVERSARIAE ferię, uel una dictione Anniuersaria, partim sacrorũ erant, partim ludorũ parentationumq; annuæ repetitiones. Liuius lib. 2 Dec. 3: Tum priuatæ quoq; per domos clades uulgatæ sunt, adeoq; totam urbem oppleuit luctus, ut sacrũ anniuersarium Cereris intermissum sit: quia nec lugentibus id facere fas, nec ulla in illa tẽpestate matrona expers luctus erat. Huc pertinet illud Suetonij in Claudio: Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Anniuersarium in castris prætorianis, sine uenatione apparatuq;: iustum atq; legitimũ in septis. Fuerunt Romanis & in sacris lectisternijsq;, atq; etiam in parentationibus anniuersaria. Hinc Sueton. in historia Galbę: Deinceps (inquit) menstruis supplicationib. & peruigilia anniuersaria coluit. Ad quæ alludit & Tacitus, cum scribit: Lectisternia ac peruigilia celebrauere fœminæ, quibus mariti erant. Et sic intelligũtur inscriptiones Vetustatis, quæ Rauẽnæ extãt, & in quibus huiuscemodi anniuersariarũ parentationũ mentio fit:

Nundinæ comitiorum. *Nundinæ mercatus.* *Nundinæ lustricæ infantũ.* *Quare apud Romanos femellis octauo die, masculis autem septimo nomina imposita fuerint.* *Dies lustricus.* *Nomina impositiua.* *Turbilustriũ.* *Anniuersariæ feriæ.* *Anniuersariæ parentationũ.*

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. 4458 N. LIBERALITATE DONAVIT. SVB HAC CONDITIONE VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT, ET IBI EPVLENTVR, DVNDAXAT IN V. ID. IVL. QVOD SI NEGLEXERINT, TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDITIONE SVPRADICTA.

FLAVIAE Q. F. SALVTI CONIVGI CARISSIMAE L. PVBLICIVS ITALICVS DEC. ORN. SIBI V POSVIT. QVAM IPSE EXTRVXIT DIE NEPTVNALIORVM PARENTIBVS SPOR. * BINI DIVIDERENTVR. ET DEC. XXVIII. SIVE * CENTENI QVINQVAGENI. V. SOLITI ARCAM PVBLICIORVM FLAVIANI ET ITALICI FILIORVM ET ARCAM IN QVA POSITA EST FLAVIA SALVTARIS VXOR EIVS ROSIS DE XV. SACRIFICENT QVAE EX XXII ET DE RELIQVO IBI EPVLENTVR, OB QVAM LIBERALITATEM COL. FABR. M. R. INTER BENEMERITOS QVOTANNIS ROSAS PVBLICIIS SVPRA SE E FLAVIA SALVTARI VXORI.

P. COR-

A P. CORNELIA ANNIA NE INDESOLATA ORBITATE SVPERVIVERET MISERA, VIVAM ME VLTRO IN HANC ARCAM CVM VIRO DEF. INCOMPARABILI AMORE DIL. DAMNATAM DEDO, CVM QVO VIXI AN. XX SINE VLLA DO. LIB. LIBERTABVSQ. NO. VT QVOTANN. SVPER ARCAM NOVAM PLVTONI ET VXORI PROSERPINAE OMNIBVS QVAE SACRIFICENT, ROSISQ. EXORNENT, DE RELIQVO IBI EPVLENTVR DO. D. D. M. DA FACIVNDVM DELEGA. VALE. VITA.

CAP. II. DE SOLENNIBUS QUIBUSdam cum publicis ferijs & sacris.



His quas recensuimus ferijs recto ordine subiungimus solennia quædam, quæ cum aliquid ex sacris traherent, non tamen precibus omnino addicta, uerùm potius tristitia omni uacua, quadã animorum hilaritate obiebantur, ludorum celebritati simillima. quorum præcipui nominis inuenio Latinas ferias, ambarualia, hilaria, uinalia, terminalia, quirinalia, cerealia, funalia, maiuma, carmentalia, & lemuralia, de quorum singulis dicendum nobis est ordine. *Catalogus omnium solenniorum.* LATINAE FERIAE tametsi libro superiori, cap. de ludis Latinis, ex parte sunt explicatę: libet tamen locis ex Liuio adductis quædam explicare, qui lib. 5 Decad. 1, Latinas ferias à ludis distinguit his uerbis: Precibusq; à dijs, inquit, petitũ, ut exitium ab urbis tectis, templisq; ac Romanis mœnibus arcerent, Veiosq; eum auerterent terrorem. Si sacra renouata ritè, si procurata prodigia essent, iam ludi Latinæq; instauratæ erant. Idem lib. 8 eiusdem Dec. Cum Laurentibus renouari fœdus iussum, renouaturq; ex eo quotannis post diem decimum Latinarum. *Latinæ feriæ.* B Porrò extat caput apud A. Gellium lib. 14, octauũ, quod sic nominatim incipit: Præfectum urbi Latinarum causa relictum, senatum habere posse, Mutius negat: quoniã ne senator quidem sit, neq; ius habeat sententiæ dicendæ, cum ex ea ætate prçfectus fiat, quæ non sit senatoria. AMBARVALIA fiebant Romanis, lustrandis segetibus adhibita, & dijs in horũ fœcunditatẽ inclinandis, undecimo Cal. Maij, & octauo Cal. Augusti, quòd nostris adhuc colonis primo Maij moris esse uidemus. de quorum solennitate Ouidius primo Fastorum ita scribit: *Ambarualia.*

Ter quater euolui signantes tempora Fastos,
Nec Sementinæ est ulla reperta dies.
Tum mihi (sensit enim) Lux hæc indicitur, inquit
Musa, quid à fastis non stata sacra petis?
Utq; dies incerta sacris, sic tempore certo
Seminibus iactis est ubi fœtus ager:
State coronati plenum ad præsepe iuuenci,
Cum tepido uestrum uere redibit opus.
Rusticus emeritum palo suspendit aratrum,
Omne reformidat frigore uulnus humus.
Villice da requiem terræ semente peracta:
Da requiem, terram qui coluere, uiris.
Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,
Et date paganis annua liba focis:
Placentur matres frugum, tellusq;, Cereseq;,
Farre suo grauidæ, uisceribusq; suis.

Sementinæ feriæ.

A

Officium commune Ceres & terra tuentur:
Hæc præbet causam frugibus, illa locum.
Consortes operum, per quas correcta uetustas,
Quernaq; glans uicta est utiliore cibo.
Fructibus immensis auidos satiate colonos,
Ut capiant cultus præmia digna sui.
Uos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Nec noua per gelidas usta sit herba niues.
Cum serimus, cœlum uentis aperite serenis:
Cum latet, æthereа spargite semen aqua.
Ne'ue graues cultis Cerealia dona cauete,
Agmine læsuro depopulentur aues.
Uos quoq; subiectis formicæ parcite granis,
Post messem prædæ copia maior erit.
Interea crescat scabra rubiginis expers,
Ne uitio cœli palleat ægra seges.
Et neq; deficiat macie, neq; pinguior æquo
Diuitijs pereat luxuriosa suis.
Et careant lolijs oculos uitiantibus agri,
Nec steriles culto surgat auena solo.
Triticeos fœtus, passuraq; farra bis ignem,
Ordeaq; ingenti fœnore reddat ager,
Hoc ego pro uobis, hoc uos optate coloni,
Efficiatq; ratas utraq; diua preces.

B

Meminit porrò ambarualiũ Fla. Vopiscus in Aureliano: Agite igitur pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua uestitu animisq; sacris commodi, templum ascendite, subsellia laureata constituite, ueteranis manibus libros euoluite: fata reipub. quæ sunt æterna, perquirite: matrimis patrimisq; pueris carmen indictum, nos sumptum sacris, nos apparatũ sacrificijs, nos ambarualia iudicemus. Et iterum: Itum deinde ad templum, inspecti libri, proditi uersus, lustrata urbs, cantata carmina, amburbiũ celebratũ, ambarualia promissa, atq; ita solẽnitas quæ iubebatur expleta est. Huc spectat & Iuuentutis & Sũmani festiuitas, quæ dabat XVII Cal. Septemb. HILARIA celebrabant VIII Cal. April. & VIII Cal. Martij, quo scilicet tẽpore primũ omnium sol longiorẽ diem protendere incipiebat. Porrò in huiusmodi festiuitate mulieres Veneri sacra faciebant. Ad quæ alludit Sueton. in Augusto: Exacta iocandi licentia, diripiendiq; pomorũ & obsoniorũ, rerumq; missiliũ, nullo deniq; genere hilaritatis abstinuit. Huc pertinet & illud Fla. Vopisci in Aureliano: Hilaribus, quibus omnia festa & fieri debere scimus, & dici, impletis solennibus. PALILIA erant feriæ Pali deæ pastorali dicatæ, unde & nomen. Institutæ sunt à Romulo XX die Aprilis, quo die Roma erat condita. Meminit Sueton. in Caligula: Decretũ aũt, ut dies quo cœpisset imperiũ, Palilia uocaretur, ueluti argumentũ rursus conditæ urbis. Saltabatur aũt in Palilijs per ignem, ut apud nos die S. Iohannis Baptistæ fieri solet: item uulpibus ignis alligabatur. Quorum originem describit Naso Ouidius aliter, & a' Numa Pompilio & à paleis frumenti deducit, cum id aliquando augustius prouenisset:

Iuuentutis & Summani festiuitas.
Hilaria.
Palilia.
Origo solennitatis qua in festo S. Iohannis Baptistæ per ignem saltatur.

Tertia post Ueneris cum lux surrexerit Idus,
Pontifices forda sacra litate boue.
Forda ferens bos est, fœcundaq; dicta ferendo:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.

Nunc

A Nunc grauidum pecus est, grauidæ quoque semina terræ,
Telluri plenæ uictima plena datur.
Pars cadit arce Iouis, ter denas curia uaccas
Accipit, & largo sparsa cruore madet.
Ast ubi uisceribus uitulos rapuere ministri,
Sectaque fumosis exta dedere focis,
Igne cremat uitulos quæ natu maxima uirgo est,
Luce Palis populos purget ut ille cinis.
Rege Numa, fructu non respondente labori,
Irrita decepti uota colentis erant.
Nam modo siccus erat gelidis Aquilonibus annus,
Nunc ager assidua luxuriabat aqua.
Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis,
Et leuis obsesso stabat auena solo.
Et pecus ante diem partus edebat acerbos,
Agnaque nascendo sæpe necabat ouem.
Sylua uetus, nullaque diu uiolata securi,
Stabat Mænalio sacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo responsa quieto
Noctibus, huic geminas rex Numa mactat oues.
Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno,
Sternitur in duro uellus utrunque solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur unda,
Bis sua faginea tempora fronde tegit.
B Usus abest Ueneris, nec fas animalia mensis
Ponere, nec digitis annulus ullus inest.
Uesper ubi est tectus, supra noua uellera corpus
Ponit, adorato per sua uerba deo.
Interea placidam redimita papauere frontem
Nox uenit, & secum somnia nigra trahit.
Faunus adest, ouiumque premens pede uellera duro,
Aedidit à dextro talia uerba thoro: Fauni oraculum.
Morte boum tibi rex Tellus placanda duarum,
Detque sacris animas una iuuenca duas.
Excutitur terrore quies, Numa uisa resoluit,
Et secum ambages cæcaque iussa refert.
Expedit errantem nemori gratissima coniunx,
Et dixit, grauidæ posceris exta bouis.
Exta bouis grauidæ dantur, fœcundior annus
Prouenit, & fructum terra pecusque ferunt.
Hanc quondam Cytherea diem properantius ire
Iussit, & admissos præcipitauit equos.
Ut titulum imperij quàm primùm luce sequenti
Augusto iuueni prospera signa darent.
Sed iam præteritas ubi quartus lucifer Idus
Respicit, hac Hyades Dorida nocte tenent.
Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,

Carcere partitos circus habebit equos. A

Et morem tradens, quod sicut in festo Iohannis per ignem saltabatur, subdit:

Paliliorum descriptio.

Nox abijt, oriturq; aurora, Palilia poscor:
Non poscor frustra, si fauet alma Pales.
Alma Pales faueas, pastorum sacra canenti,
Prosequor officio si tua facta meo.
Certè ego de uitulo cinerem, stipulamq; fabalem,
Sæpe tuli plena februa tosta manu.
Certè ego transilij positas ter in ordine flammas,
Virgaq; rorales laurea misit aquas.

Et iterum de uulpibus:

Cur igitur missæ iunctis ardentia tædis
Terga ferant uulpes, causa docenda mihi est.
Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.
Hac ego Pelignos natalia rura petebam,
Parua, sed assiduis humida semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intrauimus ædes,
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Is mihi multa quidem, sed & hæc narrare solebat,
Vnde meum præsens instrueretur opus.
Hoc, ait, in campo (campumq; ostendit) habebat
Rus breue cum duro parca colona uiro.
Ille suam peragebat humum, siue usus aratri, B
Seu curuæ falcis, siue bidentis erat.
Hæc modò uerrebat cum raro pectine pratum,
Nunc matris plumis oua fouenda dabat.
Aut uirides maluas, aut fungos colligit albos,
Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen assiduis exercet brachia telis,
Aduersusq; minas frigoris arma parat.
Filius huius erat primo lasciuus in æuo,
Addideratq; annos ad duo lustra duos.
Is capit extremi uulpem in conualle salicti,
Abstulerat multas illa cohortis aues.

Messis à uulpe adusta.

Captiuam stipula fœnoq; inuoluit, & ignes
Admouet, urentes effugit illa manus.
Quà fugit, incendit uestitos messibus agros,
Damnosis uires ignibus aura dabat.
Factum abijt, monimenta manent: nam dicere captam
Nunc quoq; lex uulpem Carseolana uetat.
Vtq; luet pœnas genus hoc Cerealibus, ardet:
Quoq; modo segetes perdidit, illa perit.

Lex Carseolana prohibet nominare uulpē.

Vinalia. Vestigia uinaliorum. Quirinalia.

VINALIA & QVIRINALIA, post lupercalia celebrabantur in Februario, XII Cal. Febr. quo die uinum nouum Ioui libare mos erat, dolio haustum: quod nos festo S. Martini facere cōsueuimus. de quorū solennibus dictū est copiosius superiore libro, cū de Bacchanalib. tractaremus. De Quirinalibus extat mētio apud Liuium

A Liuium lib. quinto Decad. quintæ: Hærente adhuc non in animis modò, sed penè in oculis memoria Macedonici triumphi, L. Anitius Quirinalibus triumphās de rege Genthio, Illyrijsq́. Cæterùm Quirinalia fiebant XIII Cal. Febr. ob Romuli raptum ad Capreas. TERMINALIA fiebant VII Cal. Febr. sexto ab urbe lapide. de quibus Ouidius libro secundo Fastorum ita canit: Terminalia.

Nox ubi transierit, solito celebretur honore,
Separat indicio qui deus arua suo.
Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoq; nomen habes.
Te duo diuersa domini de parte coronant,
Binaq́; serta tibi, binaq́; dona ferunt.
Ara sit, hic ignem curta fert rustica testa,
Sumptum de tepidis ipsa colona focis.
Ligna senex minuit, concisaq́; construit altè,
Et solida ramos figere pugnat humo.
Tunc sicco primas irritat cortice flammas,
Stat puer, & manibus lata canistra tenet.
Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,
Porrigit incisos filia parua fauos.
Uina tenent alij, libantur singula flammis,
Spectant, & linguis candida turba fauent.
Spargitur & cæso communis terminus agno,
Nec queritur lactens cum sibi porca datur.
B *Conueniunt, celebrantq́; dapes uicinia supplex,*
Et cantant laudes Termine sancte tuas.
Tu populos, urbesq́; & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.
Si tu signasses olim Triaterida terram,
Corpora non læto missa trecenta forent.
Nec foret Othryades congestis tectus in armis,
O quantum patriæ sanguinis ille dedit.
Quid? noua cum fierent Capitolia? nempe deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locumq́; dedit.
Terminus, ut ueteres memorant, inuentus in æde,
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.
Nunc quoq; se supra ne quid nisi sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine post illud leuitas tibi libera non est,
Qua positus fueris in statione, manes.
Nec tu uicino quicquam concede roganti,
Ne uideare hominem præposuisse Ioui.
Et seu uomeribus, seu tu pulsabere rastris,
Clamato: tuus est hic ager, ille tuus.
Est uia, quæ populum Laurentes ducit in agros,
Quondam Dardanio regna petita duci:
Illic lanigeri pecoris tibi Termine fibris,

Sacrificij Terminaliorum ritus.

Terminus Ioui ipsi non cessit.

Via Laurentina.

Sacra

Sacra uidet fieri sextus ab urbe lapis.
Gentibus est alijs tellus data limite certo,
Romanæ spacium est urbis & orbis idem.

Maiuma. MAIVMA, authore Suida, festiuitas Romę erat, qua Romani Hostiā maritimā urbem adibant, inter aquas uoluptatibus incumbentes: quā solennitatē Anastasius imperator sustulit. Fit etiā apud Impp. Arcad. & Honor. in l. Vnica. Cod. de Maiuma, lib. 11, mētio huius solennitatis. *Solennitas claui figendi.* CLAVI FIGENDI quæ fuerit, docet Liuius lib. 7 Dec. 1: Cum fortè ludos circus Tyberi superfuso irrigatus impedijsset, id uerò ueluti auersis iam dijs, aspernantibusq́; placamina iræ terrorē ingentem fecit. Itaq; C. Genutio, & L. Æmilio Mamerco secundū Coss. cum piaculorū magis cōquisitio animos, q́; corpora morbi afficerent: repetitū ex seniorū memoria dicitur, pestilentiā quondam clauo ab dictatore fixo sedatā. ea religione adductus senatus, dictatorē claui figendi causa dici iussit: dictus L. Manilius Imperiosus, is Pinarium magistrū equitū dixit. Lex uetusta est priscis literis, uerbisq́; scripta: ut qui prętor maximus sit, Idib. Septemb. clauum pangat. Ficus fuit dextro lateri ædis Iouis Opt. Max. ea parte qua Mineruæ templum est: eum clauum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notā numeri annorū fuisse ferunt, eoq́; Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentū sit. Volsinijs quoq; clauos indices numeri annorū fixos in templo Nortię deæ Hetruscę cōparere, diligens taliū monumentorū autor Cincius affirmat. M. Horatius cōsul ex lege tēplū Iouis Opt. Max. dedicauit, anno post exactos reges, à consulib. postea ad dictatores, quia maius imperium erat, solenne claui figendi translatū est. Meminit huiusmodi solennitatis idem lib. 8 Dec. 1, cum ob ueneficia mulierū Romanarū talem repetitā solennitatē scriberet, his uerbis: Itaq; memoria ex annalib. repetita, in secessionib. quondā plebis clauū ab dictatore fixū, alienatasq́; discordia mentes hominū, eo piaculo cōpotes sui fecisse, dictatorē claui figendi causa creari placuit: creatus Cneus Quintilius, M. equitū, L. Valeriū dixit: qui fixo clauo magistratu se abdicauit. Et iterū lib. 9 Dec. 1: Amplexus regni nomē, ut qui optimo iure rex Romæ creatus sit, creatū se dicet, quē semestri dictatura, quem interregno quinq; diebus contentum fore putes? quem claui figendi, aut ludorum causa dictatorem audacter crees. Huc alludit monumentum Romæ inuentum:

M. HORATIVS CONSVL EX LEGE TEMPLVM IOVIS OPT. MAX. DEDICAVIT ANNO POST EXACTOS REGES À CONSVLIB. POSTEA AD DICTATORES, QVI MAIVS IMPERIVM ERAT: SOLENNE CLAVI FIGENDI TRANSLATVM EST.

Viscerationis solennitas. VISCERATIO, erat solenne in funerib. magnorū uirorū, ut hodie etiamnū in parentationib. & anniuersarijs manet: cum ex fundationib. monasteriorū bos integer assatur, pauperibusq́; distribuitͬ. Meminit Liuius lib. 8 Dec. 1: Secutus est annus nulla re belli domiq́; insignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula Coss. prætereq́; quòd Fregellas (Signinorū is ager, deinde Volscorū fuerat) colonia deducta: & populo uisceratio data à M. Flauio in funere matris. Erāt qui per speciē honorandę parentis meritā mercedem populo solutā interpretarentͬ: quòd eum die dicta ab ædilib. crimine stupratę matrisfamiliæ absoluissent. Data uisceratio in præteritā iudicij gratiam, honoris etiam causa fuit: tribunatusq́; plebis proximus comitijs absens petentib. pręfertͬ. Cæterùm *Feriæ præcidaneæ.* erāt feriæ quoq; præcidaneæ, ut est autor A. Gell. lib. 4. Noct. At. cap. 6, quę ante sacrificia uel alias ferias celebrabantͬ: Ferias, inquit ille, præcidaneas dici opinor à uulgo remotū est. propterea uerba Capitonis Attei ex 5 lib. q̄s de Pontificio iure cōposuit, scripsi: ubi Cornucario pōt. max. ferię præcidaneę in atrū diē inauguratę sunt, collegiū decreuit, nō habendū religioni, qn eo die ferię pręcidaneę essent.

CAPVT

A CAPUT TERTIUM. DE SACRIS QUIbusdam in genere.



ACRA tametsi singulis penè dijs seorsim à Romanis sint habita, ut proximo capite à nobis dicetur: in genere tamen sacra his fuere, nominatim & per onomatopeiam celebrata: Sacrum nouendiale, sacra depulsoria, sacra extraordinaria, sacra puluinariorū, & sacra hæreditatis. NOVENDIALE, quod nono die fiebat mortuis, quemadmodum nobis Christianis septimæ sunt exequiarū. Meminit subinde T. Liuius lib. 1 Dec. 3: Ob cætera prodigia libros adire, decemuiri iussi. Quòd autem lapidibus pluisset in Piceno, nouendiale sacrum edictum, & subinde alijs procurandis propè tota ciuitas operata fuit. Idem lib. 3 eiusdem: Mare arsit eo anno. Ad Sinuessam bos equuleum peperit, signa Lanuuij ad Iunonis Sospitæ cruore manauere, lapidibusq́ꝫ circa id templum pluit, ob quem imbrem nouendiale, ut assolet, sacrū fuit: cęteraq́ꝫ prodigia cum cura expiata. Et iterum lib. 5: Horum prodigiorū causa diem unū supplicatio fuit, & per aliquot dies consules rebus diuinis operam dederunt, & per eosdem dies sacrū nouendiale fuit. Eiusdem Dec. lib. 7: Priusquam consules proficiscerentur, nouendiale sacrum fuit, quia Veijs de cœlo lapidauerat. Item lib. 9 Dec. 3: Ea plura uulgabantur. duos soles uisos: & nocte interluxisse, & facem stellæ septies ab ortu solis ad occidentem porrigi uisam. Tarracinæ portam, Anagniæ portã, & multis locis murū de cœlo tactū. In æde Iunonis Sospitæ Lanuuij cum ingenti fragore strepitū editum. Eorum procurandorū causa diem unū supplicatio fuit, & nouendiale sacrum, quod de cœlo lapidatū esset, factū. Et iterū lib. 10 eiusdem: Forū & circa tabernas, Frusinone murus aliquot locis ea porta de cœlo tacta, & in palatio B lapidibus pluit: id prodigium more patrio nouendiali sacro, cætera hostijs maioribus expiata. Ex quibus liquet, nouendiale sacrum ob prodigia pianda potissimùm factum fuisse. ad quod alludit & Lyricus poeta in Epod. hoc uersu:

Nouendiale sacrum.

Neq; in sepulchris pauperum pudens anus
Nouendiales dissipare pulueres.

SACRA extraordinaria à T. Liuio cōmemorantur lib. 2 Dec. 3 his uerbis: Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro boario sub terra uiui demissi sunt in locum saxo conseptum, ibi antè hostijs humanis minimè Romano sacro imbutū. DEPULSORIA sacra Marcellino lib. 25 historiæ Augustæ recensentur: Relictoq́ꝫ humi strato cubili, adulta iam excitus nocte, numinibus per sacra depulsoria supplicantes, flagrantissimã facem cadenti similē uisam, aeris parte sulcata euanuisse existimauit. SACRA hæreditatis quę fuerint, docet Cicero lib. 2 de Legib. his uerbis: Vt omnis ad quē patrisfamiliæ pecunia perueniret, is teneretur sacra illa celebrare. ubi etiã refert Scæuolę pontificis interpretationem, qua traditū est, quinq́ꝫ modis astringi sacris hæreditatē. Hinc Plinius in Panegyrico ad Traianū: Non laturi (inquit) homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quę sanguine, gentilitate, sacrorum deniq́ꝫ societate meruissent. Sic Plautus in Captiuis: Sine sacris (inquit) hæreditatē adeptus sum offertissimam. Extat quoq́ꝫ lex XII tabularū, cuius uerba hæc sunt: Sacra priuata perpetua manento. Vbi Iureconsulti interpretantur, quòd hac lege caueatur, ut pater filiusq́ꝫ hæres eadem sacra colerent. Vnde cum de potestate filius exibat, à paternis sacris liberari dicebatur. SACRA februa, purgamina erant per XII dies, ac primo Februarij incœpta, quæ luculenter & scitè describit Ouid. 2 Fastorū, hoc carmine:

Sacra extraordinaria.

Depulsoria.

Hæreditatis.

Februa.

Februa Romani dixere piamina patres,
Nunc quoq; dant uerbo plurima signa fidem.

Pontifices

Pontifices à rege petunt, & flamine lanas,
Queis uetere in lingua Februa nomen erat.
Quæq; capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, uocantur idem.
Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego Flaminiam poscentem Februa uidi,
Februa poscenti pinea uirga data est.
Deniq; quodcunq; est, quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.
Vnde Februarius mensis dictus sit. *Mensis ab his dictus, secta quòd pelle luperci*
Omne solum lustrant, idq; piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,
Tunc cum ferales præteriere dies:
Omne nefas, omnemq; mali purgamine causam,
Credebant nostri tollere posse senes.
Græcia principium moris dedit. illa nocentes,
Impia lustratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoq; Pelea Phoci,
Cæde per Hæmonias soluit Acastus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus Aegeus
Credulus, immerita Phasida fouit ope.
Amphiaraides Naupacteo Acheloo,
Solue nefas, dixit: soluit & ille nefas.
Ah nimium faciles, quia tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Sacra Albani montis. SACRA in Albano monte cõmemorat Liuius lib. 5 Dec. 1: Ingens inde haberi captiuus uates cœptus: eumq; adhibere tribuni militũ Cornelius, Posthumiusq; ad prodigij Albani procurationẽ, ac deos ritè placandos cœpere, inuẽtumq; tandem est, ubi neglectas cæremonias, intermissum'ue solenne dijs arguerent, nihil profectò aliud esse, quàm magistratus uitio creatos, Latinas sacrumq; in Albano monte nõ ritè cõcœpisse. Cerealia sacra. CEREALIA, tametsi & sacra fuerunt, & ludi: sacra tamen, lacte, uino & melle, item prægnanti sue pingui ac mulso fiebant, pro placandis manibus. Ludorum quidem hoc nomine meminerunt hæc Liuij uerba libro 10 Dec. 3: Cereales ludos dictator & magister equitum ex senatusconsulto fecerunt. Fiebant autem cerealia, alia quinto Cal. Iulij, lacte, uino & melle, qui putabatur dies admodum faustus: alia item Cereris sacra fiebãt duodecimo Cal. Decembris, sue prægnante & mulso. Duplicia sacra Cerealia. Sed placet carmen Nasonianum de his sacris referre, quod quarto Fastorum habetur:

Circus erit pompa celebris, numeroq; deorum,
Primaq; uentosis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi, non est opus indice causæ,
Sponte deæ munus, promeritumq; patet.
Panis erat primis uirides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modò carpebant uiuax è cespite gramen,
Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erant.

Postmodo

A *Postmodo glans nata est, bene erat iam glande reperta,*
Duraq́ magnificas quercus habebat opes,
Prima Ceres homine ad meliora alimenta uocato,
Mutauit glandes utiliore cibo.
Illa iugo tauros collum præbere coegit,
Tunc primùm soles eruta uidit humus.
Aes erat in precio, chalybis iam massa placebat,
Eheu perpetuò debuit illa tegi:
Pace Ceres læta est, & uos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumq́ ducem.
Farra deæ, micæq́ licet salientis honorem
Detis, & in ueteres thurea grana focos.
Et si thura aberunt, unctas accendite tædas:
Parua bonæ Cereri, sint modò casta, placent.
A boue succincti cultros remouete ministri:
Bos aret, ignauam sacrificate suem.
Apta iugo ceruix, non est ferienda securi:
Viuat, & in dura sæpe laboret humo.

Ceres frumentorum usum reperit.

Atq; hactenus de ferijs & solennitatibus reipublicæ Romanæ, quæ tanto usu a cloco fuerũt, ut ob ferias indictas Romani dictatorem dixerint. quemadmodũ Liuius meminit libro septimo Decadis primæ: Namq; & pluit lapidibus, & nox interdiu uisa intendi. librisq; inspectis cum plena religione ciuitas esset, senatui placuit dictatorem feriarum constituendarum causa dici: dictus est P. Valerius B Publicola, magister equitum, & Q. Fabius Ambustus datus est: non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos: ordoq; ijs, quo quisq; die supplicarent, statutus. Cæterùm puluinaria in sacris, & funalia, adhibebantur Romanis pariter in sua superstitione, ut nobis adhuc Christianis nostra uera in religione moris est. Erant autem puluinaria, ut inquit Acron Grammaticus, lecticæ diuorum, aut tabularia, in quibus stabant numina, ut eminentiora uiderentur. Hinc est illud Tullij pro Domo sua: Aram & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicauit. Huc pertinet & illud Plinij in Panegyrico: Sed licet illum aris, puluinaribus, flamine colas, non alio magis tamen deum & facis, & probas, quàm quod ipse talis es. T. Liuius subinde huius uocis meminit, præcipuè ubi supplicationum mentionem facit, ad omnia puluinaria hanc fieri solitam: qua de re primo à nobis capite dictum abundè est. Ad huiusmodi puluinaria respiciens Prudentius primo in Symmachum ita canit:

Dictator feriarum constituendarum gratia.

Puluinaria.

Aspice quàm pleno subsellia nostra senatu,
Discernant infame Iouis puluinar, & omne
Idolum longè purgata ex urbe fugandum.

De tædis uerò & funalibus, quòd in sacris ethnicis quondam similiter sint usurpata, colligitur ex hoc Maronis carmine octauo Æneidos:

Funalia in sacris.

Et sacer impleuit dextram scyphus: ocyus omnes,
In mensam læti libant, diuosq́ precantur.
Deuexo interea propior fit uesper Olympo:
Iamq́ sacerdotes, primusq́ Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasq́ gerebant.
Instaurant epulas, & mensæ Graia secundæ
Dona ferunt, cumulantq́ oneratis lancibus aras.

Cæterùm ne aliquis arguere possit, funalia ac cereos quos nostra in sacrosancta religione usurpamus, ab antiqua solũ gentilitate usurpari solita: quin potius semper in ecclesia extitisse, & ab Apostolicis uiris, ipsisq; adeò apostolis originẽ sumpsisse, docet hoc diuus Hieronymus in Epistola ad Vigilantium, epistola decima: Si mulieres (inquit) accendunt cereos ad honorem martyrum, quid inde perdis? Causabantur quondam & Apostoli, quòd periret unguentum: sed Domini uoce correpti sunt. Neq; enim Christus indigebat unguento, nec martyres lumine cereorum, & tamen mulier illa in honore Christi hoc fecit, deuotióq; mentis eius recipitur. Et quicunq; accendit cereos, secundum fidem suam habet mercedem, dicente Apostolo: Vnusquisq; in suo sensu abundat. Et concludit postea: Nam & absque reliquijs martyrum, per totas Orientis ecclesias, quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non quidem ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum: ueluti & docuimus, ignem semper in suo altari ardere, non tam ad necessitatem, quàm ad mysterium. Idem in Epistola ad Riparium presbyterum, ironicè & per interrogationem: Et quotiescunq; apostolorum & prophetarum, & omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa ueneramur? Accensiq; ad tumulos eorum cerei, idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid dicam, quod redundet in authoris caput: & insanum cerebrum uel sanet aliquando, uel deleat, ne tantis sacrilegijs simplicium animæ subuertantur. Hæc ex Hieronymo, uetusto & primę ecclesiæ authore, adducere uoluimus. Sed recipio me ad institutũ: Sacris quoq; tibicines adhibitos (ut hodie rectè etiam solennibus, & præcipuè corporis Dominici festo, & meliori in religione adhibentur) Liuius libro nono Decadis primæ testatur: Equidem omnino rem dictu paruam præterirem, ni ad religionem uisa esset pertinere: tibicines quia prohibiti à proximis censoribus erant in æde Iouis uesci, quòd traditum antiquitùs erat, ægrè passi, Tibur uno agmine abierunt, adeò ut nemo in urbe esset, qui sacris præcineret. Huc facit apophthegma illud celebre Scipionis minoris, qui cum consulatum C. Lælio amico procuraret contra Pompeium, ob id cęteris indignantibus, Scipio ridens: Næ (inquit) nos egregiè stulti sumus, qui perinde quasi deos precaturi simus, non homines, iamdudum tempus terimus, iamdudum tibicinem expectantes: solet enim in sacris tibicen dare signum cõprecandi Deum. Tanta fuit Romano in populo superstitio, ut singulis priuatim etiam dijs, sua sacra instituerit. Sic Ioui Opt. Max. III Idus Martias, & pridie Idus Iunij sacra celebrabãtur. Mercurio Idibus Maij, quomodo mercatores aqua Mercurio se dicata aspergebant. Soli præterea VI Calend. Decembris per triduum, ob diem longiorem sacrificabatur. Iunoni V Idus Decemb. sacra celebrabantur, quibus puellæ nuptę & uiduę simul cõueniebant, munera deæ offerentes, ut matrimonia acquirerent: cuius hodie in diui Thomæ apostoli profesto uestigium manet. Dianæ quoq; solennia fiebant à seruis Idib. Augusti, facibus in templum huius deæ, quod Aricinæ erat, discurrentibus: idq; in honorem Seruij regis fiebat. Erant & alia sacra eidem instituta undecimo Cal. Augusti, in gratiã uenationis. Præterea lunę V Cal. Aug. sacrificij honor impẽdebatur. Cereri bis sacrificabat̃: primũ V Cal. Iulij, lacte, uino, & melle: deinde XIII Cal. Decẽb. sue prægnãte, panibus & mulso. Erant & tertia eidem diuæ sacra instituta, ad VIII Cal. Febr. pro placandis manib. mortuorũ. Adhæc Bellonę sacra peragebãtur pridie Non. Iunij. Huius itẽ sacerdotes IIII Idus Augusti gladijs se inuicem uulnerabant, putantes ita crimina piari: quod & ordo quidam in Italia religiosorum uirgis obseruare hodie nostra in religione sanè solet. Opigenæ deæ rursus solennia erant instituta ad II Cal. Iulij, quo die mulieres prægnantes imagines cereas

Marginalia: De cereis apud Christianos. — A — Tibicines in sacris. — B — Sacra Iouis. — Mercurij. — Solis. — Iunonis. — Dianæ. — Lunæ. — Cerealia. — Bellonæ. — Opigenæ.

A nes cereas offerebant Iunoni, auxilium in partu deprecantes. CARMENTAE IIII Idus Ianuarij sacrificabatur, cum dedicatione ædis Iuturnæ in campo, cuius solenniarum meminit & Ouidius primo Fastorum, cuius sub finem uersus adducemus. Caprotinæ sacrũ Nonis Iulij: Carneæ deæ Cal. Iulij in monte Cælio perficiebantur, ubi iecinora & uiscera sale conseruabantur. MATRALIA, hoc est, sacra matri Matutæ instituta, III Idus Iunij fiebant: de quorum origine Liuius scribit libro quinto Decadis primæ: Ludos magnos ex S.C. uouit Veijs captis se facturum, ædemq; Matutæ matri refectam dedicaturum, iam antea ab rege Seruio Tullo dedicatam: loquitur autem de Camillo. Vestalia V Idus Iunij. Fortis Fortunæ sacra VIII Cal. Iunij. Herculis sacra undecimo Cal. Iunij. Laralia Nonis & Idibus Maij, quibus asellus panibus coronatus circumducebatur. Priapi quoq; sacra VII Cal. Augusti celebrabantur, quo die matronæ Priapi uirilis figuram, extra portam Collinam ad ædem Veneris cum pompa sacrorum ferebant. Ad hæc sacra Priapi alludit Prudẽtius cõtra Symmachũ, cum de dijs gentiliũ tractat: Carmenta. Caprotinæ. Carneæ. Matralia. Vestalia. Fortis Fortunæ & Herculis sacra. Laralia. Sacra Priapi.

Hic deus è patrio prænobilis Hellesponto,
Venit adusq; Italos, sacris cum turpibus hortos
Sinum lactis, & hæc uotorum liba quotannis
Accipit, & ruris seruat uineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem uisere ramo.

Tubilustria Vulcani erant sacra, XIII Cal. Maij celebrata. Taurilia Marti erãt consecrata, quòd tauro huic diuo sacrificaretur, ita nominata. Meminit Liuius libro 8 Dec. I: Qui sese deuouerit, Vulcano arma, siue cum alio diuo uouere uolet, siue hostia, siue quo alio uolet, ius esto: telo, super quod stans consul precatus est, B hostem potiri fas non est: si potiatur, Marti solitaurilibus piaculum fieri. Porrò Carmentaliorum meminit hocce carmine Naso poeta: Tubilustria. Taurilia. Carmentalia.

Respiciet Titan actas ubi tertius idus,
Fient Parrhasiæ sacra relata deæ.
Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant,
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.
Mox honor eripitur, matronaq; destinat omnis,
Ingratos nulla prole nouare uiros.
Ne ue daret partus, ictu temeraria cæco,
Visceribus crescens excutiebat onus.
Corripuisse patres ausas immitia nuptas,
Ius tamen ereptum restituisse ferunt.
Binaq; nunc pariter Tegeææ sacra parenti
Pro pueris fieri, uirginibusq; iubent.
Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne uiolent puros exanimata focos.
Si quis amas ueteres ritus, assiste precanti,
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placatur, Postuentaq;, siue sorores,
Siue fugæ comites Mænali diua tuæ.
Altera, quod porrò fuerat, cecinisse putatur:
Altera, uenturum postmodo quicquid erat.

Monumenta Romæ de sacris Solis:

SOLI SANCTISSIMO SACRVM F. CLAVDIVS FELIX ET CLAVDIA HELPIS

HELPIS ET T. CLAVDIVS ALYPVS FIL. EORVM VOTVM SOLVE- A
RVNT LIBENS MERITO CALBIENS ET COH. III.

Item:

SOLI L. CASSIVS L. F. L. ANVARIVS V. S. L. L. M. L. D. D. D.
SATVRNO AVGVSTO SACRVM M. CASSIVS FIRMVS V. S. L. M.

De Vulcanalibus:

INTRA HOS TERMINOS AEDIFICIVM EXTRVERE, MANERE, NEGO
CIARI, ARBOREM PONERE, ALIVD'VE QVID SERERE, ET VT PRAE
TOR CVI HAEC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATVRVM SE SCI-
AT, ALIVS'VE QVIS MAGISTRATVS VOLCANALIBVS X KAL.
SEP. OMNIBVS ANNIS VITVLO RVBEO ET VERRE.

De sacris Iouis, Romæ in horto Baptistæ Iacobi:

I. O. M. SACRVM VOTO PRO SALVTE AVG. GERMANICI PONTI
FICIS MAXIMI TRIB. POT. D. VETVRIVS ANTIGONVS D. VETV
RIVS S. P. F. PHILO D. VETVRIVS ALBANVS PA-
TER CVM FILIIS POSVIT.

De sacris Dianæ:

DIANAE COELEST. SACRVM Q. CORNELIVS THEOPHILVS
CVM QVINTIA M. F. LVPERCA.

De sacris Herculis:

HERCVLI SAXONO SACRVM SER. SVLPITIVS TROPHINVS AE-
DEM ZOTHECAM CVLINAM PECVNIA SVA A' SOLO RESTITVIT.
IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM. L. TVRPILIVS DEXTRO M. MAE
CIO RVFFO COS. EVTYCHIVS SERV. PEREGRI-
NANTIBVS CVRAVIT. B

Romæ:

DEO HERCVLI M. NVM. IN IOCEIONIO ANNIO ALBI-
NO PRAEF. VRB. AN. V. C. DEDICANTE.

Mon. de sacris Cereris Romæ:

P. DECIVS DECII FIL. PRIMO COS. DE SAMNITIBVS TRIVMPHANS
SPOLIA EX HIS CERERI CONSECRAVIT ITERVM ET TERTIO CONS.

CAP. V. DE PERVIGILIIS ET *lectisternijs sacrorum.*

Lectisternia et peruigilia quo modo ad Christianos.



QVALES nobis Christianis sana in religione sunt preces matutinę & primarum: tales & Romano populo quondam, dum adhuc peruersa illa idololatria tenebatur, fuere peruigilia & lectisternia nūcupata. ac de peruigilijs, quomodo Constantinus Magnus ille in Christianas sanas preces cōmutarit, docet Eusebius Pamphilus lib. 4 de uita Constantini: Peruigilium (ait) in diurnam lucem cōmutauit, uniuersa ciuitate cerea columna passim de cōpacto incensa, lampades erant omnia latè collustrantes igne: nusquam sudum gratius aut illustre magis mystica illa nocte: cum diluxerat, erogare plebi magnificè, ac beneficium salutis æmulari. Cæterùm lectisternia quidem tribus dijs, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, Romæ in Capitolio fiebant, hoc modo: Iouis simulachrū statuebatur in lecto recubās, Iunonis & Mineruæ imagines in sellis considebant: deinde multa nocte appositis epulis, septem epulones introducebātur, qui cibos sacratos comedebant. de quorū inuentione Liuius 5 ab Vrbe disserit. Meminit etiam aliàs subinde, 7 ab Vrbe: Eo nihil dignū memoria actū (inquit) nisi quòd pacis deûm exposcendæ

Lectisternia Romanis qualia.
Origo lectisterniorum.

A exposcendę causa tertiò tum post conditam urbem lectisternium fuit. Et iterum: Tristem hyemem, siue ex intemperie cœli raptim mutatione in contrarium facta, siue alia qua de causa, grauis pestilensq́; omnibus animalibus æstas excepit: cuius insanabili pernicie, quando nec causa nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex senatusconsulto aditi sunt: duumuiri sacris faciundis lectisternio tunc primùm in urbe Romana facto per VIII dies, Apollinem, Latonamq́; & Dianam, Herculem, Mercurium atq; Neptunum, tribus quàm amplissimè apparari tunc poterat, stratis lectis placauere: priuatim quoq; id sacrum celebratum est, tota urbe patentibus ianuis, promiscuoq́; usu rerũ omnium in propatulo posito, notos ignotosq́; passim aduenas in hospitium ductos ferunt: & cum inimicis quoq; benignè ac comiter sermones habitos: iurgijs ac litibus temperatum, uinctis quoq; dempta in eos dies uincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opẽ dij tulissent uinciri. hæc ille. Equidem constat, in priuilegijs Christianorum primis temporibus similem uitæ temperantiam institutam, quam postea in Quadragesimam uerterunt. Cæterùm lectisterniorum meminit idem Liuius lib. 1 Dec. 3: Iam primùm omnium urbs lustrata est: hostiæq́; maiores, quibus dictum est, dijs cæsæ: & donũ ex auri pondo quadraginta Lanuuium Iunoni portatum est: & signum æneum matronę Iunoni in Auentino ædificarunt, & lectisternium Cæræ, ubi sortes extenuatæ erant, impetratũ, & supplicatio Fortunę in Algido: Romæ quoq; & lectisternium Iuuentæ, & supplicatio ad ædem Herculis nominatim, deinde uniuerso populo circa omnia puluinaria indicta: & Genio maiores hostiæ cæsæ quinq;. Et iterum lib. 2 eiusdem: Votis ritè nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumq́; ut cum coniugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos ui aliqua sua fortuna publica quoq; contingebat. Curatum lectisternium, & per
B triduum habitum, decemuiris sacrorum curantibus. & puluinaria in conspectu fuere, Ioui & Iunoni unum, alterum Neptuno & Mineruę, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. Idem libro nono eiusdem, cum Phrygiæ deæ aduectionem in urbem describeret: Hæ per manus succedentes, deinceps aliæ alijs, omni effusa ciuitate obuiam, thuribulis ante ianuas positis, qua præferebatur, atq; ascenso thure, precantibus ut uolens propitiaq́; urbem Romam iniret, in ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere deam, pridie Idus Aprilis: isq́; dies festus fuit. Populus frequens dona deæ in palatium tulit: lectisterniumq́;, & ludi fuere Megalesia appellati. Huc pertinet & ille Cornelij Taciti locus libro decimoquinto, de Neronis flagitijs agentis: Mox petita à dijs piacula, aditiq́; Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano & Cereri, Proserpinæq́;, ac propitiata Iuno per matronas, primùm in Capitolio, deinde apud proximũ mare. Vnde hausta aqua, templum ac simulachrum deæ prospersum est, & lectisternium: ac peruigilia celebrauere fœminæ, quibus mariti erant. Ad huiusmodi lectisternia alludit & Maro libro octauo Æneidos hoc carmine:

Id nos hodie Christiani in Quadragesima ex saluatoris institutis facere præcipimus.

Puluinaria, ubi signa deorum in lectisternijs stabant.

Locus Vergilij de lectisternijs.

Interea sacra hæc (quando uenistis amici)
Annua, quæ differre nephas, celebrate fauentes
Nobiscum: & iam nunc sociorum assuescite mensis.
Hæc ubi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula: gramineoq; uiros locat ipse sedili.
Præcipuumq; thoro, & uillosi pelle leonis
Accipit Aeneam, solioq; inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos,

A

Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq́ canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq́ ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus.
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euandrus ait: Non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio, ueterum ue ignara deorum
Imposuit: sæuis hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosq́ nouamus honores.

Et postea, cum historiã Herculis & Caci ob furatos boues recensuisset, subdit:

Ex illo celebratus honos: lætiq́ minores
Seruauere diem, primusq́ Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit, quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite ô iuuenes, tantarũ in munere laudum,
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:
Communemq́ uocate deum, & date uina uolentes.
Dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra
Velauitq́ comas, folijsq́ innexa pependit:
Et sacer impleuit dextram scyphus. ocyus omnes
In mensam læti libant, diuosq́ precantur.

B

Atq; hæc de lectisternijs ac peruigilijs in genere. Erant & priuata quędam peculiaribus nominibus Romanis appellata peruigilia. FVNALIA, quæ nonis Decembris peragebantur. LEMVRIA, VII Idus Maias: & alia Lemuralia IIII non. Octob. quæ omnia noctu sacrificia fiebant, ob id peruigilia nuncupata. Porrò lemuria non solùm à lemuribus nomenclaturam accepere, uerùm etiam à Remo Romuli fratre, tanquã Remuria, primis temporibus dicta fuerant, & in Maio celebrabantur, quorũ initia huiusmodi extitere. Occiso Remo, umbra illius nutricio suo Faustulo & Accæ Laurẽtiæ apparuerat, atq; ut manibus suis iusta persoluerentur, rogauerat. quæ ad Romulũ ubi relata fuere, manibus placandis Remuria illa instituit, quæ posterius prima litera mutata, Lemuria à lemuribus & manibus sunt denominata. Quibus adde & inferorum parentationes, quæ VII Idus Nouembris celebrabantur, simili solennitate: ut apud nos Christianos omnium animarum exequiæ peraguntur. Quæ quidem peruigilia Naso libro secundo Fastorum hoc carmine describit:

Funalia. Lemuria. Parentationes inferorum.

Est honor & tumulis animas placare paternas,
Paruaq́ in extructas munera ferre pyras.
» *Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est*
» *Munere, non auidos Styx habet ima deos.*
Tegula porrectis satis est uallata coronis,
Et sparsæ fruges, paruaq́ mica salis.
Inq́ mero mollita Ceres, uiolæq́ solutæ,
Hæc habeat media testa reperta uia.
Hæc maiora ueto, sed & his placabilis umbra est:
Adde preces positis & pia uerba focis.

Parentationis Romanæ gentilis ceremoniæ.

Hunc

A *Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus autor,*
Attulit in terras iuste Latine tuas.
Ille patris genio solennia dona ferebat,
Hinc populi ritus edidicere nouos.
At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis,
Bella parentales deseruere dies.
Non impune fuit: nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
Uix equidem credo, bustis exisse feruntur,
Et tacitè questi tempore noctis aui.
Perq́ uias urbis, latosq́ ululasse per agros,
Deformes animas uulgus inane ferunt.
Postea præteriti tumulis redduntur honores:
Prodigijsq́ uenit, funeribusq́ modus.
Dum tamen hæc fiunt, uiduæ cessate puellæ,
Expectet puros pinea tæda dies.
Nec tibi, quæ cupidæ matura uidebere matri,
Comat uirgineas hasta recurua comas.
Conde tuas Hymenææ faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœsta sepulchra faces.
Dij quoq́ templorum foribus celentur opertis,
Thure uacent aræ, stentq́ sine igne foci.
Nunc animæ tenues, & corpora functa sepul
B *Errant, nunc posito uescitur umbra cibo.*
Non tamē hoc ultra, quàm cum de mense supersunt
Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.
Hanc, quia iusta ferunt, dixere feralia lucem:
Ultima placandis manibus illa dies.

Diuersæ faces in parentationibus & nuptijs.

Cæterùm non absurdum fuerit hoc loco subijcere etiam LUPERCALIA, quæ non solùm ludi erant, uerumetiam inter sacra referebantur, & ab initio Nouembris celebrabātur, ad mitigandos lupos, ne pecoribus obessent. Sunt enim eo tēpore, niue & gelu ingruentibus, sæuissimi, & maximè famelici. Porrò qui hæc sacra obibāt, Luperci uocabātur sacerdotes, de quibus etiam alibi à nobis dictum est: qui solebant steriles mulieres fœcundas reddere, si loris ex corio caprorum ab his uerberatæ forent. Manet horum sacrorū nobis uel umbra quædam in his ceremonijs, quas appellitant **wolffsfeyr/ die wolffpawren/ die wolffpfaffen.**

CAP. VI. DE MORE AC CEREMOnijs in uictimis adhibitis.



ETSI uaria consuetudo extiterit immolandi uictimas, tamen præcipuam, quando pontifices hæc sacra obibant, & ex his præcipuè maximus, elegantissimè diuus Prudentius describit in historia Romani martyris, hoc carmine:

—At contrà impium
Nil hæc latronem Christianorum mouent,
Magis magisq́ fertur in uesaniam.

Quærit num alienus sanguis ille asperserit
Virum, suo'ne fluxerit de uulnere.
Respondit his Romanus: Eccum præsto sum,
Meus'ne iste sanguis uerus est, non bubulus:
Agnoscis illum, quem loquor miserrime
Pagane, uestri sanguinem sacrum bouis,
Cuius litata cæde permadescitis?
Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundũ consecrandus mergitur,
Mirè infulatus, festa uittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu gabino sericam fultus togam,
Tabulis supernè strata texunt pulpita,
Rimosa rari pegmatis compagibus.
Scindunt subinde uel terebrant aream,
Crebroq; lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua & hispida,
Sertis reuinctus aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur,
Necnon & auro frons coruscat hostiæ,
Setasq; fulgor bractealis inficit.
Hic ut statuta est immolanda belua,
Pectus sacrato diuidunt uenabulo,
Eructat amplum uulnus undam sanguinis
Feruentis, inq; texta pontis subditi
Fundit uaporum flumen, & latè æstuat.
Tum per frequentes mille rimarum uias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit,
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et ueste, & omne putrefactus corpore.
Qui nos supinat, obuias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus:
Nec iam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquam cadauer sanguine egesto rigens,
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde pontifex, uisu horridus,
Ostentat udum uerticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atq; amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagijs,
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant, atq; adorant eminus,
Vilis quòd illum sanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem sub cauernis lauerint.

A

B

Addamus

A *Addamus illam uis Hecatomben tuam?*
Centena ferro cum cadunt animalia,
Variaq; abundans cæde restagnat cruor,
Vix ut cruentis augures natatibus
Poßint meare per profundum sanguinem.
Sed quid macellum pingue puluinarium,
Quid maximorum lancinatores gregum,
Euiscerata carne crudos criminor?
Sunt sacra quando uosmetipsi exciditis,
Votiuus & cum membra detruncat dolor.
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectisq; Matrem brachijs placat deam,
Furere ac rotari ius putatur mysticum,
Parta ad secandum dextra fertur impia,
Cœlum meretur uulnerum crudelitas:
Ast hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciso mitigans ab inguine.

CAP. VII. DE SACRIS GRAECIS.



B DMISERVNT Romani & in prouincijs, potissimùm exteris, & Græca sacra, quarum celebratiora duo reperio: Thesmophoria & Eleusinia. THESMOPHORIA, quasi legifera dicas, sacra erant Cereris, in quibus, ut scribit Plinius in 23, matronæ castitatem custodientes, folijs sibi cubitus sternebant. Meminit Suetonius in Augusto, cap. de Obseruatione peregrinarum ceremoniarum: Namq; Athenis initiatus, cum postea Romę pro tribunali de priuilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quædam secreta proponerentur, dimisso concilio & corona circumstantium, solus audijt disceptantes. Et sic intelligitur illud Horatij de non uiolandis Cereris sacris: *Thesmophoria*

—Attica uirgo Cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes. Et illud Propertij:
Pars obscura canis celebrabant orgia cistis.


Mos enim erat in his sacris, ut uirgines capitibus reposita in cistis sacra portarent, quæ ob id Canæphoræ uocabantur. Meminit & Liuius illius sacri, & antistites templi tradens Cereris Atticæ fuisse præditos maxima autoritate, cum scribit: Acarnanos qui per errorem ingressi fuerant templum, deductos fuisse ad antistites, à quibus damnati, interfecti sunt tanquam nocētes. Huc pertinet & illud Apuleij de Isidis sacro loquentis: Ferebatur (inquit) ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. Idem inibi: Non inuulganda religionis arcana demonstrans, ait, dicerem, si dicere liceret: cognosceres, si liceret audire: sed parem noxam contraherent aures, & linguæ illæ temerarię curiositatis. Est in historijs, quòd Alcibiades olim, quia enunciasset festa Cereris Adonia, accusatus publicè fuerit. Iustinus quoq; historicus: Mysteria Cereris Attica, nulla re magis quàm silentio sacra constare tradit. Vnde Aristophanes in Nebulis, sacra ista Græco epitheto ἀῤῥητοποιὰ appellat. ELEVSINA sacra & ipsa Cereris erant, ad quæ nemo audebat ingredi, nisi innocens. Scribit Lampridius, in Eleusinis sacris proclamari solitum, ut nemo ingrederetur, nisi se innocentem nosset. Hinc translatum est illud poeticum: *Canæphoræ.* *Cereris sacra non erant euulganda.* *Mysteria.* *Eleusina sacra.*

—Procul, ô procul este prophani, Conclamat uates.—

Capitolinus

Capitolinus refert, M. Antoninum Cæsarem ingressum usque in sacrarium sine periculo, quia cõtinentissimæ uitæ esset. Contrà refert Suetonius in Nerone: Neronem ob conscientiam non fuisse Eleusinia ingredi sacra ausum. ut his uerbis testatur Tranquillus: Peregrinatione quidem Græciæ Eleusinijs sacris, quorum initiatione impij & scelerati uoce præconis submouerent, interesse non est ausus. A

CAP. VIII. QUANAM REUERENTIA Romani sacra celebrauerint.



ICERUNT, tametsi in ethnica superstitione constituti (nolens uolens fateri cogor) nos adeò Christianos, Romani uera ratione ac diligentia sacris præstita: ut pudeat dicere, quàm frigeant animi hodie nostri, atque ad obliuionem Dei redacta nũc maior hominum pars existat. Quanquam maiores nostros ueteris superstitionis reuerentia, rectè ad ueram Christi religionẽ accommodata, exquisitam curam sacris impendisse constet: præcipuè uenerabili corporis Christi sacramento, quod cum magna & trementi ueneratione & attingebãt, & demonstrabant. Atque illud si fortefortuna errore sacerdotis, ac sumentis, in terram cecidisset, non sine expiationis augmento, ac admirandi cuiusdam tremoris significatione recolligebant. Qua in re rectè nimirũ eos & pro dignitate nominis Christiani, & corporis ipsius salutari magnitudine affectos fuisse existimo: & eã ob causam alta eos pace rerumque omnium affluentia, & diutius fœliciusque quàm nos, uitam traxisse considero. Nam si Romanam rempublicam idcirco autores omnes consentiunt diu floruisse, atque totius orbis ad postremũ dominium consecutum fuisse, quòd uel curiositate quadam pertinaci sacra sacratosque uiros coluerit, eaque intermissa ob bella maiori semper fœnore renouarit: quid quæso de nobis dicemus? qui non solùm sacrorum nostra in religione sancta faciendorum negligentissimi sumus, uerùm etiam contemptores & adulteratores? Quod quia in hanc partem peccamus, iam in confesso causa est, quamobrem tot bellis conflictemur: & tot opibus conquisitis, tamen adhuc egeamus semper, neque unquam ad perfectam periodum uitæ fortissimus quisque perueniat. Sed libet loca aliquot ex Liuio adducere, qui libro quinto Decadis primæ sic scribit: Amoliri tum deûm dona, ipsosque deos, sed colentium magis quàm rapientium modò cœpere: namque delecti ex omni exercitu iuuenes, purè lautis corporibus, candida ueste, quibus deportanda Romam regina Iuno assignata erat: uenerabundi templum iniere, primò religiosè admouentes manus: quod id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos attrectare nõ esset solitus. Idem libro quinto eiusdem: Equidem flamẽ interim Quirinalis, uirginesque Vestales omissa rerum suarum cura, quæ sacrorum secum ferenda, quæ (quia uires ad omnia ferenda deerant) relinquenda essent consultantes, quis'ue ea locus fideli asseruaturus custodia esset: optimum ducunt, condita in doliolis sacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere: cætera inter se onere partito ferunt uia, quæ sub Litio ponte ducit ad Ianiculum. In eo cliuo eas, cum L. Albinus de plebe Romana homo conspexisset, plaustro coniugem ac liberos habens, inter cæteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat: saluo etiam tum discrimine diuinarum humanarumque rerum, irreligiosum ratus sacerdotes publicos, sacraque populi Romani pedibus ire, ferrique se, ac suos in uehiculo cõspici, descendere uxorem ac pueros iussit: uirgines, sacraque in plaustrũ imposuit: & Cære, quoquò iter sacerdotibus erat, prouexit. hęc ille. Id quod ingens uenerationis, tametsi ethnicæ gentis, exemplũ est, quod secuti Austrię princeps & conditor domus illustris B

Locus Liuij de numinum reuerentia.

RUDOL-

A RUDOLPHUS, & eius posteritas, nō solùm tot templa diuûm, sacerdotumq́ collegia in monasterijs instituere, atq; multis modis ditauere, quot modò uidemus per ditionem Austriacam, tum superioribus inferioribusq́ prouincijs: uerùm etiam incōparabilem diuinis rebus semper honorē uenerationemq́ impenderūt: latissimus mihi in ea re campus aperitur: sed è multis, uel unum dignum memoria tantoq́ principe exemplum adducam. Quippe memini me legisse in peruetusto codice, ipsum RUDOLPHUM, dum adhuc in minoribus esset, ac comes Habspurgensis, fortè dum iter faciens sacerdotem gestantem sacrosanctum mysterium corporis Christi, & pedibus incedentem rure obuiam habuisset, motum religione tum uirum deuotum, descendisse ultro ex equo, atq; sacerdotem in locū suum subleuasse, pedibusq́ iuxta equitantem sacerdotem incessisse: donec ad locū peruenisset is, ubi sacro uiatico homo erat prouidendus. Iam quis nostro seculo eam uenerationem uel Christo in carne, si rediret, impenderet quæso? Eò conscendit mortalium impietas hodie. Huc pertinet, quòd inuictissimus Rex FERDINANDUS, qui in uiuis adhuc est, eiusdem prosapiæ nobilissimæ heros, cùm alijs ubiq; sacris instaurandis, tum præcipuè uenerabili & tremendo huic mysterio honoris quàm plurimùm impendit. Contigit fortè superioribus annis, cum malo dæmone peruersa opinione arreptus pistor quidā, Viennæ in die corporis CHRISTI, publica in supplicatione, raptum ex manibus sacerdotis sacramentum in terram coniecisset, capsulamq́ comminuisset, quanquam non deessent tum magno loco uiri, qui insaniæ titulo hominem defenderent: iusto tamen supplicio de sacrilego & nefando homine sumpto, religiosissimus Princeps pio zelo locum, in quod illud coniectum erat, communiuit, ne despui illic posset, nec cœno contaminari: addito elogio, quod ipsi lusimus:

B *Sunt quibus in mundo fecerunt scelera nomen,*
Utq́; Nero quondam, noctiuagæq́; deæ
Succendit templum qui: sic puto forsitan ille
Impius orbe cupit nomen habere suum,
Sacrilegis CHRISTI manibus qui publicè sacrum
Corporis hac raptum contemerauit humo.

Patratum scelus octaui corporis Christi, anno XV. Author sceleris Ioannes Heyn, pistorij artificij tyro, Francus. Non possum hoc silentio transire, moris Romani fuisse, quòd matronæ ad sacra templaq́ pilento & carpento uehebantur: quem honorem huic sexui impensum præterea legimus, quòd ad decimas Ioui uotas bello Veienti à Camillo, aurum illæ pecuniamq́ contulissent: quemadmodum scribit Liuius libro quinto, Decadis tertiæ: Matronæ cœtibus ad eam rem consultandam habitis, & communi decreto pollicitæ tribunis militum aurum, & omnia ornamenta sua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maximè senatui unquam fuit: honoremq́ ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosq́, carpento festo profestoq́ uterentur.

COMMENTARIORUM REIPUBLICAE ROMANAE
Libri undecimi finis.

LIBER XII. ET POSTREMUS, DE COLONIIS ET MUNICIPIIS TRACTUS ILLYRICI

Occidentalis, siue limitis Istri, in septem subdiuisus sectiones, authore Uuolfgango Lazio.

SECTIO PRIMA, DE COLONIIS ET MUnicipijs Romanis in genere.



IAM tandem, qui mehercule nō minimus Operis istius scopus censendus est, Rex inclyte, explicatis omnibus reipub. Romanę in exteris prouincijs rationibus, post militiam atq; administrationē ciuilem, ciuitates quoq; quas populus ille extra Italiā in acquisitis bello regnis gentibusq́; uel constituit de nouo, uel præsidio firmauit aduersus hostes, ueniunt enarrandæ. Harum uerò cum non idem locus, neq; eadem dignitas fuerit, quod aliæ colonię, alia municipia, alia deniq; munimēta modò, stationesq́; & mansiones extiterint: itē ex colonijs & municipijs aliæ ciuium Rom. aliæ iuris Romani, deniq; aliæ Latini iuris: nō extra rem fecerimus, si quod fuerit ius Romanū, Latinumq́;, ex fide historica ostenderimus. Ac primū omniū discrimē extitisse inter colonias Latinas atq; Romanas, cōfirmat Liuius lib. 38 ab Vrbe: Illud agitabāt, uti colonia deducerēt: nec satis constabat, utrū Latinum an ciuiū Rom. deduci placeret: Bononia Latina colonia, Mutina & Parma coloniæ Romanæ sunt deductæ. Hæc ille. Porrò maius fuisse ius Romanū, q; Latinum, ex hoc loco Liuij, qui est lib. 3 Dec. 3 elucescit, in exaggeratione Varronis consulis, post Cannensem cladem, dum Campanos hortat̄ ad fidem seruandā, ne deficerent ad Hannibalem: Adijcite ad hæc (inquit) q; fœdus æquū dedimus, quòd leges nostras, q; ad extremū id quod ante Cannensem certè cladem maximū fuit, ciuitatē nostram magnæ parti uestrûm dedimus, cōmunicauimus uobiscū. Et iterū lib. 3 Dec. 3: Tum Spurius Caruilius, cū longa oratione nō solùm inopiā, sed paucitatē etiā ciuiū, ex quibus in patres legerent, conquestus esset, explendi senatus causa, & iungēdi arctius Latini nominis, pro magna re se suadere dixit, ut ex singulis populis Latinorū, binis senatoribus, si patres Romani censuissent, ciuitas daret̄, atq; in demortuorū locū in senatū legerent̄. Huc pertinet & alter locus Liuij, lib. 1 Dec. 5: Mouerūt senatū & legationes sociûm nominis Latini, quę & censores & priores cōsules fatigauerūt, tandē in senatū introductæ. Sūma querelarū erat, ciues suos Romę cēsos, plerosq; Romā cōmigrasse. qui si permittant̄, perpaucis lustris futurū, ut deserta oppida, deserti agri, nullū militē dare possent. Fregellas quoq; millia quatuor familiarū transisse ab se, Samnites Peligniq́; querebant̄. Neq; eo minus aut hos aut illos in delectum militū dare. Genera aūt fraudis duo mutandę uiritim ciuitatis inducta erāt. Lex socijs ac nominis Latini, q stirpē ex se domi relinqueret, dabat, ut ciues Romani fieret. Ea lege malè utēdo, alij socijs, alij pop. Rom. iniuriā faciebāt. Nā & ne stirpē domi relinquerēt liberos suos, quibus Romanis in eam conditionē, ut manumitterent̄, mancipio dabāt, libertiniq́; ciues essent: & quibus stirpes deesset, quā relinquerēt, ut ciues Romani fiebant. Postea his quoq; imaginib. iuris spretis, promiscuè sine lege, sine stirpe in ciuitatē Romanā per migrationē & cēsum transibāt. Hęc ne postea fierēt, petebāt legati, ut & redire in ciuitates iuberēt socios. Deinde ut lege cauerēt, ne quis quē ciuitatis mutādæ causa suū faceret, ne' ue alienaret: & si qs ita ciuis Romanus factus esset, &c. Ex qb. patet, multos Latini nominis & iuris homines passim ex ciuitatib. subiectis, cū paulò

Discrimina ciuitatum Romanarum.

Discrimen inter ius Romanum & Latinum.

Romani ciues ex Roma exire coacti.

A paulò ditati forent, maioris prærogatiuæ nanciſcendæ gratia, Romã cõmigraſſe, ibiq́ adepta ciuitate cenſos eſſe. quos tamen conquiſitos ſæpe, Romani in ſuos lares redire coegerunt. Id quod & præſenti Liuij loco petijſſe Latini iuris ciuitates, coloniasq́, eluceſcit. Et clarius libro nono Decadis quartæ, idem author his uerbis oſtendit: Legatis deinde ſociorum Latini nominis, qui toto undiq́ ex Latio frequentes conuenerant, Senatus datus eſt. His quærentibus, magnam multitudinem ciuium ſuorum Romam commigraſſe, & ibi cenſos eſſe, Q. Terentio Cullioni prætori negotium datum eſt, ut eos conquireret: & quem C. Claudio M. Liuio Cenſoribus, poſtúe eos Cenſores, ipſum, parẽtemúe eius apud ſe cenſum eſſe probaſſent ſocij, ut redire eò cogeret, ubi cenſi eſſent. Hac conquiſitione duodecim millia Latinorum domos redierunt, iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Huc pertinet & Cor. Taciti locus, libro undecimo hiſtoriæ Auguſtæ, in oratione Claudij Cæſaris: His atq́ talibus haud permotus Princeps, etiam ſtatim contrà diſſeruit, & uocato Senatu ita exorſus eſt: Maiores mei, quorum antiquiſsimus Clauſus origine Sabinus, ſimul in ciuitatem Romanam & in familias patriciorum adſcitus eſt, hortantur uti paribus conſilijs Rempublicam capeſſam, transferendo huc quod uſq́ egregium fuerit. Neq́ ignoro, Iulios Alba, Corũcanos Camerio, Porcios Tuſculo, & ne uetera ſcrutemur, Hetruria Lucaniáq́ & omni Italia in Senatum accitos: poſtremò ipſam ad Alpes promotam, ut non modò ſinguli uiritim, ſed terræ gentesq́ in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus, cum Tranſpadani in ciuitatem recepti, cum ſpecie deductarum per orbem terræ legionũ, B additis prouincialium ualidiſsimis, feſſo Imperio ſubuentum eſt. Num pœnitet Balbos ex Hiſpania, nec minus inſignes uiros è Gallia Narbonẽſi trãſiuiſſe? Manent poſteri eorũ, nec amore in hanc patriã nobis cõcedunt. Et ſubdit: Omnia P. C. quæ nunc uetuſtiſsima creduntur, noua fuere. Plebeij magiſtratus poſt Patricios, Latini poſt plebeios, cæterarum Italiæ gentiũ poſt Latinos. Inueteraſcet & hoc quoq́: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Orationem principis ſecuto patrum conſulto, primi Hedui ſenatorũ in urbe ius adepti ſunt. Datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant. hæc ille. Quæ omnia oſtẽdunt, minoris prærogatiuæ Latij ius, & maioris Romanum extitiſſe. Ac de Romanis quidem poſterius à nobis dicetur. Iam ſi quæramus, Latij ius quod fuerit, & quæ ciuitates nominatim Latij ius habuerint, ad primam ſanè quæſtionem reſpondebit Strabo, ita ſcribẽs: Latij quidem ius habent (inquit) ut qui ædilitatis quæſturæq́ dignitatẽ Romæ adſecuti ſunt. Porrò præter ius petendi magiſtratus inferiores, habebãt etiam ſuffragiorum facultatem ſocij Latini nominis, deniq́ facultas illis erat militandi Romanis in legionibus, nec ita tributis uectigalibusq́ & alijs captionum generibus atterebantur. Sed hic nota, ius Latij duplex fuiſſe: aliud cum facultate petendi magiſtratus, quemadmodum illi eorum qui in urbe habitabant, quomodo non erant coloniæ Latinæ inſignitæ: aliud ſine hac prærogatiua, quo modo colonias factas exiſtimo. ueluti ex Tranquillo patet, Gallos impetraſſe à Cæſare Iulio ius Latij, non tamen habuiſſe facultatem adipiſcendi honores. Nam multis poſtea annis Claudius Cæſar hoc primùm legitur Gallis conceſsiſſe, Aulo Vitellio & L. Vipſano Coſſ. Et ad huiuſmodi duplex ius Latij alludit Tranquillus, ſcribens multas ciuitates ſua merita allegãtes, Latinitate uel ciuitate donatas. Porrò non temerè hic diſtinctione utetur. Nam qui ius habebant ciuitatis, poterant etiam Romæ habitare. Secundum dubium ſoluit Iureconſultus, titulo de Cenſibus: Iuris, inquit, ille Italici ſunt, Troas, Berytus, & Dyrrachium. Addit Vlpianus

Ciues Romani facti etiam Barbari extra Italiam.

Barbari in legiones recepti.

Ordo ac dignitas ciuium Romæ.

Qui ex numero externorum primi ſenatorum dignitatẽ adepti ſint.

Latini iuris priuilegia.

Ius Latij duplex erat.

Iuris Italici ciuitates extra limites Italiæ.

pianus eodem titulo: Iuris Italici est, inquit, Syria, Phœnicæ splẽdidißima Tyriorũ colonia, unde mihi origo est. Porrò inter ciuitates uel colonias iuris Latini, aliæ poterant donari ciuitate Romana, aliæ nõ. Scribit Appianus Alex. plures Italiæ populos belli socialis temporibus ciuitate donatos, sed in suffragiorũ lationibus minus hi habebant priuilegij, quàm ciues Romani uetustiores. Ita ut diuersa fuerint, ciuitate donari, ciuem Romanorũ esse, & ius Latij habere. Coloniæ quidem Latinæ in Italia cis Padum ciuitate donabantur: Transpadanę autem & Transalpinæ in Illyrico & Gallia, ius modò Latij habebant. Vnde scribit Spartianus in historia Seueri Cæsaris: Neapolitanis & Palęstinensibus ius ciuitatis à Seuero fuisse sublatum, quòd cõtra eum in armis fuissent. Strabo: Pompeij Magni pater multas Transpadanas colonias deduxit, quas non quidem nouis colonis constituit, sed ueteribus colonis manentibus ius dederat Latij, ut possent habere quod cæteræ urbes Latinæ. Refert Plinius, in Hispania multas urbes ius Latij consecutas fuisse. Ex his igitur omnibus inferimus, ius ciuitatis Romanæ amplioris prærogatiuæ, quàm Latinũ, fuisse. Reperio autem, ius Romanum triplex fuisse: ciuium Romanorum in urbe manentium, quod & maximum erat ius, & suffragiorum, ac petendi magistratus habebat potestatem: secundò, ciuium Romanorum extra urbem consistentium & coloniarum postremò, quibus ob merita ius urbis dabatur. Hinc scribit Liuius libro sexto Decadis tertiæ: Restituendo censuerunt (inquit) omnes Cãpanos, omnes Attellanos, Collatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum, apud hostes essent, liberos esse iusserunt, ita ut nemo eorum ciuis Romanus aut Latini nominis esset. Et sic intelligitur alter locus eiusdem autoris libro octauo Decadis quartæ: Campani, cum eos ex Senatusconsulto quod priore anno factũ erat, censores Romæ censeri coegißent (nam antea incertum fuerat ubi censerentur) petierunt, ut sibi ciues Romanas ducere uxores: & si qui prius duxißet, ut habere eas, & ante eum diem nati, uti iusti sibi liberi hæredesq; essent. Vtraq; res impetrata. De Formianis Fũdanisq; municipibus, & Arpinatibus, Valerius Tappo Tribunus plebis promulgauit, uti ijs suffragij latio (nam antea sine suffragio habuerant ciuitatem) esset. Huic rogationi quatuor Tribuni plebis, quia non ex autoritate Senatus ferretur cum intercederẽt, edocti, populi esse, nõ Senatus ius, suffragium quibus uelit impartiri, destiterunt incœpto. Atq; hoc ius quàm amplum fuerit, docet Cicero pro Balbo: Non enim furatus esse (inquit) ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, nõ irrepsisse in censum dicitur. Cæterùm primis temporibus Romani ciues ex Latinis fiebant, coacti multi migrare in urbem, ut scribit Liuius libro sexto Decadis primæ: Eo anno in ciuitatem accepti, qui Veientium Capenatiumq; ac Faliscorum per ea bella transfugerunt ad Romanos, agerq; ijs nouis ciuibus aßignatus. reuocati quoq; in urbem senatusconsulto, à Veijs, qui ædificãdi Romæ pigritia, occupatis ibi uacuis tectis, Veios se contulerant. Et primò fremitus fuit aßpernantium imperium: dies deinde statuta, capitalisq; pœna, qui non remigrasset Romam, ex ferocibus uniuersis singulos metu suo quemq; obedientes fecit. Apparet igitur, duplex ius ciuitatis fuisse, & dupliciter alios in urbem ascitos, cum suffragio, & sine suffragio. erat autem isthæc prærogatiua, suffragium inter tribus in comitio ferre posse. Vnde est illud Liuij libro 8 Decadis primæ: Cæteris Latinis populis connubia cõmerciaq; & consilia inter se ademerunt, Campanis equitibus honoris causa, quare cum Latinis rebellare uoluißent, Fundanisq; & Formianis quòd per fines eorum tuta parataq; semper fuißet uia, ciuitas sine suffragio data Anagninis, quiq; arma Romanis intulerant, ciuitas sine suffragij

Diuersa erãt, ciuitate donari, ciuem Romanũ esse, & ius Latij habere.

Coloniæ iuris Latini contra Italiam.

Ius Romanũ triplex.

Habere ciuitatem cum suffragio, & sine suffragio.

Quàm amplũ fuerit ius suffragiorũ Romæ.

Ex ciuibus Latinis Romani ciues multi facti, & quando.

Dupliciter in urbem ascisce bãtur ciues.

Ius Romanũ extra urbem habitantium.

A giij latione data, cōcilia cōnubiáq; adempta. Præterea de altero genere iuris Romani, q; habebāt ciues Rom. extra urbē consistentes, intelligēdus est is Cic. locus pro Archia poeta: Data est ciuitas Syllani lege, & Carbonis, si qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissēt, si tū cū lex ferebat, in Italia domiciliū habuissēt, & si sexaginta dies apud prætorē essēt professi. Huc pertinet illud Liuij lib. 3. Decadis tertiæ: Hæc pacta alia insuper q; quæ pacta erāt facinora Cāpani ediderūt. Nā præfectos sociûm, ciuesq; Ro. alios partim aliquo militiæ munere occupatos, partim priuatis negotijs implicitos plebs repētè oēs comprehensos ueluti custodiæ suæ causa balneis includi iussit. Et ad talē urbis prærogatiuā quiuis etiā aliarū ciuitatū incolæ, atq; serui etiā libertate donati admittebant. Hinc est illud Cic. pro Archia poeta: Ergo illū maiores nostri in ciuitatē receperūt. Idē de Legibus: Cato in ciuitatē nostrā susceptus est. Et rursus: Patria est & illa in qua nati, & illa in qua excepti sumus. Idē pro Cor. Balbo: Seruos bene de rep. meritos persæpe libertate, eosdē ciuitate publicè donari uidimus. Idē pro Cornelio Balbo: Defendo nullā esse ex omni regno terrarū, ex qua uobis interdictū sit, ut ne adsciscere ciuē aut ciuitate donare possimus. Sic Liuius lib. 3. Decadis tertiæ, cū de Sopide & Merico loquit, quorū opera Marcellus Syracusas uicerat: His ambobus (inquit) ciuitas data, & quinquaginta iugera agri. Huc pertinet & illud Suetonij in Dictatore: Oēs medicinā Ro. professos & artiū doctores, quo libetius & ipsi urbē incolerēt, & cæteri appeterēt, ciuitate donauit. Ad hoc genus ciuiū extra urbē, alludit Liu. lib. 8. Decadis primæ: Fūdanis pacem esse, & animos Rom. & gratā memoriā acceptæ ciuitatis. Cæterū notandū est, quòd ciuis Rom. qui duabus ciuitatibus nomina dederat, esse nō poterat: sed unius ciuitatis ciuis Rom. ius cōsequebat. Hinc Cic. pro Cornelio Balbo: Duarū ciuitatū ciuis noster esse iure ciuili nō potest. Et iterū pro Cecina: Cū ex nostro iure duarū ciuitatū nemo esse possit, tū amittit hæc ciuitas. Deniq; cū is profugit, receptus est in exiliū: hoc est, in aliā ciuitatē. Et de huiusmodi ciuibus Rom. alibi habitātibus, est accipiēdus locus lib. 2. Decadis quintæ: Eo anno lustrū conditū est. Cēsores erant Q. Fuluius Flaccus, L. Posthumius Albinus. Posthumius cōdidit. censa sunt ciuiū Rom. capita cclxix millia, & xv minor aliquāto numerus: quia L. Posthumius cōsul pro cōcione edixerat, Qui sociū Latini nominis ex edicto C. Claudij Cos. redire in ciuitates suas debuissent, ne quis eorū Romæ, sed oēs in suis ciuitatib. censerent. Et de hoc genere ciuiū Ro. accipiendæ sunt etiā authoritates Liuij suprà adductæ, ubi multos qui ciuitatē Romæ acceperant, redire in urbem Latina ciuitate sociorū querelis coactos ostēdimus. quibus locis, tametsi extra urbē cōsisterēt, prærogatiua tamē Ro. ciuis usi sunt. Atq; hæc de secūdo genere iuris Ro. Sequitur tertium, quo nō hoēs, sed integræ amplissimæq; in exteris prouincijs bello acquisitis ciuitates ac Resp. donabātur, ita quòd oēs in tali ciuitate incolæ, tanquā forēt Romani ciues, prærogatiuis maximis gaudebāt. Et sic intelligēda loca sunt Cic. in Academicis: Ego tibi prætor esse non uideor, quia sapiēs nō sum: nec hæc urbs, nec in ea ciuitas. Et iterū: Et Roma urbs, & eā ciuitas incolit. Idē pro Sylla: Etenim in qua ciuitate res tātas gesserim memini, & in qua urbe intelligo. Huc alludit & T. Liuius lib. 6. Decadis tertiæ, cū Syracusas Capuamq; captā describit: Iam inde à maioribus traditū morē Rom. colēdi socios, ex quibus alios in ciuitatē atq; æquū secū ius accepissent, alios in ea fortuna haberēt ut socij esse quàm ciues mallent. Et de hoc genere accipiēdus est & ille Taciti locus lib. XVIII. Hispaniēsibus & Emeritensibus familiarum adiectiones, Iugonibus uniuersis ciuitatem Romanā prouinciæ Bethicæ Maurorū ciuitates dono dedit. Huc alludit & Plinius lib. 3. cū de Hispania citeriore scribit: Cōtinet autē oppida (inquit) ciuiū Rom. XIII, Latinorū ueterū XVIII, fœderatorū unū, stipendia-

Romanus ciuis duarum ciuitatum ciuis esse non poterat.

Tertiū genus Romani iuris, quo ciuitates integræ donabantur.

stipēdiaria 149. Et ita scribit Iosephus lib. 2. cōtra Appionē: Romana clemētia nō modicū cūctis appellationis suæ donū cōcessit, nō solū uiris singulis, sed etiam in uniuersum magnis gētibus. Hiberi deniq; antiqui, & Tyrrheni, Sabiniq;, Romani appellātur. Huc pertinet illud Spartiani in historia Seueri, ubi tradit, Neapolitanis & Palęstinēsibus ius fuisse ciuitatis sublatū, q cōtra eū in armis fuissent. Meminit & huiusmodi iuris Romani in ciuitatibus Modestinus iureconsultus, lege Rom. ad municip. Roma est cōmunis patria nostra. Atq; hæc de triplici ciuium Rom. genere. Nunc prærogatiuā illā iuris Romani, quæ fuerit, expediā. Inuenio autē ciuē Rom. quatuor habuisse prærogatiuas, siue immunitates præcipuè. Primā, quòd libertatē perpetuò licebat seruare. Hinc est illud Cic. pro Domo sua: Nemo ciuis Romanus aut ciuitatē aut libertatē potest amittere, nisi ipse autor sit factus. Secundū, quod de ciue Romano præter plebē nemo iudicabat, cuius priuilegij meminit Liuius lib. 6. Decadis tertiæ: Per Senatū agi de Cāpanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi nō uideo posse. Idq; apud maiores nostros in Sutrianis factū est, cū defecissent, ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationē ferret, sciretq; plebs uti Senatui de Sutrianis sentētiæ dicēdæ ius esset. Tertia prærogatiua erat, ut essent à torturis & ciuitatibus immunes. Hinc legit apud Suetoniū, quòd cum Cæsar Nouocomēsibus dedisset ius ciuitatis, Marcellū Tribunū illud prohibuisse, & Decurionē Nouocomensiū publicè flagris cęcidisse, cū hac exprobratione, ut meminisset se ciuem Romanū nō esse. Et sic intelligitur illud in Actis de beato Paulo apostolo: Accedēs Tribunus dixit illi: Dic mihi nū Romanus es? At ille dixit, Etiā. respōditq; Tribunus: Ego multa summa ciuitatē hāc cōsecutus sum. Et Paulus dixit: At ego etiā natus sum. Protinus ergo discesserūt ab eo qui eū torturi erāt. Tribunus quoq; timuit, postquā resciuit q Romanus esset, & quòd uinxisset eū. Quarta prærogatiua fuit, ut liceret militare in legionibus Romanis, & adipisci ibi honores Tribunatus & Cēturionatus. Vnde in Palatinis Theodosij officijs legimus, in legione Romana militasse Neruios, Dacos, Britānos, Rhætos, Batauos, Belgas. Quintū erat priuilegiū, ut filij forent in potestate parentū, qui alioquin sub præsidibus cogebātur ad militiā, & seruitiū: ut hodie à Thurcis nati captorū. Hinc est illud quod tradunt, Antoniū statuisse ad deterrendas gētes limitaneas, ut qui ciuitatis Ro. ius nō haberent, è potestate patrū exirent, & militare cogerētur. Ea de re extat lex iurecōsultis, l. uēd. de his qui furt. sui. Institu. de pa. po. §. finali. Ibi etiā traditur, quemadmodū Frācigenarū filij nō essent in potestate patrū, qui uidelicet Frāci se exemissent à Rom. iugo tempore Iustiniani, & Gothis cōtra Romanos in auxilium essent præfecti: idcirco ius ciuitatis amisisse. fuitq; hæc causa, quamobrē in titulo Iustinianus se Francicū scribebat. Solebāt enim Cæsares adimere gentibus hoc ius, si deliquissent, uel cū sumpsissent aduersus Romanos arma, ut Spartianus in Seuero tradit: Neapolitanis & Palæstinēsibus ademisse ius ciuitatis, quòd contra se arma sumpsissent.

Roma cōmunis olim patria

Romani ciuis priuilegia. Primū priuilegium.

Secundum priuilegium.

Tertium priuilegium.

Quartum priuilegium.

Quintum priuilegium.

Franci ius ciuitatis Romanæ quando amiserint.

Quare Iustinianus Cæsar se Francicū in titulo nominarit.

CAP. II. DE COLONIIS ROMANIS, ET MUNICIPIIS, EORUMQ; DISCRIMINE.



DVPLEX ciuitatū genus fuisse Romanæ Reip. apertius est quàm ut probari debeat: hoc est, earū quæ proprijs legibus permittebātur uiuere, & municipia nūcupabantur: & earū quæ Romanas uel leges uel incolas acceperant, & coloniæ dicebantur. Verùm utræ alteris præstiterint dignitate, coloniæ'ne, quòd Romani iuris & legū erāt, uel municipia, quòd liberè patrijs legibus administrabantur, hoc in dubiū apud multos uertitur. Id quod Aulus Gellius, præclarus Romanæ Reipub. autor, discutere uidetur lib. Noctiū Atticarum XVI, capite XIII.

Discrimen inter colonias & municipia.

A XIII. his uerbis: Sic adeò & municipia quid & quo iure sint, quãtumq́ à colonia differãt, ignoramus: existimamusq́ meliore cõditione esse colonias quàm municipia. de cuius opinionis tã permistæ erroribus, diuus Adrianus in oratione quã de Italicẽsibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit, peritissimè disseruit: mirariq́ se ostẽdit, quòd & ipsi Italicẽses, & quędã itẽ alia municipia antiqua, in quib. Vticẽses nominat, cũ suis moribus legibusq́ uti possent, in ius coloniarũ mutari gestierunt. Prænestinos autẽ refert maximo opere à Tiberio Imperatore petijsse, orasseq́ ut ex colonia in municipij statũ redigerẽtur: idq́ illis Tiberiũ pro referenda gratia tribuisse: quod in eorũ finibus, sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Municipes ergo sunt ciues Romani, ex municipijs suo iure & legibus suis utẽtes, muneris tantũ cũ populo Ro. honorarij participes. A' quo munere capessendo appellati uidentur, nullis alijs necessitatibus, neq́ ulla populi Romani lege adstricti, cũ nunquã populus eorũ fundus factus sit. Primos autẽ municipes sine suffragij iure Cærites esse factos accepimus, concessũq́ illis, ut ciuitatis Ro. honorem quidẽ caperẽt, sed negotijs tamẽ atq́ oneribus uacarẽt pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq́. Hinc tabulæ Cærites appellatæ uersa uice, in quas censores referri iubebãt, quos notæ causa suffragijs priuabãt. Subscribit Gellio, municipia præstãtiora fuisse, & Suetonius in Augusto, cap. de Morte: Corpus decuriones (inquit) municipiorũ & coloniarũ à Nola Bouillas usq́ deportarunt. hactenus ille. Porrò quamobrẽ coloniarũ honorẽ ambierint quondam pleræq́ limitũ ciuitates, sintq́ hoc nomine celebratæ, reddit Gellius causam dicto loco: sed coloniarũ alia necessitudo est. Nõ enim ueniũt extrinsecus in ciuitatẽ, nec suis radicibus nitũtur, sed ex ciuitate quasi propagatæ sunt: & iura instituta q́ omnia po-
B puli Romani, nõ sui arbitrij habẽt. Quæ tamẽ cõditio cũ sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamẽ & præstabilior existimat̃ propter amplitudinẽ maiestatemq́ populi Romani, cuius istæ coloniæ quasi effigies paruæ, simulachraq́ esse quædã uidẽtur: & simul, quia obscura obliterataq́ sunt municipiorũ iura, quibus uti iam propter ignorantiã non queũt. Porrò reperio coloniarũ discrimina fuisse, quòd aliæ Romani iuris, aliæ Latinæ, quędã Augustales, pleræq́ etiã ueteranorum essent. Rom. coloniæ triplices erãt: aliæ, in quas Romani essẽt ciues deducti, & ex hic solis habitæ: aliæ, in quibus Romanis alij mixti habitarent: tertij uerò, in quibus licet habitarẽt barbari, legibus tamẽ Romanis ornarẽtur, atq́ adstringerentur. De primo genere loquit̃ Liuius lib. 6. Decadis primæ: Iamq́ haud procul seditione res erat, cuius leniẽdæ causa, postulãte nullo, largitor uolũtarius repẽtè Senatus factus, Satricũ coloniã duo millia ciuiũ Ro. deduci iussit. Et iterũ Liuius lib. 1. Decadis quintæ: Et Lucani colonia in anno duorum milliũ ciuiũ Rom. sunt deducta. Triũuiri deduxerunt, P. Aelius, L. Aegilius, Cn. Sicinius. Quinquagena & singula iugera & semisses agri in singulos dati sunt. De Ligure captus is ager erat, Hetruscorũ antè quàm Ligurũ fuerat. Idẽ sub finẽ libri noni, Decadis quartæ: Id Senatui placuit. illud agitabãt, ut colonia Aquileia deduceret̃. Nec satis constabat, utrũ Latinam an ciuiũ Rom. deduci placeret. postremò Latinã potius deducendam, patres censuerunt. Triũuiri creati sunt, P. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodẽ anno Mutina & Parma coloniæ Rom. ciuiũ sunt deductæ. Bina millia hominũ in agro, qui proximè Boiorũ, antè Tuscorũ fuerat: octona iugera Parmę, quina Mutinæ acceperũt. deduxerũt Triũuiri, M. Aemilius Lepidus, T. Ebutius Carus, L. Quintius Crispinus. Et Saturnia colonia ciuiũ Rom. in agrũ Caletranũ est deducta. deduxerũt triũuiri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Tiberius Sempronius Gracchus, iugera in singulos data decem. Et de huiusmodi colonijs loquitur idem libro septimo Decad. tertiæ, cũ colonias omnes Romanas bello Punico secũdo enumerat: Triginta (inquit) tum coloniæ populi

Quæstio, an coloniæ municipijs præstiterint.

Municipia colonijs præstitisse.

Municipes qui fuerint.

Primum municipium Romanum.

Tabulæ Cærites.

Coloniæ quæ fuerint Romanis.

Coloniarũ genera & discrimina.

Coloniæ Romanæ triplices

Coloniæ Latinæ & Romanæ

Aquileia colonia Latina.

Parma & Mutina coloniæ Romanæ.

Saturnia colonia.

Romani erãt. Ex his duodecim, cũ omniũ legationes Romæ essent, negauerũt cõ- A
sulibus esse unde milites pecuniãq; darẽt. Hæ fuere, Ardea, Nepete, Sutriũ, Cir-
ceij, Alba, Carseola, Suessa, Sora, Seria, Cales, Narnia, Interamnia. Noua re consu
les icti, cũ absterrere eos à tam detestabili cõsilio uellent, castigãdo increpandoq;
plus quàm leuiter agẽdo profecturos rati, eos ausos esse cõsulibus dicere aiebant,
q; cõsules in Senatu ut pronũciarent, in animũ inducere non possent. nõ enim de-
trectationẽ eam munerũ militiæ, sed apertã defectionem à populo Romano esse.
redirent itaq; properè in colonias: & tanquam integra re locuti magis quàm ausi
tantũ nefas, cũ suis cõsulerent, admonerẽt. nõ Campanos, neq; Tarẽtinos eos es-
se, sed Romanos, inde oriũdos, inde in colonias atq; in agrũ bello captũ stirpis au
gendæ causa missos. Quæ liberi parẽtibus deberẽt, ea illos Romanis debere: si ul-
la pietas, si memoria antiquæ patriæ esset. Quo sanè loco duorũ generũ coloniæ
recensentur: primò, Cãpania & Tarentũ legũ Ro. cũ ipsorum incolæ Romani nõ
essent: deinde aliæ coloniæ, quæ à Romanis in eo bello captæ, nouis colonis ad-
scriptis habitabantur, hoc est, quò aliquot Romani ciues deducebãtur habitatũ.
Ad quod genus secũdũ idem alludit lib. 9. Decad. 1. Soza ad Samnites defecerat,
interfectis colonis Rom. Quò cũ prior Romanus exercitus ad ulciscendam ciuiũ
necem, recuperandãq; coloniã magnis itineribus peruenisset. Et rursus ibidem:
Eoq; ira procesit, ut Romæ, cũ de colonis mittẽdis Luceriã cõsuleretur Senatus,
delendã urbem cẽserent, præter odiũ q; execrabile in bis captos erat, lõginquitas
quoq; abhorrere à relegãdis tam procul à domo ciuibus inter tam infestas gẽtes
cogebat. Vicit tamẽ sententia, ut mitterẽtur coloni: duo millia & quingenti misi.

Duplices coloniæ Romanæ.

His accedit tertiũ genus coloniarũ, ubi sine mixtione ciuiũ Romanorũ, ciuitas
quædã ius Latij à Romanis, uel Augusto, uel Senatu acquisiuisset: cuius generis, B
Pompeij Magni patrem multas deduxisse trãs Padũ, Plinius refert. Tales quoq;
multas constituisse Claudiũ Cæsarem in limitibus, Trãquillus tradit, nominatim
scribens: Constituit (inquit) pro cõditione cuiusuis ciuis, uacationẽ legis Papiæ
Põpeiæ, Latinis ius Quiritium. Et talem fuisse Sabariam in Pãnonia superiori,
credendũ est, cuius Plinius meminit lib. 3. cap. 24. & Sirmium: in Pãnonia Sauia,
Sisciam & Aemonã: in Valeria, Celeiam & Pætouionem: in Pannonia prima, Car
nũtum: in Norico, Laureacum, Oiulabim & Soluensem: de quibus in sequenti-
bus à nobis Sectionibus tractabitur. Huius deniq; ordinis fuisse dubium nõ est,
Vlpiã Traianã in Dacia, ab Vlpio Traiano deductã, ut non solũ Dion Casius &
Spartianus animaduertêre, sed hæ quoq; inscriptiones in Transyluania, hoc est
Dacia repertæ, contestantur:

Tertiũ genus coloniarũ Romanarum.

Coloniarũ Illyrici tractus catalogus.

IMP. CAE:
DIVI TRAI.
PARTHICI FI: IVL. NERVAE NE-
POTI TRAIANO ADRIANO AVG.
PONTIF. MAXIMO TRIB. PO-
TEST. II. COS: II P. P. COLON. VL-
PIA TRAIANA AVG. DACICA
SARMIS EG. L. C. FIL PAP.

I. O. M.
ROMVLO PARENTI MARTI
AVXILIATORI FELICIBVS AV
SPICIIS CAESARIS DIVI NER
VAE TRAIANI AVGVSTI CON
DITA COLONIA DACICA
SARMIZ PER. M. SCAVRIA-
NVM EIVS PROPR.

Coloniæ deductæ & cognominatæ ab Augustis.

Et tales arbitror, uel ex his quasdam non solum cõmuni Cæsarũ uocabulo Au-
gustas fuisse appellatas, sed etiam proprijs interdum ipsorum cognominibus, ut
ex supradictis monumẽtorũ exemplis, & illa in agro Piceno reperta inscriptione
colligi potest.

IMP. CAESARI L. VERI AVG. FILIO DIVI PII NEPOTI DIVI HADRIANI
PRONEP. DIVI TRAIANI PARTH. ABNEP. DIVI NERVAE ABNEP. L.
SEPTIMIO SEVERO PIO PERTINACI AVG. PARTHICO MAXIMO A-
RABI-

A RABICO ET ADIABENICO PONTIF. MAX. TRIB. POT. XIII. IMP. XI COS. III. PP. COLONIA HELVIA RICINA CONDITORI SVO.

Venio nunc ad quartum genus coloniarum, quæ à ueteranis erãt inhabitatæ, & ab Imperatoribus uel Augustis Romanis deductæ, & militibus emeritis concessæ: quales multas Augustum & Antonium deduxisse, uictis Bruto & Casßio, Appianus Alex. author est. cuius libro quinto Ciuilis belli hæc uerba leguntur: Deinde laudatis exercitibus, atq; ordinatis uictoria præmijs, Cæsar in Italiam, ut militibus agros domosq; deligeret, profectus est. Hoc enim onus ob ualetudinẽ sibi adsumpserat Antonius: ad nationes quæ ultra mare incolunt deflexit iter, pecunias in unum coacturus. Et iterum: Cum difficile id esset ob instantem militum solicitudinem atq; curam, qui Antonij legiones per habitacula illis ponerent, decernendos esse, eosq; ab se exigendos postularunt: quas decreto Antonij solum Cæsari concessas dicerent. Et rursus: Egrediente itaq; Cæsare ad residua militibus præbenda loca, Antonij filios qui eum sequerentur, cum Lucio misit. Idem sub finem eiusdem libri: Et qui circa Furinum aderant, nihil ulterius inquisituros autumans, Lapsacum per proditionem capit. Quod oppidũ, multos Italos ex incolatu Caij Cæsaris eum in locũ trãslatos continebat, quos magna mercede allectos stipendio sibi adiunxit. Et huiusmodi ordinis coloniæ fuere Romanis, Agrippina apud Rhenũ, & in Italia Capua atq; Nuceria. De quibus Cornelius Tacitus sic scriptum reliquit, de Agrippina quidem libro 12. historiæ Augustæ: Sed Agrippina, quo uim suam socijs quoq; nationibus ostẽtaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, ueteranos coloniãq; deduci imperat, cui nomẽ inditum ex uocabulo ipsius. De cæteris idem libro primo refert: Cæterùm coloniæ Capua atq; Nuceria additis ueteranis firmatæ sunt. Huc pertinet illud Taciti libro 12. de Britannia loquentis: Sylurarum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, cum bellum exerceret, castrisq; legionum premenda foret. Id quo promptius ueniret, colonia Cumalodunum ualida ueteranorum manu deducitur in agros captiuos subsidium aduersus rebelles, & imbuendis socijs ad officia legum. Cæterùm ab huiusmodi colonijs, coloni dici cœpti sunt Iureconsultis, qui agrum certa pecunia conducunt: ut est in lege secunda, C. in quibus cons. colon. dom. accu. poss. Et in l. si apes. ff. de furtis. Non uidetur extra rem esse, & morem deducendarum coloniarum, quem Romani in agris limitatis obseruabãt, ex Vrbico hic referre, qui in libro de Controuersiis scribit, solitos uidelicet fuisse asignari agros ueteranis, duobus modis: uno quidem, ut hi ex quorum territorio agri sumpti essent, nullam iurisdictionem amplius in eis haberent, sed leges ab his acciperentur qui ueteranos deducerent: alio uerò modo, ut iurisdictio ciuitatis in eos agros salua esset. Atq; hæc de coloniarum deductione. Ad quod uidetur & illud pertinere, in colonijs etiam familias fuisse seruorum collocatas. Cuius rei meminit Liuius libro 7. Decadis quartæ: Iis quærentibus inopiam colonorum, alijs belli casibus, alijs morbo absumptis, quosdam tædio accolarum Gallorũ reliquisse colonias, decreuit Senatus, uti C. Lælius Cos. si ei uideretur, sex milia familiarum conscriberet, quæ in eas colonias diuiderentur. Et ut L. Aurunculeius prætor triumuiros crearet, ad eos colonos deducendos. Porrò huius rei mentio extat etiam Iureconsultis. Hinc illud est Pauli: Seruus qui coloniæ adscriptus est, ad periculum coloni pertinet. Multa illi & de iure coloniario tractant, Francorum etiam consuetudine allegata, cum alicui licet habere agrum proprium, si certam pecuniæ summam domino pendat: in l. si finita. §. si de uectigali. ff. de damno infecto. Et lege prima. c. de Emphiteu. Atq; hinc nimirum est, quod Paulus iureconsultus coloniam dixit pro agro conducto, in l. si in lege. §. colonus. ff. locati. Manet adhuc hodie illa in Germania

Quartum genus coloniarũ ueteranorum.

Coloni apud iurisconsultos.

Cõsuetudo & modi deducendarũ coloniarum.

B

nia cõsuetudo deducendorũ colonorum, sed in pagos ac uillas tãtum, quòd uulgo dicunt Stifftengüter hueben aufgeben. Alioquin uerò coloniarũ iura ac consuetudines in ciuitatibus omnino desierunt: factũq; est illud Constantino magno imperãte, cũ ad magistratus sine discrimine passim barbari etiã admitterẽtur. Hinc scribit Modestinus iurecõsultus in ff. ad legem Iuliã de ambitu: ad curã principis pertinere creationẽ magistratuũ. Tale est & illud Marcellini lib. 17, tradẽtis uidelicet Constantiũ inuectũ fuisse in Constantinũ patrẽ, quòd quosdã barbaros & in orbe Romano non genitos, promouisset ad consulatum. A

Vmbra consuetudinis ad nos delapsæ.

Quando Romanæ esse coloniæ desierint.

CAP. III. DE CURIIS, ORDINIBUS CIUITATUM Romanarum, Honoratis & Curialibus.



QVINQVE generũ homines animaduerto Romanis quondã cùm in municipijs, tũ præcipuè in colonijs extitisse: uidelicet ordines, curias, cum decurijs & centurijs, societates, collegia, cum corporibus, ac familias: de quorũ primis hoc capite agemus. Ordo, qui τάξις Aristoteli dicitur, & hodie nobis Germanis status, triplex huic erat Reip. Senatorius siue patricius, equestris & plebeius: quorũ tamẽ postremũ alij excludũt, & ad curias decuriasq; referũt. Patriciũ ordinẽ Græci purpuratorũ, & inclinãtis Imperij authores Honoratorũ dixere. Cic. tertia in Verrẽ: M. Octauiũ Ligurẽ, hominẽ ornatiss. loco, ordine, nomine, uirtute, &c. Huc pertinent illa T. Liuij uerba lib. 8. Decad. 1. Fabius cõfestim rem ad cõsules, cõsules ad Senatũ referũt, consensuq; ordinis fides iudici facta. Et lib. 6. Decad. tertiæ: Scripto deinde exercitu, de remigũ supplemẽto agi cœptũ. In quã rem cũ neq; hominũ satis, nec ex quo pararẽtur, stipendiumq; acciperẽt, pecuniæ quidquã ea tẽpestate in publico esset, edixerũt Coss. ut priuati ex censu ordinibusq;, sicut antea remiges darẽt, cũ stipẽdijs cibarijsq; triginta dierũ. Idẽ lib. 3. eiusdem Dec. ordines à societatibus distinguit: Vbi ea dies uenit (inquit) ad cõducendũ tres societates, aderant hominũ undeuiginti. quorũ duo postulata fuere: unũ, ne alij triennio eo publicani essent: alterũ, ut quæ in naues imposuissent, ab hostiũ tẽpestatisq; ui pub. periculo esent. utroq; impetrato, cõduxerũt, priuataq; pecunia Resp. administrata est. Hi mores, eaq; charitas patriæ per omnes ordines ueluti tenore uno pertinebat. Porrò ad huiusmodi ordines subinde & Ammianus alludit, qui lib. XXII ita nominatim scribit: Inter præcipua tamẽ & seria, illud agere superfluũ uidebatur, q; nulla probabili ratione suscepta, popularitatis amore, utilitati studebat uenaliũ rerũ, quæ nonnũquã secus quàm cõuenit ordinata, inopiã gignere solet, & famẽ. Et Antiochensi ordine, id tũ fieri cũ ille iuberet, nõ posse, apertè mõstrante, nunquã à proposito declinabat. Idẽ lib. 25. loquẽs de Nisibi, Romana infinibus Persarũ colonia: Et sic quidem suppliciter ordo (ait) & populus precabatur, sed uẽtis loquebatur incassum, Imperatore, ut fingebat alia metuens, periurij piacula declinãte. Tũ Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore uolubili, replicabat Constantium, immani crudescente bellorum materia. Et iterũ lib. 27. Dein, cum in negotio Maxentij cuiusdam Pãnonij, ab executione à iudice rectè maturari præcepta, trium oppidorum ordines mactari iussisset, interpellauit Eupraxius tunc quæstor: Et parcius (inquit) agito pijssime Principũ. Hos enim quos interfici tanquam noxios iubes, ut martyres, hoc est, diuinitati acceptos, colit religio Christiana. Atq; de ordinibus ciuitatum in genere sufficit. Superest, ut species quoq; attingamus. Quippe sub ordinibus huic Reipublicæ peculiaribus uocibus celebrabantur, Honorati, nobiles, & curiales. HONORATI, quos Macedones purpuratos uocabant, ex ordine patriciorum præcipui fuerunt, de quibus scribit Victruuius in præfatione libri secũdi: Dimocrates architectus, cum Alexander rerũ potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum B

Ordo qualis.

Differunt ordo & societas.

Honorati in ordinibus qui fuerint.

A tũ regis à propinquis & amicis, tulit ad primos ordines purpuratorũ literas. Cæterũ occurrit Honoratorum subinde mentio apud inclinantis Imperij authores, & præcipuè Ammian. Marcellinũ, qui lib. xx. sic scriptũ reliquit: Ingressus itaq; Parysios Leonas, susceptus ut honoratus & prudẽs, postridie principi progresso in campũ cũ multitudine armata pariter & plebeia, quã de industria cõuocarat, & tribunali ut emineret altius superstãti, scripta iubetur offerre. Et lib. xx, Talasiũ quẽdam ex proximo libellorũ insidiatorẽ fratris Galli, quo adoraret adessetq; officio inter Honoratos prohibiti. Et rursus lib. 29: Quibus lectis, unguibus malè mulctati separãtur exanimes postea ut cogitati sceleris officina pateret, apertè honoratorũ inducĩt globus, uertices ipsos cõtinens rerũ. Sic Cassiodorus lib. Variarũ cognitionũ secũdo, refert epistolã Theoderici regis ad Honoratos possessores & defensores, ac curiales Tridẽtinæ ciuitatis. Et lib. 4. alterã Theoderici introducit epistolam ad honoratos possessores & curiales Foroiuliẽsis ciuitatis. Idẽ lib. 6, Honoratorũ prouinciæ meminit: Tuũ nomẽ (inquit) in subscriptionibus iusserunt Honoratis prouincialibus anteferri. quod de te æstimatũ sit, datur aduerti, cui tot uidẽtur nobiles potuisse postponi. Ex quo loco intelligitur, Honoratorũ ordinẽ maioris loci quàm nobiliũ fuisse. Huc pertinet & illud Sidon. Apollinaris ad Montiũ, Epistolarũ lib. 1. Qui ad Gallias administrãdas fascibus priusquam codicillis ausus accingi, mẽsibus multis tribunal illustriũ potestatũ spectabilis præfectus ascẽderet, anno peracto militiæ externæ terminũ circuit uix honoratus. Et iterũ in epist. ad Eutropiũ, quẽ hortatur, ut à priuata uita se cõferat ad præfecturas & munera publica: Nõne pudet te (inquit) cõcilij tẽpore post sedentes causantesq; iuuenes, ingloriũ, rusticũ, senem stantem, honorati sentẽtia premi? Ad B hoc genus ordinis alludit idem in Panegyrico Maioriani:

Maior honoratis cœpit preciosior esse,
Sic precio non capta sedes erat illa, quòd olim
Quæstor consulibus tractabat publica iura.

Loca autorũ de honoratorum ordine.

Porrò Honorati hoc significatu uocem nõ nouã esse, & inclinãtis solum Imperij authoribus usurpatã, uerùm apud eloquẽtissimos etiã ac lõgè uetustissimos extare, uel illud Tullij 1. Officiorũ testatur: Dicendũ est etiã, qualem hominis honorati & principis domũ placeat esse. Et iterũ secũdo Tusculanarũ: Metellus ille honoratus quatuor filijs. Idẽ in Oratore: Thucydides, ait, fuit honoratus & nobilis. Liuius lib. 6. Decad. 3. Milites qui nihil aliud peccauerint, quàm q; Imperatoris similes fuerint, relegatos propè in exiliũ, ignominiosam pati militiam. adeò imparem libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atq; inhonorato esse. Et sic intelliguntur inscriptiones Vetustatis:

Honorati uox antiqua.

Monumẽta de ordine honoratorum.

Albæ Iuliæ in Transyluania:	Neapoli in Italia:
VICTORIAE ANTONINI AVG. L. ANNIVS FABIANVS HONORATVS LEG. AVG. LEG. XIII. GEM. ANTONINIANAE PRAEFECTVS AERARII MILITARIS SODALIS HADRIANALIS CVM GAVIDIA TORQVATA SVAE ET ANNIIS FILIIS.	M. ANTONIVS IANVARIVS HONORATVS AVGVSTALIS MISENIS VIX: ANN. L. TESTAMENTO PONI IVSSIT M. ANTONIVS ALEXANDER PATRONO INDVLGENTISS.

Lugduni, in Gallia:

SEX. LIGVRIVS SEX. F. GALERIA MARINVS SVMMVS CVRATOR. C. R. PROVINC. LVGDVN. XIIVIR. A. L. B. ORNAMENTIS SVFFRAGIORVM SANCTI ORDINIS HONORATVS.

Sub hoc ordine honoratorũ cõprehendebant rursus, tanquã species sub genere, ordo senatorũ, & ordo decurionũ in prouincijs. Nam & hi ex honoratis atq;

Patri-

Patricijs cõflati erant, quorũ meminere scilicet inscriptiones Vetustatis repertæ A

In oppido Lori, iuxta Romam:

M. CALVI M. F. PAP. PRISCI FIDEM CALVI PAP. PRISCI PATRI ADLECTI IN ORDIN. SENATORIO AT. CLAVDIO. CAES: AVG. GERM. CENSI INTER TRIBVNOS T. CALVI M. F.

Tiburi:

C. IVLIVS POLYBI DIVI AVGV. LIBERTI L. ANTHVS SALTVM FORTVNAE OPIFERAE RESTITVIT PRO SALVTE POLYBII LIBERALIS PATR.

Apud Bucinũ Lucaniæ:

C. COELIO ANICCETO MIL: COH. II. PR. SIGNIF. TRIBVNVS SPE BENEFICIAT HVIC ORDO SANCTISSIMVS DECVRIONVM OB SPEM PROCESSVS EIVS HONOREM DECVRIONATVS GRATVITO OBTVLIT.

Atq; hæc de ordine Senatorũ dicta sufficiãt. Cui hodie, nobis in Austria, si uelimus egestatẽ nostrã cõferre cũ Ro. magnificẽtia, similis quidã ordo manet, Baronum uidelicet, quos uocãt der herrenstãd. Sequitur equestris, qui & nobilium dicebaẽ, ut hodie nobis Austriacis idẽ ordo Equitũ nobiliũq; esse solet, uulgò der ritterstand. De quo illud Plinij lib. 33. Equestrem ordinẽ (inquit) annulũ aureum pro insigni habere cœpisse, ut distingueret à plebe. quasi diceret, & alios in plebe nobiles fuisse, qui scilicet ad tribunatus erãt cõsulatusq; culmina ut hoẽs noui euecti, & postea inter nobiles ex officio gesto cõnumerabantur: ut sunt & hodie, qui nobilitate ab Augustis, uel ex merito, uel ob administrata gnauiter munera donãtur: tametsi in equestri ordine, ut & nos dicere solemus, in statu prouinciæ nõ essent. Atq; ad huiusmodi duplicẽ nobilitatẽ alludere uideẽ, ex antiquioribus autoribus T. Liuius lib. 2. Decadis tertiæ: Id fœdus inter oẽs nobiles ictũ, nec finẽ antè belli habituros, quàm cõsulem uerè plebeiũ, id est hoẽm nouũ fecisset. Nã plebeios nobiles eisdem initiatos esse sacris, & cõtemnere plebẽ, ex quo cõtemni desierint à patribus, cœpisse, cui non id apparere? Id actũ & quæsitũ esse, ut interregnũ iniret, ut in patrũ potestate comitia essent. Id cõsules ambos ad exercitũ morando quæsiuisse. Id postea, quia inuitis ijs Dictator esset dictus comitiorũ causa, expugnatũ esse, ut uitiosus dictator per augures fieret. Abhorrere igitur interregnum eos. Consulatũ certè unũ plebis Romanæ esse, populũ liberius habiturũ, ac daturũ ei qui magis uincere quàm diu imperare malit. Cũ his orationibus accẽsa plebs esset, tribus, patricijs petẽtibus, P. Cornelio Merẽda, L. Manlio Volsone, M. Aemilio Lepido, duobus nobilibus iam familiaribus plebi, C. Attilio Serrano, & Q. Aelio Pæto, quorũ alter pontifex, alter augur erat: C. Terẽtius cos. unus creatur, ut in manu eius essẽt comitia rogãdo collegæ. Idẽ lib. 9. ab Vrbe cõdita: Postulabãẽ ergo nobiles hoẽs (ait) appellãtibusq; tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperẽẽ. Inde nobilitas, nec ij modò in quos crimẽ intendebaẽ, sed uniuersi simul negare nobiliũ id crimẽ esse. Quibus si nulla obsteẽ fraude, pateat uia ad honorẽ, sed hominũ nouorũ. Ipsos adeò dictatorem magistrũq; equitũ reos magis quàm questores idoneos eius criminis esse: intellecturosq; ita id esse, simul magistratu abijssẽt. Et de hmõi nobilib. loquiẽ Cic. pro Flacco: Cæteri hoẽs apud nos noti, inter suos nobiles. Et in orat. ꝓ Cœlio: Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cũ Clodia, muliere nõ solũ nobili, sed etiã nota. Idẽ pro Sestio: Alter multos planè in oẽs partes fefellit. erat enim hominũ opinione nobilitate ipsa blãda cõciliatricula cõmẽdatus. Oẽs boni semper nobilitati fauemus, & quia utile Reipub. est, nobiles hoẽs esse dignos maioribus suis: & quia ualet apud nos clarorũ hominũ, & bene de Rep. meritorũ memoria. Et sic intelligendũ est illud Plauti in Pseudol. Cũ ijs mihi nec locus nec sermo cõuenit, ijs nunquã nobilis fui. Et hactenus de Equitum, siue nobiliũ ordine. Sequitur postremus plebis ordo, si modò ordo dici B

Ordo Baronũ in Austria.

Ordo equitũ in Austria.

Duplex nobilitas.

Loca autorũ de equitum & nobilium ordine.

A dici potest, quæ propria Curia dicebāt: & qui in ea erāt, Curiales. Curiæ (inquit Festus) uocātur, in quibus uniuscuiusq; partis populi quid geritur, qualesq; sunt hæ in quas Romulus populū distribuit, numero triginta. Quibus postea additæ sunt quinq;, ita ut in sua quisq; curia sacra publica faceret, feriasq; obseruaret. Iisq; curijs singulis nomina curiarū uirginum imposita esse dicunt, quas uirgines quōdam Romani de Sabinis rapuerāt. Huc pertinet quod Dionysius scribit quarto ac septimo Antiquitatū, curias illas à cura dictas, eo quòd tūc Reipub. curam per sententiā partiū Romulus expediebat. Hinc leges Curiatæ dicūtur, quæ comitijs curiatis erāt latæ, uel quas Romulus & sequētes reges pro utilitate curiarū tulere, quæ omnes scriptæ fuerūt in librū Sex. Papyrij: quo euētu & ius illud Papyrianū huic Reip. nominatū fuit. Vnde & illud Taciti: Quæstores (inquit) regibus etiā tum imperātibus instituti sunt, q lex Curiata ostēdit, à L. Bruto repetita. Sic Trāquillus in Augusto, cap. de infortunio: Tertiū nepotē Agrippā, simulq; priuignū Tiberiū adoptauit in foro, lege curiata. De comitijs curiatis, ubi curiæ uidelicet pro eligēdo cōueniebant, scribit plura Cicero lib. 4. Epistolarū ad Atticum, & Aulus Gellius libro xv. Noctiū Atticarū. Erant autem comitia curiata, cū populi suffragia præualebant: cēturiata, cū centuriarū, quæ nimirū patriciorum fuerant. Hinc rectè curiæ populi erāt, centuriæ patriciorū: & quia populus in senatoriā domū pro dirimēdis litibus accipiēdisq; iuribus cōueniebat. Atq; hinc factū est, ut curia domus senatoria nūcuparetur, item curia Saliorū in Palatio, & curia Calabria, & Curio maximus. Quanquā Festus aliā rationē reddat, & curiā talē dictā existimet, quòd publicæ inibi curæ gerātur. Et sic intelligēdum est illud Ciceronis de Senectute: Nō curia uires meas desiderat, nō rostra, nō amici. Idem ad B Q. Fratrē: Quo ego me libētius à curia & ab omni parte Reipub. subtraho. Et tertio de Finibus: In ipsa curia solebat legere, sæpe dum senatus cogeretur. Rursus in Oratore: Senatus frequēs uocatu Drusi in curiā uenit. Similiter curiā describit in oratione pro Flacco: Cū curia uindex temeritatis, moderatrix officij speculatur, & obsidet rostra. Et pro Milone: Curia templū sanctitatis, amplitudinis, mentis, cōsilij publici, caput urbis, ara sociorū, portus omniū gentiū. Porrò curiā extitisse nō Romæ solū, uerùm etiā in prouincijs exteris, ubi Honorati publici cōsilij causa cōuenire solebāt, qui inclināte Imperio curiales dici cœpti fuerāt, ex his uerbis Ciceronis colligit in Epistolis ad Atticū: Scaptius inclusū in curia senatū Salamine obsederat. Idē in Verrē: In curia Syracusis, qui locū illi Buleuteriū uocāt. Itaq; cū curia nō solū à curis & tribubus nomē accepisset, uerū etiā à curis & cōsilijs, factū arbitror, ut Curiæ deinceps appellatio in comitatus Principū, quas Aulas uocāt, sit trāslata: quas uocabulo deprauato uetera diplomata à curia Curtes nomināt. Quēadmodū legitur subinde in prærogatiuis antiquis post Carolū Magnū, usq; ad Fridericū secūdū datis: Actū curte Reginospurg, in curte Roteuuilla, in curte Odinge, &c. Vtūtur adhuc uoce ista in hoc significatu Itali. Hinc etiā curiales hodie dicūtur, qui olim Comites uocabātur, hoc est, qui comitatū Principis sequebātur, & inde stipēdiabātur. Apud Romanos uerò cōtrà Curiales nominabātur decuriones, qui in municipijs & colonijs in causis ciuilibus decernebant. Quare admonēdus erit hic mihi lector, ubi has uoces Curialis & Comes apud aliquē ueterē authorem quispiā legerit, nō aulicū in his, & habentem comitatū atq; castra in prouincia, esse intelligēdos: sed decurionē, & hominē ex curia, hominē itē aulā sequentē. Manet in ueteri significatu Comitis adhuc uox in curia Romana, hoc est, in Pōtificis Romani comitatu ac aula, quæ multos habet Comites Palatinos, nō in urbe solū, sed latè per orbem dispersos in numeros ac miserrimos hoēs, qui spurios legitimāt, ut ipsi loquūt, & notarios creāt. Cuius ordinis Viēnā quispiā supe-

Curiæ unde dictæ.

Leges curiatæ.

Comitia curiata.

Curia domus senatoria.

Curia principum unde.

Curtes principum.

Curiales unde.

Curiales Romanorum.

Comites Palatini.

superiori anno cum uenisset, lapicidas ac pannorum tõsores, illiteratos homines, notarios creauit, ut de doctoribus illis (si dijs placet) ac spurijs nihil dicam, quos ille bonus uir generauit, plerosq; alphabetarios: ignorans nimirũ, multos huius farinę Viēnæ latêre, ac sine satellitio in publicũ prodire. Reuertor ad Curialis uocabulũ, quo usi subinde in ea de qua præfati sumus significatione, reperiũtur authores nõ solum inclinantis Imperij, & linguæ Latinæ, uerùm tersissimi illi etiam, ac ueteres in Latio scriptores. Sic enim Cicero in Officijs: Cimõ (inquit) in suos curiales Laciadas hospitalis fuit. Plautus in Aulularia: Nam neq; quisquam curialium uenit, neq; magister, quem diuidere argentum oportuit. Marcellinus libro 27. Cuius salutarem fiduciam præfectus imitatus Florentius, cum in re quadam uenia digna audisset eum percitum ira iussisse ternos per ordines urbiũ interfici plurimarum. Et quid agetur, ait, si oppidum aliquod curiales nõ haberet tãtos? Hinc est quod apud Cassiodorũ Theodericus Gothorũ rex in Epistolis subinde ad ciuitates datis, non solũ honoratorũ meminit (qui Romæ uidelicet nominabãtur Patricij) sed etiã defensorũ & curialiũ: per defensores uidelicet præsidia Romana, per curiales decuriones municipiorũ intelligens. Quẽadmodum eius scriptoris libro secundo, epistola legitur ad Honoratos possessores & curiales Tridentinæ ciuitatis. & libro quarto, ad Honoratos possessores & curiales Foroiuliensis ciuitatis. Quanquam his locis curiales possint intelligi etiã homines ex curia, hoc est plebeij, & qui ex tribubus erant, adeò ut sicut in primo ordine patriciorum honorati fuerant, & in secundo nobiles, ita in hoc tertio plebis ordine curiales. Tribus enim non solum Romæ fuisse, uerùm in exteris etiã prouincijs, hoc est, qui in urbe ferendi suffragia prærogatiuã habebant, confirmat historia quæ Arpinates in Cornelia tribu, & Formianos ac Fũdanos in Aemilia ponit. Et quia de curijs plebis facta est mentio, operæpreciũ uidetur quædam etiam de Centurijs attingere, qui erant in ferendis suffragijs ordines. Ac ut nihil hic de centurijs agrorum militiæq; dicam, unde Cẽturiones appellatos cõstat, centuria quidẽ in suffragijs duplex Romæ fuerat, uidelicet seniorũ & iuniorum. Meminit Liuius libro sexto Decadis tertiæ: Proinde si uideretur, & redire in suffragium centuriã iuniorũ iuberet, & meminisset in consulibus creandis belli. Et subdit: Tum centuria & authoritate mota uiri, & adiurantium circa fremitũ, petit à consule ut centuriam seniorũ citaret, uelle se cum maioribus natu colloqui. Idem libro primo Decadis quartæ: Consul in campo Martio comitijs habitis, priusquam centurias in suffragiũ mitteret, concionẽ aduocauit. Huc pertinet & illud eiusdem libro quinto Decadis tertiæ: Priusquã ad suffragiũ legibus uocarentur, intercessisset, testulis datis Tribuni populũ submouerũt: sitellaq; allata est ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. Hinc cẽturiare eleganter Liuius uerbo utitur, libro sexto ab Vrbe: Vt seniores quoq;, quibus aliquid roboris superesset, in uerba sua iuratos cẽturiaret. Hinc rursus Centuriata comitia nominabantur, cum populus per centurias ex censu & ætate diuisus, suffragia ferebat. per centenos enim ordines diuisus erat populus in comitijs. Qua de re Cicero tertio de Legibus: Cum legis (inquit) hæc uis sit, scitũ est iussum in omnes ferri. De singulis, nisi centuriatis comitijs, noluerunt. Hinc & centuriatæ leges dicebantur, quæ plenis ac iustis comitijs, tum centuriatim ex censu & ætate erãt latæ. Proinde maioris hæ authoritatis quàm curiatæ erant, quæ solum à curijs plebis confirmabantur. Hinc deniq; extat illud Ciceronis de Lege agraria: Nam centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata cæteris patricijs magistratibus. Et de cẽturijs hæc. A' quo uocabulo metaphoricè centuriatim, ac centuriare, pro eo quod est diuidere in partes, doctis etiã usurpatur. Cicero ad Quirites post reditum:

Curialis uox apud authores

Tribus Romæ & in prouincijs.

Centuriæ.

Duplex Romæ Centuria.

Modus ferẽdi Romæ suffragia in centurijs.

Centuriare.

Comitia centuriata.

A ditum: Ego cum homines in tribunali Aurelia palàm conscribi centuriarìque uidissem. Liuius sexto ab Vrbe: Distributis partibus tributim & cẽturiatim, descriptis ordinibus, classibus, ætatibus. Idem quinto Punici belli: Eam iuuentutẽ ex industria centuriauerat, armaueratque ad tales casus. Et iterum: Scipio postquam in Siciliam traiecit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitque. Et hęc quidem de ordinibus ciuitatis dicere uoluimus. nam de ordine publicanorum (cuius Liuius lib. 5 Dec. 3 meminisse uidetur) & de ordine domesticorum, quem Marcellinus lib. 25 commemorat, aut denique de ordinibus in militia, hic nihil attinet dicere, de quibus partim tertio huius Operis, partim quarto prolixè locuti sumus. *Centuriatim.* *Ordines publicanorum.*

Superest ut caput hoc nostrum poetarum ac inscriptionum authoritate confirmemus: quod antequam faciamus, commonendus est mihi lector, de ordine in hoc significatu tractari à Iureconsultis l. secunda. ff. de Origine iuris. Et apud Macrum l. diutius. §. cum autem. ff. de officio præsidis. Virgilius quinto Æneidos: *Ordines ciuitatum.*

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni, &c. Perusiæ in Italia:

DIVO ANTONINO PIO EGNATIVS FESTVS AEDILIS IIVIR, HVIC CVM PLEBS VRBANA, LVDOS PVBLICE EDENTI AD STATVAM PONENDAM PECVNIAM OBTVLISSET, IS HONORE CONTENTVS IMPENSAS REMISIT, ET IMPETRATA VENIA AB ORDINE PERVSINORVM OPTIMO MAXIMOQ. PRINCIPI DE SVA PECVNIA POSVIT.

Romæ:

COGNATIONI SVAE FORTVNATVS AVG. L. VERNA PATERNVS AB EPISTOLIS ACCENSVS PATRONO SVO AVG. VESPASIANO LICTOR. CVRIAT. VIATOR. HONOR. DECVR. COS. ET PR. ET SIBI.

B In alia domo Francisci:

DOMINO SOLIVS T. CLAVDIVS AMERINVS LICTOR CVRIATVS.

Sagunti in Hispanijs:

IMP. CAES. M. AVG. CARO PIO FELICI INVICTO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. PP. PROCOS. II. COS. ORDO EBVSILL. D. N. ME.

CAP. IIII. DE SOCIETATIBVS, COLlegijs & corporibus.



QVEMADMODVM, de quibus superiori locuti capite fuimus, totius ciuitatis rempublicam contingunt: ita priuata conuenticula, certa in omnibus Romanis cùm colonijs tum municipijs erant, dignitate magis ac uoce quàm re ipsa diuersa, societates, collegia, & corpora. De societatibus, publicanorum uidelicet ac aurariarum, tametsi dictum sit antea, libro huius Operis secundo, in capite de Procuratoribus: tamen hic repetam pauca, locis Liuij lib. 3 Dec. 3, quos ibi adduximus, prætermissis. Caius sanè iureconsultus de collegijs illicitis, & quæ sunt eiusdem collegij, cõmemorat sodalitium. Et Vlpianus l. 2. si quis. ff. ne quid in loco publico. interpretatur, uectigal hoc quod imponitur, ei pendẽdum, qui in publico solo ædificat, in l. si arborẽ. ff. de seruit. urban. præd. Commemorant præterea & Græci in sua republica φράτειον & ἑταίρους. Ad quod pertinet illud Liuij citato loco: Vbi ea dies uenit, ad conducendum tres societates aderant hominum uigintiquinque, quorum duo postulata fuere: unum, ne alij triennio hoc publicani essent. Et sic intelligitur inscriptio, quæ apud Albam Iuliam Transyluaniæ eruta est talis: *Societates publicanorum.*

I. O. M.

IVNONI REGINAE MINERVAE L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS LEG. AVG. LEG. XIII GEM. ANTONINIANAE PRAEFECTVS AERARII MILITARIS, SODALIS, HADRIANALIS, CVM GAVIDIA TORQVATA SVA, ET ANNIIS ITALICO, ET HONORATO ET ITALICA FILIIS.

Discrimen inter collegia & corpora.

Venio nunc ad collegia & corpora. quorum collegia, sodalitia siue conuentus, erant maiorum artificiorum, uidelicet architectorum, figulorum, tinctorum, coriariorum, dendropherorum, centonariorũ, nautarum, fabrorum, aurificũ, & aurariorum atq; bractearioru, qui signabãt monetam. Hic enim de collegijs cæteris dignitatũ, templorum, sacerdotum, pontificum, augurũ, medicorum, tribunorũ, ac centurionũ nihil dicimus: de quibus sub finẽ libri sexti huius Operis attigimus. Corpora uerò habebant artificia inferiora, ut erant sutores, soleatores, lecticarij, pistores, speculatores, caupones, uinarij, tabernarij, collectores, sartores, baiularij, diatracharij, & breuiter omnes mercatores. Extat Iureconsultis lex de collegijs licitis & illicitis. l. 1. ff. quòd cuius. uniuers. nom. & in l. 3. §. in summa. ff. de collegijs illicitis. Et breuiter libro Digestorũ XLVII, hæc uerba leguntur: Nulli clerico liceat tabernam aut ergastulum habere. præcipitur, ut collegia noua & illicita dissoluantur. Vbi collegij uox pro corporibus usurpatur. Marcianus iureconsultus in titulo, quid sunt. de collegijs illicitis, rubrica 48: Mandatis (inquit) principalibus præcipitur præsidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia sodalitiaq; : neq; milites collegia in castris habeant: sed permittatur tenuioribus stipem menstruum conferre, dum tamen in mense coeant. Quod non tantùm in urbe, sed etiam Italia, diuus Seuerus instituit: sed religionis causa coire nõ prohibebantur. Huc pertinet quod apud eosdem Iureconsultos legitur: ἐὰν δὲ δῆμος ἢ φράτορες, ἢ ἱερεῖς ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ συσίτιοι, ἢ ὁμοτάφιοι, ἢ θυσιῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν τινὰ, ὅ τι τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. B Id est, si Latinè reddere uelimus: Si plebs, uel uicini, uel sacrificuli, uel nautæ, uel commune uel cõmunia sepulchra habentes, uel in Thyasis socij, uel ad prædam simul profecti, uel in negociationẽ, uel id genus simile alterum altero cõuenerit, firmũ esse, dum publicis sanctionibus non cõtradicat. Adludit porrò ad huiusmodi licita collegia, & Suetonius in Augusto, cap. de Correctione & reformatione: Et plurimæ factiones tituli collegij noui ad nullius nõ facinoris societatẽ coibant. Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationib. inhibuit, ergastula recognouit, collegia præter antiqua & legitima dissoluit. Huc pertinet & illud Ciceronis contra Pisonẽ: Collegia nõ solùm quæ senatus sustulerat restituit, innumerabilia quędã noua ex omni ferè urbe ac seruitio cõstituta. Caius iureconsultus, enumerãs præcipua collegia quæ in urbe erãt: Omnia collegia (inquit) Romæ senatusconsulto cõcremata quædam sunt, ueluti pistorũ, & quorundam aliorũ, ut nauiculariorũ. Idem: Si (inquit) collegæ sacramẽtales, uel nautę, uel frumẽtarij sunt, quidquid ad negotiationẽ disponũt, simul irritum ne esto. In Nouellis Iustiniani, etiã lecticarij, qui curã Libitinæ habebant, & mortuos efferebant, habebant collegiũ, quod hodie adhuc apud nos Viennæ obseruatur. uulgò appellant, Gotsleichnam brůderschafft/Gotsleichnam zech. Varius aũt illorũ erat quondã numerus, donec omnes Iustinianus mille & centũ ergasterij solum ijs tribuit, qui ad maiorẽ ecclesiam pertinerẽt, immunitateq; fruerenť. l. 4. l. qui sub prętextu. C. de sacrosanct. eccles. Collegiũ, ut dixi, eiusmodi adhuc Viennæ manet, cui & ipsi adscripti sumus. cuius rationes muneris hæ sunt, ut funera honestè efferanť, & ut sacrificia ac solennia corporis & sanguinis Domini ritè administrẽtur.

Collegia noua artificum.

Collegium lecticariorum Viennæ.

Non possum præterire, quod Plin. scribit lib. 35, cũ de Plastice & figulis disserit: Propter

A propter quę Numa rex septimū collegium instituit figulorū. His posterius in Romana militia accesserūt collegia fabrorū, dendropherorū, & centonariorū, & in prouincijs aurariorū. Vnde de Hadriano scribit Aurelius Victor: Immensi laboris, quippe qui prouincias omnes pedib. circūierit, agmen comitantiū prępertēs, cum oppida uniuersa restitueret, augeret ordinibus. Namq; ad speciem legionū militariū fabros perpēdicularios, architectos, genus'q; cunctū, extruendorū mœniūm seu decorandorū in cohortes centuriauerat. Sed placet monumēta fidei ergò subnectere, ac potius ex alio libro huius Operis quædam hic repetere:

In Transyluania:

LVC. FIL. PAP. VALENTI DEC. COL. SARMIZ METR. AEDILI IIVIRALI ET QQ. PRAEF. COLLEGII FAB. ET PATRONO EORVNDEM AVRELIVS THEOPHILVS CASTR. DEC. MVNI.

In eadem Transyluania:

PRO SALVTE IMPERATORIS COLLEG. AVRARIARVM L. CALPVRNIVS DD.

Brixiæ in Italia:

COLLEGIA FABROR. ET CENTON. L. CORNELIO PROSODICO VIVIRO AVG. BRIXIAE ET VERON. SACERD. COLLEGIA IVVENVM BRIXI.

Transeo ad corpora, quæ tametsi per metaphorā nauiculariorū etiam cōtubernia nominabant, ut libro huius Operis VI est demonstratū, & Capitolinus in Maximinis corpus militare dixerit, ac eodem significatu cōcorporales Marcellinus lib. 21 pro cōtubernalibus pronunciauerit: tamē propriè inferiorū atq; ignobiliorum artificiorū corpora fuerūt, qualia nobis sunt quæ lingua gentilicia appellantur Zünfft. de quibus Liuius lib. 6 Dec. 3 scribit, cum destructionē deditę Capuę recenset: Cæterùm habitari tantum tanq; urbem Capuam, frequētariq; placuit. *Corpora artificiorum.*

B Corpus nullū ciuitatis, nec senatus nec plebis cōcilium, nec magistratus esse. Lamprid. in uita Alexand. Cæsaris, corporū species enumerans: Corpora (ait) omniū instituit, uinariorū, lupanariorū, caligariorū, & omniū artium, his'q; ex se defensores dedit, & iussit quid ad quos iudices pertineret. Huc alludit Symmachus lib. 1 Epist. ad Theodosium Augustū: Vendendis solidis quos plerunq; publicus usus exposcit, collectariorū corpus obnoxiū est, quibus arca uinaria statutū preciū ministrat. Huic hominū generi taxationis exiguæ uilitate nutāti, diuus frater numinis uestri tantū pro singulis solidis statuit conferendum, quantū æquitas illius tēporis postulabat. Porrò meminit idem Symmachus corporis mercatorū, corporis laniorū, corporis cauponū, corporis macellarū, item tabernarū & salinatorum, in epistola ad Valentinianū Augustū, cum eum deterrere ab exactione insolita, Theodosij parētis exemplo conatur: Non putet (inquit) æternitas uestra, ab incœpto temerè destitisse deo proximū uirū. nouerat, horū corporū ministerio tanta urbis onera sustineri. Hic lanati pecoris inuector est, ille ad uictū populi cogit armentū. Hos suillæ carnis tenet functio, pars utendi lauacris stigma comportat. Sunt qui fabriles manus Augustis operibus accommodant. Per alios fortuita arcentur incendia. tum cauponas & obsequia pistoria, frugis & olei biuulos, multos'q; id genus patriæ seruientes narrare, fastidium esset. Et subdit: Ergo numinis uestri famā, simul'q; arduū recogitans, corporatos negociatores membra æternæ urbis: ad equorū collationē, quam literis imperastis, uocari dubitaui, ne librationem clementiæ uestræ querela publica pręueniret. Et iterum in epistola ad Theodosium: Cum municipes salinarū magno ex numero ad paucos redacti, necessitatis publicæ molē ferre nō possent, delata supplicatione mecū erant, ut his qui decreti atq; excusati antè fuerant, redderent. ut ex alijs corporibus seu uacantib. cuncta cōplementa incunctanter accepere. Huc addendū est, quod Pomponius iureconsultus *Corporum Romæ catalogus.*

De corporib. huiusmodi mentio apud Iureconsultos.

consultus de usucap. leg. rerũ scribit: Corporũ (inquit) tria genera. & tertium est quod ex distantibus constat, ut corpora plura uni nomini subiecta: ueluti populus, legio, grex. Alciatus interpretatus hunc locum, refert: Pomponium hanc corporũ differentiam sumpsisse ex Plutarchi libro, qui inscribitur de Preceptis coniugalibus. ubi refert Plutarchũ scripsisse, corporũ alia ex discretis cõstare, ut classem & exercitũ: alia ex cõiunctis, ut domũ & nauem. Quędam unita esse atq; congenita, ut singula animalia. Plura Marcianus iureconsf. de collegijs illicitis: & Callistratus iuris interpres, de excus. l. non tantum: Non omnia (inquit) corpora uel collegia uacationẽ tutelarũ habent. Meminit etiam corporũ in hac significatione Iustinianus imperator, C. de legib. & constitut. l. quæ ex relatu: Quibuslibet corporibus (inquit) aut legatis. hęc ille. Sed placet colophonẽ capiti imponere, uno atq; altero monumento Vetustatis adducto, in quibus corporum in hac significatione mentio fit: in aliquibus sola litera C posita pro corpore. A

Romæ:

In templo S. Chrysogoni:

DEDICATA KAL. IANV. D. D. N. N. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. CVRANTE THESSIO SECVNDO P. C. CORIARIORVM.

In æde S. Chrysogoni:

MAGNO ET INVICTO IMPERATORI CAESARI VAL. CONSTANTINO P. F. CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM SOLAEARIORVM DEVOTI NVMINI MAIESTATIQ. EORVM.

In domo priuata:

D. M. S.
M. AVR. EVRETO CONIVGI CARISSIMO QVI VIXIT AN. LXIII M. VIII EVRETVS ET SEPTIMIA EVRESIA, ET AVR. PVDENCIANVS FIL. CARISS. NEGOTIANTI C. PVLARI. PATRI B. M. †. B

Lugduni in Gallijs:

Q. TVLLIO SEVERINO SEQVANO OMNIBVS HONORIBVS INTER SVOS PVNCTO PATRONO SPLENDIDISSIMO CORPORIS RHODONICORVM ARAR. CVI OB INNOCEN. MORVM, ORDO CIVITATIS SVAE BIS STATVAS DECREVIT INQVISITORI GALLIARVM SEXTVS LIGVRIVS S. F. GALERIAM ARINVS SVMMVS CVRATOR C. R. PROVINC. LVGDVN. Q. IIVIR. AL. B. ORNAMENTIS SVFFRAGIOR. SANCTI ORDINIS HONORATVS IIVIR DESIGNATVS EX POSTVLATIONE POPVLI AD HONOREM PERPETVI PONTIFICIS DATI, CVIVS DONI DEDICATIONE DECVRIONIB. V. ORDIN. EQVESTRIVM IIIII IVIR AVGVSTALIS NEGOCIATORIBVS VINARIIS, ET OMNIBVS CORPORIBVS LVGDVNI LICITE COEVNTIBVS.

CAP. V. DE FAMILIABVS ROMANArum ciuitatum, & de seruorum generibus.



E publicis administrationibus Romanarũ cùm coloniarũ, tum municipiorũ, conuentibusq; hominũ secundũ leges in ijs constitutis, dictũ est superioribus capitibus: reliquũ est, ut priuatas quoq; domos perquiramus, in quibus familiæ erant, hoc est seruorũ congeries domino seruientium. Quorũ in hac republica multa fuerũt discrimina, de quibus sub finẽ capitis ex fide historica copiose acturi sumus, hic à familijs interim exordio facto. Tametsi aũt hęc uox ad prosapias nobiliũ, Romanis quoq; fuerit translata, ut habetur in Institutionibus Imperialib. §. 1. & §. sed neq;. Vnde & Iabolenus ff. de munerib. & honorib. Vacatio (inquit) itemq; immunitas, quæ liberis & posteris alicuius data est, ad eos duntaxat pertinet, qui eius familiæ

Duplex familiæ significatũ.

Familiæ uox apud Iureconsultos.

A miliæ sunt: tamē nō solùm historijs, uerūetiam Iureconsultis, sub familię etiā significatione ueniūt serui, quotquot in una domo & eidē domino seruiebāt. Vnde Vlpianus iureconsf. in ff. l. 1. de ui: Familiæ aūt appellatio (inquit) seruos cōtinet, hoc est, eos qui in ministerio sunt, etsi liberi esse proponanī, uel alieni, bona fide nobis seruientes. Idem de ædil. in l. ædiles: Familiæ (scribit) appellatione omnes qui in seruitio sunt, cōtinentur, etiam liberi. Similiter & Paulus iureconsf. definit: Familię appellatio & in res & in personas deducitur. In res, utpote in lege XII tab. his uerbis: Agnatus proximus familiā habeto. Ad personas aūt refertur familiæ significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ: In ea (inquit) familia. Et hic de singularibus personis legem loqui constat. Hinc rursus extat titulus Iureconsultis, de familia erciscunda, id est, diuidenda hæreditate, & de familia legata: ubi singuli homines cōtinentur, in l. si chorus. Et in l. is qui. ff. de legatis. Et in l. in suis. ff. de liber. & posth. Referunt quoq; Iureconsulti, tres constituisse familiam, uti etiam tres collegiū ac corpus faciebant. l. Neratius. de uerb. signif. Et in l. detestatio. ad finē. Et in l. protestatio. tit. eodē. Porrò de familijs hoc significatu mentio subinde & historijs classicis fit. Liu. lib. 2 Dec. 3: Hæc exploranda noscendaq; per impigros iuuenes esse, illud per patres ipsos agendū. Quoniam magistratuū parū sit, ut tumultum ac trepidationē in urbe tollant, matronas publico arceant, contineriq; intra suum queq; limē cogant, cōploratus familiarū coherceant, silentium per urbē faciant. Sic Tacitus lib. 14: Haud multo pòst præfectū urbis Pedanium secundū seruus ipsius interfecit, seu negata libertate cui precium pepigerat, seu amori exoleti infensus, & dominū æmulum nō tolerans. Cæterùm cum uetere ex more familiam omnē, quæ sub eodē tecto mansitauerat, ad supplicium cogi oporteret, cōcursu plebis quę tot innoxios protegebat, usq; ad seditionē uentum

B est. Huc alludit & Cic. in Orat. pro Cecinna: Familia quæ constat ex seruis pluribus. Et Quintilian. lib. 9. cap. 3: Manumissum alienæ se familiæ uenali immiscuisse, ac rogantē ut eis seruiret, captū. Varro lib. 1 de Re rustica: Si ab fundo longius absunt oppida, aut uici, fabros parēt, quos habeāt in uilla. Sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, feriata potius q̄ opere faciūdo, agrū fructuosiorē reddat. Plautus in Trucul. Hæc una opera circumit, per familias puerū uestigat. Et sic intelligiī illud Flauij Vopisci in historia Aureliani Cæsaris: Statuerat igitur dominis locorū incultorū, qui tamē uellent precia dare, atq; illic familias captiuas cōstituere, uitibus montes conserere, atq; ex eo opere uenundare, ut nihil reddituū fiscus haberet, sed totū pop. Ro. cōcederet. Huc est referendū quod scribit Suetonius de familijs uenalitijs, quas Quintilianus uenalitiarias uocat, qui uenalitia habebāt mancipia, ut Romæ erant lanistæ & mangones, hoc est, qui pannos faciebāt & tingebāt. Et sic intelliguntur loca poetarū. Iuuenalis: *Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus.* Martialis: *Pro puero centum me mango poposcit.*— Eadē ratione Plinius uenalitios & mangonicos intellexit eos pueros, qui sub mangonib. uenales proponebanī. Aphranius, quia homines in mercis appellationē uenire nō credit, mangones nō mercatores, sed uenalitiarios appellandos putat. Atq; hæc de familijs, in quā serui per æs & librā empti ascribebanī hoc pacto: Adhibitis nō minus q̄ quinq; testib. Romanis puberibus, & præterea alio eiusdem cōditionis qui librā æneam tenebat, qui appellabatur Libripēs. aderat & ille qui familiæ emptor dicebaī, & mancipiū emere uolebat, æsq; certū tenens, ita dicebat: Hunc ego hominē ex iure Quiritiū meum esse aio, isq; emptus est hoc ære, æneaq; libra. Dein ære percutiebat librā, idq; æs dabat ei à quo mancipiū emerat, quasi precij imaginarij loco, ex lege XII tab. Meminit huiusmodi consuetudinis Liuius lib. 6 Decad. 1: Tum uerò ego (inquit) ne

Familiæ uenalitiæ.

Quomodo serui per æs & libram in familiam cooptabantur.

quidquam hac dextra Capitolium arcemq́ꝫ seruauerim, si ciuem cõmilitonemq́ꝫ meũ, tanq́ꝫ Gallis uictoribus captum, in seruitutẽ ac uincula duci uideã. Inde rem creditori palàm populi soluit, libraq́ꝫ & ære liberatum emittit. Et sic intelligitur illud carmen Horatij: *Si proprium est, quod quis libra mercatur & ære.* Quippe consuetudo illa ac ritus hic nõ solùm in emptionibus, uerùm adeò etiã in adoptionibus obseruabatur, quandocunq́ꝫ uidelicet res ex potestate unius transibat in alterius. Hinc Sueton. in Augusto, cum Caium & Luciũ Agrippæ filios ab Augusto adoptatos describeret: Caium (inquit) & Luciũ adoptauit domi per assem & librã, emptos à patre Agrippa. Porrò tales ceremoniæ inclinante Imperio, in testamẽtis quoq́ꝫ adhibebantᷓ, ut est uidere secundo libro Institutionũ. Non uidetur extra rẽ hic esse (quãdo de seruorũ uenditione ac emptione hic agimus) si ceremonias omnes quæ in huiusmodi actu Romana in repub. adhibebantᷓ, explicauero. Constat enim seruos triplici ceremonia uẽditos, uidelicet sub hasta, in corona, & sub pileo. Primo modo per auctionẽ, ut alia omnia quæ per sectionẽ, expectando qui plura offerret. De quo ritu dictũ à nobis est fusius libro huius Operis 2, cũ de ærario loqueremur: & lib. 8, cũ arma Romana explicaremus. Et sic intelligendus est locus Ciceronis de lege Agraria: Nũ obscurũ uideᷓ prope hasta præconis insectari Cneij Põpeij exercitũ. Plautus in Mostellar. Vel isti qui triũ numorũ causa subeũt sub hasta: id est, uenduntᷓ. Meminerũt huius cõsuetudinis etiã Iureconsul. l. 2. de orig. iuris. Ita Salassios Alpinos sub hasta uẽdidisse, de seipso Cæsar in Commẽt. tradit. Quod Strabo pariter de Terẽtio Varrone animaduertit. Hunc uerò morẽ à Lacedæmonijs tractũ Plinius author est. Venio ad secundũ ritũ uenditionis, quæ in uel sub corona fiebat. Qui iure nãq́ꝫ belli capti erãt, hi coronis insigniti prostabãt. De quo Cæsar 3 Gallici belli: Itaq́ꝫ omni senatu necato, reliquos sub corona uẽdidit. Liuius lib. 5 Dec. 1: Postera die libera corpora Dictator sub corona uẽdidit, ea pecunia in publicũ redigiᷓ. Et lib. 8 eiusdẽ: Polliæ sentẽtia fuit, puberes uerberatos necari, cõiuges liberosq́ꝫ sub corona lege belli uenire. Et rursus 9 lib. Hi oẽs sub iugũ missi, socijs Samnitiũ nihil cautũ, ad septẽ millia sub corona uenere. Et hactenus de secũdo ritu uẽditionis. Succedit tertius, qui erat, seruos sub pileis uẽdere. quod fiebat, cũ emptori uẽditor nihil præstaret. Hinc pileatos seruos Gellius scribit uenũ solitos ire, quorũ nomine uẽditor nihil præstaret. autore Cælio Sabino iurecõs. Cuius rei causam esse ait, ꝙ huiusmodi conditionis mãcipia insignia esse in uendendo deberẽt, ut emptores errare & capi nõ possent, neq́ꝫ lex uẽdendi operiũda esset, sed oculis perciperẽt, quod'nã esset mancipiorũ genus. Et hæc de cæremonijs Romanis in emptione seruorũ adhibitis. Sequitur ordine cõsuetudo ac ritus, quib. similiter serui manumittebantᷓ, & in libertatẽ asserebantᷓ. Cuius meminisse uideᷓ Tacitus li. 13. Disserebaᷓ cõtrà, paucorũ culpã ipsis exitiosam esse debere, nihil uniuersorũ iuri derogandũ. Quippe latè fusum id corpus. Hinc plerũq́ꝫ trib. decurias, ministeria magistratib. & sacerdotib. cohortes etiã in urbe cõscriptas, & plurimis equitũ, plerisq́ꝫ senatorib. nõ aliũde originẽ trahi, si separentᷓ libertini, manifestã fore penuriã ingenuorũ. Nõ frustra maiores, cũ dignitatẽ ordinũ diuiderẽt, libertatẽ in cõmuni posuisse. Quin & manumittendi duas species cõstitutas, ut relinquereᷓ pœnitẽtiæ aut nouo beneficio locus, quos uindictæ patronus nõ liberauerit, ueluti uinculo seruitutis attineri. Hæc sentẽtia ualuit, scripsitq́ꝫ Cæsar senatui priuatim, expenderẽt causam libertorũ, quoties à patronis arguerentᷓ, in cõmune nihil derogẽt. hęc ille. Notandũ aũt hic obiter est, omnẽ manumissionẽ factã aut à prætore, aut cõsule, aut legato. ut scribit Caius iurecõs. Nõ solùm pro tribunali manumitti possunt serui, sed etiã plerũq́ꝫ in trãsitu, cũ aut lauãdi aut gestandi gratia prodierit prætor, aut procõsul, aut legatus Cæsaris. Hinc est illud Suetonij in Galba: Igiᷓ cũ quasi manumissioni uacaturus cõscendisset

Triplex uenditionis ceremonia.

Ritus & cõsuetudo manumissionis seruorũ.

A quibus serui manumittebantur.

A

B

A dissset tribunal, propositis ante se dãnatorũ occisorũq; a Nerone q̃plurimis imaginib. Porrò q̃a suprà ex Tacito, de duplici manumissione facta est mẽtio, operępreciũ fuerit scire, quibus hæ nominib. distinguebant̃. Erãt aũt: Emãcipatio filiorũ familiâs, & manumissio illa seruilis, quã diximus uel à prætore, uel procõsule legatóue Augustorũ fieri solitã. Præterea manumissi ciues Romani dicebant̃, qui testamẽto, uel in ecclesia, uel ante consulẽ aut prætorẽ erãt manumissi. Huc pertinẽt Latini Iuniani, qui per epistolã, aut inter amicos, aut cõuiuij exhibitiõe ex lege Iunia Norbana, quæ conditionẽ eorũ prima reperit, manumittebant̃. Cuius uel umbra quædã in scholis literarũ publicis mãsit, cũ ad conuiuiũ, ut appellãt, bachantũ uel beanũ deponũt, qui literis mãcipandi sunt. Huc referẽdi sunt & dediticij, qui post admissa crimina supplicijs dediti, ac publicè pro criminib. cęsi essent, aut in quorũ facie uel corpore quæcũq; notæ seu stigmata igne aut ferro impressæ forẽt, ita ut deleri nõ possent. Hi postq̃ à dominis suis manumittebant̃, dediticij uocabant̃, ex lege Ælia Sentia: ut quorũ turpitudo cõmunis erat, eorũ & nomẽ cõmune esset. Et hæc quidẽ de seruis, qui manumissi liberti uocabant̃: & filij horũ libertini, qui & in tribus ascribebant̃, & in legionib. Romanis poterãt militare, ut docet Liuius lib. 5 Dec. 5: In quatuor urbanas tribus descripti erãt libertini, pręter eos quib. filius quinquẽni maior ex S.C. esset. Eos, ubi proximo lustro censi essent, cẽseri iusserũt, & eos qui prædiũ prædia'ue rustica pluris sestertiũm XXX milliũ haberẽt, cẽsendi ius factũ. Et iterũ lib. 2 eiusdẽ Dec. q̃ ad militiã scilicet libertini & Romanis admittebant̃, scribit in hæc uerba: Socios nauales libertini ordinis, XX & V naues ex ciuib. Romanis C. Licinius prætor scribere iussus. Cæterũ aliter Iurecõs. li. 1. Instit. tit. de ingenuis & libertis, libertinũ uocãt, qui nec seruus sit, nec liber, nullo uidelicet respectu ad patronũ habito. Quomodo nõ accipit̃ hæc historijs uox.

B sic enim Trãquil. in Claudio: Ignarus (inq̃t) tẽporib. Appij & deinceps aliquãdiu libertinos dictos, nõ ipsos qui manumitterent̃, sed ingenuos ex his ꝓcreatos. Nõ possũ uerò hic silẽtio præterire, triplex Ro. reip. celebratũ fuisse libertatis genus, ex triplici nimirũ manumissionis ratione: hoc est, uindicta, testamẽto & cẽsu. Vnde qui primo modo per uindictã manumittebant̃, maiorẽ, atq; adeò iustã cõsequebant̃ libertatẽ, ut ciues Romani sine obstaculo fieri posset. Secũdo modo, per testamentũ libertate donati, cõsequebant̃ ius Latij ex lege Iulia Norbona. Tertia uerò ratione habebantur in numero dedititiorũ, ex lege Hælia Sentia. Ob hãc triplicẽ libertatis formulam dixit Ausonius, *Libertas capitisq́; minutio triplex.* Suetonius refert, uoluisse Augustũ discrimina facere uestimentorũ inter libertos. Refert idẽ quoq;, Augustũ manumittẽdi modũ terminasse, seruos nõ cõtẽtus multis difficultatib. à libertate iusta remouisse, cũ & de numero & cõditione & differẽtia eorũ q̃ manumitterẽtur, curiosẽ disseruisset, hæc quoq; adiecit, ne uinctus unq̃ tortus'q; q̃s ullo libertatis genere ciuitatẽ adipisceret̃. Hinc est q̃d Imp. Iust. scribit l. unica, C. de Latin. lib. libertatis nomine cõtineri ciuitatẽ Romanã. Et q̃a de libertate hic agimus, nõ extra rẽ erit, si plura de hac cùm ex historijs, tũ ex iure adduxero. Libertas enim erat alia directa, alia fideicõmissaria, alia relicta, & alia subiecta. Directa erat, quã dominus statim cõtribuebat. Fideicõmissaria, uel obliqua, quæ dãda mandabatur hęredi, unde & prætor fideicõmissarius nominatus est. de quo libro huius Operis secundo dictũ est copiosius. Præterea de libertate relicta disputant Iurecons. in l. quidã testamẽto. ff. de fideicõm. libert. Siquidem quidã dolo malo libertatẽ consequebant̃, quã postea relinquere cogebãtur. Vnde Iurecõsultis liber nullus esse censetur, nisi qui sine dolo malo diu moratus fuerit in libertate. l. interest. §. finali. Et l. iterum. §. potest. ff. de libert. caus. Huc pertinent quæ de liberali causa scribuntur cùm apud Iureconsultos, tum apud historicos: quando alicui quæstio status minuebatur, seruus an liber sit. Vt si quis dolo malo uel in seruitute, uel

Duplex manumißio.

Iuniana manumißio.

Depositionis scholasticæ origo.

Manumißio dedititiorum.

Libertini secũdum Iurisconsultos.

Triplex libertas Romanis.

Libertatis plures species.

Causa liberalis.

te, uel maior XX annis passus se uenūdari sit, preciumq́ acceperit. His enim pro- A
clamatio ad libertatē nō dabatur, tit. uulgato, quibus ad libert. proclam. nō licet.

Consuetudo liberalium causarum. Iudicium liberale. Ab liberali uerò causa duæ cōsuetudines deriuabant͞, hoc est, liberali causa manu adserere, & liberalē causam dicere. Donatus inquit, sunt iuris uerba, à quibus etiā assertores dicunt͞ uindices alienæ libertatis. Hinc liberale iudiciū, cum quis aliquē uindicat in libertatē. Et sic intelligit͞ locus Capitolini in historia Marci Cæsaris: Per prouincias (inquit) usum tabulariorū publicorū instituit, apud quos idē de originib. fieret, q̄d Romæ apud præfectos ærarij. Ut si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalē diceret, testationes inde ferret. Atq; hanc totam legē de adsertionib. firmauit, aliasq́; de mensarijs & auctionibus tulit. Atq; de libertis, libertateq;, & liberali causa hactenus. Quāto aūt loco liberti Romanis habiti semper fuerint, uel hę monumentorū ueterū inscriptiones testant͞, ubi exprimit͞ uidelicet, q̄ in eisdē apud dominos sepulchris cōditi fuerint. & q̄ domini libertis cœnotaphia ac titulos posuerint, q̄ testamētarij extiterint, & libertas domini uxores (duxerint.

Romæ reperta:

Monumentum de libertis.

In æde S. Chrysogoni:
L. MAELIVS LITHA
MYRVS VISCVLA-
RIVS SIBI ET DVR
DENAE PL. CYN-
THERIDI ET L. MAE
LIO L. FANI FLAC-
CO FILIO EIVS SC.
R. AED. CVR. ET SC.
R. Q. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ.
SVIS.

In ædibus Grisoneti:
D. M.
AEMILIA PIETAS VI
VA COMPARAVIT
SIBI ET PAMPHILO
ET LIBERTIS, ET
LIBERTABVS PO-
STERISQ. SVIS IN
FR. P. XI. IN
AGR. P.
XI.

In æde S. Blasij:
D. M.
VALERIAE GLAVCAE LI
BERTAE SANCTISSIMAE
ET SIBI CARISSIMAE
V. A. XIX.

Ibidem in domo episcopi Sipontini:
D. M.
M. ELECTRA SIBI ET SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM. B

Veronæ in æde diui Proculi:
D. LIVIAE M. VENVSTAE M. LIVIVS FORTVNATVS LIBERTAE ET
VXORI BENEMERENTI ANN. XXIII M. VII D. XVII.

Sopronij in Hungaria nuper inuentum, in limitibus Austriæ:
IVL. TIL. DONATA ANN. XXV. H. SE. T. IVLIVS PRIN-
CEPS LIBERTAE ET NVTRICI POSVIT.

Veronæ in domo Com. Turriensium:
L. ANNIVS C. F. POB. SIBI ET M. ANNIO C. F. FRATRI FIERI TESTA-
MENTO IVSSIT: PROBAVERE DIOMEDES ET ANTHVS LIBERTI.

Repertum est hoc quoq; in urbe monumentum, non modò libertæ, sed uernę etiam, hoc est seruæ positū: RVBRIAE NICENI A. IVLIVS GEMELLVS
L. CARVILIVS SVAVIS RVBRIA VENERIA VERNAE SVAE BENEME
RENTI FECERVNT, VIXIT ANN. XXV. MENS. VI. HAE
SVPRA SOROREM SVAM VIXIT MENSES VI.

Porrò ex seruis olim nō modò libertos procreatos extitisse, qui dominis ac patronis tamen usq; operam locabant, uerumetiam in officijs passim rerumq́; administratione adhibitos, testantur leges ac Romanæ inscriptiones tumulorum, quæ serui ordinarij, serui uicarij, serui nutricij siue educatoris meminere. *Ordinarij serui. Vicarij serui.* ORDINARIVS seruus erat, qui prouinciæ alicui præficiebatur. In cuius labores si alius fuisset suffectus, is seruus VICARIVS appellabatur, authore Vlpiano iureconsulto. Quales fuisse apud Claudium Cæsarē Pallantē & Fœlicem credendū, quorū is

postremum

A postremũ Palæstinæ præfecerat. Et sic intelligẽda est inscriptio quæ Romę extat:

C. REMIVS LIBER XISTVS T. CAESARIS SER. GERMANIC.
APPOLLONIO VICARIO SVO ANN. XX.

NVTRICII serui erãt, qui uel Cæsares, uel alios de ordine patriciorũ equitũq; à iuuentute educabãt, ac instruebant: ut sunt hodie magistri curiæ regiorũ puerorũ, principumq; & comitũ. Qualis fuit Ganymedes apud Arsinoen Ægypti reginã. Tales aũt & educatores, & procuratores, & pędagogi nominabant. Meminit Cæsar 1 Ciuilis belli: Interim dissensione orta inter Achillã, qui ueterano exercitui præerat, & Arsinoen regis Ptolemęi minorẽ filiã, cum uterq; utriq; insidiaret, & summã Imperij ipse obtinere uellet, præoccupat Arsinoe per Ganymedẽ eunuchũ nutricium suũ, atq; Achillã interficit. Tacitus lib. 13: Nam ut proximus quisq; Britannico neq; fas neq; fidẽ pensi haberet, olim prouisum erat, primùm uenenũ ab ipsis educatoribus accepit, transmisitq; exoluta aluo parũ ualidũ, siue temperamentũ inerat ne statim sæuiret. Sic Herodianus sub finẽ lib. 3 historiæ Augustæ: Nam & medicos supplicio affecit, q̃ sibi parũ obtẽperauerant, iubẽti senis maturare necẽ, nutriciosq; suos iuxtà & fratres, quòd de recõciliandis egissent, ne uno quidẽ reliquo suæ crudelitati facto, ex eo ordine hominem qui in honore aliquo fuerãt, quiq; ipsius parentẽ obseruauerãt. Huc pertinet quod Capitolinus in Pio scribit: Inter argumẽta pietatis eius & hoc habet, quòd cum Marcus mortuũ educatorẽ suũ fleret, uocareturq; ab aulicis ministris ab ostẽtatione pietatis ipse dixerit: Permitte, inquit, illi ut homo sit: neq; enim uel philosophia, uel imperium tollit affectus. Et sic intelliguntur exempla Vetustatis Bergomi in Italia reperta:

P. RVBRIVS THEOPHILVS PAEDAGOGVS RVBRIAE SIBI ET S. V.

PVDENS M. LEPIDE L. GRAMMATICVS PROCVRATOR ERAM LEPIDAE MORESQ. REGEBAM DVM VIXI. MANSIT CAESARIS ILLA NVRVS PHILOLOGVS DISCIPVLVS.

B Sed quoniã de seruorũ discrimine incidit mẽtio, placet reliqua huius cõditionis genera enumerare, quę partim à ministerio mensę, partim domus administratione, officijsq; sumebant. Primo modo erãt serui mensæ Romanis ministrantes ad pedes: erãt serui obsonatores, alimẽtarij, pocillatores, structores, uocatores, pistores & coqui. Secundũ discrimẽ efficiebãt serui atriarij, fornacarij, cursores, anteambulones, lecticarij & medici. Tertiũ deniq; constituebãt emissarij, nomẽclatores, calculatores, exactores, dispensatores, capsarij, saccularij, ab ephemeride, & triũphales. de quibus omnib. ordine à nobis ad fidẽ historię dicet. SERVORVM ad pedes, qui ministrabãt dominis accũbentibus, meminit Seneca lib. 3 de Beneficijs: Seruus qui cœnãti ad pedes steterat, narrat, quid inter cœnã ebrius dixisset. Idem lib. 11 Epistolarũ scribit, quemadmodũ cœna peracta, reliquię circũstantib. diuidant: sic peracta uita, inquit, aliquid porrigi his, qui totius uitæ ministri fuissent. Suetonius in Galba, circa finẽ: Inter cœnã uerò (inquit) usq; eò abundanti, ut cõgestas super manus reliquias circũferri iuberet, spargiq; ad pedes stantibus. Huc alludens Martialis, hoc carmine sic canit: *Mixto lagenam replet ad pedes uino.*

Porrò ex ueteri pictura, opera magnificorũ Dn. Fuggerorũ reperta, & in opus illorũ Antiquitatis relata, cuiusmodi seruorũ ad pedes ministeriũ extiterit, discũbendiq; ritus facilè apparet. Atq; hi ad pedes serui triclinarchæ Græcis, à triclinio, hoc est mensa uocabant. de quibus mentionẽ facit inscriptio hæc Vetustatis:

THEOPRAEPEN. AVG. LIB. PROC. DOMINI NOSTRI M. AVRELII SEVERI ALEXANDRI PII FELICIS AVG. PROVINCIAE ACHAIAE, ET EPIRI ET THESSALIAE RAT. PVRPVRARVM PROC. AB EPHEMERIDE PROC. À MANDATIS PROC. ET À PRAEDIA

Nutricij serui.

Discrimina omnium seruorum.

Serui ad pedes.

Pictura ministerij ad pedes.

Triclinarchæ serui.

DIA GALLICANA PROC. SALTVS DOMITIANI TRICLINIARCHA A
IN PRAEPOSITVM A FIBLIS PRAEPOSITVS A CRYSTALLINIS HOMINEM INCOMPARABILEM TYSANDER AVG. LIB. OFFICIALIS.

Hic uerò multa seruorũ cognomina atq; ministeria uno ceu fasce recensentur, uidelicet à rationibus purpurarũ, ab ephemeride, & à poculis crystallinijs: quapropter & illam eo libentius hic inscriptionẽ inserui. Sequuntur reliqua discrimina. OBSONATORES serui, qui Græcis Agones & ἀγορασταὶ, nobis Germanis ainkhauffer appellant, obsonijs cõparandis præerant. Erat aũt obsoniũ, quidquid ultra panẽ & uinũ mensæ infertur. Meminit Plautus in Milite: Vel primarium parasitũ, atq; obsonatorẽ optimũ. De hoc genere Marcianus iureconsſ. in l. legatis seruis. suprà, de legatis 3: Cubicularios aũt, inquit, uel obsonatores, uel eos qui piscationibus præpositi essent, nõ uideri negotiationis appellatione cõtineri.

Seruus à crystallinis. *Obsonatores serui.*

STRVCTORES & POCILLATORES serui, qui adhuc hodie cùm in priuatorum, tum pręcipua principũ familia, hospitumq; publicorũ manent, die fürschneyder/die schencken. Meminit Tacitus lib. 13 hist. Aug. Mos habebatur, principũ liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes uesci, in aspectu propinquorũ, propria & parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibus potusq; eius delectus ex ministri gustu explorabatr, ne omitterett institutũ, aut utriusq; morte proderetr scelus, talis dolus repertus est. Alludũt ad huiusmodi seruorũ ministerium, cùm superius adducta Romana inscriptio, ubi pręposiiti à crystallinis nomẽ exprimitur, tum uerò præcipuè ista quæ Romæ eruta sunt Vetustatis exempla.

Structores & pocillatores serui.

In monte Viminali, in quadam uinea:

VOTVM SYLVANO SOLVIT LIBENS MERITO T. F. DIADVMENVS LVRVESIANVS PRAEGVSTATOR AVGVSTI.

Trans Tyberim: B

T. CLAVDIVS ONESYMVS STRVCTOR FECIT IVLIAE POTITAE CONIVGI SVAE ET CLAVDIAE ONESYMAE FILIAE SVAE: VIXIT AN. IIII. MENS. II ET SIBI POSTERISQ. SVIS.

Peniculi serui.

PENICVLI serui erant, qui peniculo, siue penicillo mensam abstergebãt, ac insternebant. Erat namq; peniculũ instrumentũ, ad mundandi usum accõmodatũ, à pene, id est cauda animalis denominatũ, qua similiter ut nunc mensæ abstergebantur: uulgò ain partwisch. Meminit Plautus in Menæchmis, sub persona parasiti: Iuuentus nomen fecit Peniculo ideo mihi, mensam quando detergo. VOCATORES serui erant præcipuè in comitatu & in ministerio Augustorũ, consulum, proconsulum, aliorumq; magnorũ uirorũ, qui uidelicet amicos ad mensam uocarent inuitatos. de quibus Plin. lib. 35: Indignãti Ptolemęo, & uocatores suos ostendenti, ut diceret, à quo eorũ inuitatus esset. Suetonius in Caligula: Compererat prouincialem locupletum, ducenta sestertia numerasse uocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur. Extat & Iureconsultis de his mentio in l. cum seruum. §. finali. Et sic intelliguntur uersus poetarum. Martialis:

Vocatores serui.

Iam dies mihi, uapulet uocator. Catulli in Hendecasyllabis:
Quærunt in triuio uocationes.

Coqui & pistores serui.

COQVI & PISTORES serui à Marcello iureconsulto libro de legatis tertio. §. si ex officio. ff. de legatis, his uerbis referuntur: Si tuus seruus plura artificia sciat, & alij coqui legati fuerint, alij textores, alij lecticarij, ei cedere seruum dicendum est, cui legati etiam sunt, in quo artificio plerunq; uersabantur. Huc pertinet illud Tranquilli in Vitellio: Continuò igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus pistore & coquo, Auentinum & paternam domunculam petijt. Cicero pro Sexto Roscio: Mitto hasce artes uulgares, coquos, pistores, lecticarios.

Et libro

A Et libro nono Epistolarum, ad Pætum: In ea cœna cocus meus, prçter ius feruens nihil potuit imitari. Scitum est illud Ciceronis, quod à Quintiliano libro sexto citatur. Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, corã eo suffragiũ haberet, Ego quoq; (inquit) tibi iure fauebo: alludens scilicet ad coquinariũ ius. Porrò Festus, cocũ & pistorem apud ueteres eundem fuisse scribit, & primis tẽporibus huius artificij homo à macello conducebatur, neq; tamen ille inter seruos mensæ aut domus computabatur. Lege plura apud Iureconsultos, libro X Cod. & de fund. instruct. l. si ita scriptum. & lege 1. ff. quod cuiusq; uniuersi. Huc referenda est inscriptio Romæ reperta talis: ANTIGONVS DRVSI CAESARIS AVIVM FARTOR PRIM. FECIT CONIVGI. Videtur pertinere ad eandem seruorum cõditionem, & quod Ælius Lamprid. in historia Alex. Cæsaris scribit: Nam auiaria instituerat pauonũ, fasianorũ, gallinaceorũ, anatũ, perdicum etiam, hisq; uehementer oblectabatur, maximè palumborũ, quos habuisse ad XX millia dicit. Et ne eorũ pastus grauaret annonam, seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis ac pullicenis ac papionibus alerent. ATRIARII serui, siue atrienses, Iureconsultis dicuntur, qui in atrio seruiebant. Atrium autem fuit ab atro colore nominatum: estq; domus pars tanta, quanta fumo nigrescere potest. Hinc Germanis nobis adhuc domus cum cohorte, Aiter: & decimæ inferiores, ain ayterzehend nominantur. Ad huiusmodi seruos alludit Vergilius hoc carmine: *Atriarij siue atrienses serui.*

Fit strepitus tectis, uocemq; per ampla uolutant Atria.—

Vbi Seruius in Commentarijs: Tangit (inquit) Romanam historiam. nam, ut ait Cato, & in atrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui. Vnde ait Iuuenalis Satyra prima: *—Quis fercula septem Secretò cœnauit auus?—*

Ibi & pecunias habebant Romani. unde qui honoratiores erant, liminum cu-
B stodes adhibebant. Et sic intelligitur illud Maronis de atriario seruo:

—Qui Dardanio Anchisæ Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.

Meminit præterea huiusce seruorum generis & Cicero in Pisonem: Serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes, idem coquus, idem atriensis. Columella libro XII: Tum insistere atriensibus, ut suppellectilem exponant. Notandum uerò est huiusmodi seruos æditvos quoq; appellatos extitisse, quæ postea uox ad ecclesiam translata fuit, eodem significatu ad sacra atria detorso. Et sic intelligitur monumentum quod Romæ legitur: *Aeditui serui.*

IVLIA PROCILLA VIX. ANN. XIX. AMARANTHVS CAECARIS AEDITVVS AB CONCORDIA CONIVGI BENEMERITAE POSVIT.

FORNACARII serui, qui fornacem uel caminum calefaciebant, eisdem itidem Iureconsultis celebrãtur inter seruos, in Digestis. Hinc & fornacula festa, & feriç farris torrendi gratia institutæ. ANTEAMBVLONES, qui in itinere solebant præcurrere dominos, & turbam submouere. Meminit Seneca lib. 13 Epistolarũ: O' quàm cuperem illi occurrere, & aliquem ex his trosulis in uia diuitibus cursores & numidas, & multum ante se pulueris agentem. Suetonius in Vespasiano: Ea demum extudit magis conuicio, quàm precibus uel autoritate, dum eum identidem per contumeliam Anteambulonem patris appellat. CVRSORES serui, Græcis Hemerodromæ, quos adhuc nostra habet ætas: uulgò lackey, Gallico nimirum idiomate, à miliaribus leucis ita nominati. Meminit Suetonius in Nerone: Inter moras prolatas à cursore, Phaethontis codicillos præripuit. Et iterum: Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus armatum, & phalerata amaxicorum turba, & cursorum. Lampridius in Alexandro: Cursorem nunquam nisi seruum suum dicens, ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos, piscatores, fullones, *Fornacarij serui.* *Anteambulones serui.* *Cursores serui.*

fullones & balneatores, non nisi seruos suos habuit: ita ut si quis deesset, emeret. A
Medicus sub eo unus Palatinus salariū accepit. Cæteri omnes, qui usq; ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant. Huc pertinet illud Plauti in Meretrice: Genua hunc cursorem deserunt. Et sic intelligitur illud Martialis 3 Epigram.

Cursorem sexta tibi Ruffe remisimus hora.

Lecticarij serui. LECTICARII serui, qui heros in gestatorijs sellis ferre solebant: quæ & Hexaphora dicebantur, quòd à sex seruis horum quodq; ferretur. Quò alludit Tacitus, cum Galbæ Cæsaris necē describit: Omnes (inquit) diffugerant præter unū centurionē, nomine Sempronium, qui nullo priuatim beneficio à Galba affectus, sed honestati maiestatiq; imperatoriæ opem ferens, solus stetit ante lecticā: sublataq; uoce centuriali, iubebat milites irruentes parcere Imperatori. Et cum diu repugnasset, tandē corruit. Tunc Galba trepidatione lecticariorū proiectus est sella. Sic Tranquillus in Othone: Ac deficientibus lecticarijs, cum descendisset, cursumq; cæpisset, laxato calceo restitit. Sulpitius in Epist. ad Ciceronē, lib. 4 Epistolarū Tullij: Coactus sum in eadē illa lectica, qua ipse delatus erā, meisq; lecticarijs in urbē eum referre. Huc alludit & Cic. ad Q. Fratrē: Eo die cœnaui apud Crassipedem. cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Meminere huius generis seruorum etiam Iureconsulti l. 1. si ex toto: Si ita (scribit) legatū sit, lecticarios octo. Vlpianus de legatis 3. l. item: Legato (inquit) continentur mancipia, puta lecticarij, qui solam matremfamilias portabant. Huc pertinent & istæ Vetustatis inscriptiones, quæ Romæ in æde diui Chrysostomi extant:

OLYMPVS LIVIAE DRVSI CAESARIS LECTICARIVS.

FAVSTVS TI. CLAV. GERMANICI LECTICARIVS.

Capsarij serui. CAPSARII serui, qui & saccularij, libros heri ac supellectilē curabant, & præcipuè qui nobiliū pueros in scholam sequebantur, portantes libros. quorū seruitutē, siue potius ministerium, describit Vlpianus de manumiss. uind. l. si collactaneus. Item de iure immunit. l. quibusdam. Suetonius in Nerone, cap. 36: Constat quosdam cum pædagogis & capsarijs uno prandio pariter necatos. Et sic intelligitur illud Iuuenalis: *Quem sequitur custos angustæ uernula capsæ.* Porrò nec illud B
Capsarij nummulariorum. ignorandū est, capsarios etiam dictos fuisse Romanis, qui erant præpositi capsæ nūmariæ apud argentarios & numularios, & serui deniq; qui uestimēta dominis in balnea deferebāt. quorū meminit Paulus iureconsl. lib. 1. ff. tit. de offic. pręf. uig.
Arcarij serui. Pręterea hi & Arcarij ab arca nominabant, qui nō solùm uestimēta ad balnea portabant, uerumetiā reliqua omnia genera uestimentorū adseruabant. Et de hoc genere seruorum & ista Antiquitatis exempla accipienda sunt, quæ Romæ extant:

EVMOLPVS CAESARIS A SVPPELLECTILE DOMVS AVRIF. ET CLAVDIA PALIAS ET SOLI ET LVNAE DONVM POSVERVNT.

L. RAGONIO L. F. POP. VRMATIO TVSCENIO QVINTIANO DOMINO AD HONOREM TOGAE VIRILIS OFFELIVS.

Ab epistolis serui. AB EPISTOLIS serui, & à libellis, atq; etiam ephemeride, qui à domino cōceptas literas scribebant, ac dies ex ephemeride Nonarū Iduum & Calendarū suppeditabant, aliàs Amanuenses etiam dicti, de quibus partim suprà, cum de tricliniarchis testimonia Antiquitatis adduceremus, dictum est, & meminere insuper hæ Romæ repertæ inscriptiones:

BASSO AVG. LIB. PROX. AB EPISTOLIS GRAECIS PROC. TRACTVS CARTHAGINENSIS FABIA Q. F. PRISCILLA MARITO PIISSIMO.

SECVRITATI COGNATIONIS SVAE FORTVNATVS L. VERNA PATERNVS AB EPISTOLIS ACCENSVS PATRON. DIVO AVG. VESPASIANO LICTOR CVRIAT.

A D. M.

M. AVRELIO AVG. LIBERTO A' LIBELLIS AVG. AD IV-
TORI FABIA AEGENIA CON. B. M. F.

NOMENCLATORES serui, qui nomina ciuium & totius aulæ callebant, & unumquemque nominatim poterant uocare, aliàs quoque fartores dicti, quòd salutatorum nomina ueluti infarcirent petitorum auribus. Cicero lib. 4 Epistolarum ad Atticum: Ad urbem ita ueni, ut nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit. Idem pro Murena: Quid, quòd habes nomenclatorem. Quintilian. lib. 6 Institut. rhet. Afer ingrato litigatori conspectum eius uitanti, in foro per nomenclatorem missum ad eum: Amas me (inquit) quòd te non uidi. Porrò apud Romanos candidati in consequendis suffragijs nomenclatorum opera utebantur, ut scilicet in prensando suffragatores nomina ciuium suggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem seruauerit quæ candidato nomenclatores adesse uetat, ut per seipsum sine nomenclatore nominatim salutaret ciues Romanos. Scribitur & Adrianus Cæsar adeò singulari fuisse memoria præditus, ut nomina singulis suæ nomenclaturæ redderet, & nomenclatores sæpe errantes emendaret. Meminit & Sueton. in Caligula: Misit circum fora & basilicas nomenclatores, ad inuitandos ad libidinem iuuenes. Non uidetur mihi extra rem esse, si apophthegma Scipionis minoris hoc loco recenseam. Appio Claudio, qui Scipioni in ambienda censura competitor erat, iactante se, quòd ipse citra nomenclatorem ciues omnes nominatim citaret, cum Scipio propemodum nosset neminem: Vera narras, inquit Scipio. nam mihi studio fuit, non ut nossem multa, sed ne cuique essem ignotus. Nomenclatorum laus est, quamplurimos nosse. At egregij ducis est, ob egregia in rempub. merita nulli ciuium ignotum esse. Et sic intelligitur inscriptio, quæ Tiburi apud S. Georgium extat: *Nomenclatores serui.*

B D M.

AVRELIAE PRIMITIVAE CONIVGI CARISSIMAE VIVVS FECIT ZOSIMIANVS AVG. LIBERT. NOMENCLATOR A' CENSIBVS SIBI SVISQ. LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM H. M. H. N. S.

EMISSARII serui erant inquisitores, qui rapinas, furta, & diuitum bona quæ poterant proscribi, inuestigabant. Et apud iuuenes qui amasias & equos generosos inquirebant, in usu & loco erant, quos Pedianus conciliatores furtorum appellat. Quorum hodie ministerium apud mercatores manet, præcipuè boum & uini in Austria: uulgò **die vnderkeüfler**. Habent tales & fures hodie, uulgò **die schwären kauffleüt**: & prætores ciuitatum, **die süchhund die vnder dem hütel tragen**. Meminit Tullius v in Verrem: Dubitaturum quenquam existimas, quin illis emissarijs hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? Et rursus: Magni sua putabant interesse, publicè potius quam quiuis magno emi, qui in aliquem istius emissarium incideret. Huc alludit Tranquillus in Galba: Quin etiam populo Romano deposcente, supplicium Haloti & Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissarijs uel maleficentissimos. Lamprid. in Heliogabalo: Romæ, inquit, nil aliud egit, nisi ut emissarios haberet, qui sibi bene nasutos perquirerent. Sic Ammianus Marcellinus: Per emissarios quosdam fallendi perstringendique gnarus, Persarum sciscitabatur consilia. Legitur denique lib. 1 Regum in literis sacris: Ex emissarijs qui circumstabant eum. Ex quibus uerbis colligimus, emissarijs comparari nostræ ætatis, & præcipuè in Austria, homines illos posse, qui politicæ constitutionis gratia conseruandæ, perquirendisque sontibus, pro publicis exploratorib. à magistratu aluntur. *Emissarij serui.* DISPENSATORES serui, qui pecuniam habebant, & eam iussu domini pro necessarijs dispensabant. Vnde extat lex apud Iureconsul. Dispensatorem mereri libertatem, si diligenter tractauerit dominicas rationes. Similiter in titulo de statu libertatis Labeo iureconsul. ut refert Calenus: Dispensator meus, *Dispensatores serui.*

si rationes diligenter tractasse uidebitur, liber esto, suaq; omnia sic habeto. Huc pertinet illud Plinij lib. 33: Seruus Claudij Drusillanus nomine, rotundus dispensator Hispaniæ citerioris, quinquagenariam lancem habuit. Meminit & Cor. Tacitus in Galbæ historia: Corpus dispensator Argius è primoribus seruis humili sepultura in priuatis eius hortis contexit. Simile est illud Suetonij in Augusto, cap. de Seueritate & clementia: Consinium seruum grauissimè de se opinantem, nõ ultra quàm compedibus cohercuit. Diomedem dispensatorem, à quo simul ambulante, incurrente repentè fero apro per metum obiectus est, maluit timiditatis arguere, quàm uexare. Et sic intelligitur inscriptio illa, quæ Romæ extat: A

D. M. S.

CORNELIAE Q. L. PSYCHES SER. MARITVS MARTIALIS
ET SPATALVS Q. CORNELII FLACCI DISP. CON-
IVGI FIDELISSIMAE FECERVNT.

Exactores serui. EXACTORES serui, qui loco dominorũ rebus omnibus operationibusq; interfuere. Quorũ mentionem faciunt inscriptiones uetustatis, quarum altera Veronæ ad Athesim in hostio Xenodochij legitur, & in cõuitij ædificatione, loco dominorum interfuisse cum magistris ac architectis seruos demonstrat: altera uerò Romæ inuenta, apertè exactoris operum liberti mentionem facit.

Romæ:

D. M. S.

M. AVRELIVS AVGG. N. N. LIB. EPAPHRODITVS EXACTOR OPERVM
DOM. N. N. CORVM ET LABERIA FELICI: FECERVNT SIBI ET SVIS.

Veronæ:

MAGISTRI

M. LICINIVS M. F. PVSILLIO SEX. VISPANIVS M. F. B
CLEMENS Q. CASSIVS C. F. NIGER.

MINISTRI

BLANDVS C. AFINI ASCLAE SER. MVRRANVS P. CLODI TVRPIO
NIS SER. AVCTVS M. FABRICI HILARI SER. CONVITIVM REFECE
RVNT TECTVM PARIETES ALEVARVNT VALVAS LIMEN DE SVA
PEÇVNIA LARIBVS DANT. COSSO CORNELIO LENTVLO
L. PISONE AVGVRE COSS.

Calculatores serui. CALCVLATORES serui erant, qui expensa & percepta in rationes referebãt, & quorũ erat à subductione dominis usus. de quo genere intelligendum est exemplũ uetustatis Veronæ in cœmiterio diuæ Ceciliæ repertũ, cum tali inscriptione:

V. F. P. CAECILIVS EMPIRODIVS VIVIR AVG. CALCVLA-
TOR IVSTINAE SALENAE VXORI ET SIBI.

Linteones serui. LINTEONES serui, qui lintea texebant, & qui huiusmodi lauabant. Meminit Plautus in Aulularia: Manulearij aut myrobrecharij, propolæ, linteones, calceodarij. Vlpianus ff. de trib. act. de lintearijs & lintearia negociatione multa scribit. De quib. accipiendũ est & monumentũ illud Coloniolæ prope Veronã repertũ:

L. POSTHVMIVS FACILIS T. KAREIVS VALENS LIN-
TEONES APOLL. D. P. S. D. L. D. P.

Triumphales serui. TRIVMPHALIS seruus dicebatur, qui triumphantis aureum currum sequebatur, in capite coronam ex auro gestans, & in digitis annulum ferreum. Meminere Plinius libro trigesimotertio, Appianus Alexandrinus in Libyco, Plutarchus in Æmilio, & Pollio in Claudio Cæsare: Factus miles barbarus, & colonus ex Gotho: nec ulla fuit regio, quæ Gothum seruum triumphalem quodam seruitio non haberet.

CAPVT

CAP. VI. DE PAGANIS ET VILLIS Romanis, Romanoq; in uulgo idiomate.

A HActenus Romanas ciuitates, municipia ac colonias peruagati, seruorũ etiã genera ac familias explicuimus: superest ut in rus cõcedamus, ac humiliora hominũ cõuenticula distinguamus. quorũ omnino reperio tria genera, uillas, uicos & pagos: ad quorum singula casæ pertinẽt, & tuguriola. VILLA domus erat extra urbẽ ędificata, cũ omnib. ijs ædificijs, quæ nõ pecora solùm armẽtaq; recipere possent, sed etiã omnis generis artifices ac familiã. Hinc Plin. in Epistolis: Villa, inquit, rustica est ea pars uillæ, quã uillicus, colonus, uel uinitor, uel arborator habitandã sibi obtinet, & familiæ uillaticæ atq; instrumẽto omni rustico cõdendo aut cõtinendo. Villa aũt dicta est (ut ait Varro lib.1 de Re rust.) q à uillico in eam cõuehunt fructus, & euehunt cũ ueneunt. Addit idẽ: Villicus agri colẽdi cõstitutus, atq; appellatus à uilla, q ab eo in uillã conuehant fructus, & euehãtur cum ueneũt. à quo rustici etiã nũc quoq; uiam, uehã appellãt propter uecturas, & uellã, nõ uillam, quò uehũt, & unde uehũt. Porrò Columella uillã tripartitò distribuit: partẽ unã urbanã, rusticã alterã, & tertiã fructuariã appellãs. Ex quibus colligimus, uillas extitisse, nõ quales Franci quondã ac maiores nostri apud Germanos appellabãt oppida uillas, quemadmodũ in diplomatib. ueterib. legimus, datũ in Reginesburga uilla, in Mogũtia uilla, &c. Supersunt aũt in Alsatia, & locis Galliæ uicinis, multæ adhuc iustæ ciuitates à uilla cognomẽ retinẽtes, etsi deprauarit longa ætas uocẽ Latinã: Roteuilla, Rapoltiuilla, Egonis uilla, Gebonis uilla, Diues uilla, Ammonis uilla, Ranconis uilla, Vuolphonis uilla, Badeuilla, quæ hodie uulgus hominum appellat Rottweil/Rapoltzweil/Egewiler/Gebwiler/Reichẽwiler/Ameſweil/Ranckweil/Wolffwiler/Badewiler. Verùm, ut apparet, uillæ ueterib. erãt, quæ modò prædia dicũtur & possessiones, hoc est, domũculæ ruri à Villa.

B diuitib. extructę, in quibus familiã ad opera rustica facienda alebãt. Quarũ, ut dictũ est, tres erãt partes ædificiorũ: una, in qua ipsi heri habitare solebãt, pulchrior, ac tabulis etiã adornata, ut Varro tradit, quæ prætoriũ quoq; dicebãt. tales fuerũt nimirũ Ciceronis Tusculana & Academia, Põpeij Firmianum, &c. intelligũturq; de ista parte loca Cic. de Orat. Quin tu igit facis idẽ, inquit Scæuola, quod faceres si in aliquã domũ plenã ornamentorũ, uel in uillã uenisses. Idẽ 2 de Fin. bonorũ: Hominẽ infirmũ in uillã apertã, ac ne rudẽ quidẽ, etiã nũc inuitare nolui. Sueton. in Augusto cap.27: Ampla & operosa prætoria grauabat Augustus, uillas uidelicet quasdã elegantius & sumptuosius extructas. Et in uita Caligulæ: In extructionib. prætoriorũ atq; uillarũ omni posthabita ratione nihil tã efficere cõcupiscebat, q̃ q̃d effici posse rogaret. Hoc significatu nimirũ Horat.1 Sermon. suburbanã uillã dixit. Et huc pertinet illud Ælij Spartiani in Hadriano: Tiburtinã uillã mirificè exædificauit, ita ut in ea & prouinciarũ & locorũ celeberrima nomina inscriberet, ueluti Lycæũ, Academiã, Prytaneũ, Canopũ, Pœcilẽ, Tẽpe uocaret. Et in eo significatu usurpat autorib. subinde Villicari uerbũ. Põponius de ergastulo longè ab urbe uillicari, quò herus rarẽter uenit, nõ uillicari, sed dominari mea est sentẽtia. Et sic intelligũtur illa Comici: Ego nondũ etiã hic uillicabar Phedria. Et iterũ: Hic uillicor ante urbẽ, nũcius eo. Villæ pars prima & elegantior. Villicari.

Cæterùm secũda pars uillę erat, humiliores ac casæ potius q̃ domus, in quibus pecora erãt, armẽta & familia seruiq; habitabãt, qui opera faciebãt rustica. Et de huiusmodi uilla loquit Cic. in Epist. ad Att. lib.8: Ego Arpini uolo esse pridie Cal. deinde circũ uillulas nostras errare. Et lib.12: Villula sordida & ualde pusilla. Varro li.2 de Re rust. cap.9: Villatico uerò gregi in fundũ satis esse duos, & id matrẽ & fœminã. Et de isto genere uel parte uillæ intelligenda sunt loca poetarum. Horatij 2 Serm. *Si uacuum tepido cœpisset uillula tecto.* Martial.1 Epigram. *Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas.* ubi uillicæ, rusticanæ mulieres operãtes ruri intelligũtur. Et ab hac Secunda pars uillæ.

parte uillę uillani dicebanť, oẽs uillæ adſcripti, & coloniari cõditioni addicti. Vnde metaphoricè oẽs nominabanť Villani, quorũ ipſi aut maiores eſſent cõditionis ſeruilis & operariæ, in quos plena dominorũ foret poteſtas, qui modò dicunť coloni. de quib. multa ueteres Francorũ leges Saliquæ referũt, & nũc ſeruos, nũc mancipia uocãt, & domicilia illorũ in uillis, in Huebas & Manſus diuidũt, hodie Hueben vnd lehauſtgũt: quorũ adhuc reliquię apud Sueuos manẽt, die erbaigen leüt, qui recedere à uillis nõ audẽt: & ſi aliò cõceſſerint, uocati à dominis ſe ſiſtere coguntˀ, niſi pecunia ſuas à ſeruitute perſonas redemerint. Et ſic intelligiť lex iſta Saliqua: De colonis & ſeruis eccleſiæ qualiter ſeruiãt, uel qualia tributa reddãt, hoc eſt agrariũ ſecundũ ęſtimationẽ iudicis, peruideat hoc iudex ſecundũ q̃d habet, donec de XXX mod. III donet, & paſcuaria ſoluat, ſecundũ uſum prouincię, ac decenas legitimas, hoc eſt perticã X pedes habentẽ, IIII perticas in trãſuerſo, XL in lõgo, arare, ſeminare, claudere, colligere, & recõdere. Prato appẽſum unũ ſepe circũdare, claudere, ſecare, colligere, attrahere. Ac remiſſè unuſquiſq; accola ad duo modia ſationis excolligere, ſeminare, colligere & recõdere deberet, & uineas plãtare, fodere, propaginare, præcidere, uindemiare. reddãt faſcẽ de lino, de apib. X uaſa, pullos IIII, oua XV reddãt, paraſredos donẽt, aut ipſi uadãt, ubi eis iniunctũ fuerit. angarias cũ carra faciãt uſq; ad L leuas amplius nominenť. Ad caſas dominicas ſtabilire, fenile, granariũ, pedituras rationabiles accipiãt: & quãdo neceſſe fuerit, omnino cõponat. Calcis furnũ ubi propè fuerint ligna, aut petrę, L homines faciãt: ubi lõgè fuerint, C debeãt explere: & ad ciuitatẽ uel ad uillã ubi neceſſe fuerit, ipſam calcẽ trahãt. Serui aũt eccleſiæ ſecundũ poſſeſſionẽ ſuã reddant tributa, opera uerò dies tres in hebdomada, quatuor ſibi faciãt: in dominica uerò nõ operenť. Si uerò dominus eorũ dederit eis boues, aut alias res quas habẽt, tantũ ſeruiãt, quantũ eis per poſſibilitatẽ impoſitũ fuerit: tamẽ neminẽ iniuſtè opprimas. Sequiť tertia pars uillæ fructuaria, hoc eſt, ubi fructus fundorũ ac reditus decimæq; reponunť, ut adhuc hodie in pagis ac uillis nobiles habẽt. Et in hac ſignificatione accipiť à Cic. lib. 14 Epiſt. ad Att. Cum Piliæ noſtræ uillã ad Lucrinũ, uillicosq; procuratores tradidiſsẽ. Plin. lib. 18: Modus hic probať, ut neq; fundus uillã quęrat, neq; uilla fundũ. Sic Columella li. 7 Rei ruſticę, uillã accipit. & lib. 12 ita ſcribẽs: Nec tamẽ inſtituẽdo uillicã, domeſticarũ rerũ uillico remittimus curã, ſed tantummodo laborẽ eius, adiutrice data leuamus. Huc facit illud Plinij lib. 23: Aiũt, ſi quis uillã ea tinxerit, fugere accipitres, tutasq; fieri uillaticas alites. Cęterùm ad hãc pertinẽt fundi. diciť aũt fundus (authorib. Feſto & Varrone) omnis ager ad ædificia uillę colonorũ pertinẽs, ſiue ſit uinea, ſiue aruum, ſiue deniq; nemus. Fundi nãq; appellatione (ut inquit Florẽtinus iureconſ.) omne ædificiũ, & omnis ager cõtineť. Sed in uſu, urbana ædificia, ædes ruſticæ, uillę dicunť. Locus uerò ſine ædificio in urbe area, rure aũt ager appellať: idemq; ager cũ ædificio fundus diciť, uulgò ain bawrnheüßl mit grund vnd acker. Ex quibus omnib. apparet, nõ extra rẽ feciſſe maiores noſtros, ac ueteres illos Francos, unde primordia Rex auguſtiſſime ducis, ſi iuſtos pagos, imò oppida atq; ciuitates, uillas nominarũt. In his enim tres illæ partes, ut adhuc hodie uiſunť, fuerãt. Caſtrũ in primis, ſiue arx Comitis, aut domini habitãtis, primã partẽ uillæ, hoc eſt prętoriũ per omnia refert. Caſę deinde colonorũ, locũ ſecundę partis obtinẽt: quib. accedũt horrea ac pecuaria, hodie Kaſten/Meyerhoff, quæ tertiã nobis ad unguẽ uillæ partẽ repræſentãt. Teſtanť Romanã originẽ uoces adhuc gẽtilicię. à neceſſitate nãq; & uſu, ſecundã uillę partẽ nuncupamus ain Dorff: à prætorio uerò & domini habitatione, primã cum ſecunda ain Meyerhoff. quippe Mayr Germanis ueterib. dominus erat, quo etiã uocabulo duces ac reges cognominabanť, ut apud Marcellinũ Chondomarius & Vadomarias, qui à Rauracis uſq; ad Nemetas ac Vangiones agros ſecus Rhenũ habebãt. Corrupta ſunt nomina Teutonica ab homine Grȩco, der Sundmayer/der Badenmayer, ubi eſt hodie Sundgouia & Badenſis

Coloni & ſerui Francorum. *Lex Francorũ de colonis ſeruis.* *Iſta adhuc ſeruitus colonis etiam penè liberis manet, uulgo Robaten uocant.* *Tertia pars uillæ.* *Fundus uilla.* *Francorum uilla.*

A &Badensis Marchia. Sic Iordnandes tres Gothorũ reges describẽs,& quemadmodũ illi,pulsis Athilę filijs Pãnonias inter se sint partiti,Balamyro saltuosa ad Sauum loca, Vuidimyro campestria,& Theodemyro Norici alpestria adsignat:quibus nõ ꝓpriæ regũ,sed à tractu terræ possessę inditę uoces erãt, der Waldmeyer/der Weydmeyer/der Dietmeyer. Manet adhuc uetus nomen Belgis, apud q̃s pręsides ciuitatũ uulgari lingua Mayr nominanť. Et hactenus de uilla. Sequiť VICVS, qui ut rectè explicat Althamerus super Tacitum, significat uillarũ, id est domorũ rusticanorũ congeriẽ absq; mœnibus: pagus uerò, uicorũ societatẽ, ditionẽ seu agrũ, qui multis uicis constat. Est aũt duplex. Vicus alter urbanus, quæ aliàs platea, à latitudine nominatur. diuiditur enim urbs quæuis in multos uicos, tanq; membra inferiora. Vnde est illud Horatij primo Serm. *Purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum.* Ac ita etiam Ouidius 6 Fastorũ, scelerati uidetur, Romani uidelicet uici, meminisse. Et sic uicatim, per uarios uicos: & uicini, qui in eodem uico habitãt, authoribus Latinæ linquæ appellanť. Quale est illud Horatij in Epodis: Vos turba uicatim hinc & hinc saxis petẽs. Alter uerò uicus ruri est, siue rusticus, qui aliàs pagi dicunť, hoc est, uillæ sine prætorijs: hoc est, plures casæ rusticanæ cõiunctæ. Et in hac significatione accipitur à Cic. in Epist. ad Terent. lib. 14: Quod ad me, mea Terẽtia, scribis te uicũ uenditurã, quid obsecro te (me miserũ) quid futurũ est? Hinc Vicani uocanť, qui aliàs uillani ac rustici hodie, qui ruri habitãt in uicis. Cic. 1. de Diuinat. Nõ habeo deniq; nauci Marsum augurẽ, nõ uicanos aruspices, nõ de circo astrologos. Idem pro Flacco: Timolites ille uicanus. Sic Liuius lib. 8 Macedonici belli: Vicani (ait) quiq; ibi exules habitabãt. Huc pertinet illud Plinij lib. 6 Nat. historiæ: Mesopotamia tota Assyriorũ fuit, uicatim dispersa, præter Babyloniã & Ninũ. Eiusmodi & illud Ciceronis est pro Sestio: Cõscribere homines uicatim. Et hæc de uico. Sequiť PAGVS, qui duplex Romanis distinguebať: alter quidẽ ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte, Greca origine, uicus rusticanus dicebať, hoc est domus aliquot rusticæ, quæ ab uno fonte aquã hauriũt: quemadmodũ adhuc hodie in uicis rusticanis, unus talis puteus in medio areæ cerniť. Vnde trabe oblongo, pondere quodã in hoc apposito, aquã petunt uillani. & sic accipiť à Liuio 1 belli Macedonici: Templa deûm, quę pagatim sacrata habebant, dirui atq; incendi iussit. alter uerò pagus, siue in altero significatu, tractus erat, siue districtus unius ditionis, quondã à Germanis Marca nominata, & hodie ab Heluetijs die Orter. Et sic intelligenda sunt loca Cæsaris 1 Commẽt. Gallici belli, ubi scribit totã Heluetiam in quatuor pagos esse diuisam. Et iterũ: Treuiri aũt nunciabãt, pagos centũ Sueuorũ ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. Huc alludit Tacitus, scribẽs in lib. de Morib. Germanorũ: Eliguntur in eisdem cõcilijs & principes, qui iura per pagos uicosq; reddunt. Vbi in Commẽtarijs eleganter & uerè scribit Althaymerus: Dicitur pagus (ait) ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est fonte, quòd pagi circa fontiũ riuos collocarenť. Minimè aũt credibile est, Sueuiã, latissimã Germaniæ orã, tantum centũ uicos habuisse, cum nullas etiam urbes habitauerint, nec iunctas sedes inter se passi fuerint, sed discreti ac diuersi, ut fons, ut campus, ut nemus, ut fluuius placuit, coluerint: nec uicos habitarint ad Romanũ morẽ cõnexis & cohærentibus ædificijs, sed suam quisq; domũ spacio circumdederint, siue aduersus casus ignis remediũ, siue inscitia ædificandi. Nimirũ distabant à se inuicẽ uillæ, quemadmodũ plerisq; locis etiamnũ cerniť. Præterea quomodo ex uno uico potuissent mille homines ad bellũ educi? Satis ergo indicat Cæsar, pagũ significare hominũ multitudinẽ, societatem ac ciuitatẽ: & paganos esse, fontiũ aut fluuiorũ accolas, qui unũ tenent tractũ & districtũ. hęc ille. Atq; hinc nimirũ, hoc est à Romanis, consuetudo illa ad Francos defluxit, qui passim in literis ac diplomatibus totos terrarũ tractus atq; regiones, ubi postea Imperatores Alemannici ducatus, Landgrauiatus,

Vicus duplex.

Pagus duplex.

B

Pagi significatum pro regione & terræ tractu.

Pagi Sueuorum.

Pagi Francorum.

uiatus, Marchgrauiatus, Burgrauiatusq́ꝫ, inaugurarunt, pagos nuncupant. ut pagũ Alsatiæ, pagũ Nordgouiæ, pagum Brisgouiæ, pagũ Alpgouiæ, pagum Belgicũ, pagum Ringouiæ, pagũ Churwalacha, pagum Trungouiæ, pagũ Charantanũ, & pagum Ostenriche, ubi est hodie archiducatus Austriæ. Sed placet rem, quãdo cum primis ad explicandam antiquitatẽ pertinet, prolixius prosequi, exẽplis quibusdam diplomatum ueterũ in medium adductis. Extat diploma in monasterio prope Selestadiũ, in peninsula Rheni Ebershaymminster nomine, de pago Alsatico, in hæc uerba, longè antiquissimum, & ante annos mille datũ, uel circa, à Theoderico rege Francorũ: In Christi nomine Theodericus rex Francorũ, uir illustris, Attico duci, & Adelberto comiti, cæterisq́ꝫ fisci nostri exactoribus. Illud nobis ad æternã retributionẽ credimus in Dei nomine proficere, si petitionẽ hominũ religiosorũ ad effectum perducimus, uel pro Christi amore cum omni protectione solidamus. Atque ideo cognoscat magnitudo seu utilitas uestra, uenerabilem uirũ patrẽ nostrũ, dominũ Erhardum abbatẽ, missum suum, Ratibertũ monachũ, serenitati nostræ suggessisse de hominibus ingenuis, qui in Mundiburde, monasterij Nouientensis, quod in pago Alsatico, in honore peculiaris patroni nostri S. Mauritij, sociorũq́ꝫ eius cõstructũ, &c. Sic de pago Belgico, ubi nimirũ hodie est Brabãtia, Geldria, & Luzenburgensis Leodiensisq́ꝫ ditiones, Sigebertus rex Francorũ ita scriptum reliquit: In Dei nomine, Sigebertus rex Francorũ, uir illustris: Singulariter & per cuncta fœliciter ad mercedis nostrę credimus augmentũ pertinere, si larga munera summo Deo omnipotenti deuota mente offerre nõ dubitamus. Quia tunc regia potestas suũ cultũ corroborare uidet̃, quando ex propria uoluntate cõpendia seruorũ Dei destinare non dubitat. Ideoq́ꝫ sub deuotione animæ nostræ, cum consilio magnificorũ episcoporũ, & aliorũ illustrium uirorũ, ex nostræ largitatis munere, monasteriũ regulare, iuxta patrũ conditionẽ in pago Belgico construximus, & ibidẽ Christo auspice Renaclum abbatẽ constituimus. Eadem ratione pagi Nordgouiæ mentio fit in diplomate S. Emeriani, apud Ratisponã cœnobij, alludente uidelicet ad tractũ terræ supra Ratisponã, qui adhuc Nordgouia nuncupat̃: In nomine sanctæ & indiuiduę trinitatis, Carolomãnus Dei gratia rex: Si pro Dei nutu, & pro mercede æternæ retributionis, fidelibus quibuscũq́ꝫ nostris quasdam res proprietatis nostræ donamus, nõ solùm regium morẽ decẽter implemus, uerùm & æternæ beatitudinis pręmium nos promereri liquidò credimus. Idcirco notũ sit omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesijs, nostrisq́ꝫ præsentibus scilicet & futuris, quomodo quidam fidelis & dilectus presbyter noster, nomine Iob, culmẽ serenitatis nostræ adijt, deprecãs ut ei quasdã res nostræ proprietatis in pago Nordgouię in propriũ donaremus: & quæ sequũtur. Sic legitur de pago Alpgouię diploma in scrinijs monasterij S. Blasij, quod est in Nigra sylua, quod ab Henrico III est confirmatũ. Nã pręmisso prooemio, sequit̃: Qualiter nos ob interuentũ & petitionẽ dilectę cõtoralis nostrę imperatricis Agnetis, necnõ fideliũ meorũ Eberhardi Berchtholdiq́ꝫ comitũ, cuidã fideli nostro Meginrodo, unũ regalẽ mansum, in uilla Waldkirchen, in pago Alpgouiæ, in comitatu Berchtholdi comitis sitũ, cũ omnib. suis pertinẽtijs, hoc est utriusq́ꝫ sexus mãcipijs, terris cultis & incultis, areis & ædificijs, &c. Eadẽ ratione eiusdẽ Cæsaris diploma datũ Curiensi episcopatui, pagũ Churwalacha citare solet, eam nimirũ regionẽ insinuãs, quę & hodie Curwalchẽ nuncupat̃: In nomine sanctæ & indiuiduę trinitatis, Henricus diuina fauẽte clemẽtia rex: Si dignis petitionib. fideliũ nostrorũ benignũ auditũ adhibere studuerimus, apud Deũ & homines condignam remunerationẽ habere nõ dubitamus. Quapropter omniũ Dei nostriq́ꝫ fideliũ, pręsentiũ scilicet & futurorũ nouerit industria, qualiter fidelis noster Vdalricus comes, pietatis nostræ clementiã adiens, humiliter rogauit, ut monasteriũ q̃d Skeynynes dicit̃, à parẽtibus, & à se

Pagus Alsaticus. *Diplomata regum Francorũ de pagis magnis.* *Pagus Belgicus.* *Pagus Nordgouiensis.* *Pagus Alpgouiæ.* *Pagus Curwalcha.*

A & à se fundotenus constructũ, in honore quoq; S. Sebastiani martyris dedicatũ, sitũ in pago Churwalacha, in comitatu Eberhardi comitis, & sãctas moniales inibi Deo sub canonica regula seruiẽtes in nostrũ Mundiburdiũ & tuitionẽ defensionẽq; acciperemus. Repertũ est & ab eodẽ Augusto emanatũ priuilegiũ quoddã, super præpositura quadã, quæ iã nulla est, in Haymburgo Austriæ nostræ ciuitate nominatissima, in quo Austria pagus Osterriche uocat: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Henricus diuina fauẽte clemẽtia Rom. Imp. Augustus: Scimus, & perfectè cognoscimus, sublimationẽ ecclesiarũ profectũ parere animarũ. Quia dũ terrenis cœlestia, tẽporalibus sempiterna cõparamus, cœlestẽ ac sempiternã requiẽ animabus nostris præparamus. Vnde nouerint oẽs Christi nostriq; fideles, tam futuri q̃ præsentes, qualiter illa spe inducti, donauimus pro remedio animæ nostræ, dilectæq; cõiugis nostræ Agnetis, nostræq; prolis & parentũ nostrorũ, pro pace & stabilitate regni, decimũ mansum, rectamq; fructuũ decimati totius regionis in finib. Hungarorũ gladio ab hostib. acquisitæ, in pago Osteriche, ad altare S. Mariæ in Heymenburc, &c. Huc pertinet q̃d de pago Charẽtano inuenimus in priuilegio quodã ab Ottone Cæsare, S. Lãberti in Charinthia notissimo cœnobio cõcesso, in hæc uerba: Otto diuina fauẽte clemẽtia Imp. Augustus: Si aliquid de nostræ magnitudinis Imperiali munificẽtia, Dei ecclesijs emolumẽti pro stabilitate earũ conferimus, procul dubio id in mercede propria habemus. Quapropter omniũ fideliũ nostrorũ animaduertat industria, tã præsentiũ q̃ futurorũ, qualiter nobis interuẽtu & admonitione Ottonis Charentanorũ ducis, quoddã nostræ proprietatis, spaciũ capiens ex omni parte in lõgitudine siue in latitudine iugera tria in pago Charẽtano, cũ dimidia parte ligni mõtis illius in latere positi, cũ decẽ iugerib. pratorũ iuxta flumẽ Glana iacentiũ: &c. quæ sequunt. Extãt deniq; literæ in cœnobio superioris Austriæ, irriguæ

Pagus Osterriche.

Pagus Charentanus.

B flumine Druna, quod uulgus Chrembsminster appellãt, in quibus Trungew terræ mẽtio fit, in hãc sentẽtiam ut sequit: Carolus Dei gratia rex Francorũ & Longobardorũ, patricius Romanorũ: Si petitionib. sacerdotũ uel seruorũ Dei, in quo nostris aurib. sunt perlata, libẽter obaudimus, & eas in Dei nomine ad effectũ perducimus, regiã consuetudinẽ exercemus, & hoc nobis ad mercedẽ uel stabilitatẽ regni nostri pertinere confidimus. Igit notũ sit omnib. fidelibus, & præsentibus & futuris, qualiter uir uenerabilis Vater abbas clemẽtiæ regiæ nostræ suggessit, eo q̃ Tassilo, dudũ Boiariorũ dux, monasteriũ in honore sancti Saluatoris infra Waldo, loco qui dicit Chrempsa, in pago nũcupato Trungaw, nouo opere cõstruere fecisset. Sic deniq; de pago Ringouiæ, in diplomate quodã S. Galli apud Heluetios legunt, in cõtractu quodã facto, hæc uerba: Notũ sit omnibus, præsentib. scilicet & futuris, q̃ nos fratres de monasterio S. Galli, in pago Rindgowe, de iustis & publicis traditionib. atq; legitimis curtilib. talẽ usum habemus, &c. Et hactenus de pago. nũc ad paganos nostra cõuertet oratio, cuius uocis quadruplex in historijs significatũ reperio. Primò nãq; rustici ac oẽs uillani, paganorũ uocabulo ueniebãt. Vnde describit paganalia, festa rusticorũ, Ouidius in fastis, & paganicos focos Cic. pro Domo sua: Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani. Martialis libro 14 Epigram.

Pagus Trungew.

Pagus Ringouiæ.

Pagani quadruplices.

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma, &c. Secundò pagani, qui Romæ in regionib. habitabãt, hoc est uicis, nominabant. Vnde Dionysius in 4 Antiquitatũ scribit, Romam fuisse diuisam in quatuor tribus, quos pagos uocabãt, & in quibus habitantes pagani, ad nullam aliã habitationẽ transferri poterãt. Tertiò, & quidẽ magis usitata uoce, oẽs qui nõ erãt milites, pagani nuncupabant. Et sic accipit Sueton. in Augusto, cap. de gestis per eum in officijs: Nam & Pinarium equitẽ Romanũ, cui concionanti se admissa turba paganorũ apud milites subscribere quidam animaduertisset, curiosum & speculatorẽ ratus, coràm confodi imperauit. Et in uita Galbæ: Atq;

Pagani omnes qui non erant milites.

in forum usque processit, ibi equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum A dimota paganorum turba equos adegisset. Herodianus lib. 2: Is multos è militibus suis sparsim dimiserat, qui clàm Romā proficiscerētur. Quare alij alijs itineribus, no ctu ingressi urbē, proiectis armis habitu paganorū operiebant. Hoc significato utūtur ubique paganorū uocabulo Iureconsulti. Marcellus ff. de pœnis: Quædam delicta pagano aut nullam aut leuiorē pœnā irrogāt, militi uerò grauiorē. Scęuola ad legem Falcidiam: Miles, si dum paganus erat, fecerit testamentū, militiæ tempore codicillos, Lex Falcidia in codicillis locū non habet, in testamētis locū habebit. Similiter Vlpianus tit. de Militari testamēto: Rescriptū à diuo Pio, in eo quod cum esset paganus, facere testamentū militare cœpit, quemadmodū plerique pagani solent, cum testamentū faciunt, perscriptū adijcere uelle. Itē titulo de irrito facto testamēto: Si paganus qui habebat iam factū testamentū, aliud fecisset, & in eo cōprehendisset fidei hæred. cōmittere, prius testamentū ruptū est. Huc pertinet quod Paulus iureconsf. scribit: Fecit testamentū exemplo eius quo paganus fecit, deinde militare cœpit. Idē de liberis & posthumis: Filiusfamiliâs similiter ut paganus nominatim à patre hæres scribi debet. Sic Tertullius, cum ait: Omni modò posthumus rumpet illius testamentum, sed siquidem pagano iam illo facto natus sit. Hinc Iuuenalis:

—Citius falsum producere testem Contra paganum possis.— Et Persius:

—Ipse semipaganus Ad sacra uatum carmen affero nostrum. Ab hoc igitur paganorū significatu, posteaque Christiani esse in Romana repub. cœperunt, nobilem ipsi militiā ac pro Christi confessione constantē adsumentes, cæteros omnes qui ab hac religione alieni forēt, elegāti metaphora Paganos nominarūt. Quo nomine subinde gentiles, ac à Christi confessione alieni, uetustis authoribus, Tertulliano, Cypriano, Augustino, Hieronymo, Irenæo, ac cæteris id genus in primitiua ecclesia scribētibus cognominant. Et hactenus quidē de paganis utraque Ro. in repub. cùm gētili, B tum Christiana. Reliquū est, ut quæ huius sunt loci, adijciant. Proastyni homines dicunt Ireconsf. in Authent. de fideicōmiss. qui in suburbanis habitāt. Mediastini, ab asty, id est urbe uocati sunt, qui in medio atque adeò umbilico ciuitatis colebant, obsequijs optimi cuiusque obnoxij. Et sic accipiendum est illud Satyrici carmen:

Ad summam, non Maurus erat, non Sarmata, non Thrax
Qui sumpsit pennas, medijs sed natus Athenis.

Pagani apud Christianos.

Lingua Romana ruri qualis olim.

Ac iam summā eram huic sectioni manū impositurus, cum monere me locus uidetur, ut qualis ruri florentibus Romanorū rebus lingua Latina extiterit, an tersa scilicet, & cum uera casuum cōiugationumque inclinatione, ut ea authores utuntur, an potius ut hodie Itali utuntur in ciuitatibus deprauata ac semibarbara, declarem. Ad quam quæstionē elucidandam, placet duo ex authoribus loca in testimoniū adferre, quæ declarāt, corruptā parum & olim fuisse, etsi nō adeò ut hodie est, id quod etiam ex inscriptionibus antiquorū monumentorū colligi potest. Scribit enim Apuleius lib. 9 Aurei asini: Interrogauit (inquit) miles dominū meū, quorsum uacuū duceret asinū. At dominus meus Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat: quapropter cum à milite deturbatus esset hortulanus, supplicuè respondi: Vbi (inquit) ducis asinum istum? respondit hortulanus, petere se proximā ciuitatem. Quibus ex uerbis animaduertitur, elegantiorem illum sermonem, qualis erat, Quò ducis asinum uacuum, Latinum fuisse, & regulis adstrictum, in usu doctorū solummodò, ab hortulano nō intellectum. qui etiam cum deberet Supplico respondere, supplicuè respondit. Sic Procopius libro secundo Persici belli, stratum refert apud Romanos uiam significare, id quod in adstricta & tersa lingua nō reperitur. Suetonius in Caligula, batuere pro pulsare uoce barbara utit, qua & hodie in lingua Romana corrupta Itali utunt: Mirmillionē (scribit) rudibus secū batuentē. Et iterū alio loco:

Saltator

A Saltator batuebat pugnatorijs armis. Huc pertinet apud Iureconsultos, Triphonij responsum: Quin decreta (inquit) à prętorib. Latinè interponi debēt. quasi diceret, potuisse & uulgariter in lingua libera & deprauata decreta illa interponi. Hic nihil de Vualachis dico, qui in Transyluania habitant, ac Romanorū se esse reliquias non modò constanti adsertione affirmant, sed ipsum insuper sermone gentilitio testantur. Vbi enim quis in huius generis hominem incidit Germanus uel Hungarus, his mox eum uerbis conuenit Vualachus: Stis Romanè? hoc est, scis Romanè. ita similiter ijdem, ut de armatura uestituq; Romano ueteri, quibus etiamnum utuntur, taceam, Suffla proferunt: cum, ut ignem excitet, quempiam hortantur.

SECVNDA SECTIO, DE COLONIIS, MVNICIPIIS, ET MANSIONIBVS PANNONIAE INFERIORIS SIVE SECVNDAE, ubi pars regni Hungariæ posita cernitur, hodie penè tota Turcarum tyrannide pressa, & sub grauissima seruitute constituta.

CAP. I. DE QVIBVS COLONIIS MVNICIPIISQVE, & quarum prouinciarum limitumq; hoc libro Author Operis tractaturus sit, catalogum hocce capite præmittens municipiorum & coloniarum limitis Rhœtici, limitis Gallici siue Rheni, & limitis Macedonici, siue Illyrici orientalis.



XPLICATIS nominibus, ac cōsuetudine demonstrata, quā Rom. pop. in colendis municipijs ac colonijs, uillis quoq;, pagis ac uicis, tū habuerat, dum rerū in orbe potiret: rationi consonū, imò ad rationē suscepti Operis omnino pertinere uidet, si ad species magis descendētes, illas etiam oēs sub numerū atq; examē uocemus: quot B colonias, quæ ue municipia (nā uillas ac pagos enumerare, ut non possumus, ita nec cōsultū uidet) in singulis limitib. ac prętorijs singulis subiecta, dominator populus habuerit: quibus illæ nominib. singulæ appellatę fuerint, quando cœperint, & quando desierint. Et quæ desierūt, ubi rudera ac reliquię illorū uisant: opus mehercule infiniti laboris, & quod uel solum ingens postularet uolumē. Nos quoq; in ipsa uia suscepta deterriti, quantū eius infestū iā Turcica seruitute, oppressos limites oriētis, Libycū ac Illyrici orientalis, siue Macedoniæ, relinquētes, ad Istri præcipuè limitē siue Illyricū occidentale, q̄d Danubio Italiæq; alpibus includit (ut primo est libro ostensum) peragrandū accingimur, uel eo pręcipuè nomine hoc nobis libro depictū, q intra eius tractū, tuæ, Rex inuictissime, prouinciæ illæ sitæ sunt, quas Austriæ inferioris appellāt, cum regno Hūgariæ, in quo adserendo à Turcarū immani iugo labores omnes ac pericula adis. Sunt illæ deniq; nobis melius cognitæ, ac nō magis coloribus q̄ oculis perlustratæ: tum à nemine sub incudē uocatæ, ac ne adūbratæ quidē. Quare huic operæ paulo diligētius, ac prolixius etiā adhærentes atq; immorātes, memores interim tamē aliarum, quæ T.M. subiectæ sunt, apud Rhœtos & Sequanos, Heluetiosq; prouinciarū: simul q ad alios limites transire ordinis nos ratio cōpellit, anteq; longā illam uiam ingrediamur, tanq; ex diuerticulo illos, Rhœticū scilicet limitē, Sequanos, Rhenensemq; diœcesim, siue Gallicū limitē Lectori uel adumbrabimus solū: quòd in ipso cōmodissimè cursu nostro, ne nimiū desudaremus defatigati, simul ne Opus in immensum excrescat, oneris magna nos parte lōgè doctissimi & in historijs uersatissimi uiri liberasse uident, IOANNES AVENTINVS, qui Vindelicos suos, EGIDIVS TSVDIVS, qui Rhœtos ac Heluetios suos, & BEATVS RHENANVS, qui Maximam Sequanorum, & unde nomen merito ac fato quodam sortitus est, Rheni fluminis ripas, ita colonijs antiquis municipijsq; & mansionibus, montibus quoq;, populis ac fluuijs, uiuis quod aiunt coloribus depinxerunt, atque ex diu occultata uetustate uiuis pariter imaginibus repræsentarunt,

sentarũt,ut nõ solùm Aethiopẽ lauare uiderer,si inubratis locis in supradictis limitib.lineamẽta adderemus:uerùm adeò ingẽs cõmittere piaculũ,si alienos nobis labores uindicaremus,uiderer,ac instar cornicis illius Æsopicę,malè structus pauo mẽtitis pẽnis incederẽ.Eapropter,ut diximus,in umbris locorũ manẽtes,catalogũ modò coloniarũ ac municipiorũ,limitũ eorũ, Rhœtici inq́, Gallici ac prætorij Illyrici oriẽtalis(q̃d Macedoniæ ac Dacię prouincias cõplectebat̃) ex authoritate illorũ scilicet pictorũ suorũ recensebimus,ut in calce Operis nihil decessisse instituto nostro uideat̃. Qui,posteaq́ limites nobilis huius reip.cũctos,prętoria,magistratus ac munia,ministeriaq́ cùm prouinciarũ tũ ciuitatũ,militiã Romanã præterea, ita ut erat, modis omnib.instructã,legiones ac cohortes oẽs,equitũ alas atq́ prefectos,classes, ac rem naualẽ uniuersam, signa adhæc militiæ,ac uexilla,dracones, aquilasq́, uestimẽta,arma,ornamẽta ac decora togatæ pacis,donatiuaq́ militię armatę,quibus ad uirtutẽ & pręclarè gesta domi ciues & foris milites excitabant̃,ludos deniq́ ac sacra omnia Quiritiũ,& qui illorũ iuri subiecti fuerãt populorũ ac prouinciarũ,undecim libris,pleno Copiæ cornu deprõpserimus: iã in portu ipso,ad quẽ præcipuè appellere instituimus, si desides, ac intẽpestiuè fatigati, in terrã exponere q̃d reliquũ est, uetustatis sacrosanctæ florũ atq́ odoramentorũ negligeremus, meritò nõ abs te solùm Rex Inclyte,cuius ciuitates longè pulcherrimas atq́ opulẽtas,quas maiores tui ex ruinis Romanis extruxerũt,præteriremus,uerùm à lectore magis accusandi essemus:cui per aluearia omnia æternæ reip.illius ducto,fauos nõ etiã repositos iã, hoc est maiestatẽ diuinã illã,fœlicitatẽq́ in tot moderãdis colonijs suæ gentis, ac in municipijs,administrãdiq́ ex uno loco nõ laborẽ magis q̃ ordinẽ demõstraremus.Igit̃ à Gallico limite exorsi,ea parte ubi Bataui colũt,ac Sicambrorũ siue Cimbrorũ reliquiæ,ut ea explicuit Rhenanus noster,Romanarũ uestigia ciuitatũ recẽsebimus, catalogo ex historiæ lectione nihil addẽtes. Grynnes,cuius Tacitus meminit lib.21.hodie Gronynga Frisiæ,à Cugernis, Gorkiũ ibidẽ. Est ibi & Vahalis, de quo Tacitus cùm prædicto loco, tum uerò de morib.Germanorũ mentionẽ facit, hodie unũ ex ostijs Rheni,gẽtilicia Batauorũ lingua,Romano uidelicet nomine deprauato,Wal. Aranatiũ Holandiæ,nũc Arnẽ,ubi quondã legio X Alauda locata fuerat. Ascibur gũ,ab Vlysse conditũ,modò Cleuiæ oppidũ,Emericũ nomine. Infrà est Calone,hodie Cleuiũ,per syncopẽ sic barbaris pronũciatũ:cuius comites postea ducis titulum acceperũt,quẽ hodieq́ tenẽt. Inde procedendo in meridiẽ ad ripã Rheni, occurrũt rudera alæ Burũcæ,in Berghẽ municipio,& ipso ducali titulo insigni. Ad latus uerò,& in cęteris Rheni ostijs,est Traiectũ,hodie Vtrichũ,Holandię episcopale:Burtinaciũ,legionis sextæ statiua,Buren hodie,comitatus titulo celebre.Hinc rursus orientẽ contra, & in Vuestphalia, est Aliso, ad Luppiã flu.ubi Germanicus quondã Romanorũ copias post cladem Varianã obsederat,Tacito authore,hodie Ales. Sequunt̃ ad ripas Rheni Vetera castra,hodie Caster,Cliuiæ: Nouesiũ,modò Imperialis ciuitas,Nys nomine.Ad latus sunt in Belgis,Gelduba,legiõis V statiua,Geldern, unde ducatui nomẽ: Venenensiũ,hodie Venlo,ad Rormundã: Iuliacũ,cuius meminit Marcellinus,Iulich modò,ducatus titulo famigeratũ: Marcodurũ,Duren, ante paucos annos à Cæsare Carolo V expugnatũ,alibi etiã Durnomagus Antonino appellatũ,VII legionis castris celebratũ. Et iterũ ripã Rheni legẽdo,occurrit Colonia Agrippina,quondam Vbiorũ ciuitas, modò Colonia. è cuius regione est Diuitensium municipium,hodie Duicium, monasterio insigni cognitum. Ab eo loco ripæ Rheni adiacent Bonna,ueteri adhuc nomine Rigomagus, hodie Rhynmegẽ. Tolbiacũ à ripa abest, Ermenfridi Turingorũ regis cæde celebratũ. Post quod in agro Treuerensi sunt, uicus Belgicus, Ego regio & Rigodolus uallis : quæ nostra ætate nominant̃,Belgern/Egen/Aiffel. Tacitus uocẽ Germanicam malè pronũcians,pro Rhyntal Rigodolus dixit. Sed dimissis mediterraneis,reuertamur iterum ad Rheni ripam:

Catalogus Romanarum ciuitatum in limite Gallico ad ripas Rheni.

A

B

A ni ripã:in qua ordine Moguntiacũ usq; uisunt Tacito, Antonino, & authori præfecturarũ Rom.cõmemorata : Confluẽtes, Coblentz: Antennacũ, Andernach: Bodobriga, Popparten: Melibocus Cattorũ, Katzenellenbogẽ: Colonia Traiana, ubi legionis tricesimæ Vlpiæ fuerãt statiua, uino nostra ætate generoso cognitus pagus, & ueteri appellatiõe deprauata Trechshusen nũcupatus, hoc est Traiani domus: Bingiũ, ubi Nauæ fluuij in Rhenũ ostiũ est, utrũq; Tacito descriptũ. manẽt uetera uocabula corrupta, Bingen/Naa. Nouiomagus, hodie Ingelhaym, antiquũ Germanicorũ Augustorũ palatiũ: ubi eregionẽ Plinij sunt Rinucij, præstantissimũ uinũ excolẽtes, die Rhingawer. Absoluto itinere Mogũtiacũ, quod hodie archiepiscopij cathedra insignitũ, Mentziã uernacula lingua uocamus : deinceps Rheni ripæ insistẽtes, ad Sequanos maturabimus, per Vbiorũ municipiũ, Oppẽhaym: Borbetomagũ, Vuormaciã episcopalẽ: Ripã altã, Altripp: Nemetũ municipiũ, hodie Spirã episcopalẽ, & Impiali cõsistorio celebrẽ: Saletionẽ, modò Seltz. Hic rursus exspaciati parũper ultra utrãq; ripã, in Galliæ agro perlustrabimus Caracates, nunc Trek, olim Trecẽsis episcopatus: Obtruncanũ tractus, Hundsruck: Tarbellos, Lutariburgiũ: Sebusiũ, Weissenburgũ, Dagoberti corona & antiquissimo monasterio famigeratũ: Brocomagũ, hodie Bromat, in S. Stephani cãpo infra Hagenoã. Cæterùm in Germaniæ ueteris aruis Solicomiũ, Montẽ piri, Vangiones, Neptuniũ & Capellatiũ uidebimus, in finib. Vuyrtenbergiæ Palatinatus & Badensis Marchę: quę loca nostra ætas appellat, Bretta, Knytlinger staig, Vayhingẽ, Neptingẽ, & Kappel. Porrò reuersi ad Rheni ripã, mox post Saletionem, pertransire placet tres tabernas, Rhynzabern: Argentoratũ, id est Strasburgũ, ab Athila Hunnorũ ita rege cognominatũ. A' quo loco iterũ recedẽtes in Galliæ ueteris arua, ob multorũ qui in his sunt finib. riuorũ cõfluentes uidebimus Concor-

B diæ ueteris ruinas, in mõte Rocherspèrg: Troniã Tribonorũ, in Kircheym: Hellũ, diui Materni à mortuis reuocatione celebratũ, in Hello: Elcebũ, siue Heluetũ, in Elce, hoc est Alsa fluuio, haud procul à Seletstadio, quod olim Eltzestadiũ nominabãt: Argentuariã, in Horburgo, prope Colmariã: à quo haud procul & Rubiacũ fuit, hodie Ruffacũ. Sed reuertamur ad ripã Rheni, in qua ordine Basileã usq;, loca antiquitatis occurrũt, Mõs Brisiacus, hodie Breysach: Arialbiniũ, modò Panzenhaym, prope Newburgã Rheni. Ab eo loco partim ob stagnantẽ Rhenũ, partim ꝑpter nemora, Romanę ciuitates à ripa procul sitæ erãt, Cambetis, nũc Kẽbs, Vrũca & Oluione, haud procul à Basilea pagus ignobilis Holé nomine. Et hactenus ex B. Rhenani nostri authoritate ac perscrutatione diligẽti, Galliæ limitẽ, uetustis Ro. reip. municipijs & colonijs illustrauimus. Sequit maxima Sequanorum prouincia, cuius olim præfecto uiro spectabili, q præfecto prætorio Galliæ dicto audiebat, parebãt, comes Argẽtoracẽsis, & dux Mogũtiacensis. In ea ciuitates Romani colebãt, incipiẽdo à Sũdgouia, hoc est Sequanorũ rure ac agro, antiquo nomine deprauato, castrũ Basiliẽse, Scoto in præfecturis Rom. cõmemoratũ, hodie Basilea episcopalis: Augusta Rauracũm, modò ignobilis pagus Augst nomine inter Basileã & Rynfeldã : Gaunodurũ, Laufenburgũ, ubi sunt Rheni cataractæ : & insula Sequanorũ, hodie Sekhinga diui Fridolini monasterio ac memorabili historia locus notissimus. Porrò à ripa Rheni recedẽtes paulisper, in Gallię agro, ubi sunt modò Burgũdiæ, Sũdtgouię, Sabaudiæ & Heluetiorũ cõfinia plustrabimus (ut Egidius Tsudius Heluetius, & Gilbertus Cognatus Burgundus in suis adnotarũt Antiquitatib.) Vesontionẽ archiepiscopalẽ, Bezantiũ hodie: montẽ S. Claudij: montẽ Belgardi, hodie Wympelgardã, comitis titulo principib. Vuirtenbergensibus subiectũ: Augustã equestriũ, ad lacũ Lemannũ Nouiduni nomine positã. Ad cuius pariter margines iacẽt Geneua & Losanna Sabaudiæ ciuitates, quas

Ciuitates limitis ac prætorij Sequanensis

lenffam

Ienffam & Loffanzã dicũt. Ibi in uicinia cernunt, Vrba, Orben: Ebrodunũ, Iuerdon: Montenniacũ, Monteney: Paterniacũ, Paterlingen, monasterio & sepultura Burgundiæ principũ insigne: Rotundus mons, Reymund: Minidurũ, Mildẽ: Bramagus, Barramon: Bibucũ uicus, Viuis modò: Vallis transuersa, Vallangen. Et in hoc terrarũ tractu Anduates colebant, hodie in der wad. Sequũtur Nuithones, & Lepontini, Graij montis: à quibus hodie corruptis ueteribus uocibus, die Vchtlender/die Grabenpündter appellationes sortiti sunt. In quibus sunt, aliquid ex antiquitate trahẽtes, Sedunũ episcopale, hodie Sitten, in ualle superiori, quam Vallesiã Galli, Heluetij Oberwallis uocãt: Interlacus, modò barbarè Underlappẽ. Verbigenus pagus, Richensee, supra Habsburgã: Auenticũ, siue ciuitas Heluetiorũ ad ripas Araris, nostra ætate desolatus in ruinis pagus, Wifflisburg: Solodurũ in eiusdẽ fluminis ripa, martyrio sanctorũ Cosmæ, Damiani & Vrsi, ex Thebęa legione, & antiquo adhuc nomine celebratũ. Vindonissa episcopalis primis tẽporibus, ubi est hodie Wyndisch pagus, prope Kunigsfeldã monasteriũ, Austrię principũ cõditorijs notissimũ cœnobium: Castellũ thermarũ, cuius aquæ salubres adhuc hodie perseuerãt, Badẽ nomine, infra Kunigsfeldã: ubi est in propinquo Vocæcius mons, uulgò nunc hodie Pötzberg, Tacito celebratus. Qui sequitur terrę tractus, Rhœtiam usq;, & lacũ Venetũ, quẽ hodie Bodnersee dicũt, Tauriscorum quondã fuit, à quibus Tur flu. & tractus ipsius nõ minima portio, das Turgew cognominata sunt. In eo municipia Romana extiterũt, Turegũ, hodie Zürich, Heluetiorũ metropolis: Vitodurum, Wynterthur: Forũ Tiberij, Keyserstül, prope Zurzach, haud procul à Rheni ripa, & nauiũ domo siue armamẽtario, quod Scheffhusiũ appellãt, fœderis Heluetici notissimã ciuitatẽ: Clarona, Glaris, doctissimi uiri HENRICI LORITI GLAREANI patria. Et hæc habuimus, quæ de Sequanæ Maximæ prouinciarũ antiquitatib. ex superius allegatis autorib. breuiter & per cõpendiũ adferre uoluimus. Trãseo iã ad limitẽ Rhœticũ, qui à lacu Veneto, siue Acromio incipiẽs, ad Italiæ fines, atq; Oenũ fluuiũ usq;, secus Danubij ripã extendebat. Sunt uerò in lacus illius margine Romanæ uetustatis atq; maiestatis rudera insigniora, Constantij Cæsaris munimentũ, cuius Marcell. lib. 15 meminit, Constantia & hodie appellata, ciuitas Imperialis: Fines, modo Pfin pagus: Arbor fœlix, Arbon: Cornu Acronij etiamnũ locus in lacu inferiori manet, quẽ inde nominãt Romeshorn, ciuitas est Austrię domui subiecta, quã cellã Ratolphi uocãt. Est inde nõ pcul & insula Acromi, cuius uidet Strabo meminisse, hodie Diues appellat, uulgò Richenaw, monasterio antiquissimo atq; amplissimo celebris, q̃d Syndelesij comitis auxilio, & Caroli Martelli, Caroli Magni aui subsidijs, beatus Pyrminius Meldensis episcopus in prouincia Senonẽsi, circa annũ est Domini exorsus 724. in quo multi extitere nõ solùm abbates ex prosapijs comitũ & baronũ, uerùm adeò monachi etiã, Habspurgẽses, Nellẽpergenses, Lupfenses, Pfullẽdorfenses, Zollerẽses, Kalbẽses, Castellenses, Vuissenburgẽses comites, Heuuẽses, Haydecenses, Krenkyngẽses, Ramstaynẽses, Speychingẽses, Hornbergẽses, Cymbrenses, Botenstaynẽses, Klyngẽbergenses, Rosenecenses, & Brandij, oẽs ex ordine Baronũ, & monachi in hoc inclyto cœnobio & abbates religionis & literarũ studio floruere: qua de causa ad episcopales apices, Ticinum, Argentoracũ, Basileam, aliasq; cathedras uocari meruere. Sed hactenus de insula lacus, quem Acromium Strabo, Mela Venetum, à colore nimirũ aquæ cæruleo, Marcellinus deniq; Murgantiam nominauerat. Quo relicto, ad penitiora Rhœtiæ ascendamus, Italiam uersus. Quo in itinere Rheni ripã usq; ad eius fontes sequentibus, loca occurrunt Romana uetustate apud posteros adhuc clara: Bregantia, in angulo lacus posita, ueteri etiamnum nomine. Supra quam est Amisum, Embs hodie: Monticulus, Montiglen:

Limitis Rhetici ciuitates.

Lacus Brigantini antiquitates.

A

B

A Montiglen: Benedurum, Bendern: ubi uallis est Drusiana, quam modò walgen dicunt: & Estionum populorum uestigia, in Eschænes: Scana uicus, Schan: Palazotes, Bulczern: à quo haud procul uisitur Vallis dulcis, modò Vaducz: Lupinum, Mainfeld: quo loco Lagarus flu. currit, quem nostra ætate Lanquartum appellant: Fabarium, Pfeffers, salubribus aquis insignis locus: Curia Rhœtorum præsidis, hodie episcopalis, antiquo adhuc nomine: Retium, Raczuns: Ciranum, Schranz: Tumelicum, Tumelesch: Tosanna, Tusis: Timetiũ, Tynczen: Biuium, Beuio, ubi duo sunt itinera, ex Iuliis montibus, **den Julien**, & monte Septimo, **den Settener**: Vicus Suppranus, Vespran: Plurium, Plurms. Isthic tres sunt haud procul à Clauenna, quod antiqua etiamnum appellatione extat, montes: quorũ alter Pernimus olim nominabatur, hodie der Perlinger: alter Pes clauium, nunc Busclaff: & tertius Pes Phalaris, modo Buffaloc. Ab his finibus in Athesinam regionem, siue Tyrolis comitatum, tuæ ditioni REX INVICTISSIME subiectũ descenditur, ex Rhœtici montis iugis. Sub radice mox occurrunt, uetustatem Romanam & nomine & ruderibus referentia, Borinium, Vuorms, salubribus aquis cognitum: Glorium, Glurms. His locis contigua est Vallis Telina, Aduæ fontibus irrigua, & à Tullo Romano municipio dicta, quam Itali Valturenam, Germani uerò Veltlinam uocant. Excipit hanc altera uallis à Vennonibus antiquis incolis denominata, hodie **das Vinczgatall**, in qua Strabonis Tullum & Phligada uisuntur, quæ nostra ætas loca, nomenclaturis antiquis corruptis **Delez vnd Flicz**. Ibi & Merromenorũ populorum, Rhœtiæ quondam incolarum, si Appiano Alex. credimus, & Rhegustarũ, nec non & Teriolis munimenti Romani in edito monte, uestigia occurrunt. Vnde posteritas Meronã oppidum, antiquissimi Ducatus titulo insigne, Rechenhayd cãpos Oeniponti, quæ iam est me-
B tropolis, proximos, & Tirolam castrũ, denominauere, quod uniuersæ Athesinæ regioni nomen reliquit. In Terioli uerò Codex præfecturæ præfectũ legionis tertiç, & tribunũ gentis per Rhœtias describit. In his finibus Pyrenæus mons est, nostra ętate **der Brenner**, cuius antiquissimi authores meminere, Appianus Alex. in Illyrici belli enarratione, Cecilius Plinius in Panegyricis, Dionysius Geographus græcus, & Maximus Planudes græcus Epigrãmatarius. Iste mons, utpote altissimus, & latè exporrectus cum suis iugis, quæ incolæ nunc appellant, **den Junffen/ den Serren/ den Loffer/ den Ritten**, duas amplissimas ualles sequestrat, quarũ Athesi fluuio altera, ut præfati sumus, à Vennonibus appellata: altera ad arctũ Oeno flumine irrigat̃, uulgò **das Jntall**. Qua quidẽ in præsens relicta, reliqua loca in Athesina perscrutabimur, quorum meminisse uidelicet uidetur in Rotalianis campis, ad Tridentum usq; extẽtis, Paulus Diaconus in Longobardica historia, Appiani, Maleti, Brentonici, Volennes, & Ausugini: quorum omnium penè in his montanis, quæ à Naunis populis, quorum inter Rhœtos Appianus Alexan. meminit, **der Nausperg** uocãtur, uestigia supersunt in castris quæ & nostra ætate memorabilia sunt, Hohenheppen, Malzan, Brẽtonij, Vuelasij. Perlustrata itaq; Athesina ualle, quantũ eius uidelicet Rhœti olim, Euganeiq;, quos Engadinos modò dicũt, colunt, ex diuerticulo in Norici Foroiuliiq; cõfinia exspaciabimur, ubi (quorum Antoninus in itinerario mentionem facit, ex Foroiuliensi agro in Rhœtos uiam demonstrans) Sublauionem, Endide, & Sebunum perquiremus. Neq; enim difficile admodum est ea reperire loca, cum è uetustate adhuc appellationes, & si à barbaris deprauatę supersint, **Bleiff/ Vndermoy**, & Sebone, quã Brixinoram hodie uocant, à Brixentis nimirum Rhœtorum populis episcopali cathedra antiquissima, & beati Zenonis Sebonensis episcopi memoria celebrata. Ab hoc tractu Noricum mediterraneum Rhœtiæ primæ iungitur, cuius

Pars Rhœtiæ primæ alpestris describitur.

uetustatem propria sectione, quæ in hocce libro numero & ordine est sexta, illustrauimus. Quapropter relicto in his finibus & Norico & Oeni ualli, quæ ad secundam spectabat olim Rhœtiam, Vindelicisq; adnumerabatur, ex Oeniponte ciuitate, & nostra ætate Tyrolensis principatus regia, per Rhegustarum campos & Virucinatum alpes, hodie Rhitkhenhayd vnd Verrenberg, uiam ingreßi duorum itinerum, in campestria eiusdem Rhœtiæ primæ ex castro & munimento Erenburgo descendemus, peragraturi quæ prima occurrit eam eius portionem, quam siue ab alpibus adiacentibus, siue Alemannis incolis, Algouiam modò nuncupamus, in antiquis diplomatibus Alpgouiam pariter nominatam. In ea sunt loca Romanæ uetustatis, & quæ statim à descensu se obijciunt, pontes Tesphonij, ad ripam Lici fluminis, hodie Fuessen, antiqua uoce decurtata more Germanorum, & deprauata: Veldidena, Vils, ubi sunt Vilsæ & Lici cõfluentes: Campodunum, Kempten, antiquo & memorabili monasterio ab Hildegarde Caroli Magni coniuge constructo, celebrata, oppidum ipsum Imperiale etiamnum manet. à quo recto itinere ad lacum Acronium profectio ducit, in quo mox se obijciunt Colluconum colonia, quam nostra ætas Leukirchen, ueteri uoce deprauata nominat: Colluconum uerò in hac parte Rhœtiæ, Ptolemæus mentionem facit. abest à Campiduno tribus non magnis milliarijs. A' quo rursus eadem distantia Vimaniæ rudera cernuntur, in monasterio Wyngarten. quem ab antiquitate locum maiores quoq; nostri Altorf nuncupauerunt, famigeratißimum in orbe, uel Welfonum longè omnium nobilißima prosapia: unde tanquam ex equo Troiano, potentißimi Germaniæ principes processerunt, Duces Sueuiæ, Duces Bauariæ, & electores principesq; Saxoniæ, qui Imperatores orbi dederunt, Lotharium secundum, & Othonem quartum: & à quibus hodierni Luneburgi ac Brunsuuigij Duces ritè originem repetunt. Porrò supra Vimaniam, alpes contra, tria erant Romana municipia à Ptolemæo cõmemorata, ubi hodie à Wangen, Isnam ac Breguntiam uiæ ducunt, Dracuina, Trauchperg: Ebudurum, ubi est hodie ciuitas illa supra Argum fluuiũ, quam appellant barbarè zům Butzen. In his finibus pariter & Rhœtorum ille fuit uicus, quem Ptolemæus & Antoninus recẽsent, cuius ruinas Isnã cõtinere auguror. A' quo loco usq; ad lacũ Brigantinũ, Constantio ac Iuliano imperantibus, ut est apud Marcellinum, Lentienses populi ex Norico mediterraneo egreßi, agros colendos accepere. Vnde in hanc usq; horã totus iste tractus Lyndouiam usq; propagatus, nostris hominibus nuncupatur das Lynczgew. Et de Algouię tractu hactenus, quantus uidelicet Rhœtico monti & alpibus subiacet, à quo & nomine insignitus est. Sequitur Sueuiæ districtus, olim Ducatus, nunc dissecta regione præfectura tantum, quam Vogdiam appellant. In eo loca sunt, quæ aliquid ex antiquitate trahunt, uersus Danubij fontes Lupondum, nostra ætate perantiquo comitatu insignis locus, antiquo etiam nomine utcunq; retento, Lupfen, cuius ac Nicri simul fluuij Danubijq; fontis, Ausonius poeta in Panegyricis mentionem facit. Ab eo loco tres uię ducunt, una per Tullingos, Iuihones & Latobrigos, in Sequanos, ubi nostra ætate ab his nimirum populis denominati iusti terrarum tractus cernũtur, Stůlinger & Tutlinger landvogtey / das Hewengaw / vnd die Landgrafschafft auff der Barr / vnd Kleggaw. Vbi Ditasiũ erat ciuitas, postea Tasenberg, & corrupto ueteri nomine modò Hasenberg, peruetusto comitatu insignitus locus, ut Rhenanus etiam noster uelle uidetur. Altera uia in ulteriori Danubij ripa ducit in Varinorum ac Tectosagum posteritatem, quo loco uidelicet ante patrũ memoriam comitatus Veringen & Hohenberg, cum Decensi Ducatu ad famam uenerunt, qui modò Virthungorum principi subiecti sunt. In his finibus ego,

Horum populorum in finibus Strabo lib. quarto meminit.

Pars Rhœtiæ primæ campestris describitur.

Tractus Sueuiæ, quæ est hodie Aduocatia.

Varinorum et Tectosagum memoria.

A

B

A ego, quòd isthic præcipuè Sueui ex Germania & Alemani Romanos urgerent, plura eius populi munimenta fuisse contenderim: atque in hac sola parte Rhenano nostro contrarius, collocare audeo, Gamanodurũ in Gamartingen, Turridunũ in Dornstet, Tasgetium in Tussenberg, Echtodurum in Ehingen, ad citeriorem Danubij ripam. manent in aduersa ripa Echtall, loci ueterẽ non solũ memoriã, uerumetiã appellationẽ testata uestigia. Reudignorũ coloniã in Reytlingen, & Aras Flauias in Blauburo: qui tractus terræ, utpote incultus penè ac alpestris, à multitudine uillarũ, & à Francis inibi cõstitutarũ, in hodiernũ usque diẽ, sed barbarè ac Latino nomine deprauato, auff den Fildern nũcupatur. Isthic uerò denominationes adhuc à uillis seruãt, Roteuilla, uel potius (ut mihi uidetur) Reutingorũ (nam apud Tacitũ corruptũ legiẽ Reudignorũ) uilla, & quã quasi per onomatopœiam nominamus Villam imperialẽ, uulgò Weyl. Reutingos autẽ isthic coluisse, quorum post Nariscos Rhœtosque Cor. Tacitus in fine libelli de Moribus Germanorum mentionem facit, & Varinorum Suardonumque, testantur, non solum quam commemorauimus Roteuilla, uerùm etiam saltus eius uicinię ingens Reutingerwald, & uersus Nigram syluam amplissimus quondã Imperij principatus, Margraffschafft Rötel, Rotenburga ad Neccarum denique posita ciuitas, à quo apud maiores nostros & Comites & Duces cognomina usurpabant. Atque ut luce clarius constet, eum Romanis cum primis fuisse tractum cultum, ac loco quasi munimenti aduersus imminentes Sueuos habitum, & Ausonius in Panegyrico Gratiano Augusto dicto confirmare potest, cum eius ductu Sueuos ultra Lupondum & Nicrum fluuium pulsos scribit: & subnexæ hic inscriptiones Romanæ in his finibus celeberrimæ repertæ contestantur. *Limes Rhœticus usque ad Neccarum.*

B

Rotenburgæ Neccari in fracto lapide:

IN F. H. D. D. M. M. S. S. IVS
FORTVNATVS IIIIIVIR AVG.
NEGOCIATOR ARTICRETA
PAEN. PAENVL. OMN. II. PEN
DEO VO. FECIT IDEX
TROCOS.

Tubingæ.

MAX. IN. AVG. EM. GER.
MAX. DAC. MAX. ARM.
MAX. TRIB. P. COS.
ET.

Chantaropoli Neccari:

IN H. D. D. IOV. ET IVNONI
REG. GENIO LOCI ET D. D.
OMNIB. P. S. EDVLIVS IVLIANVS
MIL. LEG. VIII. AVG. ANTONINIA
NAE B-F. COS. PRO SAL. SVA
ET SVOR. SIAT. ITERAT. POSVIT
IMP. DIVI ANTON. AVG.

Ibidem:

IN H. D. D. IOVI ET IVNONI
REG. ET GENIO LOCI ET GE-
RIONIS SEVERVS MIL. LEG. XXII.
ANTONINIANAE COS. PRO SAL.
SVA ET SVORVM.

Istringen Vuirtenbergiæ tractu eodem:

TVLLIAE SEPTIMINAE ANIMAE INNOCENTISSIMAE QVAE
VIX. AN. VI. M. VIIII. DIES VIII. TVLLIA PRIVATA
MATER INFELICISSIMA.

Apud Brakenhaym:

IVMMA EXOBNI FIL. CIVE MEDIOMATRICO ANNOR. C.
AT VNS. BVNNAE FILIA CONIVGI EIVS ANNOR. LXXX
DOMEIVS DVILLIVS ETERE PARENTIBVS FECERVNT.

In cœnobio Murhat:

D. M.
ASSON IVSTVS MIL. COH. XXIIII. VOL. VIX. AN. XL.
CINTVS MVS SIC HER. SVA VOL. F.

Cæterùm paulo latius à ripa Danubij progreſsi, qui potior Rhœtię limes fuit, A ex diuerticulo iam tandē ad flumen illud totius nō Rhœtię ſolum, uerū adeò Germaniæ uniuerſæ longè maximum reuertamur: illudq́ traijcientes, in Sueuiæ tellurem, (quam ea ſub Archadio & Honorio gens primùm omnium occupauerat, ut in Decadibus noſtris oſtendemus) exſpaciati, cætera Romanæ antiquitatis ueſtigia perquiramus. Ea uerò, ſi Antonino, Ptolemæo ac Scoto credimus, fuerunt, Bragodurum hodie, duri uoce remota, quæ aſcititia fuit, (ut hodie ſunt burgum, ſtayn, bach, dorf: Bibracum, inter Echingam & Vlmam: Vlma porrò ante annos quadringentos uilis pagus, ditionis cœnobij diuitis Augiæ, fuerit Romana forſitan primis annis uel manſio uel uilla, ab ulmis arboribus dicta, quæ ibi frequentes ripas Danubij ueſtiunt, urbs iam Imperij fide celeberrima, quæ nō ſolum conditori ſuo Friderico primo Sueuo Cęſari, ſed omnibus penè Auguſtis, & potiſsimum Auſtriacis, indiſſolubiliter adhæſit. teſtantur obſidiones difficiles, pro Friderico Auſtrio, qui contra Ludouicum Bauarū, ad regni Bauari culmen euectus fuerat: & ſuperiori anno, dum hęc ſcriberemus, pro CAROLO Quinto Imperatore, penè uſq́ ad perniciē ſuſtentatæ. Porrò Vlma abeūtes, triplici uia, triplex etiam Romanū municipium adnotabimus, Gunciā, haud procul à Danubio, cuius pontis atq́ traiectus Panegyrici meminere, hodie Gunzenburg, Gynsburg, ubi cohortem Vrſacienſium militum codex Pręfecturarū collocat: Vianam, quā cōiectura quadam in Vueiſſenhornio libenter ponerē, etymo hodierni nominis excogitato Vianshorn, hoc eſt Vianę cornu: Phebeiana caſtra, cuius rudera præceptor noſter longè doctiſsimus uir BEATVS RHENANVS, in Pebenhuſio quæſiuit: quo nimirū loco iuniores equites Stableſianos, duci Rhœtiæ primæ ſubiectos, codex Præfecturarū collocat: quemadmodū iuniores eius nominis equites in caſtris Auguſtanis, qui Druſomagus Ptolemæi & Strabonis Auguſta Druſi B eſt, hodie Augſpurga, epiſcopalis ac metropolitana Sueuiæ, & totius Romani imperij loco etiam ac priuilegiorum antiquorum uigore ciuitas: quam multi ex doctis Auguſtam Vindelicùm exiſtimarunt, atq́ etiā hodie appellant pleriq́: quem errorem primus omniū IOANNES AVENTINVS animaduertit. Sub Auguſta ad Lycum fuit Caſsiliacum, noſtra ætate infra Landſpergā Rhomakheſsl: à quo haud procul in finibus Algouiæ Roſtronemane uiſitur, ab Antonino in itinere ab Auguſta Vindelicùm, & Vindelicis, lacum Acromū uerſus, inter Cœliū montem & Caſsiliacum cōmemorata, ubi uidelicet hodie infra Kafburium eſt Roshoptem, ac retinet nominis energiam uallis proxima in Algouiā extenta, uulgò das Hünertal. De Cœlio monte, ubi tribunus cohortis tertię Herculeę Pannoniorū agebat, dubij ſumus, quo loco rectè collocemus: quem Antoninus inter Roſtrū Nemaniæ & Vimaniam cōſtituere uidetur. Sed dicam de ſenſu meo, ſecutus peruetuſtorum annaliū fidem, qui paulo ſupra Campodunū de antiquo caſtro Hilermont, uetuſtiſsima ducū Sueuiæ ſede, & unde illi primi eius terræ principes iura dabant Sueuis indigenis, Imauus, Hechingus, Marſilius & Hiltebrandus, multa referūt: ſi fortaſſe in eo loco ac mōte, Cœlij montis memoria quærēda ſit, Latino à barbaris, ut fit, nomine corrupto: ut ueriſimile ſit, Sueuos, duriſsimæ ſemper pronunciationis, & quæ gens aſpiratione gaudet, pro Celermonte, Cilermont protuliſſe, cui aſpiratione adiecta Chilermont emergit. Quo euentu credendum eſt & fluuiū, qui iſthàc defluēs paulo ſupra Vlmā in Danubium exoneratur, nuncupatum fuiſſe, Iler nomine, aſpiratione iterum reiecta. Equidem Ilergouiæ potentes in his finibus comites fuerunt, quorum fertur Sylacus Vtenburam Benedictinorum cœnobium, haud procul à Meminga oppido Imperiali condidiſſe. Et hæc quidem de Rhœtia prima dicta à nobis, & ex hiſtorijs ac diarijs explicata ſint.

A sint. In qua prouincia quinquaginta septem municipia florentibus Romanorum rebus fuerunt, & ex his tres coloniarum honore insignitæ: Drusi colonia Augusta fuit: Constantij Cæsaris, Constantia in margine lacus Acromij sita, quę ueteri adhuc appellatione manet: & Curia Rhœtorũ, à nescio quo Augusto coloniæ honore decorata. Porrò hæ omnes ciuitates ab uno Rhœtiæ primæ duce iura ac leges accipiebant. Is uerò ad Danubium & Nicrum fluuios, limitem Romanum legionibus defendebat, tertia & octaua Augustis, subiectus ipse proconsuli Rhœtiarum uiro clarissimo: qui rursus Præfectum prætorio Italiæ Africæq; agnoscebat. Tanta industria, ac uerè politicæ disciplinæ ordine atque ratione, is populus, neq; immeritò, ad summam rerum peruenit. Et quia proconsulis Rhœtiarum facta est mentio, de quo libro secundo huius Operis in Catalogo Procoss. longiorem sermonem habuimus, non extra rem fecero, si alterius quoq; Rhœtiæ, hoc est secundæ, siue Vindeliciæ, diœcesim, quæ & ipsa proconsuli eidem, ac quidem immediatè parebat, explanauero. Quam prouinciam Boij ex Boiohemo à Marcomanis pulsi, uictis ac profligatis Romanis, ut in fide dignis ac peruetustis Annalibus legimus, anno Salutis 508, Theodone duce occupauerant: à quo populo Boiariæ primò regnum, & deinceps ducatus Romano adhuc Cæsari subditus, ad famam in orbe terrarum uenerunt. Reges fuerunt ex ipsa Boiorum gente, Rhœtiæ secundæ imperantes, & qui apud Laureacum Norici ripensis sedem tenebant, Thedo, Vdo, Theobaldus, Geruualdus, Tasilo, Garibaldus, Grymoaldus, Theodo secundus, Theobaldus, Grimoaldus, Hugibertus, Odylo, & Tasilo, à Carolo magno Francorum rege subiugatus, ob accersitos Hunnos, & auxilia socero Desiderio Longobardorũ regi suppeditata, detonsus cum Theodone filio monasterio inclusus. Post quæ tempora Boiariæ

B reges translata sede, apud Ratisponam & apud Odingas habitare cœperunt, omnes ex Francorum gente de nobili Caroli Magni prosapia oriundi, Ludouicus, imperator postea creatus, Ludouicus secundus, Carolus Caluus, Carolus Crassus, Augusti quoq; titulo decoratus, Carolomannus, & Arnolfus, qui & imperij dignitatem & monarchiæ amplitudinem consecutus fuerat. Ab eo tempore, quod fuit ab anno Domini 900, per duces Vindelicia gubernata fuit, quatuor ordine prosapiarum populorumq;: Leobaldus, Arnoldus, & Berchtoldus, Eberhardusq; Francones fuere: Henricus rebellis, Othonis primi Cęsaris frater: Henricus quem Sanctum uocant, Imperator quoq; Romanorum, suæ stirpis postremus: reliqui alterius generis, eiusdem tamen gentis Saxonũ erant, Cuno, Cunradus, & Otho. quorum ultimo Henricus quartus Vuelphonem Sueuum, comimitem Altorfensem, Azonis Marchionis Italiæ filium substituit: quē tres ordine Hērici secuti sunt, electores itē Saxoniæ, & à quibus Brunsuuicenses ac Luneburgenses principes ritè descendere dignoscuntur. Quorũ postremo, ob rebellionē Fridericus primus Imperator, Marescalcum suum Othonem comitē Vuitelspacensem, & in Boiaria Scyrensem Palatinũ subrogauit, à quo hodierni & Bauariæ duces & Rheni Palatini genus numerant. Sed redeo ad Vindelicię siue Rhœtię secundæ antiquitates, dum Romana adhuc in ea maiestas ac imperium proconsulare extiterat, quas longè diligentissimus atq; doctissimus uir IOANNES AVENTINVS in hanc sententiam feliciter rimatus, à Danubij primò omnium ripa exorsus, usq; ad Oeni confluentes, ex Antonino, Ptolemæo, Strabone, Codice præfecturarum & Annalibus suæ gentis enumerat ordine: Licosthomã, Lechsgmynd, supra Raynã, sede quondam Comitũ celebratam: Aureatũ, ubi hodie est Nassenfues, infra Neuburgam, à quo nomine proximũ oppidum posterius à Boijs conditum, uerisimile est Ingolstat denominatum fuisse: Collatinum, Galeodunũ, & Atiliam,

Coloniæ Rhœtiæ primæ.

Dux Rhœtiæ primæ.

Rhœtiæ secundæ, hoc est Bauariæ municipia Romana.

Atiliam, inter Neuuburgã & Ingostadiũ describit, & rudera uideri adserit haud procul à Kayserspergo castro: Cæsareã, hodie Kesching, parum infra Ingolstadiũ: Artobrigam, ubi est Vuelteburg monasteriũ, ad ostium Altmillæ, haud procul à Kelaymo, in peruetustis diplomatibus Artzberga nuncupata: Eponã, hodie Pisinaburg, haud procul à Noua ciuitate episcopali quondã eius terrę, in peruetustis Annalibus atq; priuilegijs Epanaburg dictã. Porrò episcopos Nouæ ciuitatis reperimus ante tẽpora Pipini regis, Vuicconẽ, Mãmonẽ, & Hildegardũ. Abusinam, Abensperg, nobili quondã comitatu insignẽ, & Auentini nostri patriã, ubi tribunus cohortis tertiæ Brotonũ statiua habebat: Abudiacũ, Abach, salubribus aquis famigeratã: Regina castra, uel Augustam Tiberij, quę & colonia fuit, & hodie episcopalis manet, Reginospurgũ nomine, antiquã principum Boiariæ sedẽ, hodie uerò imperialem & liberã, ubi Romani præfectũ legionis tertiæ Herculeæ habebãt. Atq; totus iste tractus à Tunicatibus populis hodie etiamnum uocatur am Tunkha. Vetera castra, Pfeter: Augustam Aciliã, ubi sunt rudera burgi ueteris prope Straubingam: Mocœnam, Moczingã, infra Straubingen: Pisonium, Vuishlburg, eregionè Dekhendorfij: Quintanorũ coloniam, uel Quintianam, quondã episcopalẽ, ubi est hodie Kynczinga supra Vilezhouiã, & Boiodurũ siue Batauа castra, Batauia, siue ut Teutonicè appellamus Bassaw, ut quondã Iustiniano imperãte, ita & hodie episcopalis. Relicto isthic Danubio, ne Rhœtiã secundã egrediamur, in Oeni ripa ruinas Romanorũ municipiorũ, ut eas indicauit Auetinus, perscrutabimur. Pontes Oeni, ubi est hodie Odinga, antiqua Boiarię regum sedes & conditoriũ: Medullum, Medlinga, prope Mildorfium, unde quondã Comites titulum usurparunt, qui cœnobia Aw & Gars fundarunt: Carnodunum, Krayburga, haudprocul à Vuasserburga, ubi & nemus est, ad nomen Romanũ alludens, Chronholcz. Isthic comites Artenburgenses Carni sedem habebant, Palatini Bauariæ cognomine à Krayburga nominati: Aurisium, ubi est monasterium Rod: Abucũ, Happurg, prope Rosenhaym: Seuatũ, Schwacz, aurifodinis hodie celeberrimus locus, sed Tyrolis ditioni adscriptus. Hic relicta rursus Oeni ripa, per mediterranea Vindeliciæ exspaciabimur. Vbi occurrit primò, in ipsis penè cõfinibus Bauariæ & Tyrolis, Tollusiũ, Telcz, salubribus aquis nõ incognitus locus, ubi quondã comites à Murrat habitabãt: Inutriũ, Mitterwald, quo loci Boij ter Romanũ uicerunt exercitũ: Parthanũ, Parthenkirchen, uel Parrodunũ, ut Scotus uocat, qui isthic tribunũ cohortis primæ Herculeæ Rhœtorũ collocat: Augusta Vindelicũm, ex Cisara Boiorũ municipio Romana colonia ducta, ab Annio Vero Prisco prætore, imperante Augusto Octauiano, ut fragmentũ Vellej à nobis repertũ testatur, quo loco postea præpositus thesaurorũ Rhœtiæ habitabat. Eius rudera hodie in cõfluentibus Isarę & Loysæ in pago Vinding cernuntur: & præter uarij generis monumenta, uiæ quoq; ueteris Romanę uestigia extant, uulgò uocant die Hochstrass. Ambra, antiquo adhuc nomine extat, unà cũ cognomine & fluuio & lacu, ubi quondã Comites insignes colebant, ab Ambergaw dicti. Beluniũ, Belhaym: Damasia, Diessn, uetus regia longè antiquissimorũ comitum Andecensiũ, unde Meraniæ duces, Istriæ marchiones, Goriciæ & Tyrolis principes defluxere. Submontoriũ, Hohenward, sedes peruetustorũ comitũ à Taur, qui ex Carnis huc profecti, cœnobiũ Hohenbard cõdiderunt, ac multis illud reliquijs cõdecorarũt: Vallatũ, hodie in itinere Augustã Drusi uersus, Veylenbach, sedes quondã nobilissimorũ comitũ à Vallay. manet umbra ueteris appellationis agro uicino auff dem Phal. Atq; totus iste tractus à Gelonis ueteribus incolis, nostra ætate nuncupatᵉ cũ fluuio interlabente, an der Glan. Fruxinũ, Frisinga episcopalis, à beato Corbiniano loci episcopo & Apostolo, cõsentientibus & adiuuantibus

A tibus Theobaldo & Grimoaldo Boiorũ ducibus, ex ruinis renouata, circa annũ reparationis nostrę 718. Pontes Scaphoni, Scheſtlarn, cœnobio hodie locus insignitus, ad ripã Iſaræ lacus, à Comitib. à Plae siue Bliancz cõstructo. Cœnũ, hodie Eyning, haud procul ab Aerdingo, & prope Irnsing & Honheym. A' quo haud procul antiqua sedes erat comitũ ab Eberſperg, de quibus dictũ est in postrema huius libri Sectione. Tractus ipse Brennorũ quondã fuerat: unde in hanc usq; diẽ campestria Tyrolim uersus extenta, appellant uulgò Brenlacherhayd. Regiũ, hodie Roking, ad Labarũ flu. paulo infra Straubingã. Ex quibus omnibus adductis ac cõmemoratis cõstat, tractũ Rhœtię secundæ, ubi est hodie Bauarię ducatus, 35 Romanis ciuitatibus cultũ fuisse. quarum tres coloniarũ prærogatiuã habebant: Augusta Tiberij, hodie Reginisburga: Augusta Vindelicûm, modò Vinding pagus: & Quintanorũ colonia, Norico proxima. Cæterũ deberent nunc adeò Norici utriusq; Romana explicari uestigia, sed hę Sectionibus huius libri postremis, sexta & septima, paulo prolixius à nobis ostẽdunt. Quib. Pannoniarũ uetustatis sacrosanctę animaduersio succederet, quã hac ipsa Sectione tertia, quarta & quinta expediuimus. His igit prouincijs in sua loca repositis, limitis iam Illyrici orientalis, qui tres Dacias, duas Mœsias, & sex Macedoniæ prouincias cõplectebatur, quantũ eius uidelicet inquisitionẽ admisit Romanæ uetustatis examẽ subire instituimus: illud præfati, nos nõ in omnibus certam fidem, sed coniecturã potius, uerisimilẽ tamen, secutos. Daciarũ sanè monumenta ueritati magis innixa, per Hungariæ ulterioris Transyluaniã ac Transalpinã, ubi Valachi habitant, Romanorũ reliquiæ, certius cõsequi potuimus. Celebrantur uerò cùm historijs, tum præcipuè Ptolemæo, Daciæ ripensis, ubi est modò Tibiscina Hungaria, loca Romanæ memoriæ omnino duodecim: Parthiscũ, à flu. uidelicet præterfluente nominatũ,

Romana uestigia per Dacias.

B cuius meminit Strabo lib. 7. Plin. 4 cap. 12. Marcell. 17 hodie Paroczlo, haud procul ab Agria episcopali: Traiectus & isthic hodie ad Tibiscũ in Hũgariã, ultra Tiscianã, insignis est. quẽ enim ueteris flu. Parthicũ & Tibiscũ nominarunt, is hodie est Tiscia: ad cuius ripam cernuntur rursus, descendendo ad eius ostiũ, Seigedo, cuius Iordnandes mentionẽ facit, hodie Segedinũ, crudeliter superioribus annis à Thurcis expugnatum: Romuleanũ, de quo Aurelius Victor in uita Galerij Armentarij, fuit infra Seigedonẽ, ad eiusdẽ fluminis ripã, ubi hodie est Ramzaret pagus: Tibiscũ Ptolemæi ad eius nominis fluuij ostiũ, quo is Danubio miscet, infra Albam græcã. in eo hodie loco est deserta præpositura: antiquæ uocis primã syllabam retinẽs Titul. à quo loco sursum ascendendo uersus Daciã alpestrẽ, occurrũt uiatori, superiorib. annis expugnata, crudelissimè mactatis Christianis, Beczeu, Beczkerekiũ in lacu situm, & Temesnarũ, fortasse à Biephis Cacoemsis, quorũ in hac Daciæ parte Ptol. meminit, & à Valdamo flu. de quo Plin. denominata. His proximũ est Araza, ad Begheriũ sita, ubi Themes cõfluit in Temesuar. Arcena uetus illud, cuius meminit Lãpridius in uita Alex. Cæsaris: manet adhuc agro proximo nomẽ Aradiensis comitatus. Huic rursus Galosdia propinqua est, Galtis forsitan illa Strabonis, de qua lib. 7 hæc scribit: Post Scordiscorũ agrũ, ad Istrũ quidẽ adiacet Tribalorũ & Mœsiorũ plaga, & paludes iuxta Istrũ habitãt & isti & Crobiczi, & alij quos Trogloditas uocãt, ad loca quæ ad Galtim & Tomeã & Istrum pertinẽt. Sic Iornandes recẽsens Gothorũ in Dacia ingressũ: Quid multa (ait) Gepidę in bella irruũt, cõtra quos ne minimũ iudicarent, mouit & Ostrogotha procinctũ, cõueniũtq; ad oppidũ Galtis, iuxta quod currit flu. Ancha. hęc ille. Quod si uerũ est, ut ego cõijcio, Ancha fuit, qui modò est maior Temes: & Tomea, quæ modò est Temesuar, ad eundẽ sita fluuiũ, superiori anno crudelissimè, & nõ sine magno discrimine Pannoniarũ, à Thurcis expugnata. mãsit & agro proximo nomen, quẽ Hungari comitatũ Temesiensem uocãt. Meminit deniq; Galatarũ Scor

discorum ad Istrũ in finibus Daciæ, Athenæus libro quinto Diphnosoph. unde & A
Kalta mons insignis his finibus cernitur, per quem ex Dacia ripensi in Transyluaniam peruenitur, haud procul à Colosuaro & Galuu castro, quæ & ipsa loca à Galatis denominata crediderim. Sed pergo in itinere sursum uersus Daciæ ingressus, ubi occurrit ad Marisium flu. Gandana, ab Hungaris Chzonad, & à Germanis Gyngisch appellata, uetusti quondam episcopij cathedra, à quo ager proximus Chonadiensis comitatus appellatur. Haud procul ab eo loco, in ipso in Daciam ingressu, ad eiusdem fluminis ripam est Lippa, & ipsa superiori anno crudelissimè à Thurcis expugnata, unicum Transyluaniæ munimentum, à Romanis olim culta, ut inscriptiones indicãt, & Ptolemæo Potulatensium nominatum, quam uocem Barbari abbreuiantes in Lippam detorserunt. Hic præcipuus est in Transyluaniã ingressus, cuius Marcellinus meminisse uidetur libro uigesimosexto, cum de frequenti Arctoarum gentium eruptione in Thraciam, transmisso Istro fluuio loqueretur: Quos correptos Equitius (inquit) per eas regiones militum rector, extinxit genere diuerso pœnarum, pariaq; deinde metuens, obstruxit tres aditus angustissimos, per quos prouinciæ tentantur Arctoæ, unum per ripensem Daciam, alterũ per Succos notissimũ, tertium per Macedonas, quẽ appellant Acontisma. Et quoniam hunc agrum Marisius flu. ueteri adhuc nomine incolis appellatus irrigat, operæprecium fecero, si de eo rem paulo altius repetiero, quòd Romanis quàm cognitissimum, maximeq; cultũ hoc flumẽ extiterit, ut monumenta indicant. Tum porrò meminit illius antiquissimus authorum Herodotus, cum Scythiæ fluuios enumerat, post Pyretũ, Thiarãtũ, Naparim, Ararim, & Ordissum: tandem μάριν, αὔραν, καὶ τύβισιν, ex Agathyrsis profluere in Istrũ tradit. Quæ descriptio Daciæ fluuijs planè quadrat, per Marim Marisium, per Tybisim Tibiscum, & per Auram Carisium intelligendo, quẽ uidelicet ἀπὸ τοῦ ξίφου Rabonẽ B
Ptolemæus appellat: licet & in Transyluania Aranias extat, qui Tordam præterfluit, & quẽ ab auro ita Hungari nominãt. Huc pertinet, quod de hoc flumine Strabo lib. 7 adnotauit, ita scribens: Gens inde, quæ Bærebistæ ductu, in tantam conscenderat amplitudinẽ, demum ob domesticas seditiones, & ex Romanis bellis depressa est, tamẽ adhuc milia hominum quadraginta emittere aptè ualet. Per ipsos autem Marisius fluuius Danubium influit, per quem Romani milites uasa illis necessaria bellis deuehere solebant. Meminit illius & Tacitus libro secundo Augustæ historiæ, cũ Catualdæ Sueuorũ regis exilium describit: Idem Catualdæ casus (inquit) nec aliud perfugium. Pulsus haud multo pòst Hermundurorũ opibus & Iubillio duce, & receptus Forumiulium Narbonensis Galliæ coloniam mittitur. Barbari utrunq; comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium ultra, intra flumina Marum & Cusum locãtur: dato rege Vannio gentis Quadorũ. Vbi per Marũ Marisium, & per Cusum Carisiũ intelligit. Huc addi potest, quod de ipso Iornandes refert, de Gothorum cum Vandalis pugna in Dacia loquẽs: Hic ergo Vandalis (ait) commorantibus, bellum indictum est à Geberich Gothorum rege, ad littus amnis Marisiæ. Et ne quis Romanis non cultum hunc fluuium fuisse existimet, placet inscriptiones eius populi ad ripam illius repertas hic inserere:

Ingressus in Daciã unus. *Marisius fluuius Daciæ.*

CRASSO MACROBIO
NEGOTIATORES
PROVINCIAE APVL.
DEFENSORI OPTIMO D. D. D.

MINERVAE AVG.
VLP. DOMIT. HERMES AVG. COL.
ORNATVS ORNAM DECVR.

T. P. S. L.
VAL. IHREPTVS ET
DOMITILL. REGVLVS
HIPPONIC. HERMES ONESIMVS AVG. COL. HPC.
L. D. D. D.

Sed

A Sed redeo ad reliqua Daciæ ripensis municipia: quatuor penè in uniuersum miliariorum spacio ad alterum ex Trãsyluaniæ faucibus erumpentẽ fluuium progresi, quẽ Keresium uocant, uorticosum admodum, & in gyrum se subinde conuoluentem, ex triplici quoq; fonte procedentem: ad cuius alterius, quem Album uocant, gentilicia lingua Sebeskheres, ripam Vuaradinũ situm est, episcopale illud, & Ladislai primi Sigismundiq; Hungarorũ regum conditoriũ, nimirũ à populis quos finibus his Ptolemæus collocare uidetur, Buredensiũ Romanis Græcisq; nuncupatum. Quo loco alius est per Valachos, hoc est, Romanorum reliquias, in Transyluaniam & Daciam alpestrem siue mediterraneã introitus. Propè thermæ sunt salubrium aquarum, ubi illæ leguntur Romanæ inscriptiones:

BI. MARMOREO CESAM. DE MONTE DIAN. REGINA VNDARVM NYMPHA DECVS NEMO IO. DAMNASTI PRAEFECTA QVEM PRECE BASSVS MEONITE PRO. TER. MOENIA GERM. ISARAE.

G. LONGIN. MAXIMO VIX. AN. LVIII. IVLIA APHRODISIA COÑI. B. M. P.

VALERIA VIX. AN. XXIX. T. FLAVIVS APER SCRIBA COL. SARM. CONIVGI CARISSI.

D. M. CANDIDAE VIX. AN. XXV. FV CHARIS CONIVGI BENEMERENTI.

D. M. C. OCTAVIO NEPOTI VIX. AN. LXX IVLIA VALENTINA HAERES CONIVGI PIENTISS. F. PRO. H. S. E.

B

Sed quid cesso reliquam oram Carisij fluminis perlustrare? Tres, uti præfatus sum, huius fluminis fontes sunt, ac tres etiam aluei per conualles angustas, inuolutis gyris, ex Dacia mediterranea, hoc est, Transyluania fluentes, in Daciæ ripensis agrum, à colore aquæ Hungaris distincti: hoc est, Albus, quem Sebeskeres illi uocant: Niger, quem Feketekeres, & Fekyerkeres. hi omnes eluctati ex scopulis atque anfractibus montium altisimorum, in campis Daciæ ripensis confluunt, atq; in confluentibus paludem insignem efficiunt, quam Hungari Sarcad uocant: ubi est magnifica ac maximi prouentus arx, ducum Hungariæ quondam sedes, Gyula nomine, à Gyulo uidelicet Stephani primi regis apud Hungaros Christiani præfecto præcipuo sic dicta. Inferius paulo ad ripam eiusdem amnis, est antiquus & ruinosus locus Laiozzalos, Licysis nempe illius Ptolemæianæ uestigium. Porrò, de quo loquimur, hic fluuius, Latinæ historiæ authoribus non semel commemoratur, nunc sub Cusi, nunc sub Krisij nomenclatura. Cusum, ut antea auditum est, libro secundo Cor. Tacitus uocauit: & similiter Alexandrinus Appianus ille in Celtico: Rhœtos igitur (inquit) & Noricos existimo Caiũ Cæsarem, aut Augustum, cum Pœonas aggrederetur, superasse, in medio quippe amborum sedes habent, nec ullum in Rhœtos ac Noricos bellum gestum priuatim reperio. Quamobrem cum reliquis finitimis unà deuictos fuisse arbitror. M. enim Lucullus, L. Luculli frater, qui Mithridatem debellauit, Mysiorum regionem excurrit omnẽ, & usq; ad fluuiũ Cusum tenuit. Describit præterea hunc fluuium, nomenclatura propius ad nostræ ætatis uocem accedente, Iornandes in Gotthica historia, cum de Geberícho rege tractat, qui Gothorum gentem in Daciã primus traduxerat: Nã is (inquit) Hylderich patre natus, auo Ouida, proauo Cnyuida,

Krisius fluuius.

Cnyuida, gloriam generis sui factis illustribus exæquauit: primitias regni sui mox in Vandalica gente extendere cupiens, cõtra Vuisumar eorum regem, qui Asdingorum stirpe, quæ inter eos eminet, genusq́ indicat bellicosissimum, Deuxippo historico referente, qui eos ab Oceano ad nostrũ limitem uix in anni spacio peruenisse testatur, præ nimia terrarum immensitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, ubi nunc Gepidę sedent, iuxta flumina, Marisia, Muliare, Gulfil, & Crisia, qui amnes supradictos excedit. Quo loco, quòd non alium quàm Hungarorũ Keresium intelligat per Crisium, confirmant aliorum uicinorum uidelicet nomina, quos simul recenset, qui adhuc hodie huic proximi in Dacia decurrunt: Marisius scilicet, de quo suprà dictum est, antiqua etiamnum uoce superstes: Muliare, quem Mulbachum: & Gilfil, quem Geilam Transyluani appellant. Et hæc quidẽ de Keresio fluuio: quem qui ab auro, quod χρυσὸς Græcis, est uocatum existimãt, haud equidem meo iudicio errant. Nam & hodie non solum aurum is uoluit, uerùm etiam ad tertij fontis alueum, quem Fekyerkens dicunt, opimæ sunt aurarię, Romanis etiam terrarum dominis celebratæ in locis, quæ Hungari paulo supra Albam Iuliam Transyluaniæ gentilicia lingua appellant Keresuuanya, hoc est Crisij fluuij aurariæ, Abrukbania & Slotna. Quarum etiam, uocisq́ Sarmaticæ, Romanæ etiam in his locis inscriptiones mentionem faciunt, è quibus alquot fidei ergò subieci: A

Aurariæ transyluaniæ.

In Abrukbanya:

D. M.
CASSIAE PEREGRINAE
INTER. F. A. L. VIX. AN.
XXVII F. BISIVS SCE-
NOB. SARD. CONIVGI
B. M.

In Dyod. uilla

PRO SALVTE IMPERAT.
COLLEG. AVRARIARVM
L. CALPVRNIVS D. D.

In Keresbanya:

I. O. M.
T. AVIANO ET DIIS
DEABVSQ. PRO SA-
LVTE VICTORI DO
MINI N. SANCTISS.
AVIANVS AVG. LIB.
SVB PRO. AVRA-
RIAR. V. S.
M.

In Slotna:

D. M.
M. VLPIO AVG. LIB.
HERMIAE PROC. AV
RARIARVM CVIVS B
RELIQVIAE EX IN-
DVLGENTIA AVG.
N. ROMAM LATAE
SVNT.

In alio lapide:

PRAEFEC. SLOTNAE.

Supersunt adhuc duo Daciæ ripensis municipia, Romanis terrarum dominis possessa, Turiscum, hodie Turo, in eo itinere quod ex Zolnoco Tibisci Naradinum instituitur, à quo proximus ager Tarantaliensis Hungaris comitatus uocatur. Meminit autem & Ptolemæus inter populos Dacię ripensis τιβίσκων. Prendanesiorum colonia, fortasse Perenniũ est, unde potentissimi ac longè antiquissimi Hungariæ regni satrapæ genus & nomen numerant. Hucusq́ ripensem Daciam delineauimus, quã dux limitaneus proconsuli mediterraneæ subiectus, nomine Præfecti prætorio Thessalonicensis administrabat, ut alibi hoc Opere pluribus ad fidem rerum uerbis fuit demonstratũ. Sequitur nunc DACIA MEDITERRANEA, quam nostra ætate Transyluaniam uocant, Hungari à nemoribus Herdeel, & Germani incolæ siue à septem montibus, totidemq́ ciuitatibus, siue à Seuen Athilæ in hoc agro & regione sede Seuenburgũ, Sybenburgũ. Qui nostra ætate tractus quinq́ diuersarum nationum linguarumq́ populis colitur. Germani Saxones, quæ potior in hac prouincia est gens, septẽ in campestribus ciuitates, cũ pagis innumerabilibus colunt: & ex uino, sale, pecoribusq́ uictitãt. Harum nomina: Mulenbachũ, siue Zazsebes: Broß, siue Zazuar: Cibiniũ, siue Hermanstadium: Chronstadium, siue Brassa: Seschburgũ, siue Segesuar: Meduuisch, siue Meghyes: & Bistricia, siue Nosenstat. Hæc in quatuor satis amplis tractibus sitæ

Daciæ mediterraneæ, hoc est Transyluaniæ antiquitates.

A sitæ sunt ciuitates: Bistricia metropolis est, Nosnerland, Cibinium, Altland, Meduuisium, Vueynland, & Corona, Burczeland. Sequuntur Germanos prærogatiua Hungari, qui alpibus, ubi sunt ex Hungaria ingressus, hoc est Dacia ripensi, uiciniores, septem & ipsi, siue octo colunt præstantiores ciuitates: Zatmarbonyam, mineris nobilem: Colosuuarium, quod Clausenburgum uocant: Tordam, siue Torrenburgum, ubi Salis est quam uocant camera: Enyedam, siue Agnetinam: Albam Iuliam, quam Germani Vueyssenburgam appellant: Vizachnam, teutonicè Saltzburga: & Branicza, cũ Pynczio. Sunt porrò & hæ in quatuor distinctis tractibus, quos Comitatus Hungari uocant, positę: uidelicet Zatmariensi comitatu, Colocensi, Dobacensi, & Albensi. His succedit tertia Ziculorũ natio, quam aiunt Hunnorũ esse posteritatẽ, ab Ellach Athilæ filio descendentem, quem Gothos in Daciam fugasse Iornandes etiam memorat. Colunt & isti radices montium, in Septentrionali plaga, qua Transyluania Muldauiæ cohæret. In septem & ipsi districtus siue Comitatus diuisi, quos gentilicia lingua appellant, Markozeek, Gyrgio, Vtuarhel, Schyk, Schepsi, Kysthy, & Orbay. horum oppida insigniora, Vuasserhel, Vtuarhel, & Zekeluasarhel. His cõtigua accolit quarta Multauorum natio amplissima, etsi propriam extra Transyluaniam in Scythiæ agris patriam habent: ubi principi, quem Vueyuodam uocant subduntur: tamen & Transyluaniæ, hoc est Daciæ mediterraneæ portionem uendicant, etsi non admodum magnam. Habent enim ad fontem minoris Samos, Rudnobanyam, siue Rodnam, auri & argenti mineris celebrẽ locum, in ipsis Muldauiæ & Transyluaniæ confinibus. In quibus ad fontem Marisij, & Iordiã, & supra Zekeluasarhel Hargitę montis uillas, & ad Kochelium fluuium haud procul à Meduuisio Kikeleuuar, possident castrum, quod Germani appellant Kochelburg. His

B connumeratur quinta natio Valachorum, qui Romanam ueterem, sed corruptã etiamnum linguam tenent: & si propriã teneant ab ortu, Mœsiæ inferiori usq; ad Danubij ostia cõiunctam prouinciam, quam latinè Hungari Transalpinã, & suo idiomate Hauasalfeuulde cognominant: colunt tamen & Transyluanici iuris, sed conualles solum atq; montana, & præcipuè ubi sunt consueti in hanc Daciæ partem ingressus, ad maioris Samos alueum in Tibiscum properantem: in fontibus Sebeskeres, in scaturigine Feketekeres, ubi est Kyraluta, difficilis in Transyluaniã ingressus, quam Germani Künigstraß uocant. Præterea insident uallem Marisij, & quæ illi coniungitur Hakzakh, in qua sunt coloniæ ueteris Vlpiæ Traianæ ruinæ, quę & Zarmis getusa, authore Dione, uocabatur, Dacorum principis olim Regia: locum hodie incolæ gentilicio uocabulo à uetustate appellant Varhel, siue Gradisca: quẽ præterfluens fluuiolus quidam Istrigij nomine, in Marysiũ defluit, Dioni Sargetia dictus. Sed placet locũ Dionis inserere: In iuga deinde mõtium contendit, & iugũ ex iugo captans, ad Dacorũ regiã euasit. Hostes ex altera parte Lusius præfectus adortus est, qui continuò fugã dedere. Et subdit: At Decebalos, cũ capta regia, uicina omnis regio in potestatẽ pop. Rom. uenisset, usq; ad captiuitatẽ periclitatus, mortem sibi cõsciuit: cuius caput deinde Romã delatũ fuit. ita Dacia iuris & ditionis Romanę facta est. Quã mox Traianus in prouinciã redegit, urbes condidit, & colonos deduxit. Regios uerò thesauros, quos Decebalus subter uada Sargetiæ amnis haud procul à regia occultauerat, inuenit. Fluuiũ fortè Rex captiuorũ dũtaxat manib. & opera de proprio cursu auerterat, atq; effossis subinde uadis, in specu magnã uim auri & argenti occuluit, preciosissima quæq;, & eos liquores qui recõdi & seruari poterãt, eódẽ cõgerens. Quibus cõfectis, ne quisquã quę gesisset proloqui posset, omnes qui facti cõscij erãt occidi iussit. At Biculus captiuus, cui res cognita erat, abditos thesauros indicauit, hæc ille.

Colonia Vlpia Traiana.

Cæte-

Cæterùm inueniſſe partem theſauri Dacici, indicat illa inſcriptio quæ iſthic reperta eſt talis: A

IOVI INVENTORI DITI PATRI TERRAE MATRI
DETECTIS DACIAE THESAVRIS CAESAR NERVA
TRAIANVS AVG. SAC. P.

Huius theſauri reliquum ante annos circiter octo, in eodem fluuio Sargetia, quem Valachi Iſtrigij appellant, inuentum eſt hoc euentu. Nauigabant ex Mariſio per oſtium Valachi piſcatores in Iſtrigam, & cum fortè ad truncum arboris cimbas admouiſſent, conſpicati ſub aqua aliquid quod ualde ſplenderet: cum illud efferre fuiſſent aggreſsi, magnam uim aureorum extulerunt. Qua re alacriores effecti, fundum diligentius rimati, peruenerũt poſtremò ad ædificium quoddam paruum ſub undis, inſtar loculi: cuius fornicem, quia arbor enata, uetuſtate decidens, ad ruinam tracto ædificio aperuerat, omni diligentia perſcrutati, ingentem uim nummorũ aureorum (qui magna ex parte Lyſimachi Thraciæ regis Græcam inſcriptionem oſtendebant) milia (ut ex fide dignis audiuimus) plus quàm quadringenta, & maſſas inſuper auri ſectiones grauis ponderis. Quibus domum delatis, atq; inter ſe diuiſis, cum Albam Iuliam ingreſsi, aurificibus oſtendiſſent nummos, & ualorem ſciſcitarentur, res palàm facta, Georgium Monachum, qui tum pupilli regij nomine Tranſyluaniæ præſidebat, exciuit, ut rei inquiſitionem faceret. Fecit ille quidem, & multa adhuc milia uel inuentoribus ademerat, uel de nouo in ædificio memorato inuenerat. Cæterùm certiores antè facti, qui anteſignani huius reperti erant, cum aliquot oneratis plauſtris in Moldauiam procul aufugerunt. Et hactenus de inuentione Dacici theſauri. Porrò coloniã poſtea factam hanc, de qua loquimur, Decebali regiam, & Sarmizgetuſam prius à barbaris, quo etiam nomine Ptolemæus uocat, à Romanis uerò poſtea à conditore ac Daciarum uictore, Traiano Cæſare uidelicet, Vlpiam Traianam coloniam denominatam extitiſſe, facile coarguunt iſtæ inſcriptiones dicto in loco erutæ: B

I. O. M.
ROMVLO PARENTI MARTI AVXILIATORI FELICIBVS AVSPICIIS CAESARIS DIVI NERVAE TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA DACICA SARMIZ.
PER
M. SCAVRIANVM
EIVS PROPR.

Ibidem:

IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAES. NERVAE TRAIANI AVG. COL. SARMIZ.

IMP. CAES.
DIVI TRAI.
THICI IVL. NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONTIFICI MAX. TRIB. POTESTA. II. COSS. IIPP. COLON. VLPIA TRAIANA AVG. DACIAE SARMIZ G. C. FIL. PAP.

Ibidem:

IOVI STATORI HERCVLI VICTORI M. VLP. NERVA TRAIANVS CAESAR VICTO DECEBALO DOMITA DACIA VOTVM SOLVIT. ASPICE ROMVLE PATER. GAVDETE QVIRITES: VESTRA EST GLORIA ISTA.

D. M.
M. IVLIO VICTORI AVG. COL. SARMIZ METROP. VIX. ANN. LXXVI. IVLIA MAXIMA CONIVGI B.M.P.

Ibidem:

DEO HERCVLI PRO SALVTE IMP. DIVI TRAIANI AVG. ET MARCIANAE SORORI AVG. COLONIA. DAC. SARMIZ.

Ibidem:

T. VAREN. PROB. QQ. COL. SARMIZ M. COMINIVS QVINTVS PONTIF. ET BIS QQ. COL. EQ. R. SACERDOS ARAE AVG. SORORI PIENTISS. LDD. D.

Eſſent

A Essent hic innumeræ recensendæ inscriptiones, quarum superioribus tamen libris exempla, cum legiones describeremus, decimamtertiã, geminã, sextam, uictricem, Claudiam, & quintã Macedonicam, inseruimus: item cum augures, duumuiros, decuriones, quinqueuiros, sexuiros, proconsules, & collegia fabrorũ describeremus, numero penè triginta. Quare facto fine de colonia Vlpia, & candido lectore ad superiores libros remisso, secundũ Daciæ mediterraneæ municipiũ perquiremus, recta uia ex ualle Hackzak egressi, secus ripã Marisij, in interiora Transyluaniæ perueniemus. In eo itinere cum primũ ex locorũ difficultatibus ac anfractibus montium eluctati, campos attingimus, quos lingua gentilicia Kenyer mezew, hoc est, panis campum uocant, occurrit primũ Saxonum Germanorum in Transyluania oppidum, quod Hungari idcirco Zazuaram appellant: ipsi incolæ ad uetus magis nomen alludentes, Brossam dicunt: ubi nimirũ Phrateria illa Ptolemæi extitit. nam Romanam isthic habitationem fuisse, hoc monumentum isthic erutum testatur.

D. M.
CASSIAE SATVRNINAE VIX. AN. L. CASSIA PONTICILLA
SECVNDVM VOLVNTATEM TESTAMENTI PATRONAE BE-
NEMERITAE FECIT ARBITRATV PVBLICI IANVA
RI CONIVGI ET PVBLICI SEVERI.

A' Brossio non ita procul, Pini uestigia uisuntur, in castello Vvyncz, antiquam utcunque uocem referente, Georgij Monachi Daciarum tyranni cæde nominatissimo. Vbi & Romanæ inscriptiones duæ extant:

INVICTO MITVRAE
L. OCTAVIVS GRA-
TVS V. S. L. M.

D. M.
Q. INGENVVIVS ATTIO VIX. ANNIS XV. IN-
GENVVIA M. FILIA FILIO PIENTISSIMO.

B A' Vvynczio rursus sursum, non ita procul ad ripam Marisij, secundum est Saxonum municipium amplum, quòd Hungari, magis ad Romanam appellationẽ accedentes, Zazsebes uocant, à Zeumate nimirũ, cuius his in finibus Ptolemæus mentionem facit. ipsi Germani à prȩterfluente riuo, quem Muliare uidetur Iordnandes nuncupasse, uel à Miliarensibus militibus, quorũ in Dacia Scotus meminit, Mulenbachũ nominãt, ubi Romana hȩc nominatim monumẽta reperta sunt:

DEO HERCVLI IVLIA MA-
XIMA VOTI SVI COMPOS.

HERCVLI CONSERVATORI GEMIN.
AELIANVS BF. LEGATI V. L. S.

Porrò à Mulenbacho duplex uia est: altera ripæ Marisij insistendo, in tractum Hungarorũ ad Albam Iuliã & Clausenburgũ ducit, cui in reditu nostro, cum totã perambulauerimus Transyluaniam, insistemus: modò in Germanorũ ditione manentes, retrò paulo in orientẽ profecti, unius nõ integri diei itinere ad tertiã Saxonum ciuitatẽ perueniemus, omniũ totius Transyluaniæ maximã atque cultissimã, quam incolæ Hermanstadiũ, Hungari uerò, quòd ibi Athilæ quondam regio fuerit, Seben nomine Cibiniũ uocant. Et cõiectura est, hanc primis temporibus Sebenburgũ à Saxonibus nominatũ extitisse, unde toti prouinciæ nomẽclatura accessit: quod subinde apud Germanos fit, ut in Vvirtenbergia, Badensi, Brãdeburgensi, Cleuensi, ac Iuliacensi, ditionibus uidere est. quanque à septem montibus, septemque Athilæ ducibus alij uocatum uelint. huic ciuitati proximus est Alutas fluuius, quem nostra ætas Alt uocat, qui duobus miliarijs à ciuitate anfractus montium subit, per quos eluctatus in Bulgariæ finibus in Danubiũ exonerat, nõ procul à põtis Traiani ruderibus. In eo loco ubi fauces ingreditur, aditus est celebris ex Thurcia in Transyluaniã, castro munitissimo: idcirco munitus quod à rubedine Hungari Veresthor, Germani Rotenthurn uocant. Ab illo uerò munimento duo-

to duorum penè miliariorū spacio, usq; ad Cibiniū, campi sunt cis Alutam, quos Blechischfeld incolæ nominant: ut nō absurda coniectura sit, Palodam Ptolemæi his finibus sitam fuisse: siquidem & ultra Alutā pagi Vvalachici plures sunt, quos similiter Saxones, à uetusto nimirū ueteris municipij Romani nomine, Blechischdorffer appellant. Cæterū ad hunc ingressum in Transyluania, uidetur alludere Iordnandes in historia Gothorum: Corillus rex, inquit, Gothorum in regnū conscendit, & per XL annos in Dacia suis gentibus imperauit. Daciam dico antiquā, quam Gepidarum populi possidere noscuntur. Quæ patria in conspectu Mœsię sita, trans Danubiū corona montiū cingitur, duos tantùm habens accessus, unum per Bontas, alterum per Thabas. Vtrum igitur Thabæ uel Bonta is sit accessus nominandus, qui est in Rotenthurn, diuinare nō possum. Porrò monumenta in uicinia Hermanstadij reperta hæc sunt: A

M. D. M.
M. COMINIVS PON
TIF. ET BIS QQ.
SARMIZ METROP.
SACERDOS ARAE
AVG. SORORI PIEN
TISS. L. D. D. O.

D. M.
HIC PIETATIS HONOS HIC SVNT PIA
DONA MARITI CVI MVLTVM DILECTA
FVI EGO MARCELLINA PRO MERITIS
CERNIS QVAE MIHI SOLVS CONIVNX
AELIVS COQVAE POST OBITVM ME-
MOR AMORIS DICAT.

Sed redeo ad iter cœptū, quod per ditionē Saxonum cōtra ortum suscepimus. In quo nimirum persistentes biduò, à Cibinio per saltus & montiū difficultates, qui Sarcan Hungaris à dracone uocantur, Coronam perueniemus, tractus illius metropolim, quam à radicis insignibus Vvurczelandiam Saxones uocant: quartam nunc Germanorū in Transyluania ciuitatem, in montium angustijs sitam, natura & opere munitissimā, & ab Hungaris Brassouam nuncupatā, ab antiquo nomine quod Ptolemæus Patruissam nominauit. Ipsi incolę à corona mōtium, nimirum qua Dacia illa tota cingitur, ut suprà ex Iordnande ostēderamus, Chronstad uocant; ubi frequētissimus ex Vualachia & Thurcia in Transyluaniam est ingressus, per montes Butzest & Czernesth: munimento ibi aduersus hostiles minas posito, quod Turczuest appellant: & quod Marcellinus Succos uidetur uocare, lib. historiæ suæ 27. ita scribens: Cuius in summitate occidentali montibus præruptis densatæ, Succorum patescunt angustiæ, Thracias dirimentes, & Thraciam. Habuit hæc ciuitas longè amplissima, superioribus annis doctissimū poetam & geographum, singularem'q; pictorem, IOANNEM HONTERVM, qui nō sine literariæ reipub. iactura ante diem è uiuis excessit. In eius uicinia quoq; natus est longè optimus uir, singularis Musarū, earundem'q; alumnorū patronus, Dominus ANDREAS VVAGNERVS, serenissimi Romanorū regis FERDINANDI à consilijs, & primis secretis, prouinciæ'q; Austriæ inferioris scriniorum præfectus, noster & de nobis benemeritus Mecœnas. A' Corona igitur, quando hic prouinciæ limites sunt, retrò iterum pedem ferentes, per Argetmam & Repiczam Saxonum castella, Ptolemæo Argidauam & Romidauam dicta, diuertemus, bidui itinere Schesburgum, quintum Saxonum in Transyluania municipium, siue coloniam, Ptolemæo Sandauam more Latino nuncupatum. Quam Romanam fuisse, uel ditioni saltem eius populi subiectam ciuitatem, declarant hæc ibidem reperta monumenta, in limine claustri: B

Q. MARILIO TVRBONI FRONTONI
PVBLICIO SEVERO PRAEF. PRAET.
IMP. CAES. TRAIANI HADRIANI
AVG. P. P. COLON. VLPIA TRAIAN.
AVG.

FABRICIVS IVCVND. VIX. AN.
L. FAB. INGIVS HER. ET. F. FRI
CIS LV. ET LVCINIA FRATRES
COLLEGIO FABRORVM TIT.
TROS

A AVG. DACICA SARMIGETVSA. TROS FRATRI PIEN.
CAES. IARSE VIX. ANN. L. P. IVL. SVCCESSA CONIVGI B. M.

Porrò hoc ad Cocheliũ fluuiũ municipiũ positũ est, ad cuius ripam paulo infrà est sexta Saxonũ ciuitas, Medwisium, quam Meghies Hungari uocãt. In qua etsi nulla Vetustatis indicia cernantur, tamen in uicinia Romanorũ pleraq; uestigia occurrũt, ut haud dubitem collocare à Ptolemæo cõmemorata: Pirum, in Birthalmen, quod Berthalom Hungari uocant: Ciridanũ, in Scharesten. Rursus ab his finibus Marisiũ usq; procedentibus, se obijciũt, Ruconiũ, hodie Regen: Nabusã, Busa modò, uel Busaten. Atq; hæc omnia castella duntaxat sunt, Saxonibus passim Hungarisq; habitata. Supra quæ ad alpes Muldauiæ septima iacet Saxonũ ciuitas, quã Hungari Bistriciã, ipsi Germani à Romanæ uocis umbra Nesindaua, Nosenstad appellant. A' quo haud procul fuerũt, Petridana & Marcodaua: quorum ruinas nostra ætas uocat Pettersdorf & Marcoszeek, Siculorũ amplũ admodum pagum. Quę natio & alia duo Romanę Maiestatis uestigia colit, Augustam & Vtidauam, hodie Kusty & Vtuarhel, hoc est, in ipsorũ lingua, Vtidauæ rudera antiquitatis. Sed tempus est, ut ea de quibus locuti fuimus, Vetustatis similiter ex more, si quæ in his eruta sunt, exemplis confirmemus:

In Regen:

AVRELIAE PRISCILLAE CONIVGI PIETATE ET CASTITATE INCOMPARABILI AVRELIVS SABINVS PRIMIPILARIS.

In Nosenstat:

ELIVS NIGER VE. ANN. LXX. CHOR. PALP. EQ. ET SATVRNINI FILIAE CONIVGI PIENTISSIMAE POSVIT ET SIBI VIRO.

In Chusti Siculorum:

AESCVLAPIO ET HIGIAE P. AEL. SYRVS AVG. M. SEP. APVL. ET VAL. SEVERA CONIVNX ET AEL. SVRA FILIA EX VOTO PORTICVM PER PEDES XXX.

B

In Tusteyn:

I. O. M. IVNONI REGINAE MINERVAE OMNIBVS DIIS IMMORTALIBVS Q. AXIVS AELIANVS VE. PROG: AVG. ET AELIA ROMANA EIVS CONI.

IMP. CAES. DIVI TRAI. THICI IVL. NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONTIF. MAX. TRIB. P.

Atq; tantus est tractus, eaq; diœcesis & respub. Saxonũ Germanorũ in Transyluania, hoc est, Dacia mediterranea, cui pro parte Siculorũ, id est Hunnorũ posteritatis administrationẽ cõiunximus. Sequunt̃ nũc Hungarorũ intra alpes eiusdẽ prouincię iudicia, siue sedes, quos comitatus illi appellãt, quinq; numero. Atq; ut exordiamur à septẽtrione, ubi Rutheniæ Moldouiæ ac Trãsyluaniæ cõfinia sunt, cõtinet Moramurusiensis comitatus antiquitatis Romanæ uestigia Cursidanam, hodie Kurymam: Dociranam, quæ nostra ætate Rana uocatur, primis syllabis ex ueteri uoce deletis: & Salinas, quæ adhuc hodie ibidem extant ad fontes Tibisci, locũ incolæ Sigeth appellãt, ubi ex montibus proximis tanta copia fossilis salis eruitur, ut magnũ inde uectigal Hungariæ reges accipiant, atq; cameras in prouincia tres maximas habeãt, ubi ingentes salis moles cõgregant, Tordæ uidelicet, Vizachne, quã & Salczeburgã dicũt, & *. Proximus huic adiacet Zatmariẽsis comitatus, auri atq; argẽti mineris fœcũdissimus: ubi Lapos est fluuius, quẽ Riuulũ dominarũ nominãt: & arx illa insignis, quã gentilicio idiomate uocãt Ciczo, à Ciagisis nimirũ incolis antiquis, quorũ Ptolemæus quoq; mentionẽ facit. In eo similiter tractu est Retek, à Rhatacẽsibus populis nominatũ, quos idem in his finibus Ptolemæus cõmemorat. Fuerũt autẽ Romana municipia, siue quibus Romanus

dabat iura populus: Comidana, fortasse ubi est hodie ad confluentes utriusq; Samos, Dees oppidulū, & Nabuza, quæ & hodie prima dempta syllaba Buza, & à Germanis proximis Busaten appellatur. Reliqui comitatus, quos Hūgari inhabitant, intra alpes Galatarū, quibus ab occidēte Trāsyluania à Dacia ripensi secernitur, & ripā Marisij fluuij usq; ad Mulenbachū, à quo paulo antè recesseramus, extenduntur, suntq; tres numero. In Colocensi Colosuuariū est, ampla ciuitas, à Germanis qui in ea quoq;, sed rari ac mixti colūt, Clausenburgum nuncupatū, fortè à Claustrinorū trans lucū auxiliaribus, quorū Scotus in Dacia nomen exprimit: reliquiæ antiquæ Romanorū coloniæ, quam Aquas uiuas appellabant, à stagnante uidelicet maiore Samo. Atque hanc causam siue etymon uocabuli esse autumo, ut War solita finali clausula, quæ burgi habet significationē, à colonia hāc urbem Colosuuarum nuncuparint, & districtum similiter Colocensem comitatum. Videntur enim hoc indicare inscriptiones, quæ in loco supersunt, Romanæ tales. A

In porta qua ad pontem itur:

D. M.
P. AELIO TRAIANO VIX. AN.
XXVIII. FIL. ET AEL. LIBERO
ALVMNO V. A. III. P. AEL. DACIANVS DEC. ET AEDIL. COL.
F. C.

Ibidem:

I. O. M.
TRAIANO PRO SAL. IMP. ANTONINI ET M. AVRELII CAES.
MILITES CONSISTENTES
MVNICIPIO POSVERVNT
S I.

In monasterio Dominicanorum:

IMPERATOR OPTIMI SEVER. MAXIMI PONT. ANTONINI P. DIVI
HADRIANI MARCO AVG. COLONIA VI. IMP. CAES. TRAIANI
PARTH. DIVI NERV.

Ibidem:

D. M.
AVRELIA AVREL. VIX. AN. XVII.
AVR. MARINIANVS FIL. EIVS VIX.
AN. I. M. IIII. AVR. BABVS VET.
PATER P. B

Ibidem:

FORTVNAE AVG. C. AVRELIVS
ATILIANVS PROC. AVG.

Extra ciuitatem:

I. O. M.
V. VL. COR. PRO SALVTE SVA ET SVORVM IVL. AR. DECORATVS DEC. COL. AQ. FLA. IVL. AEDIL. ET M. AVR. FILIORVM S. DE. COL. AQ. QVES V. S. L. M. PERPETVO ET CORIOLANA COS. VIII. IDVS IVNIAS.

Cæterùm subit & alia coniectura, si fortasse colonia illa fuerit Darcolomarū Vlpiana quoq; & consularis, cuius meminit inscriptio illa:

L. ANNIO FABIANO TRIVMVIRO CAPITALIVM TRIB. LEG. II. AVG. QVAESTORI TVRBANTVM TRIB. PL. PRAETORI CVRATORI VIAE LATINAE LEGATO LEG. X. FRETENSIS LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMARVM VLPIANARVM TRAIANARVM SARMATICARVM D. M. CIVIS SABINIVS MILES LEG. XIII. GLIBRES A RATIONIB. VIX. AN. XXX. VALENS IIVIR. COL. ET COMINIA FLORENTINA PARENTES INEFFICACISSIMI PEVRIO SATVRNINO LEGATO AVGVSTALI PRAEPOSITOQ. CONSVLARI COLONIAE DACICAE SARMATICAE L. D. D. D.

Sed redeo ad iter incœptū. Clausenburgo siue Colosuaræ, extra mœnia adiacet opulentū admodū & amplū cœnobiū, q̄d illi uocant Colosmonostra. Infra paulo fuerunt Fines, hodie Fenisch, & triū penè miliariorū spacio remota Dierna, hodie Torda & Torrenburg Germanicè, ad ripam Aranyæ, quem ab auri ramentis quæ uol-

A quæ uoluit, gens illa nominauit, sita: ubi hoc principes loci ingentem salis fossilis habent cameram. Supersunt autẽ Romanæ Vetustatis hæc ferè monumenta:

D. M.
AIA NANDONIS VIX. AN-
NIS LXXX. ANDRADADI
IVN. IN IIS VIX. AN. LXXX
BRICENA VIX. AN. XL. IV-
XTA VIXIT AN. XXX. BE-
DARVS VIXIT XII. POST
OBITVM FL. HERCVLANVS
LIBERTVS PATRONAE BENEMER.

D. M.
AVR. AVLVCMVS V. D. I. M. VI.
AN. XXXV. AVR. BASIANVS ET
D. ASIVS D. NEM. ET S. M. FA.
CVRARVNT.

Ibidem:

I. O. M.
AVRELIVS VALENTINVS RE-
FEC. V. S. L.

Non procul ab his finibus est in comitatu Dobacensi Filesia, quę & ipsa Romanam memoriam retinet, quam nos Triphili Ptolemęiani uestigia esse coniicimus, ubi illa leguntur:

MERCVRIO SACRVM
MARO ROGATANVS
PRO SALVTE SVA ET
SVORVM EX SVIS.

IVNONI MARO-
GATANVS PRO
SALVTE SVA ET
SVORVM V. S. M. S.

TERRAE MATRI MA-
ROGATANVS PRO SA-
LVTE SVA ET SVO-
RVM V. L. M. S.

Sequuntur ordine eo in tractu, quem gentiliter letum Vvolge appellant, Romanorum municipiorum rudera, tot seculis elapsis in castellorum redacta angustias, Tiasum & Singidaua, quæ nostra iam ætas appellat Diod & Enyed, siue ut Teutonicè uocamus Engetyn: in quorum priori inscriptiones hæ nominatim cernuntur:

B DIANAE AVG. PRO SALVTE IMP. CAES.
TITI AEL. HADRIANI ANTONINI AVG.
PII. P. P. M. STATIVS PRISCVS
LEG. AVG. PAP.
V. S. L. M.

PRO SALVTE IM-
PERATORIS COL-
LEG. AVRARIA-
RVM L. CALPVR-
NIVS D. D.

Superest una adhuc Hungarorum reipublicæ in Transyluania ciuitas, quæ & omniũ maxima & episcopalis est, & infinita Romanæ maiestatis monumenta cõtinet, uulgò ab Hungaris Alba Iulia, & à Germanis qui ulteriorem Marisij ripam accolunt, Vveissenburga nominata, à Mulenbacho Saxonum municipio, de quo suprà dictum est, non ita procul dissita. Quam alij à Gynla Stephani primi regis Christiani Hungarorũ, alij à Iulio Hadriano adoptato ab Hadriano, cuius crebra in inscriptionibus mentio fit, denominatã fuisse contendunt. At ego fidem monumentorũ secutus, quæ ibi extant, coloniam Apulum extitisse existimo, cuius his in finibus non solùm Ptolemæus mentionem facit, uerumetiam inscriptiones in Alba Iulia erutæ omnes penè cõfirmant. Facilè enim à Barbaris qui Romanis successerunt, Apulum uox prima syllaba detracta in Iulum nomen detorsum fuit, cui posterius renouato municipio Albæ nomenclatura accessit: ut duabus alijs euenit, quarum illam ad cõfluentes Saui & Istri Nandoralbam, germanicè Griechisch Weissenburg: hanc uerò ad Saravviczam riuum, à regum cõditorijs & coronatione Albam regalem, germanicè Stulweissenburg passim uocamus. Alia est Bonfinij eius gentis Chronographi coniectura, qui ex Procopij autoritate Hunnos à Phalitis deducit, quos Græci Leucos, id est Albanos nominabant. Non sum uerò ignarus, & à Scoto in Codice præfecturarũ, in Daciæ dioecesi auxiliũ citari Miliarensium trans Albam Daciæ. Vtcunque & undecunque appellata sit, quam hodie in Dacia mediterranea facilè principem ciuitatem Hungari Albam Iuliam uocãt,

 satis

satis constat, ditionem uicinam quæ usq; ad alterũ Kocheliũ flu. & Saxonum confinia, aurarias'q; Transyluaniæ, atq; ad Braniczkam in faucibus introitus qui per Lippam est, sitam propagatur, Albensem Hungaris comitatum nuncupari: ab Alba uidelicet, ciuitate metropoli eius agri. In qua hæ nominatim inscriptiones uisuntur, licet plures adhuc extent, quas longum esset recensere, & passim in libris superioribus, præcipuè quinto ac tertio adductas, Lector candidus leget. Interim coloniæ Apuli quæ mentionem faciunt, subijciam: A

In cella uinaria Hospitalis:

PRI ET POPANTHEO P. P. AELII VRSIO ET ANTONIANVS AEDILE COL. APVL. DICAVERVNT SEVERO ET IOVINIANO COSS.

In alijs ædibus:

P. AEL. P. FIL. PAP. GENIALI DEC. ET PONTIAE COL. APVL. PATRON. COLLEG. CENT. P. AEL. EVTHIMVS LIBERTI.

Et iterum:

DIANAE AVG. AEL. IVLIANVS AVG. COL. APVL. V. L. S.

In horto diaconi Dobacensis:

PVBLIAE AELIAE IVLIANAE MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI ET Q.R. FLAM. ET IIVIRAE CL. APVL. ET ADOPTIVAE P. AEL. MARCELLI V. ET EX PRAEFEC. VII. CL. E. I. ADIVT. DADES ET PHILETVS ACTOR.

In domo quadam:

MATRI AVG. PRO SALVTE IMP. CAES. M. ANTONINI GORDIANI PII FELICIS AVG. M. ANTONINVS EQ. R. DEC. COL. APVL. SACERDOS ARAE AVG. N. D. D.

In horto diaconi Colossensis:

P. AEL. ANTIPAP. RO. MARCELLO EQ. R. DEC. CL. APVL. P. AEL. ANTIPAP. FIL. TRAIA. MILITI ET ADOPTIVO P. AEL. MARCELLI V. ET EX PRAEF. LEG. VII. CLAVD. ET I. ADIVT. DADES FILETVS ACTOR. B

In templo sancti Andreæ:

ET IVNONI REGINAE T. CL. ANICETVS AVG. COLONIAE TEMPLVM VETVSTATE CONLAPSVM A SOLO RESTITVIT.

Ac iam finem eram impositurus Daciarum antiquitatibus, cum occurrit nobis adhuc tertia Daciæ pars alpestris, quæ quidem à præside consulari (si autori Codicis præfecturarũ credimus) administrabatur, qui proconsuli Aurariarũ ac mediterraneæ Daciæ unà cum duce Ripensis parebat: procõsul autẽ à præfecto prætorio Thessalonicensi siue Macedoniæ iussa expectabat. Porrò Alpestrem siue Scythicam Daciam nostra ætate Multaui ueterum Dacorum, & Valachi Romanorum prouincialium reliquiæ tenent. In quibus Romanarũ manent uestigia ciuitatum, Argidaua, modò Argisch Vualachiæ: Tirista, nunc Tervvisch, metropolis Vualachiæ: Oescus Tribalorum, hodie traiectus Budini, quo ex Vualachia siue Dacia in Mœsiam inferiorem, per Istrum traijcitur. In eadem ripa paulo infra fuit Axium, ubi nunc est Galacz. Sed ut maneamus in Daciæ huius Scythicæ agro cis Istri ripam, ad postremũ ostium Istri, quod Arctum respicit, & Kilia Calacis Antonini, & Nester Alba, quam Vveissenburgum etiam uocant. A' quo loco ad interiora Multauiæ retrocedendo in occidentẽ, traijciendus erit Hierassus fluuius, quem ætas nostra uocat Serretũ. Ad cuius fontes haud procul ab Alpibus Siculorum, sita est metropolis Multauiæ Margosest nomine, nimirum Ptolemæi Margodaua. Est infra hanc Regno Multauiæ quoq; oppidũ, fortasse Rhucomũ Ptolemæi, licet hoc nomen quoq; Regenio Transyluaniæ antea attribuissemus.

Atq; de Daciæ antiquitatibus hactenus. Quem tractum terræ primus Romanæ di-

A næ ditionis Vlpius Nerua Traianus Cæsar fecerat. Amiserũt autẽ rursus post annos centũ & septuaginta, Galienus & Aurelianus Romani imperatores, ut testantur Orosius & Fl. Vopiscus. quorũ prior lib. 7. cap. 17. sic scriptũ reliquit: Soluuntur permissu Dei ad hoc circũpositæ relictæq́ gentes, laxatisq́ habenis in omnes Romanorũ fines inuehũtur Germani, alpibus Rhætia totaq́ Italia penetratis, Rauennã usq; perueniũt. Alemani Gallias peruagãtes etiã in Italiã transeũt. Græcia, Macedonia, Põtus & Asia Gothorũ inundatione delentur. nam Dacia trans Danubiũ in perpetuũ aufertur. Sic Vopiscus in Aureliani uita: Cum uastatũ Illyricũ, inquit, & Mœsiã deperditã uideret, prouinciã trãs Danubiũ Daciã à Traiano cõstitutã, sublato exercitu, prouincialib. reliquit, desperans eam posse retineri: abductosq́ ex ea populos, in Mœsiã collocauit, appellauitq́ suã Daciã, quæ nunc duas Mœsias diuidit. hæc Vopisc. Cæterũ Daciã nõ nũc solũ Sarmaticæ gentes Germanis Saxonibus, eò à Carolo Magno traductis cõtra Hunnos, immixtæ passim incolere cernunt: uerũ etiã primis temporibus Gothi Germani Sarmatis coniuncti inhabitauerũt, ut uel appellationes oppidorũ testantur, in auam exeuntes, quę uox Germanis nemusculũ significat, quę peculiaris & hodie locorũ Germanis est terminatio. Vt igitur in Germania Boissaw/Landaw/Kriechgaw/Zabergaw/Donaw/Trutenaw/Frankenaw/Hirschaw/Reichenaw/rc. nominãtur: ita nimirũ in agro Transyluaniæ quondã Marckenaw/Ottenaw/Argenaw/Sendenaw/Nosenaw/Czarsaw/Ruinaw/Pettergaw/rc. Gothi Germani incoluere nemoribus uicina oppida, quas uoces utpote Germanicas Ptolemæus Gręcus difficulter exprimẽs, Marcodauam, Vtidauam, Argidauam, Singidauam, Nesindauã, Ciridauam, Conidauam, & Petridauam, literis scripsit græcis. Sed hæc aliàs. Tempus nũc est, ut relicta Dacia, traiecto Istro, prope Budinũ, transeamus in Mœsiã inferiorẽ, quã modò Bulgari colunt, Turcis subiecti. Vbi Romanę maiestatis oppida magna ex parte deiecta in ruinis iacẽt, & inquisitio antiquitatis longè difficillima est: tamẽ quantũ ex cõiectura & chorographia, mercatorũq́ relatiõe didicimus, ad Danubij ripã in Mœsia inferiori hæc fermè municipia sita fuerũt: Diacũ, Nonę, Trimainũ, Tirista, Seuerianũ, Durosdorꝛ, Legio prima Italica, Trãsmarisa, Sucidaua, Corsum, Trismis, Singidunũ, &c. E quibus ad nostrã memoriã manserũt, hodie utcũq; habitatæ à barbaris, Sornũ, q̃d in aduersa tamen, hoc est Daciæ ripa in Istro à Ptolemæo collocatur. Vetus adhuc hodie nomen retinet Sewrny, à quo haud procul sunt pontis Traiani uestigia, cuius meminit Dion Cassius in historia Traiani: Per ea tempora Traianus lapideum pontem in Istro fecit, opus sanè mirandum, & maximè memorabile, cui cætera illius opera uix adæquare possis. Viginti stant ex quadrato lapide pilæ, quarum altitudo centum & quinquaginta pedum præter fundamenta habetur, latitudo sexaginta pedes continet. Distant inter se centum & septuaginta pedibus, fornicibus uerò coniunguntur. Impensa profectò ingens, & uix credibilis. Sed illud mirari conuenit, quánam ratione & quibus uiribus, quóue artificio in illa gurgitum altitudine, tamq́ pręcipiti fluuio, tum singulæ columnæ extrui ualuerint, tantarumq́ moliũ fundamenta stabiliri. Vada præterea limosa erant, neque amnis aliò auerti poterat. Quanta uerò altitudo sit aquæ, & quàm latè pateat amnis, haud equidem enarrauerim. Diffunditur per ea loca spaciosus, atq; interim imbriũ mole cõcitatus, ripas longius submouet. alibi uerò duplo, atque interim triplo priori sui parte maior aut restagnat, aut defluit. Qua uerò arctatur, uorticosus ac ferox, ædificia & põtes nõ patitur. et rursus liberatus angustijs, in pelagi formã totus expaciatur, iterũq́ coit quasi retentus, profundiorq́ & rapidus fertur. Arduũ igitur, & maximè laboriosum fuit, in ea fluminis parte pontẽ ædificare. Ex hoc sanè ingens Traiani animus arguitur,

Romanæ appellationes uetustæ municipiorum Daciæ, Teutonicæ fuerunt.

Antiquitates Mœsiarum.

B

Pons Traiani in Danubio.

atque adeò magis, quòd nullum cõmeandi usum pons præbebat. Pilæ etiamnum extant ceu in ostentationem potentiæ & Cæsaris opum fabricatæ: simul etiam ut posteris testatum maneret, nihil esse quod hominum manu & opibus Romani imperij effici non possit. Ponte Danubium ideo Traianus coniungere uoluit, ut expeditius uel non glaciato amne præsidia facultas traducendi foret, quoties Romani, qui trans Danubiũ agerent, à Barbaris bello & armis uexarentur. Ergo uelut adstricto frigoribus fluuio, cum res posceret, cõmeare licebat. Cæterùm cõtraria ratio Hadrianum mouit. Siquidem is ueritus, ne pulso Romano præsidio, aut oppressis legionibus, feræ & indomitæ gentes facto aditu ea loca inuaderent quę cis Danubium sunt, Mœsiamq́ subinde popularentur, structuras & fornices quantæ supra aquam eminebãt, demoliri iussit. Cæterùm cùm apud Sorni ruinas, tum pontis, hæ Romanæ inscriptiones reperiuntur. A

Seuurni:

FORTVNAE AVG. OMNIPOTENT. VBI ERAS RAMNVSIA VBI ERAS QVANTVM ABFVIT NE ROMA LVGERET SED VIVIT TRAIANVS VE TIBI DECEBALE MILS LEG. VI. ET XIIII G. DEVOT. CAPITIBVS.

VICTORIAE AVG. NONNE DIXI TIBI DECEBALE FVNESTVM EST HERCVLEM LACESSERE NON RECT. FECISTI TVA IPSE QVOD IACES MANV SED TV VTCVNQ. CAESAR VICIT TVLIT S. SEMPER AVGVR AVGVSTALIS.

In pontis ruderibus:

PROVIDENTIA AVG. VERE PONTIFICIS VIRTVS ROMANA QVID NON DOMET SVB IVGVM ECCE RAPITVR ET DANVBIVS.

Ibidem: B

IMP. CAESAR DIVI NERVAE F. FILIVS NERVA TRAIANVS GERM. PONT. MAX. TRIB. POTEST.

Itaq́ post habitatum à Barbaris Seuerianum, hodie Sewrnij, infra pontis Traiani ruinas, Durosdorum est, modò Doram, unde superiori æstate Thurcæ traiecto Danubio mouerunt uersus Temeswar, ab ipsis postea expugnatũ trans Marisca, nostra ætate Marice, ubi flu. eiusdem nominis Danubium ingreditur: Sucidaua, hodie forsan Galubaciũ, Seruiæ, ubi Sigismundus Imperator cum Mahometo Septimo infeliciter pugnauit, anno Domini 1409. Singidunum, ubi est nostra ætate Shendrinum, metropolis Seruiæ, expugnata ab Amurathe Turcorũ imperatore, Ladislao Austriaco regni Hungariæ gubernacula tenente. Et hæc quidẽ ripensia Mœsiæ erant utriusq́ municipia. Venio ad mediterranea, incipiendo à Gabro flu. quem modò Vardarũ uocant, ad cuius ostium in Istrum Nicopolis, & ab ea uersus Macedoniam sita est Sophia, incertum an Antonini Bononia.

Haud procul ab ea sunt Geglone campi, à Teditio Romano quondam municipio appellati. Hinc Rhodopes montis iuga se attollunt, Thraciam à Mœsijs diuidentia, quæ hodierna uocat ætas Curiorovvicze, & Vasigluze. Vnde per Brayloue campos & deserta, à Piroloridaue ruinis ita nominatos, peruenitur ad Vlpianum, hodie Pyrothij, ad ripam Morauæ fluuij positũ, quem uetustas Moschũ uocabat. A qua haud procul Brannicerum est, Variani Antonini uestigia. In ipsa ripa erant Retiaria, & Tricornium, hodie Ressana & Corusceue. Cætera à Danubio siue Istro dissita fuerãt, Vendenis, hodie Raueniczen: Velanis, Larzij: Nessus, modò Nyssa: Vlpianũ, nostra ætate uilla Procopiana: Scupi, uel Cupæ, secũdum Antoninũ, hodie Scopia, post montana superioris Mœsiæ. In quæ anteq́ ascenditur ex Mœsiæ superioris agro, Vvucziderna iacet, tertia, & hodie maximè frequentata

A quentata Seruię metropolis: Viminatij antiqui uestigia, à qua se Cossouij campi abijciūt, & supra hos in montanis Nouomont, ferri cæterisq́ mineris notissimus locus: Nouiodunum, uel Nouæ geographorū. Qui ulterius pergunt in Thraciam, per uallem Chriuancze & Koropnitze à Bulgaris hodie possessas, & à Tricornesijs nominatas, usq́ ad ripam Strymonis penetrāt, quem nostra ætas Ischar uocat. Inde se Maricże flumen offert à Transmariæ ruderibus sic nuncupatū, quę hodie Philippopolis dicitur, ipsum uerò flumen Ebrus erat. A' quo ad Drinopolim uia ducit. Hadrianopolis nimirum uetus illa. Et hinc ad littus maris perueniтur, Callipolim uidelicet illam, & Perynthum, quæ hodie in uia iacet Cōstantinopolim uersus ad sinum quendam, ubi est traiectus, & qui modò Czerly nuncupatur. Hæc Thraciæ ciuitas erat, ubi modò est Romania. A' qua rectà, littora maris Ægei legentes, perueniemus in Macedoniam, transeuntes per Heracleam, Longum murū, Lysimachiam, Aphrodisiam, Dymam, Maroniam, hodie Marognam, Abderā, Christopolim, Neapolim. Et inde per campos Philippos ad ostiū Strymonis, quem Turcæ Ischar dicunt. Ad quod Amphipolis sita est. à qua per Arethusam, Stagyram, Ossam, Thermaicum sinum à tergo relinquentes, & Stratonicam Chersonesum: ingrediemur Thessaloniam, hodie Selenicam, totius Macedonici siue Illyrici orientalis prætoriam ac metropolitanam sedem. Quo ex loco tanquam totius limitis prima sede, duplex uia ducit: altera per mediterranea Græciæ, Achaiam uidelicet, Macedoniamq́ in Peloponesum, quæ modò est Morea: altera per Epirum & Præualitanam, in Dalmatias. In prima uia transeunda sunt Axius flu. Citarij montes, Alacmon flu. Pieria, hodie Lacosichia: Emathia, nunc Pitiotidia: Pharis flu. Thessalia, nostra ætate Lamina, Sperchi flu. hodie Larta Cimi, Pindus & Oethus montes, cum Bœotia regione, ubi nostra est ætate Stramuzupa. Antiquitates Græciæ.

B Præterea in his finibus iacent Thebæ, Thyana modò: Athenæ, hodie Satynes: Corinthus, Choranto: Spartum, Ebada: Eubœa, nostra ætate Eunya: Lemnos insula, nunc Stalamine: Maluasia & Pateræ, nostro seculo uino Græco famigeratissimæ. Et hæc de prima uia. In altero autem itinere quod ad Adriam ducit, à Thessalonica ordine occurrunt Mygdonia, sub Scardo monte, qui hodie est Orbelus: Nouigrado, Castoriū: Antigonia, nostra ætate Croia Albaniæ, hoc est Epiri modò metropolis: Apollonia, Epidamnus, Durachium, ciuili bello cognitissimum, nunc Duraczo: Scodra, hodie Scutari: Sibenicum, hodie Sycum: Salona, nostra ætate Salane: Scardona, modò Sara Dalmatiæ. Ad latus situm est Rhagusium, quod olim erat Epidaurus. reliqua littori maris Adriæ adiacēt: Vlcimū, hodie Dulcigno, uel Castell nouo: Senia episcopalis, quam Zeugam dicimus: & Tersalicum, modò Tersacz. Et hæc quidem habuimus, quę de uetustatibus limitis Illyrici orientalis siue Macedonici, ex fide historica proponeremus: quē tamen hodie, quòd totus non possit peruestigari, immane Turcarum iugum in causa est. Essent iam cæteri limites orientis, atque Libycus explanandi, si barbaries ibi suborta pateretur. Romana enim cùm municipia, tum colonias in his fuisse innumeras, uel Antonini itinerarium, atque Ecclesiasticæ historiæ testantur: de quibus quòd nihil hic definiamus, ac sub iudice litem relinquamus, causa est mira solitudo, quæ Mahometicam secuta tyrannidem est. Interim tamen ut aliqua uetustate & Caput & hunc limitem Macedonicum cōcludamus, libet rhapsodias subnectere, quas precibus nostris impulsus, optimus uir MARCVS SINKMOSER, inuictissimi Romanorum regis Diui FERDINANDI à secretis & consilijs, dum Constantinopoli pro oratore ageret, ex monumentis fortefortuna occurrentibus propera manu descripsit, & nobis communicauit.

Constan-

Constantinopoli,

A

In columna quadrata, in cuius lateribus singulis caput tauri est:

C. CAESARI AVGVSTO F. CIANNIDVS E. F. CLA. FRONTO.

In altera columna hæc Græca cernitur inscriptio:

ΚΙΟΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ ΑΕΙΧΘΟΝΙΚΕΙ ΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟΣ ΜΟΥΝΟΣ ΑΝΑΣΤΗΣ ΛΙΘΕΙΔΟΣΙΟ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΟΛΜΗΣΑΣ ΓΡΟΚΛΟΣ ΕΓΕΚΛΕΤΟ ΚΑΙ ΤΟΣΟΣ ΕΣΤΗ ΚΙΩΝΗ ΕΛΙΟΙΣ ΕΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΔΥΩ.

Addita est & uersio Latino carmine:

Difficilis quondam Dominis parere Serenis,
Iussus & extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theodosio cedunt, sobolíq; perenni,
Ter denis sic uictus ego domitusq; diebus
Iudice sub Proclo sursum selatus ad auras.

Hadrianopoli, quæ est hodie Trynopol.

ΣΩΣΙΜΟΣ Ο ΝΗΣΙΦΩΝΤΟΣ ΚΑΙ ΤΡΕΙΤΟΝΙΣ ΥΓΕΡ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΟΝΗΣΙΦΩΝΤΟΣ ΑΣΚΛΗΓΙΩΙ ΚΑΙ ΥΓΕΙΑΙ.

Ibidem:

C. IVLIVS C. F. FAB. ANTIOCHIVS PHILOPAPPVS COS. FRATER AVRALIS ALLECTVS INTER PRAETORIOS AB IMP. CAESARE NERVA TRAIANO OPTIMO AVGVSTO GERMANICO DACICO.

Athenis item ad fauces aquæductus:

IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS COS. III. TRIB. POT. II. P. P. AQVAEDVCTVM IN NOVIS ATHENIS CEPTVM A DIVO HADRIANO PATRE SVO CONSVMAVIT DEDICAVITQVE.

In foro cursuū, hoc est prodromo, in columna hæc Græca est inscriptio:

ΤΟ ΤΕΤΡΑΓΛΕΥΡΟΝ ΘΑΥΜΑΤΩΝ ΜΕΤΑΡΣΙΩΝ ΧΡΟΝΩ ΦΘΑΡΕΝ ΝΥΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΕΣΠΟΤΥΣ ΘΥ ΡΩΜΑΝΟΣ ΠΑΙΣ ΔΟΞΑ ΤΗΣ ΣΚΗΓΤΟΥΧΙΑΣ ΚΡΕΙΤΤΟΝ ΝΕΟΥΡΓΕΙ ΤΗΣ ΠΑΜΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ Ο ΓΑΡ ΚΟΛΟΣΣΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΗΝ ΕΝ ΤΗ ΡΟΔΩ ΚΑΙ ΧΑΛΚΟΣ ΟΥΤΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΕΣ ΤΙΝ ΕΝΘΑΔΕ.

Thessalonicæ, quæ est hodie Selenica:

Q. FVLVIVS L. F. RVFFVS Q. ARGIVS Q. F. CELER PATER IIVIR LANARIAS, ET QVAE IN HIS SVNT SVA PEQ. FECIT VT EX EO VECTIGALE QVOTANNIS MVLSVM ET CRVSTVM NATALE CAESARIS AVGVSTI DARETVR.

B

Ibidem:

Q. CAICILIO C. F. METELLO IMPERATORI ITALICI QVEI ARGEIS NEGOTIANTVR.

Athenis auspicio dominorum comparata monumenta:

ΤΟΝ ΛΑΟΓΡΩΤΑΤΟΝ ΑΝΤΥΓΑΤΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΡΟΥΦΙΟΝ ΦΗΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕΟΓΑΓΕΙΤΗΝΕΣ ΑΡΕΟΓΑΓΟΝ ΚΑΙ ΒΟΥΛΥ ΚΑΗ ΒΟΥΑΝΤΟΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΙΚΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΤΗΣ ΓΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ ΓΡΟΝΟΙΟΣ ΦΛΑΒΙΟΥ ΓΡΥΔΑΔΟΥ ΑΛΟΥ ΔΙΑΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ.

A

CAP. II. DE TAVRVNO, ACVMINCO, Rithio, Singiduno & Tarso.



VPERIORI capite digressi paulo latius ad alios limites uicinos, hic iam reuertimur ad limitē propositū, & quē præcipuè hoc libro explicandū desumpsimus, uidelicet Illyrici occidentalis, siue Istri. Qui ubi cohęret cum Dacijs & Mœsia, Pannoniam inferiorem exhibet, de qua ista Sectiōe sermo noster uniuersus erit. Hęc aūt incipit à cōfluentibus Saui & Danubij. In quibus hæc fuere finibus municipia, sub eadem ferè eleuatione poli XLV graduū, & eadem longitudine tot quoq; graduū penè à Ptolemæo descripta. Extant Tauruni nō solùm rudera, sed mœnia adhuc, ac insigne totius quondam Christiani orbis monumentū atq; propugnaculū, quā Nandoralbam, siue Gręcam Albam appellant: Germani Griechisch Weissenburg dicunt, quòd uidelicet ditionis Seruiæ Despotæ fuerint, qui Græco imperio parebat. Quo à Thurcis destructo, cum Gregorius Despota à cōmunibus quoq; hostibus urgeretur, subsidia sibi constituens apud Sigismundum Imp. ut iuuarent libentius, Hungariæ regno dono cōcessit. Sub quo ex incuria iterum amissum, Ioannis Hunniadis Transyluani & Capistrani pōtificij legati receptum uirtute & opera fuit, multisq; annis egregiè aduersus barbaros defensum. Fuit pręterea obsidiōe iterū ardua cinctū hoc propugnaculū, sub Ladislao, qui Alberto Austriaco successit, ex Polonia uocatus in spem regni: quo tempore Soppronienſiū uirtute is tū locus denuò seruatus fuit. Cęterū sub annū demū Salutis humanæ 1521. ignauia & proditione Valentini Turekhij, qui pręsidio impositus ab Ludouico rege erat, iterū obsessus à Zelimo Thurcarū tyrāno, & expugnatus, ingenti totius Christiani orbis pernicie fuit. Nō possum hic pręterire Romanam in eo quondā cōstitutā rempub. Quippe equites promoti, & Ascarij auxiliares, Arcadio & Honorio imperatōib. statiua isthic habuerāt. Et hæc, quæ de Tauruno diceremus, habuimus. Sequitur Acumincū, cui legiōis nomen adijcit Ptolemæus, & in quo equites sagittarios Scotus cōstituit. Extat & hodie ruinæ illius haud procul Nandoralba, ueteri utcūq; nomēclatura, deprauata tamē, Zalonkemen Hungari dicūt, ripæ Istri adiacens oppidū, & à Thurcis hodie possessum, de quo Marcell. lib. 18. hæc scripta reliquit, cū prius multa de Sirmio & Valeria locutus fuisset: Proinde uallo prope Acumincū locato, celsoq; aggere in speciē tribunalis erecto, naues uehentes quosdā legionarios expeditos, alueū fluminis proximū ripis obseruare sunt iussæ, cum Innocentio quodā agri mensore, huius autore cōsilij. hæc ille. Porrò nobilitatus hic est locus uictoria Salomonis Hungarię regis, reportata de Bissenis, qui per Mœsias incursauerāt. Et de Acuminco legione, puta secundæ adiutricis, statiuis, hactenus. Cui iam Rithiū succedit, hodie Ratza appellant, Sauo adiacentē magnū pagum, haud procul à S. Demetrio, & Saui Bozuthæq; fluuiorū cōfluentibus. Est autē Bozvvtha, quē Plin. lib. 4. cap. 25. Bacuntiū uocat, & haud procul à Sirmio exire in Sauū tradit. Sequitur Singidunū, nō illud Mœsiæ, de quo superiori dictū est libro, sed Pannoniæ, cuius mentionē facit Aurelius Victor in Iouiniani hist. Iouinianus, inqt, patre genitus Varroniano, incola agri Singidonēsis, prouincię Pānoniæ. Meminit huius & Procopius lib. 3. rerū Gothicarū sic scribēs: Is aūt populus loca supra Istrū iampridē incoluere: deinde Gepides loca circa Singidunū & Sirmiū tenuerūt: intra uerò & extra Istrū meo usq; tēpore nūc habitāt. Citatur & à Iordnande, eandē cōmemorāte de Gepidis historiam. Idem lib. 1. His uerò ad dextrā Daci Pānonijq; incolūt. Quibus ad aliorū locorum possessionē Singidones Sirmijq; accedūt, & usq; ad Istrum fluuiū, eorū propagatur imperiū. Et iterum lib. 3. Heruli præterea alia Dalmatiæ loca Imperatoris permissu & circa Singidonum habebant, ubi uel ad id temporis habitant.

Græca Alba.

B

Acumincum Legio.

Rithium.

Tripar-

Tripartita deniq; historia Vrsatij episcopi Singidonensis in Pannonia nomen cõ memorat. Quæ omnia declarant, haud procul à Sirmio hoc positũ municipium fuisse, ubi est hodie uidelicet Segetnicia, usitatus Thurcarũ in Pannoniã traiectus. De quo fortasse accipiendus erit locus Othonis Frisingensis lib.4. Chron. cap.24 etsi Seigedo pro Singiduno scriptũ illic sit. Superest ut etiã de Tarso dicamus, cuius etsi uestigia nõdum inuenire certò potuerimus, tamen describit inter Pãnoniæ Sirmiensis ciuitates nõ solũ à Ptolemæo, uerumetiã ab Aurelio Victore citatur in Galerio Maximiniano: Maximinianus, inquit, apud Tarsum morte simplici perijt. Valens à Licinio morte mulctatur. Fuerũt autẽ morũ huiusmodi: Aurelius Maximinianus cognomento Herculius, ferus natura, ardens libidine, cõsilijs stolidus, ortu agresti Pannonioq;. Nam etiam nunc haud longè Sirmio eminet locus, palatio ibidem constructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria. A

CAP. III. DE SIRMIO, PANNONIAE *totius metropoli, & colonia.*



Sirmium. CELEBERRIMVM ueteribus Sirmiũ in Pannonia fuit, non solũ ob concilium generale, quod ibi sub Constantio cõtra Arrianos fuit, uerumetiã ob natale solum maximorũ principum, qui isthic in lucem prodierunt, Probus, Valentinianus & Gratianus, Cæsares & Imperatores, & quòd classis ibi perpetua Romanis, horreũq;, præpositus thesaurorũ & præfectus cum ala militũ Calcarensiũ sedem habuisse reperiuntur. Fuit deniq; & uetustatis prærogatiua Romanis cõmendatum quõdam. Segesta. Namq; Augustum Octauianũ Strabo refert, Sirmiũ & Segestam in Pãnonia aduersus Dacos horrea expeditionis constituisse. Qui quidem autor quoniã lib.7. Sirmi Tribalorũ regis mentionem facit, Tribalos autẽ Mœsiam Pannoniæ proximam incoluisse constat, fortè haud absurda coniectura fuerit, ab primo omniũ rege nomenclaturã hoc oppidum accepisse. Alexãder sanè Philippi filius, inquit, in ea expeditione quam aduersus Thracas ultra Hemũ suscepit, cum Tribalorũ gentem incursasset, uidit eos usq; ad Istrum pertinentes, in quo & Peucen insulam, ulteriora uerò tenentes Getas: eò usq; profectus, insulã quidem ingredi nequiuisse nauigiorũ penuria. Nam cum in eam ipse Tribalorũ rex Sirmus confugisset, aduersus eius impetum obstitit. Cæterũ transgressus in Getas, eorũ urbem in potestatem redegit. Quibus subuersis, accipiens à gentibus illis & à Sirmo rege munera, euestigiò remeauit ad suos. hæc Strabo. Qui posterius paulo, in Pãnoniæ descriptione, Sirmij oppidi meminit hisce uerbis: Hinc Noarus augetur accepto Colapi, qui ex Albio mõte fluens per Iapodes Danubiũ illabitur ad Scordiscos. Hęc ipsa nauigatio magna ex parte per fluuios in aquilonem, ex Tergesta in Danubiũ cursum habet, per stadia circiter mille & ducenta. Penes Segestam castellũ est Siscia, & Sirmiũ ea in uia sitũ est. Huic loco Strabonis nõ dissimilis alter apud Pli. lib.3. cap.25. Colapis in Sau influens, ait, iuxta Sisciam gemino alueo, insulã ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Alter amnis Bacuncius in Saum Sirmio oppido influit, ubi ciuitas Sirmiensium & Amantinorũ. unde quadragintaquinq; millia passuum Taurunum. hæc Plinius. Hæ descriptiones nobis rudera ueteris indicare Sirmij possunt. In agro enim Sirmiensi, siue comitatu, ut adhuc hodie Hungari uocãt, fluuius quispiã infra Valponẽ oritur, Bozvvtha nomine, fluẽsq; in meridiem & ortũ, interiectis mõtanis uitiferis, quorũ se iuga ad Istri ripam demittunt, prope S. Demetriũ quatuor miliariorũ spacio, in Sauum exoneratur, supra quod ostiũ unius magni miliarij interuallo, ueteris Sirmij ruinæ cernunt ad ripam Bosuthæ, hoc est Bacuntij, retinet antiquum adhuc nomen; etsi non solùm maiestas B Sirmij ruinæ ubi sunt.

loco

A loco decesserit, sed etiam ciuitatis dignitas ac amplitudo. Meminit porrò Sirmij Pannoniæ coloniæ multis in locis Aurelius Victor, præcipuè uerò in Probi historia, cum dicit: Vineas Gallos & Pannonios habere permisit: opere militari Almū montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorem uitibus cōseuit. Hic Sirmio in turri ferrea occiditur. Et iterum in Galerio Maximiniano: Fuerūt autem morū huiuscemodi, Aurelius Maximinianus cognomento Herculeus, ferox natura, ardens libidine, consilijs stolidus, ortu agresti, Pannonioq́;. Nam etiā haud longè à Sirmio eminet locus palatio ibidem cōstructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria. Et rursus in uita Gratiani: Gratianus, inquit, genitus Sirmi, imperauit cum patre Valētiniano annis octo, diebus LXXXV, cum patruo & fratre tribus. Et alibi in Theodosio: Theodosius genitus, ait, patre Honorio, matre Termantia, genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto, apud Sirmium imperator effectus, regnauit annis XXVII. Retulit præterea Sirmij nomen in suos annales Am. Marcellinus lib. 16, de Cōstantio Cæsare locutus, ubi hæc scribit: Cupiens itaq; augustissima omniū sede morare diutius Imperator, ut ocio puriore frueretur, & uoluptate, adsiduis nuncijs terrebatur, & certis, indicantibus Sueuos Rhætias incursare, Quadosq́; Valeriam, & Sarmatas latrocinandi peritissimū genus superiorem Mœsiam & secundam populari Pannoniam. Quibus percitus, trigesimo pòst quàm ingressus est die, IIII Cal. Iunias ab urbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum festinauit. Vnde misso in locum Marcelli Seuero, bellorum usu & maturitate firmato, Vrsicinum ad se uenire præcepit. Et ille literis gratanter acceptis, Sirmium uenit, comitantibus socijs. Idem lib. 27, de Quadorum in Pannonias incursione scribens: Et reductus Imperator ad regiā, ocioq́; bidui recreatus, Sirmium cum pompa triumphali regressus est. B Et libro rursus 19, Sirmium sedem Imperatoriam celebrat his uerbis: Inter hæc ambigua Cōstantium, Sirmi etiam tunc hyberna quiete cubantem, permouebant nuncij metuendi & graues, indicantes id quod tunc magnopere formidabant, Lunigantes Sarmatasq́;, quos expulisse ex paternis auitisq́; sedibus dominos suos antè monstrauimus, paulatim posthabitis locis, quæ eis anno præterito utiliter sunt destinata, ne, ut sunt uersatiles, aliquid molirentur in eum, regiones confines limitibus occupasse. Et subdit: Constantius Sirmium redijt, ferens de hoste fallace uindictam. Idem libro uigesimoprimo: Hic ut in re tali urgente composito, magistro equitum illic relicto, Imperator reuertitur Nessum, copiosum oppidum, quo inde præpeditè cuncta disponeret, suis utilitatibus profutura. Vbi Victorem apud Sirmium uisum, scriptorem historicum, exindeq́; uenire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit. Ad hæc paulo pòst: Duas legiones Constantiacas, addita una sagittariorū cohorte, quas inuenerat apud Sirmium, ut suspectæ adhuc fidei per speciem necessitatum urgentium, misit in Gallias. Hæc ille. qui libris postea 30, & 31, pluribus rursus uerbis Sirmium celebrat. Quin & Herodianus Græcus author, libro sexto, cum Seueri Alexandri Cæsaris historiam retexit: Fuere item alia prælia, inquit, quibus omnibus ipse manu pugnam capessens, ac fortissimè dimicans, exsplendescebat: multisq́; captiuis atq; ingenti præda abacta, instante hyeme in Pannoniā reuersus est: intraq́; urbem Sirmium, quæ maxima omniū eius regionis habetur, in hybernis agens, ad uernā se expeditionē cōparabat. De eodem municipio & Fl. Vopiscus in uita Probi: Probus oriūdus, ait, à Pānonia ciuitate Sirmiense, matre nobiliore q̄ patre, matrimonio moderato, affinitate nō magna, tam priuatus q̄ Imperator, nobilissimis uirtutibus claruit. Et iterū: Nam cum Sirmiū uenisset, ac solum patriū fœcundare cuperet, & dilatare, ad siccandā paludem multa simul millia militū posuit, ingentem

parãs fossam, qua deiectis in altũ nauibus loca Sirmiensib. profutura siccaret: permoti milites cõfugientem in turrim ferratã, quam ipse speculæ causa editissimam exædificauerat, interemerunt, anno imperij sui quinto. Et iterum alibi: Ipse Almum mõtem in Illyrico circa Sirmium, militari manu fossum, lecta uite conseuit. hæc Vopiscus. Sanè & in hanc usq; diem ager Sirmiensis in regno Hungariæ generoso uino percelebris habetur, quem omissa litera R, Simigiensem Germani appellant. Non ignoro, plura testimonia haberi de Sirmio & apud Eutropium, atq; Orosium libro septimo. Denique Iordnandes delineans Pannoniam, duabus hanc maximis amplissimisq; ciuitatibus includit, Sirmio ab oriente, & Vindobona ab occasu. quæ primi gustus uinis nostra quoq; memoria loca nota habentur. Sirmiense enim suum Hungari patrijs omnibus præponunt: & Vindobonense uinum Austriaci, hoc est, Viennense extollunt. Cæterùm in Sirmio uetustissima omniũ episcopalis sedes fuit, inter adhuc initia religionis posita. Nam legitur Eutherius Sirmiensis episcopus Sardicensi concilio subscripsisse. Et in actis concilij Aquileiensis, habiti sub Gratiano Cæsare aduersus Palladiũ & Valentem Arrianos, leguntur hæc nominatim uerba: Ambrosius episcopus dixit (is sanctus fuit) Dicunt etiã Aphrorũ legati, qui omniũ ciuiũ huc attulere sententias. Felix episcopus & legatus dixit: Si qui filiũ Dei negauerit, & sempiternũ & coæternũ negauerit, nõ solus ego legatus totius Aphricanæ prouinciæ damno, sed & cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc cœtum sanctissimũ me misit, etiam ipse antè damnauit. Amenius episcopus dixit: Caput Illyrici nõ nisi ciuitas est Sirmiensis. ego igitur episcopus ciuitatis illius sum: Eum qui nõ confitetur filiũ Dei æternũ, & coæternum patri, quod est sempiternũ, anathema dico. Fuere igitur & Eutherius, & Amenius, episcopi Sirmienses, mox initiante CHRISTI saluberrima doctrina. Quo loco cõtra Arrium & Arrianos, Cõstantius generalem synodũ congregauerat. Cui, ueluti & Nicæno, Osius episcopus Cordubensis abusq; Hispania accersitus præsedit. De quo in hist. Tripartita Socrates: Quãobrem, inquit, tumultu surgente, iussit Imperator conciliũ in Sirmio cõgregari. Cõuenitq; illuc ex orientalibus quidem Marcus Arethusę, & Georgius Alexandrinus, quem remoto Gregorio ordinauerant Arriani. Venit etiam Basilius, expulso Marcello Ancyræ præside: Pangratius Pelusij, Hippatianus Heracliæ. Occidentaliũ uerò Valens Mursanus, & tũc celeberrimus hominũ Osius Cordubæ pontifex, pariter inuitus. Isti siquidem post consulatũ Sergij & Nigriani cõuenerunt in Sirmio, & Photinũ dogma Sabellij Libyensis & Pauli Samosateni sępe cognoscentes, repentè damnauerunt. Hæc ex historia Tripartita, quæ alijs quoq; plerisq; locis Sirmij cõmeminit.

Porrò Sirmiensis sedes renouata à Stephano, primo Christiano Hungariæ rege, circa annum Salutis nostræ millesimũ, mansit usq; ad nostra tempora: quibus postremus eius sedis episcopus, frater Dumari Paulus, qui summam scientiam in re militari habebat, in acie cum Ludouico rege oppetijt. Et ab eo tempore municipium illud cum uniuerso agro Sirmiensi in Thurcarũ tyrannidem cõcessit, anno uidelicet incarnati Verbi 1525, in qua etiamnũ manet. Postremò, ne & illud surda aure transeamus, q̃ celebre hoc municipiũ florentibus Hungarorũ rebus extiterit, docere etiã potest ducalis sedes, quæ isthic fuit, quo tempore adhuc initiante apud Hungarorum gentem religione CHRISTI, reges sub se duces habebant. Vnde legitur in annalibus Hungarorũ, sanctũ regem Stephanũ, Cupam ducem Sirmiensem, quòd cõtumax esset, in acie uicisse. Deniq; nec illud ignorandũ est, episcopos Sirmienses ad ripam Danubij castrũ possedisse Petriuaradinum nomine. Vnde superioribus annis desolato ac amisso Sirmio, quòd in castro perpetuo præsules habitarent, episcopi Petriuaradienses cognominati fuere.

CAP. IIII. DE CVSI, BVBALI, SIVE CIBALI, Budalia, Hispaneta, Vlmis & Segesta.

A ECENSENTVR hæc in uicinia Sirmij, in itinerario Antonini, quorum Cusi XXXIII milia passuũ à Sirmio collocare uidetur, quam ipse subducit secus Danubij ripã, in Rhætias. Vlmos quoque XXVI mille passus à Sirmio, in alio itinere quod Treuiros per mediterranea Pannoniæ describit. Qua distantia nostra ætate Irekh ac Ilessi posita Hungaris cernuntur, nunc Turcarum seruitute pressa ac defœdata. Ab Vlmis rursus Cibalin XXIIII mille passus separat, à qua Mursam Draui urbem tanto etiã interuallo perueniatur. Quo loco nostra ætate Palma oppidum iacet, quam Valco fluuius irrigat, à Romano municipio Valcone denominatus: qui deorsum currẽs, Bozinthæ, hoc est Bacuntio confluit, ac duos comitatus, Sirmiensem Valconensemq́ distinguit. Porrò Cibalis crebra apud autores mentio fit, transpositis subinde literis, ac una pro alia posita. Atque ut à geographis ordiamur, Ptolemæus & Antoninus Cibalas nominant. quos secuti historici, Aurelius Sextus, Marcellinus, Eutropius, & Orosius, nunc Cibalas, nunc Ciualas appellant. Ac nisi uno id omnes ore facerent, errore ac similitudine Græcarum literarum β & κ contigisse existimarem: ut quoniam corrupta exemplaria Græca Ptolemæi ex uetustate κίβαλιμ habent pro Bibalim, reliqui item decepti authores similiter pronunciarint. Sed omnes unà simul, ut diximus, authores Cibalam & Ciualam scribunt. Nisi quòd Aurelius Sextus & Eutropius in historia Decij, Bubaliæ Pannoniæ oppidi meminerint: & in quibusdam exemplaribus Ptolemæi Græcis nõ κίβαλις, sed Bubalis, siue Bibalis scriptũ nomen cernatur, quod similiter antiquæ autor translationis & Pyrkhaimerus uerterunt: ut res non indigna quæstione sit, unúm ne uel diuersa loca Cibalis & Bibalis extiterint: item Bibalis'ne Budalia & Metabarris, cuius Plinius meminit in uicinia Sirmij & Segestæ libro tertio, cap. 25, cum ait: Insula in Sao Metubarris amnicarum maxima. Sanè hæc insula adhuc hodie in Sauo fluuio infra Segetnicium extat, & oppidum habet Bibar, quod à Bubalis nomine haud ita multum abludit. Sed libet loca authorum de hoc municipio referre. Quorum primus Aurelius Sextus in historia Constantini Cæsaris sic nominatim scribit: Verumenimuerò, ut imperia difficile concordiam custodiunt, dissidium inter Constantinũ Liciniumq́ exoritur, primumq́ apud Cibalas iuxta paludem Hiulcam nomine Cõstantino noctu castra Licinij irrũpente, Licinius fugam petijt. Quam historiam similiter Eutropius & Orosius recensent. quorum hic libro septimo, cap. 18: Mox bellum, inquit, inter Licinium ipsum & Constantinum efferbuit: sed Constantinus Liciniũ sororis suæ uirũ, in Pannonia primũ uicit: deinde apud Ciualas oppressit. ille uerò sic scriptum reliquit: Constantinus uir ingens, & omnia efficere nitens, quæ animo præparasset, simul principatum totius orbis affectans, Licinio bellum intulit, quanquam necessitudo & affinitas cum eo esset: ac primò eum in Pannonia uicit, secundò apud Cibalas iuxta Hiulcam paludem. Huc pertinet quod Aurelius Sextus scribit: Valentinianus imperauit annis duodecim, minus diebus centum. Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus, apud Cibalas funarius appellatus est, eo quòd uenaliciũ funem portanti, quinq; milites nequirent extorquere. Eutropius eandem historiam retexens sic ait: Anno ab urbe condita MCXVIII, Valentinianus quadragesimus ab Augusto, Imperator appellatus est. Iste fuit Pãnonius genere, de Cibala ciuitate. Meminit & Cibalis in Pannonia Marcellinus libro trigesimo, eadem Valentiniani exordia repetẽs: Natus apud Cibalas, ait, Panoniæ oppidũ Gratianus maior, ignobili stirpe, cognominatus est à pueritia pri-

De Cibali.

B

ma Funarius, ea re, quòd nõdum adultus uenalem circumferẽs funem, quincp mi- A litibus eum rapere studio magno conatis, nequacp cesserit. Plura lege apud Othonem Frisingensem lib. 4. Chron. cap. 24. Quin & Tripartita historia, Cõciliacp huius municipij nomen in literas miserunt, utpote quo loco uetus episcopalis sedes fuit. Quare decretis Cornelij Papæ, qui sub Decio Cæsare sedit, inter alios Panno niæ Illyricicp episcopos, legitũ subscripsisse Donatus à Cibalis. Is episcopatus multis postea seculis & apud Hungaros mansit, Bosnensis appellatus, quòd Bosniæ regno & proximus ad Sauum esset, & incolas eius quondam CHRISTO uendi-

Budalia. casset. Et de Cibali hactenus. Budaliam uerò diuersam extitisse à Cibali, uel ex itinerario Antonini liquet, quod in descriptione itineris à Sirmio Pannoniæ, Salonas Dalmatiæ uscp primo loco à Sirmio, per octo tantũ mille passus Budaliã ponit, atcp inde per Hispanetam & Vlmũ Cibalim progreditur. De Vlmi ac Cibali ruderibus, dictum est antea. de Hispaneta certi statuere nihil possum. Qui uerò exactius hac in re erudiri cupit, is consulat nostram Hungariç chorographiam, superiori anno ductu Regis inuictissimi FERDINANDI & cõcinnatam & euulga-

Bubalia. tam. Meminit autẽ Bubaliæ in Pannonia Eutropius, in historia Decij Cæsaris: Anno ab Vrbe cond. M III Decius è pannonia inferiore Bubaliæ natus, uigesimus octauus ab Augusto, interfecto Philippo, imperium inuasit. Non dissimiliter eandem historiam Aurelius Victor scribens: Decius, inquit, è Pannonia Bubalia natus, imperauit menses triginta. Et hactenus quidem de Cibali, Budalia & Bubalia, quam à bobus, quibus adhuc is hodie ager abundat, cognominatã autumo.

Segesta. Sequitur Segesta, quã & ipsam Sirmio propinquã fuisse, autorũ testimonijs liquet. Scribit enim Strabo lib. 7. cũ de Daciæ ac Pannoniæ finibus loqueretũ: Ipsius profecto orę partẽ desolatã fecere Daci, superatis bello Bois atcp Tauriscis. Ea gẽs Gallica natio est, Cretoscyro subiecta, eam suæ ditioni subiectã regionẽ adserenti: B tametsi Parthiscus amnis disterminet, qui è mõtibus per Scordiscos appellatos in Istrum influit. Etenim illi cum Illyricis & Tauriscis promiscuè habitabãt. Cæterũ illos quidem Daci deleuerũt, hos autẽ crebrò in bellorũ usum socios asciuerunt. Reliquam plagam Pannonij obtinẽt, uscp ad Segestam atcp Istrum, ad septentrionem atcp orientem: ad alias uerò partes amplius etiam porriguntur. Cæterũ Segestica urbs est Pannoniorũ, ubi fluuij plures confluũt, omnes sanè nauigationibus idonei, arx in gerendo contra Dacos bello natura perutilis. hæc ille. Cui Appianus Alexandrinus in libro quem Illyricũ inscripsit, cõsentit. nam Pannoniæ agrũ delineans: Non accedentibus, inquit, ignem omnibus immisit, & per cõtinuos octo dies maximis affecit cladibus: quibus in Segestanorũ & Pæonum regionẽ usque ad Sauum fluuium est profectus. Huius in ripa ciuitas latissimo fluuio & ingenti fossa munita considet. Qua ex causa potissimũ Cæsar illam inuasit, ueluti belli horreũ in Dacos Bastarnascp, qui ultra Istrum incolunt, habiturus. Idem fluuius his in locis Danubius dicitur: nec multo deinde inferius elapsus uberiorib. aquis, pro Danubio Istri nomen assumit. Saus autem Istrum influit, erantcp Cæsari naues eo in flumine, quæ cõmeatum ad exercitum per Danubium adferrent. Ob id Cæsar Segestam urbem sibi adsumpserat. Progrediente eo, Segestani legatos destinant, quid facto opus sit ab eo exquirunt. Ille custodias accipere, & obsides centum adferre imperat, ut tutè eorũ urbe ueluti horreo aduersus Dacos uti queat, frumẽti insuper quantũ ipsis liceat adferre. Hæc igitur primores exequi haud iniquum existimabant. Populus contrà turbari cœpit, obsidescp cõtemnere, quoniã non ab ipsis forsan liberi, sed à primoribus dandi essent. Accedente igitur custodia, aspectum ferre nequeuntes, furibundo impetu aduolant, portascp protinus occludunt, ac desuper à mœnibus sese iterum efferũt. Ea ex re Cæsar fluuiũ ponte

iunxit,

A iunxit, uallum fossasq́ undiq́ cōmuniuit. Conclusis ciuibus intra urbem aggeres binos erigit, ad quos Segestani sæpenumero cursu ferebantur. Sed cum aggeres inuadere nequirent, faces ignemq́ plurimum ex superiore loco iacit. Appropinquantibus ad eos subsidijs à Pæonū natione alia, Cæsar ex occursu insidias illi instruit. Sic eorum pars interimitur, pars in fugam uertitur: nec ulla ulterius Pæonum ad Segestanos accessere subsidia. Segestani obsidionē omnē fortissimè perpessi, trigesima tandem die difficili pugna superantur, ac tum primū supplicare didicere. Quorū uirtutem Cæsar admiratus, necnō precum pietate motus, neutiq́ occidit, aut clade ulla conturbauit, sed pecunia mulctare contentus, in ciuitatis semota parte conclusit: & quinq́ supra uiginti cohortes pro custodia urbis intulit. hactenus Appianus. Quæ eo prolixius adducere uoluimus, ut uel ex descriptiōe facilius peruenire in ruinarum inquisitionem possemus. Equidem colligitur ex illo eodem, haud procul ab Istro fuisse, qui Daciam à Pannonia diuidit, hāc de qua sermo est urbem: si modò cōmodum esse horreum Augusto Cæsari aduersus Dacos bellanti debuit. Deinde quia tradit, ad plurium fluuiorū cōfluentes in Saui ripa sitam fuisse, perlustrans omnia quæ sunt sub Sirmio loca, mox post Metabarrim insulam Saui, quam amnicarū maximā Plinius tradit, obseruo ad Arkij oppidum Sauiense, duos in Sauū fluuios exonerari: unū Biczkij nomine, ex Sirmiensi agro decurrentem: alterum Bosnam, ex regni Bosniæ agris & à meridie in arctum fluentē. Si igitur aliquid situi tribuendū est, quia uetera nomina deperdita sunt, conijcio eo ipso in oppido Segestæ ueteris uestigia esse. Etsi nō ignarus sim, ad Sisciæ situm, ubi ex cōfluentibus plurium fluuiorū Segestica insula efficitur, de qua Sectione huius libri quinta dictum est fusius, à quibusdam Segestę urbis positum torqueri. Sed uidetur mihi ille quē adduximus Appiani locus reclamare, qui horreum isthic fuisse contra Dacos refert: & quia Græci autores, quibus abstrusiora
B Saui loca non fuerant cognita, Thucydides uidelicet & Diodorus, Segestanorū meminere, eos ἀγχεώχους, id est strenuos, & ἀγχιμάχους, q̄d est eminus pugnantes, deniq́ & δικαιοτάτους ἀνθρώπων, hoc est iustissimos hominū appellarunt. De quibus & illud Marcellini lib. 19. legitur, cum auxilia Crambeti regi ad Amidam obsessam in Persis missa enarraret: Et sorte loca diuisa, inquit, clementi gradu incedentes, ordine occuparunt. Persæ omnes murorū ambitus obsidebant. pars quæ ad orientem spectabat, Chionitis euenit, qua funestus nobis ceciderat adolescēs, cuius meridiano lateri sunt destinati: tractū seruabant septentrionis Albani: occidentali parti oppositi sunt Segestani, acerrimi omnium bellatorum. Et hæc de Segesta habuimus, quæ ex sensu nostro adferremus.

CAP. V. DE PISTRENSI PAGO, BONONIA, *Onachrino castello, Martis castris, Cornaco, Iuollo, & Valcone.*



HORVM etiam Pistrensis pagus, ac Onachrinum, licet in itinerario Antonini & Geographia Ptolemæi nō recenseantur: meminit tamen Codex præfecturarū Onachrini eregionē Bononiæ, & Pistrensis situm Marcellinus lib. 29. hisce uerbis ostendit: Cuius rei tam atrocis disseminatus rumor, illicò per diuersa & Quados & gentes circumsitas efferauit: regisq́ flentes interitum, in unum coactæ, misere uastatorias manus: quæ Danubium transgressæ, cum nihil expectaretur hostile, occupatam circa messem, agrestem adortæ sunt plebem: maioreq́ parte truncata, quicquid superfuit, domum cum multitudine uarij pecoris abduxerunt. Euenisset profectò tunc inexpiabile scelus, numerandum inter probrosas rei Romanę iacturas. Paulò enim abfuit, quin filia caperetur Constantij, ci- *De pago Pistrensi.*

bum sumens in publica uilla, quam appellant Pistrensem, cum duceretur Gratiano nuptura, ni fauore propitij numinis, præsens Messala prouinciæ rex eam iudiciali carpento impositam, ad Sirmium uicesimosexto lapide disparatam cursu reduxisset effuso. Hoc casu prosperè regia uirgo periculo miseræ seruitutis exempta est. Cuius si potuisset impetrari redemptio captæ, magnas inussisset Reipublicæ clades. Et hæc de Pistrensi pago, XXVI lapide à Sirmio. cuius eadem distantia ad Istri ripam & ruinæ & nomen uetus extant, Vistriciam appellant, haud procul à Bon monstor, hoc est monasterio Bon, pagum magnũ in ripa Danubij. Neq; uerò dubito Bononiam ueterem, quam Antoninus post Sirmiũ & Cusi recitat in eadem Danubij ripa, in descriptione uiæ à Sirmio Rhætias, & ad Rheni ripã, in eodem loco sitam fuisse, ubi præfatũ iacet monasteriũ, ueteris etiam nomenclaturæ prima syllaba retenta. De qua Bononia mentio extat & in lib. Præfecturarũ, qui præfectum in eo legionis quintæ Iouiæ partis superioris collocat: & apud Marcellinum lib. 21. in ijsdem quibus fuit Sirmiũ finibus: Leuibus tamen indicijs, ait, super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempestate castrensem, agensq; apud Sirmium, milites cõgregans, quos ex stationibus proprijs acciri celeritatis ratio poscebat, præmittebatq;, uenturo resistere cogitabat. Sed ille ut fax, uel incẽsus malleolus, uolucriter ad destinata festinãs, cum uenisset Bononiã, à Sirmio miliario nono disparatã, & decimo, senescente luna, ideóq; obscurãte noctis maximã partẽ, è naui exiliuit improuisus, statimq; Dagalaifum misit, cum expeditis ad Lucillianũ uocandũ, trahendũq; si reniteretur. Et iterũ lib. 31. Dum hæc aguntur in Thracijs, Gratianus, docto literis patruo, qua industria superauerat Alemannos, pedestri itinere præmissis impedimẽtis & sarcinis, ipse cum expeditiore militũ manu, permeato Danubio, delatus Bononiam, Sirmiũ introijt. Et quatriduũ ibi moratus, per idẽ flumen ad Martis castra descendit, febribus per interualla afflictus. hæc ille. Qui Martis quoq; castrorũ in eisdẽ uidetur finibus meminisse, fortè ubi est hodie supra Sirmij ueteris rudera, ad confluentes Bozathiæ ac Valconis amniũ, Marotha oppidũ. Porrò Onachrini uestigia, ubi præfectus legionis sextæ Heracleæ manebat, e regionè Bononiæ, ut Scotus delineat, hodie Kew uocantur. Supra quæ loca, ut eas Ptolemæus & Antoninus depingũt, ac collocant, usq; ad Draui confluentes, uidentur ordine cæterorũ reliquiæ nominibus Latinis in barbaram pronunciationẽ detortis, Cornaci in Karosca, Iuolli in Vilaco, & Valconis in Valcowar, à quo & amnis isthic in Danubium exiens Valpo, & alius infra exoriens ac Bozuthæ ad Marotha confluens, qui Valconensem scilicet ac Sirmiensem comitatus Hungaros, hoc est tractus distinguit, Valco, appellationes apud posteritatem acquisiuerunt.

De Bononia.

CAP. VI. DE TEUTOBURGIO, MURSIA colonia, Arsatiano, Varroniano, Anamatia, Margoplano, & Herto, atque etiam Aureo monte.



EX HIS, priorum duntaxat Ptolemæus meminit: cæterorum, absq; postremis, ac simul Teutoburgij Mursæq;, Antoninus. Vltima autem duo à Iordnande Gothico scriptore, solo omniũ quos quidem legere contigit, cõmemorantur. Ac Teutoburgiũ quidem à Ptolemæo ad confluentes Draui & Istri collocatur, cum eleuatione poli 46. penè graduum, ubi est hodie Drasad pagus. Et Codex præfecturarum Legionem in ea sextam Herculeam, & equites promotos collocare uidetur. Verisimile est autem Teutonum hanc coloniam extitisse, isto tempore quo hæc Ptolemæus scripsit, in Pannonia: quod nõ solùm uox ipsa, sed Burgi insuper finalis clausula,

sula, solita Germanicorũ populorũ municipij, gentilitiáq; appellatio, demonstrare uidetur. Porrò Antonini itinerariũ Teutoburgium collocat inter Cornacum
A & Mursam, & nominatim XVI mille passibus à Mursa seiungit: quod fuisse, ubi est hodie Essekium Draui, notissimum uel clade Christianorũ anno Domini 1537 à Turcis accepta, haud equidem ambigo. Atqui Teutones illi qui fuerint, cuiusque inter Germanos generis, & unde eò, aut quando, quibusq; auspicijs deuenerint, haud sanè facile est definire: nisi quantum coniectura adsequi licet, forsan Sicambros fuisse, qui postea Franci cognominati sunt. Sicambrorũ namq; cohortis in confinibus Mœsiæ Pannoniæq; Cor. Tacitus mentionẽ facit: quos similiter Valentiniano imperante in Pãnonia coluisse, Vrspergensis adnotauit: & Bonfinius lib. 1. Decad. 1. historiæ Hungaricæ, Legionẽ primam auxiliatricem ex Sicambris auxiliaribus conflatam fuisse testatur. Huc adde, quòd Ptolemæus βρέγκους populos Pannoniæ inferioris enumerat, quos Plin. lib. 3. cap. 25. ad ripam Draui collocare uidetur, ubi nimirum fuit Teutoburgium. quanquam corruptè pro Brencis, Breuci legatur, litera n (quod facilè potuit ab indoctis librarijs fieri) in u uersa. Puto autem Brencos Ptolemæi esse (quæ etiam doctissimi uiri PHILIPPI MELANTHONIS est opinio, ut suis ad me literis testatur) qui postea Græca origine, ut aliqui uolunt, ab audacia φραγκοὶ, id est Franci nominati sunt: quos eosdem cum Sicambris esse, in cõfesso apud omnes est. Sicambros denique in Pannonijs habitasse, ciuitatemq; condidisse, monumentum cõfirmat quod Budæ inuentum est, cuius rhapsodia dabitur in capite de Buda, sub finem huius Sectionis. Porrò illud memoria atq; adnotatione dignum est, quòd his ipsis locis, ubi olim Teutones in Pannonia secunda siue inferiori tenuere, ubi est hodie Hungariæ regnũ, multis postea seculis, & sub Valentiniano primo Quadi, quemadmodum Mar-

Opinio de Brencis.

B cellinus libris testatur 17, 28, 30, & 31, & posterius non solùm sub Athila, & post mortẽ eius Gothi & Gepidæ, ut refert Iordnandes, uerũ etiã Iustiniano imperante, ut his uerbis Procopius lib. 1. Gothicæ historiæ scriptũ reliquit: Gothi igitur, inquit, cum eò iam cõuenissent, Imperatorẽ sibi & Italis Vitigem deligunt, uirum sanè non ex clara familia ortũ, sed qui in his certaminibus, quæ circa Sirmiũ Theodericus rex habuisset, probè se & uiriliter gesserat. Et iterũ lib. 3. in legatione Longobardorum: Gepides Imperator Sirmium habent, Romanos in seruitutẽ abducunt, & uniuersam Dalmatiam sui iuris fecisse iactant. Et rursus: Gepides insuper Sirmiũ urbem & Dalmatiæ alias ciuitates maiorẽ in partem præoccupantes tenebant, quas Imperator à Gothis receperat. hæc ille. Quinimò & nostra ætate Teutones adhuc in finibus Teutoburgi coluerunt, anteq; Turcæ Quinqueecclesias, ciuitatẽ uidelicet proximã, & à Germanis habitatã, occupassent: ut fato quodam his finibus Teutonici populi debeantur. Sed transeo ad Mursiam coloniam, cuius uestigia in Essekio Draui municipio superesse præfati sumus: id quod clade insigni Christianorum militum, ductore Kaczianero, à Thurcis eorumq; præfecto Vlambego accepta, orbi iam celebratur: & quòd à Teutoburgi ruderibus tria uix miliaria abest, coloniæ quondam honore insignita, ab Antonino inter Teutoburgium & Aureum montem, qui hodie est Mechek supra Quinqueecclesias uitifer, collocata. Mursiæ autem, præter Ptolemæum & Antoninum, Scotumq; in Codice præfecturarum, meminere Orosius lib. 7. cap. 15. cum de Tyrannis loquitur, qui sub Gallieno Rempublicam pessum dederũt: Igitur primus Ingenuus, inquit, qui purpuram imperij sumpserat, apud Mursiam occiditur. Sanè refert & Trebellius Pollio, Ingenuum Pannoniæ præsidem fuisse, atq; adeò in Pannonia imperium arripuisse: ut dubium nullum sit, Pannoniæ oppidum in quo Ingenuus occisus sit, Mursiam extitisse. Huc pertinet quod scribit Aurelius Sextus in

Mursia colonia.

uita Constantij: post Constantis necem, Magnentio Italiam, Aphricam Galliasq; obtinente, etiam Illyricum res nouas habuit. Veteranio enim magister militũ ad imperium in Pannonia apud Mursiam consensu militum electus est. Et iterum: Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicãs uicit, in quo bello penè nunquam amplius Romanæ consumptæ sunt uires, totiusq; imperij fortunæ pessundatæ. Quam historiã scribens Orosius lib. 7. cap. 19. Sequitur bellum illud horribile, inquit, inter Constantiũ Magnentiumq;, apud Mursiam urbem gestum, in qua multa Romanarũ uirium profligatio, etiam in posterum nocuit. Magnentius tamen uictus aufugit, ac non multo pòst apud Lugdunum propria se manu interfecit. Præterea dicto iam loco coloniã fuisse, ex Ptolemæi uerbis apparet, qui habet in Catalogo municipiorũ inferioris Pãnoniæ, *μυρσία κολώνια*. Extitisse ibidem primis temporibus & episcopalem sedem, ubi hodie est fœda barbaries, ex Tripartita historia colligitur, quæ Valentis Mursiani episcopi, Arriana hæresi infecti, cõmeminit. Recenset & historia Ecclesiastica, Eutychium & Florentium monachos martyrio coronatos. Et hæc de Mursia. Sequuntur reliqua ab Antonino & Scoto enumerata post Mursiam & Teutoburgiũ, his in finibus: Arsatianum, hodie Arsa, haud procul Drauo: Varronianũ, modò Baroniwar, à quo & tractus proximus Baraniensis comitatus nominatus est: Anamatia, nostra ætate Mohaczium, clade Hungarorũ, regisq; illorum Ludouici interitu cognitissimũ. His adijcere placet Iordnandi cõmemorata, Hertum & Margoplanum, quorũ prioris uestigia fortè uisuntur in Erdewdi monasterio, in insula Danubiana, haud procul à ruinis Teutoburgi. Locus uerò Iordnandis sic habet: Indeq; contra Sabinianũ Illyricæ magistrũ militiæ, qui tunc cũ Mundone parauerat cõflictum, ad ciuitatem cognomine Margoplanum, quæ inter Danubiũ Marcianumq; flumina adiacebat, cum duobus millibus peditũ, equitibus quingentis, qui Mundonis solatio ueniens Illyricanũ exercitum demoliuit. Nam hic Mundo, Attilianis quondam origine descendens, Gepidarũ gentem fugiens, ultra Danubium, in locis incultis, sine ullis terræ cultoribus debacchatur. Et plerisque abactoribus, Scamarisq; & latronibus undecunq; collectis, turrim quæ Hertum appellatur, supra Danubij ripam positã occupans, ibiq; agresti ritu prædans uicinos, regem se suis grassatoribus nuncupat. hæc ille. Hic rursus uenit mihi in mentem, si fortasse Margoplanum idem fuerit, labente Imperio, cum Martis castris, quorum incipientis Imperij autores meminere: quorũ demonstrauimus rudera in Marotha agri Sirmiensis reperiri. Porrò Aureus mons describitur in eo tractu non solùm Antonino, uerùm Scoto etiam in præfecturis Romanis, qui sextam in eo legionem Herculeam statuit, nimirum ubi hodie est Meczek mons uino generoso nobilitatus, quod Simigiense, siue Quinqecclesiense, uulgò Schwinater wein uocamus. Superest ut exemplum Antiquitatis in Essekhio, hoc est Mursiæ reliquijs erutæ, subijciamus, nobis ab optimo ac religioso uiro D. IOANNE VERBER sacerdote communicatum:

Arsatianum. Varronianum. Anamatia. Anno 1524 gesta. Hertum. Margoplanũ. Aureus mons.

A

B

VIRTVTI
ET
HONORI L.
VLPIVS MARCELLVS
LEG. AVG.
PR. PR.
PANNON. INF.
V. S.

CAP.

CAP. VII. DE ANCIANO, SALLI, SOPPIANO, Baßiana, Vincentia, Iustiniana, ponte Mansuetino, & Sociorum, atque ualle Carmiana, Corsioq́ȝ.

A X HIS tria priora ad Draui ripã, eam à Mursa legentibus, in occasumq́ȝ profectis occurrũt, ubi hodie adhuc uisunt Zamko Selliȩ & Soppan. Infra uerò latius Sauũ contra euntibus, Bossega ciuitas sese offert, quã Oriavva riuus præterfluit: cuius est paulo inferius in Sauo ostiũ, ipsius nimirũ antiquæ Bassianæ uestigium, uti adhuc in occasum descendentes Vincentiã quoq́ȝ inueniemus in agro Valerio Vvenicza nomine. Cæterorũ in agro Simigiensi inter Drauũ & Istrum rudera extant Pontis sociorum, siue Mansuetino (utroq́ȝ enim nomine uidetur Antoninus uocare) in Baboleza, ubi Rymna flu. ponte traijcitur. & uia isthinc est Albam regalem, à qua haud procul Cimbrianũ fuit, ubi est hodie Brynhida, hoc est Brionum pons. Atq́ȝ illa est una uia, quam Antoninus describit à Soppiano Arrabonẽ, per pontẽ uidelicet Mansuetinũ, Triccianã, Cimbrianũ, & Crispianã. Quà, nostra ætate intercapedine Simigiensis ager extenditur, Alba regalis & Verthos mons, quem Schiltbergum uocant, posita cernuntur. Alteram rursus delineans Aquincum uersus, ubi est hodie insula quã Raczenmark, Hungari uerò Cepel appellant, intermedia, recenset Pontẽ sociorũ, uallem Carmianã, Corsium & Iastrillones. quorum ruinæ mihi uidentur, si cõiecturam ac distantiam locorũ sequimur, superesse in Baboliza Carothna: unde uallis ampla & uineis amœna ducit per Ctzorgonẽ & Gorke ad Zarvvicium flu. unde pauca restant ad insulam prædictam miliaria. Quo spacio Iastrillones Antoninus collocat, cuius reliquias ob extremam barbariem inuenire nequiuimus. Cætera pete ex Chorographia nostra Hungariȩ, superioribus annis euulgata.

B Venio nunc ad testimonia autorum, quorum Marcellinus lib. 28. Soppiani his uerbis mentionem facit: Maximus, inquit, regens quondam Romæ uicariam præfecturam, apud Soppianũ Valeriæ oppidũ obscurissimè natus est, patre tabulario præsidialis officij, orto à posteritate Carporũ: quos antiquis excitos sedibus, Diocletianus transtulit in Pannoniã. Quam historiã fortè pluribus uerbis Iordnãdes in sua Gothorũ historia deducit, probare conatus, hunc Maximinũ ex Gothorũ Soppiano oppido ortum, hoc pacto creuisse: Cum Seuerus natalem filij in Pannonijs ludis adhibitis celebraret, Maximinianum aduenisse, mole corporis & uirium robore præter cæteros conspicuum, & sedecim ordine lixas prostrauisse: ea admiratione facti in militiam equestrem adsumptum ab Imperatore, & torque aureo donatum. *Soppianum.*

De Bassiana locus extat apud Iordnandem, Gothicarum rerum scriptorem, qui mortuo Athyla describens dissipationem regni Hunnici: Firma pax Gothorum, inquit, cum Romanis effecta est. Videntes Gothi nõ sibi sufficere ea quȩ ab Imperatore acceperant solatia, simulq́ȝ cupientes ostentare uirtutem, cœperunt uicinas gentes circumcirca prædari, primò contra Satagas, qui interiorẽ Pannoniã possidebant, arma mouentes. Quod ubi rex Hunnorũ Dynczio filius Athilæ cognouisset, collectis secũ qui adhuc uidebantur, ꝗ̃uis pauci, eius sub imperio remansisse, Vlczingures, Angiscyros, Bitungores, Bardores, ueniens ad Bassianã Pãnoniæ ciuitatẽ, eamq́ȝ circũuallans, fines eius cœpit prædari. hæc ille. Meminit eiusdẽ Aurelius Victor in Aurelij Heliogabali historia. *Bassiana.*

Sequitur Vincentia, quã inter oppida Pannoniæ inferioris codex Rom. præfecturarum commemorat, quæ à Vincentio forsitan illo nomen accepit, cuius Marcellinus lib. 27. meminit, imperante Valentiniano primo, cum ait: Aduenit successor eius ex quæsitore palatij Vincentius, integer & prudens Pannonius, cuius administratio quieta fuit & placida. Et hæc de Vincentia, *Vincentia.*

cuius

cuius rudera suprà indicauimus. Superest, ut de Iustiniana ciuitate, ex lib. 5. Agathij locum subijciamus. Loquens namque de Iustiniano imperatore: Patria illi erat (inquit) Illyrica ciuitas, Bederina uetusto nomine dicta, deinde Iustiniana denominata. Iustinianus namque, quia ibi primũ editus in lucem fuisset, mirificè eam ornauit, & ex obscura prius, nobilẽ postea ac felicẽ fecit, ac suũ illi partitus est nomẽ. Hęc ille de Bederina, siue Iustiniana. cuius uestigia ubi sint, nondũ comperi, quòd summa hodie barbarie in regno Hungariæ deprauata omnia existant. A

Iustiniana.

CAP. VIII. DE LVSSONIO, LVGIONO, Bathanatio, Alisca, & Ripa alta.



HAEC à Ptolemæo & Antonino in Pannonia inferiori municipia enumerantur. Quorum Ptolemæus inter Aquincum & Teutoburgiũ prima duo recenset, Lussonio gradus tribuens longitudinis 43.45. min. latitudinis uerò 46.45. min. Sic pariter Lugiono, gradus adscribit longitudinis 44, & eleuationis polaris 45 cum dimidio: cum Teutoburgio dedisset & longitudinis 44, & latitudinis 45, cum minutis 40. Vt constet, haud procul à Quinqueecclesijs occasum uersus, utriusque quærenda uestigia esse. Verũenimuerò & Antonini itinerariũ, in descriptione itineris à Sirmio Carnuntum, ripensia municipia enumerans, post Teutoburgium & Mursam, Altinium, Legionẽ, Ripam altam, Lussunium & Aliscam urbes recenset. ut uerisimilis sit coniectura, eorum ordine rudera in ea Danubij esse ripa quærenda, quæ à Mohatio loco Quinqueecclesijs proximo, Budam ducit. In qua intercapedine nec habitata Hungaris loca desunt, quorum appellationes tametsi barbaræ, & (ut fit) tot gentium immigrationibus seculorumque serie deprauatæ, ad modò dicta nomina Romana accedere uidentur, hoc est, Lek, Lesi, Batha. Credendum est autem, quod Lugionum Ptolemæus Græcè dixit, Antonini Legionẽ esse: & mendã putarim esse in Gręco Ptolemęi exẽplari, ut pro λίγεωρ suppositum sit λούγωνορ. Et cõmitti mehercule hoc uitium facilè potuit, ab his qui lectionis reliquorũ geographorũ Romanæque administrationis erant ignari. Dictum autem est libro huius Operis quinto, legionẽ adiutricem primam, ad Danubium in inferiori Pannonia fuisse dispositam: ut non solùm ex Ptolemæi & Antonini itinerario, sed ex inscriptionibus insuper, si quæ adhuc supersunt, colligitur. Quam uidelicet quatuor potissimum in statiuis collocatam & distributam fuisse pro ripa Danubij, apparet in Acuminco legione, in Legionio isto de quo loquimur, in Aquinco & Sabaria. Ptolemæus quidem Acuminco nominatim legionis nomen addit: & in Sabariæ descriptione postea nõ solùm legionem, sed etiam primã & auxiliariam addit. Quẽ secutus Antoninus, post Altinij supputationẽ, legionẽ & ipse adiutricẽ, sed secundam adnotauit, prima adiutrice ad Crumeram & Bregetionẽ translata, de qua suo loco copiosius diximus. Cæterùm non sum ignarus, & legionem quintam Herculeam Iouiamque in eo tractu Scoto describi. Qui rursus in Lussonio peculiariter cuneum equitũ Constantinæ, & equites Dalmatas collocat. Venio ad Bathanatiũ, cuius nimirũ uestigia unà cum ueteri nomine extant ad cõfluentes Sarwizzæ & Istri, supra ostium Draui: incolæ Batham appellant, & monasteriũ proximũ cathedra episcopali quondã insigne Bathasek, & Bathmonstor: unde & ager proximus Bathiensis comitatus, Hungaris ad Istrũ & nominari & distingui meruit. Cuius etsi geographi haudquaque meminerint, tamen rei ac nominis originẽ Gręcus autor Athenęus lib. 5 Dipnosophistῶn his uerbis refert: τῶν δὲ γαλατῶν οἱ σκορδίσκοι καλούμενοι, χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὑτῶν χώραν, ληιζόμενοι γοῦν τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ ἀδικοῦντες οὐ παραλείπουσι. τὸ δὲ ἔθνος αὐτῶν B

A ὄντι μὲν λείψανον τῶν μετὰ βρέννου στρατευσαμένων ἐπὶ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον. γαλατῶν γάρ τις βατανάτιος ἡγεμὼν αὐτοὺς ἐδιώκησεν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους, ἀφ' ἧς καὶ τὴν ὁδὸν δι' ἧς ἐνόστησαν βατανάτους ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύουσιν. ἀφοσιώκασι γὰρ οὗτοι τὸν χρυσὸν, καὶ οὐκ εὐφέρουσιν εἰς τὰς πατρίδας, δι' ὃν πολλὰ καὶ δεινὰ ἔπαθον. ἀργύρῳ γὰρ χρῶνται, καὶ τούτου χάριν πολλὰ καὶ δεινὰ ποιοῦσι. Id est, si Latinè reddas: Galatæ, qui Scordisci appellantur, aurum in regionẽ eorum nõ inferunt. Populantes uerò alienam regionem, ac uim inferentes, non negligunt. Hi autem Scordisci sunt uocati, qui reliquiæ Galatarum extiterũt, qui cum Brenno duce tunc temporis militauerũt, quando Delphos diripuerunt. Deinde Galatarũ dux Batanatius quispiam (sic dictus est) qui eos in regionẽ quæ circa Istrũ est collegit, sedesq́ capere iussit. Vnde & uiam qua ad Istrum redierant, Batanatium & hodie uocant. Quòd autem sacrilegio aurũ diripuerũt, cõtigit eis ut in patriam hoc nõ intulerint, uerũ eius rei gratia plurima durissimaq́ paterent. Vtuntur uerò argẽto, & causa argenti plurima pericula subeũt. Porrò Aliscã, & Ripam altã, Antoninus post Statuas Altiniũq́ ad Istri ripam cõmemorat, ubi hodie supra Tolnam, Almas & Pentole, Hungaris loca uetustate ueneranda celebrantur, ubi & hæc inscriptio est reperta: *Alisca & Alta ripa.*

D. M.
T. ATTIAE LAEMOTINAE DEF.
ANN. XXIII. CAETENNIA AMV
LINA A. B. M.

Pentolæ infra Budam:
LIBERO PATRI SACRVM
CALVENTIVS B. F. COS.
V. S. L. M.

CAPUT NONUM, DE STATUIS & Altinio.



B ET hæc municipia ad Istri ripam & Antonino & Ptolemæo describũtur, inter Draui ostium & Aquincũ, ubi hodie scilicet Colocza, à statuis nimirũ colossis nuncupatum, & Tolna, infra Budam cernuntur, quorum prima Archiepiscopi cathedra, hodie desolata, & sub Turcarũ tyrannide iacet. A' statuis autẽ colossis, ut diximus, barbara pronunciatione Hungaris Colocza nominatur, quod Ad statuas simpliciter Antoninus dixit: ubi nominatim Scotus equites Dalmatas atq́ auxilia Vrsariensia, Arcadio & Honorio ad clauum sedẽtibus, statiua habuisse scribit. Refert Spartianus in uita Antonini Pij, hunc ea fuisse lege ab Hadriano adoptatum, ut ipse sibi Marcum ac Verum Antoninos adoptaret, filiamq́ suam Vero aut Marco daret uxorem. Et subijcit: Nec diutius uixit, grauatus languore ac diuerso genere morborum, sæpe dicens, sanum Principem mori debere, non debilem. Statuas sanè Ælio Vero per totum orbem colossas poni iussit, templa etiam nonnullis fieri urbibus. Verisimile est igitur, eo tum tempore & hoc statuarum municipium initia habuisse. De Statuis colossis Plinius lib. 34 scribit: Moles quippe excogitatas uidemus statuarum, quos Colossos uocant, turribus pares. de quibus & poetæ canunt. Quintianus:

Clara Rhodus proprium non omissura colosson.

Et Martialis libro octauo Epigrammaton:

Aedemq́ Martis & colosson Augusti.

Ab huiuscemodi igitur turritis statuis eò loci ab Pio Antonino collocatis, Ad statuas in Itinerario Antonini, & labentibus seculis Colocia ab Hungaris municipiũ, de quo loquimur, appellatũ fuit. Quãuis fortasse uel à Colosso comite illo & Pannoniæ pręfecto nomenclaturã sortitã fuisse, existimari potest, cuius Cassiodorus li. 3. Variarũ cog. meminit, in epist. Theoderici regis Gothorũ, quę hũc habet uerborũ exitũ: Colosseo v. i. Comiti Theodericus rex S. Iuuat probatis ordinãda

manda-

mandare. Siquidem & de talibus iudicium gaudet eligendis: & eorum secura substantia est, quæ cōmittitur approbatis. Nam ut optimus esse qui placeat, ita curamus, ut qui placuerit enitescat. Proinde prosperis initiatus auspicijs, ad Sirmensium Pannoniā, quondam sedem Gothorū proficiscere illustris: cuius uti dignitate præcinctis, cōmissamq; tibi prouinciam armis protege. Idem in epistola ad Seuerum V. I. Comitem priuatarū, lib. 4. Emolumenta, inquit, deesse laborantibus nō oportet, ut & bonæ spei aditus aperiatur, & desudantiū querela iusta compensatione claudatur. Atq; ideo prouinciā nostram, quæ omnes reipub. partes sub cœlesti fauore circumspicit, ordinasse cognosce, ut Colossæo uiro illustri pro laboribus & meritis ad Sirmiensiū Pannoniam destinato, iuxta consuetudinē ueterem uictualia præbeantur. hæc Cassiodorus. Vtrum igitur à statuis colossis, uel Colossæo præside Pannoniæ inferioris, Colocza apud Hungaros denominata existat, liberū Lectori iudicium permittimus. Quanq; si de sensu meo dicere debeo, priorem magis coniecturam approbemus, quòd in ipsissimo ueteris statuarū municipij situ istud hodie positum cernatur. A

Altinium, & loca de eo authorum. Porrò de Altinio coniecturā nostrā, nō modò uocum ostendere similitudines solent, hoc est Altinij Latina, & barbara Tolna, uerumetiam ista approbare uidetur in Annalibus Hungaricis historia, qua Athilæ Hunnorum regis aduersus Romanos Gothos'que uictoria describitur: Videns autem Tetricus, inquiunt, tantam cædem accidisse sui populi in prælio post congressum, altera die perrexit uersus Tolnam ciuitatem, quæ tunc erat ciuitas Latinorum, inter urbes Pannoniæ computata. Et subiungens: Experientes igitur in prælio Hunni animositatem Romanorum, & armorum paraturam, resarcire exercitum uersus Tolnam ciuitatem, ubi se inimici eorum collegerant, Hunni perrexerūt. Contra quos Tetricus cum Matrimo in Cesmaur dicitur occurrisse. Hæc uox Cesmaur cum fortè corrupta, ut barbara, in Annalibus fuerit, imposuit multis, ut eum sermonē ad Tulnam Austriæ retorserint, propterea uidelicet quòd in eius uicinia, Ceiselmaur pagus uetustus extet, utpote Ceciæ ueteris ruinæ. Sed quomodo, per deos immortales, hæc ad Noricū oratio trahi potest (utpote intra cuius limites Tulna Austriæ sita est) cum Pannoniæ oppidum apertè annales Tolnam uocent? Et Matrimū referant quendam, Romani scilicet Cæsaris præfectum ac ducem, uictū acie ad Potentianam fugisse, uersus Tolnam. B

Tolna. Sicambria enim, hoc est antiqua Buda, posteaquā Athila potitus esset, Romanos utpote ex oriente & Constantinopoli missos à Theodosio iuniore, ad Potentianam occurrentes habuit: cuius uestigia cerni inter Tolnam & Budam, proximo declaraturi Capite sumus (Hungari Theten uocant.) Isthic cæsos Romanos, in orientem fugam inijsse uerisimile est, hoc est uersus Tolnam, ubi Altinium suum Antoninus delineat. Quis enim compos rationis, in Noricum fugisse dicet, Sicambria iam occupata? quā historiam non admodum ab Hungarorū annalibus diuersam, fragmentū Nicephori historiæ Ecclesiasticæ recēset. ut appareat, Theodosium iuniorem ea tempestate Constantinopoli extitisse, atq; inde Pannoniæ suppetias tulisse: Tunc Imperator (ait) beatam Pulcheriam oppidò rogans, ad imperialia reduxit. Quæ mox mittens Ephesum, asportauit hinc corpus S. Flauiani: & cum multo deferens obsequio per medium urbis, sepeliuit apud sanctos Apostolos. Interea Athilas Scytha, uir fortis atque superbus, deposito Bdella seniore fratre, solus Scytharū, quos & Hunnos uocant, principatus per Thracen discurrit: & omnem ciuitatē & castra in seruitutē redegit, præter Adrianopolim, & Heracleam, quæ quondam Perynthus uocabatur. Cogitur ergo Theodosius legationem Athilæ mittere: & sex millia librarū ei pro recessu præbens, mille librarū annuum tributū persoluere pollicetur. Igitur cum Romana uirtus à bello redijsset, quod

A quod aduersus Athylam fuerat destinatum, nõ multo pòst Theodosius moritur. hæc ille. Iam uides, exercitum rediisse ad Imperatorem, quem Constantinopoli fuisse, quæ hanc historiam antecedunt, facilè docebunt. Vt planè nullum dubiũ sit, Tolnam ea in historia, non Austriæ municipium quod Tulnam dicimus: sed eam Pannonię inferioris ciuitatem esse intelligendam, quam Hungari hodie, eius prouinciæ incolæ barbarè & per syncopen, ex Altinii uetustiori nomine contractis syllabis Tolnam appellant, locum tribus uetustissimis abbatiis insignem. ubi quondam Romani rerum domini cuneum equitum Fortensium, & equites sagittarios habebãt. & cuius nominis Capitolinus in uita Antonini Veri mentionem facit, scribens: Composito autẽ bello in Pannonia, urgente Lucio, Aquileiam rediret, quòd urbanas desiderabat Lucius uoluptates, in urbem destinatus est. Sed non longè ab Altinio subitò in uehiculo, morbo quem apoplexiam uocant, correptus Lucius, depositus ex uehiculo, detracto sanguine, Altiniũ perductus est: cum triduò mutus uixisset, apud Altinium periit. Quam historiam scribens Orosius lib. 7, cap. 9, in Pannonia Verũ obiisse apertè testatur: Annius Antoninus Verus (inquit) ad id bellum profectus est. (loquitur autem de Parthico.) Vologesus enim rex Parthorũ graui eruptione in Armeniam, & Cappadociam Syriamq́ uastabat. Sed Antoninus per strenuissimos duces magnis rebus gestis, Seleuciam Assyriæ urbem supra Hydaspen fluuium sitam, cum quatuor millibus hominum cæpit, & cum fratre de uictoria Parthica triumphauit. Ac non multo pòst, dum cum fratre in uehiculo rediret, casu morbi, quem Apoplexiam Græci uocant, suffocatus, in Pannonia interiit.

CAP. X. DE VETERIBUS SALINIS, *Potentiana & Aquinco.*

B



Ex his, etsi Potentiana authoribus historiarum non cõmemoretur, Hungariæ annalibus exceptis, reliqua tamen duo cùm à Ptolemæo, tum uerò Antonini itinerario recẽsentur, ab Altinio per Ripam altam usq; ad confluentes Arrabonis uiam extendendo. Ac Ptolemæus quidem hęc Græcè appellat σάλινον & ἀκίγκον, tribuens utriq; eandem eleuationem graduum XLVII, & longitudinem penè eandem graduum, uidelicet XLIII: ut appareat in ripa Istri ea uestigia esse horũ quærenda, quæ longè omnium maximæ insulę obtenditur, quam infra Budam VII miliariorum spacio propagatam, Hungari Cepel, & Germani à municipio in eo sito appellarunt Raczenmark: hoc est, Rascianorũ emporium. In ea quippe est duorum sub Buda miliariorũ interuallo Cepel pagus, haud procul à domo regia, siue palatio, quod Vrzygeth Hungari uocãt: locus aquis ita circundatus, ut nõ ineptè Aquincum illum exprimere uideatur. Infra paulò ad ripã exteriorẽ Istri Potentianæ rudera uisuntur, in Teten oppidulo, in quo adhuc basilica ingens haud dubitandæ antiquitatis uisitur. Ipsa uox barbara est, ex Latino Potẽtiana cõtracta. Ab hoc loco Salinæ fuerint necesse est, uel in Evor, uel Adom, Hungaris nominato, loca eiusdẽ insulæ ripæ obiecta, ut ex Chorographia nostra Hungariæ intelligere lector potest. Porrò rudera Aquinci in insula eadem esse quærenda, ex isto Marcellini loco manifestum euadit. *Aquincus ubi fuerit.* Pręmisso igitur Merabaude (inquit) cum militari manu peditum, quã regebat, ad uastandos cremandosq́ barbaricos pagos, comite Seuastigiano, Valentinianus Acincum prope castra commouit, nauibusq́ ad repentinum casum coniunctis, & contabulato celeri studio ponte, per partem aliam transiit in Quados, speculantes quidem ex diruptis montibus eius aduentum (quò pleriq; ancipites incertiq́ accidentium cum suis

charitatibus secesserant) sed stupore defixos cum in regionibus suis contrà quàm opi A
nabantur, Augusta cernerent signa. Progressus ergo coacto gradu in quantum res tulit, iugulataque ætate promiscua, quam etiam tum palantem subitus occupauit excursus, & tectis combustis, rediit cum incolumibus cunctis quos duxerat secum. Itidemque apud Acincum moratus, anno præcipiti per tractus conglaciari frigoribus adsuetos commoda quærebat hyberna: nullaque sedes idonea reperiri præter Sabariam poterat, quamquis eo inualidam tempore, assiduisque malis adflictam. Vnde hoc (etiamsi magni intererat) paulisper sequestrato, impigrè motus, peragrata fluminis ripa, castrisque præsidio competenti munitis, atque castellis, Bregetionem peruenit. hæc ille. Ex quibus apparet, Valentinianum ex Aquinco (siue uti legitur in Marcellino, Acinco) ubi in hybernis erat, profectum Bregetionem, ubi legatos audiuit Quadorum: profectum autem contabulato ponte ex Aquinco, ut insularem urbem fuisse appareat. Vbi Codex præfecturarum Rom. præfectum legionis secundæ adiutricis, & auxilia uigilum collocauerat. Potentiana. Cæterùm Potentianæ, tametsi authores nulli, præter Hugariæ annales in historia Athilæ, meminerint: est tamen constans apud eam gentem opinio, Romanam eam urbem fuisse, atque eius uestigia extare in Theten, quod Hungari Adom suo idiomate uocant. Quo item loco Romanæ supersunt inscriptiones, quarum rhapsodias fidei ergò subiiciam. Non possum autem præterire, quòd eodem ferè situ Antoninus Campaniæ cuiusdam mentionem facit. an hæc postea Potentiana dicta fuerit, meum non est iudicare.

In Theten, ubi uestigia Potentianæ:

D. M.
L. VALERIVS LVCIANI CRESCENS VERO. MIL.
LEG. II AD PE. COMINI PAVLINI ANN. XXXX
STIPENDIORVM XVIIII T. F. I. F. G. B

In Cepol, & propè eadem in insula ubi Aquinci diximus esse rudera, in monasterio S. Mariæ:

D. M.	DIS CONSERVA
Q. POS	TORIBVS
TVMI	GEMVS
LEPIDINI	CAPELLIANVS
PRAEF.	LEG. AVG. PR. PR.
EQ.	SOD. TITIVS.

CAP. XI. DE CARPORVM MANSIONE, *siue Carpi, aut Cirpi.*



HVIVS municipii tam Ptolemæus quàm Antoninus meminere, in Pannoniæ inferioris descriptione. Ptole. quidem inter Saluam & Aquincum κάϱπιμ suam collocat, & gradus illi tribuit longitudinis 42.30. latitudinis uerò 47.45. Antoninus uerò Carporum mansionis meminit, in descriptione itineris ab Aquinco Crumerum, per Vlcisia castra, Carpi mansionem ad Herculem & Saluam. De quo & Marcellinus libro 28: Maximinus regens quondam Romæ uicariam præfecturam, apud Soppianos Valeriæ oppidum obscurissimè natus est, patre tabulario præsidialis officii, orto à posteritate Carporum. Quos antiquis excitos sedibus, Diocletianus transtulit in Pannoniam. Et iterum lib. 27, cum Valentis imperatoris contra Gothos expeditionem ex Thracia in Pannonias maturanter describeret: Procopio superato in Phrygia, internarumque dissensionum materia consopita, Victor magister equitum ad Gothos est missus, cogniturus apertè, quam ob causam gens amica

A gẽs amica Romanis, fœderibusq́ꝫ ingenuę pacis obstricta, armorũ dederat adminicula, bellũ principibus legitimis inferenti. Qui ut factum prima defensione purgarent, literas eiusdem obtulere Procopij, ut generis Constantiniani propinquo, imperiũ sibi debitũ sumpsisse cõmemorantis, uenia dignũ adserentes errorem. Quibus, eodem referente Victore, cõpertis, Valens paruipendẽs excusationẽ uanissimã, in eos signa cõmouit, motus aduentantis iam præscios, & pubescente uere quęsito in unũ exercitu propè Daphnẽ nomine munimentũ est castrametatus: ponteq́ꝫ cõtabulato, supra nauium foros flumẽ transgressus est Histrũ, resistentibus nullis. namq́ꝫ sublatus fiducia, cum ultrò citroq́ꝫ discurrens, nullum inueniret quem superare posset, uel terrere, omnes in formidine perciti militis, cum ambitu ambitioso appropinquantis, montes petiere Serrorum, arduos & inaccessos, nisi perq́ꝫ gnaris, ne æstate omni consumpta, sine ullo remearet effectu, Arinthæo magistro peditũ misso cum prędatorijs globis familiarium, rapuit partẽ. Quę anteq́ꝫ ad dirupta uenirent, & flexuosa capi potuerũt, per plana camporũ errãtes, hocq́ꝫ tantũ quod fors dederat impetrato, redijt cum suis innoxius, nec illato graui uulnere, nec accepto. Anno sequenti ingredi terras hostiles pari alacritate conatus, fusius Danubij gurgitibus uagatis impeditus mansit, & immobilis prope Carporum uicũ, statiuis castris usq́ꝫ autumnũ locatis. Porrò Codex præfecturarum in Cirpi Pannoniæ præfectũ secundæ legionis adiutricis, auxilia Fortensia & equites Dalmatas collocat. Rursum fuisse in Carporũ municipio episcopalem primis ecclesiæ tẽporibus sedem, ex decretis Cornelij Papæ apparet, qui sub Decio Cæsare sedit: & cuius constitutionibus inter alios Pannoniæ episcopos Sirmien. à Cibalis, à Siscia, à Curta, &c. Secũdinus quidam legitur à Carpis subscripsisse. Extat adhuc hodie extra auri argẽtiq́ꝫ fodinas, quæ sunt in Schemnitio & Chremnitio,
B Carpathi montis uallibus, Kerpen oppidum, unà cum alijs eius terræ tractus municipijs, Morauiam uersus, ac Poloniam, à Teutonibus promiscuè Slauisq́ꝫ habitatũ. Sunt uerò Germani horum finium per comitatus regni Hungariæ Nouosoliensem, Barsiensem, Transchiniensem, Leuczẽsem, Liptouiensem, Cepusiensem, Sariensem, ac Tornensem, ubi est Cascouia teutonica ciuitas, ipsissima Gepedum posteritas: etsi nomen uetus, & id quidem corruptũ, Cepusiensi tantum tractui manserit, quod Gepusium olim nominabatur. Cæterùm Gepedas isthic coluisse, nõ solùm ex historia Ardorici regis, quæ apud Iordnandem legitur, quòd is Gepedas, defuncto Athila, & eius pulsis filijs, in agros ulteriores Danubij traduxisset, cum tres Gothorũ reges Pannonias inter se diuisissent: uerumetiam ex his locis Procopij probari potest, quæ lib. 3 Gothicæ historiæ extant: Gothi (inquit) quondam Dacarũ terras uectigales habebãt. Gepedes omnes circa Istrũ utrimq́ꝫ fluuiũ sic habitabant, ut ueriti Gothorũ tunc uires, suos excedere terminos ne attentare quidem potuerint. Et iterũ: Qua ex re Longobardi exciti, omnes à proprijs sedibus abeuntes, supra Istrum fluuium nõ procul à Gepedum natione considunt. Et hæc de Carpo. Cuius sedem episcopalem ueterem Hungari CHRISTO uendicati, Vaciam locum proximum transtulere. Vbi Romanæ Vetustatis inscriptio huiusmodi inuenta est:

Cepusiensium & Pergstetensium origo in Hungaria.

L. ANNIO FABIANO IIIVIRO CAPITAL.
TRIB. LEG. II. AVG. QVAEST. VRBAN.
TRIB. PL. PRAETORI CVRATORI VIAE LA
TINAE LEG. X FRETENSIS LEG. AVG. PR.
PR. PROVINC. DAC. COL. VLP.
TRAIANI SARMAT.

CAP. XII. DE CASTRIS HERCVLIS, Salua, Floriana, & Ozonibus.



NTER hæc tria solius Saluæ Ptolemæus mentionẽ facit, gradus illi pingens longitud. 42. 30. & latitud. 47. 30. cum Carpi antè tribuisset longitudinis quidem eandem mensuram, in latitudine uerò eleuationem poli altiorem, quæ minutis XV Saluæ superet eleuationem: ut constet, Saluam, recta linea ducta à Kherpen pago qui intra Vaciam & Budam extat, in meridiem ultra Danubiũ, quo per montem Schiltbergum Thatam iter est, esse quærendam. Quo itinere etiamnum oppidulum ruinosum uisitur, altero à Buda milliario, in quo & monumenta Vetustatis extant quędam, & nomen, tametsi barbarum, minimè dissentit: Salwar enim uocant, tanquam diceres Salburgũ. Verisimile est enim, postremam syllabam à barbaris, qui ea post Romanos tenuere loca, esse in pronunciatione amissam. Porrò Antoninus Saluæ uno tantum itinere mentionem facit, quod ab Aquinco Crumerũ subducit, hoc est, à Cepolio Strigoniũ. In qua is intercapedine ordine loca recenset, in quæ uiator diuerteret, Vlcisia castra, Carpi mansionẽ, ad Herculem castra, & Salua, siue Saluæ mansionẽ. Scotus in Codice noticiarum inclinantis Reipublicæ, auxilia præsidentia & Herculensia, in municipio ad Herculem, & in Salua Mauros equites celebrat. Iam si ab insula Regia, siue Leporina, quæ infra Budam est, & ubi Aquinci rudera in Cepol monstrauimus, uia (ut necesse est) in ripa ulteriore Strigonium proficisci instituit, traijciens ad ueterẽ Budam, ubi pontem fuisse, nempe Sicambriæ, uerisimile est, is ordine transibit sancti Iacobi pagum, qui supra Pesthium est, Kherpen: & si ad ueterem Budam Danubium traijciat (quod ibi traiectum uel pontem fuisse auguror, qui postea Pesthium est ab Hungaris translatus) per Herculis castra, hoc est sanctum Andreã, & Salowarium Strigonium terrestri itinere, nullo equidem cõmodiore isthac ætate perueniet. Cæterùm Saluarium antiquũ Hungariæ esse oppidum, docent & annales Hungariæ, cum bellum intestinũ inter Salamonem & Belam ducem, ante adhuc S. Ladislai tẽpora describerent: In diluculo autẽ sextæ feriæ, rex ordinatis agminibus suis equitauit trans uerticẽ montis Monyorod, & pręcepit Salmarijs, ut in latere eiusdem montis remanerent, quatenus hostes uidentes turbam illorũ, nõ sarcinas, sed in præsidio constitutos esse putarent. Hæc illi. Adhæc ad sanctũ Andream supra Budam oppidi uetusti cerni uestigia, docet etiam Bonfinius rerum Hung. lib. 1 Decad. 1, cum de legionibus loquitur. Tres enim legionũ urbes in ripa Danubij (quanquis in superiori tantũ Pannonia, in quo fortasse decipitur, quia inferiorẽ etiam attingũt) Ptolemæus collocauit: Primã, quę legio Germanica decima dicta est, quã quidem eam fortasse reputarim, quæ iuxta Strigoniũ in effusa planicie sita est, aut è conspectu Comaræ iuxta Thatam. Alteram, quæ legio Germanica decimaquarta, & eam paulò supra Budam ad decimumsextum lapidem, ubi diui Andreæ nunc templum est, & uicus in edito loco situs, fuisse opinamur. extat adhuc murorũ circuitus à tergo, nondum à uetustate deletus. Adhuc in ueteris delubri limine lapis est, cuiusdam fluuij epitaphium referens, ex quo mihi facilè coniectura deducitur, legionẽ illam Domitiani Imperatoris tempore in Dacica expeditione, in ripa Danubij fuisse collocatam, ibiq; aliquẽ ex Flauiana familia obijsse, legionis huiusce prefectũ. Ozonum aũt rudera, si licet ex nominis similitudine cõijcere, in Zanto, loco proximo Salinario, superesse autumo, cuius quidem nomẽ in literas solus retulit Antoninus, cum itineris interuallũ à Sabaria Aquincum subduceret, 169 mill. pass. intermedijs municipijs Mestrianis, Mogentianis, Cæsaria, Ozonibus & Floriana. Sanè adhuc hodie eo itinere, quo à Sabaria Budam pro-

A dam profectio instituitur, ad Arrabonis ripam ulteriorem, Mestri pagus extat, cuius nuncupatio ad Mestriani uocem haud pessimè accedit. Reliquorũ ubi sint inquirenda rudera, ijs relinquimus, qui ea loca Hungariæ magis habent perspecta. Illud autem constat, in ea hodie intercapedine siue tractu terræ celebriora loca iacere, Papam, Cikham, sancti Martini montem, monasterium Thatam, Zanto, & sancti Pauli item monasteriũ in campis Chronueldinis, qui usq; ad Budam & sancti Gerhardi montem extenduntur. Quibus forsan locis modò dictorũ Romanæ uetustatis oppidorum uestigia erunt inquirenda: ita uidelicet, quòd Mogentianæ in Zika memoria forsan supersit, in Thata Cæsariæ, Ozonum in Zanto, & Florianæ in sancto Paulo. Sed hæc, uti dictũ, alijs inquirenda relinquimus.

INSCRIPTIONES:

Ad sanctum Andream, ubi fortè Herculia, uel ad Herculem mansio, fuit repertus lapis, qui Budam postea translatus est:

COCCEIAE
VERIAE
TENACIVS
GEMELLINVS
COLL. AVG.
EX TESTAMEN.
F. F.

In Salvvar, ubi Salua uetus, quod monumentũ Budam est in ædes D. Andreæ Bathor translatũ:

I. O. M. PRO SALVTE
CL. POMPEIVS
FAVSTVS DEC.
COL. EQ. AEDIL.
IIVIRAL. PRAEF.
COLL. FABR.
QVAE PATRONVS
DVXIT. COLL. SS.

CAP. XIII. DE SICAMBRIA, SIVE statiuis Sicambrorum.



B TAMETSI hoc nomen in nullo (quod equidem sciam) aut Geographo aut historico extet, est tamen obiter in annalibus Hungariæ animaduersum, cum Athilæ Hunnorum regis uictoriam aduersus Romanos enarrant: Athilam uidelicet ex Dacijs mouentem, Danubium in loco Pesthe (cuius etiam nomen traiectum in lingua Hungarica sonat) traiecisse, & cum Sicambriã Romanorum isthic oppidum expugnasset, à Romanis missum tandem exercitum Pannoniæ in subsidium occurrrentem habuisse, & in acie uicisse: ipsum postea uictorem deleta Sicambria, in eius ruinis nouũ oppidum excitasse, cui, interfecto Buda fratre natu maiore (cuius etiam uidetur historiæ Nicephorus Græcus in historia Ecclesiastica meminisse) nomẽ Budæ imposuisse. qua multis postea seculis & ipsa à Carolo Magno destructa, uicta in acie Chaba Auarum rege, ab Hungaris esse Auarumq; posteritate, haud procul à ruderibus, in quodam colle nouam Budam conditam: quam & hodie adhuc Latino sermone Hungari Budam uocãt, & Germani Ofen. Quòd Germani uidelicet, Gothi & Heruli, quos suo iugo pressos in Pannonijs Athila habebat, Budæ interitũ deplorantes dicere soliti essent in colloquijs, ô Ben, id est, ô Buda, siue Beda, aut Bleda, ueluti in Nicephoro legitur. quãuis huius etymon nominis Budæ Bonfinius nõ à fratre Athilæ, sed à Budinis Scythica natione deriuet, qui unà cum Hunnis in Pannoniam erant transgressi. Cæterùm supersunt adhuc ueteris Budæ, ubi Sicambriam fuisse dictum est, uestigia, haud procul à noua Buda, e regione insulæ diuæ Margarethæ. Non enim solùm inscriptiones isthic Romanæ innumeræ (quæ magna sunt ex parte nouã Budam transuectæ) ædificiorumq; ruinæ supersunt; sed pagus adhuc proximus, uetus

 nomen

nomen Sicambriæ retinuit, tametsi barbarè Schambry Hungari appellent, & mo- A
numentum eo loco cum tali est inscriptione erutum:

LEGIO SICAMBRORVM HIC PRAESIDIO COLLOCATA CIVITATEM AEDIFICAVERVNT, QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT.

Ex qua inscriptione liquet, Sicambriam, inclinante iam Romanorum imperio, fortè sub Valentiniano secundo fuisse conditam, ut ego reor, in ruinis ueteris municipij, uel prope illud quod Herculiam, uel castra ad Herculē Antoninus appellat, in supputatione itinerū, à Soppiono Bregetionem, ab Aquinco Crumerū, & à Soppiano Aquincū, ubi & Gursium siue Corsium alio id nomine appellat. Nam si Antonini supputationē examinamus, planè Herculiæ situm in Budam ueterem incidere uidemus. Cuius nominis quia nulla omnino apud Ammianum mentio fit, cum tamen reliqua ferè cuncta Pannoniæ municipiorum nomina in historiam suam retulerit, ut ea uel ab Antonino, uel à Ptolemæo, sunt & delineata situ, & nominibus dicta: uerisimile planè est, illud eo tempore, hoc est sub Iuliano & Valentiniano, fuisse desertum, à Quadis fortè & Sarmatis destructum, quorum crebras in Pannonias is author incursiones describit, & à quibus Carnuntū similiter, illā maximam Pannoniæ superioris coloniam, desolatam recenset. Deinde uerò cum Sicambri à Rheno (ubi & à Ptolemæo & à Tacito describuntur) essent in Panno- niam traducti, hoc est, legio Sicambrorum præsidio Pannonię instituta, uti habet inscriptio, nō extra rem erit, quantum licet ex inscriptione colligere, Sicambriam credere municipium ab his militibus Pannoniæ in solo, cui præsidio erant aduersus Quados & Sarmatas, Gothosq; impositi, esse constructam. Ad quam rem & Vrspergensis abbas ex ueteri quadam Francorū historia, uerba huiusmodi repetit: quæ non solùm coniecturam nostram, Annaliumq; authoritatem confirmare B uidentur, sed inscriptionem insuper de legione Sicambrorum explicare. Locus sic habet: Francorum gentis exordia de antiqua Troianorum prodiere prosapia. Nam eo tēpore, quo post excidium Troiæ Æneas in Italiam uenit, quidam ex ijsdem Troianis simili modo profugi, circa Mæotidas paludes appulerūt: ibiq; considentes, terminos suos usq; in Pannoniam dilatauerunt. construxerunt autem ciuitatem Sicambriam, ibiq; per multos habitātes annos, in populum multum creuerunt, & Sicambri primùm dicti sunt. Hi pro eo quòd Alanos, ut dictum est, à Mæotide palude expulerunt, Franci à Valentiniano uocati sunt, & pro hac uictoria per decennium remissione tributorū donati sunt. Decennio uerò peracto, misit Valentinianus ad eos quendam ducem, pro agendis tributis. Sed illi, ut erāt feroces, tributis ulterius subiacere dedignati sunt, missosq; ad se interfecerunt. Fuerunt autem tunc principes inter eos, antiquorum uocabulorum præferentes insignia, Priamus & Antenor. Audiens itaq; Imperator eorum factionem, nimis iratus, iussit omnem Romanorum exercitum cum pluribus exteris gentibus pugnare contra eos. Pugna commissa, cum ex utraq; parte multi caderent, tandem Franci multitudinem tantam sustinere non ualentes, fugerunt. Ibiq; mortuus est Priamus rex eorum. Egressi autem de Sicambria, uenerunt in terram Germaniæ, ad gentē scilicet Romanis infestissimam: habitaueruntq; aliquanto tempore in Thuringia, cum Marcomede filio Priami, & Sunone filio Antenoris. Hæc Vrspergēsis. Sanè Sicambrorum ab eo tempore reliquias mansisse in Pannonia, & Scomaros dictos arbitror. & de his locum Iordnandis intelligendum, cum sub Leonis & Zenonis imperio describeret prælium Solimanni præsidis & Mundonis Hunni, sub finem historiæ Gothicæ: Nam hic Mundo (ait) Attilianis quondam origine descendens, Gepidarum gentem fugiens, ultra Danubium in locis incultis, sine

A tis, sine ullis terræ cultoribus, debacchatur: & plerisque abactoribus Scamarisque & latronibus undecunque collectis, turrim quæ Herta dicitur, supra Danubij ripam positam occupans, ibique agresti ritu prædans, uicinis regem se suis grassatoribus nuncupat. hæc ille. Quæ omnia Sicambros populos in Pannonia inferiori fuisse demonstrant. Sed placet locum de Sicambria ex rerum Hungaricarum historia subiungere: Egressus uerò curia celebrata, Sicambriam Pannnoniæ ciuitatem intrauit: in qua proprijs manibus Budam fratrem suum interfecit, ac corpus eius in Danubium proiecit. Quoniam ipso Athila in partibus orientalibus demorante, ibidem Buda inter ipsum & Athilam fratrē suum metas statutas transgressus fuerat dominando. Hanc Sicambriam suo nomine fecerat nominari Budarrara. Et quamuis rex Athila Hunnis & alijs gentibus posuisset interdictum, ut eadem ciuitas non Budarrara, sed urbs Athilæ uocaretur: Teutonici interdictum formidantes, Etzelburg eam uocarunt, id est, urbem Athilæ. Hungari uerò interdictū non curantes, adhuc eam Obudam usque hodie uocant. Cæterùm locum, ubi nunc ueteris Budæ ruinæ extant urbis, adhuc amplitudinem habuisse, sub annum salutis millesimum Grisa rege Hungarorū Christiano nomini uendicato, eorundem Annalium uerba ostendunt, quæ sic habent: Deinde sanctus rex uenit in ciuitatem, quæ uetus Buda uocatur, unà cum filio suo sancto Emerico & regina. Et cum ibi non inuenisset aliquod piū opus in Christo, in quo posset laudari creator omniū, statim sanctissimus rex, de thesauro prædicti Khean, ducis Bulgarorū & Schlauorum, quem occiderat, cœpit in medio ciuitatis ædificare grande cœnobium in honore apostolorū Petri & Pauli, ditando illud multis prędijs, & simul libertate Romanæ ecclesiæ, quam corporaliter uisitauerat. Dum igitur ædificaretur, magistri lapicidæ è Græcia ducti erāt. Et sanctissimus rex & regina ratione deuotionis ibi-
B dem degebāt, &c. Hoc templum cœnobiumque imperfectum, nepos eius sanctus Ladislaus, ad summam postea manū perduxit. Vt satis iam liqueat, urbem quondam maximam fuisse pagum, qui hodie prope ueterē Budam Schambry Hungaris, nimirum à Sicambrorū memoria, appellatur. Vbi & multa Vetustatis monumenta extant, quæ nouā Budam magna ex parte transuecta sunt. Cæterùm Bonfinius non in Buda ueteri, sed propè sitam Sicambriam existimat, ubi adhuc murorū ambitus uidetur. Ait enim lib. 1, Dec. 1: Supra Budam ueterē in eadem Danubij ripa uetustissimæ urbis uestigia nunc cernuntur, magnumque murorū ambitum referunt: Sicambriam nunc iuniores dicunt, à Sicambis remotissimæ Germaniæ populis. Nam ciuitas ista ex uigilatrice Sicambrorū legione, Germanæ nomen olim adsumpsit. In hac ueteri Buda lapis effossus est Mathiæ regis tempore, dum fundamenta iacerentur ædium Beatricis reginæ, cum tali inscriptione, LEGIO Sicambrorum hoc præsidio collocata, & quæ sequuntur.

In ueteri Buda, ubi Sicambriæ uel Herculiæ ruinæ, in monasterio monialium beatæ Virginis:

DIS CONSERVA
TORIBVS
GEMVS
CAPELLIANVS
LEG. AVG. PR. PR.
SOD. TITIVS.

Iuxta quendam puteum:

DEO IN
VIC.
CORNELIVS

In noua Buda, ubi fortè Florianæ rudera, iuxta templum beatæ Virginis:

Q. VATINIO ADIVTORI
QVONDAM CENTVRIONI
LEG. II. ADI. H. M. V.
AE. LI. DIODOTVS
C. V. HERES PIVS FECIT.

In pauimento ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ:

D. M.
L. VALERIVS LVCI-
ANI CRESCENS VERC.

A

ABASCANT.
LIB. CORNE
PAVLI P. P.
LEG. II AD.

MIL. LEG. II AD PE D. COMINI
PAVLINI ANN. XXXX. STIPEN-
DIORVM XVIIII T. F. I. H.
F. C. H. S. E.

In Buda ueteri:

LEGIO SICAMBRORVM HIC PRAESIDIO COLLOCATA CIVITA-
TEM AEDIFICAVERVNT, QVAM EX SVO NOMINE
SICAMBRIAM VOCAVERVNT.

Ibidem repertum, postea Budam nouam translatum in
ædes D. Andreæ Bathorij:

I. O. M.
PRO SALVTE CL. POMPEIVS FAVSTVS DEC. COL. EQ. AEDIL.
IIVIRAL. PRAEF. COLL. FABR. QVAE PATRONVS DVXIT COLL. SS.

In noua Buda, in monasterio S. Iohannis:

ET. IVL. ATHENODORO FRATRI EIVS QVI VIXIT ANNIS XXXV.
EVTHENIA QVEM SEPVLTVRA COLL. CENT. * CONTVLIT.

Ibidem in arca lapidea:

D. M.
C. IVLI FILETIONIS DOMO AERICA MEDICO QVI VIXIT ANN.
XXXV. C. IVL. FILETVS ET IVL. EVTHENIA PAREN-
TES FILIO KARISSIMO F. C.

In ædibus archiepiscopi Colossensis:

B

COCCEIAE VALERIAE P. TENACIVS GEMELLINVS
AVG. COL. EPVL.

In ædibus comitis Palatini:

IVLI ATHENI LIBERTO ET HAEREDI IVLI CRESCENTIS Q. S.
LEG. X. GEM. QVI POST OBITVM EIVS VIXIT ANNVM I. MEN-
SES TRES, IVL. IVLIA CONIVGI CARISSIMO F. C.

In ædibus Puchler ciuis:

L. P. VALERIO HELIODORO TH. LE. II ADIVTRICIS
L. P. VALERIVS CHILO FILIO EIVS.

In marmore quodam:

SCOLA SPECVLATORVM LEG. I. ET II ADIVTRICIVM PIARVM FI
DELIVM SEVERNARVM REFECTA PER EOSDEM QVORVM NO-
MINA INFR. SCRIPTA SVNT DEDICANTE FL. AELIANO LEG. AVG.
PR. PR. KAL. OCTOB. MODESTO ET PROBO COS. AEL. OPTA-
TVS AEL. CANDIDVS MACR. SAEDINIANVS IVL. SEC. VVBANVS
IVL. EMERITVS CASS. FVSCINVS IVL. PROBINVS AEL. VRBANVS
RVS. MARTINVS VA. FESTVS IVL. ALEXANDER. FL. EMEITVS
VAL. CLEMETINVS IVL. PRISCIANVS VER. VERISSIMVS IVL. IN-
GENVS IVL. CELERINVS IVN. ADIVTOR AVR. LVPVS FL.
CELSINVS CVRANTE AVR. PERTINACE
FRVMENTARIO.

CAP. XIIII. DE IOVIA, CURTA, Aza, & Crumero.

A HORVM primi & postremi Antoninus tantũ meminit, & mediarũ alteram nõ Curtam, sed Curtianam appellat: in supputatione itineris à Soppiano, Bregetionẽ, Iouiam, Curtianam, Herculiam, & Florianam ordine ponit. Crumerũ uerò alio in itinere, quod à Sirmio Carnuntũ subducit, delineat. ut uerisimile sit, Curtã siue Curtianã ripense municipium extitisse, haud procul à Strigonij situ: reliqua uerò mediterranea, Iouiã quidẽ in itinere uersus Albã regalem, Azã uerò & Crumerũ uersus Comorum. Quanquã aũt eo in itinere locus supersit, cuius appellatio in lingua Hungarica, hoc est Labathlan, idem quod curtum significet apud Latinos: tamen situs discrepat. Nam & Ptolemeus Curtam uno gradu integro, hoc est XV milliaribus Bregetione orientaliorẽ pingit, cum huic gradus tribuat longitud. 41, illi uerò 42. ut uerisimile sit, à Thata uel Comoro (ubi rudera Bregetionis extant) aliquanto spacio abscessisse: adeò ut dubium apud me sit, Curtæ ne ueteris situs magis, uel Belusio cœnobio, uel Vishegradio cõueniat. Quorũ illud, deleta Vatæ familia, qui Hungaros post obitum S. Stephani, ad paganismum reduxerat, Bela primus rex ex castri angustijs in cœnobij amplitudinem euexit. hoc aũt (si Bonfino credimus) regũ Hungariæ quondam sedes in uici angustias postea redactũ, Germanorum habitatione semper celebre, & libertatis prerogatiua, Carolus Siculus, & Mathias Coruinus Hungariæ reges sua præsentia augustius reddidere. Quo in loco arx in editissimo monte sita, & Salamonis regis carcere & regni Hungariæ diademate insignis est: quod ibi tanquam loco totius regni, uno omnium munitissimo, adseruatur. Reliquorum uestigia haud equidem facilè est certo constitue-

B re loco. quanquã enim Crumeri uox à Strigonij nomine, siue uti eam Germani appellant, Grami, nõ ita abludat, repugnat tamẽ apertè situs. Vbi castrũ oppido uetustius est, munimentũ primò omnium aduersus Tartarorũ incursiones, deinde & pro diuino ministerio ad imbuendam rudem plebem in doctrina Christi, sedes metropolitana facta est. Quod unũ mihi est fortè argumentũ, ad constituendam in Strigonio Curtam. Siquidem & primis ecclesiæ temporibus, in Cornelij papæ decretis, qui sub Decio est passus, inter reliquos Pannoniæ episcopos à Sirmio, à Cibalis, à Carpis, ab Agria, à Siscia, Crescẽs legitur quispiam à Curta subscripsisse. Porrò Grami uox unde defluxerit, & quàm antiquus is etiã cultura locus existat, is uidetur Vitikhindi Saxonũ historici locus ostẽdere: Tali lege ac disciplina cum ciues adsuefaceret, repente irruit super Sclauos, qui dicũtur Henelli, & multis eos prælijs fatigans, demũ hyeme asperrima castris supra glaciẽ positis, cæpit urbem quæ dicitur Brennaburg, fame, ferro, frigore: cumq; illa urbe potitus, & omni regione, signa uertit cõtra Dalmatiam, aduersus quam reliquit ei pater militiam. Et obsidens urbem quæ dicitur Grana, uigesima tandem die cæpit. loquitũ aũt de Hẽrico primo, ubi Dalmatiæ limites, hoc est, Liburnici regni patriarcheq; Aquileiensis diœcesis usq; ad Danubiũ erat extenta. Meminit tamen & Carnuntiorũ, & Chrynnorũ, Graniorumq; eregionè Pannoniæ, ad Carpathij montis iuga, & Iordnandes in historia Gothica his uerbis: Sunt ex his Ostrogothi, Raumaricæ, Rangnaricij, Phynni mitissimi, Scãziẹ cultorib. omnibus mitiores, nec nõ & pares eorũ Vinouiloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminẽtiores. Quãuis & Dani ex ipsorũ stirpe progressi, Herulos proprijs sedib. expulerũt: qui inter oẽs Scanziẹ nationes nomẽ sibi ob nimiã proceritatẽ adfectãt precipuũ. Sunt, quanq; & illorũ positura, Granij, Agãziẹ, Vnixẹ, Ethebrugi, Arochyrrãni. Quib. nõ ante oẽs, sed ante multos annos Rodulph. rex fuit. qui contẽpto ꝓprio

regno

regno ad Theoderici Gothorū regis gremium confugit. hæc ille. Theodericum A autē ea tempestate Gothis in Pannonia constat imperasse. Quare eò deduxisse Rudolphum cum Herulis & Rugis ex Scanzia inter reliquas nationes & Granios & Arochyrannos uerisimile est. Qui acceptis Carpathi montis cōuallibus, qui Pannoniam secundam prospectāt, Cremnitio notissimo auri argentiq; muneris loco nomē indidere. Vnde & riuus appellatus Granius, è regione Curtę ueteris in Danubium exoneratur: ut credendum sit, ab eo ostio nominis mutationē Curtæ uestigijs accidisse, cum denuò extrueretur. Quanquam & Carnuntiorū eodem tractu & Plinius mentionē faciat lib. 4, cap. 12: Superiora autem inter Danubium & Hercinium saltum usq; ad Pannonica hyberna Carnuntij tenent, Germanorū ibi cōfinium. Campos & plana Iazyges, Sarmatæ montes & saltus, pulsi ab his Daci usq; ad Parthiscum amnem, &c. Hæc Chremnitio Granijq; fluminis alueo ad unguem quadrant, ut quos Carnūtios Plinius appellat, ij Iordnandi Granij fuerint. qui nunc Chremnicenses uocātur. Riuus isthic ortus Granus nomen uetus nō solùm retinuit, sed & Curtæ impartiuit, è cuius regione in Danubiū confluit. quod Strigonium dici nunc Hungaris, est dictū. Isthic basilicæ duæ nobilissimæ, archiepiscopatus altera, à diuo Stephano rege in edita arce constructa: in oppido subiacente altera, à Belo quarto Hungarorum rege diuo Francisco dicata. Cæterùm Strigonij siue Granij monumentum tale erutum est:

M. AVRELIVS TERTVLLVS
SEX. VIRVM COL. AQ.
SIBI ET IVLIAE
VRSVLAE
CONIVGI CARISSIMAE
AETERNITATIS
MEMORIAM
POSVIT.

B

CAP. XVI. DE COMMERTIO, BREGEtione, Ripa alta, Centonario, & Arrabona.

Bregetio.



Ex his Bregetio celeberrimum Pannoniæ municipium fuit, præsidis primū sede, qui Pannoniæ primæ imperitabat, atque decimæquartę legionis statiuis. deinde posteaq; Constantini Magni auspicio Pannones CHRISTVM agnouissent, episcopali quoq; insigni cathedra factum est. De quo nō solùm Geographi, Ptolemæus inquā & Antoninus mentionem posteritati & memoriam reliquere: sed celebres insuper authores, Aurelius Victor, Eutropius, Orosius & Marcellinus lib. suæ historię, de rebus à Constantio Iuliano & Valentiniano gestis XVII, & XXX, nomē in literas misere. Ptolemęus quidem, ut ab hoc potissimū auspicemur, lib. 2 Geographiæ cap. 15, in Pannonia superiori hoc oppidū collocat, sub XIIII legione Germanica, tribuens illi gradus longitud. 41. latitud. uerò 46. 40. cum Curtæ uno circiter gradu & longitudinē & latitudinē auxisset, ut appareat eius ruinas haud procul à scissione Danubij illa esse inuestiganda, qua memorabili & fœcundiss. illa facta insula (quā Schut, Hungari uerò à ueteri accola gente Cituis Cituatu appellant) uagū paulo pòst incipit in se fluuiū recipere. Quanq; cum nō ignorē, multos ex doctis etiā Taurinū nostrū, q̄d multo inferius ad ostiū Arrabonis in Danubiū iacet, Bregetiū uetus fuisse, existimasse: repugnare tamē uidemus non solùm sitū, sed etiā nomē: & quod Antoninus in nominatione Bregetionis seorsim Arrabonis meminerit. Describens enim iter à Sirmio Carnuntū, statim post primæ legionis, Crumeriq; & Aza locorū enumerationē, primò

A primò Bregetiū, deinde Statuas, & ad postremū Rabona recēset. Et rursus in supputatione à Sabaria Bregetionē, eò per Bassianā, Mursellam & Arrabonā progreditur, distantia quoq; inter Arrabonam & Bregetionē animaduersa XXX mille passuum, qui ad minus constituūt miliaria nostratia sex. Ex quibus colligitur primum, Bregetionem non esse in Taurino ponendam: deinde Taurinum nostrum ipsissimū Antonini esse Arrabonam, quod & Germanica pronūciatio confirmare uidetur, qui truncato (ut solent) uocabulo ueteri Rabam dicunt: deniq; Bregetionis uestigia in eo esse itinere inquirēda, quod à Raba nostra Comoron uel Thatam instituitur. In quo tametsi habitata loca, quæ aliquā uetustatis opinionē præbeant, nulla extent: uidentur tamen rudera & ruinæ ædificiorū pleræq; in his locis, quæ Germani solemus Hochstrass, Stainhaus, & Herzogschuss nuncupare, & Hungari gentilitio idiomate dicunt Centiwar, Vrsalen & Monstor. Ab eo latius Strigonium uersus progrediendo, ruinæ adhuc quędam occurrūt, in quibus Hūgari pagos passim suscitauere, quos ipsi eo tractu Marczelhasa, Nesmyl & Labatlan appellant. In quorū postremo monumentū repertū est, quod postea Strigonium locū est proximū traductū: in quo Commertij, Burgi, & primæ legionis Martiorū mentio fit. Quanquam aūt huius nominis nullus (quod equidē sciam) ex Geographis historicisq; meminerit, fides est tamen adhibenda tam uetusto saxo. Quare quemadmodū Cōmertij uestigia in Labatlan colloco, ita Bregetionis in ijs ruinis quæ haud procul à Thata, ipsoq; etiam castro Comoro ad Danubij ripā nauigantib. occurrūt, quę Germani solent mercatores & nautę Herzogschuss, & Hungari Marczelhasa, tanq; si diceres Marcelli donū, nominare. Quo ex loco superiorib. annis, dū muniendi Comari castri gratia noua propugnacula extruerent, & undiq; ex ruinis proximis lapides & saxa adportarent, strenuus quondā B & magnificus uir, fœlicis memoriæ, LEONHARTVS À VELS, supremus militiæ tum per Pannonias magister, in præsenti monumenta quædam nobis Viennam transmisit. ex alijs uerò quæ ob magnitudinē ferri nō poterant, rhapsodias est impartitus. Atq; eodē illo loco haud procul à Thata, ciuitatē adhuc fuisse sub primā Hungarorū in Pānonias transmigrationē, docēt annales ipsorū hisce uerbis: Surrexit posthæc quidā princeps, Suetibolug Morathi filius in Polonia, cœpitq; nihilominus & in Pānonia dominari. Hunc quidē primo Hungari de Erdeel & de flumine Vngh, munerib. uarijs explorātes practicando diuersis sermonibus, deniq; irruptione subita, in quodā oppido circa pontē Baui iuxta Thatā, cuius oppidi adhuc patet interruptio, cū tota militia deleuerūt. hęc Annales. Sanè locum adhuc hodie Hungari à ponte Bontuda appellāt, ubi Bregetionis illius celeberrimi uestigia extāt, & ruinæ. De quo oppido, præter, uti diximus, Ptolemęū & Antonini itinerariū, mentionē faciūt in suis historijs, Aurelius Victor in uita Valentiniani primi: Huius tēpore Firmus apud Mauritaniā regnū inuadens extinguitur: Valētinianus apud Bregetionē legationi Quadorū respondens, anno æui V & L, impetu sanguinis uoce amissa, sensu integer expirauit. Meminit eiusdem & Eutropius lib. 12 in historia Valentiniani: Valentinianus uerò anno imperij sui XI, cum Sauromatarū gēs, quę pusilla & infima gēs est, cōtra eū insurgēs, sese per Pānonias diffudisset, easq; deuastaret, belloq; ab eo superata, apud Bregetionē oppidū, Quadorū legatis missis pacē expostularet, cum à legatis eorū sciscitaretur, utrum Sauromatæ tales & tam uilium corporū omnes existerent: respondentibus Imperatori, Quia meliores eorū hic habes & uides. tum ualidissimè ille clamans ait, Atrocia Romanū imperium sustinent, ad Valentinianum pertingens, si Sauromatæ tales existentes, contra Romanos insurgunt. Ex animositate autem nimia & plausu manuum uena corporis rescissa, & plurimo erumpente sanguine, quæ

Græcè

Grece ἀπόπληξις uocatur, uoce amissa, & sensu integer expirauit. Est eadem & ab A Orosio historia, & nomen Bregetionis animaduersum, lib. 7 cap. 19. & ab Ammiano Marcellino: Progressus ergo coacto gradu in quantum res tulit, iugulataque ætate promiscua, quã etiam tum palantẽ subitus occupauit excursus, & tectis combustis rediit cum incolumibus cunctis quos duxerat secum. Itidemque apud Acincum moratus autumno præcipiti, per tractus conglaciari frigoribus suetos, commoda quærebat hyberna: nullaque sede idonea potiri præter Sabariã poterat, quamuis eo inualidam tẽpore, assiduisque malis adflictam. Vnde hoc, etiamsi magni intererat, paulisper sequestrato, impigrè motus, peragrata fluminis ripa, castrisque præsidio cõpetenti munitis, atque castellis, Bregetionẽ peruenit. Ibique diu cõpositũ ad quietẽ principis fatum, sortem denunciabat ei supremam, prodigiis ingerentibus multis. hactenus ille. Qui lib. rursus 17: His in Barbarico gestis, Bregetionem contra castra cõmota sunt, ut etiam ibi belli Quadorũ reliquias, circa illos agitantiũ tractus lachrymæ uel sanguis extingueret. Quorum Regalis Vitrodorus, Viduarii filius regis, & Agilmundus subregulus, aliique optimates & iudices, uariis populis præsidentes, uiso exercitu in gremio regni, solique genitalis, sub gressibus iacuere militũ, & adepti ueniam iussa fecerũt. hæc ille. Fuit igitur Bregetio nõ solùm statiuis legionis decimæquartæ, primæque adiutricis siue Martiorũ, præsidisque sede & cohortis quintæ præfectura, ut Scotus refert, uerumetiã Valentiniani primi obitu nobilitatus locus. Vbi (uti suprà dictũ) primis ecclesiæ tẽporibus cathedra episcopalis fuit, quam arbitror consultò postea à Romanis pontificibus, cum Hungarorũ gentes ad Christi ouile accessissent, Arrabonã in proximi municipii uestigia translatã, quod sua lingua hi barbarè Taurinũ appellant. Nam decretis Cornelii papæ, qui sub Decio Cæsare sedit, inter reliquos Pannoniæ episcopos, à Sirmio, à Cibalis, à Carpis, à Curta, ab Agria & Siscia, legitur etiam subscripsisse B quidã Successus à Bregetione. Quamuis ob loci ignorantiã malè in quibusdam legatur exẽplaribus, Brigermatiana. Verisimile est aũt (ut tandem ad nominis rationẽ ueniamus) à Brigantibus illud municipiũ, Britãnica uidelicet natione, denominationẽ accepisse. Quã Iulius Agricola sub Domitiano & Vespasiano, à mari Germanico pulsam, in Rhœtias Noricũ & Pannonias undique distribuit, & legionibus Romanis immiscuit, teste Tacito. Vnde & lacus Venetus in Rhœtia prima Brigãtinus, & ad eius ripã Brigantium oppidũ, Brixantesque populi (quorũ eodem in loco & Ptolemæus mentionẽ facit) quorũ etiam in Norico multa uestigia, utpote in Brixia episcopali, & Brixina ualle. Hic subit forsan cõiectura haud absurda, quod in Augusta Vindelicûm accidit, & Mogũtiaco, ut hæ destructæ ab Hunnis ciuitates, aliũ postea in locũ opportuniorẽ à Germanis fuerint traductæ, seruatis tamẽ ueteribus nominibus: idem uidelicet & Cõmercio & Bregetioni euenire potuisse. Vt quemadmodũ Augusta Vindelicûm, quondam in Rhœtia secunda, quippe ad confluẽtes Isaræ & Loysæ, ubi est hodie Vuolfrathausn posita, postea in Rhœtiam primã ad Lycũ usque fluuium, septem circiter milliariorũ spacio transmigrarit: & Moguntiacũ olim ad Mœnũ extructa, duorum iustorũ miliariorum interuallo ad confluẽtes Rheni & Mœni translata, à fundamẽtis iterũ surrexerit: ita similiter & Cõmercium destructũ uel ab Hunnis uel à Gothis, à Strigonii usque propinquitate sex circiter milliariorũ intercapedine, ad confluentes Danubii & Vagi fluentorũ translatis ruinis, iterũ conditũ, ueterique appellatũ nomine sit, ubi hodie uidelicet Comorũ nostrũ iacet, unicũ ferè ætatis nostræ aduersus Turcarũ uim munimentũ: quod Bonfinius, & alii ex doctis, à Comaro Scytharũ oppido, uel Comaris Scytharũ natione iuxta Iaxartẽ Saccarũ flu. deducere conantur: ego aũt rectius à Cõmercio ueteri municipio (tametsi, uti dictũ est, paulò remotius id fuerit)

Augustæ Vindelicûm et Moguntiaci trãslatio.

Comorum.

A fuerit) denominatũ fuisse existimo. Iam quid impedit, eundem casum & Bregetionis ruinis cõtigisse, uti saxa, lapides ruderaq́ꝫ quæ haud procul à Comoro erãt, in Bonhida loco, à posteritate Germanorũ (quos defensionis gratia Carolũ Magnum in Pannonias passim, Daciam, Carpathiq́ꝫ montis cõualles distribuisse constat) transuecta usq; ad scissionẽ & flexum Danubij fuerint, tota illa insula superata, quam à Cituis ueteri eorum agrorum incola (ut est apud Ptolemæũ) Cituatũ, Germani uerò die Schut appellant, quorũ congerie postea atq; aceruo oppidum illud conditũ sit, quondam Hungarorũ potissimum aduersus Germaniam propugnaculum, quod in hanc usq; diem Bregetionis Burgum Germani solemus, hoc est Bresburgum nominare. Sed hæ coniecturæ sunt: quorũ iudicium æquo lectori, atq; ei potissimũ cui ager Hungariæ est cognitus, libenter permittimus. Vnũ superest, antequam colophonẽ Capiti imponamus, uti & Altæ ripæ, & Centonarij burgi situm ruinasq́ꝫ demonstremus, de quibus ut suprà uisum, in medio Bregetionis & Arrabonæ Antonini itinerarium & Scotus mentionẽ faciunt, cui Altior ripa proculdubio nomenclaturã imposuit: qualem situm eius loci habere Danubium adhuc hodie cernimus, ruderaq́ꝫ ibidem euntibus à Raba Comoron uel Thatã occurrere, quas Hochstrass Germani solemus, nimirũ ab alta ripa, nominare: ubi Altã ripã municipiũ statuimus. Ibi & Zentmar ruinosus pagus uisitur, ubi burgũ Centonarium fuisse, cuius liber Præfecturarũ meminit, nõ solùm nominis consonantia, uerumetiã inscriptio testat̃, Rabæ à domino à Vels reperta, ubi alæ centen. nomẽ exprimit̃. Illic tribunũ cohortis Marianę Scotus collocat: quemadmodum loco proximo Arrabonæ, cuneum equitũ Stablesianorũ, equites promotos, & præfectũ cohortis Liburnariorũ militũ. Porrò Rabonã oppidum, seu ut Hungari barbarè uocant, Iaurinũ uetus esse, nõ solùm monumẽta & uariæ quoti

Cituatum.

Bresburgum.

Alta ripa.

Centonarium burgum.

Rabona.

B die repertæ inscriptiones testantur: uerùm Eginhartus insuper rem confirmat in historia Caroli Magni, cum eius Cæsaris expeditionẽ in Pannoniam aduersus Auares susceptã describeret. Ipse cum alia parte, quã secum retinuit, Australẽ eiusdem fluminis ripã, Pannoniã petiturus occupauit, Boioarijs cum cõmeatu exercitus, qui nauibus deuehebant̃, per Danubium secunda aqua descendere iussis. Ac sic inchoato itinere, prima castra suprà Anesum posita sunt. Nam is fluuius inter Boioariorũ atq; Hunnorũ terminos medius currẽs, certus duorũ regnorũ limes habebat̃. Ibi supplicatio per triduũ facta, ut id bellum prosperos ac felices haberet euentus. Tunc demũ castra mota, & bellũ genti Hunnorũ à Francis indictũ est. Pulsis igit̃ Hunnorũ præsidijs, ac destructis munitionibus, quarũ una super Cambum fluuiũ, altera iuxta Comagenos ciuitatẽ in monte Cumeonberg, uallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta uastant̃. Cumq; rex cum eo quẽ ducebat exercitu, usq; ad Arrabonis fluenta uenisset, & transmisso eodem fluuio per ripã eius, usq; ad locũ in quo is Danubio miscet̃, accessit. Ibiq́ꝫ per aliquot dies statiuis habitis, per Sabariam reuerti statuit. Alias uerò copias, quibus Theodericum & Megnifridũ præfecit, per Brehamos, uia qua uenerãt, reuerti præcepit. Sic peragrata ac deuastata magna parte Pannoniæ, cum incolumi exercitu Francorum in Boioariã se recepit. hæc ille. De Arrabonis municipio, quod hodie Hungari Iaurinũ barbaricè uocãt, uel ut aliqui latinius exprimũt Scaurinũ, à nescio quo Scauro, in quo & episcopalem hęc gens sedẽ uenerat̃, Strigoniensi metropolitano subiecta, & monumẽta quædã Vetustatis eruta supersunt: tametsi oppidũ ipsum ob frequẽtes Turcarũ excursiones, hodie ferè in ruinas cõcesserit, & castrũ uix integrũ remaneat, Austriæ hodie eiusq; regni Hungarię partis propugnaculũ, quam ultra Arrabonem in Pannonię primæ tractu ira nobis barbari reliquit. Vbi inuictissimus Romanorum Hungariæ & Bohemiæ rex, &c. FERDINANDVS, perpetuis

Arrabo municipium.

petuis præsidijs limitem suum, aduersus crudeles nominis CHRISTI persecutores, tuetur. A

Monumenta reperta, siue inscriptiones,

In Bregetionis ruinis, ultra Comoron, quem locum Bonhida Hungari dicũt, in quorum uno Bregetionis adeò ueteris fit nominis mentio:

IMP. CAESAR.
L. SEPTIMIO
SEVERO PIO
PERTINACI
AVG. ARABIC.
PARTHICO
MAXIMO
BREG. PVBLIC.
D. D.

In Bregetionis ruinis, à domino Velsio reperta, & nobis transmissa, in fracto saxo:

T. FLAV. P. O. V.
TRI. ERA. ER.
GI. ASS. FIM.
PANN. EX B. F. C.

In altero saxo:

I. O. M. S.
AVREL. VEGA
BIVS ET VALENTIS
PRINCIPIS.

In fracta columna:

AARINVS SIRA ET G.
VI FRA. FI. PIENTIS.
M. CVRA AVR. MA
ƆNVGI ET AEL. SA
NE ET AEL. SABINIA
IVVS FECIT.

In altera columna, quam Viennam is mihi misit, quæ adhuc ibidem in ædibus meis adseruatur:

I. D.
VOTVM SOLVIT
CA. RODIVS
PR. SALVTE
SVA I. C.

In uilla Euerkhen, prope Taurinum:

IVNONI REGINAE
MINER-

In Arrabonia, quã hodie Iaurinum Hungari, & Rabã Germani appellant, repertũ à domino à Vels, Anno 1545 in albo marmore:

D. M.
AVR. DORISON. VE.
EX. STAI. PRAEF. AL.
ENT. AN. XLIX. ET
AVR. MVSSA †. FL.
AN. VII AVR. NERON.
LIB. ET CONIVNX.
ET AVR. LVPVS ET
AV. LVPORINA ET
BASILLA FIL.
TITVLVM PATRI
ET FRATRI FAC.
CVRAVERVNT.

In Arrabonæ ruinis iam olim reperta, & ibi templo passim inserta, in pila templi ad Septentrionem: B

VICTORIAE
AVG. NN
ET LEG. I
ADI. P. F.
ANTONINIANAE
P. MARCIVS
P. FILIVS
SEXTIANVS
EPHESO
P. P. D. D.
DEDICANTE
EGNATIO
VICTORE
LEG. AVG. G.
PR. PR.
ET C. L.
PISONE I
LEGATO LEG.
V. IDVS IVNIAS
APRO ET MAXIMO COSS.

Ad aram templi maiorem:

HADRIANO AVG. PP.
TRIB. POT. XXI COS. III
IMP.

A MINERVAE NEPTVNO LIBERO PAT. DIANAE CAETERISQ. DIBVS L. ANTON. SABINIANVS CORNEL. LEG. LEG. AD. PESE TEMPLVM VETVS CONLAPSVM EXCLVDVM CVR. CVM AVRELIANO CON.

IMP. II LAELIVS CAES. FIL. TRIB. POTES. COS. PR. PROCOS. VIX. VIR. SACRIS FACIVND.

Ad coquinam Antistitis:

MARCIAE CANDIDAE MATRI PIENTISSIMAE M. AVREL. LAVRENTIVS FILIVS VIVVS VIVAE FECIT.

In oppidi domo quadam ab Appiano animaduersum:

VICTORIAE AVG. GN. N. ET LEG. I. A. I. P. E. ANTONINIANAE P. MARCIVS P. FIL. SEXTIANVS EPHESO P. P. D.

In Labatlan prope Strigonium, ubi Commercij ruinæ:

IVDICIO PRINCIPALI DOMINORVM NOSTRORVM VALENTINIANI VALENTIS ET GRATIANI PRINCIPVM MAXIMORVM DISPOSITIONE, ETIAM ILLVSTRIS VIRI VTRIVSQVE MILITIAE MAGISTRI EQVITII COMITIS FOSCANVS PRAEPOSITVS LEGIONIS PRIMAE MARTIORVM, VNA CVM MILITIBVS SIBI CREDITIS HVNC BVRGVM, CVI NOMEN COMMERCIVM, QVA CAVSA ET FACTVS EST A FVNDAMENTIS ET CONSTRVXIT, ET AD SVMMAM MANVM OPERIS IN DIEBVS XXXXVIII CONSVLATVS DIVI NOSTRI GRATIANI AVGVSTI BIS, ET PROBI VIRI CLARISSIMI FECIT PERVENIRE.

B

CAP. XVI. DE CRISPIANO, CIMBRIAno, Vesproniano, & Tricciana.



QVANQVAM Vesproniani nulla (quod equidem sciam) apud authores mentio extet, & quòd reliqua tria à solo Antonino enumerentur, prætermitti hic à nobis fortè potuissent: tamẽ quia nobilia Pannoniæ inferioris, & uel obiter commemorata fuere, sub finem huius libet Sectionis adnumerare. Ac de cæteris quidem posterius ex Antonini itinerario dicam. Vespronium autem, siue ut alij Germanica origine ab Albo fonte Vveisprinnium, uel ut Hungari deniq; pronunciant, Vesprimium, episcopalis hodie Hungariȩ ciuitas est, loco amœnissimo sita. habet enim ab ortu lacum omnium maximum Hungariæ, pisculentum admodum, quem Balaton Hungari, & Germani Platsee nominant. ab occasu & meridie Vinetis ager est ubiq; consitus, idq; genus uini producit, quod à comitatu siue iudicio Hungarico Simigiense, Germanis uerò nobis Schumater weyn appellatur, generosum admodum, neq; multum Sirmiensi cedit. Porrò imminet illi à septentrione Bakon sylua omnium longissima, per quam Arrabonã siue Iaurinum, siue etiam in Austriam euntibus iter est: distatq; ab hoc municipio Alba regalis, conditorio & coronatione regum Hungariæ celebre oppidũ, quinque omnino miliariorum spacio. Huius igitur oppidi nomenclaturæ, quibus Germanica origo non placet, à conditore, ut de Sempronio Pisone & Scauro Annales Hungarorum fabulantur, ita hic de Vespronio quodam historiam adferemus, ab hoc siue nominata hæc primùm ciuitas sit, siue minus: refert tamen illam Vespronium.

Ælius Spartianus in uita Didij Iuliani, qui contra Seuerum Septimium in locum Pertinacis suffectus erat: Septimius (inquit) Seuerus in Illyrico cum exercitibus, quibus præsidebant, à Iuliano desciuere. Sed cum ei nunciatū esset, Seuerum desciuisse, quem suspectum non habuerat, perturbatus ad senatum uenit, imperauitq; uti hostis Seuerus renunciaretur. Militibus etiam, qui Seuerum secuti fuerant, dies præstitutus: ultra quem si cum Seuero fuissent, hostium numero haberentur. Missi sunt præterea legati à Iuliano, consulares ad milites, qui suaderent, ut Seuerus repudiaretur, & is esset Imperator, quem senatus elegerat. Inter cæteros legatus Vespronius candidus, uetus consularis, olim militibus inuisus, ob durum & sordidum imperium, missus est Seuero in Pannoniam successor. Sed constat Seuerum Pannonijs præfuisse, & quemadmodum Spartianus refert, in Carnunto, uel ut Aurelius Victor, in Sabaria electum in Imperatorem ab exercitu. A

Hinc Herodianus: Præerat autem Pannonijs uniuersis, ait, nam unius regebantur imperio, Seuerus quidam genere Afer, coniectura magis quàm certa asseueratione. Et hactenus de Vesprinio, cuius antistites prærogatiuam habent reginas Hungariæ coronandi, & illarum scriniorum magistri nominantur. Quo hodie loco uir humanissimus præsidet, literis haud mediocriter ornatus, dominus PAVLVS BORNEMISSA, Inclyti & regni & Cæsaris FERDINANDI cōsiliarius præcipuus. Restat ut CIMBRIANVM explicemus, cuius Antoninus meminit in descriptione itineris à Sirmio Carnuntum per mediterranea, inter Soppianum uidelicet Saui municipium, & Crispianum collocās, qui positus ex diametro in Albam regalem incidit, ubi adhuc Brynhyda pagus est, & pons, ad ueterem appellationem quomodocunq; alludens. Porrò Cimbrianum à populis Cimbris uel conditum, uel denominatum fuisse, uerisimile est: quorum in Pannonijs meminere Herodotus, Strabo, & Appianus in Illyrico: ille quidem, qui Cimerios sedibus ad pontum Euxinum à Gothis exutos, in Pannoniam abijsse (quod duce euenisse Marcomyro Berosus autor est:) hic uerò ob crebram maris inundationem longis itineribus ex Belgis profectos, Hercinium insedisse nemus scribit: atq; inde rursus à Boijs eiectos, Luetios primum, plurimo locuples auro adijsse. à quibus postremò Tauriscos & Scordiscos, Gallicas gentes, ad Istrum accessisse. Porrò Scordiscos Claudij montis accolas in Pannonia, & per Scordiscos fluere Parthiscum, qui & Tibiscus, in Danubium, idem Strabo author est. Meminit & Plinius libro tertio capite uigesimoquinto: & clarius adhuc Cimbrorum, quos Græci κιμβρίους uocāt, in Pannonijs Appianus mentionem facit in libro cui Illyrici nomen indidit: Fama est Autharios Apollinis indignatione in extremam decidisse cladem. Quippe eosdem, Celtasq;, quos Cimbros uocant, ad Delphos posuisse castra, statimq; omnes dispersos aufugisse: multos ante incœptam pugnam, pluuia in eos cum procellis fulguribusq; desæuiente. His uerò qui ad propria redijssent, infinitam ranarū uim subortam, quæ putrescens flumina corrumperet. Vapore deinde ex terra exhalante, pestem Illyriorū ac corruptionem insecutam esse, quæ potissimū Autharios inuaderet: donec profugi à patria, ac pestem deferentes, cum nemo ob timorē suscipere auderet, trium & uiginti dierū progressi iter, ad tellurem palustrem & inhospitam uenere, & iuxta Bastarnarum gentes condidere urbes. hæc ille: quæ uidentur confirmare, quæ Antoninus de Cymbriano oppido obseruauit, in descriptione itineris à Sauo per mediterranea Pannoniæ. Nam & palustria sunt illa, & Daciæ opposita, ubi ex aduerso Bastarnas consedisse Appianus author est. Hinc Plin. lib. 4, cap. 12: Pulsi (inquit) ab his Daci ad Parthiscum amnē: Amerhois siue Duria is est, à Sueuis regnoq; Vanniano dirimens eos: ex aduerso Bastarnæ tenent, Haliq; inde Germani. Agrippa totū eum tractū, ab Istro

Cimbrianum ciuitas. B

Cimbrorum in Pannonijs sedes.

A ab Istro ad Oceanũ bis ad decies centũ mille passuum in longitudine, quatuor millibus quadringentis in latitudine ad flumẽ Vistulã à desertis Sarmatiæ prodidit. hæc ille. Ita nimirũ igitur cõijciendum est, inter reliquas urbes ad Istrũ eo in exilio Cimbrianũ hoc conditũ fuisse, cuius (ut diximus) in Pannonia inferiori Antonini itinerariũ cõmeminit. Nam & usque ad Pyrenæũ montẽ Norici Cimbros tũc sedes permutasse, idem Appianus scribit. Quem montẽ Tyrolis uetustissimũ notissima iuga esse, quæ Brennerij adhuc nomẽ ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ueluti & Pyrenæus, retinẽt: ut ex lib. Taciti 17, geographia Dionysij, & clarius adhuc ex Othone Frisingensi recentiore authore, libro Chronicωn 6, cap. 29. & lib. 7 cap. 14. & lib. 1 historiæ Friderici, cap. 19 apparet. Quare rectè Strabo, ad Noræam Carbonẽ castris exutum à Cimbris: & Plutarchus, ad Athesim à Mario & Luctacio Catulo tandem fusos Cimbros eosdem, dum uidelicet, ut diximus, ex Pannonijs ad Pyrenæũ sedes mutarẽt, authores sunt. Vbi multis postea seculis, ad Draui scaturiginẽ Briones coluere, Cimbrorũ nimirũ posteritas & reliquiæ, quorũ obiter mentionẽ facit lib. 2 cap. 15, à quibus ego cõijcio ciuitatẽ in confinio Charinthiæ & Tirolis Prauneken nomine, & uallem eò loci denominationẽ accepisse. Porrò destructũ uetus Cimbrianũ in Pannonijs fuisse, uel ab Hunnis uel Gothis arbitror. In cuius ruderibus Hungari post multa tandem secula Albam cõdidere, Regalem cognomẽto, quòd ibi regũ Hungariæ conditoriũ sit, & locus coronatione regia celebris. Quã cur Hungari Albam nominarint, hanc reddit Bonfinius, eius gentis historicus, rationẽ, libro rerũ Pannonicarũ primo, his uerbis: Non solùm hanc Albam habet Hungaria, sed Albam Grecã ad Taurunũ, & Albã Iuliam in Dacia apud Transyluanos. Quo quidem nomine nõ immeritò tantopere delectãtur (ut mea fert opinio) qui progenitorũ suorum nomen lubentissimè retinent. Hungari namque ab Hunnis,

Pyrenæus mons.

Alba regalis.

B Hunni à Leucis, id est Albanis Asiaticis, qui à Scythis orti sunt (si Procopio Greco scriptori credimus) originem duxerunt. Et ut maiorũ nomina seruarent, quas ædificauerunt urbes, ab eis nominare uoluerunt. Hæc ille. Conditam uerò hanc, de qua loquimur, Albam (quã à regum tumulis, regiaque inauguratione Regalem ipsa gens uocat) fuisse primis temporibus, uerisimile est. Nam & Vrspergensis loquens in Chronicis suis de expeditione quæ à Germanis, Italis, Gallis atque Anglis suscepta in Asiam fuit, sub annum Salutis nostræ M C: Primi namque Petrum quendam monachũ sequentes, inquit, quem tamen multi postea hypocritam esse dicebant, ad XV milia æstimati, per Germaniam undique, per Boioariam atque Pannoniam pacificè transibant: quamplurimi uerò nauali per Danubiũ, uel per Alemanniam pedestri itinere, alijque ad XII milia per Saxoniam & Bohemiam, à quodam presbytero Volkmaro, itemque nõnulli à Gotescalco presbytero per Orientalem Franciam ducti sunt. Qui & ipsi nefandissimas Iudæorũ reliquias, ut uerè intestinos hostes ecclesiæ, per ciuitates quas transibant, aut omnino delebant, aut ad baptismatis refugium cõpellebant. Quorũ tamen plurimi, sicut canes ad uomitũ, postea retrò redibant. Alij aũt uiatores plurimis exinde manubijs onusti, Hungariã attingentes, quibusdam ob seditiones (ut uidebatur) indigenis inuisi facti, aut reuera facultatũ suarum abundantia eosdem semibarbaros in auaritiam accendentes, iussu regis eorũ Colomãni, dolis potius quàm armis capti, plurimi morte mulctati, pauci armis & rebus nudati, fugã pro maximo lucro reportabãt. Quamuis amplissima utriusque multitudo, à quodã Emichone uiro militari seducta, uel potius ut Israelitici quondam exercitus spiritu fornicationis decepta, paucis sibi in Pannoniæ ingressu in præsidio Vveissenburg obstantibus, fuga, nemine persequente, repatriauerit. Et iterum postea, de eodem Emichone Rheni comite loquens: Ad confinia, quo Pannoniarum (ait) innumeris iam utriusque sexus copijs cum

peruenissent, multiplicati regnum ipsum, quod scilicet partim syluis, partim palu- A
dibus cingitur, per obfirmata præsidia, uetantur ingredi: fama quippe Colomanni regis iam perculerat aures, inter Paganorum & Hungarorũ necem nihil apud Teutonicas differre mentes. Qua de re munitionẽ Vveissenburg per sex hebdomadas expugnantes, plura inibi patiuntur incommoda: inter quæ quis illorum sub nomine regis Pannoniarum potiretur terris, ciuili stultissimaq; quatiuntur discordia. Itaq; oppugnantes insultantes, ultimo iam muris interruptis, iam fugientibus oppidanis: & quæ sequuntur.

SECTIO TERTIA LIBRI DVODECIMI, DE COLONIIS ET MVNICIPIIS PRIMAE SIVE SVPERIORIS PANNONIAE, qua hodie intercapedine tractus Viennensis ac Neustetensis Austriæ, & comitatus Hungariæ, Austriæ, Styriæq; uicini sunt, Posoniensis, Musunensis, Soproniensis, Castri ferrei, & Zaladiensis.

CAP. I. DE COLONIA CARNVNTO.


ARNVNTVM Norico uicinum fuisse, & antiquissimũ Pannonię superioris siue primę municipium, testantur incipientis Imperij authores præcipui, Velleius Paterculus & T. Liuius. quorũ primus, cum susceptam Tiberij tertij in ordine Rom. imperatoris aduersus Maroboduum Marcomannorũ regem, qui tum Boiohemum, Bois in Vindeliciam pulsis occuparat, expeditionẽ describeret: Hunc uirum (inquit) & hanc regionem (loquitur autem de Maroboduo & Marcomannorum regione) proximo anno diuersis è partibus Tiberius B
Cæsar adgredi statuit: Sentio Saturnino mandatum, ut per Cattos excisis continentibus Hercinij syluis, legiones Boiohemum (id regioni quam incolebat Maroboduus nomen est) adduceret ipse à Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomãnos orsus est. Rumpit, interdum moratur, proposita hominum, fortuna. Præparauerat iam hyberna Cæsar ad Danubium, admotoq; exercitu, non plus quàm quinq; dierum iter à primis hostium Saturninum admoueri placuerat. penè æquali diuisæ interuallo ab hoste, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæsare iuncturæ erant: cum uniuersa Pannonia insolens longæ pacis bonis, & adulta uiribus Dalmatia, omnibusq; tractus eius gentibus in societate adductis, constitit, arma corripuit. hæc ille. Quid per Deum immortalem potuit clarius dici, quàm & ad Danubij ripam Carnuntum locatum fuisse, & in prima Pannonia, non solùm Norico, hoc est, Cetio monti proximum, uerumetiam Marcomannorum terræ ex aduerso extitisse? unde uidelicet proximo itinere Cæsar in Boiohemum per Marcomannos cum exercitu iturus fuerat. A'qua Carnunti ueteris illius descriptione, non uidetur dissentire illud Plinij libro quarto, capite duodecimo, cum de Sarmatis & Scythis loqueretur: Superiora autẽ inter Danubium & Hercinium saltum, usq; ad Pannonica hyberna, Carnunti, Germanorum ibi confinium: campos & plana Iazyges, Sarmatæ montes & saltus. Sic & Ptolemæus, insignis ille geographus, libro secundo capite decimoquinto, tabula Europæ quinta, statim post Norici & Cecij montis descriptionem, qua parte Pannonia superior Noricũ contingit, ad Danubium Iuliobonam, Carnum & Flexum enumerat, & decimæ inibi legionis Germanicæ, ac etiam decimæquartæ nominatim statiua adponit. Immò quod maius est, in Græco exemplari καρνοῦς scriptum est per circumflexum, qualia in

Carnuntum.

A lia in obliquis nomina syllabarum augmentum accipiunt in οντος, ut τραπεζοῦς τραπεζόυτος, &c. Collocare uidetur igitur & Ptolemæus, in principio Pãnoniæ superioris, mox post Iuliobonã καρνοῦντα, hoc est (ut interpretes, nescij illius dialecti, uerterũt Latino more) Carnum. Nam ut est uidere apud Antoninum & alios, Romani in nominibus oppidorum ut plurimum erant obliquis usi, ut uidelicet Comagenis, Quintianis: pro eo quod est, Comagenum, Quintiana. Huc accedit, quòd Marcus Aurelius Cæsar in illo memorabili quod aduersus Marcomannos bellum gessit, non alibi quàm in Carnunto, loco quippe Marcomannis proximo & obiecto, instruere se ad procinctum uoluerit, quemadmodum scribit Eutropius libro decimo in uita Marci Cæsaris: Ingenti ergo labore (inquit) & moderatione, cum apud Carnuntum iugi triennio perseuerasset; Marcomannicum bellum confecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atq; omnis penè Germania gerebat. Non diuersum & Orosius tradit, de eodem bello scribens libro septimo capite nono: Exercitum uerò Romanorum, cunctasq; legiones per propinqua latè hyberna dispositas, ita consumptas ferunt, ut Marcomannicum bellum, quod continuò exortũ est, non nisi nouo delectu militum, quem triennio iugiter apud Carnotum Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. Meminit porrò illius Marci Antonini Cæsaris in Carnunto suscepti aduersus Marcomannos procinctus, Galenus medicus in libello de Theriaca, cum excusaret se ad Istrum usque Imperatorem sequi posse, & Carnuntum locum auræ paulò frigidiori expositum. Cæterùm peruetustum hoc municipium extitisse, & ante Imperij constitutionem conditum, in Pannonijs tractuq; Illyrici (quem usque ad Danubium exporrectum fuisse, libro huius Operis primo ostendimus) insinuat his uerbis T. Liuius libro tertio Decadis quintæ, cum de bello Macedo-
B nico agit, cui Illyrij, eorumq; rex Genthius se immiscuerant: Eadem æstate (inquit) qua in Thessalia equestri pugna uicere Romani, legatus in Illyricum à consule missus, opulenta duo oppida ui atque armis coegit in deditionem, omniaq; ijs concessit, ut opinione clementiæ eos qui Carnuntem munitam urbem incolebant, alliceret. Ex quibus uerbis liquet, non solùm antiquum extitisse Carnuntum in Pannonijs municipium Illyriorum, uerumetiam à Romanis se defendisse, usque (ut opinor) ad Tiberij Cęsaris ætatem, qui illud (ut Strabo & Sextus Ruffus scribunt) Batone & Pynnete regibus Pannonũ uictis atque occisis, tum proculdubio in uerba acceperat. A quo tempore prærogatiuis & deductione ciuiũ Romanorum ita creuit, ut & coloniæ ius meruerit, & totius Pannoniæ superioris metropolis esse cœperit. In quo deniq; & decima legio Germanica pia fidelis, à Marco Cæsare collocata fuit: ut non solùm ex Ptolemæo apparet, uerumetiam itinerarium Antonini luce clarius adstruit, cum à Saui & Danubij apud Taurunum confluentibus per ripam Pannoniæ iter describeret. Statim quippe post Flexum, quadratam alam nouam, ipsum de quo loquimur, in ipsis decimę etiam Germanicæ legionis statiuis, Carnuntum recenset, progrediens mox ad Cetium montem, & Vindobonam, ulterius in Noricum. Ælius Spartianus, tractans de Seueri Septimij Pannoniarum præsidis ad imperium sublimatione, aduersus Iulianum nominatim ita scribit: Dehinc à Germanicis legionibus ubi auditum est Commodum occisum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans, Imperator est appellatus apud Carnuntum, Idibus Augustis. Quam historiam tractans Herodianus libro secundo: Hæc dum agitaret (inquit) leui incerta'que spe subnixus, fama iam per Pannonios Illyricósque increbuerat, per'que exercitus omnes, qui ripis Danubij Rheni'que excubantes, cohercendis barbaris Romanum tuerentur imperium. Præerat autem

Pannonijs uniuersis (nã unius regebãtur imperio) Seuerus quidam genere Afer A
uehemens homo negocijs gerendis, &c. Ex quibus locis authorum liquet, Carnuntum celeberrimũ omnium Pannoniæ superioris locum extitisse, in quo uidelicet Cæsar creatus Seuerus erat: quod tamen de Sabaria Aurelius Victor, & Eutropius, eandem historiam repetẽtes, quæ & ipsa eiusdem prouinciæ colonia fuerat, animaduerterunt. Meminit præterea & Carnunti uocis, & loci hoc nomine in Pannonia prima siue superiori, Ammianus Marcellinus libro historiæ suæ Augustæ 29, cum Quadorum & Marcomannorũ incursionem in Valeriam describeret, his uerbis: Agens itaq; apud Carnuntũ Imperator per continuos tres menses æstiuos, arma parabat & alimenta, si qua fors secundasset, peruasurus opportunè Quados, tumultus atrocis authores. In quo oppido Faustinus filius sororis, Vincentij præfecti prætorio notarius militaris, Probo spectante negocium, carnificis manu peremptus est, post tormenta uocatus in crimen, quòd asinum occidisse dicebatur, ad usum artium secretarũ, ut adserebant quidam urgentes. Et iterum, scribẽs de Valentiniani è Treuiris in Pannonias reditu: Cumq; exinde (inquit) Carnuntum Illyriorũ oppidum introijsset, desertum quidem nunc & squalens, sed ductori exercitus perq; opportunũ, ubi fors copiam dedisset, aut ratio, è statione proxima reprimebat barbaricos appetitus. Et quanquã terrori cunctis erat, dum sperabatur, ut acer & uehemens, mox iudices damnari iussurus, quorũ perfidia uel secessione Pannoniarũ nudatum est latus. hæc ille. Quæ & ipsa eiusmodi sunt, ut Carnũntum in prima Pannonia municipium quondam florentibus Ro. rebus fuisse ostendant. Vbi uidelicet Scotus in Reipub. uergentis descriptione, præfectum legionis XIIII geminæ, & cohortem Liburnariorum collocauit. Porrò nomen illius, itemq; situs, & apud Eginhartũ, rerum à Carolo Magno gestarum luculentum scriptorẽ, legitur his uerbis, in Pannonici belli enarratione: B
Anno Domini, inquit, DCCCV, non multo pòst Carpeanus princeps Hunnorum propter necessitatem populi sui, Imperatorem adijt, postulans sibi locũ dari inter Sabariam & Carnuntum: quia propter infestationem Sclauorũ in pristinis sedibus esse nõ poterat. quem Imperator benignè suscepit. Erat enim Capeanus Christianus, nomine Theodorus: & precibus eius annuens, muneribus donatũ redire permisit. Liquet igitur ex omnibus his autorum locis adductis, Carnuntũ illud uetus Romanam coloniam, & metropolitanam Pannoniæ superioris ciuitatem, in ea esse Danubij ripa quærendã, quę à Norico, hoc est Cecio monte in Hungariam extenditur. Quo situ, uidelicet à Vienna Presburgũ Hungariæ euntibus, ruinæ uisuntur amplissimæ ciuitatis, ad stadij penè longitudinẽ propagatæ. Superest adhuc in medio campo portæ ueteris ingentis uestigiũ, à quo pagus ad tormenti minoris siue sclopeti iactum, nõ ita procul à finibus Austriæ & Hungariæ dissitus est, diuæ Petronellæ nomine, ubi innumera quotidie & numismata Imperatorum Rom. & inscriptiones eruuntur, ex quibus quasdam subiunxi. Tulerat quoq; ex his unum Viennam in patrum memoria Doctor FVXMAGIVS, Maximiliani Cęsaris consiliarius, quod hodie parieti Archiducalis collegij insertũ cernitur, continens etiam expressis literis Carnunti uocem:

Sabaria.

Carnunti situs.

P. CLAVDIO PALLANTI
HONORAT. REPENTINO
ADLECT:
INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR.
PROVINCIAE AFRICAE PRAETORI
LEG. PR. PR. PROVINCIAE ASIAE
LEG. AVG. LEG. X. G. C. IVL. MAGNVS

A DEC. COL. KARN. EQVO PVBLICO
EX. V. DECVR. DIGNISSIMO L. Ↄ Ↄ Ↄ.

Fit præterea mentio in Austriacæ annalibus quibusdam Kornburgi, in uicinia Hungariæ & Austriæ, cum de procinctu Henrici tertij disserunt, in Hungariã suscepto, qui & Haymenburgũ aduersus gentem Hunnorũ eo loci condidit, à quo in pagum Petronellæ miliare est unũ, thermis intermedijs, quas ab loci ueneranda uetustatẽ Teütschen Altenburg uocant. ubi non minus ꝙ ipso S. Petronellæ pago, inscriptiones Vetustatis, ac numismata uetera eruunt. Arbitror uerò à templo loci appellationẽ mutatã, post Caroli Magni ætatẽ. Is enim cum in Fabiana, quæ modò est Vienna Austriæ, diuo Petro sacram ædem posuisset: proximo, ut uerisimile est, municipio, beati Apostoli filiæ templum cõsecrauit. Quod celebre postea factũ, Aquileiensis patriarchæ ditioni cessit. Vnde legitur in exordijs monasterij Gotuicensis, quòd sanctus Altmannus circa annũ Domini 1072, à Sigehardo patriarcha Aquileiensi impetrauit capellas ad S. Petrũ in Fabiana, ad S. Petronellam, & tertiam in Chamenburgo. Verùm cum ab episcopijs & monasterijs nobiles olim feuda habuerint, iuxta Francorũ constitutionem, cuius rei & beatus Rhenanus meminisse uidetur: hinc factũ est labentibus temporibus, ut barones siue nobiles in eo pago ruinoso constituti, qui castrũ ex ruderibus excitarunt, nomenclaturam sortiti sint, dictiꝙ domini de S. Petronella. quorũ Albertus floruit anno Domini 1262. Quẽ filius secutus est parenti cognominis Albertus, qui legitur Vdalrico à Capellen regulo tum Austriæ, Stetldorf feudũ Norymbergense impignorasse, anno Domini 1295, & in coniugio habuisse Dietmudem de Stadekh. Quo mortuo sine uirilis seminis successione, hæreditatem adiere domini à Chranichperg, nobilissimi Austriæ satrapę: quibus Cunradus secundus Imperator hanc prærogatiuã super ruinis Carnunti in pago S. Petronellæ nomine Imperij cõcessit, ut sequit. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Cunradus diuina fauente clemẽtia Romanorũ rex secundus. Si iustis fidelium nostrorũ petitionibus assensionẽ præbemus, antecessorũ nostrorũ Regũ & Imperatorũ exempla tenemus, & cæterorũ fidelium nostrorũ animos in nostris obsequijs promptiores efficimus. Eapropter omnibus Christi nostriꝙ fidelibus, tam futuris ꝙ præsentibus, notũ esse uolumus, qualiter Marchio Theobaldus beneficiũ, quod Hugo de Chranichperg fidelis noster, ab eo iure homagij possidebat, nobis liberè resignauit, suaꝙ petitione prædictũ beneficium eidem Hugoni de Chranichperg, regia autoritate in propriũ tradidimus, scilicet uillam Petronellæ, cum omnibus utilitatib. ad idem prædiũ pertinentibus, libertatibus, iudicio, uinculo, patibulo, à medio Danubij usꝙ ad medietatẽ fluminis Litahę: id est, cũ insulis, agris, pratis, pascuis, piscationibus, uenationibus, molendinis, quæsitis & inquirẽdis, exitibus & reditibus. Insuper petitione dilecti fratris nostri Henrici eiusdem terræ marchionis, annale forũ in prænominata uilla, cum omni iuris & dominicæ auctoritatis nostræ potestate statuimus. Hoc aũt omne supradictis terminis præfato fideli nostro Hugoni de Chranichperg resignandũ corã principibus qui pręsentes aderãt, comiti Leutoldo iniuximus: edicto Regali decernẽtes, ne aliqua deinceps persona magna seu parua, hanc nostrã donationem regalem infringat. Sed prenominatus noster fidelis Hugo de Chranichperg, prædictam uillam iure proprietario possideat, & omnes hæreditario iure succedentes. Si quis uerò, quod absit, huius præcepti nostri statutum infringere tentauerit, centum libras auri purissimi componat: quarum partem dimidiam cameræ nostræ, reliquam uerò præfato Hugoni de Chranichperg, suisꝙ hæredibus persoluat. Vt autem huius edicti nostri statutum inuiolatum permaneat, hanc inde chartam scribi, & sigilli nostri impressione

Kornburgensis.
Haymburgensis.
Altenburgensis.
S. Petronellæ pagus.
Fabiana, quæ nunc Vienna.
Familia nobilium de S. Petronella.
Priuileg[illegible] per [illegible] nunti.

B

impressione insigniri iussimus, manuq; propria (ut infrà apparet) corroborauimus. Et qui præsentes aderant testes, infrà notari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Ludouicus sanctæ Ruffinę episcopus, apostolicę sedis legatus: Engelbertus Bambergensis episcopus, Embricho Vvirczburgensis episcopus, Seito Mauiensis episcopus, Ladislaus dux Bohemię, Haynricus marchio orientalis, Haynricus præfectus Ratisponensis, Gotofridus Castellanus de Nurenberch, comes Lutoldus Gryhan de Styra, Vvaltherus de Klame, Adalbertus de Pergen, Rapato miles Dei, Fridericus & Adalbertus de Truhendingen, Tibertus de Spilberg, Eberhardus de Thuelmã, Adelram, Haynricus de Gundramsdorf, Chadelhoch, Cunradus Preissl liberti, Adalbertus Camerarius, Arnoldus Cunradus, Bernhard Heroldus. Signum domini Chunradi Romanorum regis secundi. Et ego Arnoldus cancellarius, uice Mogũtini domini archiepiscopi & archicancellarij, recognoui, anno Dominicæ incarnationis 1142, indictione quinta, regnante Chunrado rege secundo, anno regni eius quinto. Datum apud Nurenbergh, in Christo feliciter: Amen. Porrò de prosapia nobilissima hac dominorũ à Chranichperg, hoc est, si Germanicũ Latino reddas, de colle siue monticulo Carnunti, nos in Commentarijs rerum Austriacarum prolixè egimus. Superest ut etiam ex antiquis Annalibus uernaculæ linguæ locum subijciamus, quo huius municipij, in belli Gothorum contra filios Athilæ descriptione, mentio, sed ad linguam nostram uoce detorta, fit hisce uerbis: A

Da santen die Rhómer zů herr Dietrich von Bern / der do ein Rhómischer künig was / vnd herschet in den landen / die ich vorhin genennet / vnd liessen jn bitten / das er wer gehelffen gen den Hewnen. das thate herr Dietrich gerne / vñ sandt ein groß heer der Teütschen / vnd mangerland leüthe / vnd kamen in dißhalb zů der stat Potentiana genendt / vñ het da seinen Rath / mit Materno dem fürsten / in welcherhand weis sie mitt den Hewnen stritten. Jn dem selben rath vnnd handlung des raths herr Dietrichs vnnd Materni / khamen die Hewnen des nachts heymlich zů Sicambria über die Thonaw / vnd erschlůgen herrn Dietrichs vnd Materni heer / in allen zelten / was sie volcks funden. Da ward herr Dietrich von Bern erzürnet / der ein künig was der Gothen / des volcks fürst genandt / vnd zoch auß der statt Potentiana gen den Hewnen / auff das veld vnd stat Carnicus genendt / vnd strit mit den Hewnen / schlůg sie / vntz das der Hewner paner vnderfiel / do flohẽ die Hewnen über die Gaissel. Doch die heer jenßhalb beliben vnder den Hewnen / erschlůg herr Dietrich hundert vnnd fünff vnd zwentzig tausend zů dott. Auch der Hewnen hauptman beleib dott do im streyt. auch in dem volck herr Dietrichs vnd Materns wurden zweyhundert vnd zehen tausent erschlagen. Hæc ex Annalibus. Placet iam rhapsodias Antiquitatum subijcere, quæ in pago Petronellæ & locis uicinis adhuc extant, excepto illo quod suprà adduxeramus exemplo. B

In Carnunti ruderibus, quæ supersunt,

In castro Petronellæ:

C. IVLIVS C. CLA.
SECVNDVS SAV.
LEG. XV. APO.
IVLI CELERIN. VIX.
ANN. XXVI MENSES VII
EX CAESENIVS.

In cœmiterio templi:

MAXIMVS C. ALL
F. FABI. R. CVM SVIS
M ASENS
C VIXIT MNS
XIX DIEBVS ERM.
A. SVIS VTINO
MAXIMO I. H.

M. VLPIO
MELLEI F.
LONGANO
VETERANO
ANINO IX.
FIRMVS LIB.
F. C.

In domo quadam:

CRE. AN. LXXX CAESILIA. L. L. PRIMIGENIA AN. X. CHSS
ALFIANI IANVARIA IANVARIVS TILVRINVS P. P. P.

Cipporum

A

Cipporum & laterum fragmenta ex Carnunti ruinis Viennam in ædes meas perlata:

FORTVNAE
REGINAE
AVR.
MARCVS
V. S. L. L. M.

SYLVANO
DOMES.
SACRVM

LEG. XV. APOLL.

In locis proximis,

Vischamundio, in fracto lapide:
VAL. F.
SABVRAN.

Fesendorfio, in tẽpli pariete, cum duabus imaginibus:
CATEIVS SCALI F.
ET VERECVNDVS
CATEI F. H. SS. APIA
CVMA PATRI SVO ET
FRATRI POSV.

Altenburgo, sub introitu templi:
CASSIVS V.
Reliqua uestigijs pedum detrita, legi nequeunt.

CAP. II. DE SABARIA, ET SACARbantia, siue Scarabantia.



Celeberrima hæc Panoniæ primæ siue superioris oppida Romanis erant, quę & diuus Quirinus primus Pannoniarum apostolus sub Philippo Cæsare, nobilitauit sua passione: & B. episcopi Martini patria altera erat & natalis locus. Habet enim historia, diuum Quirinum Siscianũ episcopum, quo tempore Philippus Cæsar rerum potiebat, primis ecclesiæ tẽporibus, à Maximo prætore urbis Siscianæ (quã ad Sauum authores ferè delineant omnes) in uincula coniectũ, Amato Pannonię præsidi, agente tum apud Scarabantiã, fuisse transmissum. Qui hominẽ Dei, cum dæmonibus sacrificare nollet, deductũ Sabariam, in præterfluente riuo, mola suspensa ad collum submergere conatus, cum illud nequiret, capite adfecisse. Cuius corpus à cognatis Scarabantiam relatum, terræ traditũ fuit: & paulo pòst iterum effossum, cum pax ecclesijs esset reddita, Romã transportatũ, in uia Appia ad tumulos Apostolorũ & sancti Sebastiani sepultum est. Quemadmodum aũt horum municipiorũ ut uicinorũ historia Ecclesiastica cõmeminit, ita & Antoninus quoties Sabarię nomen exprimit, toties Scarabantiam subnectit. Nam primo delineans iter ex Pannonijs in Gallias per loca mediterranea, statim post Mogẽtianam, Sabariam, Scarabantiam & Vindobonã subiungit, XXX mille passus à Mogentiana Sabariam remotam describens: & XXXIII à Sabaria, Scarabantiam: indeq́ꝫ Vindobonã, usq́ꝫ ad Danubiũ & Cetium montẽ, XXXII subducit. Eorundem municipiorũ meminit, retrò à Vindobona uiam gradiẽs Pœtouionẽ, notissimũ ad Draui ripam in Valeria oppidũ, cuius & Tacitus lib. 19 nomen expressit: quod quidem per aquas Scarabantiam, Sabariam, Arrabonẽ & Alicanũ, 183 millium passuũ interuallo describit. Ita & in descriptione à Pœtouione Carnuntum, utriusq́ꝫ meminit. Et quoniam constat, Vindobonæ uestigia in Vienna esse Austriæ inquirenda (ut proprio & seorsim edito à nobis est libro demonstratũ) Sabariãq́ꝫ ueterẽ & loco & nomine adhuc Hũgaris extare, in limitib. Austrię Hũgariæq́ꝫ haud procul à Gunsio, famigerato Turcarũ obsidione Austriæ oppidulo: iam, si libet itinera, ut sunt supputata ab Antonino, explorare, hoc est, si à Sabaria

B

Viennam

Viennã uelimus uiam instituere, eã per Schappanũ, Soppronĩu, & ubi multæ aquæ confluũt, Vvaltersdorfiũ, absoluamus oportet, 16 milliariorũ spacio ferè, uti & Antoninus supputat, XC miliũ passuũ. Ita qui à Vienna Pœtouionẽ in Styriam proficisci cõtendit, & simul Sabariã pertransire (quod olim duntaxat iter, tametsi per ambages, Romanis notũ erat) is per idẽ Vvartersdorfiũ, ubi Vischa, Piestingus & Kaltengãgus riui permiscent̃ (unde nõ immeritò Aquas ab Antonino locus appellat̃) Soppronĩu, idemꝗ Schapprinũ, S. Gothardũ ad Rabonẽ, & Lymbachũ (hoc est Arrabonẽ & Alicanũ, ut Itinerariũ uocat) Pœtouionẽ perueniat necesse est. Quæ mihi consideranti, subit cõiectura, nõ equidem extra rẽ, locũ qui Zapprinũ Hungaris Chzepregh dicit̃, inter Gunsiũ & Sabariã, Scarabãtiæ rudera cõtinere. Videt̃ enim per syncopẽ elisis literis, barbara pronũciatione ex Scarbãtiæ uoce uel Szapprinũ, uel Chzepregh posse consurgere. Quo loco multa adhuc habent̃ uetustatis monumẽta, inscriptiones, tumuli, nũmiꝗ ærei quotidie in agris à rusticis eruunt̃: unde & ea est incolarũ & constans opinio, Troiã quondã ibi positã fuisse. Quemadmodũ nõ semel à nobis dictũ est, oẽs ferè præstantiores desolatas urbes à Germanis peculiari quodã uetustatis amore, & quòd à Troianis Germani descendamus, Troię uocabulo nominari. Quare & Ptolemęus lib. 2 in superioris Pannoniæ descriptione, cũ Sauarię suę gradus tribuat longitud. 38. 20. latitud. 46. 40. mox καραβαντίας uno circiter gradu longitudinẽ latitudinemꝗ auget: ut appareat ad Orientẽ magis Septẽtrionemꝗ id positũ fuisse. Quanꝗ secundũ hanc descriptionẽ, Sacarbantię forẽt rudera ultra Sabariã magis quærẽda, ubi locus etiam adhuc habet̃ ad Arrabonẽ situs, nomine haud multũ diuerso à ueteri: Khirmendũ enim incolæ dicũt. Vbicũꝗ igitur Scarabãtia erit constituenda, satis constat eo in tractu prope Sabariã positã fuisse. quæ, ceu dictũ, Hungaris nomine adhuc situꝗ ueteri extat: tametsi Germani, ut arbitror, à ruinis destructi quondã oppidi, & iacentib. in colliculo maximis columnarũ fragmẽtis (de quibus postea à nobis dicet̃) Staynam anger uocãt, locũ uetustate uenerandũ, diuiꝗ Martini Turonẽsis episcopi natale solũ, & B. Quirini martyrio celebratũ. ꝗs adhuc hodie diuos Hũgari Austriaciꝗ pre cæteris, ut Apostolos primos uenerant̃. Sanè Sabariæ simul Scarabãtiæꝗ & Plin. mentionẽ facit inter oppida Pannoniæ Norico proxima, lib. 3, cap. 24 his uerbis (quamuis nõ Scarabantiã, sed Sacarbantiã, litera a transposita, appellet:) Rhœtis iũgunt̃ Norici, ait, oppida eorũ Virunũ, Celeia, Teurina, Aguntũ, Viana, Æmona, Claudia, Flauiũ, Soluense. Noricis iungunt̃, lacus Peiso, deserta Boiorũ. Iam tamẽ colonia diui Claudij Sabaria, & oppida Sacarbãtia Iulia. Ex quibus uerbis apparet, Sabariã à Claudio fuisse Cæsare coloniam deductã: atꝗ ibi fortasse legionẽ septimã Claudiã statiua habuisse, cuius nõ semel inter Pãnonicas Tacitus li. meminit 19. Quàm celebre aũt Romanis Sabaria oppidum fuerit, facile ex authoribus classicis apparet, qui eius crebrò nomẽ citãt. Aurelius primũ omniũ Victor, in historia Septimij Seueri: Hoc tẽpore Niger Pescẽninus, inquit, apud Antiochiã, in Pãnonia Sabaria Septimius Seuerus, creant̃ Imperatores. Et Ammianus lib. 30, in historia Valẽtiniani, & eius obitus descriptione: Itidẽ apud Acincũ moratus, autũno precipiti, per tractus cõglaciari frigorib. adsuetos, cõmoda quærebat hyberna: nullaꝗ sedes idonea reperiri poterat præter Sabariã, ꝗuis eo inualidã tẽpore, adsiduisꝗ malis adflictã. Et iterũ: Nãꝗ dieb. antè paucissimis, ruinas fortunarũ indicãtia celsarum, arsere crinita sidera cometarũ, ꝗrũ originẽ suprà docuimus. Ante apud Sirmiũ repẽtino fragore nubiũ fulmẽ excussũ, Palatij & curiæ partẽ incẽdit, & fori. Et apud Sabariã eodẽ adhuc cõstituto, bubo culminib. regij lauacri insidẽs, occẽtãsꝗ funebria, nulla iacẽtiũ sagittas & lapides cõtẽplabili dextera cadere potuit, certatim licet ardẽti studio petebat̃.

Sabaria quàm celebris Ro. colonia.

Item cùm

A Item cum ab urbe prædicta tenderet ad procinctum, per portam uoluit, unde intrauit, exire. hæc ille. Mentionem Sabariæ & Eginhartus in belli Pannonici à Carolo Magno gesti descriptionē facit: Pulsis igitur (inquit) Hunnorū præsidijs, ac destructis munitionibus, quarum una super Canibum fluuiū, altera iuxta Comagenas ciuitatē, in monte Cumeonberg uallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta uastantur. Cumq; Rex cum eo quē ducebat exercitu, usq; ad Arrabonis fluenta uenisset, & trāsmisso eodem fluuio, per ripam eius usq; ad locū in quo is Danubio miscetur, accessit. Ibiq; per aliquot dies statiuis habitis, per Sabariā reuerti statuit, &c. Cæterùm sedem & locum Imperatorū Sabariam maximorū fuisse, non solum ex cap. 24. lib. 3 Plinij apparet, qui à Claudio Cæsare primò eam coloniam deductā adseuerat: uerùm etiā ostendūt fragmenta ingentiū columnarum, quæ adhuc in ruinis Sabariæ ueteris extant, ut desolato isto municipio, & solo æquato, cum præter ista magna saxa nihil in ruderibus superesset, à Germanis propterea (ut arbitror sub Carolo Magno, qui pulsis Auaribus ea loca Germanis cultoribus muniuerat) Stayn am anger locus non immeritò denominatus fiet. Porrò fragmēta ista columnarū, de arcubus triumphalibus remansisse existimandum: quas in Pannonijs excitasse Cōstantiū Cæsarē, Ammianus lib. 21 author est, ut proculdubio autumo in Sabaria: quē præ cæteris locū dilexisse, hunc Cæsarē cōstat. Sed habet locus Ammiani sic: Vt aūt in externis bellis hic princeps fuit saucius & adflictus, ita prosperè succedētibus pugnis ciuilibus tumidus, & intestinis ulceribus reipub. sanè profusus. Quo prauo proposito magis quàm recto uel usitato, triumphales arcus ex clade prouinciarū sumptibus magnis erexit in Gallijs & Pannonijs, titulis gestorū adfixis. hæc ille. Iam si quæras, cur aliqui authores Sabariā, alij Sauariam appellent: est sciendum, hanc græcè urbem dici Ptolemæo
B Σαυαρίαν, mutuato nomine à prouincia, cuius erat metropolis. Geographi namq; ueteres Pannoniā in duas partes secabāt, primā & secundā: quarum utrasq; iterū subdiuidebant. Primā quidem in superiorē & Sauariam, siue Valeriā, quæ & Ripariensis dicebatur, quòd multis fluuijs irrigua cōprehensaq; esset, hoc est, Sauo, Drauo, Arrabone, & Sauaria triplici: quorū alterum hodie Muerā Styri à ueteris municipij nomine ad ripā eius quondā positi, hoc est, Muroelę memoria uocant: alterū uerò in hunc usq; diem Saanū Cilensis appellant: tertium aūt Sabariā præterfluere, diui Quirini historia docet, quē hodie Gunsium appellant. ut uerisimile sit, omnes minores fluuiosq; eius prouinciæ Sauarias à nomine prouinciæ nominatos. Neq; uerò displicet eorū mihi coniectura, qui Sauariā, tanquam minorem Sauum, nominatū ita fuisse putant: à quo & prouincia ipsa, & eius metropolis denominationes acceperant. Simile euenit in secundæ Pannoniæ diuisione, quā in inferiorē & Sirmiensem diuidebant, cuius Bubalia portio erat, Dardaniā contra extenta, ubi hodie Bosniæ regnū situm cernitur: atq; illam à situ, hanc uerò à Triballorū rege Sirmo, cuius Strabo mentionē facit, dictam fuisse cōstat: à quo & metropolis eius Sirmiū est nuncupatum. Quare Cassiodorus lib. 4. cap. 13 de Variarum rerū cognitione, Colosseū præsidem Sirmiensis Pannonię appellat: & Aurelius Victor, Diocletianū natum in Pannonia Bubalia. Iidem deniq;, Seuerū imperatorē creatū in Sauaria, siue Sabaria Pannonia, authores sunt. Quòd si uerò aliqui non Sauariā illam urbem à fluuio prouinciaq; dictā uelint, sed Sabariā gentilitio Illyriorū Barbaroq; uocabulo: hi, licebit, à Sabaia eo genere potus deriuēt, quē latini cereuisiā appellant, & qui Illyricis olim populis admodū familiaris fuerat. De quo lib. 26. hæc Ammiani uerba legunt, cū de Valentis in Asiam expeditione disserit: Exinde profectus (inquit) oppugnationi Chalcedonis magnis uiribus insistebat. Cuius è muris probra in eum iaciebātur, & iniuriose appellabatur,

ut Sabaiarius: est aũt Sabaia, ex ordeo uel frumento, in liquorẽ conuersus, pauperrimus in Illyrico potus. His adde, ꝙ Procopius lib. 2 in historia Persarum Hunnos Sabiros dictos tradit: fortè ab oppidi siue burgi appellatione, quæ apud eos bar est. Quo euentu & Burgiones siue Burgundiones, à burgo nominatos certũ est. Vndecunq; igitur hoc nomẽ defluxerit, satis constat, antiquã hanc fuisse ciuitatẽ, nõ nomine modò, uerùm frequentia incolarũ, magnitudine, ædificiorũq; opere, ac prærogatiuis quoq; ꝗ amplissimã extitisse. Nam & coloniã hanc Claudius primus imperator deduxit, & à nomine suo denominauit. Et Cõstantius eo in loco Cęsar ingẽs opus arcuũ triũphaliũ erexit, quorũ diximus fragmẽta quędã ad nostrã memoriã ibidẽ peruenisse. Pręterea Codex præfecturarũ prępositũ thesaurorũ Pannonię ibi cõstituit. Sic quoq; præter innumeras inscriptiones numismataq; Romana quę isthic & in uicinia quotidie ferè eruunt, patrũ memoria in tumulo quodã fictile uas repertũ fuit, miro artificio confectũ: in quo ardẽs in humore quodã scintilla apparuit, mox ab ambiẽte aere extincta. Cui simile Patauij in Italia fuisse erutũ, Amantius & Appianus in suis Antiquitatum obseruationibus tradidere. Relatũ est mihi deniq; à fide digno sene, Friderici tertij Cæsaris ætate tumulum effossum cũ ossibus, in cuius saxis P. Ouidij Nasonis nomina adscripta fuissent. Eaq; à Iauriensi episcopo, cuius illa est diœcesis, ablata esse. Vt credendum sit, exulem Ouidium, posteaquam impetrata gratia, è Ponto redijsset, Sabariæ rebus humanis exemptum esse, & sepultum. A

Hunni Sabiri. *Burgũdiones.*

In templo diui Martini, quo loco quondam eius diui paternas ædes fuisse memorant, in pariete eius templi:

BENE MEMORANDA CONIVGI
DVLCISS. QVAE VIX. AN. XXIVI
VEL. POMENTIVS AVR. IVSTINAE
MARITVS ET LECT. ORNAM. ET
PROTECTOR CONTRA VOTVM
MEMORIAM POSVIT.

In fragmento columnæ, supra quam aqua Benedicta adseruatur:

S. D. S.
P. S. Q. R. H. FELICISSIMVS PRO
SE ET SVIS VS. L. L. M.

In gradibus altaris marmor porphyreticum, tametsi diminutum, habet istas literas:

C. ESARI ERNAE O. AVGVST. IC.
DAC. IO. MAXIMO ET OESTA†S
O. S. V. PANIRI VGVR SACER
EX COLONIA SAVARIA.

A' tergo maioris altaris, in fragmento columnæ, quod Viennam est in ædes nostras transportatũ:

HERC. AV. CANAE RIVS AVG.

Supra altare, quodam in angulo:

HIC POSITVS EST FLORENTI-
NVS INFANS QVI VIXIT ANNOS

In castro Sabariæ, in lapide porphyretico:

L. VAL. L. FIL. CL. CENSORINVS
DC. C. C. S. ITEM VE. LEG. I.
AD EX B.F. COS. AΓ. V. F. S. E. B
FLAVIAE INSEQVENTINAE CON.
AI. IXE VALERI, CENSORINIA-
NO AI FLORENTINO AI VENE
KO AI. VETERANO N. E CEN-
SOR. IN ILLAE AI. FILIIS ITEM
LIB. SVIS.

In Lucasaba pago proximo, in templi pariete hæ literæ in lapide porphyretico, egregiè cum imaginibus sculpto:

M. AVREL. ROMANVS DOM.
N†O G. VET. LEG. XG. V. F.
SIBI ET ATERIA SABINAE CO-
NI AN. LX. ET ME AVRELO RO
MANIANO FILIO ET AVRELIAE
VALERIAE CONI.

Monumenta in Schapprino extantia, ubi Scarabantiæ ruinæ:

I. O. M.
PRO SALVTE IMP. L. SEPTIMII
SEVERI ET M. AVRELII ANTO-
NINI AVGG. FR. CLARISS. ET
IVL. AVG. MATER CAES. SVB
CVRA FL. MVTIANI S. FR. M.
FIRMI-

A SEPTEM ET REQVIEM ADCEPIT IN DEO PATRE NOSTRO ET CHRISTO EIVS.


FIRMIDIVS IVSTVS FR. LEG. I. AVX. P. F. OPTIO CONSECRAVIT ITEM DEDICAVIT III. IDVS APR. SEVERO ET VICTORE COSS.

Alibi in domo quadam:

D. M.

SENECIO LVCIO MONIAE SECVNDINA MARITO OPTIMO VIVIA FECIT SIBI.

CAP. III. DE RINGO, SALA, VAlena, Olimaco, & Alicano.



Ex his municipijs per tractum Valeriæ sitis, Salam, Valinam, & Olimacum Ptolemæus enumerat, lib. 2 in Pannoniæ superioris descriptione. Græcè sic, σάλα, οὐάλφια, ὀλιμάκιον: tribuẽs gradus longitud. & latitud. Salæ eosdem ferè quos Sauariæ, hoc est 38. 20. long. & 46. latitud. nisi quòd eleuationem Sabariæ minutis 25. extollit Arctum uersus. ut appareat, infra Sabariam ad origi- *Sala.* nem Arrabonis, Salæ esse uestigia quærenda. Olemaco uerò, & Valenę uno circiter gradu adauget, parua admodum in eleuatione poli diuersitate obseruata: ut conijcere liceat, horum municipiorũ rudera eo in itinere esse inuestiganda, quod à Sauaria Eisnaburgum ultra Arrabonẽ ducit. Quo tractu castra amplissima ducali quondam prærogatiua insignia, in ipsis Styriæ inferioris Hungariæq́ regni limitibus posita uidentur, Valbachũ & Lymbachum: quæ ad corruptas ipsas an-
B tiquas uoces alludere uidentur, Valenam inquã & Olimacum: in quorũ illo po- *Valena.* stremæ sunt syllabæ à barbaris amissæ, in hoc uerò prima litera O abscessit. *Olimacum* Reperiuntur his locis in hanc usq; diem & inscriptiones Romanę, & in agris passim ærea argenteaq́ numismata. Quemadmodũ superioribus annis olla ingẽs referta argenteis nummis, in quibus Philippi, Gordiani, Seueri, Faustinæq́ imagines sculptæ uidebantur, eruta fuit casu ab agricola, & ad Illustrẽ Magnificumq́ uirũ D. D. NICOLAVM comitẽ à Salm & Neuburg, Inuictissimi Cęsaris FERDINANDI per Pannonias supremũ militiæ magistrũ (cuius supradicta sunt castra atq; agri) translata. Supersunt præterea in eodem adhuc tractu Salæ & nomẽ & ruinæ, incolæ Salauar, hoc est Salamburgũ, memorabile eius uiciniæ monasteriũ appellant. à quo & ager uicinus latè ad Muerã extẽsus, hoc est ueterẽ Sauariã flu. im Salat Styriẽsibus isthic nuncupatur, generoso uino famigeratissimus. Vbi Zaladiensem comitatũ Hungari distinxere. Arbitror uerò ipse Sallẽ Antonini dici, & Allicanũ, quę græcè Ptole. pronunciauit σάλα & ὀλείμακον: esseq́ fortè mendã in itinerario, ut pro Sala, l geminatũ positũ sit, barbareq́ (ut reliqua omnia) in Sallis dictionẽ deflexerit: ita pro Olimaco Alicanũ, o litera initiali uersa in a, cũ & reliquæ literæ transpositæ fuerint, & Co in locũ Em successerint. Namq; iter Antoninus depingens à Vindobona Pœtouionẽ, hoc est à Vienna Austrię Petauiũ Styriæ, per aquas Scarabantiã, Sauariam, Arrabonẽ, & Alicanũ, illud subducit. Qua uia adhuc hodie à Sabaria Petauium transgredienti uiatori, Lymbachum est transeundum. Pariter in descriptione itineris à Pœtouione Carnuntũ, illud per Alicanum, Sallem, Sauariã & Scarabantiã absoluit: qua uia in hanc usq; diem à Petauia Styriæ Petranelliũ Austriæ proficiscenti, & Lunbachum Salauuar, Stayn am anger, & Schaprinũ, loca sunt pertranseunda. Huius oppidi Salæ meminit Appianus Alex. in libro quẽ Illyricũ inscripsit, atq; illam inter cæteras urbes Illyricas

Pœonicasq; recenset. Meminere & Hungariæ annales in belli Pannonici ab Henrico Cæsare tertio gesti contra Andræam regem, (aduersus quem Germani Petrum reducebant) explicatione: Sequenti uerò anno Cæsar cum magna multitudine ob easdem causas uenit in Hungariam, iuxta fontes riuorū Zala & Zelice. Et iterum in historia Salamionis, quem Henricus quartus reducebat: Posthæc collectis exercitibus, nunciisq; frequenter missis, tandem Rex & Dux uenerunt in Strigonium. Ibidem ex conducto uterq; eorū tantum cum octo hominibus inter episcopos & principes nauigauerūt in insulam ciuitati proximā, in colle quodam, ubi diu semetipsos incusantes & excusantes, tandem roborato fœdere pacis Geisa rediit in Ducatum. Porrò eo tempore Rex celebrauit natale Domini in loco qui uocatur Geminū castellum, deinde uenit Zalam, ubi Marquart dux Teutonicorum cum comite Vuid instigauerunt Regem, ut ducem expugnaret. hæc ille. Plura lege apud Bonfinium lib. 3 Decadis 2, rerum Pannonicarū. Atqui

Ringus. Ringus barbara uox erat, & barbarum, non Romanū municipium, ab Auaribus in tractu Pannoniæ Sauariæ conditū. Cuius (quod equidem sciam) solus Eginhartus mentionē facit, & ex eo Vrspergensis in suis Annalibus. Eginhartus quippe, cum uictoriā Caroli Magni cōtra Auares, eorumq; regem Chabam, obtentā descripsisset, hæc uerba subiicit: Maximū omnium quæ à Carolo gesta sunt bellorū, præter Saxonicū, huic bello successit, quod uidelicet contra Auares siue Hunnos susceptū est. quod ille & animosius quàm cętera, & lōgè maiori apparatu administrauit. Vnū tamen per se in Pannoniā (nam eam prouinciā ea gens incolebat) expeditionem fecit, cætera filio suo Pipino, ac præfectis pronínciarū, comitibus etiā ac legatis perficienda cōmisit. Quę cū ab his strenuissimè fuissent impleta, octauo tandē anno idē bellū consummatū est. Quot prælia in eo gesta sint, quantúq; sanguinis effusum, testat Pannonia omni penè habitatore uacua: & locus in quo regia Chagani erat, ita desertus, ut ne uestigiū quidē humanæ habitationis in eo appareat. Et rursus, cum Caroli ad Imperiū sublimationem describeret: Missus est ad hāc rem Angelbertus abbas monasterii sancti Rotharii, per quem etiā magnā partem thesauri, quē Henricus dux Foroiuliensis, spoliata Hunnorū regia, quæ Ringus uocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit. Reliqua inter optimates & amicos & palatio deseruientes liberaliter distribuit. hæc ille. Porrò de Chagano Auarum rege, meminit Diaconus lib. 4, cap. 13. 37, & lib. 5. cap. 19. 22.

Ringi uestigia. Iam igitur superest, ut Ringi huius Auarici municipii uestigia quæramus. Quod tametsi nō ignorem difficile admodū esse, legenti tamen mihi & susq; deq; euoluenti uetustiores codices Annalium utriusq; gentis, Hungariæ uidelicet &

Gunsiū uetus. Austriæ, subit illa coniectura, in loco ueteris Gunsii hunc Ringum quondā Auarum fuisse, nō solum quidem quòd Guzingū illud Hungari appellent, detrūcata Ringi dictione, & prima dempta syllaba: uerumetiā quòd eodem quondā & Germani Latiníq; nomine uocarint, exemplo multarū aliarū Latinarū barbararumq; uocum, quas Germani monosyllabis gaudentes, aut in principio aut fine decurtarunt, addita gētilitia locorū appellatione, uel Burgi, uel dorfi, pachi, hauss, haym, & iugi. Ita ex Augusta Augspurgum: Cherlburgum quoq;, Trautmansdorfium, Trechshausen, Oppenhaym, & Khinzinge, & hic Gussinge, ex Cherulata, Quadrata, Traiano, Vbiis, & Quintiana, ueteribus locorū appellationibus processere. Atq; huic nostræ coniecturæ suffragantē habeo uetustū rerū Austriæ annaliū codicē, in quo hæc uerba leguntur. Itē eodē anno post mortē Stephani regis Hungariæ, quidam comes Egidius, timens reginā & Hungaros, uenit profugus ad regem Bohemię, cū fratre suo comite Gregorio, & se promisit sibi fideliter seruiturum. Quē rex Bohemię benignè recipiēs, ei plurima donauit. Hæc audens comes Henricus

A Hēricus de Guzzinge, qui adhuc rege Stephano superstite exierat Hungariã, adhærēs regi Bohemię, ab Hūgaris est occisus. Et rursus ad reprimēdas adhuc iniquorũ Hungarorũ uersutias, Ottocarus rex Bohemię expeditionẽ in terrã Hũgarię edixit in festo S. Iacobi apostoli, iuxta ciuitatẽ Laa cõgregandum. Sed ecce comes Hēricus de Guzzinge, antiqua potitus fraudulẽtia, cũ triginta millib. expeditorũ usq; in Laa cursitando peruenit. hæc liber Annaliũ, codex uetustus. Cęterũ Comites de Guzzinge, hoc est Ringi ueteris ruderibus denominatos, quidã à Simone & Bertrando comitibus à Morton ex Arragonia exulibus deducũt, ab Andrea rege in limites regni, ubi Austriã contingũt, admissos (quo in tractu & Mortendorfiũ ciuitatulã construxerãt, prope Sproniũ) alij à Comitib. ab Hohenloe, à quib. & Guzzingũ castrũ aliud in limitibus Styriæ Austriæ & Hungariæ extructũ fuit, quod uetus adhuc retinet nomẽ apud Germanos, qui Gussingũ illud dicunt: uel nouũ Teutonicũ castrũ gentilitio idiomate Nemety vywar. Nõ desunt etiã, qui eos Comites uelint à Botone deriuare, Ratisponẽsi comite, de quo in Vrspergensi eiusmodi extat locus: Nonnulli etiã palmati de Hierosolyma redeũtes, Acas, quæ & Accaron, à nostris expugnatã nunciant. Alia quoq; præter hæc nõ pauca, quę multã nobis lætitiã ministrarẽt, fausta super Hierosolymitanæ ecclesię statu narrant. Boto comes cognomine Fortis, illius Erbonis, cuius superius mentionẽ fecimus, germanus, iam plenus dierũ, nõ longè à Ratispona defunctus est, & ad monasteriũ Tharisiense, quod ipse suis opibus atq; prædijs ditauerat, delatus, ibiq; humatus. Hi duo fratres, Erbo scilicet & Boto, paterno de sanguine Noricæ gentis antiquissimã nobilitatẽ trahebant: illius nimirũ famosi Erbonis posteri, quẽ in uenatu à bisonte bestia cõfossum, uulgares adhuc cãtilenę resonãt, Hardwigi Palatini comitis filij. Et subijcit fusius, de illorũ comitũ prosapia disserens:

B Quorũ, ut prædiximus, clarissimorũ principũ semine, nobilis Friderim, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis, filij Retingi, de secũdo Botone nati procreatur. quæ post mortẽ Harduici statim uiduitatis uelamine cõsecratur, adhuc Erbone paruulo, Botone impregnata posthumo: quorũ utrunq; literis & armis atq; rebus satis profecisse cognouimus. Attamẽ Botonẽ sicut corpore prorioreẽ & elegantiorẽ, ita rebus bellicis præstantiorẽ atq; famosiorẽ, totius penè Germaniæ atq; Italię populus testat: Pannonia uerò talẽ illum ac tantũ se fatetur aliquando sensisse, ut is uerè de gigantibus antiquis unus apud illos credat fuisse. hæc ille. Cõfirmant hæc uerba Vrspergensis ipsi Hungarię annales, qui sic habẽt: Rex aũt Andreas prænoscẽs cũ exercitu intrasse in Hungariã, ab imperatore Teutonicorum duos duces, uidelicet Vilhelmũ & Both, in auxiliũ suum fecit adduci. Ducẽ quoq; Bohemorũ, qui cõsanguinitate eidẽ attinebat, mercede cõduxit, & cõfidebat in multitudine conductorũ. Hungaros aũt non multos habebat: quã plurimi enim Salomonẽ filium suũ secuti fuerant, & ex his qui remanserãt plurimi ad ducẽ Belam confluxerant. Nunciatum est autem Belæ, quòd rex Andreas maximam haberet multitudinem conductorum. Elegitq; magis mori in bello, quàm sine pugna ab exercitu regio declinare. Tunc intrepidus concitatum duxit exercitum super Andream regem, uersus Tisciam. Vilhelmus uerò & Both duces, Teutonico furore concitati, cum agminibus suis festinanter Tisciam transierunt. hæc Annales. Quæ eo fusius indicare uoluimus, quòd in limitibus Austriæ Hungariæq; multi non solum pagi, sed castra etiam castellaq; supersint, quæ Botendorf, ab isto Botone appellationem retinuerunt. à quo (uti dictum est) multi existimant comites de Ringo, hoc est Guzzinge defluxisse, qui in peruetustis Annalib. principuisq; scrinijs comites item à Martendorf, à Pernstayn, ab Antau appellati reperiuntur. Qualium nominum adhuc castra in uicinia Gunsij uisuntur. Sed placet in-


Comitum de Guzzinge origo.

cet inſcriptiones ſubnectere, quę à nobis in ſupradictorum municipiorum ruinis obſeruatæ ſunt. A

Inſcriptiones.

In Salauuar, ubi Salæ ueteris ueſtigia:	In Velbacho, ubi Valpiæ rudera:
C. L. CRISPINVS ET CENSORINA CETTI F. VIVI F. S. ET ACCEPTI AN. XVIII. ET CRISPINO CRISPINI F. AEDILE SOLVA AN. XXV.	SECVNDINVS C. AN. LX ET IVLIA LITV. ET SECVNDINAE F. A.

CAP. IIII. DE MOGENTIANA, Mirteno, & Baſsiana, Murſellaq́ꝫ.



PANNONIAE ſuperioris hæc cuncta municipia fuerunt, in ſolo (quod equidem ſciam) Antonini itinerario enumerata. Ac
Mogentiana. Mogentianã quidẽ in itinere, quod is deſcribit à Sabaria Aquincũ XIX. M. paſ. ſpacio à Sabaria remouetur, procedẽdo per Meſtrianũ Cæſareã, Ozonam & Florianã, &c. Idem à Sirmio Vindobonam proficiſcens, à finibus utriuſq; Pannoniæ mediterraneis per Mogentianã, Sabariam, Moteuũ, & Sacarbanciã procedit. Quod omnino arguit, ad eum fluuiũ ſitum fuiſſe, qui Sabariam & Gunſium præterfluit, & B quem Hungari (ut opinor) à ruderibus ueteris Mogentianæ repertis Genghes, prima ſyllaba dempta, & Germani Gunſium uocant: ad quem in hanc uſq; diem
Murſella. ultra Sabariam ueteris ciuitatis non contemnenda ueſtigia conſpiciuntur. Mur-
Baſsiana. ſellam uerò idem, unà cum Baſsiana, in itinere à Sabaria Bregetionem euntibus tranſeunda refert. Quod ſi uerum eſt, Path pagus ſupra Sabariam, uel Papocz monaſterium, Baſsianæ ruinas continebit. De Murſella diuinare nihil poſſum: quemadmodum aſſeuerare nec illud licebit, an à Gentio Illyriorũ rege à Romanis triumphato Mogentianã nominatã primùm omniũ extitiſſe, credere debeamus.
Mirtenum. extant & Mirteni rudera haud procul à Sopronio, in pago Martz, uetus utcunq; nomẽ exprimente. Nam & Antoninus inter Sabariam & Vindobonam hoc collocat: & hodie qui ex Sabaria Viennam ire contendunt, (ubi Vindobonę ueſtigia proprio, ſeorſim edito libro oſtendimus) per Sopronium & Martium neceſſe eſt ut profectionem inſtituant. Cæterùm notandum hic obiter eſt, quam Mogentianam Antoninus uocat, liber Præfecturarũ, & Ptolemęus libro ſecun-
Magniana. do, capite decimoquarto, In ſuperioris Pannoniæ delineatione Magnianam dixere, eodemq́ꝫ ſitu deſcripſere. tribuit enim Ptolemæus Magnianæ eandem cum Bregetione longitudinẽ, hoc eſt gradus XLI, & Bregetionem quadraginta tantum minutis in Arctum magis eleuat, gradus tribuendo in latitudine quadragintaſex & quadraginta minuta: ut appareat, paucis miliarijs infra à confluentibus Vagi & Danubij, hoc eſt Bregetionis ruinis, Mogentianæ ſiue Magnianæ rudera eſſe quærenda. Porrò meminit Magnianæ & Suidas, μαγία πόλις Ἰλλυρίας, τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ μαγιότης καὶ μαγιανός, &c. Hic rurſus admonendus eſt mihi Lector, diuerſas eſſe Ptolemæi Baſsianam Murſellamq́ꝫ, ut quæ non in uia à Sabaria Comorum, ſed prope Sirmium & ad Draui ripam ſita deſcribuntur. De quibus

A quibus antea dictum à nobis est. In Basiana Scotus præfectum Cynegij Panno-niorum describit.

CAP. V. DE LIMUSA, AD MUROS, *Cherotbalo, Quadrata, Flexo, & Haymburgo.*



HAEC omnia Antonini itinerarium, atque ita recenset in descriptione itinerum à Sirmio Sabariã per mediterranea loca, & per ripam Istri, itemq; à Sirmio Carnuntum, (cuius rudera in Petronellæ notissimo Austriæ pago superesse, paulo suprà ostendimus) ut constet ea omnia illa in uia esse inquirenda, quæ à Raba Viennam ducit, utiq; per mediterranea: quæ & hodie uia magis trita est. quippe Limusam, inter Sopianum & Mogentianam: Ad muros, inter Arrabonam & Carnuntum: & ad Carnunti uiciniam, Gerulatam, & Quadratam: Flexum deniq; inter Quadratam & Carnuntum: itemq; in descriptione itineris à Sirmio Carnuntum, inter Arrabonam & Vindobonam, Antoninus collocat. ut uerisimile sit, Limusæ & Flexo, à ratione situs nomina accessisse: huic quidem, quòd in scissione Danubij situm esset, qua parte Danubius in duo ceu cornua inflectitur, quod infra Posonium in loco Khetschee fieri cernimus) illi uerò, quòd in lubrico solo haud procul à Danubio constructa esset, hoc est in limo, unde Limusa emersit. quam uocem Hungari postea, simulatq; rerum cœpissent in Pannonijs potiri, prima syllaba amissa, Musum pronunciarũt: & eum locum semper non solum oppidi frequentia, uerùm comitatus, hoc est præsidiatus siue præfecturæ iure siue honore celebrem habuerunt. Quem comitatum Musonensem, siue portam Musun pronunciarunt, Austriæ Danubium uersus proximam terram. In quo metropolis quondã & præsidis Hungarici sedes Musenburg, ad primum lapidem ab Altenburgo, quę modò corruptè immutatis literis Vuiselburga nuncupatur, posita erat, bellorum iniuria ac tempestatibus omnino solo æquata, paruo admodum templo paucisq; casulis reliquis, quæ & sacrosanctæ uetustatis exempla transeuntibus obijciunt, quorum postea rhapsodias adducemus. Illud autem constat, præsidialem sedem patrum primùm memoria, Altenburgum locum fuisse proximum translata: quam partem fuisse Limusæ municipij credendum est, & qui adhuc hodie locus ob stagnãtes aquas limumq; inaccessibilis est, & penè inexpugnabilis creditur. Ob id & Hungari locũ Owar, hoc est antiquũ Burgum appellant. Præterea antiquus à nobis est Annalium liber repertus, scriptus circiter ante annos trecentos, in quo Musenburgũ oppidũ appellatur hisce uerbis (loquitur autem de Ottocari Bohemiæ regis & Austriæ ducis expeditione aduersus Hungaros, anno susceptã M. CC. LXXI:) Rex Bohemię multis principibus in unum collectis, inter quos erat Marchio de Brunschuig, & duces Poloniæ, & alij quamplures, & cum maxima multitudine armatorum, bene ad 80 milia, intrauit Vngariam, ponte pulcherrimo per Danubium præparato. in primo suo ingressu Bresburg expugnauit. Post hoc aliud castrum sancti Georgij, & Pæsing, Piberspurg & Tyernam. Postmodum uerò ponte quem fecerat transito, castrum Cherfulenburg & Altenburg & Musenburg totaliter deuastauit: ibiq; duobus mensibus permanens, nullo sibi penitus resistente. Interea rex Stephanus, maxima multitudine Cumanorum & Hungarorum collecta, in occursum regi Bohemiæ uenit, circa aquam Rabnitz dictam se deponens, nil facere

B

Limusa. Ad muros. Gerulata. Quadrata. Flexum. Musum. Musenburg.

potuit. hæc Annales illi. Qui nõ solum sitũ terrę illius in qua supradictorũ Romanorum municipiorũ rudera sunt inquirẽda, depingũt, sed nominũ ipsorũ adhuc ueterũ imaginẽ quandã demonstrãt, ut ea uel ab Hũgaris, uel à Germanis eorũ locorũ incolis (quos his uidelicet in locis Carolus Magnus deuictis Auaribus pręsidio locauerat) fuerint deprauata. Sic namq; & Limusæ uocẽ in Musenburgũ, & Cherolatæ (uel ut Ptolem. appellat, Chertobali) in Cherfulenburgũ detorserũt. Cuius hodie ruinę haud procul à Rakhendorfio, qua per reliquias Carnũti in insulã Schut iter est, in pago quodã & castro destructo supersunt, quod Cherelburgum nuncupatur, uoce haud multũ dissimili à Cherolatæ nomine, quo & Liber præfecturarũ hoc municipiũ appellat: & in Pannonia superiori enumerans equites sagittarios Gerulatę, Quadriburgio uerò tribunũ cohortis Iouiæ, equites sagittarios alteros Quadrata, & Mauros equites, & in Flexo deniq; cuneũ equitũ Dalmatarũ, & promotos equites collocauit: magno testimonio, hæc sub Archadio adhuc culta municipia fuisse. Reliquũ est, ut de municipio quarto, quod Ad muros uocat Antoninus, eodemq; itinere ab Arrabona Carnuntũ recenset, cõiecturã nostrã aperiamus. quã Murocinctã Ammiano dici arbitror, lib. 30, cũ Valentiniani primi peregrinationẽ à Sirmio Carnutũ describeret, ad cõpescendos Marcomãnos & Lunigantes, Pãnonias incursantes. Reuerso itaq; Merobaude, altiore cura propediẽ expedito cõsilio, Valẽtinianus puer defuncti filius cũ quadrimus uocaret̃ in imperiũ cooptãdus, centesimo lapide disparatus, degensq; cũ Iustina matre in uilla quã Murocinctã appellãt. Erat aũt apud Bregetionẽ Valẽtinianus mortuus: à quo cẽtesimo lapide Murocinctã fuisse remotã, hic dicit. Quo situ hodie, haud procul ab Altenburgo, hoc est inter ruinas Limusæ & Gerulatæ uilla adhuc uisit̃, quæ monumẽta uetustatis exhibet, nec nomine admodũ, tametsi à barbaris corrupto, absimilis: Sumureyn locũ incolæ uocant, qui euntibus è Pruga Austriæ Altenburgũ, est transeundus. Ab eo loco haud procul & Quadratæ erũt uestigia quęrenda, quã fortè haud procul à uilla lacus Pisoniani Neusidl extitisse auguror. Quanq; & Trautmansdorf notissimũ Austriæ in cõfinibus castrũ propius uideat̃ ad Quadratæ similitudinẽ accedere, prima syllaba dẽpta, & dorfi solita Germanorũ clausula finali adiecta: tanquã diceres Tratensdorf, id est Quadratę pagus. Quod si uerũ est, Quadratã eo fuisse loci necesse est, ubi hodie Pruga Austrię sita est. In qua & monumẽta quædã eruta sunt, de quibus sub finẽ Capitis dicet̃. Est præterea in his finibus Haymburgũ, antiquũ & limitaneũ Austriæ oppidũ, olim (ut nõ solũ ex macerijs ruinisq; uidere est, uerũ etiã ex emporij prærogatiua, quod à Leopoldo sexto Viennã fuit translatũ circa annũ salutis 1200) amplissimũ. De cuius initijs legũtur apud Vspergensem abbatẽ in historia Henrici tertij hæc: Anno Domini 1500 Hungari iterũ rebellãt. Quibus Geberhardus Ratisponensis archiepiscopus, qui erat Imperatoris patruus, obuiã uenit uice ipsius Imperatoris: inq; fugã cõuersos, non minima eos cæde afflixit. Insuper urbẽ Heymenburg in Marchia positã ędificijs restaurauit, & militari custodia muniri fecit. hæc ille. Ad quod pertinet priuilegiũ quoddam Henrici regis tertij, super Præpositura quadam ibi constituta, quæ modò nulla ibidem est, à nobis in illa nostra Antiquitatis inquisitione reperta, in hæc uerba: In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Scimus, atq; perfectè cognoscimus, sublimationem Ecclesiarum profectum párere animarum. Quia dum terrenis cœlestia, temporalibus sempiterna comparamus, cœlestem ac sempiternã requiem animabus nostris pręparamus. Vnde nouerint omnes Christi, nostriq; fideles, tam futuri q̃ præsentes, qualiter illa spe inducti, donauimus pro remedio animæ nostræ, dilectæq; coniugis nostræ Agnetis, nostræq;

Ad muros municip.

Murocincta.

Quadratæ uestigia.

Haymburgum Austriæ.

A

B

A straeq; prolis Henrici, seu parentũ nostrorũ, pro pace & stabilitate regni, decimũ mansum rectumq; fructuum decimati totius regionis in finibus Hungarorũ gladio ab hostibus acquisitæ in pago Osterriche, ad altare sanctę Mariæ in Heymenburch, & tertiã partem utilitatis ullo modo de eadem urbe prouenientis, cũ omnibus pertinentijs, quæ ullo modo scribi uel appellari possunt, utilitatibus: ea uidelicet ratione, ut Præpositus fratrũ inibi Deo seruientium, liberã dehinc habeat potestatem possidendi, præcariandi, cõmutandi, seu quicquid libet ad utilitatem præfatę Ecclesiæ faciendi. Et ut hæc nostræ traditionis authoritas stabilis & incõcussa permaneat, hanc chartã inde conscriptam, sigilli nostri impressione, & propriæ manus confirmatione iussimus insigniri. hæc diploma. Superest ut etiam de municipio Romano ad Muros, plura dicamus, cuius reliquias in Sumareyn pago, qui in ea uia quæ à Pruga siue Haymburgo Altenburgum Hungarię ducit, obuius est. de qua annales Hungariæ in historia Petri regis, qui diuo Stephano successit: Sed & legatus ducis Andreæ reuocauit Petrũ regem, sub prætextu pacis & honoris sibi cõgrui. Qui credens ei, reuertebatur, ut dicitur (erat aũt in Musun) sed maximè coactè, qui exercitũ sibi iam absconditũ cognouerat, & uolebat reuerti festinanter in Albã. Qui cum diuertisset in uillam Zamur, prædictus legatus uoluit eum capere, & uinctum ad Andream ducem perducere. Petrus aũt hoc prænoscens, collegit se in quandam curiam, & per triduũ uiriliter dimicando seipsum defendebat. Et hactenus de municipijs prope lacũ Pannoniæ superioris illũ diffusum, quẽ Plin. lib. 3 cap. 24 lacũ Peisonis uocat, Antoninus lacũ Felicis, hodie Hungari Fertaum, & Germani à uilla insigniori Neusidler See dicunt. In quorum ruderibus inscriptiones à nobis obseruatæ sunt, ut sequitur.

B In Vuiselburgo, ubi Limusę rudera, in pariete templi:

L. VENVSIVS F. Γ. CL. AVL.

In Cherlburgo, ubi quondã erat Cherulata, siue Chertobalus,

In pariete castri destructi:

BRVTO GINTVSSAE F. AN. LXXXV. ET SIBI ET MELEIAE BRICOSTICIS FILIAE VXORI ET RESSICO F. ET ARIONI DEC. PHEX. F. AN. XXX. ET F. VETVO F. VAENONI FILIAE AN. XXXX. ET ANNICOVE FIL. AN. XXV.

In Sumarino, siue Zamuro, ubi uestigia ad muros oppidi, in pariete templi:

L. VOLVSI IE. VE. MI. ET LEG. XV. † APO. XXX. SS.

Legio XV. uocabatur Apollinaris.


In Quadratæ ruinis, prope Prugam Austriæ sarcophagus cum istis est literis erutus:

MAXIMVS GAIL. R. SBVRI V. VRA FABIVS R. CVM SVIS L. M. ASENS GV. XS. GVNV MONVMEN XIX. BVS ERM. SVIS VTINO MAXIMO. IH.

In Haymburgo Austriæ, in pariete templi leguntur fractis saxis ac detritis literis:

RIDENT LAVDIS H. D D G E. BA PRECVMQ. LEGENT IESTIS MVNERE VITAE SEDORIGO SOPHIAE. QVIQ. PII IE DICENT PLASMATVM VOTA IVST.

CAP. VII. DE PISONIO, ET SEMPRONIO.



TAMETSI harũ appellationũ in Pãnonijs municipiorũ nulli (q̃d equidẽ sciã, uel Geographi uel historici meminerint, est tamẽ in hac parte fides quędã annalibus Hũgaricis tribuẽda, qui his nominib. ciuitates in limitibus superioris Pannonię celebrant, & à Pisone Sẽproniõq; deducũt. à Pisone quidẽ illo forsan, cuius opera Drusum & Augustũ Cæsares Pãnones subegisse, Velleius Patercu-

Paterculus, Cor. Tacit. lib. 3, Florus & Orosius lib. 6 cap. 20 authores sunt. Sēpronium quoq;, tametsi à Sēpronio simpliciter quodā Romano duce deriuēt, nec res gestas illius, nec cognomē adscribāt: est tamē uerisimile, uel à Sempronio Tuditano denominatum fuisse, qui domuit Istros & Pannones, de quo Plin. lib. 3 cap. 19, & Appianus Alex. in Illyrico: uel à Caio Sempronio Secundino, Norici & Pannonię superioris præside, cuius multę inscriptiones per Austriā, Styriam, Charinthiā'q; nomen saxis incisum præferūt. Huc pertinet & locus Taciti, qui est lib. 17. ubi & Pisonis & Semproniј fit mentio. quorū Piso exul à Nerone missus (ut cōiјcitur) in Pannoniā, à Galba postea ad imperiū cooptatus fuit, cum dux antea coloniæ suæ in Pānonia fuisset: legionis'q; Septimæ Galbianę legatus, ut describit lib. 17 Tacit. Sempronius uerò centurio fuit cohortis Galbianæ: ut coniectare forsan haud absurdū fuerit, famigeratissima hæc duo Pānoniæ superioris municipia, Pisoniū & Sēproniū, ab his denominationes accepisse: si modò, quod annales suggerūt, authoritatē aliquā apud lectores habet. Sed placet locū Corneliј referre. Cū Pisonis, de quo diximus, & exiliū, & cooptationē ad Imperiū descripsisset, eius'q; postea cū Galba necē: Ante ędem diui Iuliј iacuit primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Cario legionario milite in utrumq; latus transuerberatus. Insignem illa die uirum & senem trucidare pergunt, disiecta plebe, Sempronium Densum, quem ætas nostra uidit. Centurio is prætoriæ cohortis ad Galbæ custodiam à Pisone additus, stricto pugione armatus, & scelus exprobrans, ac modò manu modò uoce uertendo in se percussores, quanquam uulnerato Pisoni effugium dedit, &c. Porrò Galbam & legionem in Pannonia, & coloniam habuisse, eodem postea libro idem author ostendit: At in Pannonia (inquit) decimatertia legio, ac septima Galbiana, dolorem iram'q; Bebriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, ui præcipua primi Antoniј. Is legibus nocens, & tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala senatorium ordinem recuperauerat, præpositus à Galba septimæ legioni. Et subdit: Titus Fabianus Pannoniam, Pompeius Sillanus Dalmatiam tenebant, diuites senes. Sed procurator aderat Cornelius Fuscus, uigens ætate, claris natalibus, prima iuuenta, quietis cupidine senatorium ordinem exuerat. Idem'q; pro Galba dux coloniæ suæ: ea'q; opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus, &c. Sed hactenus de Pisone & Sempronio, unde Pisonium Sempronium'q; libertate in regno Hungaria donatas ciuitates, multis'q; priuilegiјs accumulatas, Annales eius gentis denominatas memorant: decepti (quod ego autumo) sola nominis similitudine, dum barbara hi cum Latinis componere nomina nitūtur. Appellant autem has urbes Hungari suo idiomate, Pausonum & Soppron, quas Germani nos Bresburgum & Oedenburgum uocamus, uti dictum est, à Bregetionis ueteris translatis ruinis, & desolato quodam antiquo oppido. idem namq; in lingua Germanica Oedenburgum sonat. Hic iam placet, nihil Annalibus quicquam derogando, coniecturam nostram aperire, qua sequentes omnino barbara nomina, Pauson non à Pisone, sed à lacu Peiso denominatū oppidum censemus, cuius Plin. lib. 3 cap. 24 in confinibus Norici Pannoniæ'q; mentionem facit: Zoppronum'q; non à Sempronio, sed ab Aproniano Pannoniæ præside sub Valentiniano primo, cuius nomen in literas retulit Marcell. lib. 25. ut non Semproniū, sed Aproniană id latinè esset pronunciandū. Cuius cōiecturæ nostrę habemus utroq; in loco argumenta suffragātia, non uulgaria. Plin. enim lib. 3 cap. 24 cum de Norico ageret: Rhoetis iunguntur Norici, ait. Oppida eorum, Virunū, Celeia, Teurina, Aguntū, Viana, Aemona, Claudia, Flauium, Soluense. Noricis iunguntur, lacus Peiso, deserta Boiorum, iam tamen colonia diui Claudiј Sabaria: & oppida, Sacarbantia,

Bresburgum. Oedenburgū.

Pisonium unde dictum.

A Iulia,&c. Est igitur coniectura nostra, à lacu isto nomẽ Flexo accidisse, quòd posteritas Germanorũ ob memoriã uicini Bregetionis, & unde forsan renouatũ erat, Bresburgum, Hungari aũt à lacu Peiso, Pausson pronunciare uoluerũt. Superest adhuc hodie is lacus, tametsi quatuor ferè miliariorũ spacio, quem à uilla insigniore adiacente Neusydlersee incolis, dictum est, nominari. Porrò quondam Bresburgũ nõ Pisoniũ à Latinis, sed Bauzonũ fuisse dictũ, testatur Ottho Frisin. lib.7. Chron. cap. 13. Igitur eo tẽpore quo prædictus Henricus Noricorũ dux, cũ prænominato Henrico Ratisponensiũ episcopo, ciuibusq; suis ac Styriensi marchione Odoacro grauissimã guerram agitabat, quidã milites de oriẽtali Marchia egresi, Pannoniã latẽter ingrediunt, ac noctu castrũ Bauzan, quod & Bresburg (quod olim imperator Hẽricus obsidione cinxerat) ex improuiso aggresi capiũt. Meminit loci eiusdẽ, nominisq;, author idẽ lib. 1 de Rebus gestis à Friderico primo cap. 30. Atq; hactenus de Pisonio, siue ut Hungari gentilitio sermone appellant, Paussan. Eadẽ est ratio ac origo nominis Soppron, quod nõ equidẽ à Sẽpronio, sed ab Aproniano est deriuatũ. Quia solo equatũ uel à Carolo Magno, uel ab Henrico tertio, renouatũ ex ruinis denuò fuerat, Germanicisq; oppidanis cultũ, ex euentu Germanicã denominationẽ adeptũ Odenburg, id est, si Latinè reddas, deserta ciuitas uocata est. Nam destructas quasdã ciuitates Hungariæ Germaniæ proximas ab Hẽrico tertio, & Vrspergens. memorat hisce uerbis: Anno Domini M. XLII. Hungari quendã Ouonem sibi regẽ fecerunt, & Petrũ regem suũ expulerunt. Qui profugus & exul, Henrici regis, cui priori anno rebellauit, gratiã quærit & inuenit. Henricus rex Bohemiã ingressus, igne prædaq; cũcta deuastat, & rebellem ducẽ obsides dare, ipsumq; post se Ratisponã ad deditionem humillimam uenire, sibiq; iureiurando fidelitatẽ & seruitium cõfirmare cogit. Vuo rex Hun-

Sempronij etymon.

Oedenburg.

B garorũ ob susceptũ ab Hẽrico rege Petrũ à se expulsum, fines Boiariæ prædis depopulatur. Sed magna pars exercitus eius ab Adalberone Marchione delet. Anno Domini M. XLIII. Henricus rex Pannoniã ingressus, duas populosissimas ciuitates euertit, plures deditione sibi subiecit, &c. Cæterùm ex his destructis ab Henrico tertio, alterã Sempronienisũ fuisse ciuitatẽ, docent Annales Hungariæ, eandẽ historiam pertractantes: Concitato itaq; cursu (aiunt) inuasit fines Hungariæ, intrans per Soproniũ. Et cum uellet per Bobuch Rakha pertransire, stagnantibus aquis & densissimus nemoribus, scaturiẽtibusq; paludibus, impermeabilẽ transire nõ potuit. Hungari ergo qui aderant cũ Cæsare & Petro rege duxerunt exercitũ, tota nocte equitantes sursum, iuxta fluuios Raba & Rabbkza: quos illucescente sole, facili uado transierunt. Hæc annales. Atq; hæc de Sopronio, libera iam Hungariæ & metropolitana ciuitate, quę regnũ illud Austriæ Styriæq; confinia cõtingit. De cuius libertate prærogatiuisq; illud rursus annales repetunt, ob strenuam operã Salamoni quondam regi, imperante Henrico quarto, apud Albam Græcam, contra Bissenos & Bulgares exhibitam, ea primùm omnium ornamenta fuisse consecutũ. Oppidum ipsum & hodie fide opibusq;, & generoso admodum uino celebre est, desolatoq; Iaurino, cleri ferè sedem retinet. In quo hæ à nobis obseruatæ inscriptiones sunt,

Pisonij:
Infra Bresburgum, saxum cum tali inscriptione:

CLEOPATRAE FILIAE DVLCISS. QVAE VIXIT AN. IIII. M. IIII. D. IIII. PONTIANVS ET TEGILLA IN PACE.

Sopronij:
In fundamẽtis templi diuæ Virginis erutũ, cũ destrueretur nuper:

M. AVRELIO MARCELLINO CONIVGI DVLCISS. SAVFEIA CRISPINA CONIVNX.

In domo

In domo quadam: A

Q. AVREL. FESTIANO NAT. PAN. VETE. AVR. CLAVCE.
PATRON. ET CONIVGI DVLCISS. B. M. F.

In Columnæ fragmento ante ingressum uillæ Harkha proximæ:

LE. FORTVNATVS VS. M. SCARBINATI VOVI E SANCT ET
LIVELI SIMONI ANN. XXXV.


Soproniĳ in ruderibus eruti templi, inuenti tres lapides:

M. VIBIVS C. F. ANIESIS
VET. LEG. XV. APOL. AN.
XXC. H. S. E. T. F. I. ARBI
TER L. LARTI ET. T. MVR
SI H.

IVL. TIL. DONATA ANN.
XXV. H. SE. T. IVL. PRIN
CEPS LIBERTAE ET NV-
TRICI POSVIT.

ET C. CAI F.
ANN. XXX. H.
S. E. FRAT.
POS.

CAP. VII. DE VINDOBONA, *siue Fabiana.*



INDOBONAE municipĳ, quod equidē sciam, præter itinerariū Antonini, quod illud in itinere à Sirmio in Vindeliciā proximè Cætio monti collocat, mox post Carnuntū & Aequinoctiū atq; Decimæ Germanicæ legionis statiua, mentionē facit etiā Codex præfecturarū Romanarū, à Scoto quodā scriptus, qui ordine in Pannonia prima enumerat Arrabonē, Flexum, Quadriburgiū, Alam nouā, Equinoctiū, ad Herculem, Gerolatā, Quadratā, Carnuntum, & Vindomanam: in eaq; præfectū legionis decimæ, tribunū gentis Marcomanorū, & clasśis prefectū recenset. Arbitror aūt uitio pro Vindobona, Vindomanā appellatā auctori: quanquā hoc nomine & Iordnādes in Gothica historia nominet, qui Pannoniæ tractū uniuersum Sirmio, & hoc ipso claudit municipio, ita scribens: Gothi uerò cernentes Gepidas Hunnorum sibi sedes defendere, Hunnorumq; populum suas antiquas sedes occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quàm cū discrimine inuadere alienas, accipiētes Pannoniā, quę in longa porrecta planicie, habet ab oriente Mœsiā superiorē, à meridie Dalmatiā, ab occasu Noricū, à septētrione Danubiū: ornata patria ciuitatibus multis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomana. Extat porrò hoc nomen in historia diui Quirini, quem in Siscia captum, & in Sabaria superioris item Pannoniæ colonia martyrio coronatū, Prudentius poeta antiquus cōmemorat elegāti carmine. Addit author uitę illius diui, nō cōtemnendus, sed anonymus, à Maximo Siscianæ urbis iudice captū beatū Quirinū, in Vindobonā Pānonię urbē missum fuisse, ubi in custodia habitus aliquādiu fuerat, & exinde ad præsidē prouincię Sabariā deportatus, supplicioq; ultimo affectus. Arbitror aūt compositū hocce urbis esse uocabulum ex Vindo, siue Vendo, & bonna, uel, ut aliĳ habēt, mana. Vendi quidē ab Augusto Cæsare inter reliquas Pannoniæ ciuitates subiugatas & Strabo meminisse uidet, libro Geographię suæ septimo, cū Pannoniā delineasset: Iapides enim (ait) in Albio monte siti sunt, qui alpibus posterior est, excelsus admodū, hinc quidē ad Pannonios Istrumq; pertinentes, hinc aūt ad Adriaticū mare, pugnaces quidē, cæterùm ab Augusto Cæsare tandē expugnati ad unū omnes. eorū oppida, Metullū, Auruponnū, Monœciū, Vendum. hæc ille. Vendum igitur primū fuisse nomē loci, apud me dubiū nullum est, à Venedis forsitan Slauinica gente, & Balthei maris accola denominatū. cui altera, uox siue Mana, siue Bōna fuerit, posterius adiecta fuit. Libet hic uti cōiectura haud equidē absurda, quā in epistola ad me super ea re data cōfirmauit lōgē doctisśimus uir BEATVS RHENANVS. Accidisse uidelicet, quod postq; Romani Pānonias Noricū ac Rhœtias secus Istrū, & obtēsas B

Vindobonæ etymon.

Germanis

A Germanis prouincias sui iuris fecissent, Teutonicas locorum uoces in suam linguam transtulerint, Rhætorũ stationem in Rheginis castris Vindeliciæ, Rhætobonam, Batauorũ in Boioduro ad cõfluentes Danubij & Oeni Bataujã, atq; sic etiam Venedorum siue Vendi statione siue districtũ, Germanos imitati, eorum locorum incolas, Vendobonnam Romanos dixisse. Merum enim Teutonicũ est uocabulum Bannum, qua nos etiamnum districtus terræ Bannos, & iudices eorum Bannrichter: & quibus denique interdicti tales sunt districtus culpa aliqua (quòd Romani terra & igni interdicere consueuerant) Verbannatos nominare solemus. Hinc subit cogitatio non equidem abs re, uitium in Ptolemæo esse, accidisseq; ex inuersione literæ V in Λ, & omissione δ in Græco exemplari deprauato, uti pro οὐινδοβῶνα scriberetur à librarijs ἰουλιοβῶνα, quam Ptolemæus eodẽ situ, in superioris Pannoniæ descriptione libro secundo, inter Carnuntũ & Cęciũ delineat, Decimæ itidem legionis statiuis, nõ minus atq; Antonini itinerario, adiectis siue adscriptis. Extat præterea hęc ipsa uox apud Aurelium Victorem in uita Marci Cæsaris: Huius tempore (inquit) Cassius tyrannidem arripiens, extinctus est. Ipse uitæ anno 59 apud Vendobonam morbo consumptus est. Sic Eutropius, qui eandem historiam lib. x scribit: Igitur cum fortunatam rempub. uirtute & mansuetudine reddidisset, obijt apud oppidum Vindobonam, duodeuigesimo Imperij anno, ætatis 61. Huc pertinet cippus apud nos Viennæ (quam ueteris Vindobonæ rudera habere, proprio seorsim Opere ostendimus) erutus, cum tali rhapsodia:

DEORVM PROSPERITATI G. MARCIANO G. MARCIANVS DEC.
IIVIR ET AED. VINDO. PRAEF. COH. FABI. VSL.L.M.

Atq; hæc mehercule inscriptio prima fuit, quæ scrupulo nos magno liberauit. Non enim Vindobonæ in Annalibus nomẽ, aut rescriptis diplomatibusq;, quẽ-
B admodum nec in Chronicis eorum ullis qui sub Germanico imperio, annorum spacio 800 lucubrarunt, inuenire potui. Fabianæ uerò uoce, eodemq; quo hodie Vienna nostra est, situ, non solum uetustiores prærogatiuarũ literæ, quæ quidẽ super loca in uicinia Viennæ posita emanarũt, uerumetiam Chronographi quidam utuntur, in adnotatione earum rerum quæ in Pannonia superiori siue Austria cõtigerunt. Quorum primus Eugippus, quem ipsi à tineis eruimus, in historia Herulorum, cum Seuerinum Rauennatem episcopum à Gelasio pontifice Romano & Iustiniano imperatore, tanquam Christianæ salubris doctrinæ Apostolum, in Noricum & Pannoniam ad Feletheum Herulorum regem, qui ad Danubium latè tum isthic ditionem tenebat, missum refert, cuius historiæ & Paulus Diaconus meminit libro primo, capite 19 rerum Longobardicarum: Tempore (inquit) quo Athila rex Hunnorum defunctus est, in utraq; Pannonia cæteroq; confinio Danubij, res turbabantur ambiguæ, ac primùm inter filios eius, de obtinendo regno magna exorta sunt certamina. Et subdit post multa uerba: Eodem tempore ciuitatem nomine Fabianis, sæua fames oppresserat, cuius habitatores unicum sibi remedium affore crediderunt, si à prædicto oppido Comagenis hominem Dei religiosis precibus inuitarent. Et iterum, cum eiusdem Diui nauigationem è Pataiua & Oeni confluentibus recenseret: Ad antiquum itaq; (inquit) & omnibus maius monasterium suum, iuxta muros oppidi Fabianis, quod centum & ultra millibus aberat, Danubij nauigatione descendit. Et rursus clarius docens, ad Danubij ripam in uicinia Norici & Pannoniæ situm hoc fuisse municipium: Feletheus (ait) Rugorum rex, qui & Fethia, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbarorũ euaserant gladios, Laureacum per Dei famulum se contulisse, adsumpto ueniebat exercitu, cogitans repentè detentos abdu-

Fabianæ uox unde, & qui autores eius mentionem faciant.

cere, & in oppidis sibi tributaris atque uicinis, è quibus unum acceperat Fabianis, quæ à Rugis tantummodo dirimebatur Danubio, collocare. Et alio loco idem: Præterea cum Fridericus à fratre suo Fethia, ex paucis quæ supra ripam Danubij remanserant, oppidis unum acceperat Fabionis, iuxta quod S. Seuerinus commanebat. hæc ille. In qua historia non solum ad Danubij ripam in finibus Pannoniæ & Norici (quo hodie loco Vienna Austriæ sita est) Fabiana depingitur, uerumetiam ea municipia recensentur omnia, quæ à Vindobona uersus Rhætiam, per ripense Noricum describuntur & à Scoto, & Antonino, uidelicet Comagenum, Laureacum & Boiodorum, quod ipse Batauiam in Boiotro trans Oenum fluuium nominat. Quæ omnia locupletissimo testimonio sunt, Vuiennæ uocem hodierni seculi, truncata dictione Fabiana, emersisse. Sic enim in literis paulò uetustioribus, non Vuienna, sed Vuiana exprimitur. Quinimò in exmplari quod nos diximus reperisse Eugippi, in membrana ante annos CCCC scripto, ad marginem additum literis similiter uetustis, hoc est: Vuienna tempore Sancti Seuerini uocabatur Fabiana. Meminit præterea eiusdem nominis Fabianæ, eodemq́ue situ, in finibus Pannoniæ scilicet & Norici, Otto Frisingensis, diui Lupoldi Austriæ marchionis filius, libro de Friderici primi rebus gestis primo, capite 32. Nam cum fratris Henrici Austriæ primi Ducis, cum Geisa Hungariæ rege inter riuos Lytaha & Viscaha (qui adhuc extant sub Vienna hoc nomine fluuij) inauspicatò prælium gestum describeret: Dux tum demum (inquit) terga hosti dare compellitur, ac tam pugnacis dextræ, quàm pulueris aerem obducentis beneficio, periculis belli exemptus, in uicinum oppidum Vuienis, quod olim à Romanis habitatum Fauianis dicebatur, declinauit. Huc pertinent uerba fundationis Scotensis cœnobij, quod hodie intra mœnia Viennæ cernitur, positi à primo duce Austriæ, circa annum 1158: Ego Henricus Dux Austriæ, uniuersis Christi fidelibus, tam præsentibus quàm posteris, præsens scriptum inspecturis, Salutem, & de pollicitis obseruantiam in omnibus sinceram. Ad uiam salutis tendit, qui ea quæ ad glorificandum Dei filium pertinent, utpote facilitas exposcit, promouet: adducens, quod ab eo semper, cui plus committit, plus exigitur. Quare etiam expedit, ut quilibet in temporalium sufficientia, in laudem Dei & sanctorum egentibus subsidia præbeat: Vt eorum orationibus fultus, & sanctorum suffragijs confisus, suorum remissionem ualeat percipere delictorum. Inde etiam, quod manifestum fieri uolumus uniuersis, quòd nos multiformi gratia & spe semotis, inter alias nostri patrocinatus Ecclesias, Abbatiam in honorem Dei, & laudem suæ genitricis gloriosissimæ Virginis Mariæ, denique in commemorationem beati Gregorij, in prædio nostro fundauimus, in territorio scilicet Fauiæ uel Fauianæ, quæ à modernis Vuienna nuncupatur. His omnibus de Fabiana testimonijs fidedignis, possemus cōiungere exemplum diplomatis, quod à Ludouico primo Cæsare, Caroli scilicet Magni illius filio datum fuit, super distinctione limitum Austriæ, siue marchæ orientalis & diœceseos Patauiensis, annum circiter Domini 822. Vbi præter alia, uerba ista leguntur: Inde Dei iussu super deuastationem & inopiam Patauiensis episcopatus, misericordia motus, plus cœleste quàm terrenum lucrum desiderans, quędam loca ad eandem Ecclesiam sancti Stephani protomartyris Christi, in qua sanctus Valentinus corporaliter requiescit, ubi tunc Vualdaricus uenerabilis episcopus præerat, tradidit: hoc est, in prouincia Auarorum quendam locum qui uocatur Lytaha, & in terra Hunnorum Zeisemurum, Trasmam, Vuathoinam, Pielagum, Nardinum, Roede, Aspach, Vuolueswanne, Erlapham, & in Artagrun basilicas duas,

A duas, & in Saxnia basilicas duas, & unam in Fabiana. hæc ex diplomate. Ex quibus uerbis patet, à Carolo Magno basilicam unam in Fabianis positam fuisse, Cuius ruinas in diui Petri antiquissimo omnium templo, & prorsus ruinoso extare, dubium nullum est. Atque ex templis urbis nostræ, quæ posita à primis temporibus fuere, tertium extitit, siue potius quartum. Nam multo antè ex historia beati Seuerini apparet, ab Eugippo quam inuenimus conscriptã, duo ibi à primis Christianis, ab hoc uidelicet uiro Dei salubri doctrina imbutis, unũ sancto Ioanni Baptistæ, & alterum diuis Geruasio & Prothasio consecrata extitisse. Videntur adhuc ruinæ extra ciuitatem, & reliquiæ, de quibus locuti fuimus, diuorum Viennæ adhuc supersunt. Quin & Episcopalem sedem eo tempore positam in Fabiana fuisse, ex eadem historia animaduertitur, ubi primus omnium à beato Seuerino consecratus in episcopum fuerat tribunus militum quidam, nomine Mamertinus, qui Synchronus extitit, Iustiniano primo imperante, S. Valentino Patauiensis ecclesiæ, S. Maximo Iuuauiensis, Constantio Laureacensis, Paulino Tiberinensi, & Syluino Quintauiensi, Norici & Vindeliciæ episcopis. Secutusq; est Mamertinum in episcopatu Fabianensi Marcianus quispiam. Quo tempore barbarorum atque Auarorum incursione, desolata huius, de qua agimus, ciuitatis Republica, unà cum religione, circa annum postea Domini 640, beati Rudberti auspicio, & Episcopalis est sedes relata in Fabianam, & quartum S. Rudberto templum constructum, quod adhuc Viennæ superest ædibus meis uicinum. Fuereq; ab eo tempore uerbi diuini in Fabiana, hoc est Vienna Austriæ, episcopi, Gisalaricus, Cunaldus, & Sodomus. Post quæ tempora iterum subuersa Fabianæ & republica & sede, cum à Carolo magno pulsis Hunnis & Auaribus, diui que Petri posita basilica,

B Fabiana caput erigere cœpisset, Radfridus, unus adhuc huius loci episcopus floruisse legitur, cuius mentio fit & in Laureacensis ecclesiæ prærogatiuis, & in antiquissimo Annalium codice, ubi catalogi antistitum Iuuauiensium & Patauiensium adnotantur, sequitur expressis literis hoc quoque subiunctum: Hi sunt Fabianensis, qui & Vuigennensis ecclesiæ episcopi, Mamertinus, Gisalaricus, & Radfridus. Atque hactenus de antiquitate ac etymo Vuiennæ Austriacæ, quam appellationem à dictione Fabiana, prima syllaba abiecta, emersisse, & paulo uetustiores in Teutonica lingua literæ contestantur, ubi non Wien, sed Bianen, & Wianen literis distinctis leguntur. Iam siue à Tito Fabiano Pannoniæ præside sub Vespasiano & Tito (cuius Tacitus libris XVIII & XXI sub finem meminisse uidetur) siue cohorte Fabiana, cuius inscriptio suprà adducta mentionem in Vindobona facit, nomenclaturam hanc primum omnium ortam fuisse credamus, haud equidem multum refert. Angustius autem multo extitisse quàm nunc est, non solum annales & Chronici uetustiores tradunt, uerumetiã ueterum mœniorum ruinæ fossæq; uestigium, ac Scotensium cœnobium contestantur: quòd extra oppidum positum fuisse, fundatio asserit, cum hodie intra mœnia cernatur: quemadmodum & omnium Sanctorum parochialis basilica, à primo duce Austriæ circa annum Domini 1152 extra muros Fabianæ constructa, quæ hodie in media penè ciuitate Viennensi uisitur. Contigerat enim post ista tempora, anno uidelicet 1186, ut Henrici Austriæ ducis primi filius Leopoldus quintus nomine, Richardum Angliæ regem regredientem ex Terra sancta, ob cõtumeliam nomini Austriaco eo loci illatam, prope Fabianam caperet: qui redemptionis loco nouis mœnibus coactus erat, procul à ueteribus remotis, & quæ monasterium Scotense & omnium Sanctorum basilicam includerent,

derent, Vuiennam circumdare. Quam aream deinde (quantum uidelicet terræ inter uetera et noua mœnia propagabatur) tertius dux Austriæ Lupoldus Sextus, auspicio Theoderici cuiusdam camerarij sui, nouis ædificijs compleuit, asylo aperto, & magnis concessis prærogatiuis. Quæ multos ex Sueuia & aliunde ciues adduxere, & accessionem oppido in duplo maiorem fecerunt, ut postremò ad amplitudinē frequentiamq́ iustæ urbis assurgeret. In qua Patauienses episcopi, quorum hæc est diœcesis, diuæ Virgini quæ uocatur in littore, hoc est supra Danubium in colle, basilicam cum regia, non ita multo pòst constituerunt. Erant & Templariorum circa eadem tempora, & Ioannitarum, Rhodiensiumq́ militum, templa cum amplissimis palatijs posita: quorum primum, ad Mariam rotundam nuncupatum uidelicet, Leopoldus sextus, proscriptis Templarijs, Dominicanis concesserat, quod hodie eregionè Collegij cernitur, penè solo æquatum. Fuit uerò Collegium eius ordinis regia, quam cum uicinis ædibus Rudolphus & Albertus Austriæ duces, circa annum Domini 1370 Academiæ ab illis auspicatę consecrarunt. Post ea tempora, reliqua & templa & ædificia publica posita sunt: Castrum nouum ad noua mœnia uersus meridiem, ab Ottocaro Bohemiæ rege & Austriæ duce cœptum fuit, circa annum Domini 1266. Fuit & cœnobium Minoritarum ab eodem principe incœptum, quòd postea Blanca Franciæ regina, Rudolphi tertij coniunx, & Elisabeta, Friderici hoc nomine primi in familia Habspurgensis uxor, ad eam magnificentiam sustulerunt, in qua hodie cernitur. Porrò filia Friderici primi Anna nomine, Abbatiam sanctimonialium ad S. Claram exorsa est, quæ dirutis suburbijs ex obsidione Thurcarum, ubi ad Vuiennam flu. positum erat, in Xenodochium transmutata est, uirginibus ad domum Peregrinorum & S. Annæ templum traductis. Reliqua templa maiora quidem, & quæ cœnobia coniuncta habent, condita sunt ad Cœliportam Vestalium uirginum, à Gerardo parocho Viennensi, anno Domini 1260. Beati Laurentij, sanctinominalium item monasteriū, à Friderico primo superius nominato, circa annum Domini 1340. Diui Iacobi præterea, quartum Vestalium uirginum conuenticulum, à matrona quadam diuite, Kulberyn nomine. Ad hæc beati Hieronymi quintam congregationem pœnitentium fœminarum, quæ horas canonicas teutonicè canunt, consul Viennensis Chunradus Holtzler, anno Domini 1416 auspicatus est, à medico quodā Selingstat locupletatam. Sextum & septimū huius sexus cœnobia ad S. Nicolaū, & ad diuam Magdalenam, unà cum suburbio in cineres uersa sunt. Monasteria uerò uirilis sexus, ultra prius commemorata, Scotensem uidelicet Benedictinorum abbatiam, Minoritanorum & Dominicanorum congregationes, S. Augustini superest, castro contiguum cœnobium, ab Inclyto Romanorum Hungariæ & Bohemiæ rege D. FERDINANDO renouatū, & multo redditum splēdidius, quòd Otto quondam dux Austriæ posuerat, anno Domini 1339. Item præposituram ad diuam Dorotheam, instituti beati Augustini, magister Andreas Blancus, Alberti regis præceptor & cancellarius, constituit circa annum Domini 1424. His connumerabimus S. Nicolai templum, ubi hodie est Franciscanorum de obseruantia conuentus, quondam in suburbio, diui Theobaldi nomine, amplum monasterium, modò nil nisi campus ubi Troia fuit. Extat & Cathedralis præpositura, cum capitulo Canonicorum secularium, qui horas ad sanctum Stephanum concinunt, ueterem uidelicet illam omnium Sanctorum basilicam, quam Habspurgenses principes ampliorem atque splendidorem fecerunt. Concamerationem exteriorem templi, ueteri testitudine humili demolita, & duabus tantum turribus pro memoria uetustatis relictis, Albertus secundus, quem

Anno factum 1305

Præpositura cathedralis.

S. Stephani templum.

A

B

A quem Contractum uocant, incœpit. Et filius suus Rudolphus Magnanimus, siue Diues cognomento, ad summam manum perduxit, adiecta mirandi operis ac altitudinis immensæ turri, quæ cœpta est ædificari, finita est anno 1342. His Albertus quartus & quintus triplicem chorũ iunxere noua turri, quę priori non cederet, si ad extremam manũ perducta fuisset, ex altera parte cõstituta. Præposituræ uerò cathedralis idem qui & gymnasio author est, Rudolphus uidelicet quartus, Diues cognomento. Numerãturq́ præpositi ordine ab anno Domini 1364, Vuernherus, Albertus Garsensis, Ioannes, Berchtoldus, Antonius, Vilhelmus Tuers, Comes Sehannburgensis, Iodocus iurecõsultus, M. Thomas à Cilio, Virgilius Canczler Iustus Kasman, Ioannes Buschius, Paulus ab Oberstayn iureconsultus, Ioannes Rosinus poeta & orator, & Ioannes Saur theologus. Ante hos dum adhuc templum illud uetus humile erat, parochi rem ecclesiasticam, nomine & auspicio Patauiensium episcoporum administrabãt, ab anno Domini 1160. usq; ad præposituræ exordia, de quibus suprà dictũ est, Eberhardus Burcardus, magister Petrus, magister Gerhardus, Bernhardus Brambek, & Gotofridus Patauiensis pariter præpositus. Quorum in apicem Patauiensis episcopatus sublimati fuere Petrus & Bernhardus. Cæterùm tametsi Episcopij sedes in hac urbe ante annos adhuc mille extiterit, ut suprà confirmatum est, tamen ob continuas Hungarorum deuastationes ante annos circiter septingentos nõ completos, esse desijt. Hanc igitur restituit huic ciuitati Fridericus imperator, quem Tertiũ cognominant, Maximiliani Cæsaris pater, Pauli secundi papæ authoritate & indulto habito. Numerantur ab ea ætate, anno uidelicet 1480, episcopi Vuiennenses in Austria, Leo à Spaur baro Tyrolensis, Bernhardus à Ror baro Austriacus, Vrbanus Agriensis item in Hungaria episcopus, Ioãnes Vuesprimiensis item antistes, Bernhardus à Bolheym baro Austriæ, Georgius à Slaconia B Maximiliani Cæsaris sacelli præfectus, Petrus Bononius Tergestinus item præsul, Ioannes à Reuellis Burgundus, Ferdinandi regis eleemosinarius, Ioannes Fabri theologus, Fridericus Nausea theologus, & qui adhuc in uiuis est Christophorus Ortueyn theologus. Atq; hæc de parochiali simul & cathedrali & prima Ecclesia. Est & altera Vuiennæ parochia, uicos castrũ uersus excurrentes cõtinens, diui Michaelis archangeli, cuius primordia sunt ab anno 1360. Fuit & tertia in suburbio Piscatorum parochia, ad S. Iohannem, iam nisi campus & arista, suburbijs scilicet per obsidionem Thurcarum factam anno 1529, sublatis. Sunt porrò adhuc Viennæ ecclesiæ, in quibus etsi sacramenta non administrantur, cõciones tamen ad populum fiũt diebus feriatis. qualia sunt, xenodochium ciuile, xenodochium regis Misericordiæ diuinæ cognomine, ad Saluatorem senatoriæ domui contiguum phanum, ab Ottone & Haymone ciuibus Viennensibus constructum, anno 1324. Reliqua minora sunt, & sacellorum instar, uetusta quidem & celebria quondam S. Petri, S. Rudberti, & in ædibus nostris S. indiuiduæ Trinitatis: recentiora uerò, S. Iohannis in platea Carnorum, S. Iohannis in Cantorum regione, S. Philippi & Iacobi in Pistorum uico, & quod à sarcophagis dicitur ad Carnem, am Kherner, S. Helenæ dedicatum. Plura in suburbijs fuere, quorum hodie ne uestigia quidem cernas, S. Volfgangi, S. Sebastiani, diui Colomanni, beati Martini, & sancti Spiritus, commendatura nobilis locus.

Catalogus Præpositorum cathedraliũ.

Catalogus parochorũ Viennensium.

Catalogus Episcoporum Viennensium.

Catalogus parochialiũ templorum.

Et hæc quidem de templis Vienn. & eorũ exordijs. Iam de tribunalibus & iurisdictionibus pauca addam, quorum duodecim (quod in nulla alia Germaniæ urbe cernas) intra mœnia huius urbis magistratus celebrantur. Quatuor Ecclesiastici, Patauiensis episcopatus, Viennensis episcopatus, Rectoris & Capituli. Quatuor item Prouinciales, Regiminis uidelicet, Cameræ, regionis

Austriæ, & Handgrauiatus. Quatuor denicq, quorum ditio urbem non egreditur: Senatus urbani, assessorum iudicij, telonij, & præfecturæ nemoris. Qui his præsunt iudicijs, nomina quicq peculiaria habent, officialis Patauiensis, officialis Viennensis, rector Viennensis, & decanus Viennensis, locumtenens inferiorum Austriæ prouinciarum, cum cancellario, præfectus fisci inferiorum Austriæ prouinciarum, marescalci Austriæ duo, cum aliquot assessoribus, & tribus quos uocant ordinatis, Handtgrauiatus cum suis assessoribus, qui uulgo nominantur Fürkhauser: consul Viennen. pretor Viennen. telonarius Viennen. & magister nemoris Viennensis. Et ut semel finiamus hoc de Fabiana siue Vuiennia Caput, exustam hanc ciuitatem miserè, quantum memoria repetere licet, inuenio annis Domini ordine 1258, 1262, 1276, 1318, 1500, 1525, & 1535. Reperio quocq obsessam hanc de qua agimus ciuitatem, à Bela Hungariæ rege, anno 1252, à Rudolpho Habspurgensi Cæsare, anno 1282, à Mathia Hungariæ rege, anno 1490. à Solymanno Thurcarum imperatore, anno 1529. Denicq nec prerogatiuarum dona prætereunda sunt, quarum accepit Imperij & insigniorum aquilæ aureæ à Friderico secundo Cæsare, emporij & polijtyrij à Leopoldo sexto Austriæ duce, immunitatis ac ciuilis prærogatiuæ, uulgò handrest, à Rudolpho quarto, & Alberto quarto & quinto. Diuitiarum ac magnificentię ad postremum ornamenta atcq emolumenta, à FERDINANDO primo Romanorũ rege, nostra collata memoria fuere. & hactenus de Vienna. Nũc Vetustatis exempla Romanæ, quæ adhuc extant, subijciam. A

In ædibus Doctoris Vuolfgangi Lazij,

In cippo, siue columna magna in cellario quodã profundè sub terra eruta, & in compluuio D. Lazij posita:

FORTVNAE CONSECRATVM GENIOQ. HVIVS LOCI HONOR. ATEI IVNI: TIBERIANICI TRIB MIL. LEG. X. G. P.P. F.F. T. CLAV. VALENTINVS CORNICVLARIVS EX VOTO QVI VI ALIV: AEMIL: ET AQVIL: COSS.

Supra ianuam uestibuli ex fossa urbis, ubi hoc est repertum:

D. M.
GATTIO ROMVLO AVGVST: MILITI LEG. X. G. EX ARMORVM CVSTODI XIIII L. H. F. C

In ædibus D. Lazij erutum saxum, cum tali inscriptione:

LEG. XIIII. GEM. 9 VOLVMNI:

Alibi parietibus inserta, in uico Vulpingerstrass: B

I. O. M. SARAPID.
PRO SAL. IMP. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG. ARABICI ADIABEN: PARTHICI MAXIMI ET IMP. M. AVRELII ANTONINI AVG. FL. QVIRINALIS MAXIMVS TRIB. MIL. LEG. X. GERM. P. F. V. S. L. L. M

Ibidem:

I. O. M.
SERAPIDI
IDEM
MAXIMVS

In pariete aulæ episcopalis:

P. TITIVS
FINITVS
V. F. SIB. ET
IOCVNDAE CIVIS
FIL. CON:
AN. XL.

In lateribus domus Crabat pellionis in foro Iudæorum:

LEG. XIII. GEM

In ædibus

A NI: PV: DENNI

In lateribus uarijs in uicinia D.Lazij domus eruditis.

LEG. X. G. P. F.
LEG. X. GERM.
LEG. X. G. FAB.
LEG. X. G. IVNI
LEG. XIII. GEM.
LEG. XIII. GEM. CAMIL.
LEG. XIIII. GEM.
NERON TIBER
LEG. B. F.

In horto D. Hermetis Schalantzer consiliarij Regij ac architectorũ præfecti sub duobus magnis lapidibus cum imaginibus:

DALG. AV. NIM.
FLA. LIG. INIONEI
L. SEPTIM. SEV.

In ædibus Hirsch platea fab. ferrariorum:

LEG. XIII GE GA CE: F.F.
LEG. XIII GEE VALK.

In pariete collegij tres sunt lapides, quorum duo Viennam aliũde allati sunt, tertius habet hanc inscrip.

C. VALERIVS C. F. VLTINIA PILIPIS MILES LEG. XV APOL ANNO XXXII STIP. XI HIC S. E.

In templo S. Vdalrici ad primum lapidem extra urbem, est cippus in pariete.

FORTVNAE
AVGVSTAE
MARCVS
AVRE
MAXIMVS
I.I A. V. P.

In pariete templi Gumpendorf, ad primum lapidem à Vienna saxis transpositis:

NERV. hoc est Nerua	AGICV: id est Dacicus	VS. AVG. G
NICVS: Germanicus		PONTIF. MAX.
VICT. D. D. V.	ADIA:	T. P. IIII. COS.V.

B Huc libet quoq; ad illustrandam Fabianam subijcere inscriptionem, quam ipsi in munimento siue propugnaculo posuimus, maximo ex v. quæ mœnibus cohærent, sumptu incredibili FERDINANDI regis inclyti & sacri Romani Imperij procerum excitato:

CHRISTO O. M. ET MEMORIAE AETERNAE.
D. N. FERDINANDO FELICI PIO AVG. GERM. PANNONICO BOHEMICOQVE, QVOD IS ORIGINIS ET PRINCIPATVS SVI HANC METROPOLIM PRAETER ARMA CONSILIIS ET MVNIMENTIS IVVERIT, AC INTER CAETERA HANC INGENTIS SVMPTVS MOLEM ADVERSVS SOLYMANNVM THVRCARVM TYRANNVM COMMVNE ILLVD ET HORRENDVM CHRISTIANI ORBIS FVLMEN, OPPOSVERIT: NICOLAVS COMES A SALM MILITIAE CHRISTO PHERVS AB EITZING BARO, SENATVS, ET MARCVS BOECK A LEOPOLDSDORF SCRINIORVM MAGISTRI, CAETERIQ. ADMINISTRATIONIS AVSTRIACAE SENATORES DEVOTI NVMINI PRINCIPIS SVI, DE PATRIA SEQ. OPTIME MERENTIS
V. S. L. L. M.
ANNO CHRISTI M. D. XLVI.

CAP. VIII. DE CARDOBIANCA, FLO-riana, Sauaria, & Aquis.



Aec omnia in Codice præfecturarum Romanarum, in finibus Valeriæ & Pannoniæ primæ recensentur: quorum apud autores tamen mentionem nullam reperio. Equidem Cordobiancæ uestigia supersunt in ruinis præter cætera conspicuo loco & in colle sito, ut ferè omnia Romana municipia erant, quod Friburg incolæ uocant, in ipsis Austriæ & Styriæ finibus, ubi fluuius præterfluens ueteris nomenclaturæ umbram retinet, utpote decurtatæ. Byncam incolæ nominant, qui ex confinio Austriæ & Styriæ in ortum fluens, Hungariæ limites irrigat, atq; isthic ad muros castri oppidiq; Kermynda in Arrabonem fluuiũ ostiatur. Testantur loci uetustatem non solum mœniorum rudera, & parietum, uerumetiam inscriptiones Vetustatis, quæ isthic & locis proximis frequentes & extãt, & eruuntur. Ab hoc per Heortem montem euntibus, cuius Strabo meminisse uidetur, duorum circiter miliariorum spacio (hodie Hardbergum dicunt) Aquarum ciuitatis Romanæ rudera cernuntur, ubi uidelicet duo fluuij parui Laufnicius & Veistricius confluunt, hoc est, ipsa Furstenfelda Styriæ, quæ oppidi adhuc formam retinet, & ubi, ac locis uicinis ad ripam Veistricij, uidelicet Baltersdorf, Bischofdorf, Gleysdorf, Bela & Stubenberg, ipsoq; mõte quem Schoekl appellant innumera Antiquitatis exempla ac inscriptiones & extãt, & quotidie eruuntur. A

Cordobianca. Aquæ.

De Heorte & Capeduno, Strabo lib. 7. Geographiæ ita scribit: Etenim hi penes Istrum habitarant, duas in partes diuisi. Nam & alij magni Scordisci appellati sunt, alij uerò parui. Illi quidem duos inter fluuios habitabant, Istrum illabentes: alter Noarus appellatur, per Segesticam fluens: alter Bartus, uel Bargus. Parui autem ultra Istrum incolebãt, Tribalis & Mœsijs finitimi, quasdam autem insulas habebant Scordisci. Eò autem magnitudinis aucti sunt, ut usq; Illyricos & Pannonicos & Thraces prouecti sint terminos. Quàmplures igitur iacentes in Istro insulas occupauere. Ipsi etiam urbes habuere, Heortem & Capedunum. hęc Strabo. Porrò supersunt eò loci & Capeduni uestigia, Capestayn & Capfenberg, nominatissima eius uiciniæ castra. Præterea Heorti monti siue ciuitati meridiem uersus Gessacus coniungitur, hodie uulgò ueteri uoce corrupta Schækl. De quo Trebellius Pollio in Galieni historia sic scribit, cum Gothorum ex Dalmatia in Pannonias fugam enarrat, quæ haud equidem per aliam uiam quàm Styriam inferiorem, ipsumq; de quo loquimur, montem Schekl fieri potuit: Galienus interea (inquit) uix excitatus publicis malis, Gothis uagantibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos interemit. Quo comperto, Scythæ facta carragine, per montem Gessacum fugere sunt conati. A' monte Gessaco, in quo & Romanæ inscriptiones reperiuntur, recta uia ducit Graczium, totius Styriæ ducatus metropolim. quam siue Florianam apud ueteres, siue Sauariã, quam Sauannam Antoninus uocat, dictam fuisse adseramus, haud equidem multum refert, dummodo Romanum isthic positum municipium extitisse sciamus. Id quod innumera uetustatis exempla cùm intra ciuitatem, tum extra in locis proximis abundè contestantur, ut in rhapsodijs horum apparebit. Est autem uerisimile, huic à fluuio præterfluente nomen inditum fuisse, à Sauaria uidelicet, quo nomine Mueram insignire Ptolemæus uidetur. B

Capedunum. Heorte. Gessacus mons. Floriana, Sauaria.

Porrò Graczij nomen Slauinicum est, & generalis ciuitatis siue burgi appellatio. Quam urbem maiores nostri, distinctionis gratia, Graczium Bauaricum, quemadmodum alterum ad Draui ripam situm, ut hodie etiamnum dicitur,

A dicitur, Vuyndorum Graczium nuncuparunt. Extant & in finibus Carniolæ ac Croatiæ Biligracium & Cornigraczium, à Corneatibus nimirum, quorũ isthic à Sauo Geographi meminere denominatum. Habet aũt hoc municipium, hoc est Styriense Graczium, castrum in monticulo, & splendidum & munitum, unde reguli quondam cognomina usurparunt, quorum subinde in diplomatibus mentio occurrit. Sed placet, quæ diximus, monumentis Vetustatis cõfirmare:

Monumenta uetustatis,

Graczij Styriæ metropolis, & locis uicinis.

In burgo Graczij:

CANDIDVS O. MORSI. POTENTIS TITIANI ET SIBI ET SVRIAE CON. OPT. AN. XX. OFE.

Ibidem:

C. DVRONIVS MARCIALIS V.F. SIBI. ET PROCVLEIAE PROCLAE CON. AN. XXX ET C. DVRONIO VRSINO F. AN. XXX.

Ibidem:

BELLATVLLO BIRRACONIS F. AN. LXX. ET ATEGNATAE MALSONICAE CONI. AN. LX ET EVIMAE F. AN. XXX
B ET OLADIAE BANONAE AN. VIII. H.E.C.

Ibidem:

VELLECO
CACVRDAE
ET DEVSA
ITVLI F. CON. ET
ANGVLATO F.
AN. X.

In arce eiusdem:

T. VARIO CLEMENTI AB EPISTOLIS AVGVSTOR: PROC. PROVINCIAR: BELGICAE ET VTRIVSQ. GERM. RETIAE MAVRET. CAESARIENS. LVSITAN. CILICIAE PRAEF. EQVI. AL BRITTANICAE MILIAR. PRAEF. AVXIL. IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSORVM PRAEF. EQ. AL. II PANNONIOR: TRIB. LEG. XXXV. VL. PRAEF. COH. II GALLORVM MACEDONICAE CIVI-

In uestigijs Cardobiancæ & Aquarum, locisq; uicinis.

In Kuendorff uilla prope Friburg in pariete ecclesiæ:

C. CIAMILLIO PRISCO VET. AN: LXXX ET VINDILLAE CRIELONIS F. CON. AN. LX.

Ibidem:

C. DONNIO ATTICO VEL. CON. V. PRO. AN. LXI CERVLAE INGENVA CON. V. E. F.

Ibidem:

SECVNDINO SVRI F. AN. LX ET TOTTIAE PRISCI F. CON. AN. XXX F. E. S.

Ibidem:

TRAECIO NARCISSO AN. L. CI. CARA V.F. SIBI ET CON. OPT.

Ibidem:

SPECTATO F. AN. XXV.

Et iterum:

CL. CRISPINVS ET CENSORINA CETTI F. VIVI F.S. ET ACCEPTI AN. XVIII ET CRISPINIO CRISPINI F. AEDILE SOLVA AN. XXV.

Ibidem:

MACERIO EVOCATO ET MACERIAE ET MACERIO.

In uilla Baltersdorff, prope Mayrhofen castrum:

L. L. AETILN.
CAESTVS V. I. CL.
PRIMIG. CO. AN.
XXXX

CIVITAS TREVERORVM
PRAESIDI OPTIMO.

In ciuitate Graczij:

INSEQVENS SENILIS ET
CENSORIA TEVINA V.F. SIBI ET INGENVA ET ERTI
F. INSEQVENTIS MATRI
ET MAXIMIANO MAXIMI F. VITRICO.

Ibidem:

T. FL. RECEPTVS T. F. SIBI ET BOTTIAE BOTTIONIS FIL. F. H. F.

In uilla & parochia Strasgang:

D. M.
C. LICINI
TRIONIS
ISABINAE
SEVERINAE
COLICIN. R.

In pago Veldkyrch infra Strasgang:

POMPELLA
THEODORA
AN. XXX
PA. F.
D. M. MASVF
TI.
NI

In æde S. Sthephani iuxta Graczium:

MASCVLVS ITVLI F SIBI
ET SABINAE. QVINTI
F.C. ET F. I.

Ibidem:

CVCIO ROMVLO QVARTO KA. F. I.

In monte Schoekl, prope Graczium:

Q. ANNIO
TERENCIO
MIN:

XXXX ET ANNIAE
VALENT.

Stubenbergi parochia loco uicino:

MARDMVS SENILIS V.
F. ET TATTAE CONPIENT.

Ibidem:

D. M.
MARINVS SENILIS VESTAE TACITAE CON.
PIEN

Ad sanctum Ioannem loco Stubenbergio uicino, in pariete templi:

C. SENILIS V.F.S. ET B. VALENTINAE ET C. PRISCINO
ET AVIT. IVSTINAE F.N. ET
GLAMILLIO VALENTINO
VALETE ET EN EPF.

Ad portam sacelli:

SECVNDINVS C AN. LX ET
IVLIA LITV. ET SECVNDINAE F. A.

Et iterum:

S SERQVI A. CONI IVN. EIVLIAE FIL. FILIIS NEPOT.

Ibidem:

MORSINVS SEI M. BROCCIA RISIVIA CON. OPT. AN.

In Bischofdorff pago, ad primum lapidem disparato, in templi pariete altiore:

MALEIVS ATRESO FIL. NS.
LXXX D. LASSIA Q. FIL.
BRVT. VIXER. AN. FF C.

In Gleisdorff, mox sub Bischofdorff castello & foro, in templi pariete:

L. CIRPIVS S. VALENS VE.
SIB. ET VIRATIAE SATVRNINAE CON̄I.

In monasterio Bela in fundamento parietis templi:

IVNIANO IVN. F.
AN. XXXV
SAXIA MARCI F.
AM. M.
CON. ET SIBI
VE. CAIVS
ATTIAE F XXX
ET LITVGENAE
ADIVTORIS
CON̄I.

Cap.

CAP. IX. DE MVROECLA, POLYBIANO, Corroduno, & Rispia.

A AEC municipia à Ptolemæo enumerãtur in Pannoniæ superioris descriptione, uersus Drauũ, ut quibus in poli eleuatione tribuit gradus 46. quæ uidelicet est Styriæ inferioris latitudo. Meminit horum & Codex præfecturarum Romanarum in finibus Pannoniæ primæ, & Valeriæ. Si aliquid uetustati tribuendum est, & nomenclaturarum consonantiæ, tum ruinas horum quærerem in Leybnicio, Kornburgo & Rekaspurgo, ubi uetustatis exempla non contemnenda & extant, & eruuntur quotidie. Porrò à Polybio Polybianum fortè denominatum erat, quòd hodie Leybnicium appellamus. Vt uerò hoc credam, facit inscriptio ibidem Polybij Solueni reperta. Sic fluuio præterfluenti ueteris nominis uestigium mansit. Mueram namq; à Murocla nimirum dicunt, quem Ptolemęus Sauariam uocasse uidetur.

In Leybnicio castro episcopi Seccouiensis.

MĘAS. CLAVDIVS V. P. P. P.
N. M. T. D. N. M. OVE EIVS
SEMPER

Ibidem:

ATTIVS VITALIS SEMIVS IVVE-
NIS ARA ACENTE CTVI

B Ibidem in turri quadrata alta:

M. C. AVI
MAXIM
PRAETOR CLAVD.

In alio fracto lapide:

SAT.
CONI.
ANTIC.
AN. VI
N. L. P. C

In alio fracto saxo:

DIVI CO. POS
M. CLAVD.

In alio rursus:

D N. N N.
CONSTANTINO MAXIMO BI.
A. PIS

In castelli siue oppidi colle:

POLYBIO SOLVENVS
ET VELLECIAE MATRI

In Rekaspurgo:

C. SEMPRONIONVS SVM-
MINVS V. F. SIBI ET MV-
SAE VX. ET PRIMO
FIL. AN. IX.

Ibidem:

MASCVLVS
DEVSI F. V
SIBI ET PETTVN.
SECVNDIAE CON.
AN. LX.

In castro altero Leibnicz:

CEONIVS OPT. ET MECIO
PRIMITIVO F. ET AVG. SVA-
DRAE CON. DN. FL. CON-
STANTINO MAXIMO BEA-
TISSIMO AC SVPRA OM-
NES RETRO PRINCI-
PES PIISSIMO SEM-
PER AVGVSTO
B. R. P.

Ibidem:

M. CAVIS MAXIMO PRAEF.
PRAETOR. L. CAMM. SE-
CVNDVS P. PP. RAOS
LECRE PROC. AVG.
AMICO

SECTIO QVARTA LIBRI DVODECIMI ET POSTREMI, DE MVNICIPIIS ET COLONIIS VALERIAE, SIVE PANNONIæ Interamnensis, quo hodie tractu Comitatus Hungariæ, Varasdiensis, & Chrisiensis, Tractus præterea Pœtouiensis & Ciliensis, cum parte Styriæ inferioris sita cernuntur.

A

CAP. I. DE POETOVIONE COLONIA.



OETOVIONIS, siue Vetouionis, aut etiã Petobionis (nam hęc omnia leguntur) solius ex omnibus Norici Pannoniarumq; municipijs suum genuinum ac primitiuum nomen ad posteros defluxit, licet corruptum ex parte. Pœtouiã enim latinè, & Pettaw Germanicè uocant. Meminit illius Cor. Tacitus libro XIX, cum bellum ciuile gestũ inter Vitellium & Vespasianum enarrat. in quo fratri auxilio Flauium Sabinum ex Pannonijs, quibus præerat, legiones ductasse refert, ita scribens: Meliore fato, fideq; partium Flauianarum duces, consilia belli tractabant. Pœtouionem in hyberna XIII legionis conuenerant. Illic agitauere, placeret'ne obstrui Pannoniæ alpes, donec à tergo uires uniuersæ consurgerent: an ire comminus, & certare pro Italia cõstantius foret. hæc Tacitus, qui eodem libro legionis XIII geminæ in Pannonia mentionem facit: At in Pannonia (inquiens) decimatertia legio, & septima Galbiana, &c. Porrò in lateribus uetustis Viennæ repertis, hæc nominatim quoq; inscriptio uisitur: LEG. XIII. GEM. POETO. Vt dubium nullum sit, huius ipsius legionis hyberna ad Pœtouionem extitisse, ut æstiua ad Istrum fuerant in Vindobona, hoc est, Viennæ Austriacæ. B Extat huius præterea coloniæ nomen & apud Marcellinũ libro xiiii, ubi quòd Norico uidelicet in Pannonijs proximum sit, Noricorum oppidum appellat, tradens Constantium Constantini Magni filium per id iter fecisse, cùm in Istriã proficisceretur: Pandẽte itaq; uia (inquit) fatorũ sorte tristissima, quo pręstitutum erat eum uita et imperio spoliari, itineribus interiectis, permutatione iumentorum emensis, uenit Pœtouionem oppidum Noricorum, ubi reseratę sunt insidiarum latebræ omnes: & Barbatio repentè apparuit comes, qui sub eo domesticis præfuit, cum Apodemio agente in rebus milites ducens, quos beneficijs suis oppigneratos elegerat Imperator, certus nec præmijs nec miseratione ulla posse deflecti. Iamq; non adumbratis fallacijs res agebatur, sed qua Palatium est extra muros, armatis omne circũsedit: ingressusq; obscuro iam die, ablatis regijs indumentis, Cæsarem tunica texit & plaudamento communi, eum posthęc nihil passurum ueluti mandato Principis, iurandi crebritate confirmans: Vt statim (inquit) exurgeret, inopinum carpento priuato impositum, ad Istriam duxit, prope oppidum Polam. Videntur spectare porrò ad testimonia huius & nominis & municipij, quæ de Setouia refert Appianus Alexan. in libro historiæ suæ quem Illyricum inscripsit, errore fortasse librarij Græci, qui β literam in σ mutauit. Nam cum Augusti in Pannonias procinctum describit, expugnatis ad Sauũ Metullo & Segesta, tandem admouisse exercitum Petouiæ, siue Setouiæ: In hũc modum (inquit) Promona capitur. Teutinus exercitum per montes fugiẽtem, in uarias partes effuderat. Quamobrem Romani non longè illos insecuti sunt, diuisionem eorum per tam multa loca ob uiarum inexperientiam, uestigiorum implicitam confusionem formidantes. Nulla quippe itinera in unum copulant nemorũ ingressus. Et Dalmatæ Gabinio insidias struentes, per uallem profundam, & in longum prodeuntem, inter duos montes delituerant: quo in loco insidias Cæsari pariter instruxerant. Cæterùm ille itinerum concursus igne succendit, & per montium superiora præmisso exercitu, qui ab utraq; parte ad eum properaret,

A ret, iter per uallem arripit, syluas undiq; præcidens, urbesq; inuadens, & quecunque obuia in itinere igne corrumpens. Setouia urbe obsessa, barbarorum manus ingens in auxilium aduenerat: quibus obuians Cæsar, urbem ingredi prohibuit. Eo in prælio lapide genu saucius, per multos dies æger iacuit: couualescens Romã ad consulatum rediјt, cum Barbacio Tullo collega magistratum initurus, Statiliũ Taurum ad reliquias eius belli reliquit. hactenus Appianus. quæ de Pœtouia esse intelligenda, ab Augusto uidelicet obsessa, inscriptio testatur ibidem reperta:

IVLIAE AVG. MATRI CASTROR. POETOVIENS.

Ad hæc describit Pœtouium eodem situ ad ripam, & Ptolemæus libro secũdo cap. 15. tabula Europæ quinta, tribuens illi eleuationem poli 45 gradus, & minuta 30, & longitudinem per parallelos 37 gradus, min. 40. Cæterùm manifestius fortasse huius municipiј situs colligetur ex iјs itineribus, quæ ex diuersis Panoniæ locis ad Pœtouionem subducit Antoninus. Primùm omnium ex Carnunto Pœtouionẽ uiam describens, 170 millium passuum eam cõstare adserit, quæ Germanica miliaria cõstituit plus minus quadraginta, intermediјs municipiјs, in quæ uiator diuerteret, Sabaria, Sacarbantia, Sala, & Alicano. Atq; illud tum erat iter, per planiciem ex Sopronio in Zaladiensem agrum diuertẽdo, celebre Romanis. necq; ita trita tum ex Noua ciuitate uia, per nemora & montem Hardperg difficilis, nostris hominibus magis cognita. Quanquã & eius quodammodo meminisse uidetur, à Vindobona, hoc est Vienna eam deducens per Aquas, & Alicanum.

Atque hactenus de testimoniјs quæ ad hanc coloniam Romanorũ spectare uidentur. Nunc quibus sit nobilitata rebus, edisseram. Fuit autẽ antiquissimus in ea ciuitate episcopatus, ante annos mille & ducentos, qui iam etsi esse desierit, tamen Iuuauiensi episcopo Norici adhuc paret: quod qua ratione contigerit, posterius docebo. In Aquileiensi sanè concilio, quod legitur cõtra Palladium Arrianum celebratum, Gratiano imperante Valens episcopus hoc cognomine Arrianus interfuit, & loco motus est, Marco quodam succedente. Sed hæc ante multa secula esse sedes desiјt, & triplex in ea ciuitate iurisdictio labentibus temporibus successit. Erant enim Hungariæ reges, qui illam ad ducatum Sagrabiensem trahere conabantur. Repugnabant Styrienses principes, & Salisburgenses præsules: quorum hi, pontificum Romanorũ autoritate, & uetustis diplomatibus nitebantur: illi, loci uicinitate, & agrorum proprietate, nec minus literis quibusdam insultabant. Quo factũ est, ut Ottocarus Bohemiæ rex, & Styriæ princeps, hoc nomine quartus, in ea prouincia, ductu & auspicio Henrici comitis à Fanberg Styriј, & Vdalrici ab Hardek Austriaci comitis, Stephanum Sagrabiensem comitem, qui illam occupauerat, & regũ Hungariæ nomine tenebat, inde profligarit: cui in subsidium profectus Bela rex Hũgariæ, huius nominis quartus, Pœtouiam obsidione pressit: sed deterritus fulmine Põtificis, urbem Salisburgensi præsuli reliquit, qui pactus cum principibus Styriæ, ius quidem in urbe præcipuum sedi suæ retinuit, agris tamen proximis & exactionibus imponendis cessit. Accesserunt tertiј domini, à Pætouione nuncupati, ex familia Stubenbergiorum, qui & ciuitatis castrum cum certa iurisdictione, & Vvurmbergum, Vveiterfeld, Veistriciũ oppida, aliaq; uicina loca & Hũgariæ proxima, ut uidelicet Keyfersperg, Ankensteyn, Fridavv, Erenhausen, Vveinburg, Vveinek, & Gleichenberg, possidebãt, eadem cum Stubenbergiјs insignia usurpantes: hoc est anchoram, sed camelo fune nautico ac dracone adiectis. Erantq; hi ducatus Styriæ marescalci: quemadmodũ cæteri Stubenbergiј, qui Kapfenbergum ac Murekum incolebant, pincernæ prouinciæ extiterant. Quorũ ex annalibus eruere potui, Fridericũ à Petavv, à Rudolpho Cæsare Styriæ capitaneum designatum, anno Domini 1284: Hardegũ à Petavv, qui

Prosapia dominorum à Pætouio.

qui & in Carniola Igg castrũ, hoc est Æmonæ ueteris ruinas possederat, anno Domini 1340. Secuti sunt istum, Hartelius & Fridericus secundus, annũ circiter Dñi 1360, quorũ beneficia multa in cœnobio S. Pauli Carinthiæ extant. Hos iterũ consecuti sunt Bernhardus & Fridericus tertius ac ultimus, ad annũ Dñi 1420. quorũ ultimo sine uirili semine extincto, anno 1443, hæreditatẽ ex cõtractu adijt Fridericus tertius Cæsar, eius seculi dux Styriæ, relictis quibusdam castris oppidisq; comiti à Schaunburg, & Ioanni ab Ibersdorf Austriæ Camerario, qui defuncti postremi filias in matrimonio habebãt. Atq; hinc est, quòd Schaunburgenses adhuc Veystriciũ in Styria, & marescalci eius prouinciæ munus retinent. Cesserunt in ea diuisione & quædã Stubenbergijs cognatis bona, ueluti Vvurmberga, Keysersperga, Ankenstayn, & Bleichnberg. Atq; ea causa est, quãobrem Stubenbergiorum q̃d reliquũ erat stemma, diuisum sit, in eos uidelicet qui Kapfenbergi & Murekij habẽt, & in eos qui Vvurmbergi locisq; Hungariæ cõtiguis, de quibus diximus, manent, qui in hanc usq; diem uetera dominorũ à Pœtouia insignia gerunt. quorũ præcipuos qui memoria rerũ gestarũ clarent, reperi Vvulphingum, anno 1220: Vdalricũ & Henricũ, anno 1300: Fridericũ & Vvulfingũ secundũ, anno 1310. quorũ primus Albertũ Austriæ ducẽ hoc nomine primũ, bello aggredi ausus erat. Secuti postea sunt, Algogus, Iacobus, & Fridericus II, anno 1340. Et hos rursus Vvulfingus tertius, Fridericus III, Iacobus II, & Otto. Deniq; sub Friderico Imp. III floruere, Fridericus quartus, Georgius, Iacobus III, & Andreas: nostro seculo uixerũt, & adhuc uiuunt, Ioãnes, Franciscus, Vvolfgangus, cum filijs Ioanne Friderico, Vvolfgango & Iacobo, ditissimus omniũ eius prouinciæ baronũ.

Atq; tantum de inclyta prosapia dominorum à Pœtouia dicere uoluimus. Superest ut exempla Vetustatis quæ apud Pœtouionem adhuc extant, subijciam.

In castro ciuitatis, in turri & alijs ædificijs inserta:

I. O. M.
REPVLSOR AVL. P. CELONVS D. C.
POET. SACERDOTALE VE PRO SALVTE VR. VESPECIATE.

Ibidem in fracto ac imperfecto lapide:

VENVLEIO PROCVLEIO V. ANNO
DIEB. X. PROCVLVS AVGON. VERN VE
XX. HERED. VT. R. ARVMQ. PANN.
CVM VALENTINA FILIA FECERVNT.

Ibidem:

NAMMONA MAT. TRIV. V. F. SIBI ET
C. SEMPRONIO SECVNDINO MAR. D.
SOL. ET C. SEMPRON. SECVNDINO
FIL. LIBR. COS. AN. XVIII.
C. SEMPRONIVS SVMMINVS V. ET SIBI
ET MVSAE VX. ET PRIMO FIL. AN. VIIII.
VELLECO CACVRDAE ET D. ATVLIAE
CON. ET ANCVLATO F. AN. X.
CATVCIO ALBANO VETERANO EX
PRAETORIO ET AELIAE SABINAE VXORI OPT. ET ATVCIAE AVENTINAE FA. * III. EXVPEREVS MILES
LEGIONIS SEPT. * III.

Ibidem

In cœmiterio parochiæ:

C. CAESIVS C. F. PAPIRIA
INGENVVS POETOVIONE
V. F. SIBI ET VLPIAE ADIVTAE CONIVGI ET CAESIAE N. G. T. P. D. LIB.

I. O. M.
PRO SALVTE ET INCOLVMITATE PL. VAL. TIB. MARCIANI IVNIOR. P. VAL. MARCIANVS MIL. DVPL. LEG. X.
GEM. ANTONINIANAE ADIVT. PRAETOR. F. GRECINIA P. FIL. PRISCILLA
PARENT. V. S.

D. M.
IVLIAE MAXIMAE DIVI.

In cœmiterio S. Martini extra ciuitatem:

ISIDI AVG. SACRVM MARCIALIS FIRMINI Q. SABINI VERANI T. P. CONDVCT PORTORI ILLYRICI ARIARI VIC. VOTO SVSCEPTO.

Ibidem:

A Ibidem in fracto:

AE CONIVGI
VIRIT. ANN.
DIEBVS X.
DVLCI

Sub porta Styriensi:

PRAESTITO IOVI S TRIB. COH.
X. PRAETOR. CVLTOR. NVMI-
NIS IPSIVS PROFICISCENS AD
OPPRIMENDAM FACTIONEM
GALLI. IVSSV PRINCIPIS SVI
ARAM ISTAM POSVIT.

In foro fragmentum quadratæ columnæ:

PRO SALVTE ET VICTORIA IMP.
CAES. LVCI. SEPTIMII SEVER.
PERTIN. AVG. DOMINI INDVL-
GENTISSIMI IVNIANVS LIB. AD
IVT. TABVL. T. P. SV.
EX VOTO.

Ibidem:

ISIDI AVG. SIGNVM CVM BAS
VICTORIN EX VOTO POS.

In monasterio altero:

DIS M. SACR. STATIVS V. FI.
SATVRNINVS OC. STATI SEIA
NOT. EX VOTO EX DEC. AL.
CC. ASSIVS SILVESTER VET.
LEG. IIII. FL. EX SIG.

In alio monast.

EVCTA ΘITA VTA QVI. VIX.
AN. II. M. VIII. D. VIII.
AYPHAIOI AHMHT. LZC. EAI
ΦIAEXITA CIO NEICY I. Ω. T.

In ædibus Fabiani sartoris:

ISIDI AVG. SIGNVM CVMBAS VI-
CTORIN. EX VOTO POSVIT M.
CORNELIVS M. L. SENNO ANNO
LXX. H. S. E. PATRONVS DE
SVO FACIVND. CVRAVIT.

In ædibus Ioannis aurifabri:

MENSIBVS II FORTV-
B NAT. AVG. LIB. ADIVT.
TABVL. FI.

Ibidem:

SERAPI AVG.
SACRVM EPA PRODI
TVS ALEXANDRI
AVG. DISI T. TABVL.
V. S. L. L. M.

Ibidem ad s. Martinū extra urbem:

D. D.
SAC. T. F. MAR-
CIALE ET FL. MAR
VLLINO FIL.
H. S. E.
PATRONVS
DE SVO FACI-
VND. CVRA-
VIT.

In ædibus Georgij Per-ger ciuis:

I. O. M.
AVG. P. F. VATIONIVS
IFINVS PROC. P. P. S.
V. S. LLM.

Ibidem:

VICTORI QVADRATI ET
IVLIES VERANILLES IV-
LIVS VICTORIVS QVADRA
TVS FILIVS EORVM
HIC POSITVS.

CAP. II. DE BONONIA, ET LEONTVdo, siue Leonata, & Aquama.



HORVM municipiorum Ptolemæus in superioris Pannoniæ descriptione, sub qua is uidelicet & Valeriam comprehendit, mentionem facit libro secūdo, cap. 15. tabula quinta Europæ. Recenset hæc eadem nomina municipiorum, autor Codicis præfecturarum Rom. sub administratione ducis Valeriæ: ut haud procul à Drauo sita fuisse credendum sit. Quod si tribuendum est aliquid uocum consonantiæ, cōstat eo ipso situ Valeriæ ueteris, haud procul à Varasdyno, duo uetustatis prærogatiua satis cōspicua loca poni, Boniczam & Ludbreggij, quam Ludbergam Germani uocāt. Est & ad Mueram, hoc est Sauariam flu. haud procul à Drauo, uino generoso celeberrrimū oppidum, quod in finibus Styriæ & Hungariæ Germani Lutenbergam appellant. Quæ & ipsa uox alludere ad Leontudū Ptolemæi, siue Leonatā Scoti Mariani uidetur. Porrò cum loca hæc ob continuas Turcarum incursiones aditu perquàm difficilia existant, nullas subijcere inscriptiones potuimus. Hoc tamen ad horū oppidorū siue agri cōmen

dationem addere uolui, quòd quatuor amplissimarũ prouinciarũ isthic confinia sunt. Ab oriente enim Hungaria attingit, à meridie Schlauonia excipit, à septentrione est Styria, & ab occasu Ciliẽsis comitatus. Sunt ibi & thermæ salubres, Teplicza dictæ: & duo comitatus, siue districtus, quorũ unus Hungarorũ est, Chrisiensis nomine: alter Slauorum, Sagoriensis, qui ante patrum memoriã, Ciliensibus principibus parebat. Qua de re consule Chorographiam nostrã Hungariæ, superiori anno euulgatam. ubi & Aquamæ situs, ut describit Antoninus, in confluentes Muere ac Draui flu. incidit: locum Hungari Sakon barbarè uocant, Italico iam emporio celebrem. Siquidem Antoninus iter subducẽs à Mediolano Sirmium, statim post Celeiam Ragandonem & Pœtouionẽ, Aquamam uiginti millium passuum interuallo à Pœtouione recenset, quæ miliaria quinq; Germanica constituunt, quanto itinere & hodie dicti confluentes à Pœtouione abesse dignoscuntur. Extat monumentũ Vetustatis in itinere uersus Aquamam, ecclesia sancti Viti in Mourpa uocant: A

C. MIMISIO C. L. IANVARIO ET C. MIMISIO
DRACONIAE AN. X. MOSICVAE D. SEDILI F.

CAP. III. DE VARIANIS ET MENneianis castris.



HORVM municipiorũ solũmodo meminit itinerariũ Antonini, in supputatione itinerum ab Æmona Istriæ per Sisciam Sirmiũ usque, & à Siscia Mursam. Quorũ illud CCCXI mille passuũ subducit, intermedijs municipijs, prætorio Latonicorum, Nouiduno, Quadrata, Siscia, Varianis, Menneianis, Incero, Mansione Augusti in prætorio, Pecentino, Cirtissa, Cibali & Vlmis. Hoc autẽ per Variana castra, aquas Basillas Innicerũ & Strauianã absoluit. Cum igitur constet, Æmonæ rudera, in Iggio Carniolæ supra Labacum extare, Sisciæ præterea in Susaio, ut postea ostendemus, iam à quocunq; illorũ uiam ingrediare, peruenias necessum est in Varasdinũ, in ipsis Styriæ Hungariæ ac etiã Slauoniæ finibus sitam, unicũ eius agri modò aduersus Turcas munimentũ. Atq; hoc ego citra dubium Varianorũ castrorũ ruinas cõtinere arbitror. Vt quod pertranseundum est uiatori, qui ex Carniola & Æmonæ ruderibus uel ad ostiũ Draui, à quo haud procul Mursa fuit, uel in agrũ Sirmiensem profectionẽ instituit. Sed ubi Menneiana castra collocabimus? Quòd si nomenclaturarũ consonantiæ est aliquid tribuendũ, ut sanè est, si modò uetustatis uestigia in loco correspondeant, tum haud procul à Pœtouione Manspurgum castrum ac oppidulum occurrit. Sed placet de T. Vario Pannoniarum præside (unde appellationem Varianis castris accessisse autumo) inscriptionem subijcere, cui similes multæ eodem in Valeriæ agro apud Celeiam, Graczium & alibi erutæ sunt, quæ id quod asserimus corroborare luculenter possunt. B

Menneiana castra.

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVIN. BELGICAE ET VTRIVSQ. GERMANIAE RHETIAE MAVRITANIAE CAESAR. LVSITANIAE CILICIAE PRAEF. EQ. ALAE BRITAN. MILIAR. ET II. PANNONIORVM TRIBVNO MIL. LEG. XXXV. VLPIAE
CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS
IN PANNONIA CONSISTENTES.

Cæterùm in Varasino & Monspurgo hæc Vetustatis argumenta extant, in saxis fractis:

F FVIT	D. D.	C. MIMISIO C. L.
SINO	SAC. F. FL.	IANVARIO ET

A

OPI SO
IONIE F.
BA SOROR
FRATRI Θ. IIXI.
EIVSDEM CONI.

MARTIALE
ET FL. MARVL.
LINO FIL.

C. MIMISIO
DRACONIAE AN. X.
MISICVLA D. SEDILI F.

CAP. IIII. DE CASTRIS MARCENIS, siue Marinanis, & Vinudria siue Vindomina.



ODEX Præfecturarum Romanarũ inter municipia Valeriæ & Marinanam recenſet, quam ciuitatẽ Ammianus Marcellinus caſtra Marciana appellat, lib.30. ſcribens de ducatu Valeriæ, ubi & Martelliani Valeriæ ducis meminiſſe uidetur, à quo nimirũ, ſi nõ à Marte dicta ſit, deriuari huius loci nomenclatura poteſt. Sed clarius ſcopum attingit, iudicio meo, Iordnandes in hiſtoria Gothica: Sauromatæ uerò, quos Sarmatas diximus, & Cenandri, & quidam ex Hunnis, in partes Illyrici ad caſtra Marcena ſedes ſibi datas coluere. Quam hiſtoriam in ſuos annales tranſcribens Vrſpergenſis abbas, non Marcenam, ſed Maternam appellat, uitio fortè librarij deceptus. Sanè Margburgam Styriæ nõ ſolũ nomine ad ueterẽ hanc uocem alludit: uerũ etiam id teſtatur ſacroſanctæ uetuſtatis monumentis, quæ inibi & extant, & quotidie eruuntur. Ex quibus pauca ſubiecimus. Porrò comitem proprium in eo loco uixiſſe, qui uicinum agrum ſua ditione premebat, annales antiqui teſtantur. Vbi nominatim legitur, Bernhardum comitem à Margburg, Ottocharo tertio ſuæ proſapiæ Styrię Marchioni, Margburgam ciuitatẽ uendidiſſe. Ante quem claruerunt hoc cognomine, & hac nobili

Margburgum Styriæ.

B ſtirpe, ſubinde in antiquis prærogatiuis, inter comites Styriæ in teſtimoniũ adducti, Vdalricus, Chunradus, cum filio Ottone, anno Domini 1120. citatur & Richerus quiſpiã à Margburg, ab Ottocaro duce Styriæ tertio, in literis datis de anno 1189. Quem ſecuti ſunt latè iſthic ditionẽ tenentes, & qui nobiles dicto audientes habuerũt, Truxner, Trewner, nobiles à Tifer, à Gerowe, à Chending, & à Lubenbach, Vdalricus uidelicet & Gotofridus. quos cognatione contingebat Vilhelmus à Scherfenberg, regulus ſiue baro eorũ agrorũ, anno Domini 1296, tantæ potentiæ, ut Ludouico ac Henrico Carinthiæ & Tyrolis ducibus, & qui ijs ut ſororijs ſuis auxilio uenerat, Alberto primo Auſtriæ duci Habſpurgenſis ſtirpis, bellum ultrò inferre auſus fuerit, in quo & occubuerat. Poſt hunc floruerũt in præclariſſima hac ſtirpe, & qui Margburgam poſſederant, & ea gratia perpetuũ cum Auſtriæ Styriæq́ ducibus bellum gerebant, Henricus & Hugo à Scherfenberg: quorũ hic Lantroſt caſtrum, ille Troiam, hoc eſt Metulli ruinas poſſederat. Vltimus fuit, qui Margburgæ rerũ potiebatur, Vvilhelmus, qui ob rebellionẽ captus à Leopoldo Auſtriaco erat, filijs in Auſtriã ſuperiorẽ & Styriã tranſlatis, ubi in fidem caſtra acceperãt, Hohnwang, Spilberg, Ort, & Aterſee, ac lacũ Gmundẽſem, qui modò deprauato nomine uocant̃ barones à Schaffenberg. Ita Marburgũ Auſtriacis ex integro ceſſit, q̃d per caſtellanos Igelſchouios adminiſtrarunt homines nobiles & fideles, Leonhardũ, & Paulũ filiũ eius: cuius filius ſupereſt, ſcrinijs Viennenſis metropolitæ præfectus, & FERDINANDO Cæſari à cõſilijs, FRANCISCVS IGELSHOVIVS, multis nominibus de nobis ac cęteris Muſarum alumnis benemeritus. Cuius filij, Franciſcus, Ioannes, & Paulus, ad ſummas uirtutes ac doctrinarũ genera expectant̃. Et hactenus de Margburga. Sequitur VINVDRIA, à Ptolemæo eodẽ loci, hoc eſt ad ripã Draui in Valeria depicta, quã Codex præfecturarũ Vindominam nominare uidetur, à nobis in Vindiſchgratio paulo infra

Vinudria.

Margburgũ,Styriæ ciuitatula collocata:partim nominũ cõsonantia,partim antiquitatis exemplis,quę ibi supersunt adductis.Porrò superest adhuc familia municipij cognomine nobilitata,dominorũ uidelicet à Vvyndischgracz,in qua floruerunt præter cæteros multos, Reympertus anno 1370, Colomannus anno 1500. A

Porrò ad famam clari nominis peruenerũt ea in uicinia Dñi à Seldenhouen & à Gunabici,in quorũ prima stirpe aliquot Colinos in secũda,Ortolphos & Vdalricos inueni.Sed placet ex more inscriptionum monumenta referre.

Margburgi:

L. CANCIVS SECVNDVS V. F. SIB. ET CANCIAE IVNIAE BONIAE VXORI ET CANCIAE L.F.BONIATAE.

Vvyndischgraczij:

P. QVARTIVS P. F. VICTOR
P. QVARTIVS P. F. PRIMVS
VIVIR IVN.

In basi turris templi:

NVTRICI AVG.SACR.PRO SALVT. MARVLII VAL. F. RIAE MARELLAE VIII SATERV.

Ibidem:

PRO SALVTE FORTVNI POSVIT FORTVNATVS.

Prope Margburgam pago Khtosch,pariete sacrarij templi:

SENNVS SACRI F. H. ET CONA MOTVSO: F. CONIVGI FIL. ET FILIAE V. F.

CAP. V. DE AQVIS VIVIS, PIRRI, RAgandone, Audantonio, ac Regio monte.



HAEC ordine municipia recenset Antoninus in descriptione itineris à Pœtouione Sisciam, Aquam uiuam à Pœtouione disparatam referẽs XVIII millibus passuũ,hoc est miliaria iusta Germanica quatuor.Quo nimirũ positu nostro seculo ad Satlam flu.Fuczel cernitur,quæ ipsa uox à Viuis nõ ita multum abludit. Adde quod isthic uetustatis adhuc Romanæ inscriptiones supersunt. B
Post Aquam uiuã,Pyrhi & Dautonã enumerat, quorũ rudera nõdum uidi. Credendũ est autẽ, quã Dautonã uocat Antoninus, Andautoniũ esse Ptolemæi, quã post Sauariã, Vinudriã, Rispiam,& Bononiã, Valerię item municipia recenset,et Nouidunũ mox subijcit. quã ego,si cõijcere licet,fortè in Tifer aut Reyn ditionis Ciliensis,nõ procul à Sauo ponerẽ, quòd uidelicet antiquitatis isthic monumenta cernanť,quę fidei ergò subijciã.Ragundonis meminit Antoninus in descriptione itineris à Mediolano Sirmiũ,per Pœtouionẽ.Enumerat nanq; Bergomũ,Brixiam,Sermionẽ,Mansionẽ,Veronã,Vicentiã,Pataiũ.trãsiensq; per forũ Iuliũ, Altimũ,Cõcordiã,Aquileiam,fluuiũ Frigidũ (is hodie Vipachus est)Longaticũ, Mansionẽ,hodie Logitsch in finibus Carniolæ & Istriæ: Æmonã deinceps latius profectus,Adrantẽ,Celeiã,Ragandonẽ & Pœtouionẽ ordine ponit: & à Celeia, & à Pætouione XVIII millibus passuũ Ragandonẽ disparatã docens, quæ constituũt miliaria Germanica quatuor.Quo adamussim hodie situ Robisch cœnobiũ, cum monte cognomine in limitibus Styriæ ac Sclauoniæ positũ cernitur: nomẽclatura quoq;,etsi barbara & deprauata,à ueteri Latina nõ abludente. Porrò hic uenit mihi in mentẽ loci Diaconi Varnefridi,cum Albuini Longobardorũ regis è Pãnonijs in Italiam iter describit,lib.2.cap.7.Igitur cum rex Albuinus cum omni suo exercitu,uulgiq; promiscui multitudine ad extremos Italiæ fines peruenisset,montem quendam qui in eisdem locis prominet,ascendit.Indeq; quantũ prospicere potuit, partem Italiæ contemplatus est. Qui mons propter hanc (ut fertur) causam ex eo tempore Mons regis appellatus est. Ferunt autem in hoc monte bisontes feros nutriri : nec mirum,cum hic Pannoniam usq; pertingat.hæc ille. Quæ adamussim his conueniunt montanis,quæ à Pœtouione Carniolam euntibus su-

A bus superanda sunt: uulgò der Vogel, ubi in hanc usque diem castrū cum dominio superest, ad uetus nomen alludens, Kunigsperg. Cuius prosapiæ inuenimus Fridericum anno 1310, Ioannem anno 1322, & alterum Ioānem qui Vitzel possederat, locum uicinum, anno 1380. Hodie eum tractum penè uniuersum barones à Reichenburg possident, & ipsi antiquæ stirpis, quorum in Austriacarum rerum commentarijs ab ouo (quod aiunt) prosapiam prosequimur.

In Fuczel:

L. COMINIVS L. M. L. NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATVS V. F. SI
BI ET SVIS L. LL. CCLO. L. L.
L. RHETVS L. L. L. PRINCEPS
COMINIA L. L. L. VRBANA
L. L. L. GALATA.


In Tiser:

SATOTOGION ET BVSSVLAE
SAGGONIS F. CON. H. F.

In Rohicz, qui lapis Pœtouionem translatus est:

TEMPLVM DEI SOL. INVMIT. AV
REI IVSTINIANVS V. P. DVX LA
BEFACTATVM RESTITVIT.

CAP. VI. DE CELEIA COLONIA.



HVIVS municipij (quam coloniam extitisse, ex monumentis liquet, literis subinde repræsentatam CL. GEL.) non solùm Codex præfecturarum Rom. & Ptolem. lib. 2. cap. 14. tabula quinta Europæ, in finibus Valeriæ & Norici, uerū etiam manifestè Plinius mentionem facit lib. 2. cap. 24. inquiens: Rhœtis iungūtur Norici. oppida eorum, Virunum, Celeia. Videtur autē Plinius ob uiciniam Norico attribuere eadem, ut arbitror, ratione, qua Marcellinus & Pœtouionem Norici urbem dixit, quia haud procul à Drauo Norici mediterranei fines essent. Sic Antoninus

B uiam subducens à Mediolano Sirmium, per forum Iulium & Iapodes, urbes ordine recenset, Bergomum, Brixiam, Sermionem, Mansionem, Veronam, Vicentiam, Patauium, Altinum, Concordiam, Aquileiam, Aquam frigidam, Longaticum, Hæmonam, Adrantem, Celeiam, Ragandonem, & Pœtouionē. Extant hodie uestigia ab Aquileia tali itineri insistentibus obuia, Vipachus flu. Logitzium, Iggium, Dragemlium, Cilia, Rohiczium & Pœtouia. Alludit ad huiusmodi municipij nomen Paulus Diaconus lib. quarto rerum Lombardicarum, his uerbis: Mortuo, ut diximus, Gisulpho duce Foroiuliense, Tapso & Cacco filij eius, eundem ducatum regendum susceperunt. Hi suo tempore Slauorum regionem, quę Zelia appellatur, usque ad locum qui Medaria dicitur, possederunt. Vnde usque ad tempora Ratehis ducis, ijdem pensionem Foroiulianis persoluerunt. Videtur autem alludere corrupta uoce Ciliæ ad agrum Ciliensem, qui proprium principem ante patrum memoriam aluit, ac magnā partem Carniolæ, necnon Styriæ cōtinebat. Pertinebant enim ad regionē Ciliensem, siue Saanacensem, unde familiæ processerunt comitū à Sternberg, comitū ab Haynburg, & comitū Cilię, oppida quidem Radmāsdorf, Stayn, Obernburg, Pleiburg, Presburg, Landstras, Veistricz, unà cum castris ac castellis, inter Saanā & Saum fluuiū, ac extra etiā sitis, S. Petri, Lēburg, Newkirchen, Reifnicz, Neydek, Tifer, Laas, Herberg, Billigracz, Troia, Franicz. Horum erant comitū in Carinthia Sternburg, Ostervvicz. Spectabant ad illorum ditionem & Chrisiensis atque Sagoriensis comitatus. Et ut locum potentiamque horum principum siue ditionis Ciliensis amplitudinem Lector aduertat, parebant iussis & qui castra eo in tractu habebant, barones à Lyndekh, à Seldenhouen, à Gunabicz, & à Troia, alij' que reguli à sancto Petro, ab Altenburgo, à Montpreis, à Billigracz. Acceperūt & feuda à comitibus Ciliæ nobiles in ijs finibus, ab Altenstayn, Altēhausen, Helfenberg, Haylādstayn, Hekēberger,

Ekenstayner, Vveitenstayner, Kacznstayner, Cazianer, Lilienberger, Newhauser, Hoheneker, Kedinger, Kosacher, Fursteneker, Kunigsperger, & alij q̃plures. Atq; hactenus de regione Ciliensi, quã hæreditate Fridericus Cæsar tertius adeptus, ducatui partim Styriæ, partim Carniolæ adiecit. Venio nunc ad nominis ratione͂, siue origine͂, quam ego à M. Cælio uiro consulari defluxisse cõijcio, cuius opera usum fuisse Octauianũ Cæsare͂ in Sauiensi regione, eiusq; municipijs Metullo, Monecio, & Vendo, subiugandis, Strabo & Velleius Paterculus authores sunt. Quod si hæc cõiectura minus arridet, celebrat Cecilium Metellum Appianus Alexandrinus, de Dalmatis & Tiburnis triumphasse. Alterius opinionis est Æneas Syluius, qui Syllateũ hanc ciuitate͂, à Sylla appellare uidetur, in sua de Styria periphrasi: Vrbium populi pleriq;, inquit, Teutones, Slaui, qui citra Drauum rura colunt. Imperium Australis familiæ est. In eo oppidum uetus, quod Celeiam uocant, nonnulli Syllateum appellatũ quondam existimant, & opus fuisse L. Syllæ, de qua re nobis nihil exploratum est. Multæ ibi uetustatis reliquiæ uisuntur, & Romanorum nomina principum sepulchralia marmora referunt. In ea præfuit ætate nostra Fridericus comes, qui cum esset in libidinem pronissimus, & olim Veronicæ concubinæ incensus amore, legitimã coniugem à comitibus Croaciæ natam sua manu interemisset, concubinam uerò pater eius Hermannus, ut est potentum iustitia, in profluente demersisset, uxores passim maritis abstulit, puellarum greges in palatium rapuit, prouinciales pro mancipijs habuit, ecclesiarum bona diripuit: monetarum falsatores, ueneficos, ariolos, nigromanticos undiq; ad se acciuit. Et quamuis anno Iubilei iam nonagenarius Indulgentiarũ causa Romam petijsset, reuersus tamen, nihilo melior uisus est. Interrogatus quid sibi Roma profuisset, in pristinos mores relapso? Et calciator meus, inquit, ad consuendas ocreas post uisam Romam redijt. Huic uita functo, Vdalricus filius successit, per cætera similis, ingenio tantum & eloquentia maior. Quo, sicut dictum est, interfecto, quatuor & uiginti competitores hæreditatis fuere: ut qui uiuens undique bella conciuerat, moriens quoque seditiones excitaret. Sed optimates terræ possessionem Friderico imperatori tradendam censuerant, ea lege, ut competitoribus secundum prouinciæ consuetudinem in iudicio responderet. Relicta Vlrici, armis defendere, quæ possidebat, decreuit. Fridericus manu potenti, cum plurima castella obtinuisset, in Cilia tande͂ receptus est, arces loci tradente Ioanne Vitobicio, natione Bohemo. Qui cum fuisset magister militiæ comitis, accepta Cæsaris pecunia, à cõiuge eius defecit: sed mox pœnitentia ductus grande ausus & inexpiabile facinus, tanquam scelus scelere redempturus, Imperatore͂ iam sibi securum, & cum paucis Ciliȩ morante͂, nocte concubia intercipere adgressus est. Corruptis namq; oppidanorũ plerisq;, qui sibi aduenienti partem oppidi traderent, hora constituta cum octingentis equitibus intromissus, cuncta miscere armis cœpit. Adfuit diuina pietas Friderico, quæ illi præter cõsuetudinem in arce superiori, & humano opere munitissima, ea nocte dormiendum suaserat. Proceres qui remanserant in oppido, capti omnes: inter quos & Ioannes Vngnadius, cunctis Styriensibus opulentior, cum Georgio fratre abductus est. nec magis Vlrico Austriæ Cancellario, quamuis esset episcopus, & ad ecclesiam cõfugisset, parsum est. usqueadeò apud homines nostri seculi humana & diuina iura perierunt, hæc Æneas. Addunt annales antiquissimi, Maximilianũ, martyrem loci, Fridericũ tum fuisse Cȩsarem tutatum. atq; idcirco dormienti in arce, uisione͂ per somnũ occurrisse, ut filio, qui conceptus in Leonora imperatrice fuerat, idem martyris nomen inderet. Quod liberatus custodia postmodum Fridericus, nato filio fideliter præstitit. Atq; hæc uera est, inclytissimi ac inuictissimi Cæsaris MAXIMAEMILIANI nominis

Margin notes: A (at line 1); Syllateum (at line 10); B (at line 23).

A nominis proprij origo. Non enim antea hoc erat in stirpibus principū Austriæ nomen auditum. Quod FERDINANDUS nepos, clementissimus Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Rex, repetitum fato quodam, & nō sine omine, primogenito suo ad maxima quæq; expectato indidit, quem modò Bohemi Regem agnoscunt. Habet autem historia Maximiliani martyris, Celeiani & Laureacensis in Norico ripensi episcopi sic: Maximilianus natus erat Celeiæ honestis & nobilib. parentibus, cum D. Quirinus ad Aquileiam uocatus esset, Laureacensem ecclesiā Norici omniū suffragio administrandam suscepit. proditus ad postremū, & uocatus in patriam, morti adiudicatus est Celiæ, ab Eulasio præside Norici, imperantibus Caro & Numeriano, anno CHRISTI 289. Porrò locus martyrij adhuc Celeiæ ostenditur, in quo duo sacella in honorem martyris posita, inscriptionibus sacrosanctæ Vetustatis refertissima uisuntur. Quanta uerò pietate ueteres Francorum reges primi ex Germanis illorum agrorum incolæ & principes locum beatissimi martyris cōplexi fuerint, docet hoc Carolomanni regis Francorū & Boierorum diploma, quod fidei ergò subijcere placuit:

Alij tamen in postrema ciuitate illud contigisse tradunt, non longè ab Aemona.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Carolomānus diuina prouidentia Rex, &c. Si nos amore CHRISTI, & ob suorū sanctorū honorem, consecratis & dedicatis Deo locis, nostro labore & opere à fundamentis constructis, aliquid ex terrenis bonis tribuere satagimus, credimus quòd æterni præmij retributionē consequimur. Quapropter omnibus nostris fidelibus, præsentibus & futuris, notū sit, quòd pro remedio animæ nostræ, & uxoris nostræ, nostrorumq; antecessorū, aliquot prædia nostræ proprietatis, in Carinthia & Marcka Sclauorum Vuyndorū sita, cōcessimus ad S. Maximilianū, præterea ad S. Felicitatē martyrē, & matrē septē filiorū: cuius corpus nos in nostra noua fundatione in timore
B & amore Dei summa diligētia transferri fecimus. Cui fundationi uenerabilis abbas Vuermoldus præsidet, ut notū est: quatenus in illuminatione prædictæ ecclesiæ, & pro sustentatione pauperū & seruorū inibi Deo seruientiū, in perpetuū incrementa facere debent. Quia ad prædictas sanctorū Dei reliquias, & ad sæpedictam fundationē, dedimus prædium Trebnicum, cum domibus & omnibus ædificijs hominis, uiris & mulieribus, qui numero XIX inibi habitant: præterea cum septem Huabis, cum campis & agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarúmue decursibus, mobilia & immobilia cum omnibus proprietatibus & appendicijs. Conditio uerò nostræ donationis cōcluditur ita. Extenduntur uersus occasum supra fluuium Drauum usq; ad locū qui uulgò dicitur Puechoua, uersus septentrionē inter duos lacus, ubi includitur uersus orientē, iuxta lacum, & cum lacu usque ad locum ubi rubra petra se offert. In meridiem usq; ad riuum Durnbach dictum, & ita usque ad pontem Villaci, & in montem Seccaw. Ista omnia ad prædictam ecclesiam dedimus. Ego Midelwynus notarius, uice Dietmari cancellarij, istas literas scripsi & subscripsi. Datum nono die Septembris, diuina gratia tertio anno regni Domini Carolomanni, multū Christiani regis: & anno regni Italici primo, undecima Indictione. Et hactenus de beato martyre ac episcopo Maximiliano. Superest, ut quibus hæc ciuitas præ alijs nobilitata fuerit, explicem. Fuere autem, Episcopales isthic sedes ante mille & ducentos annos positæ, & Comitatus siue principum Imperij Romani sedes. quorum utrumque quanquam esse iam desierit, tamen ex antiquitate nobis repetenda uidentur. Ac sedem quidem episcopi Celeiæ extitisse, decreta Fabiani papæ contestantur, ubi concilio ecclesiæ sub Decio imperatore habito, Tenax quispiam Celeiæ episcopus interfuisse legitur, anno Domini ducentesimo trigesimotertio. Cæterùm comitum Celeianorū, quemadmodum & Sterenbergensium ac Haynburgensiū, primor-

primordia repetũtur à Dominis castri Saanekh liberis secundum antiquam Francorum consuetudinem. quorum uixit Vdalricus anno MCCC, ab Ottobono patriarcha Aquileiensi multa feuda consecutus. Sequutus est Leopoldus cum filio Friderico, qui à patriarchis Aquileiensibus Ludouico & Berchtrando impetrarunt Reisnicz, Neydek, Neukirch, Lemburg, & S. Petrum, anno MCCCXXXV. Fridericus ex Dietmude uxore duos filios reliquit, Vdalricum & Hermannum, qui deficiente cognatorum stirpe, seniorũ uidelicet, & penes quos summa rerum fuerat, comitum à Sternburg & Haynburg, in Carinthia, à Carolo quarto Cæsare comitum prærogatiuam, ac titulum acquisiuerunt, anno Domini MCCCLX. quorum ille Adelhaidem comitissam ad Ottingen, hic uerò Ludouici Hungariæ regis agnatam Annam in matrimonio habebat. Obierunt (ut ex mortilogiis animaduertimus) Vdalricus anno MCCCLXVIII, in die S. Annæ: uxor eius anno MCCCXCI in octaua S. Laurentij. Hermannus obijt in die S. Benedicti, anno MCCCXCV: uxor octaua Iohannis Baptistæ, anno MCCCXCVII. Porrò Vdalricus Vilhelmũ filium reliquerat, qui Viennæ sine hærede obijt in expeditione à Sigismundo Cæsare contra Turcas suscepta, anno MCCCXCII, post exaltationẽ crucis feria quarta. Hermannus successionem stirpis tenuit, relictis duobus filijs, Hermanno & Iohanne. Quorum Iohannes ex comitissa Montisfortis, Hermannum episcopum Frisingensem tulit, & Catherinam Ioannis dapiferi à Vualdburg Sueui cõiugem. Sed frater eius Hermannus, autor cœnobij Pletriach, successionem prosapiæ meruit, & ex comitissa Schaunburgensi Georgium & Hermannũ tertium progenuit, eum qui primus principis Romani Imperij titulum accepit. Quorum obijt senior anno MCCCCXXXV, in die S. Colomãni. filius uerò obijt anno MCCCCXLVI, in die Abdon. frater Georgius, princeps item Imperij, obijt anno MCCCCXLIII, in die S. Philippi & Iacobi. Hermãnus uerò tertius, primus suæ prosapiæ, sacri Imperij princeps, ex duabus uxoribus Adelspergensi Istrica, & Bauarię ducis filia, tres filias & duos tulit filios. filiæ nuptæ sunt, Barbara Sigismundo imperatori, Margaretha comiti Pfanbergensi in Styria antiquæ prosapiæ Montisfortis, tertia Henrico Goricensi comiti collocata fuit. Filiorum nomina erant Fridericus & Vdalricus, quorum ille comitissam Modrussij cõiugem habuit: sed magnus adulter, ut de eo Æneas scribit. Obijt anno MCCCCLIIII, in die S. Margarethæ, relicto filio Vdalrico, Ladislai Hungarię regis, & Alberti Austrij Romani regis posthumi filij tutore. Qui desponsata sibi Seruiæ Despotæ filia & Amurathi Turcarum imperatoris agnata, eisdem cum Friderico Cæsare tertio auspicijs Austriam & Hungariam tutorio nomine administrauit, multa perpessus ab Eyczingijs in Austria, & Hunniadibus in Hungaria. à quorũ ad postremum Ladislao, apud Albam Græcam obrutus ex insperato structis insidijs, occisus est, suæ familię postremus. quia filij eius, Hermannus & Georgius, paulo antè immatura morte abrepti fuerant. Atque hactenus de Ciliensium comitum stirpe, quibus gentilitia fuerant arma, tres aureæ stellæ in cœlestino clypeo, quæ hæreditate à comitibus Sternbergensibus Carinthiæ acceperant, quorum ut antiquiorum prosapiæ successio sic habet: Vdalricus & Algosus in cœnobio Vettinga testes citantur. secundus Vdalricus uixit anno Salutis MCCXXXVI. Vilhelmus, Vualtherus, & Otto Vdalricus, & Henricus, anno 1280. Otto cum filio Ottone Viennę ad Minores sepelitur, anno Dñi 1341. Chunradus prosapiã finiuit, & bona sunt ad Cilienses cognatos deuoluta, quæ erãt, Sternburg, & ad Sauũ Landtrost, Trefen, Iyrknicz & Prægrad. Porrò cum Fridericus Cęsar III extincta etiam Ciliensium comitũ stirpe ditionem uniuersam nobilissimæ familiæ in fidem accepisset, Ioanni Vitobicio Bohemo, ultimi Ciliensis comitis armorũ magistro, quem

Prosapia comitum à Cilia.

Familia comitum à Sternburg.

A

B

A quem aduersantē aliquo modo lenitum cupiebat, titulum Domini à Sternberg, mutatis tamen ueteribus insignibus concessit. Vnde hodierni Domini à Sternberg in Bohemia ritè descendere dignoscuntur, quorum insignia unam auream stellam in clypeo cœlestino continent. Et hæc de Sternburgensibus. Venio ad Haynburgenses in Carinthia comites, qui de eodem fonte primordia repetebāt, eademq́; cum Sternburgēsibus atq; Ciliensibus insignia usurpabant, mutatis tantum coloribus, quæ maioribus nostris in propagatione stirpis consuetudo semper fuerat. Aureas enim hi stellas in rubro clypeo gerebant. Simile uidere est in insignibus comitum Montfortium, Vverdenbergensium, & Palatinorū Tubingensium, quibus singulis uexillum sacrū est, sed mutato colore. Cæterū Haynburgensium comitum, qui & à Starchand dicebātur, successio illa est. Vilhelmus floruit anno Domini 1239. Albertus anno 1279, qui Agnetem ducissam Austriæ in coniugio habuit. Vdalricus, qui cum Maynhardo duce Carinthiæ, eiusq́; filijs Henrico, Ottone, & Ludouico, itemq́; Alberto hoc nomine Austriæ duce primo bello conflixerat, circa annum Domini 1300. Postremi stirpis fuere Fridericus & Hermannus. Et tantùm de Ciliensi, nobili ac antiqua prosapia. Superest, ut caput claudamus exemplis Vetustatis, quæ Celeiæ adhuc innumera & extant, & quotidie eruuntur: quæ nobis partim fideliter cōmunicauit optimus uir, ac Musarum amicus, DANIEL ROD, archigrāmateus Ciliæ: partim ipsi, dum eum tractum perlustraremus, ex saxis, indicantibus oppidi ciuibus humanissimis, descripsimus: *Haynburgenses comites.*

In locis publicis ciuitatis Celeianæ.

SACRIS:

In cœmiterio parochialis ecclesię, in

B mœnibus & parietibus passim, supra portam cœmiterij primò omnium:

POMPEIVS AGILIS V. F. SIBI ET POMPEIAE PRIMIGENIAE CL. CEL. ANN. XXXX. ET POMPEIAE SPECTATAE FIL. AN. XVII. ET COVRIAE FIL. AN. XVI. ET SEXTIAE SVPPVTAE AN. XXX. ET VITALI F. AN. XX.

Alijs parietibus:

Q. PVBLICIVS INVICTI NC. II. CCC. INA VNC. TII. AN. XX. COMININIO FIL.

Ibidem:

T. CARMAEO FINITIA AN. LXXX. SORNIAE SECVNDAE AC T. CARMAEO AVITO AN. XX. SORNIA MAXIMA PARENTIBVS F. C.

Ad S. Vrsulam, in hospitali urbis:

GENIO AVG. ET LARIBVS P. VRSINVS MATVRVS ET CASSIA CENSORI.

Ibidem:

PROPHANIS:

In burgo inferiori, supra portam exteriorem, sub duabus imagunculis:

D. M.

RESPECTVS VARI LVCIFERI V. F. SIBI ET FORTVNATAE VXORI CHARISSIMAE ANN. XXX. ET RESPECTAE FIL. AN. VI. ET VRSINA FIL. ANN. XXII.

Supra portam interiorem:

SECCVN. SECVNDINI VET. LEG. II. ITAL. POTEIVLA SEVERIO CONI EIVS SIBI ET SECTIAE SECVNDINAE FILIAE ET MARIIS MAXIMO ET SECVNDO NEPOTIBVS SVIS VIVI FECERVNT ET IVL. APRICIO FIL. MIL. LEG. SS. BE. PRAES. STIP. VI. Θ. ANN. XXV.

In atrio castri:

D. M.

MATT. ADLECTO INTERFECTVS AMATTIZARIS A. EX L. V. F. ANTOQVINETA CON.

In pa-

Ibidem:

D. M.

FLA. VAL. AR. ADIVTORI CIVI. AFRO. NEGOT. Θ. ANN. XXXV. CON. K. TITVLVM POSVIT.

In monasterio Minoritarum, Capitulo:

SECVNDVS MAGIMARI F.V.F. SIBI ET S. ET MAGIMARO AVCTOMARI ET CVRITAE ATAEVORTI F. PARENTIBVS ET EXORATO NEPOT. AN.

In Circuitu:

DN. CONSTANTI CLEMENTISSIMO ATQ. VICTORI AVGVSTO MARTINIANVS V.P. PRAESES PROVINCIAE NORICI MEDITERR. D. N. M. EIVS.

Extra ciuitatem, in pariete sacelli S. Maximiliani:

D. M.

AVR. SECVNDINVS ET AVR. VALENTINA CON. VIVI FECER. SIBI ET AVR. SECVNDIANVS FIL. Θ. AN. VII. CRVDELES PARENTES FACERE CVRA.

Ibidem:

D. M.

AVR. SATVRNIN. VET. Θ. AN. XIV. ET AVR. SECVNDA. CON. AN. * ET AVR. SECVNDINO FRA. Θ. AN. VII. DECIMIA QVAETA AVLA AVR. CRESCENTINA PARENTIBVS CHARISS.

In eiusdem sacelli pariete:

D. M.

CVR. CVRITIANVS Θ. AN. ET BEBIA MAXIMINA CO. AN. L. FLA. DECORATIANVS P. CVP. IVLIANA CO. AN. VII PAR. CARIS. FAC. CVR.

Ibidem in fracto lapide:

NERVAE N. F. ANO POT. MAX. TRIB. POT.

In sa-

In pariete turris: A

D. M.

SABINA QVARTI V.F. SIBI ET SABINO FIL. PIENTISS. A. XXX. ET POST LITVGENAE FIL. AN. XI.

In ambulacro ligneo, qua ex una in aliam habitationem itur:

T. VARIO T. FIL. CLEMENTI CL. CEL. PROCOS. AVG. PROVINCIAR. RHOETIAE MAVRETAN. CAESARI. LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. ALAE BRITANNICAE MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. TEMPORE EXPEDITIONIS IN TINGITANAM MISSORVM PRAEF. EQV. ALAE II. PANNONIOR. TRIB. LEG. XXXV. VLP. PRAEF. COH. II. GALLOR. MACEDON. VALERIVS VRBANVS LICINIVS SECVNDINVS DECVRIONES ALAR. PROVIN. MAVRIT. CAESARIEN.

Supra portam urbis, in regione & uia Saanek uersus:

CATILIO SECVNDINIANO AED. CL. CEL. AN. LVIIII. ET VEPON. BELLICINA EIVS ATILIVS SECVNDVS PARENTIB. ET CALV. TVTORINAE CONI PV B DICISSIMAE AN. XXXII.

Ibidem:

D. M.

SECVNDINVS SECVNDI ET ATTIA VRSVLA V. F. S. ET SECVNDO FIL.

Iuxta portam S. Maximiliani, qua in Pœtouiam est iter, nuper erutum ex terra est ingens saxum, cum tali inscriptione:

T. VARIO CLEMENTI PROC. PROVINCIARVM BELGICAE GERMANIAE SVPERIORIS, GERMANIAE INFERIORIS RHETIAE, MAVRETANIAE CAESARIENS. LVSITANIAE, CILICIAE PRAEF. EQ. AL. BRITANNIC. MILIAR. PRAEF. AVXILIOR. IN MAVRITANIAM TINGITANAM EX HISPANIA MISSORVM PRAEF. EQ. AL. II. PANNONIO. TRIB. MIL. LEG. XXXV. V. PRAEF. COH. II. GALLORVM MACEDONICAE CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHOETIA CONSISTENTES.

Supra eandem portam ciuitatis:

D. M.

D. CASTRITIO VERO ANTONIO DEC. CL. CEL.

A In sacello S. Nicolai supra montem:

I. O. M.
CC. AICIN.
MARTIAN.
P. PR.
CON. DIP.
LEG. XXXV. V.
ITION
VX

In pariete templi Burgi:

FI. C. IVNIO NICAN
DR. FIL. AN. XXXVIII
MATI P. F. VERIA-
NE. F. AN. XXIIII ET
C. IVNIO ISAEO VE.
EX DEC. AL. I. CO
NI AN. LX.

In tẽplo S. Iacobi per duo miliaria, à Celeia in lapid. fractis:

C. RVFIVS C. CELEIAN
SYMPHONVS L. AN. LXXI.
B ET LLAE VXORI
RVFIA PRI parenTIBVS ET
MVLA FILIO
AN. XXXV.

CL. CEL. AN. XXVI IVLIA Q. FIL. VE-
RA MATER V. F. ET SIBI.

Iuxta portã ciuitatis, quę est apud Burgum:

L. LIBERALIS ET CVRENA Q. MARII IV-
LIANAE V. FECERVNT SIBI ET CRESCEN
TINO F. ANNO XI. IVLIANAE NEP. AN. XV.
ET SALVATORI FILIO ANN. XXI.

Ibidem:

D. M.
SECVNDINVS SECVNDI ET ACIA VRSVLA
V. F. S. ET SECVNDINO FILIO N. VII.

In propugnaculo ante mœnia lapidibus transpositis & fractis:

M. VIBIVS DIOSCORVS IVLIAE CON-
CORDIAE AN. LXXX.

Alio:

C. VEDIVS P. F. VALERIO

Alio:

MILIA.
CVM EX HISP.
TINGITAN.
TRIB.
GALLORVM.
PVBLICIVS.

Alio:

ANTONINO VEL.
AQVILEIEN. ET
T. ANTONIVS RE-
SPECTVS AMICO OPTIMO.

Ibidem in propug.

ENNI
VET. F.
DEC. RET. D.
PVBLIO
NGVLA D.
PVDIC.
MA

Alio non integro:

AME
C. F. V. F.
DIASTVLL.
N. AN. LX
NTA F. AN. XXV
MISSORVM
LEG. XXXV. V. PR.
TRIB.

Ibidem in mœnibus:

EM F.
AE
DECVRION.
EOR.
EM. EIVS
TIA. M.
COLINIVS
V. I. V. S.

In foro publico:

MARCELLIN. AVITI V. F.
SIBI ET SVIS AVR. BASSINI
COMI. KAR. Θ. AN. XXI.
AVR. POTENTINAE FIL.
KAR. Θ. AN. XXI.

In mœnibus ciuitatis:

ET G. IVNIONI CANDR.
FIL. ANN. XXXXIII MA-
TRI F. VERINA ET ANN.
XXIII ET G. IVNIO IP-
SAEO VET. ET DEC.
MV. ET CO-
MVL.

A

Celeiæ in domibus paſsim uel reperta, uel parieti-bus inſerta

Publicis:

Domo ſenatoria:

T. VARIO CLEMEN.
PROVIN.
BEL.
GERM.
PRAE
AVRELIVS.

Xenodochio urbis, uel hoſpitali:

T. CLAVDIVS
MVNICIPII CELEIAE
LIBYA VOLVESI PI
IVNI. VSII
VOTVM SOLVIT.

In domo parochiali:

ET BALBINO COS. CE-
LEIAE P. AELIVS VE-
RINVS BT. COS. PRO
SE ET SVIS V. S.
L. L. M.

Ibidem:

MARICCAE
ATEMERI F.
ANN. LXXX
C. CASSIVS
CIVIS HER. FEC.

Priuatis:

In domo quadam apud puteũ, cuius inſcriptionis principiũ ab aquæ hauritoribus detritum eſt:

TER H MAXIMO
IIVIR. IVR. D.
IVLIA TI. F.
MAXIMINA MARITO

In alia domo:

CORNELIO LVCVLLO
ANNO. XXX
ET CORNELIAE TERTVLI
ANNO XXV ET C. CORNEL.
PROCVLO ANNO XL.
FILIIS PIENTISSIMIS
CORNELIVS FIRMVS
ET VOLSARIA PAVLA.

In alia domo, Danielis Roth ædibus proxima, in cippo:

B

MARTI
HERCVLI
VICTORIAE NOREIAE

Ibidem:

D. M.
OCTAVIAE SVCCESSAE
ANN. XXV INGENVVS
AETATE

In domo ludi literarij ſaxum magnum uiſitur, in quo duæ ſunt imagines uiri & fœminæ ad umbilicum uſq; ſculptæ cum talibus inſcriptionibus:

TI. CLAVDIVS
MVNICIPII CELEI-
AN. LIB. FAVOR. V.
F. SIBI ET IVLIAE
PVSILLAE CONIV-
GI SVAE ET SVIS.

C. RVFIVS APOLAV-
STVS ET IVLIA SVC
CESSA VIVI SIBI FE
CERVNT IVLIA FIR
MINA ANNO XX
H. S. E.

Extra oppidum, in agris:

D. M.
AVR. CLAVDIAE
AVTIVS FILIVS
AEL. GRACI

In fundamento domus calciarij:

IMP. CAES. AVRELIO
C. DIOPIO
CIV. INVIC
AVG. PVB
POT. P. P. R.
OSOPI.

Inibi in cellario ſupra gradus:

DEC. CL. CEL.
TERENTIV.

In alia domo ante portam:

SEX. PVBLICIVS FRONTO
ANNO LX. BATRO CELEIAN.
AN. LXX. SERVATIS CE-
LEIAN.

A MATRI VIVAE ET
AVR. SERENIANO
FRATRI Θ. AN. XVI.
FECIT
IMP. ANTONINO ET
BALBINO COS.

Ibidem in Saan fluuio duę arcæ repertę cum talibus inscriptionibus. in una arca:

ANTONIO TORQVATO
SECVNDIN.

In altera:

CATILIO SECVNDINO
VIX. AN. LXII
Θ AN. VII
FIL. PIENTISS.
L. M. V. C.

LEIAN. AN. XXXV INSE-
QVENS CELEIAN. ANNO LXX
HIC S.

In alia domo:

CELEIANVS
AVG. P. AELIVS VERINVS
VE COS. PRO SE ET
SVIS.

In pariete alterius domus, in foro:

MACENA MACEMARI V. F. SI-
BI ET PRIMVLAE PRIMI
FIL. AN. V.

CAP. VII. DE METVLLO.



HOC inter cætera municipia, ab Augusto ad Sauum flu. expugnata, recensetur Straboni libro quarto Geographiæ: Circa hos habitãt locos (inquit) gẽs Illyricis Gallisq; immixta, & penes istos est sublimitas. Iapodes igitur uirorũ florentes robore, & utroq; ex montis latere domicilia habentes, ab Augusto tandem Cæsare summo
B cum labore debellati sunt, cum laté latrocinijs inualescerent. Ipsorum autem oppida Metullum, Aurupenum, Monœciũ, &c. Idem libro septimo eiusdem, cum Pannoniam delineasset: Iapodes enim in Albio monte (ait) siti sunt, qui Alpibus posterior est, excelsus admodum. hinc quidem ad Pannonios Istrumq; pertinentes, hinc autem ad Adriaticũ mare, pugnantes quidem, cæterùm ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad unum. Eorum oppida, Metullum, Aurupenum, Monœciũ. hæc Strabo. quæ nulli magis regioni uidentur quàm Carniolæ quadrare, in qua sublimitas est terrę in Karstio: & Albius mõs superest, uulgò das Khrayn gebürg/die Alben Jdrie/da man khekhsilber grabet. Cæterùm Metulli ueteris situm inter Sauum & Drauum flu. haud procul à Saui ripa nemo melius describit *Metulli situs.* quàm Appianus Alexandrinus in libro quem Illyricũ inscripsit, hisce uerbis: Insurgente in eos Cæsare per iter deuium atq; aduersum, adhuc magis contra eum irritabantur, nemora in oppositum illi præcidentes, cum deinde ad aliam syluam diuertisset Cæsar, in fugam abeunt, & appropinquãti struxere insidias. Cæsar idipsum suspicatus, ad montium apices ex suis mittit, qui eos utraq; ex parte adgrederentur submissius. Aduentante illo, & syluas excidente, Iapodes ex insidijs subitò apparuere, multosq; affecere uulneribus. Verùm maior eorum pars ab his qui ab apicibus decurrerant, interfecti sunt, reliqui iterum ad syluas reuertuntur, urbem relinquentes, cui Terponus nomen fuit. Eam interceptam Cæsar minimè cremauit, satis arbitratus, pariter illos esse dedituros, ut fecere. Deinde ad aliam processit urbem, Metulium incolæ nuncupant, quæ Iapodum primaria habetur urbs. Sita est autem in monte nemoroso, duobus cõdita tumulis, quos uallis modica intersecat. Et iuuentus ad trium millium numerum, armis animisq; præpollens,

lens, Romanos circa mœnia pugnantes facile ab illis repellebat. At hi aggerem A erigentes, & à Metullijs hincinde discurrentibus die noctuq; uexabãtur, & è muris machinarum ope quas in bello acceperant, longius distare cogebantur. Nam ea pugna quam Brutus haud longè ab eo loco, cum Antonio & Cæsare ipso simul habente machinas susceperant, dissipantibus interea Romanis illorum mœnia, illi interius propugnacula alia struebant: & labore defessi, in ea quæ construxerant, saltu ferebantur. Romani recepto muro qui ab illis relictus fuerat, igne succedunt. Ad reliquũ uerò aggeres binos erigũt, à quibus pontes subinde quatuor ad mœnia accelerare admonet. Interim ab edita turri, quæ fierent, intentus prospectabat. Barbari ascendentibus ipsis ex aduerso per mœnia occurrunt. Cæteri à tergo insidias struentes, cum pontes longos lanceis appellerent, adhuc magis exultare incipiunt. Vno igitur ex pontibus, deinde alio post primum corruente, cum tertius in ruinam laberetur, timor omni ex parte Romanos occupat. Nec ullus quartũ pontem audebat ingredi. Cæsar igitur è turri eos increpare pergit. Cum nec sic in bellũ concitare posset: ipse clypeo assumpto, per põtem cursu ferebatur. Accurrerunt & cum eo ex ducibus Agrippa & Hieron Luciusq;, ex corporis custodibus Iolas. Quatuor hi soli ac scutiferorum nonnulli pontem arripiunt. Cæsare igitur pontem transeunte, rubore ducti milites, confertim ad eum aduolant. qua ex causa prægrauatus pons, ad inferiora statim labitur, uiriq; inuicem plurimi in terrã ruunt. Ex quibus nõnulli oppetiere, alij fermè cõtritis membris efferuntur. Cæsar crus dextrum & utrunq; brachium saucius, denuò turrim conscendit, consularibus quibusdam prosequentibus, ut ex fide se incolumem esse ostenderet, ne quis interim ex rumore mortis eis tumultus oriretur, aut hostes illum terga uertere putarẽt, ac protinus alium exædificare pontẽ iubet. Quæres præcipuè Metullios exterruit, cum se aduersus hominem animo penitus inuicto B bellum inijsse cernerent. Postridie itaq; legatis ad eum missis, quingentos, quos idem postularat, exhibuere obsides, & custodias admittere polliciti, altiorem ut custodirent tumulum reliquere, ipsi in alterum omnes secesserũt. Cum custodes ad eos uenientes arma deponere iuberẽt, animo turbati, mulieres eorũ atq; filios, intra senatus conclusere locum: & custodias simul admittentes, Romanis adnunciant, si quid insolitũ erga eos moliri audeant, se locum illum incensuros, & cum desperatione pariter Romanos inuasuros. Quibus dictis, ex inferiori loco quasi superiorem ascensuri, in unum coeunt. Tum uerò custodiæ senatus locum ultro incendunt, plurimæq; mulierum seipsas filiosq; interemere. Quædam natos uiuos deferentes, iniecere igni. Sic omni Metulliorum iuuentute ferè in armis concidente, & maiore parte igne conflagrante, ciuitas quoq; incendio absumpta est. hæc Appianus. Quæ diligenter mihi ad hodiernũ locorum situm reuocanti, uisa est ueteris illius municipij rudera continere, quæ, memoria nimirum uetustatis, Troia incolis nuncupantur, & in itinere à Celeia Labacũ cis Saum fluuius occurrit. nam & in ualle nemorosa hæc sita cernitur, quam & hodie ueteri uoce deprauata Mednicam dicunt: autumoq; Metulli Teutonicam esse uocem pro eo quod nos dicimus mednikhtall, hoc est Mednici uallem. Ex uetustate enim trahere locum illum non nomenclatura solum demonstrat, quòd Germani nos, à Troianis uidelicet oriundi, cuncta desolata & deserta Troias nominare solemus: uerùm etiam exempla Rom. inscriptionum, & intra Troiæ mœnia quæ supersunt, & locis uicinis, S. Petro, Neukirchen, Saxenfeld, Saaneck, Franicz, & quotidie eruuntur, luculenter contestari possunt. Quin & antiqua isthic familia celebratur dominorum à Troia, & dominorũ à S. Petro. In quarum prima Albertus quispiam floruisse legitur, anno 1260. Mortuo postremo sine herede, Scherfenbergij hæreditatem

A tatem adiere, anno 1220. In altera uerò stirpe, Eberhardus claruit anno 1300. qui unà cum Scherfenbergijs, Haynburgensibus, Vuildonijs, & Stubenbergijs legitur in Albertum primum Austriæ ducem coniurasse. Vltimus familiæ Alberos fuit, annos 1370. Cuius relicta bona Genlach, Staficz, Gaw, Gys, Vueyngndorff, Niderndorf, & Oberlaybach, Austriaci principes acceperunt. Porrò de hoc loco, & nõ de alio, accipienda sunt quæ scribit Paulus Diaconus lib. 4 cap. 14: Mortuo itaq;, ut diximus, Gisulpho duce Foroiuliensi, Taso & Cacco filij eius, eundẽ Ducatum regendum susceperunt. Eo uerò tempore Slauorum regionem, quæ Celia appellatur, usq; ad locum qui Medaria dicitur, possederũt. Sed placet inscriptiones Vetustatis quæ isthic ac locis uicinis extant, fidei ergò subnectere.

Inscriptiones Vetustatis repertæ,

In ruinis Metullij, hoc est in Troia supra Ciliam:

VLPIA FIRMINA ANNORVM TRIG.
M. VLPIVS N. MNTA FIRMINVS
ET CANNONIA STATVTA V. F.
FECERVNT SIBI ET VLPIO
PRIMIANO AN. XIII

Locis uicinis, S. Petro castello:

C. NONIAE F. VRSI SACERDOTIS CABESIS MONTIS ALBANI CVRIONIS C. NONIVS IVSTINVS ALVMNO DVLCISSIMO VIX. AN. II. M. XI. D. XII.

In cippo, siue colũnæ fragmento:

I. O. M
ANTONIVS
IVLIANVS
PROC. P. P. X
B VS. L. M.

In Saxenfeld:

F. CL. CEL.
O. II. VIR ID
M. F. MATE LEГ
T. ROS. PAV. IAE
VV. D. F. VN.

In Saanek castro, duobus à Cilia miliaribus, & uno à Troia:

MAXIMVS ANTONI LIB. ET VERCILLA V. F. SIBI ET NVNDINAE FIL. AN. V. ET VRSQ AN. XXX.

Ibidem:

D. M. S.
IVLIAE DIL. LIB. QVINTA IVLIVS DIL. LIB. AMIANTHVS ET IVLIA DIL. LIB. AMANT. PARENTES V.

SECTIO QVINTA, DE PANNONIAE SAVIAE COLONIIS ET MVNICIPIIS, QVO HODIE TRACTV Ducatus Carniolæ cum marcha Vuindorum & comitatibus Hungariæ Sagrabiensi ac Posegiensi posita cernuntur.

CAP. I. DE COLONIA SISCIA, ET SOROGRA municipio, Segestica uerò insula, & urbe Sauiensi, cum fluuijs Colapi ac Kaxano.



AMBO hæc municipia Ptolemæus recenset sub eleuatione poli graduum 45 $\frac{1}{3}$. Quemadmodum & Antonini itinerarium, cum iter à Pœtouione Sisciam subducit, centum & quinq; millium passuũ id cõstare testatur: intermedijs municipijs, Aqua uiua, Pyrhi & Dautona. Hæc autem miliaria Germanica plus minus constituunt 28. Quo spacio notissimus ad Saui ripam, in limitibus Slauoniæ, Carniolæ & Hungariæ locus superest, ad ripam Segesticæ insulæ, infra Colapis ostium & Sagrabiam episcopalem Hungariæ ciuitatem: quod uetustiori nomine parum deprauato, incolæ Sisacum appellant, ubi Sisciam Romanorum coloniam & episcopij antiquissimi sedem extitisse, haudquaquã ambigo. Idem elicitur ex altero itinere, quod ex Aemona Sisciam describit, per prætoriã

Latonicorum, Nouiodunũ & Quadratam. Porrò situm huius municipij clarius A describit Plinius lib. 3 cap. 29. cum de Pãnonia tractat: Præterea amnes memorandi (inquit) Colapis in Saum influit, iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Ex quibus patet, non procul à Colapis ostio ueterem quærendam Sisciam esse. Calapim hodierna ætas Culpam uocat, cuius est ostium in Saum, haud procul à Sagrabia, Samoguarũ indigenæ dicunt: quemadmodum & insulam quæ ex hoc & aliorum ostio fit Syzyam: quam Segesticam ueterum extitisse, non est quod dubitem. Et rursus ad unguem Segesticæ positum, confluentesq; ibi fluuiorum delineans eodem libro: Iapodes igitur uirorum florentes robore antea, & utroq; ex montis latere domicilia habentes, ab Augusto tandem Cæsare summo cum labore debellati sunt, cum latè latrocinijs inualescerent. Ipsorum autem oppida Metullum, Auruponum, Monœcium, Vendum. Post hos urbs Segestica in plano sita, iuxta quam Carenus præterlabitur, in Istrũ influens. Et iterum de Sao flu. locutus: Hic uerò in Noarũ penes Segesten. Hinc Noarus augetur, accepto Colapi, qui ex Albio monte fluens per Iapodes Danubium illabitur, ad Scordiscos. hæc ille. Qui tametsi errauerit, fluuios asserẽs ex Iapidibus in Istrũ defluere, cum omnes Saum ingrediantur: tamen confluentes Colapis Noari & Karani adhuc supersunt supra Segesticã, quæ Zyzya dicitur infra Sagrabiam Hungariæ, nominaq; uetera extant, licet pro Colapi Culpam, & pro Noari Dobbram Croatę uocent. Meminit porrò huius municipij Strabo lib. 7 Geographiæ: Penes Segesticam (inquit) castellum est Siscia, & Sirmium ea in uia situm, quæ in Italiam ducit. Alludit ad Sisciam & Velleius Paterculus, in eo quem de gestis Tiberij primi librũ scripsit, his uerbis: At imperator optimus eorum quæ agebat iudex, utilia speciosis præferens, quodq; semper eum facientem uidi, in omnibus bellis quæ probanda essent, nõ quæ utiq; probarentur sequens, B paucis diebus exercitum qui uenerat ad renouandas ex itinere eius uires moratus, cum eum maiorem, quàm ut temperare posset, neq; habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit, prosecutus longo & perquã laborioso itinere, cuius difficultas narrari uix potest: ut neq; uniuersos quisq; auderet aggredi, & partem digredientium, suorum quisq; metu finium, uniuersi tentare non possent, remisit eò unde uenerant. Et ipso asperrimæ hyemis initio regressus Sisciam, legatos, inter quos & ipsi fuimus, partitis præfecit hybernis. Huc pertinet, quod scribit Am. Marcellinus libro uigesimosexto, dum Quadorum, Marcomannorum, Sarmatarumq; incursionem in Valeriam describeret, Iuuencij quæstoris Sisciani obiter mentionem facit, dicens: Suspectus morborum causas inuestigandas acerrimè Vrsacio officiorum magistro Dalmatiæ, & Iuuencio Housciano quæstori tunc commiserat. Commemorat hoc nomen & Eginhartus, rerum à Carolo Magno gestarũ scriptor non ignobilis dum bellũ Ludouici primi Imperatoris aduersus Lyndeuicum Pannoniæ Sauiæ præsidem describit: Exercitus (inquit) de Italia propter Lyndeuicum ad bellum conficiendum in Pannoniam missus est, ad cuius aduentum Lyndeuicus Siscia ciuitate relicta, ad Sorabos, quæ natio magnam Dalmatiæ partem obtinere dicitur, fugiendo se contulit. hæc ille.

Segestica ins. *Colapis flu.* *Croaticæ gentis origo.*

Cæterùm tribus præcipuè ornamentis hunc locum illustratum reperi: hoc est, quòd colonia Romana extiterit, quòd Christianæ doctrinæ asylum fuerit, & quòd antiquissima isthic episcopij sedes posita, ante annos circiter octingentos esse desierit. Christum sanè hic adnunciauit Pannonijs S. Quirinus, ubi & captus, & postea apud Sabariam superioris Pannoniæ ciuitatem submersus fuerat, testante illo doctissimi poetæ Aurelij Prudentij carmine:

Siscia Christianæ doctrinæ asylum.

Insignem meriti uirum,

Quiri-

A

Quirinum, placitum Deo,
Urbis mœnia Sisciæ
Concessum sibi martyrem
Complexu patrio fouent.
Hic sub Galerio duce,
Qui tunc Illyricos sinus
Urgebat ditionibus,
Fertur Catholicam fidem
Illustrasse per exitum.

Præterea coloniæ Romanæ ius Sisciam habuisse, ostendit Plinius libro tertio, capite uigesimoquinto: Ad Septentriones (ait) Pannonia uergit, finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Aemona, Siscia. Fuisse & episcopalem inibi sedem, quæ multis postea seculis à Stephano siue Geisa Hungariæ rege locum proximum Sagrabiam, hoc est Sorogram Ptolemæi translata fuit, testantur Conciliorum antiquorum, pontificumq́ Romanorũ decreta, quibus subscripserũt Sisciani pasim episcopi: Castus sub Decio Cæsare, Cornelij papæ decretis: Aquileiensi Synodo contra Palladium Arrianum habitæ, Gratiano imperante, Constantius Siscianus præsul. Codex præfecturarum inclinantis Reipublicæ classis præfectum in Siscia, præpositum thesaurorum Sauiæ, procuratorem monetæ, & tribunum cohortis tertiæ Alpinorum depingit. Sed placet Romanæ antiquitatis inscriptiones referre, mihi opera & authoritate Reuerẽdi & optimi uiri D. PRIMI LACHNER Celeiani, FERDINANDI Cęsaris inclyti à sacris & eleemosynis, ex loco transcriptas & missas:

B

In ruinis Sisaci:

M. SEXTIO VETOMANO
AED. M. AEL. CET. AN. LXX
ET VINDAE MATRI ET
VINDAE TERTI F. CON. AN. L.
P. AEL. MARCIANO F. MEL.
CON. IIII PRAEF. AN. XX.
STIP. III ET AVVAE MAXIMI
F. COMVN. LXXX. M. S. SEXT.
QVAESTOR AEL. CEF. N. L. E.
POTITA C. RO. P. E. M. SS.
MVC. VET. X. L. H. G. N.
XLVII. SS.

In Zyzya, hoc est Segestica insula:

HVIC ARCHAE INEST SEVERILLA FAMVLA CHRISTI QVAE CVM VIRO SVO VIXIT NOVEM CONTINVIS ANNIS CVIVS POST OBITVM MARCELLIANVS HANC SEDEM VIDETVR COLLOCASSE MARITVS.

CAP. II. DE AQVIS, BASILLIS, MANsione in prætorio Pecentino, Leuconio, Cirtissa, Serbnio, Berbi, Comagenis castris, Gratiana, Burna, ac Visontio.



HORVM prima quatuor, ab Antonino in itinerario enumerantur: proxima duo à Ptolemæo in Pãnoniæ inferioris delineatione sub eleuatione poli 45 graduũ recẽsentur, in Sauiensi tractu. Septimũ in Codice pręfecturarum, & postrema à Procopio lib. 1 Gothicæ historiæ, in finibus Liburniæ & Sauiæ collocantur.

Quorum rudera ut inquiramus, etsi quòd Thurcis hi iam agri subsint, difficulter nec sine discrimine consequi quis potest, supputabimus tamen Antonini itinera. A
Primò namq; à Sciscia Saui Mursam progrediẽs, quam docuimus secunda huius Sectione, haud procul ab ostio fluuij in Essekio Draui superesse, Caczimeri clade loco insigni, Variana castra, & mox spacio ab illis 24 millium passuum aquas Basillas recenset. Manet uetus adhuc nomen ruinis, etsi truncatum, ad Draui ripam, in eo tractu quem Zigethum dicunt, Selle Hungari uocãt, quatuor à Quinqueecclesijs uersus Styriam milliarijs. Idem ab Aemona Sirmium proficiscens, intermedia municipia recenset, prætorium Latonicorũ, Nouiodunum, Quadratum, Housciam, Variana, Mennerinna, Incerum mansionem Augusti in prætorio Picentino, Leuconũ, Cirtissamq;, & mox Cibalim Sirmiũq; nominat. hodie ruinis nomina uetera utcunq; deprauata manserunt, Lakiũ, Neumarkt, Gurfeldum, Sysacũ, Varasdinum. Ab his pertransitis Menneianis, ad Inceri uocem adludit Cernicum supra Velicam regalem: ad prætorium Pecentinum, Pekaricium, &c. ut ex Chorographia nostra Hungariæ diligens lector aduertet: ad Leuconum uerò & Cortissam nullæ barbaræ appellationes locorum adludunt. Quærenda autem rudera forent in comitatibus Posegiensi & Valconensi, quos hodie Thurcarũ tyrannus premit.. Supersunt eodem tractu Sauiensi, in finibus Sclauoniæ, Hungariæ & Bosniæ, & ruinæ eorum quæ à Ptolemæo ponuntur: Berbis, in Berbowyna: & Serbini, in Swynar, ad ostium Saui & Borbacij fluuiorum sito. Sed hæ coniecturæ sunt. quemadmodum & illæ, quibus Comageni reliquias in Comagon, Gracianæ in Gradiscia, Saui & Burnæ in Berna Croaciæ quærimus. Vtcunq; res habeat, in Liburniæ Sauiæq; finibus hæc authoribus describũtur, quarum hanc hodie Croatæ à mari usq; ad Saui alueum incolunt: illam uerò Hungari tenent, Sclauis mixti. Porrò de Gratiana Procopius sic nominatim scribit: B
Gothiq; item qui Gepidas circa Sirmium oppugnarent, Gratiana urbe Illyriorum in finibus sita, proinde hostili sunt usi. Sanè & hodie Gradiscia, finibus Slauorum Bosnensiumq; posita cernitur, infra Sagrabiam duorum itinere dierum æstiualium, ubi est hodie traiectus Thurcarum utrinq; ad Saui ripam posito castro, quorum citerius Bosniam uersus Thurcæ colunt: ulterius contra Hungariam diu in fide perstitit, donec & ipsum in tyranni potestatem superioribus annis concessisset. quod hoc tamen anno inclytus Romanorum Hungariæ & Bohemiæ rex, opera Serinensis in Croacia comitis, & IACOBI ZACCOLII Styrij recepit. Sic de Burnorum oppido, siue Burna, mentionem facit, ubi de Liburnia & Sueuis ibi colentibus loquitur. Ad id accedebat, quod Asinarium Vlesigilaumq; præfectos cum maximis copijs in Dalmatiam miserat, ut in Gothorum hanc potestatem redigeret, & his imperaret: ut ex locis Sueuiæ prouinciæ circumiectis, barbarorum societatem ascito exercitu rectà se in Dalmatiam & Salonas conferrent. Cum his præterea classem longarum nauium misit, ut terra mariq; Salonas undique obsiderent. Ipse uerò cum uniuerso exercitu aduersus Belisarium, urbemq; Romam ire mox pergit: equitum peditumq; ad centum quinquaginta millia ductans, quorum pars maxima armis munita, uel equos ipsos armatos habebat. Asinarius itaque ubi Suauiam uenit, barbarorum contraxit exercitum. Vlesigilaus uerò solus in Liburniam Gothos ductabat. Qui ubi cum Romanis apud Sardonem (id loco nomen) acie conflixisset, uicti bello ad Burnum urbem se receperunt. In eaq; eorum præfectus, collegæ operiebatur aduentum. Et subdit: Asinarius igitur ingenti ex Barbaris contracto exercitu, Burnorum ad urbem peruenit. hæc ille. Ex quibus liquet, non solum Burnum ciuitatem in finibus Liburniæ Istriæq; & Sauiæ fuisse, uerùm etiam Sueuos tunc, quod

Municipiorũ in tractu Sauiẽsi uestigia.

Gratiana ciuitas.

Burna ciuitas.

Sueuia proxima Dalmatijs & Istriæ.

A quod fuit sub Iustiniano, isthic coluisse. cuius rei & Iordnādes meminisse uidetur, cum Chunimundi Sueuorum regis ex Dalmatia & Liburnia procinctum in Pannoniam superiorem aduersus Theodericum Gothorum regem describit, apertè unam Sueuiam Dalmatijs uicinam commemorat. Manent & hodie reliquiæ gentis auitæ in Gotsche nemore cōprehensa regiuncula, in medio marchæ Vuindorum Istriæ & Carniolæ: cuius incolę soli eius tractus, & Sueuicis in loquendo dialectis utuntur, utpote Germani: Sueuiceq́; armantur, nisi quòd aliquot peculiares hi uoces retinent à uetustate, Teutonicas tamen, & à periphrasi rerum passim inuentas. Lupum enim hi, quòd uidelicet in nemore ambulet, holtzgangel uocant: Vulpem à clandestino ac furtiuo incessu, ain schleicher: & sciurum, quòd eo homines ludant, ain schertzer. Sunt porrò testimonia ex eodem authore, Gothorum hos incolas esse posse posteritatē, ut nomenclatura etiā arguit. Scribit namq́; Procopius lib. 3. Nam ubi Gepides ex uniuersa Dalmatia eiectos Gothos uidere. Et iterū lib. 1: Post hunc sub Hesperiæ regno Dalmatę, deinceps Liburnia Istriaq́; & Venetorū sunt loca, & Rauennam usq́; pertingunt, maritimiq́; omnes habitāt in regione. Supra hos Sichij sunt & Sueui, haud tamen Francorum sub ditione. Alij præterea, qui mediterranea tenent, Carij deinde, Muriciq́;. His uerò ad dextram Dacæ Pannonijq́; incolunt. Quibus ad aliorum locorum possessionē Singidones Sirmijq́; accedunt, & usq́; ad Istrum fluuiū eorum propagatur imperium. His nationibus Gothi, qui iuxta Ionicum sinum erant, in huius belli principio imperitabant. Porrò Ionicus sinus est, qui hodie à sacra Dalmatiæ ad S. Vitū Flomoniensem Istriæ ducit, cui sinui nimirum iste est uicinus locus Gotsche, de quo loquimur, perpetuo saltu à sinu & ipsam ambiente regiunculam, & latius usq́; ad Iapodes Nauportiq́; flu. fontes currente, quem Burnpamerwald uocāt, haud dubium à Burno, de quo sermo est, Sueuorū in his finibus municipio. Ad quam uo- B cem & aliæ locorū alludere appellationes uidentur: Berna in finibus Croatiæ, & Brundel, gentilicia comitum à Frangepanibus sedes. Alludit præterea ad hanc uocem & Montbreys castrum eius uicinię, in Cranis, præstantissima ac longè antiquissima prosapia dominorum à Montbreys nobilitatum. Cuius stirpis uixere, Henricus & Otto, circa annū Domini 1300, quorum postremus uiginti armatos alere patriarchæ Aquileiensi cogebatur, quòd feuda quædā ab illa sede haberet: Vlricus uiuebat anno 1328, author siue locupletator monasterij Geyrau: postremus floruerat anno reparatæ salutis 1360, & Stetemberg in Styria atq́; Neydek in Carniola castra possederat. Hic uenit mihi in mentem eius historiæ, quæ est apud Arrianum in Alexandri Magni historia, cum refert is Germanos qui circa Ionicum incolebāt, legatos misisse ad Alexandrum, in Mœsia ad ripam Danubij castrametatum, interrogatos à rege, quem maximè in orbe timerent? subiecisse mox, Se hoc solum timere, ne cœlum rueret. quo & Macedonis potentiæ atq́; iactantię illudebant, & se esse Teutones, homines audaces, demonstrabāt: Sueuos nimirū illos, siue Gothos, qui Burnum ciuitatem in his finibus incolebāt, & quorum præfati sumus posteritatē esse Gotzseenses nostros. Possem hic & de Grona Dalmatię ciuitate Vitikyndi Saxonum historici locum subijcere, nisi intra Austriacos fines manere decreuissem. Videtur uerò hanc Cremonam Procopius appellare, cū ita scribit: Quibus de causis ex Salonis Grippa cum uniuersis copijs mouens, eo in campo castrametatus est, qui Salonas & Cremonē interiacet oppidum. Et cū Salonas Dalmatiæ ciuitatē fuisse constet, Cremonē ibi quoq́; extitisse rationi cōsonum est. Strabo libro septimo Karani flu. meminit, isthic in Calapim defluentis ad Segesticam, qui adhuc nomine ueteri fluuius superest, & Austrijs isthic in finibus marchiæ Vuindorum & Croaciæ subiectus manet. Ibi & Visontium

Gotsche regio Carniolæ.

Prosapia dominorū à Montbreys.

Germani ac Sueui ad Ionicū sinum.

Grona ciuitas.


tium Ptolemæi collocandum erit, quod in finibus is Sauiæ Pannoniæ & Liburniæ depingit, eleuatione poli maximè meridionali atributa 45 graduum. Hoc ego in Vihicio collocarẽ, quem Austrij adhuc in Croacia locum aduersus Thurcarum incursiones unà cum uicinis agris perpetuo præsidio tuentur. Porrò extant in finibus locorum quæ enumerauimus, monumenta Antiquitatis, quorum etiam rhapsodias Amantius & Appianus ductu dominorum Fuggerorum collectas, operi Antiquitatis illorum inseruere, sub titulo Liburniæ, quo olim nomine marcha Vuindorum & Croacia nominabantur: A

DIVO AVG. SACER.
L. QVINTVS S. C.
F. GALLIVS TESTAM
ENTO PONI IVSSIT.

D. M.
TVTVIA CRISPA
L. G. V. F. SIBI ET
OBILO LV. ST.
LIB. MARITO. Ñ. LX.

P. PITIVS P. F.
MARVLLVS
DECVRION. DECR.
PVBLICE ELATVS
SEPVLTVSQ. EST.

CAP III. DE FINIBUS, QUADRATA, *Romula, Bilbili, Adrante, & Anasso, ac Corcora fluuio.*



ORVM quinq; priora in Antonini itinerario commemorantur, cũ is iter ab Aquileia Sisciã subducit. enumerat enim ordine loca, Fontem Timaui, Anesicam, ad Malum, ad Titulos, Tarsaticum, ad Turres, Seniam, Auendonem, Arrupiam, Bilbilim, Romulam, & Quadratam. Quorum uestigia, (ut de Foroiulianis nihil hic dicam) utcunq; ad uetera nomina adludere uidentur: B Thurn, in agro Vipachico: Senascecz, Auelsperg extra nemora Pyrpam, Aursperg, &c. Ab hoc decem milliũ interuallo in Sitichio monasterio Bilbilis fuerit necesse est, Romulę tanto spacio disitæ in Ratschachio, & Quadratæ in Gurkfeldo. His enim locis inscriptiones Romanæ supersunt. A' Quadrata porrò 14 mille passus numerat ad Fines, & à Finibus totidem Sisciam. Fines aũt fuisse dictum locum propterea arbitror, quòd isthic essent limites Valerię, Sauiæ & Liburnię: quo hodie situ Samaguarum castrum positum cernitur. Atq; totum eum tractũ terræ irrigat Gurkius fluuius haud procul à Sittichio scaturiens, quem Corcorã Strabo dixit, & appositissimè his uerbis describit lib. 7. Geographiæ, cũ de Nauporto ageret: Pariter (inquit) à Tergesto pago Carnico transmisio est per promontoriũ ad paludẽ nomine Lugeũ. Nauporto proximus est fluuius Corcoras, qui onera excipit. hic sanè Saum intrat. Et reuera oritur etiamnum Gurkius non duobus integris à Nauporto, hoc est Labaco inferiori milliarijs. Et fluens per Rudolfwerdam, Landstrasiam, oppidula, in Saum exit, nõ procul à Gurkfeldo, ere gionè Rayn Ciliensis agri castelli. Sed ubi Adrantem quæremus? Si Antoninianam sequemur descriptionem, coincidet nimirum hoc in Dragemel castellum, ad ripam Saui positum, qua ex Labaco est Celeiam iter. nam & itinerariũ à Mediolano uiam subducens, Sirmium usq; per loca Foroiulij (ut reliqua Italiæ transeam) Concordiam, Aquileiam, Fluuiũ frigidum, Longaticũ mansionem, Hæmonã, Adrantẽ, Celeiã, Ragundonẽ & Pœtouionem enumerat. Ergo inter Hęmonã, hoc est Iggium Carniolæ & Ciliam fuerit necessum est. Equidem nec uox adeò, multum quanquam Barbara, abludere uidetur, si adiectam syllabam eml demas, Dran uocula emergit, cui credendum est tot seculorum tempore primam literam A decesisse. Et hactenus de Adrante. Sequitur Anassum, cuius in Sauiensi agro

Fines.

Corcoras flu. Iapodum.

Adrantis oppidum Sauiense.

Iordnan-

A Iordnandes in Gothica historia mentionem facit, ita scribens nominatim: Theodemyr autem frater senior cum suis transijt Saum amnem, Sarmatis militibusq; interminans bellum, si aliquis obstaret ei. Quod illi uerentes quiescunt, immò nec præualent ad tantam multitudinem. Videns Theodemyr undiq; sibi prosperè euenire, Naissum primam urbem inuadit Illyrici. Et iterum: Theodemyr uerò Rex animaduertens tam fœlicitatē suam, quàm etiam filij, nec hac tantum contentus, egrediens Nasitanam urbem, paucis ad custodiam relictis, ipse Thessalonicam petijt. hæc ille. Quæ ne intelligi possint de loco aliquo in ulterioribus Pannoniæ, sed potius Istriam uersus, & Forumiulium, testantur hæc Plinij uerba libro tertio capite decimooctauo, cum oram Adriaticam describit: Sequitur decima regio Italiæ Adriatico mari apposita, Venetia, cuius fluuius Silis, ex montibus Taurisanis: oppidum Altinum, flumen liquentia, ex montibus Opiterginis. & portus eodem nomine Colonia Concordia, flumen & portus Romatinum, Tillauentum, maius minusq; Anassum, quò Varranus defluit. Igitur in Istriæ uicinia Anassum fuerit necessum est. Et mihi eorum finium loca uetustiora consideranti, occurrit prope Rudolfuuerdam oppidulum, seu uilla potius cum castro, quod incolæ à ruderibus nimirum antiqui burgi Altenburgum uocant: cui proxima duo sunt castra ad uetus nomē utrunq; adludentia, ober vnd vnder Nassenfues. Quo loco prosapia nobilis quædam ditionem habuerat, Barones ab Altenburg dicti. quorum uixit Eberhardus anno 1300, qui feuda sua quædam uendidit Ludouico patriarchæ Aquileiensi, quæ postea Vlricus comes Ciliensis à Patriarchatu obtinuerat, anno 1360. Postremi fuere Fridericus & Nicolaus, qui Austrios, quorum erant uasalli, hæredes scripsere. Hic uenit mihi in mentem & dominorum à Billigracz, qui à Bilbilis ruinis uidelicet nomenclaturam usurpabant, & eodem omnino tractu ditionem tenebant: & dominorum à Gradnek, & uicinorum & propinquorum, hæreditatem adiuerant: quorum floruit Rudlinus anno Domini 1360, Hermannus & Vdalricus possedisse legūtur Liechtenwald, Gurkfeld, Rechschicz, & alia in Carniola loca. Postremi fuerunt, Rudolphus, qui uixit anno 1402, & Ioannes, 1470. Regulorum uerò à Gradnek, qui de eodem stemmate fuere, successio stirpis hæc legitur: Berchtoldus, uixit anno 1330: Henricus, anno 1336, castrum Neydek & Suanekh in Carniola possederat: Reynpertus cū filio Ioanne, eodem tempore: Postremi fuere, Rudolphus, & filius Henricus. Sed placet inscriptionum exempla in his locis repertarum subnectere.

Anaßum municipium Sauiense.

Anaßum duplex.

Familiæ dominorū de Altenburg in Iapcdibus.

B

Prosapia dominorū à Billigracz et Gradnek.

In Bilbilis ruinis, hoc est Siltichio:

C. FABIVS TERCIVS SIBI ET SVIS VETVRIAE P. L. FAVSTAE VXORI VETVRIAE SPVRIAE HABENTI VETVRIAE SPVRIAE PEREGRINAE P. ANNIO PHILADI.

In Quadratæ ruderibus, hoc est Gurfeldio, in ualuis ecclesiæ:

CONSTANTINO VALENTINO FRATRI ET LVNAE MATRI CONSTANCIVS MAXIMVS F. C.

Ibidem:

SEDATO AVG. SACR.
P. PACONIVS
EDEM
ET ARAM D. D.

CAP.

CAP. IIII. DE AVRVPIO, MONAECIO & Nouioduno.



ORVM primi & postremi Antoninus in itinerario suo mentionem facit: & illud quidem in uia ab Aquileia Sisciam, mox post Seniam & Auendonem collocans. Postea latius procedens, ea enumerat ordine quæ superiore capite sunt explicata, Bilbilim, Romulam, Quadratã, & Fines. ut cõstet, inter Bilbilim & Auendonem Aurupium fuisse situm, hoc est, inter Sithium Carniolæ monasteriũ, & Adelspergam, in finibus Istriæ & Carniolæ positum. Quo nimirũ & hodie positu Aurspergum oppidulum cum castro superest, quod non dubito Aurupeni ueteris ruinas continere. quemadmodum & Nouiodunum ego in Kraynburgo constituo, non solum quòd Neuuburgum illud antiquitùs nominatum fuerit, & uetustatis ibidem monumenta cernantur, uerumetiam quòd ad unguem Antoninianæ dimensioni situs quadret. Is enim iter ab Hemona Sirmium subducens, enumerat prætorium Latonicorum, Nouiodunum, Quadratam, Sisciam, &c. prætorium Latonicorum trigintasex millia passuum ab Aemona, quo hodie nimirum interuallo Lakium ab Iggio dissidet, & à prætorio Nouiodunum 22 millibus passuum separat. Ab eo paululum & Monæcij rudera uisuntur, locum incolę uocant, ueteri nomine deprauato, & burgi solita Germanis clausula adiecta, Mansburgum: quemadmodum & Nouioduni rudera supra Radmansdorfium, qua iter est per montem Kapel in Charinthiam, Neuuburgum hodie nominant. Meminit horum Strabo libro septimo Geographiæ, cum Iapodum regionem describeret: Porrò Iapodes (inquit) circa hos habitant locos, gens Illyricis Gallisq́ immixta, & penes hos est sublimitas. Iapodes igitur uirorum florentes robore antea, & utroq́ ex montis latere domicilia habentes, ab Augusto tandem Cæsare summo cum labore debellati sunt, cum latè latrocinijs inualescerent. Ipsorum aũt oppida Metullum, Auripenum, Monæcium. Huc pertinet quod scribit Appianus in Illyrici delineatione, de bello Augusti aduersus Iapodes & Pannones suscepto locutus: Liburnis (inquit) naues ademit, quoniam & hi pariter maria infestabant. Ex Iapodum gente, quæ intra alpes habitat, Montini & Edeatæ, ipsæ se aduenienti ultrò tradiderunt. Aurupini, qui plurimi & bellicosissimi ex Iapodum natione referuntur, ex uillis ad urbem secesserunt Appropinquante quoq́ illo, inter syluas latuerũt. Cæsar capta urbe neutiquam ignem inijci passus est, ratus eos se tandem tradituros: quo facto, urbem ut incolerent permisit. Porrò Ptolemæus Nouidunum in superioris Panno niæ descriptione cõmemorat, eleuationem illi poli maximè Septentrionalem, & Saui ripæ conuenientem tribuens, graduum quadragintaquinq́. Ad hæc celebriora fecerunt loca ista uetustatis, familiæ nobilium ab his appellationem sortitę, Dominorũ uidelicet ab Aurspurg, & dominorũ à Manspurg. Vt de Marchionibus Chraynburgensibus nihil dicam, quorum unicum Engelbertum nomine in literis & diplomatibus antiquioribus subscripsisse aduerti. Sed libet, de quibus diximus, stirpium stemmata subnectere. quarum Aurspergensium adhuc superest, qui Camerarij sunt hodie ducatus Carniolæ. Ex quibus claruere Engelbertus, anno 1220: Otto, 1290: Gerlacus cum filio Vuilhelmo, anno Domini 1317: Vuolfgerus & Herrandus, 1329: Petrus, Fridericus, Vilhelmus, Ortolphus & Herrandus, circa annum uixere 1400: Vilhelmus, Engelbertus, Vuolfgerus, & Herrandus, post ea tempora ad famam nominis uenere. Quorum Vilhelmus præsidem Carniolæ egit, anno 1484: Engelbertus ducta uxore Austriaca, in Austriam

Aurupium Iapodum municipium.

Nouiodunum oppidum Iapodum.

Prosapia dominorum ab Aursperg.

A

B

A striam concessit. Legitur & Georgius baro ab Aursperg, Carniolanus, sacellum S. Rudberti, quod Viennæ uetustissimum ædibus nostris uicinum uisitur, uetustate conlapsum restaurasse, anno 1433. Secuti sunt Georgius & Ioannes, & hos iterum, Ioannes, Georgius, & Traianus, qui nostra uixerunt ætate. Sequuntur domini à Manspurg, hoc est à Menœcij ruinis, qui castro in Styria acquisito, Barones quoq; à Vuildonia nuncupati fuerunt, Styriæ prouinciæ antiquissimi marescalci, quorum successio sic habet: Menhardus & Herrandus floruere anno Domini 1180: Herrandus & Hardnidus anno 1200: Vdalricus 1230: Lutoldus anno 1241, cuius filiam Albero à Chunring antiquissimæ & nobilissimæ in Austria prosapiæ uxorem accepit. Postremi Herrandus & Vdalricus extitere, qui sub ipsum Habspurgensium in Austriam ingressum, quòd se ciuili bello immiscentes cum alijs Principi opposuissent, nobilem stirpem terminauerunt. Hic admonendus est mihi Lector, & nobilem his finibus prosapiam fuisse equitum ab Aurspach, quorũ uixerit Ioannes anno 1392. Est & Auracz lacus prope Ratmãsdorf, & Laas, si fortè eò Aurupij uestigia transferenda forent. Sed libet secundum cõsuetudinem nostram, si quæ suprà indicatis ruinis Vetustatis exempla inscriptionum supersunt, referre.

Prosapia dominorũ à Mansburg.

In Manspurgo Carniolæ:	In Kraynburgo:	In Auspergo:
TERCIA	D. M. S.	D. M.
RVFFI F. AN. XXV	D. VRRIVS AVITVS	AVR. SENECIONIS
H. S. E.	ET PETRONIA	MIL. COH. V. PR. P.
MAXIMVS RVSTICI F.	MAXIMILLA VIVI	V. EX CECIL. QVI
CONIVGI ET LASCON-	FECERVNT SIBI ET	VIX. ANN. XXX
B CIAE TERCII F. SOCE-	FILIAE MAXIMAE Θ	M. VIPIVS TITIVS
RAE FACIVNDVM CV-	AN. XVII. INFELI-	COMANIPVL. ET
RAVIT.	CISSIMI PARENTES.	HER. CONTVBER.
		CAR. POS.

CAP V. DE PRAETORIO LATONICOrum, Longatico mansione, Auendone, Senia, & Frigido fluuio.



HAEC à solo Antonino, quod equidem sciam, municipia commemorantur, in finibus Iapodum, qui Sauiam colebant, & Istriæ proximi fuerant. Ab Aemona namq; Sirmium iter docens, prætoriam Latonicorum inter Hemonam & Nouiodunum describit. Et quia Hemonæ in Iggio Carniolæ, siue superiori Labaco uestigia extant, ab illo Craynburgum, hoc est Nouiodunum euntibus, in medio Lakh occurrit, Frisingensis episcopi oppidum cum arce, ab Henrico tertio Cæsare donatum sedi; quę mehercule uocula ex ueteri nomine Latonicorum per syncopen abbreuiata resultat. Proximum huic loco est Radmansdorf, ciuitas Carniolæ, uenerandæ uetustatis monumentis refertissima. Atq; ex utroq; loco nobiles nomenclaturam ad posteros miserunt, quorum Radmansdorfij in Styria adhuc supersunt. Idem & Longaticum mansionem, in itinere à Mediolano per Forumiulium & Sauiam, Sirmium usq; descripto, enumerat hoc modo: Bergomo, Brixia, Sermione Mansione, Verona, Vicentia, Batauis, Altino, Concordia, Aquileia, Fluuio frigido, Longatico mansione, Hemona, &c. Equidẽ ab Aquileia Iggium, hoc est Aemonam euntes, per Vipachum (quem ego fluuium frigidum Anto-

Prætorium Latonicorum Iapodum municipium.

Longaticum mãsio Istriæ.

nini esse existimo) Logitsiumq́ in ipso nemore sitũ, supra Labacũ superius pro- A
ficiscantur oportet. Igitur Longatici in Logirzio rudera quęrenda sunt: quemad
Auendone Istriæ municipium. modum & Auendonis in Adelspergo haud procul à Logitzio, in ipso in Istriam
ex Carniola exitu, & Seniæ in Senasecio eodem sito euntibus ad fluuium Frigi-
dum, hoc est Vipachum, occurrente, ritè & sine dubio collocamus. Siquidẽ An-
Senia Istriæ. toninus iter ab Aquileia per Iapodes & Liburniam, Sisciam ostendẽs, enumerat
loca intermedia fontem Timaui, Anesicam, ad Malũ, ad Titulos, Tarsaticũ (hæc
Foroiulij sunt loca) Turrem, Seniam, Auendonem, Aurupium, Bilbilim, Romu
lam, Quadratam, &c. Porrò ad fluuiũ frigidũ hodie uineta famigerata sunt, unde
magnum Austrijs uectigal penditur, & ubi genus illud uini nascitur, quod Vi-
pachicũ uocant, & ad fœcunditatem iuuandam facultatẽ habere autumant. Sed
subijciam rhapsodias inscriptionum,

In Radmansdorfio, quod à Lakio non procul abest:

M. O. AVITVS D. C. E. ET OCIATA AVITA IV-
STO FIKOBITO ANN. XVI PARENTES INFELICISS.
FEC. SIBI ET SVIS.

In templo ecclesiæ supra Radmansdorf uno miliario:

L. HEL. QVINCTO IVN.
MENS. XIII L. HEL. VERE
CVNDVS DEC. ET COR
DIA SECVNDINA PAR.

Prope Lak in fracto lapide:

RIO Q.
PAVLINIA FA.
VS CEL. SV
C SEPVLT.

B

CAP. VI. DE NAUPORTO, LUGEO, ac Magno uico.



HAEC nauigationis Argonautarum uestigia sunt. Siquidem Ia-
son ex ponto in Danubium per eius ostia nauem trahens, uenit
exinde prope Albam Græcam in Saum fluuium, contra cuius
cursum nauigans, peruenit postremò ad ostium Labaci flumi-
nis, ubi tanquam in portu nauem sistebant, explorantes loca ui-
Nauporti situs & origo. cina, & an is usq́ in Istriam & maris Adriæ oram eos ferre flu-
uius posset. Vnde & Nauportus siue Pamportus ab eo est postmodum euentu
nuncupatus. Ad cuius ripam Iapodes deinde, siue Romani, qui Iapodes duce Au
gusto debellauere, municipium cõdiderunt, & à præterfluente fluuio Nauportũ
nuncupauere. Quod posterius inclinãte Romanorum potentia, à colonis ac pro-
ximè habitantibus populis Latobicis, Labacum est nominatum. hodie episcopa-
lis ac præsidialis ducatus Carniolæ sedes. Et ubi ante patrum memoriam diuus
Fridericus tertius Imperator, patriarchatu Aquileiensi pessum eunte, sedem diœ
cesianam auspicatus est, cũ ante Abbatia duntaxat fuisset. De Lugeo res sic ha-
bet. Iason cum Argonautis, postquam nauem in Labaco ad stationem, ut dixi-
mus, accomodassent, egresi, & loca circum explorantes, cum ad fontem Labaci,
qui est supra Labacum superius, ascẽdissent, superato monte & nemore, Istriam,
siue ut tum uocabatur, Adriam, despectabant. cumq́ in radice aliorum fluuio-
Lugei initia & situs. rum fontes, ut Formionis uidelicet ac Frigidi considerassent, qui usque ad mare
ducerent, ut nauem ferre simul possent, quia nemus duntaxat cum scopulis mon-
tis in-

A tis interueniebat, arte ac labore improbo montem subtus excauabant, atque ita sub monte tanquam per specum profundum ac latè ducentem, nauem in Istriam prouinciam proximam, eo euentu à nauigatione Argonautarum ex Istro flumine denominatam, perduxere. licet humeris traduxisse per montem, Plinius existimet, quod humanis uiribus omnino impossibile uidetur, ijs qui loca conspexerunt. Extant adhuc hodie illius sub terra traductionis argumenta non contemnenda. Siquidem supra fontem Labaci, hoc est Nauporti fluminis, ubi nemus incipit quod in Istriam ducit, unius magni miliarij spacio specus est in scopulo amplissimus, qui ad medium miliare usque hominem ad lucernam ducit, & subinde à multis tentatus est, qui in Istriam usque sub terra prouenissent, si præ scaturigine riuorum qui isthic ex specu in Istriam defluunt, potuissent. Penetrare uerò hanc excauationem in eam usque prouinciam, de qua loquimur, anser docuit, in specu ubi incipiunt scaturigines depositus, qui natando haud procul ab Adelspergo castro, ubi sunt Auendonis Romani municipij rudera, in solum Istriæ egressus est. Idque subinde experiuntur incolæ eius loci, per animalia immissa. Porrò incolæ specum istum Lueg appellant, cui in scopulis desuper castrum eodem nomine imminet. Atque hunc ego omnino locũ Straboni Lugeum dici existimo: quod Romanos à Teutonico accolarum idiomate sumpsisse, haud ambigua res est. Est quoque lacus iuxta Strabonis descriptionem proximus, totus in fundo cauus, ex ista, ut puto, Iasonis excauatione, qui quotannis piscationem exhibet erumpentibus ex specu fontibus, & iterum uenationem ac messem eodem anno suppeditat fontibus per alia foramina intro reuertentibus, quæ incolæ Resheta nominant. Lacum uerò ipsum à pago in eo sito Zyrknyczersee uocant. in cuius fundo, editis paulo collibus pagi alij quatuor iacent, ab accolis Lipse, Iessera, Otoket,

Lugæi ueteris reliquiæ.

Lacus Zyrkhnitzer see.

B Martinspach appellati, per quos riui quidam decurrunt, & in planicie subtus terram sub arundinibus sorbentur. Qui ubi præclusis ostijs ingredi nequeunt, quod certo anni tempore contingit, tum latè per planiciem diffusi lacum præstant, nimirum Lugeũ quondam Romanis à specu superius dicto nuncupatum. ad cuius latera in monticulis duo castra cernas, quorum alterum quod à septentrione lacum despicit, Hasperg, & alterum in meridie contiguum Stegwerg appellatur. Quemadmodum lectori æquo ponens ob oculos ad uiuum expresit hunc lacum Generosissimus ac Illustris dominus SIGISMVNDVS ab Herberstayn Gutenhag & Neydperg, Liber Baro, literarum bonarum insignis Mecoenas. Sed uidetur ex re fore, si authorum super his rebus loca adferamus. quorum Plinius libro tertio capite decimooctauo: Colonia Tergeste 23 mill. pass. ab Aquileia. Vltra quam sex mille passus Formio annis, ab Rauenna 189 mill. passus, antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc uerò Istriæ, quam cognominatam tradunt à flumine Istro, in Adriam effluente è Danubio amne. eidemque Istro ex aduerso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente, plerique dixere falso, & Nepos Cornelius, etiam Padiaccola. nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo nauis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste: nec iam constat, quo flumine. Humeris traiectam alpes, diligentiores tradunt. Subijsse autem Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Aemonam Alpesque exorienti. Addit Strabo, libro quarto Geographiæ, de Nauporto scribens: Ocra uerò humillima prorsus alpium pars est, ubi Carnis adiungitur, quam ex Aquileia onera plaustris ad Pamportum (sic enim appellant) deuehunt, stadijs nõ ultra quadringenta iter est. Inde per fluuios ad Istrum usque uectantur, locaque huic uicina. Pam-

portus enim amnis ex Illyrijs nauigabilis defertur. Intrat autem Saum, ut facile in Segestanam oram & Pannoniam & Tauriscos delabatur. Et iterum libro septimo Geographiæ, cum de Segestica urbe disseruisset, cuius uestigia ab initio huius Sectionis lectori indicauimus: Subiacet enim alpibus (inquit) ad Iapodes usque protendentibus, nationemq; Gallicam simul & Illyricam. Ex his locis quamplures labuntur amnes, quibus tum aliunde, tum ex Italia multa conuehuntur onera. Nam post promontorium ex Italia conscendentibus, Nauportum stadia sunt CCCL. ad quam rhedæ perducuntur. Ea uerò est Tauriscorum colonia, quamuis nõnulli quingenta esse dicant. Promontorium illud quædam est alpium pars humillima, qua ex Rhœtia usq; Iapodes porriguntur. Hinc montana attollitur denuò ad Iapodes regio, quam Albiam uocant. Pariter è Tergesto pago Carnico transmisio est per promontorium ad paludem nomine Lugeum. Quæ mehercule descriptio, ad amusim hodierno situi quadrat. Nam à promontorijs Italiæ quæ sunt ad Tergestum, Prosekium, & Duinum, & hodie uia ducit ad Karstium montanam regionem, ac siccam, quam Albium germanica origine Straboni uocari existimo, auff der Alben. Est & hodie transmisio & traductio plaustrorum è Tergesto Nauportum per promontorium siue montium uertices, qui sunt supra Lugeum, hoc est Zyrknizersee: à quo haud procul specus est ille, quem incolæ in hodiernum diem, gentilitia & huic excauationi peculiari uoce Lueg appellant. Cæterùm meminere Nauporti cùm fluuij tum municipij, & alij antiquitatis authores, Velleius Paterculus, cum bellum Pannonicum à Tiberio Imperatore gestum explanat. Cuius immensæ (inquit) multitudinis pars acerrimis & peritissimis ducibus properare in Italiam decreuerat, iunctam sibi Nauporti ac Tergestis confinio, pars in Macedoniam effugerat, pars suis sedibus præsidium esse destinauerat. Cor. Tacitus libro primo historiæ Augustæ in Nauporto Pannonica æstiua constituere uidetur, Augusto & Tiberio imperantibus, quẽadmodum hyberna idem in Pœtouione libro decimonono collocauerat: Profecto iuueni (ait) modicum ocium, sed superbire miles, quòd filius legati orator publicæ causæ, satis ostenderet necessitatem, expressa quæ per modestiam non obtinuisset. Interea manipuli ante cœptam seditionem Nauportum missi ob itinera & pontes & alios usus. Postquam turbatum in castris accepere, uexilla conuellunt, direptisq; proximis uicis, ipsoq; Nauporto quod municipij instar erat, retinentes centuriones risu & contumelijs, postremò uerberibus insectantur, præcipuè in Aufidenum Ruffum præfectum castrorum. Et præcedit eodem textu, ut de Sauia Pannonia, ipsoq; eodem de quo tractamus loco, locutum hunc constet. Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit nullis nouis causis, nisi quòd mutatus princeps licentiam turbarum, & ex ciuili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Bleso, qui fine Augusti & initijs Tiberij auditis ob iustitium aut gaudium intermiserat solita munia. Et hactenus de Nauporto, quem hodie locum episcopio & prætura prouinciali insignem, Austriacisq; subiectum, Labacum inferius appellant, à Latobicis populis nimirum, quorum Ptolemæus eodem ipso tractu, hoc est in limite Pannoniæ superioris meridionali mentionem facit. Tenent autem prouinciam (ait) à parte septentrionis, Azali, qui magis occidentales sunt: & qui magis orientales sunt, Citni. à meridie uerò Latobici, sub Norico. Nihil equidem apertius dici potuit. nam & hodie Labaci situs, & ipsa adeò Carniola Noricum attingit. à Labaco enim Neuburgum quatuor milliaria numerantur, à quo per montem Kapell ad Villacum descenditur tria millia

riorum

Albia et Ocra montes ubi fuerint.

Labacum Carniolæ.

A riorum paruorum interuallo. ubi Noricum esse, dubium nullum est: ut proximo libro ostendetur. Ptolemæus autem, cum in duas tantum portiones Pannoniam secet, sub superiori Valeriam Sauiamq; comprehendisse uidetur, ut uel ex ruderibus positorum ab eo municipiorum colligi potest. Quare toto cœlo errant Itali, qui hanc ciuitatem Lubianam uocant, ac nescio à quo Iulio deducunt. Sed transeo ad monumentorum inscriptiones, quæ & in inferiori Labaco, hoc est Nauporti ruinis, & in superiori reperta sunt: à quo diximus specum Lueg, hoc est Lugeum Strabonis, haud ita procul abesse. Et quantum ex inscriptionibus apparet, magnus quidam uicus Romanis fuerat, ubi est hodie superius Labacum, quanquã & Magnianæ, cuius Ptolemæus meminit, prope Aemonam in superiori Pannonia sub Norico, situs huic loco conueniat.

In superiori Labaco episcopali,
In curia militum, siue dominorum Teutonicorum:

M. TITIO M. F. CL. TI-
BARBIO TITIANO DECV-
RIONI AEMONAE T. LEG.
II. ADIVTRIC. ITEM LEG.
X. FRETENS. HASTATO IN
COH. LEG. II. TRAIAN.
B EXCORNICVLAR. PR. PR.
LARCIA VERA FILIO PIIS-
SIMO L. D. D. D.

Ibidem:

L. AELIO AVRELIO AVG.
FIL. COMMODO COS.
D. D.

Ibidem:

ENNIO SECCONIS F.
VIVVS F. CETETIVM
RVSTICO F. Θ. N. L.
ET. FIL. VALENTIONI
Θ ANN. XXXV. EISECV
SECCOEMONS Y.
Θ. AN. LI. EMON. Y.

Cætera legi nequeunt.

Θ.

In domibus priuatis, eregione templi sancti Nicolai:

D. M. S.
VIQ VIBI F.

In superiori Labaco supra Aemonã prope Lugeum in pariete ecclesiæ duo lapides:

Q. ANNAIVS Q. L.
TORAVIVS
M. FVLGINAS M. L.
PHILOGENES
MAG. VICI DE
VIC. S. PORTIC. F.
CO. IR.

Ibidem:

P. PETRONIVS P. L.
AMPHIO
FABIVS C. L. COR. BO.
MAG. VICI AEDEM
AEQVOR. DE VI
S. P. COIR.
S.
Q. FVLGINAS
M. F. V. F.
CANNVTIA TI. F.
PAVLLA
FVLGIN. Q. F.
PROCIA. H.
S. E.

In agro inferioris Labaci, templo S. Bartol. uillæ Siska:

D. M.
M. OCTAVIVS
SATVLLVS

A

V. POSVIT SIBI
ET CONIVGI LASCIO
ANTIE Q. SVBLOAN. I. F.
Θ. AN. XXXX ET F.
FIBIONI Θ. AN. VII.

VIVS F. SIBI ET
CONIVGI DOMITIAE
FORTVNATAE.

cætera legi non possunt.

Alia domo:

D. M. S.
PANNEI SATVRNINI ET
PANNEI SECVNDI ET M.
SECVNDINAE.

CAP. VII. DE HEMONA COLONIA, & fluuio Bollia.



COLONIAM hanc extitisse, & Istriæ qua in Italiam iter est, uicinam, paßim inscriptiones ostendunt, quæ supra Labacum episcopale & in ipso cùm alibi tum præcipuè in Iggio supersunt. Cuius situm nemo melius quàm Plinius depingit libro tertio capite decimooctauo cum de Iasone & Argonautis loquitur: quoniam Argonauis flumine in mare Adriaticum descendit, nec procul Tergeste: neciam constat, quo flumine. Humeris traiectam Alpes, diligentiores tradunt. Subijsse autem Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Aemonam Alpesq; exorienti. Porrò Nauportum Labacum nostrum fluuium esse, proximo est capite confirmatum. Hic uerò quatuor milliarium interuallo à Labaco ciuitate oritur, haud procul ab eo oppidulo quod hodie superius Labacum dicunt. In cuius medio itineris, ut describit nimirum Plinius, inter Labacũ fluuium & alpes Lugei, locus uisitur innumeris Romanis inscriptionibus, alijsq; uetustatis exemplis celeberrimus, quẽ Iggiũ incolæ uocant. Cuius situs Hemonæ ueteri ex diametro quadrat. Meminit is quoq; Emonæ inter Norici municipia, enumerans illam capite uigesimoquarto eiusdem libri: Rhœtis iunguntur Norici (ait) oppida eorum Virunum, Celeia, Teurina, Aguntum, Viana, Aemona, Claudia, Flauium, Soluense. Sic & Ptolemæus libro secundo, capite decimoquinto, postquã superioris Pannoniæ municipia recensuisset, sub Norico in extremo Pãnoniæ Aemonã depingit, adiecta meridionali graduũ quadragintaquinq; eleuatione. Recitat hoc municipiũ & Antonini itinerariũ in descriptione itineris à Mediolano Sirmiũ. nam cum in forũ Iulium profectionẽ extendisset, ordine recẽset Altinũ, Concordiã, Aquileiam, Frigidum fluuiũ, Longaticum mansionem, Hemonam, Adrantem, Celeiam, &c. De Fluuio frigido, quòd Vipachicus sit, suprà dictum est abundè. Igitur & Antonini descriptio ex diametro Iggio conuenit. Inter Longaticum namq; & Adrantem hanc collocat, hoc est Logitsium & Drageml: de quibus suprà abundè locuti fuimus. Correspondet huic supputationi & alia, qua uiam is ab Hemona Sirmium expendit, enumerans intermedia municipia, prætorium Latonicorum, Nouiodunum, Quadratam, Sisciam, Variana castra, &c. Equidem prætorij Latonicorum ruinæ, quas diximus superesse in Lak Carniolæ, & hodie Iggio proximæ sunt, ubi Hemonam rectè & sine omni dubio collocamus. Sed placet situm huius exactè describentem audire Herodianum, qui libro octauo, cum Maximini Thracis impera-

Aemonæ situs.

B

A imperatoris historiam retexit, & eius ex Germania in Italiam aduersus Maximum & Balbinum à Senatu creatos imperatores expeditionem ordine refert: Sed ubi totam planiciem seruatis ordinibus transmiserunt, ad Italiæ urbem peruentum est, quæ Emona à cultoribus uocatur. Ea sita est in extrema planicie, ad alpium radices. Vbi speculatores atq; exploratores narrant, Maximino uacuam relictam urbem, aufugisse omnes incolas, &c. Cæterùm Ptolemæus Italiæ initium in Istria delineat, à qua proxima sub radice alpium, quæ in Istriam ducunt, hoc est per Lueg & Pirpamerwald, Iggium nostrum, hoc est Hæmoniæ uestigia posita cernuntur. Atq; ut hoc ipsum Caput claudamus, non ita procul & ab hoc municipio, & à Nauporti fonte fluuius quidam ex Albio monte, quem Cranorum hodie uocant, in Saum, in ipsis fermè Nauporti confluentibus, descendit, ab incolis passim Polan nuncupatus, quem Bolliam esse Iordnandis, non est quod dubitem. Is siquidem prælium describens inter Sueuos Dalmatiæ proximè habitantes, & Gothos ex Pannonia interiore, debellatis Scyris, ad euertendam Sueuorum nationem profectis: Tunc Gothis nihil mali sperãtibus, præsertim de utrisq; amicis uicinis confisis, bellum insurgit ex improuiso, coactiq; necessitate ad arma confugiunt: solitoq; certamine accepto, se, suamq; iniuriam ulciscuntur. In eo siquidem prælio Rex eorum Vualamyr, dum equo insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, perturbatus equus corruit, sessoremq; suum deiecit, qui mox inimicorum lanceis confossus, interemptus est. Gothi uerò tam regis sui mortem, quàm suam iniuriam à rebellionibus exigentes, ita sunt præliati, ut penè de gente Scyrorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hi cum dedecore remanerent, sic omnes extinxerunt. quorum exitum Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus ueriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarũ B qui cum Benga & Babai regibus suis auxiliarijs eorum deuenissent, ipsasq; Scyrorum reliquias quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes, cum Edica & Wulfone eorum primatibus, habuerunt simul tam Gepidas quàm ex gente Rugorum non parua solatia. Cæterisq; hinc inde collectis ingentem multitudinem aggregantes ad amnem Bolliam, in Pannonijs castrametati sunt. hæc ille.

Bollia fluuius Iapodum.

Porrò cõstat, ducatum Carniolæ, in quo Polan fluuius, intra Pannoniæ Sauiæ limites comprehendi. Sed tempus est, ut ex more Vetustatis exemplis Caput hoc nostrum claudamus. Extãt igitur in Iggio Carniolæ, hoc est Aemonæ ruinis, inscriptiones hæ omnes, quarum multæ in turri templi uisuntur.

D. M.
VENIX EM.
PEONIS F.
V. F. QVARTION
F. Θ. AN. XXX E
ROMANVS ER. P
F. V. PROCVRAVIT
SECVNDAM.
ISSONIS FILIA Θ L.
AN. LXV
FIRMVS
VOLTRECIS F.
VIVE COLVG.
QVI ECCONIS

In templi & turris pariete:

TERTIVS OTTO
HIS. F. VIVS CES.
SIBI ET ENNIANA
XVMI F. CONIVGI
ET LASAIVN. FILIAE
Θ. AN. XXV F. FILIA.

Alio sculpto:

VOLTREX EXPLAETORIS
F. POX. VENIX. M. A. E.
ILVNCONIS F. Θ
VXORI SVAE SI.

Θ AN.

Θ AN. XL.
SEVN.

Aliud:

VOLTREX LA-
SON ISE P. VIVS
SIBI ET QVART.
C. NS. NE.

Ibidem:

SECVNDVS
VOLTVREGIS
TAL. SI. F. V. E.
SIBI ET VOLTIAE
SEX. F. COI. K.
POSTERISQ.
SVIS.

In saxo picto & quadrato, sculpto, sed fracto:

VOLTREIBVS
C. TORIS FI
F. ENINNAE
ET SVAE VIV.
CO. VICTOR
ET S. TRITO
F. T.

In cella uinaria domus parochialis:

AMATV F. VOLTA
PRONIS FILIVS OPA
OSTI FILIV
A. A. A. V.
F. M.

D. M.
VOL. TA NI
OPPA ONIS E
Θ AN. LXX ET
ENNEAE RVF. F.
VXO. AN. LX.
FF. SVRO VOL.
AN. Θ.

In cœmiterio S. Vrsulæ:

VEITRONI
BVTTONI S. F.
ET TETTAE AD
NOMATI F. V.

Ibidem:

A

PLOTIO M. X. I. M.
F. Θ. ET QVARTAE
VOLTREGIS F. VIVE
SABINVS TE GEMNVS
TE FRONTO FILII
FECERVNT
ET VOLTRICI SI.
FRONTONI FI. Θ.
AM. L.

In dextro latere templi:

D. M.
SEXTIO O
RVSTICI
F. OPPE CONIVGI VIVE
ET FIL. PARENTIBVS
FECERVNT AE. C † P.
Q. AN. L. V. F.
QVARTA CONIVNX
Θ. AN. XL.

In introitu templi, & alio lapide:

ANTONIVS B
ODECO MONS. F.
ENNAE VOIAPVS F.
VOLARENI B.
FECERVNT.

In latere sinistro altaris:

BVIO BROCCI V. F.
SIBI ET MAXIMAE EP-
PONIS F. CONIVGI SVAE
Θ. AN. LX. ET SEVERO
ET O. BVCIORI. F. V.
QVINTIO SEVERI F. Θ
AN. XX. ET LASON I. D.
VOLTA. IONI

In conditorio ossium templi:

ENIGNVS P. L. W.
CONIS F. V. SIBI
ET ENNAE OPPALONIS
F. VXORI SVAE AN. LXX
ET REGAE FILIAE SVAE
AN. II.

VOLTREX

A VXORI BVTTO PARENTIBVS SVIS F.

VOLTREX ANNO XXX. LIVNCO ⊖ ENIONI F. A. XXI INTIONVS ⊖

CAP. VIII. DE BVCINO, AQVILEIA, Gradibus, & Tergeste.



AEC tametsi loca extra Sauiæ limites existant, tamē quia sub Austriorum ditione sunt, & Sauiensi, hoc est Carniolano prætorio subiecta, de his breuiter sub finem Sectionis dicendum existimaui. Et Aquileiæ rudera quidē ueteri adhuc nomine, haud procul à maris Adriatici littore conspiciuntur. ubi eregionè Natisonis flu. & Gradus insula uisitur, ubi patriarchæ Aquileienses multo tēpore sedem habuerūt. Extat & Tergestum ueteri magnificentia & appellatione. Cæterùm Bucinum uino generoso nobilitatum, ubi extiterit, in controuersia apud multos adhuc manet. Delineatur uerò à Plinio libro tertio capite decimooctauo: Anassum, quo Varanus defluit, Alsa, Natiso, cum Turro profluente, Aquileiam coloniam duodecim mille passus à mari sitam. Carnorum hæc regio, iunctaq; regioni Iapidum, amnis Timauus, castellum nobile uino, Bucinum. Tergestinus sinus, colonia Tergeste 23 mille passus ab Aquileia. Hic uerò Plinius ordine describit loca celebria ab Aquileia Tergestū usq; in littore Adriæ sita. Iam si nostri temporis situm municipiaq; spectes, occurrunt mons Falcon, ubi est ostium & portus Lisontij fluminis, Timauus fluuius cum suis fontibus, Duinū & Prosechiū: atq; in toto isto littore uineta sunt electissima, & ubi optimū Rifoliū uinū, præcipuè Prosechij, nascitur, quod dubio procul Bucinum illud Plinij fuit. *Bucini situs.*

B

Adseruatur isthic in specu uinum multis annis, quod senectutem extrahere creditur, id quod de Pictauo Græci fabulantur. Austriaci principes magnum quotannis ex his uinetis censum agunt. de quibus & illud Herodiani intelligendum est, ab initio libri octaui: Sed Aquileia prius quoq; (ut erat ingens urbis eius magnitudo) populo abundabat, & ueluti Italiæ quoddam emporium ad mare sita, quasiq; terminus Illyriæ, copiam rerum è continenti per terram fluuiosq; conuectam nauigantibus suggerebat: & ab ipso mari, res ad usum eorum qui continentem colunt necessarias, uidelicet superioribus terris propter hyemis asperitatem minus feracibus: maximè tamen uinum, cuius in ipsa regione maximus prouentus est, uicinis gentibus ne uitem quidem habentibus, affatim suppeditabat. Ex quo factum, uti supra ciuium ingentem numerum, etiam magna uis hospitum ac mercatorum eam urbem frequentaret. Enimuerò tunc etiam aucta multitudo, confluentibus illuc ex agris, quibuscunq; oppidulis uicisq; circà relictis, fidebant urbis magnitudini, ac uetustis mœnibus, dirutis quidem antea magna ex parte. Quippe in tanta Romanorum potentia neq; murorum neque armorum Italiæ ciuitates indigebant, pacem altissimam agitantes, atq; in participatum reipublicæ ascitæ. Sed tunc, urgente uidelicet necessitate, renouatis instauratisq; mœnibus, preterea turribus ac propugnaculis excitatis, totaq; urbe ad eum modum communita, clausisq; portis, noctem diemq; uniuersi pro muro stantes, hostem fortissimè propulsabant. Duces erant summa potestate consulares uiri, lecti à senatu, Crispinus & Menephilus. hæc ille. Ex quibus liquet, & uineta quæ in hodiernum usque diem à Tergesto Aquileiam uersus famigerata sunt, & Romano- *De uinis Rifolijs.*

Romanorum florentibus rebus extitisse: quando in maximæ hæc urbis & Romæ æmulæ magnitudinem magnificentiamq́ prouecta est. Cuius de primordijs ac humiliori exordio, ut cæterarum, loquens T. Liuius libro tertio Decadis quintæ ab initio sic scriptum reliquit: Alter consul C. Cassius, nec in Gallia, quam sortitus erat, memorabile quidquam gessit, & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam uano incœpto est conatus. Ingressum hoc iter cōsulem, Senatus ex Aquileiensium legatis cognouit, qui quærentes coloniam suam nouam & infirmam, necdum satis munitam, inter infestas nationes Histrorum & Illyriorum esse, cum peterent, ut senatus curæ haberet, quomodo ea colonia muniretur: interrogati, uellent'ne eam C. Cassio consuli mandari: responderunt, Cassium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam esse. Ea res primò incredibilis uisa, & pro se quisq; credere, Carnis forsitan aut Istris bellum illatūm esse. Et hæc de initijs, atque etiā incrementis Aquileiæ coloniæ, cuius hodie rudera Austriacis principibus parent, magnificentia ueteri deperdita, ciuibusq́ partim Venetias, partim Vdinam trāslatis, quam Augustus Cæsar primus extulisse uidetur, testante inscriptione ista: A

CAESAR AVGVSTVS AQVILEIENSIVM RESTITVTOR ET CONDITOR VIAM QVOQVE GEMINAM A PORTA VSQ. AD PONTEM PER TIRONES IVVENTVTIS NOVAE ITALAE SVAE DELECTVS POSTERIORIS LONGI TEMPORIS LABE CORRVPTAM MVNIVIT ATQ. RESTITVIT.

B

Memorabilia facta apud Aquileiam.

Ad hanc præterea Maximinus Thrax, ex imperatore factus publicus hostis, ut erat tyrannus, iussu senatus cum filio occisus est. In qua rursus Claudio secundo Imperatore, superatis apud Sirmiam Gothis, mortuo, Quintilius frater à senatu Augustus declaratus, decimoseptimo imperij die, dum se imparem Valentiniano cognoscit, & fidei militum parum crederet, uenas sibi soluit: post quem deducto Aureliano Tacitus cum miles ad senatum, senatus ad militem, prærogatiuam eligendi principis deferret, à patribus militari consensu uictis tanta lætitia declaratus est, ut post faustissimas acclamationes Aquileiensibus in hanc formam scripserit: Senatus amplissimus Aquileiensibus Salutem dicit. Vt estis liberi, & semper fuistis, lætari uos credimus, creandi principis ius ad senatum redijt. Præterea Constantius Cæsar apud Gallos à Constantino secundo natu maiore lacessitus bello, cum inconsultè aduersus fratrem apud Aquileiam dimicasset, interfectus est, proiectusq́ in Alsam fluuium: non multisq́ interiectis annis apud eandem Theodosius Cæsar Maximium tyrannum obtruncauit, postquam ille iuramenti fidem fallens, ab exercitu in Britannia imperator creatus, Gratianum Occidētis imperatorem militibus infestum interfecisset. Atq; hæc quidem, ut gentilem Aquileiam illustrarunt, maiora accesserunt à Christo ornamenta. Siquidem S. Marcus eò à beato Petro apostolo initiante Ecclesia missus est, qui & Christo eam uendicauit, & ex traditione Petri Euangelium isthic suum scripsit, quod adhuc hodie in ecclesia Christiana legitur. Huius uestigijs insistens, ut magistri discipulus, beatus Hermagoras, episcopij sedem primus posuit, quæ posterius non solum metropolitanum ius, sed & Patriarchatus insuper apicem conscendit, locumq́ in dignitate Ecclesiastica à Roma secundum obtinuit. In qua

ordine

A ordine administrarunt, ut mox dicemus, & sancti, & qui aliquo loco in Europa fuerunt, Patriarchæ numero nonaginta duo. Sed hæc mundi decora sunt. Maior laus coronarum existimanda est, quas hoc ipso loco sanctissimi martyres pro Christi saluatoris confessione ac gloria exultantes, tanquam de potentissimo hoste, trophæum insignem tulerunt: B. Cancius sub Diocletiano, iudicibus Dulcio præside & Sisinnio legato passus. quem secuti, Cancianus & Cancianilla liberi, cũ Protho pædagogo, ad aquas Gradatas Aquileiæ, decimooctauo Calendas Iulij palmam meruere. Quo tempore & beatus Chrysogonus è Roma Aquileiam profectus, eodem quo superiores loco Christi martyr effici meruit. Supersunt adhuc tumuli in uilla Canciana, agri proximi, duo marmora, in quorum altero scriptum est, HIC IACET CORPVS SANCTISSIMI PROTHI. Et in alio, HIC IACET CORPVS SANCTISSIMI CHRYSOGONI. Passi sunt pro Saluatoris nomine & alij martyres: Agape, Chrysonia, & Irene, cum Anastasia matre, &c. Cyria & Musca, decimoquinto Calendas Iunij. Et Fœlix ac Fortunatus, sub Eupheno præside. Atq; hæc causa fuit, quamobrem decrescente paulatim urbis maiestate, ab Athila postremo Hunnorum rege ita euersa fuerit, ut dissipatis incolis, ac ditioribus ante captam urbem Venetias proficiscentibus, in rudera concesserit. quam licet ex ueprib9 familiæ quædam renouare conatæ fuerint, tamen non multo pòst, à Gothis primò, & deinde à Longobardis Iustiniano imperante ita solo æquata est, ut præsules loci desertam fugientes, in proximam insulam Gradus, cum sede episcopij transmigrarint: atque inde rursus in Cormonem, ac ab eo in ciuitatem Austriæ, & ex ea iterum in Vtinam, &c. Ac quamquam Cæsare Chunrado secundo imperante, Popio patriarcha Germanus, auspicio Germanorum nobilem ac ueterem urbem ceu à fundamentis ædificare cœ

Martyres Aquileienses.

Destructio Aquileiæ.

Gradus insl.

Renouatio Aquileiæ.

B pisset, basilica magna posita cum quinquaginta Canonicorũ collegio (cuius consecrationi tam pontifex Romanus Ioannes XIX, quàm Cæsar ipse Chunradus interfuere) cœnobio porrò Vestalium uirginum adiecto, & in foro triginta officinis conspicuis, ac ad portum pyri uiginti suscitatis: tamen factum est, cùm loci insalubritate ob stagnantes ibi aquas, tum præcipuè bellorũ fortuna, cum Veneti rerum cœpissent potiri, uti non solum locus uetustate & tot martyrum sanguine illustris in ruinas concesserit, uerumetiam Patriarchæ dignitas, qui aliò sedem mutauerat, ita diminuta sit, ut iam titulo magis quàm diœcesi Patriarcha supersit, & apud Venetos precario uiuat. Sed placet catalogum Patriarcharum recensere. Qui igitur in ipsa Aquileiensi urbe sedem habuere, post beatum Hermagoram, à Fortunato octauo ordinè occipiendo, hi sunt: Valerianus, Benedictus: sanctus Quirinus ex archiepiscopo Laureacensi & patriarcha, & mox martyr apud Sabariam Pannoniæ superioris: Fortunatus Apher, qui legitur Sardicensi concilio interfuisse: Chromatius, (cuius ad diuum Hieronymũ epistolæ extant) Augustinus, Adelphus, Maximus: Ianuarius, adueniẽte Athila sedit: Secundinus, Nyceta ab Hunnis passus, Marcellinus, Stephanus, Macedonius: & Paulinus, qui Iustiniano imperante, Albuini regis & Longobardorum depopulationem fugiens, acceptis ecclesiæ thesauris, sedem in Gradus insulam ostio Natisonis obtensam traduxit. Vbi postea metropolitanam diœcesim Pelagius pontifex & Heraclius imperator confirmarunt: subditis suffraganeis ex antiquo, Concordiensi, Altinensi, Patauino, Vicentino, Veronẽsi, Tridentino, Sabiniensi, Feltrensi, Taruisiensi, Maraniensi, Bellunensi, Aciliensi, Iuliensi, Iustinopolitano, Polensi & Parentino. Habetq; series archiepiscoporũ Gradensium, & qui uices Patriarchatus gerebant, ita: Probinus, Helyas, Seuerus, (contra cuius Manichæam hæresim episcopi diœcesiani apud Marinianum conuenerunt, ut est apud Diaconum,

Catalogus Patriarcharum Aquileiensiũ.

Secunda sedes Patriarcharũ.

Lege Paulum Diaconum libro tertio cap. uigesimoquinto.

conum libro tertio, capite secundo) Serenus Tiberio imperante, Benedictus: A Candidianus, cui beatus Georgius prærogatiuam metropolitanam confirmauit: & Ioannes, qui à Gisulpho duce Foroiulij in antiquã sedem Aquileiensem collocatus fuit, causa extitit, ut iterum Patriarchatus Aquileiensis caput erigeret: & relicta sede aliena, metropolitanoq; iure Gradensi dimisso, ipsi ut ueri Patriarchæ Forijulij, apud Coromonem, tanquam tertia sede, ius dicerent, ordine subinuicem succedentes, Martianus, Fœlix, Ioannes, Petrus, Gregorius (quorum Diaconus meminit libro sexto, capite quarto) Serenus & Calistus: qui contempto loco, & Iuliensi episcopo Amatore expulso, locum commorandi ciuitatem Austriæ traduxit. Vbi rem Ecclesiasticam per Forumiulium & Histriam obierunt, ut sequitur: Reginaldus, ex stirpe regum Longobardorum: Paulinus, qui à Carolo Magno multa priuilegia impetrauit, atq; ut Sextum & ad ripam Salti monasterium is poneret, hortator extitit: Fortunatus, à Ludouico primo ob defensum Lindouicum, ut est apud Eginhartum, in odium uocatus: Vrbanus: Maxentius, in Synodo Mantuano Venerium sibi Gradensem metropolitanum subiecit: Venantius: Hendelmarus, sub Ludouico secundo: Lupus, Valbertus, Engelbertus sub Ioanne octauo: Fridericus sub Berengario duce Foroiulij, quo tempore Hungari Forumiulium deuastabant: Leo, Vrsus, Lupus, Hendelfridus sub Ottone primo: Georgius eodem tempore, auxilio Bernhardi ducis Charinthiæ, & Gotofredi Meraniæ principis, de Hungaris prope Labacum splendidam uictoriam retulit: Syrus sub Othone secundo, de stirpe comitum à Pleien, & Peilstayn, author cœnobij Bewrn prope Salisburgum, qui ditionem suam usq; ad Danubium extenderat: Rodoaldus, cui Leo octauus Othone secundo imperante, maximas prærogatiuas indulsit, & Aquileiensem sedem, secundam à Roma uocauit: Ioannes, & Poppo Germanus, qui renouata ueteri sede, & cathedrali B amplissima posita in ruinis æde, cum Canonicorum quinquaginta collegio, Aquileiam redijt, post multa secula, Chunrado secundo, cuius erat Cancellarius, imperante. Hic & Goricienses comites primus, Aquileiensis patriarchatus, ut uocant, aduocatos constituit, & metropolitanum ius supra uiginti episcopos à Ioanne XIX impetrauit. Secuti sunt eum Aquileiæ passim habitantes, Eberhardus, Gothopoldus, (is ducatum Foroiulij primus, & Istriæ Marcham ab Henrico quarto obtinuit) Rauengerus, cuius eodem tempore Lambertus Schafnaburgensis meminit: Sigihardus Germanus, à quo S. Petronellam, hoc est Carnunti ruinas in Austria ad Danubium, Altmannus Patauiensis episcopus emit: Vdalricus, is Gradum sedi suæ omnino cõiunxit, episcopo deleto ex Hẽrici quarti authoritate: Chunradus Peregrinus, qui Honorium papam splendidè exceperat, & transmarinam expeditionem iuuit: Gotofredus, ex ducibus Meranensibus: Vdalricus, Friderici primi Cæsaris cognatus, captus à Venetis in Gradu insula, & iterum ad conditiones dimissus: Peregrinus secundus, fœdus percussit cum Henrico Dandulo Venetorum duce: Volkerus, fœdus reuocauit cum Petro Zianæo Venetorum principe, & sub Friderico secundo Cæsare Marchiam Istriæ Ludouico Bauariæ duci contulit. Et hic est catalogus Patriarcharum, qui secundariò Aquileiæ in renouatis ruinis rem administrarunt Ecclesiasticam.

Sequuntur deinceps, qui apud Vdinam gubernarunt, quam Berchtoldus Meraniæ dux, Andreæ Hungariæ regis consanguineus, creatus Patriarcha ex archiepiscopo Coloniensi, Friderico secundo imperante, Vdinam primus extulit, noua basilica diuo Odorico constituta, nouisq; mœnibus excitatis, in quibus duodecim portæ essent, & sex in suburbijs: in quinq; item regiones urbem distinxit, adiecto consilio uigintiquatuor uirorum, nobili loco natorum. Qua in sede

Tertia sedes Patriarcharum.

Quarta sedes Patriarcharũ.

Quinta sedes Patriarcharũ.

Sexta sedes Patriarcharũ apud Vdinã Foroiulij.

A sede qui secuti sunt præsules, statum patriarchatus administrarunt ordine, ut sequitur: Gregorius Montelongus: Philippus Carinthiæ dux: Raymundus Turrianus ex Comensi episcopo tertius Vtinæ conditor: Chunradus, dux Poloniæ: Petrus Gerus, Capuanus archiepiscopus: Octobonus episcopus Patauinus, quo tempore bellis æstuante Foroiulio, quæ quòd agris inter se Veneti, duces Carinthiæ, ac comites Goriciæ miscebant, etiam Vdina obsessa fuit: Castonius Turrianus, ex Mediolanensi archiepiscopo, Ludouico Bauaro Cæsare imperante: Paganus Turrianus, qui sancto Odorico & templum & canonizationem dedit: Berchtrandus Caturiensis, ex præfecto rotæ sub Ioanne XXII: Ludouicus dux à Dekh Germanus, cuius ignauia, conspirationeq́ue uicinorum regulorum, de Camuno, de Duino, de Colalto, de Carraria, &c. omnia penè patriarchatus bona, unà cum Vdina metropoli, in potestatem Venetorum concesserunt. Et ab eo tempore qui numerantur patriarchæ, omnes Venetijs sedem, in angustias redacti habuerunt: Nicolaus uixit MCCCLVI, qui Austrijs parochias donauit, Labacensem, Celeianam, sancti Petri Craynburgi, Manspurgi, & Vvyndischgraczij. Marquardus floruit anno MCCCLXVI: Antonius, Constantiensi concilio interfuit: Alexander, is ducatum Foroiulij à Venetijs requisiuit: Vitellius: Ludouicus Patauinus miles, & qui diu est Rhodum tutatus, ab Eugenio papa Cardinalis S. Laurentij creatus: Marcus Barbus, sub quo Turcæ ter Foroiulium deuastarunt: Hermolaus Barbarus, inuidentibus Venetis, etsi à Nicolao esset Pōtifice maximo ad hoc electus, cessit in interregno, administrante diœcesim Iacobo Valeressio Iustinopolitano, Canonicorum œconomo: Dominicus Grymanus, patricius Venetus, episcopus antea Portuensis, & Cardinalis S. Marci: Marinus Grymanus superioris fratruelis, à Leone decimo patriarcha Aquileiensis constituitur. Et hæc quidem de patriarchis Aquileiæ ueteris, unde tamen nobilium prosapijs partim Venetias, partim in ciuitatem Austriæ Vdinam transmigrantibus, ob loci insalubritatem & stagnantes fluuios riuosq́ue Natisonem Alsam & Amphoram marisq́ue Adriatici uicinitatem, iam uix ruinæ cernuntur, in quibus inscriptiones, ut sequuntur, extant. Etsi autē isthic iam rerum Austrij potiantur, sedem tamen siue prætorium in Gradisca loco proximo ad ripam eiusdem flu. Natisonis habent, à Venetis quondam aduersus Thurcarum incursiones, tanquam munimentum ualidum, constructo. Quo loco, dum hæc scribimus, NICOLAVS TVRRIANVS præsidem: & longè humanissimus, idemq́ue doctissimus uir, IOANNES IORDANVS Cromonensis, inuictissimi Regis FERDINANDI à consilijs & à Latinis secretis primus, scrinia gerit: hoc est, ut uocant, Cancellarius existit. Porrò in his finibus fontes Timaui sunt, ubi olim celebre Diomedis erat phanū, in cuius ruinis Henrico quarto imperante cœnobium Vdalricus patriarcha condidit. De hoc phano, Timauiq́ue fontibus, scribit Strabo lib. 5 Geographiæ, cum de Aquileia tractat: In ipso sinu est, inquit, Diomedis templum, opus sanè memorabile: & Timauus portus, & lucus miro decore: septemq́ue adsunt fluuiatiles aquæ fontes, mare mox irrumpentes, lato & profundo sanè fluuio, ex quibus reliquos, uno duntaxat excepto, salsas habere aquas, Polybius author est, locumq́ue ipsum Maris fontem & matrem ab indigenis uocari. Timauus, ut ait Posidonius, è montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram absorptus, stadijs circiter centum & triginta erumpit in mare. Et iterum: In Venetis sanè Diomedis insignes existunt honores. nam candidus illi immolatur equus. Duo præterea luci monstrantur, alter Iunoni Argiuæ, alter Dianæ Ætoliæ dicatus. Insuper fabulantur, in hisce locis feras ita mansuescere, ut cerui lupis congregentur, aduentantiumq́ue hominum manus demulcentes pati. Quòd si quos canes insectentur, ubi huc con-

Septima sedes patriarcharū Venetijs.

Templū Diomedis prope Aquileiam.

B

huc confugerint, ab insectatione cessare. Fama uerò est, celebrem admodum fuisse quempiam, qui in faciendis uadimonijs studio non mediocri teneretur: qua ex re & hominum iocis carperetur. Is igitur in uenatores fertur incidisse, qui irretitum haberent lupum. Et illis per iocum rogitantibus, uellet'ne pro lupo uadem se constituere, ut illata ab eo damna persolueret, sic è retibus beluam dimissuros: fideiubere se confessus est. Emissum deinde lupum, magnum equarum armentũ agitantem, nullo notatum cauterio, ad fideiussoris stabulum adduxisse. Eum recepta gratia, equabus lupi notam inussisse. & inde lupiferas nominasse, uelocitate magis quàm pulchritudine præstantes. Cuius successores & signum & nomen equarum generi seruasse: utq; solis eis stirps ipsa legitimè perduraret, feminam nullam alienare consuesse. Equinam hinc præcipuæ celebritatis progeniem extitisse. hæc ille. Equidem adhuc hodie Venetijs nobilis & uetustissima prosapia extat, gentilium dominorum de Caballis. Cæterùm in tractu quem hocce Capite delineamus, duæ celeberrimæ quondam ac potentissimę prosapiæ rerum potiebantur, dominorum uidelicet à Camuno, & dominorum à Duyno, quod nos Teutonicè Tibenium dicimus, Bucini uestigijs proximum. Hi clari historijs fuere circa annos Domini MCCCLXX. & qui aduersus Venetos patriarchasq; ausi sunt bello certare, Hugo à Duyno, & Riccardus à Camyno: qui morientes Austriacos principes hæredes scripserunt, quorum antea fidem cum studio obseruauerant. Sed placet subijcere inscriptiones, A

Aquileiæ:

M. MAGIVS M. L. AMARANTIVS IIIIIIVIR ET MAGIA. M. F. VERA MAGIA M. L. ILIAS AEDEM SIGNAVIT III PORTICVM MACERIIS II. CVLINAM ET LOCVM IN QVO EADEM SVNT, VOTVM SOLVERVNT LOCO PRIVATO.

Aliud:

IN HONOREM L. VALERII NIMPHRODOTI ET C. STATI PRIMIGEN. ET IN MEMORIAM C. STATI EVRETI EVPOKI LIBERT.

Ibidem:

AVRELIAE ANIMAE DVLC. QVAE VIXIT IN PACE ANN. IIII. MENS. VI. DIEBVS XXIIII. AVRELIVS ET PRIMA PARENTES FILIAE DVLCISS. FECETVNT.

Ibidem:

ARIVS A. L. TERTIVS AVGVSTALIS TESTAMENTO STERNI IVSSIT IN QVOD OPVS EROGATA SVNT HS XXX.

Ibidem:

M. STATIVS SVRIO AELIAE SVRIAE CONIVGI CHARISSIMAE ET AEMILIVS FLACCVS MATRI PIEN-

Tergesti:

IMP. CAESAR COS. DESIG. TERT. IIIVIR R. P. C. ITERVM MVRVM TVRRESQ. FECIT. B

Ibidem:

P. SCANTIVS PHILETVS FECIT SIBI ET SCANCIAE HICE LIB. REQVIETORIVM AMICIS BENEFACERE SEMPER STVDIOSVS F. V. I.

In ecclesia sanctorum martyrum:

D. M.
L. ARRI MAXIMIANI L. ARRIVS MAXIMIANVS FILIO PIENTISSIMO V. F.

In turri ecclesiæ S. Iusti:

L. VARIO PAPIRIO PAPIRIANO IIVIR. I. D. IIVIR. I. D. Q. Q. PRAEF. FABR. ROMAE ET TERGESTE FLAM. HADR. PONT. AVGVR COLLEGIVM FABRVM PATRONO MERENTI.

In ea-

A PIENTISSIMAE POSVERVNT.

Ibidem:

DOMVM AETERNAM IVLIA AGRA POSVIT OBSEQVENTI MARITO SEX. L. ANTONIANO ET IVLIAE FELICIS FRATRIBVS PIENTISS.

Ibidem:

D. M. S.

TI. CLAVDIVS APOLLONIVS V. F. SIBI ET CLAVDIAE APRAE PATRONAE ET CLAVDIAE FVSCAE LIBER CONIVGI CASTISSIMAE.

Ibidem:

SAVFEIVS SABDA. ADIECIT IN FR. P. VIIII. IN AGR. P. XXXII SIBI ET SVIS IN HONOREM L. VALERII NIMPHRODOTI C. STATI PRIMIGENI. ET IN MEMORIAM C. STACII HEVRETI EVPOR. LIB.

Ibidem:

SILVANO AVG. SACR. IN ME-
B MORIAM C. CRV. FIANTI L. IIIIVIR THALLVS LIB.

D. D.

Ibidem:

M. APPONIVS FAVSTVS PATRONVS PETICIA PRIMA, M. APONIVS M. OPTATVS FIERI IVSSER. ET LIB. LIBERTABVSQ. SVIS.

Apud statuam quandam:

D. Q. MEMORIAM AETERNAM IVLIA AGRIPPAE POSVIT OBSEQVENTI MARITO.

Ante ostium ecclesiæ monialium:

IMP. CAES. INVICTVS AVG. AQVILEGIENSIVM RESTITVTOR ET CONDITOR VIAM QVOQ. GEMINAM A' PORTA VSQ. AD PONTEM PER TYRONES IVVENTVT. NOVAE ITALICAE SVAE DILECTVS LONGI TEMPORIS LABE CORRVPTAM MVNIVIT AC RESTITVIT.

In eadem turri:

VIBIA Ɔ TERTVLLA SIBI ET LAFARIO NIGRO ET C. LAFARIO CELERI F. ET M. AFRANIO GRATO CONTVBERNAL. LIB. LIB. Q. SVIS ET FIBIA FOORCADI ET SASTRIO SATVRNO CONIVG. EIVS ET SASTRIO VALERIANO FIL. EOR.

H. M. H. N. S.

In uico Riburgi prope Tergestum:

Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEG. XII. FLAM. ET LEG. I. ADIV. VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVG. GERM. PROVINC. HISPANIAE CITER. ASTVRIAE ET CALECIARVM FLAMEN DIVI CLAVD. DEDIT IDEMQ. DEDICAVIT.

Ibidem:

CONSTANCIVS MVNERARIVS GLADIATORIB. SVIS PROPTER FAVOREM MVNERIS MVNVS SEPVLCHRVM DEDIT DECORATO RHAETIARIO QVI PERMIT CAERVLEVM ET PEREMPTVS DICIDIT AMBOS EXTINXIT RVDIS VTROSQ. PROTEGIT ROGVS DECORATVS SECVTOR PVGNAR. VIIII. VALERIAE VXORI DOLORE PRIVVM RELIQVIT.

In domo illius uici:

Q. PVBLICIO TERGEST. L. FELICI SEPTVMIA SP. F. SEXTA Q. PVBLICIVS FELICIS L. INGENVVS V. F.


Ad mare inter turres haud procul Aquileia:

ANICIA P. L. GLVCERIA FVI DIXI DE VITA MEA SATIS FVI PROBATA QVAE VIRO PLACVI BONO QVI ME AB IMO ORDINE AD SVMMVM PERDVXIT HONOREM.

SECTIO SEXTA LIBRI VLTIMI COMMENTARIORVM REIPVB. ROM. DE MVNICIPIIS ET COLONIJS Norici mediterranei, quo hodie interuallo ducatus Carinthiæ, comitatus Goricensis, cum non minima portione Styriæ ducatus & episcopatus Salczeburgensis sita cernuntur.

A

CAPUT PRIMUM, DE UETERIBUS IN comitatu Goricensi, locisq; Foroiulio uicinis, ruinis atq; antiquitatis exemplis: & quare de his hac Sectione sermo fiat.



POSSET fortasse in quæstionem uerti à quibusdam, quamobrem cum de Norico hocce Capite sermo futurus sit, partē etiam Forijulij commisceam. His ego respondeo, nō uulgari nos ad hanc partem necessitate diuertisse. Primùm omniū enim scribit Strabo libro quarto: Post istos propiores sinum Adriaticum ad Aquileiam nonnulli Norici Carniq; tenent. In Noricis & Taurisci sunt. Quæ manifestius demonstrans Plinius libro tertio, capite uigesimo: Incolæ alpium, inquit, multi populi, sed illustres à Pola ad Tergestis regionem, Secusses, Subocrini, Attali, Menocaleni: iuxtáq; Carnos quondam Taurisci appellati, nūc Norici. Ac tametsi Tauriscorum adhuc uestigia extent, in finibus etiam Italiæ ultra Goricensem ditionem, incolę Marcham Taruisianam appellant, quam rectius Paulus Diaconus, qui ueteribus incolis propinquior uixit, Tauriscanam uocat libro tertio, cap. decimoquarto, & lib. quarto, cap. decimo & decimosexto: tamen Noricum etiam usque in Italiam, hoc est ad Venetiæ fines (ut est Plinius autor libro tertio, cap. decimooctauo) idem Diaconus, qui sub Carolo Magno scripsit, extendere uidetur, cum scribit libro tertio Longobard. historiæ, capite decimoquarto: Qui mox à rege commeatu accepto, cum suis in Italiam reuersus est, Noricorum finibus festinanter abscedens. Noricorum quidem prouincia, quam Baiariorum populus inhabitat, habet ab oriente Pannoniam, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, ab aquilonis uerò parte Danubij fluenta, &c. Et rectè quidē Diaconus. Etsi enim Ptolemæus angustioribus terminis Noricum includat, tamen quia hacce Sectione de Carnis omnis noster est sermo futurus, hoc est Norico mediterraneo, à Carnis populis Carinthia nominata: & quia Carni non solùm à Ptolemæo usque ad Istros & Venetos extenduntur, uerùm etiam Strabo Tergestem pagum Carnicum, & Aquileiam coloniam Carnorum uocant, quod asseuerare etiam Titus Liuius ab initio libri tertij Decadis quintæ uidetur. & nominatim scribens Plinius lib. tertio, capite decimooctauo: Alsa Natiso, inquit, cum Turro profluente Aquileiam coloniam XII mill. passus à mari sitam, Carnorum hæc regio, iunctáq; regioni Iapodum, qui adhuc fluuij ueteri nomine in Foroiulio extant: mirari idcirco æquus Lector non debebit, si à tractu Goricensis principatus, in ipso Foroiulio sito, exordiamur hanc Sectionem: qui præter hoc, quòd in Austriacorum principum fide, unà cum reliquo Norico manet, etiam Palatinus Carnorum ducis quicunque est Goricensis comes ex priuilegio nominatur. Ad hæc hodie inter Tergestum quoq; & Aquileiam, à Carnis populis Karstium, montana & aspera regio nomenclaturam obtinuit. Deniq; Celinatium populorum Carnicæ gentis uestigia etiamnum supersunt in montanis, qua iter ex Foroiulio est ad Athesim, ac Tirolis comitatum. De quibus refert Plinius libro tertio, capite decimonono: In hoc situ interiere per oram Iramne, Pallaon, Pasitium, ex Venetis Atina, & Celina Carnis, &c. Igitur exspaciantes aliquandiu per Forūiulium, ijs præcipuè locis quę Carinthiæ, hoc est uero mediterraneo Norico uicina sunt,

Norici mediterranei fines.

Lib. 3. cap. 14. tab. 5. Europæ

Lib. 3. cap. 1. tabula sexta.

B

A na sunt, aut contigua, sacrosanctæ Antiquitatis uestigia inquiremus. Ptolemæus IVLIVM CARNICVM hoc tractu, ac Idunum celebrat, de quibus posterius dicturus sum. Antonini uerò itinerarium duplicem uiam describit ab Aquileia, unam per Iapodes, & alteram per Carnos, & uiam Beloiam. In prima, hoc est quæ per Carniolam ducit, ubi olim Iapodes colebant, ordine usque ad Æmonam, enumerat fontem Timaui, Anesicam, Ad malum, ad Titulos, Tarsaticum, ad Turres, Frigidum fluuium, Seniam & Auendonem. quorum ruinas, postremorũ trium, indicauimus iam Lectori superiori Sectione: reliqua extra limites instituti Operis sunt, utpote mari Adriatico propinquiora. Ad quæ si quis uelit Dormbergũ ac Terrandum referre, loca uinetis celebria, per me ut faciat liberum est. In altera uerò uia ab Aquileia in Noricum mediterraneũ progrediens, enumerat Tricesimum, uiam Beloiam, & Iulium Carnicum. quorum Tricesimum ueteri appellatione superest, inter Vdinam & Glemonam. Glemonam porrò præterfluit Vellach fluuius, uel Fela, ut Itali uocant, qui haud procul à Villaco ortus, in Forumiulium defluit per uallem angustam, & subinde in anfractus montium, quos Clusas dicunt, ita coarctatam, ut difficilis aliquando transitus sit: quam ego uiam Beloiam esse existimo, neque enim nomen hodiernum, etsi barbarum, à ueteri multum abludit: de fluuio dico præterfluente, unde potissimùm ualles cognominantur.

Confinia Carnorum.

Duæ ex Foroiulij uiæ in Noricum.

Tricesimi situs.

Via Beloia quæ.

Contingit præterea hoc plerunque, ut pro B Latina litera, Barbari V literam substituerint: ueluti pro Fabiana Fauiana. quorum priore à Romanis Viennam Austriæ nomenclatura, posteriori uerò à succedentibus barbaris appellatam, in tertia huius libri Sectione diximus. Non est igitur mirum, si pro Beloa Latina dictione, barbari Vela, uel addita aspiratione, Velach pronunciarint: atque ut hodie, addito uallis cognomine, Canal de Fela Itali dicant. Extant adhuc multa uetu-
B statis argumenta, atque etiam inscriptiones Romanæ in hac ualle, quæ arguunt huic populo tritam ac familiarissimam fuisse. Ibi & inscriptio reperta est, quæ ostendit, à Iulio Dictatore Cæsare primo hanc primũ uiam è scopulo excisam fuisse, quæ hodie mercatoribus ex Germania in Italiam proficiscẽtibus tritissima est, quondã dum Romani rerũ potiebantur militi peruia. Sic autẽ habet inscriptio:

C. IVL. CAESAR VIAM INVIAM SOLERT. S. ET
IMPENDIO NOTAM REPD.

Ad hanc nimirum alludit ipse Cæsar libro primo Cõmentariorum suorum historiæ Gallicæ: Ipse in Italiam magnis itineribus cõtendit, duasq; ibi legiones conscribit, & tres quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit, & qua proximum erat iter per alpes, in ulteriorem Galliam, cum his quinque legionibus ire contendit. Delineat hanc & Strabo libro quarto Geographię sub finem: Vbi uerò ex Italia suprà conscenderis, uia in exteriorem Galliam & ad septentriones est, per Salassos ducit Lugdunũ. Ea uerò bifariam est, altera quidem prolixior, plaustro permeabilis, per centrones: altera uerò recta & angusta, compendiariaq;, per Pœninum. Equidem ex Villaco peruenitur ad Pyrustarum uallem, hodie Bursterstal. Cui cohærent montis Pœnini ualles, das Pyntzgawtal. Quamuis & Pœninus alter sit in Athesi, das Pyntzgawtall. Et de huiusmodi uia siue ualle intelligenda sunt hæc quoq; Eginharti uerba, cum Ludouici primi imperatoris procinctum aduersus Lindeuicũ Slauorum principem describit: Transacta hyeme, ut primũ herba pabulum iumentis præbere potuit, tres illi exercitus contra Lindeuicum mittuntur. quorum unus de Italia per alpes Noricas, alter per Charentanorum prouinciam, tertius per Boioariam & Pannoniam superiorem intrauit. Porrò clarius paulo delineare hanc uidetur Paulus Varnefridus, cognomento Diaconus, cum beati Fortunati iter ex Foroiulio Augustam Vindelicũm recẽset:

Qui, ut in suis (ait) carminibus ipse refert, illuc properandi causa Tilamentum flu. A
Reuniam, perq; Osopum, & Alpem Iuliam, perq; Aguntum castrum, Drauumq;
& Byrrum fluuios, Apriones & Augustam ciuitatem. Et rectè quidem à Foroiu-
lio, Iuliam alpem uocare uidetur, quo adhuc hodie nomine pars montanorū quæ
Drauum uergit, etsi corruptè, Gaylsperg, Gayltall nominatur. Sed regredior
ad Beloiam uallem, per quam è Villaco iter est in Forumiulium, & tres dominos
agnoscit. Prima est Austriacorum principum ditio, quæ incipit à Drauo usq; ad
Clusium arcem, & continet S. Paternionis oppidum, Arlsteyn cœnobium, Fede-
raun castrū, & Portam oppidum, cum Clusio castro. Secunda est, Babenbergen
sium episcoporum in ea ualle administratio, qui Teruisium minus ibi possident, à
Aurifodinæ in Beloia ualle Carnorum. Tauriscis ueteribus quondam colonis nominatum, quo loco Strabo aurifodinas
præstantissimas celebrat, ex Polybij autoritate adeò natura optimas, ut cum à su-
perficie terræ duos ad pedes solùm detraxeris, fossile confestim aurum inuenias.
Fossam autem non ultra pedes XV esse. Aurum ipsum partim per se purum ad fa-
bæ magnitudinem, octaua tantùm parte decocta, partim minoris indigere dige-
stionis, longéq; utilissimæ, ipsas fuisse in monte Medeæ. hæc ille. Porrò super-
sunt uestigia in ualle Idriæ & Pless: quem locum Romani adeò exhauserunt, ut
iam pro auro & argento isthic in magna copia argentum uiuum eruatur, unde ue
ctigal etiam non minimum Austrijs accedit. Sed uenio ad postremā uallis par-
tem, hodie Venetis subiectam: in qua sunt oppidula, Ponteba, Sclusa, Passo, Vella
Iulium Carnicum. chum uel Vela, IVLII CARNICI ueteris ruinæ, Maza abbatia proxima, Auen-
zonum, quod Peischldorf Germani mercatores appellant. Et quæ uallem clau-
dunt ac terminant, Glemona ciuitas, & Osopum castrum munitissimum. IV-
LIVM CARNICVM recensetur eodem tractu non solùm à Ptolemæo & Anto-
nino, uerùm etiam ab autore Codicis Romanarum præfecturarum. cuius nos ue- B
stigia superesse in Vellacho, siue ut Itali uocāt, Vela oppidulo, haud procul à Ma-
zo abbatia, non est quòd dubitem. Extant innumeræ adhuc ibi Romanæ inscri-
Glemona. ptiones, quas sub finem Capitis inseram. Porrò Glemonæ, Memazonis, & O-
sopi castri, & Paulus meminisse uidetur Diaconus, libro quarto, cap. duodecimo,
cum munitiora Forijulij loca enumerat, aduersus Auarum incursiones tum sub
Osopum. Gisulpho duce præsidio firmata. Ac Osopum quidem, atque Glemona, antiquis
Memazo. adhuc supersunt nominibus. In Memasonis autē ruderibus cœnobiū posteriori-
bus seculis positum est, quod Mazo abbatiam dicunt. In ea uicinia & aliorum ue-
stigia cernuntur, quorum prædicto Capite Diaconus meminit. Inter Glemonam
Artema. namq;, & Trecentum, Artema uisitur. Vnde comites nomenclaturā usurparunt,
qui Villacum uersus concesserunt in Noricam, constructóq; castro à gentilitio
stirpis nomine comites ab Artenburg dicti fuere, potentissimi quondam inter
Carnorum satrapas ac regulos, quorum hodie posteri in Bauaria sunt ad extre-
Bilbilis. mam paupertatē redacti. Sic Bilbilis memoriā forsan in Sbillinbergo quæremus,
accedente ueteri nomini aspiratione barbarorum S litera, & bergi solita Teutoni-
Conihona. cis terminatione locorum. Conihonam deniq; hodie Coniglonam uocant. Atq;
tantùm dicere uoluimus de exemplis locisq; antiquitatū uiæ Beloiæ, quæ Norici
mediterranei ac Foroiulij quondam cōmunis terminus erat. Superest, ut prin-
cipum Foroiulij ac comitum Arteniæ catalogum monumentáque Vetustatis in
Catalogus ducū Foroiuliensium. hac ualle reperta, subijciamus. Et ducum quidem Foroiuliensium series hæc est.
Ex Longobardis fuerunt, quorum Diaconus meminit, Gisulphus ab Albuyno
primo Longobardorum rege constitutus. cui successerunt filij Taso & Caco, siue
Cacanus, interfecto ab Auaribus parente, à Magno patricio Romano dolo apud
Opitergiū interfecti. Secutus est hos Grasulphus Gisulphi frater: & hunc Ago,
Agonem

A Agonem Lupus, cum filio Varnefrid. Vectaris à Grimoaldo rege Longobardorum constitutus. Quem sequuti sunt ordine, Laudaris, Rodoaldus, Anfridus Reuinæ baro, Addo frater Rodoaldi, Pherdulphus, Cormilus à Luitprando Longobardorum rege substitutus, Pemon nepos Cormili, Rathisius, creatus postmodum in regem Longobardorum: Astulphus prioris frater. Et is Longobardorum rex fuit, quem Pipinus rex Francorum uicit, & regno exuit. Et hactenus Longobardi Foroiulio præfuerunt. Qui sequuntur, à Carolo Magno ac cæteris Francorum regibus dati fuere principes: Ruodgausus, Ericus, Cadoldus: Baltrichus, à Ludouico primo, ducatu priuatus, ut est Eginhartus author: Berengarius primus, qui fasces imperij rapuerat, & aduersus Ludouicum postremum Carolingorum se Imperatorem nominauerat: Berengarius secundus, secutus parentis potentiam & consilia, de parte Imperij cum Hugone Gallo pepigit: Berengarius tertius, cum Lamberto filio aduersus Othonem primum apicem ac titulos Augustales ambiuerat, captus postremò ab Othone cum Vuylla uxore apud Babenbergam Germaniæ, in exilio & custodia diem suum obijt, Foroiulio in formam prouinciæ redacto. quam Cæsares per præsides exinde administrarunt, donec Chunradus eam secundus Imperator Popponi cancellario suo & patriarchæ Aquileiensi, eiusque sedi dono confirmasset. Itaque qui sequuti sunt Popponem patriarchæ, omnes duces se Foroiulij scripsere, & re ipsa hi atque possessione sanè fuerunt, usque ad Ludouicum Decensem: cui, Carolo quarto imperante, Veneti maiorem partem principatus ademerunt. Et hactenus de Foroiulianis principibus. Succedunt Arteniæ comites, qui posthac in Noricum concesserunt, & proximi Villaco apud Carnos ditionem tenebant, in duces quoque Carinthiæ postremò inaugurati, & aduocati constituti monasteriorum uicinorum

Prouincia facta ex ducatu Foroiulij.

Comites Arteniæ.

B Millestadij ac Ossiacensis. Quorum sacramento imbuta scilicet fuerunt in his finibus, Artenburgum, Spitall, Saxnfeld, Kellerberg, Sumerek, Steyrberg, Freyach, Vellach, Schellem, Auffercz, Lonstat, Hohenberg, Vvaessenstayn, Liebek. Et in finibus Carniolæ proximis, Ortnek, Reifnicz, Oberstayn, Laas, Polan, Zobelsperg, Gotsche, Ratmansdorf, Vvaldenburg, Stayn prope Kraynburgū: quorum partem feudo ab Austriacis, partē à Salczeburgensibus præsulibus accipere soliti fuerant. Porrò his ipsis comitibus suberant iure uasallorum, Kellerberger, Humelberger, Sumereker, Vveixelberger, Paradeiser, Gilgenfelder, Lamberger, Schlosesperger, Leitschacker, Keutschacher, Sebriacher, Strasberger, Kuenberger, Fleschperger, Alkersperger, Steyrberger, Vvelczer, Zobelsperger, Dietrichstayner, Vvartperger, Rotenstayner, Liechtenberger, Liebnberger, Hartemberger, Mengensperger, Motniczer, Gutenawer, Lueger, Velger, Keber, Reisemborger, Feistriczer, Grayfenfelser, Strasser, Rauber, Gesiesser, Schmerneker, Gleynkarter, Toplacher, & alij horum nominum complures alij.

Artenburgensium ditio.

Cæterùm quantum memoria repetere licuit, primùm huius nobilis ac antiquæ stirpis reperio Sigehardum, qui fratrem habuit Harduicum archiepiscopū Magdaburgensem, anno Domini 1100. Is reliquit ex Recharda coniuge duos filios: Engelbertum, Marchionem Craynburgensem & Istriæ, à quo duces Carinthiæ qui Sueuis successerūt, & Palatini Craynburgenses in Bauaria descenderūt: & Henricum, comitē Arteniæ, à quo comites Artenburgenses Carinthiæ primi ritè genus repetunt. In prosapia igitur principum Carinthiæ ordine successerunt: Engelbertus comes, à patruo Friderico Sponhamensem quoq; Rheni comitatū, & ob uxorē Hedwigen Henrici ab Eppēstayn postremi suę stirpis Carnorū principis filiā, ducatū quoq; Carinthiæ ab imperio meruit, relictis post se duobus filijs:

Primus comes Artenburgēsis

Duces Carinthiæ ex stirpe Artenburgensium.

filijs: quorũ Henricus in expeditione Hierosolymitana in mari submersus est, anno Domini MCLXI, cum Vdalricus frater uix incolumis rediisset. Atq; is filium Hermannũ dedit, qui ex uxore Agnete, filia Henrici primi Austriæ ducis, progenuit Vdalricũ secundum, & Bernhardum, Carinthiæ duces. quorũ primo lepræ contagione affecto, alter author Landtrost cœnobij, ducatum administrauit, & ex Gueta Ottocari senioris siue Primislai Bohemiæ regis nata, circa annum Domini MCCXXX, reliquit hæredes, Vdalricum tertium, Bernhardum secundum, & Philippum primò archipræsulem Salizeburgensem, & postremò patriarcham Aquileiensem, cuius tumulus in Chrembsa Austriæ cernitur. Vdalricus postremus suæ familiæ Carnis præfuit, Taruisij pariter uicarius ab Imperio creatus, cum duas coniuges habuisset, Agnetem Othonis magni ducis Meraniæ filiam, & Agnetem alteram, Hermanni Badensis ex Austriaca natam. ex neutra tamen quę successisset prolem reliquit, filio ac filia immatura morte abreptis, & in Vitringo Carinthiæ cœnobio sepultis. Atq; hæc ducum prima stirps fuit, quæ ab Arteniæ comitibus descenderat, quæq; esse desijt anno Domini MCCLXXXIII. Secunda fuit Palatinorum Crayburgensium, quæ adhuc in Bauaria superest, ueteri Arteniæ nomine retento: castroq; cognomine ibidem constructo, Comites de Artenburg appellantur: quorum sunt insignia, tres alæ candidæ per triangulum in rubro clypeo. In qua primi celebrantur Annalibus, Rapato primus, Henricus, & Rapato secundus, qui diu cum Alberto comite Bogensi in Bauaria bellum gessit. Rapotus in coniugio habuit Adelhaidem filiam Friderici comitis à Zolern, primi Burggrauij Norimbergensis, obijt anno millesimo trecentesimoquarto. Viuunt hodie, Ioachimus, Sebastianus & Carolus, Domini Mattichouen oppidi, Neydek, & aliorum castrorum. Redeo ad stemma in Carnis relictum, qui titulo duntaxat Arteniæ comitum gaudebant: & quibus deficientibus, FERDINANDVS Archidux Austriæ anno Domini millesimo quingentesimo uigesimotertio Gabrielem à Salamanca Hispanum substituit. Et habet catalogus horum sic: Erbo & Poppo comites, cœnobij Millestadiensis primi autores: Engelbertus, primus eiusdem monasterij aduocatus, unà cum Vvolfrado comite de Treuen, Engelberto Marchione Craynburgensi, & Popone comite à Zelschach, testis in literis Millestadij citatus, anno MCL. Huius fratres nimirum fuere, Henricus, Rapato, Otto, & Hermannus, quorũ postremi fundatores sunt parochiæ Spitallensis. Et meminit Hermanni Otto Frising. libro primo de uita Friderici, cap. 40. Secuti sunt, Vdalricus episcopus Gurcensis, & Hermãnus secundus. qui ex filia Domini à Lessek progenuit Henricum, Fridericum & Elisabetam, Domini Vvulfingi à Stubenberg cõiugem: itemq; Margaretam, comitis Pfanburgensis ac Montfortij uxorem. Egino ex parocho Pleyburgensi factus secularis, duxit uxorẽ Poponis Peckacensis, Domini in Styria, filiam, à Vilhelmo comite Haymburgensi uiduatam. Henricus frater, quæ concesserant Aquileiensis patriarcha, ac Vdalricus Carinthiæ dux, cognatus patri adhuc ipsius Hermãno, castra Zobelspergense ac Kraynburgense construxit, anno MCCLXII. Fridericus frater illius successionem tenuit, atq; ex Adelhaide Berchtoldi Domini de Laak, reliquit tres filios, Maynhardum, Ottonem & Albertum. quorũ postremus, anno Domini MCCCXXII Ludouico Bauaro Cæsari copias in Italiã duxit, Otto uerò ex Sophia Burcardi Magdeburgensis Burggrauij, & Hardecensis Austriæ comitis nata, tres filios, qui successionem non meruerunt, tulit: Henricum, Rudolphum, & Enuchonem, canonicum Frisingensem. filiæ nuptæ sunt: Catharina Vdalrico Ciliensi comiti, & Anna Dionysio comiti à Crupa ac Frangepanibus in matrimonium collocata. Maynhardus porrò frater Otthonis, qui & stirpem suam ad posteros propa-

Comites Artenbergenses Carinthiæ.

A propagauerat, ex Rudolphi Palatini Rheni & Bauariæ ducis sorore progenuit Maynhardum secundum, Hermannum tertium, & Albertum secundum, qui in episcopum Tridentinum cõsecratus anno Domini M CCC XLII, Milstatensem abbatiam ab Erbone & Popone comitibus incœptam, ad extremam manũ perduxit, ac insigniter locupletauit. Huius germanus Hermannus comes nomine, in literis ab Alberto & Othone Austriæ ducibus emanatis, subinde testis citatur, & auunculus nominatur. At is ex sua coniuge, Henrici comitis Schaunbergensis senioris in Norico ripensi filia, filias tulit, quæ tamen à nõnullis sorores censentur: Claram, Vdalrico ab Newhaus nuptam, Charentano baroni: Annam, coniugem Domini ab Aufenstayn, itidem Charentani reguli: & Agnetem, Domino Eberhardo à Vualsee Styriæ præfecto locatam in matrimonium. Atqui de quo suprà locuti fuimus, Maynhardus frater superiorũ, natu maior, comitatũ Sterenburgensem in Carnis auitæ maiorũ ditioni adiecit, & natum post se reliquit Othonem comitẽ, qui de anno Domini MCCCLXIII testis in literis ac priuilegijs subinde introducitur à Rudolpho duce Austriæ, cognomento Fundatore & Sapiente. Is sub se reliquit Othonem alium, qui iuuenis obijt: Annam, Dionysij comitis à Grupa & Frangepanibus uxorem, quæ postremò consenuit in monasterio Michlsteten prope Radmansdorf, ab ipso locupletato. Ditauit illa & S. Augustini Labaci cœnobiũ, anno MCCCLXXX. Frater illius, Fridericus nomine, & suæ familiæ ultimus, cum ex Margaretha, filia Friderici ducis à Dek, Ludouici patriarchæ Aquileiensis germana, nullam prolem ferret, Sigismundo Cęsare imperante, Ludouicũ Hermanni Ciliæ comitis filium adoptauit, consensu habito ab Austriæ principibus, & Imperatore, anno Domini MCCCCXX. A' quo comitatu Cilienses principes, & ab his Austrij principes cognationis iure ac uinculo possidere oc-
B cœperũt: qui (ut diximus) hodie pro parte ab inclyto Austriæ archiduce, Rom. Hungariæ & Bohemiæ rege FERDINANDO, Gabrieli Salamancæ Hispano, eiusq; liberis ex comitissa ab Eberstayn prognatis, Ferdinando & Bernhardo, feudi iure concessus est. Sed uenio ad inscriptiones monumentorum, quæ cùm in ruinis Iulij Carnici, hoc est Vellach, tum alijs locis Canalis de la Vela, hoc est ualle & uia Beloia eruta sunt, ut sequitur.

In Canali & ualle de Vellach, quæ à Villaco usq; in Forumiulium, & usq; ad Glemonam ducit:

In ecclesia S. Paternionis uno miliario à Villaco:

SATVRNINVS SEVERI V. F.
SIBI ET RAMO. VRSVLAE CON.
CARISSIMAE ACCEPTO F. AN.
VIIII. MASCVLO F. AN. XIII.

Villaci:

I. O. M. D. I.
VIBIVS FORTVNATVS CVM
SVIS VRB. I. L. I. M.

Extra ciuitatem in sacello:

ENICO RESPATI F. ET BANNANA VENINA F. VXOR. V. V.
F. AMBIDRABO F. EQVITI AVXILIARIO A. XX. H. EST.

Canali

In ruderibus Iulij Carnici, hoc est Vellach oppidulo prope Mazo abbatiam & Peischldorf:

M. DOMITIVS M. F. SALIVS POSTHVMAE VXORI OPTIMAE SANCTISSIMAEQ. POS.

Ibidem:

LONGIVS PATROCLVS SECVTVS
PIETATEM COL. CENT. HORTOS
CVM EDIFICIO HVIC SEPVLTVRAE IVNCTO VIVVS DONAVIT,
VT EX REDITV EORVM ROSAE
ET ESTAE PATRONO SVO ET
QVANDOQ. SIBI PONERENTVR.

Ibidem:

CHAERONTI AVG. N. DISP.
RAT. COP. EXPED FEL.
II. ET III. GERM.

Ibidem:

Canali apud Taruisium Teutonicum:

SECVNDINVS SECVNDI
ET BRVTTIA CALENDI
NA CON. I. SIBI
V. F.

Ibidem:

L. AQVILIVS NARCISVS BEL. AVGVST. LIB. V. F.

Ibidem:

M. MARIVS C. F. AVGVST. L. VIVVS
SIBI ET C. MARIO FRATRI.

A

Glemonæ in æde S. Spiritus:

TIMAGIO CAECINIANO ERIFRARCHO
ET ALSIAE POSTHVMAE VXORI V. F.

CAP. SECVNDVM, DE NOREA, *Iduno, & Foroiulienſi colonia.*



HAEC etſi procul à Canali ſiue uia Beloia, in agro Foroiulienſi ſita cernãtur in Goricia, Vdina, & Ciuitate Auſtriæ, ut à geographis penè uniuerſis deſcribunt: dicendũ de his tamẽ hic quoq; erit, nõ ſolùm quòd intra fines Carnorũ poſita, Auſtriæ de iure principatui cohæreãt, licet poſtremæ duæ abſtractæ exiſtant in ciuilibus cum patriarcha Aquileienſi bellis, uerùm etiam quòd Idunum Norico à Ptolemæo attribuitur, quod olim anguſtius quidem municipiũ, labentibus ſeculis à patriarchis Aquileienſibus ditatum & auctum, uocalibus transpoſitis Vdinum uocatum eſt. Norea inſuper ſitum antiquum uel nomine teſtatur, uel quod intra Norici (mediterranei dico) limites uel Noricorum colonia ſaltem extiterit, quemadmodum uidelicet & Tergeſtum Carnorum ac Aquileiam Tauriſcorum colonias Plinius & Strabo nominauere. Cæterùm Noreæ ſitum nemo melius quàm Strabo deſcribit libro octauo Geographiæ, de Aquileia loquutus: Ad eam, inquit, flumine aduerſo onerarijs nauigatur nauibus, per Natiſonẽ fluuium plus ſtadijs ſexaginta. Gentes ad Iſtrum Illyricæ ad ipſum ſubuehuntur emporium. Conuectant hi res ſanè maritimas, uinum ligneis dolijs, quod plauſtris imponunt. Illi autem mancipia, pecora, pelles. Extra Italiæ fines Aquileia eſt, flumine ab alpibus deſcendente diſterminatur. per quod ſurſum uerſus nauigatur ſtadijs mille & ducentis, ad urbem uſque Noream. Vbi Cneius Carbo collatis aduerſus Cimbros ſignis, re infecta diſceſſit. Equidem ſi hodiernũ ſitum quis conſideret, mille & ducentis ſtadijs ſupra Aquileiam collectis haud procul à Gradiſca quæ à Venetis recens eſt condita, Goricia occurrit, à quo comites eius uiciniæ longè potentiſſimi & Romani imperij principes, Palatini'que Carinthiæ nomenclaturam uſurparunt. Quam non Goriciam, ſed Noriciam, à ueteri uidelicet uocabulo dictam fuiſſe, teſtatur epiſtola à Bertrando patriarcha ſcripta ad Vilhelmum Decanum Capituli Aquileienſis, Carolo quarto imperante, in qua leguntur hæc nominatim uerba: Vbi uerò nobis è labore reuertentibus, qui magno procerum cœtu Otthonem ducem Auſtriæ conuenimus, nunciatum eſt, Riccardum cum exercitu prędabundum, in Forumiulium perueniſſe, paſſim'que ibi diripi atque incendi uillas, coactis copijs ad ſanctum Vitum appulimus, dein in hoſtem contendimus: habita'que de ipſo uictoria inſigni, mœrore obrutus ſine prole uirili obijt, eius bonis fiſco Aquileienſi deuolutis. Non expedit Noricianum comitem recenſere, poſtquam eius copijs interceptis, Brauiolanum euertimus, Ventionumq; in poteſtatem redegimus. Rebus Aquileienſibus compoſitis,

Noreæ ſitus.

B

A positis, Carolum Cæsarem Aquileiæ apparatu splendido excepimus. Bartholomæo Tyrolensi comiti, & Ioanni eius fratri, episcopoq; Tridentino, quos per mensem cum septingentis equis suscepimus, fiscalia antiqua contulimus. Cum autem Noricianus comes, adiuuantibus comitibus Corrictauæ insulæ, Veglam uocant, Georgium Duinum uectigalem nostrum aggressus esset, mox factis cum eo inducijs, in agrum nostrum hostiliter contenderit, nos nostris auxiliaribusq; Caroli & Ioannis copijs Cormonem tendimus. Diebus ibi decem commorati, inde castra Noriciæ sacratissima natiuitatis nocte admouimus. Hinc direptis hostibus recedentes, Belgradum cæpimus. Hactenus de Noricia & Noricianis comitibus, ex epistola Berchtrandi patriarchæ. Accidit enim, litera N in G literam aspirantem à barbaris, Slauis præcipuè, eius agri colonis, conuersa, ut hodie Goriciam & Goricianum comitatū passim pro Noricia appellemus: quam Noreiam fuisse, omnino adserimus. Hanc siquidem, ut uisum est, supra Aquileiam Strabo describit. Cuius & Cæsar libro primo Cōment. Gallici belli mentionem facit, in hæc uerba: Persuadent Rauricis & Tullingis & Latobricis finitimis, uti eodem usi consilio, oppidis suis uicisq; exustis, unà cum his proficiscantur, Boiosq; qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transierant, Noreiamq; oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt. Cōmemoratur hoc & à Plinio municipium libro tertio, capite tertio, cum de finibus Istriæ loquitur: In hoc situ, ait, interiere per oram Iramne, Pellaon, Pasicium, ex Venetis Atina, & Celina ex Carnis, Segeste ex Ocra, & in Tauriscis Norea, & ab Aquileia ad duodecimum lapidem deletum oppidum, inuito etiam Senatu. hæc ille. Recensetur hoc nomen ciuitatis & in monumento quodam Celeiæ reperto, hisce uerbis:

B

MARTI
HERCVLI
VICTORIAE NOREIAE.

Constat igitur, inter initia Romani Imperij, ob latrocinia fortassis incolarum (quod de Iapodibus Strabo refert) Noreiam solo æquatam fuisse. In cuius ruderibus comites quidam ex Boiaria huc longis itineribus profecti, oppidulum cum arce construxere, qui latè posthac usque in Carinthiam ditionem tenentes, principumq; Romani Imperij titulo decorati, comites Noriciani, siue barbarè Goricenses, ac Palatini Carinthiæ cognominati fuere. à quibus tanquam à capite ac fonte Meraniæ duces, comitesq; Tyrolenses, qui ad Athesim in Bauaria Franconiaq; ditiones latas atque opulentas habuerunt, descenderunt labentibus seculis. Ipsi uerò Noriciani comites, antequam agros in Foroiulio & Histria dono Cęsarum accepissent, in Bauaria ad ueterem Damasam regiam tenebant, ubi & Andacense cœnobium posuere: quorum primordia repetuntur à quodam Verlino Caroli Magni cancellario, qui primus Andacēsis & Diesensis comes à Domino creatus, tres filios post se reliquit: Hautonem Augustanū episcopum (qui Ludouico primo imperante parochialem ecclesiam in Diessen construxerat, anno octingentesimo quadragesimo: & Vdalricum ac Grifonem, comites Andacenses. Horum posteri diuiso stemmate, alij in Forumiulium translati, Noriciam condidere: alij uerò in Bauaria genitali solo manserunt. Primus igitur qui legitur in Foroiulio & Istria resedisse, Gotofridus fuit, quē Annales Hungariæ, Meraniæ ducem uocant, & auxilio Gregorij patriarchæ Aquileiensis ac Bernhardi Carinthiæ ducis, Hungaros ad Labacum uicisse referunt, Othone primo imperante, anno Domini 906. De quo Lambertus Schafnaburgēsis in suis Annalibus ita scriptū reliquit: Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardū Florentinū episcopum, in quem

Stemma comitum Goritiæ à primis initijs comitum Andecensium.

in quem & Romanorũ & Teutonicorũ studia consenserãt, Pontificem designat, A
Romamq́ per Gotofredum Marchionem transmittit. hæc ille. Qui secuti sint hunc in agro Foroiuliensi, nõdum deprehendi. At in Bauaria, post aliquot annorum interualla, Rasso quidam, qui & Gafradus, floruit anno 954, autor cœnobiorum Andacensis ac Vverdimsakh, ob uitæ continentiã inter diuos relatus. Hunc secuti sunt, Henrico secundo imperante, qui inter diuos est relatus, Fridericus cognomento Roch (qui cum uxore Kunisa, Ottonis comitis à Vallai filia, monasterium Diessense in ruderibus ueteris Damasię exorsus est) Hermannus Coloniensis archipræsul, & Ezelinus, qui familiam nobilem nõ solùm in Bauaria, uerũ etiã in Foroiulium propagauit. primus namq́ ab Henrico Cæsare Palatinus Carnorum creatus, & Salueldo oppido Thuringiæ donatus, ex Mechtilde Ottonis tertij cognata, septem filias reliquit, & tres filios. Filiarũ nomina hæc erant, Rihicza Mesconis Polonię ducis cõiunx, sepulta in Salueldo: Adelhaidis abbatissa in Niuella Brabantiæ, Hedvvigis abbatissa in Nussia Rheni, Theophania abbatissa in Essendia, Mechtildis abbatissa in Dudẽkirchẽ, Sophia abbatissa in Gallersheym Saxoniæ, & Ida abbatissa S. Mariæ in Colonia. Harum fratres: Chuno, Istrię Marchio factus, Chunonem alterum reliquit, Russię principem: Arnoldus in Bauaria mansit, & adiecit auitæ maiorum ditioni Palatinatũ Scyrensem, & comitatus Dachouiensem & Vallaij. Bertholdus præterea tertius fratrũ, adiecta parte Dalmatiæ, ex Hedwige filia, Poponis Carinthię ducis & Ecberti comitis Butensis in Austria sorore, duas filias progenuit, & quatuor natos: Ottonem episcopum Babenbergensem, Berchtoldum comitem Andacensem, Engelbertum comitem Gorichensem, qui à Friderico I testis etiam citatur in priuilegijs Carinthiæ de anno 1120: & quartum Henricum. Filiæ fuerunt, Euphemia abbatissa in Altenminster Bauariæ, & Mechtildis in Otelsteten Sueuiæ abbatissa. Ipse cernitur sepultus in B
Diessen, cum titulo Marchionis Istriæ, anno Domini 1142. Huius filij: Henricus primus, se scripsit Goriciæ siue Noriciæ comitem, à quo & ritè stirps illa comitũ Foroiulianorũ descendere dignoscitur: Berchtoldus autem hoc nomine secũdus, acceptis agris ad Athesim, cum Albertus comes cognatus eorũ locorũ dominus, sine prole uirili obijsset: primus item se Merauiæ ducem nominauit, in Bauaria tamen ueteri regia mansit. Et tũc rursus diuisa stirpe, altera diu in Goricia manẽs, dein ad Athesim etiam translata, sub nomine Tyrolis comitũ floruit, de qua posterius dicam. Redeo ad Berchtoldum secundum, qui cõtentus agris quibusdam ad Athesim, & titulo duntaxat Merauię ducis, in auita maiorũ suorum regia mansit, atque ex cõiuge sua Agnete Lausnicensi ducissa quatuor filias orbi dedit, maximis principibus locatas, & tres filios. Filiæ erant: Gertrudis, Andreæ Hungariæ regis coniunx, mater S. Elisabetæ, Thuringorũ & Hassiæ Landgrauię: Agnes, regina Franciæ: & Hedwigis, Silesiæ ducissa, sepulta ibidem in Trebnicz prope Vratislauiã, anno Domini 1241: quarta Mechtildis fuit, comiti Goricensi agnato nupta. filiorum fuere tres: Ekhebertus, episcopus Bambergensis, Viennę ad Scotos sepultus: Berchtoldus tertius, & Otto primus, siue Magnus cognomento. Quorum Berchtoldus ex Sophia Burgunda filium reliquit, Berchtoldum quartũ, qui ob sterilitatem uxoris Hedwigis, monachus effectus est in Sewen Bauariæ monasterio: & Elisabetã, Friderico comiti Zolern primo Burggrauio Norimbergensi collocatam, cum ipse Graczij Styriæ apud agnatum Austriæ ducem Leopoldum sextum, diem clausisset extremũ. Otto familiam & successione & bonis propagauit. quippe comitissa de Amertall uxore impetrata, suæ stirpis postrema, isthic in finibus Norici ac Franconię Lankhaym monasteriũ exorsus est, & multis diuitijs exornauit. Habuit in matrimonio & Beatricem filiam Ottonis Biguntini, & Burgundiæ

Secunda origo comitum Goriciæ.

Huius Alberti comitis Athesini meminit sub Henrico quarto Vrsper gensis abbas.

A gundiæ comitis Friderici primi Cæsaris ex Beatrice Burgundæ filij. ex qua Othonem secundum ducem Meraniæ progenuit, qui matris ratione Palatinum se Burgundię scribebat, & sororem suam Alsam comiti à Chalon collocauerat: unde posteriores comites Burgundiæ processerunt, qui affinitate iuncti Brabantinis, comitatum his quoque post se reliquere. Et sic desijt nobilis prosapiæ in Bauaria ac Athesi germen. quarum prouinciarum, illius quidem agros Scyrenses principes & Bauariæ duces, huius uerò qui proximè accolebant in Foroiulio Goricenses comites, utrisq; uinculo sanguinis iuncti feudo accipere ab Imperio meruerunt. Et habet Goricensium comitum, qui & Palatini Carinthiæ fuerãt, stemmatis germẽ, ab Henrico, de quo suprà locuti fuimus, Berchtholdi primi Audacensis comitis filio numerando, in hanc seriem. Filios uidelicet reliquerat Henricus comes Goricensis hoc nomine primus, Henricum & Berchtholdum: quoad hic patriarcha Aquileiensis circa annum Domini 1 2 0 4, fratrem Henricum in comitatu Goricensi non solùm ut uasallum quondam confirmauit, uerumetiam agris ac prędijs in Foroiulio auctum, aduocatum insuper suæ ecclesiæ creauerat. Is est Berchtholdus, qui Vdinam ex angusto oppidulo in eam qua modò cernitur formam extulit, de quo in descriptione Vdinæ posterius dicam. Porrò Henricus is secundus hoc nomine Goricensis comes, Maynhardum primũ reliquit, ex Maynhardi Charinthiæ ducis & Arteniæ comitis filia. Is est Maynhardus, qui à Friderico secundo Cæsare, Friderico Austriæ & Styriæ duce proscripto, Styriensi ducatui prefectus est datus. is duos post se reliquit filios, Maynhardũ, à quo comites Tyrolenses, & Albertum, à quo comites Goricenses siue Noriciani, tertiò iam abinuicem dissecta stirpe nobili, ritè descendere dignoscuntur. Siquidem diuiso inter se patrimonio fratres, Maynhardus senior ueteris Meraniæ ducatus possessionem acce-
B pit, & à castro siue arce supra Meraniam metropolim posito, Tyrolis se comitem dixit: cuius filij, Henricus, Otho, & Ludouicus Charinthiæ quoq; duces, à Rudolpho Habsburgensi Cæsare, extincta Arteniæ comitum in Carnorum principatu familia, inuestiti fuere. Et Henricus deniq; in regem Bohemiæ postulatus, Pragæ sepultus est, relicta Margareta Multaschin cognomẽto: quæ Rudolpho Austrio quarto nupta, duos amplos principatus, Charinthiam & Tyrolim, auitæ Austrię ditioni adiecit. Soror quoq; illius & senioris Maynhardi filia, multo antè, Elisabeta nomine, Alberti primi Austrię principis ex stirpe Habspurgensi coniunx fuit, mater filiorum Austriæ ducum, Friderici, Rudolphi secundi, Leopoldi, Henrici, Ottonis & Alberti. Et sic membrum unum nobilis illius germinis Noricianorũ comitum, & desijt, & in aliam domum Austriacorum transgressa est. Ac alterius membri Albertus comes Maynhardi, de quo diximus, frater Germanus, sortitus in Foroiulio agros, Goriciæ siue Noricianorũ comitum à se stirpem dedit, & ex Ofnia Hermanni Artenburgensis filia Albertum secundum procreauit: qui in Istria quoq; maiorum suorum ditionem possedisse legitur: uidelicet Mitterburg, Metling, Reichnstayn, Merrenfels, Barban, Mechavv, Pyben, Peymont, Laurã, Galan, Menilon, Teruis, Tignon: & in agro Carniolæ, Schomberg, Susemberg, Zermeml, Vischecz & Nevvmarckt. Primus Austriacis principibus de successione literis cauit, quòd se ære alieno ingenti liberassent. Et ex Catherina uxore filios reliquit, in Goricensi ditione, Maynhardum & Henricum, hoc nomine in eo loco tertium. Quorum Maynhardus diuisione facta cum fratre, palatinatũ Charinthiæ in Pursterstall & Karstiũ possidens, cum S. Viti urbe & Karlsperg, alijsq; in Istria ac Carniola castris, duas ordine duxit uxores: primam Vdalrici comitis Montfortij à Pfanenberg Styri filiam, ex qua suscepit filios tres, Menhardũ, Ioannem Maynhardum, & Henricum quartum, ac Vrsulam filiam Henrico comiti à

Quo titulo ad Brabantinos peruenerit Burgundia.

Germen comitum Goricensium & Tyrolis.

Tyrolis principes primi.

Quo titulo Tyrolis & Charinthia Austriæ accesserint.

Schaunburg locatam XXV millium aureorũ dote expressa: secundam quoq; duxit Elisabetam, Lupoldi Austrij ducis natam, cum quo aduersus Venetos diu bellum gessit, tota Istria Austrijs cum Landstrass, Labaco, Luentio, Falknstayno, Halspergio, Pruk & Schonekio, Austriacis pignori oppositas. Ipse ex Austriaca coniuge filiam tulit Catherinã, Ioanni Bauariæ duci in matrimonium datam. Moriens filijs tutorẽ instituit, Ioannẽ Gurcensem antistitem, & illis mortuis Austriacas hæredes scripsit. Cuius frater pariter Henricus tertius in hoc stemmate & loco, Goriciã cum proximis comitatus locis in diuisione cum germano accepit regendam. Taruisiensis quoq; ab imperio uicarius creatus, coniugẽ habuit Beatricem, Henrici & Ottonis ducum Bauariæ sororẽ: ex qua Ioannem & Bartolomęũ suscepit, qui se tanq; ueri hæredes comites Tyrolenses, aduersus Ludouicum marchionem Brandeburgensem, Ludouici Cæsaris natũ, & Margaretæ Multaschyn maritum sese nuncupauere: & ea de causa ad consequendam Tyrolim, quam, extincto Henrico proauunculo Bohemiæ rege & Carnorum duce, Bauari occupauerant, fœdus cum Alberto duce Austriæ percusserunt, anno 1345. Sed cum nullam prolem relinquerent, Maynhardi filij in Goricensi ditione successerũt, quorũ reliquerat Maynhardus quartus Fridericũ, qui Podgoriach haud procul à Millestadio possederat, anno 1348. sed & is germine destituit prosapiam. Frater eius Ioãnes Menhardus, duas tantũ filias procreauerat, quæ ante annos abreptæ sunt. Itaq; omnium Goricensium bonorũ Henricus quartus effectus possessor, Ioannẽ Henricũ filium orbi dedit, qui ex filia Friderici ducis Austriæ Ioannẽ & Leonhardum & Henricũ natos reliquit: ipse cum Hermãno Ciliensi comite atrox diu bellum gessit, pro Gayltall, Lesach, Koczschach, Vveydnberg, & alijs istorũ finium prædijs. Cuius alter duntaxat filiorũ Ioannes nomine, in hac stirpe tertius, successionem tenuit, & imperante Friderico tertio rerum potitus in Foroiulio. Verum enimuero Henricus quintus frater habuerat uxorem Catherinam, Hermanni secundi Ciliensis principis natã: quæ mortuo marito Austrijs uẽdiderat Mospurg & Grunberg. ipse in Italiam profectus, à marchione Ferrariensi captus, & soceri opera rursus liberatus fuit. Debebat Austriacis centũ millia ducatorũ, debitum à maioribus suis contractũ, dum Venetos bello adgrediuntur. Quod cum Fridericus imperator requireret, & ipse ignominiosa Cæsari responderet, arbitro constituto Michaele Burggrauio Magdeburgensi, ultra debitũ, centũ mille aureos mulctæ nomine soluere coactus est. Huius fratruelis Vlricus nomine, Hungarã uxorem habuit, quæ uiro ob insaniam cõpedes inijcere solebat: cuius in Annalibus suis Æneas Pius pontifex mentionẽ facit. Cùm enim aliquando ad Fridericũ imperatorem is salutatũ in Charinthiam uenisset, è fenestra hunc intuitus, inquit Imperator ad Æneam: Age Aenea principẽ, qui ad uos properat, cõtemplare, si quẽ mundiorem pulchrioremq; uideris effare. mihi, cum satis principẽ comitatumq; illius considerassem, fœda rusticitas uisa est, quæ dominatũ assecuta egregium seruitio premeret. Is postremũ suæ nobilis prosapiæ progenuit Leonhardum, qui comitijs Augustanis à Friderico tertio Cęsare habitis legit interfuisse, anno 1473. Vixerat anno adhuc Salutis 1499. Sed hæc de Noricia, hoc est ueteri Norea, ac eius comitibus, qui N litera in G uitio barbaricæ pronunciationis conuersa, appellati fuerant Goricenses. Venio nunc ad CASTRVM Iuliense, siue coloniam Foroiuliensem, cuius extat mentio apud Paulum Diaconũ lib. 3 cap. 12. & lib. 4 cap. 12, & lib. 6 cap. 10, locus olim episcopali sede celebris. cuius Maximus antistes Maranianensi concilio interfuit, contra Seuerum Gradensem episcopum Manichæum habito. Secutus illum Fidentius est præsul Iuliensis, & post hunc Amator, quẽ Calistus patriarcha Aquileiensis sede expulit, regia è Cormone in Iuliam coloniam

Colonia Iuliensis, hodie ciuitas Austriæ.

A

B

A coloniam translata. Vbi deinceps patriarchæ tanquam loco celebriori habitarũt, Seginaldus, Paulinus, Carolo Magno imperãte, Vrbanus, Maxentius, Andreas, Venãtius, Hendelmarus, Lupus, Valbertus, Fridericus, Leo, Vrsus, Lupus, Sendelfridus, Rodoaldus, & Ioannes, usq; ad Poponem patriarcham, qui Cunradi secundi auspicijs & priuilegijs, sedem sui præsulatus iterum Aquileiam locum uetustum traduxit. Mansere nihilominus nobiles ac celebres isthic familiæ, quarũ adhuc posteri manent, Boianorum, Nordiorum, Frumentinorum, Gallorum, Porteorum, Mansariorum, Brandiorum, Cottarum, Claramiorum, Pupiorum, Salanorum, Canusiorum & Comitum. Superest hoc etiamnum municipium nõ minus atq; olim cultum, sed mutato nomine, quam uidelicet ciuitatem Austriæ uocant, non aliunde quàm quod Austriacorũ ditioni cum alijs plerisq; Foroiulij locis subiecta, ante patrum memoriam extiterit, bellis tandem intestinis ac factionibus Venetorum iuris facta, cum ante Austrios, Aquileiensium quoq; patriarcharum dicto audijsset. Quare ridicula est fabula, quam Candidus Vdinensis in gratiam est dominorum cõmentus, à Luitprandi uidelicet Longobardorũ regis uidua Rosemunda, Austriæ cognomentũ accepisse, quòd ea Francorum & Austrasiæ regis filia cum esset, isthic regiã tenuerit. Contrà enim diplomata adhuc extãt, & literæ, in quibus ciues huius ciuitatis, loco Austriæ principũ, adhibitis notario & testibus, cum Venetis, secundum processum iuris ut dicũt stipulati fuere. Atq; hæc de nomine, quòd Austriæ ciuitas nuncupata fuerit, quæ circa annum Domini 1268. sub Ottocaro Austriæ & Bohemiæ principe, à nobilissima Austriæ domo primũ omnium defectionem moliebatur, Ioanne Zuchulæo & Friderico Pitiano proditoribus, in quos etiam Austrius, ut dominus tum urbis, animaduertit. Sed placet uerba Annalium recensere, qui ditionem Peilstanensis comitatus

Prosapiæ ciuitatis Austriæ.

B in Austria describentes, in Vernaculo sic habent: Es hatt auch die Graffschafft ze Peilstayn/ain Graffschafft ze Friol/vnd die vogtey über das Patriarchtum ze Aglay/die die von Görtz in jr gewalt habend/die gehört an die herschafft ze Peilstayn/dauon haben sie zelehen/vnd hayzzent jr man. Es habent auch die herren von Görtz/von der herschafft ze Peilstayn die vogtey ze Sibidat/vnd ain vogtey haizzet in Vrnio/vnnd ain vogtey vnder der Burge ze Görtz/vnnd dem Markh ze Lansen.

Et hactenus de ciuitate Austriæ. Confero me ad Vdinũ, quod uocalibus transpositis Ptolemæus Idunum dixit, eleuationẽ illi tribuens, quã & hodie habet 45 grad. 30 min. Hoc municipiũ, ut semper patriarchatui Aquileiẽsi subiectũ, Bercholdus dux Meraniæ, ut pręsul loci, primus fertur extulisse, nõ solùm priuilegijs & sede sua ex ciuitate Austrię eò translata, uerùm nouis insuper mœnibus excitatis, & in his duodecim portis distinctis, adiectis tribus in suburbanis portis, quarum nomina adhuc extãt: Aquileiensis, Cesia, Cussinana, Poscolia, Graciana, Gasconiana, Emonia, Vdaltæa, Lazara, Ronchia, Bona, Ciuitatensis. Ipsam pręterea ciuitatem in quinq; regiones distinxit, nouo foro, cœnobio, collegio canonicorũ sancti Odorici, & consilio XXIIII uirorum nobilium, adiunctis. Quo factum est, ut ædificijs priuatis ac ciue quoq; frequẽtiore coli cœperit. Quam postremò Raymundus Turrianus patriarcha, episcopus antè Comensis, tanquam asylo aperto, ultra ueteres urbis prosapias & eò ex Aquileia potissimũ transgressos, Vilalteos, Fontebonos, Strassos, Castellarios, Capriacos, Puligineos, Suurignacos, & Xonenbergios, exules insuper multarum & pręcipuarũ Italiæ ciuitatum adduxit, uidelicet Caietanos & Capitaferri, è Roma: è Florentia Bardos, Ptolemęos, Nulos, Caualcantes, Cataldinos, Pancianos, Boubenos, Nauos & Rabbatos: è Senis Picolomineos, & Tungos: è Luca, Mareolos: è Regio, Rauanos: è Tridento, Candidos: è Verona, Monticulos & Bredos: è Mãtua, Passerinos & Finettos: è Cremona, Gubertinos & Giroldos: è Parma, Baldanos: è Mediolano, Parẽtionos,

Vdinum ciuitas.

Vdinæ portæ.

Prosapiæ ueteres Vdinenses.

Cassinates,Raudenses,Brugnos,Lissonios & Bernhardigios. Transmigrarunt A deniq; è Goricia aliquot Vdinum domus,Melargi,Soldoneri, Rodulphi,Cirtaldi,Alberti,Brunaleschi,Strocij,Marchisini,Giaceti, Manini,Gerhardini, & Vanij. Atq; hæc prima incrementa fuere eius ciuitatis, quæ hodie metropolis totius Foroiulrj Venetum præsidem habet, à uetusto nomine Iduno, transpositis uocalibus Vdinum appellatum, ubi,locis'q; uicinis,hæc quæ sequuntur Antiquitatis exempla reperta sunt:

Prope Noreiam,siue Noriciam,atq; etiam Goriciam,ut hodie nominatur:

C. VIRGINEO SVAVISSIMO FILIOLO RARAE PVLCRITVDINIS ET LEPIDITATIS ADVLESCENTVLO AB AQVILEIANIS MILITIBVS PRESSO, DE PONTE LAPSO COLLISO ATQ. MISERABILITER EXTINCTO C. VIRGINEVS LEGATVS L. POSTHVMII DICTA: ET LOLIA L. FILIA DILECTISS. CONIVX INFELICISS. PARENTES POSVERE PLOTONI ET PROSERPINAE.

Ibidem:

C. HOSTILIVS ET P. EGNATIVS VEITOR QVINTADECIMAE LEGIONIS TRIBVNVS PRO S. P. Q. R. CVM BARBARIS DIMICANTES PARITER OCCISI HEIC PARITER IACENT, SINGVLARE POSTERIS EXEMPLVM ET CARITATIS ET FORTITVDINIS NOREENSES XXI DIES ATRATI LVXERVNT.

Ibidem:

TIBVLLA C. SEMPRONII F. MANI L. NEPTIS INFERNO PLOTONI TRICORPORI OXORI CHARAE PROSERPINAE TRICIPITIQ. CERBERO, MVNVS MECVM FERENS DAMNATAM DEDO ANIMAM ꟻIIꟻAMQ. B HOC ME CONDO MONIMENTO NE OBRVTIS DOMVS LAPSV FILIIS SEX QVOS L. SCIPIO PATRIIS CAMERTIBVS A SALO ET LYBIA INCOLVMES RESTITVERAT IN DESOLATA ORBITATE SVPERSIM MISERA VIX. AN. XXXX MENS. I. DI. VI. HOR. SCIT NEMO IN FRON. P. XX IN AGR. P. XXXIX.

In ciuitate Austriæ:

Q. CAEDIVS P. F. IV. P. VIVIR TERGESTE V. F. VINISIA Q. F. MAXIMA VXOR APVSIDIA C. F. SECVNDA MATER C. CAEDIVS P. F. FRATER.

Apud Vdinum:

VALERIA L. LIB. EVTYCHA V. F. SIB. ET L. VALERIO TIRONI PATRON. MILIT. AN. XXX ET C. VALERIO PRISCO CONIVGI SVO. MILIT. AN. XXVII HERMETI LIBERT. SVO LIB. LIBQ. POSTERISQ. EORVM.

CAP. III. DE LARICE, SANTICO, *Claudia, & Pedico.*



Commemorãtur priora duo municipia Antonino, in descriptione uię ab Aquileia Laureacũ. Primum omniũ namq; XXX mille passuũ spacio, uiam Beloiam extendit, quã superioribus capitibus docuimus Canalem siue uallem Vela aut Velach esse, desinentẽ in Iuliam alpem uallem'q;, quæ hodie Gailsperg & Gailtall nũcupatur. Inde 24 stadiorũ interuallo Laricẽ, ad Draui nimirũ ripam locatũ municipiũ, & à Laricibus arboribus appellatũ. à quo rursus Santicũ uersus 27 stadia, & ab illo 30 Virunum subducit. Credendum est aũt, Romanos alia uia usos fuisse, Villaco tum temporis nondum constructo, quemadmodum ex diplomate Carolomãni regis

A regis Francorũ colligi poteſt, ſuper confirmatione Oſſiacenſis cœnobij, quod Villaco proximũ uiſitur. ubi refertur, quemadmodum pontem Villaci (intellige ſupra Drauum flu.) maiores ſui conſtruxerint. Villacum aũt à Vela ualle, monteq́ꝫ, id eſt Beloa Antonini, quã Vellachum addita aſpiratione in fine Carni uocare ſolebant, nominatũ extitiſſe, nõ eſt quod ambigam. Velam namq; adhuc Itali uocãt uallem, uel (ut ipſi uocant) Canalem in Forumiulium deſinentem: quam Vellach Germani, hoc eſt Carni dicũt. & nõ ſolùm Villacum uſq;, uerùm latius adhuc, ſecus Draui ripã ad Tyrolis limites & Luentiũ extendũt. Nam & ſupra Laricis rudera, quæ in S. Petro paulò ſupra Spitall extãt, Vellach mons ac oppidulũ ſuperſunt. Ita enim Carnis familiarẽ aſpirationẽ in fine uocũ fuiſſe animaduerto, ut pleraq; uocabula, eius præcipuè uiciniæ, ita exeant, Vveisbriach, Pibriach, Dobriach, Gertſchach, Goriach, Dobliach, Doplach, Leſach, Sebriach, Drobach, Ebriach, Danlach, Dolach, Morſach, Keotſchach, Reiſchach, Zelſchach, Obdach, &c.

Hæc propterea adduximus, ut oſtenderemus, illam quæ hodie per Villacũ ducit, Romanis quondam incognitam extitiſſe, Drauo forſitan fluuio paulo latiore iſthic exiſtente, ut iungi ponte nequiuerit. Veriſimile eſt igitur, tranſeuntes illos per Beloam uallem, mox cum ueniſſent ad confluentes Iuliæ, quẽ Guelam dicunt incolæ, & Gailicz riui, qui ſunt uno magno milliario ſecus Villacũ Drauiq́ꝫ ripã, ubi Gaila confluit, quo hodie loco Arlſtein cœnobiũ, & Federan caſtrum poſita ſunt, Gaylam ſcilicet illos tum fluuiũ, uel potius riuũ tranſiſſe, & plana quæ iſthac ducit ad S. Paternionẽ & Kellerbergũ uia proficiſci ſolitos, uſq; ad eam Draui ripam quæ Spitallio ac S. Petro, quod in ſaltu dicunt, obtenditur, ubi uidelicet anguſtior alueus fluuij pontẽ minori ſumptu ſuſtinebat. Nam eo loco Laricẽ muni- *Laricis ueſtigia.*
B cipium ſitum fuiſſe, nõ ſolùm larignea circũ nemora teſtantur (unde nomẽ oppido uidelicet acceſſit) uerùm manet adhuc agro uetus nomẽ, etſi pronunciatione deprauatũ: Lurfeld enim uocant, pro Larfeld. Extant ibi inſcriptiones frequentes, & in colle paulò ſupra Spitalliũ ueteris caſtri ſiue oppidi Romani ueſtigia cernuntur, maceriæ dirutæ, portarum indicia, & alia quæ locum uetuſtum arguunt. Quin & incolę loci Troiara ac Liburniam hic quondam fuiſſe, ex Annalibus gentilitijs iactant, ubi eſt hodie parochia quam teutonicè uocãt Sant Peter im holtz.

Ab eo loco qui Vriſachum, hoc eſt Virunum contendere uelit, duos ſuperare fluuios nõ iuſtos cogitur, Liſeram & Gurkium: emenſisq́ꝫ uallibus Keminga, Norynga, Reichnavv, Stangen, ac Veiſtricz, XV nõ plus milliariorũ ſpacio, à Spitallio ſiue S. Petro, Friſachũ peruenit, intermedio uetuſto admodũ loco, haud procul à S. Iobi templo, quem incolæ Altenburgũ ac Gradnek dicũt. Vbi Santici eſſe ruinas, non ſolùm diſtantiæ ratio, ut eam Antoninus ſubducit, & poli eleuatio, quam illi Ptole. tribuit 45,30 minutarũ, mihi perſuadent: uerumetiam, quod ruinis qui iſthic in Gurkium exit, Sanekius, à Santico nimirũ antiquo loci nomine appellatus, opinionẽ noſtram pulchrè confirmare uidetur. Fuit deniq; illis finibus quondam & comitum à Sontenberg potẽs proſapia, quorũ Bernhardus comes cum Kunigundi Charinthiæ marchioniſſa, & auxilio comitũ à Malteyn, Victoriam cœnobium Charinthiæ poſuit, ubi & ſepultus cernitur. Lutoldus præterea comes à Sontberg teſtis introducitur inter reliquos comites Charinthiæ ab Henrico duce Charinthię primo, anno Domini 1096. Præterea in ipſis ruinis ueteris Santici nobiles à Gradnek habitabant (quorũ erat prærogatiua in creatione ducis Carnorũ, fenũ ubiq; contrahere) ex quibus floruerũt, Berchtholdus, Rudolphus, & Reynbertus, anno 1330. quorũ filij Ioãnes, Henricus, caſtra leguntin Sauia poſſediſſe, Billigracz & Saanek. Et hactenus de Santico. Venio ad CLAVDIAM, quam in Norico mediterraneo ciuitatem Codex prefecturarum Rom. & *Claudia.*

A

Plinius lib.3 cap.24 recensent, quam Ptolemæus denique Claudium, siue à Claudij Cæsaris uia ac traiectu Claudiuium nominat. Cuius uestigia, si de sensu meo dicere debeo, in Clagenfurto hodie Carinthiæ metropoli & prætoria, quærerẽ. Nam cum Glana flu. cuius etiam Strabo in Carnis meminit, rapto secum Gorczsitio isthac præterfluens, gyro in ortum facto, duorum milliariorũ spacio in Drauum confluat, celebrem ibi traiectum fuisse, quem Furt Germani appellant, uerisimile est, per quem qui ex Iapidibus Nauportoq́ue, & à Pædico (cuius quidem in hac uicinia Ptol. meminit) profectionem in Carnos Noricumq́ue instituebant, Drauũ traijcere cogebantur. Extant adhuc uetera nomina, & iter adhuc isthic in Carniolam per Kankrium tritũ admodum est, ubi & Iapodes usque in Istriam coluisse, peruenisseq́ue eò usque Argonautas, agri uicini contestantur. Incolæ uocãt, dz Jauntall, quasi diceres Iapodum uallem: die Nawpodrona, hoc est, Nauporti agrum. Præterea ab eo loco campestria Villacum usque excurrunt, uulgò Pegueld: ubi pedici Ptolemæiani rudera esse quærenda, & nomenclatura & situs inuitat. Sed redeo ad Claudiam, quam Carni, qui uel sub Romanis hæc loca coluerunt, uel diuiti populo successerunt, à traiectu quem isthic tum Drauus & Clana fluuij habebant, Claudenfurtum, more gentilicio nominarũt. Et quia facilis fieri lapsus in Latinis uocibus solet, non est mirũ, si temporis successu, pro Claudenfurto Clagenfurtũ barbari pronunciarint. Data hinc ansa fabulę, quòd fures ibi ante damnationem in crucem agantur, corrupto (ut diximus) loci nomine, & in teutonicũ malè Latinumq́ue diuiso, quasi conquerantur isthic fures, quòd præter consuetudinẽ aliarum nationũ, iurisq́ue uiam, prius suspendantur, quàm quęstione habita, de qualitate furti cõstaret. Quam opinionẽ, ex æquiuocatione corrupti uocabuli secutus Aeneas Syluius (qui in pontificatu maximo Pij nomen adsciuit) in historia sua sic scriptum reliquit, paragrapho de Charinthia: Est & alia (inquit) huius prouinciæ consuetudo, in oppido quod Clagenfurtium appellant, contra fures durissima. Si quis in furti suspicionẽ inciderit, mox captus, laqueo suspensus uitam finit. Sumpto supplicio, post triduum de suspicione iudicant. Si reum fuisse necatũ inueniunt, pendere cadauer infame sinunt, donec suapte sponte consumptum decidit: si non, depositum in cœmiterio condunt, iustumq́ue funus è publico faciunt, & animæ gratas exequias. hæc ille. Porrò huic oppido proximũ est cœnobium amplum, instituti Benedictini, quod Vitringũ corruptè uocãt, Victoriam ab authore dictum, hoc euentu. Rapuerat duci Carnorũ nobilis quidam eius uiciniæ, filiam ducalem, Maynhardus à Malateyn nomine, sibiq́ue eam coniugẽ iunxerat. is deprehensus, cum ad singulare certamen damnatus (Campionẽ Franci dicebãt) uel ut Annales tradunt, bestijs obiectus esset, uotum faciens fusis ad Christum precibus, si uictoria potiretur, cœnobium construeret. factum est, condidit illud, Victoriamq́ue ab euentu appellauit. Quo loco superioribus annis, nõ sine miraculo, ingens uis tritici cum pluuia ex aere descenderat. Locupletatũ est illud posterioribus annis à cæteris eius familię alumnis, Vilhelmo comite à Maltytz, & Harduico episcopo Ratisponensi: quorum erant insignia, tres albæ stellę in rubro clypeo, & uiceuersa, ob copiam generis. Sunt in uicinia denique & Claudenfurti & Victorię, duo ingentes lacus, quorum propior Vverdsee, & alter Villacum propè contingens, à monasterio in margine eius sito, Ossiachersee nuncupatur. In primo uetustate collapsum castrum cernitur, quod Mosburgum dicitur, antiquiorum Charinthiæ, siue Carnorum ducum regia. Cuius meminit Regino Pruinensis in Chronicis suis, cum de anno Salutis scribit 880: Ludouicus comperto quòd frater obijsset, Boiariam ingressus, Ratisponam uenit. Vbi omnes optimates regni ad eum confluentes, eius ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex Arnolfo

B

Historia & origo Victoriæ cœnobij.

Duo lacus prope Claudiam.

Mosburgũ castrum Charinthiæ.

A nolfo Carantanũ, quod ei pater iam pridem concesserat: in quo situm est castrum munitissimum, quod Mospurk nuncupatur, eo quòd palude impenetrabili uallatus locus, difficilem adeuntibus prębeat accessum. Commemoratur hoc & ab Ottone Frisingensi libro sexto Chron. cap. 7: At Ludouicus (inquit) orientalis Franciæ rex, morte fratris comperta, Ratisponam Boiariæ metropolim adijt, omnesq́ue terræ illius optimates ditioni suæ subiecit. Arnolpho quoque ducatum Carantani cum castro Moseburk tradidit. Pręterea in hoc castro Adaluuinus episcopus Iuuauiensis legitur sacellum consecrasse, in quo sanctus Modestinus episcopus Soliensis sacrificium fecit. Cum igitur uetustate illud postremò concidisset, nobiles tamen comites quidam fuere, qui nomenclaturam ab hoc castro suo usurparent: quorum uixit Cunradus à Mosburg, anno Domini 1280, qui Stayn castrum uicinum Goricensibus uendidit: Emicho comes à Mosburg & Reupingen & Malasperg, episcopum Frisingensem egit anno 1290. Postrema huius nobilis stirpis nominisq́ue superioris Cunradi siue filia extiterit, siue uxor, apud Carnos cœnobium Seldental, ab Henrico duce quondam Charinthiæ positum, locupletasse legitur, circa annum Domini 1319. Locus hic monet, ut de tertio quoque lacu, qui Laricis ueteris situm contrà excurrit, in fine Capitis aliquid subijciam: quẽ à mille statuis hic quondam in phano gentili à colonis adoratis, Millstadiensem uocãt. Phanum quidem gentile ante Caroli Magni tempora, S. Domitianus Carnorum dux, ad salubrem CHRISTI doctrinam, à S. Vergilio Iuuauiensi, & S. Modestino Soliensi episcopis persuasus, ac sacris perlutus undis, dirutum in Christianũ templum conuertit, quod posterioribus seculis Erbo ac Popo comites Artenię, quorum uicini sunt agri, adiuncto cœnobio, augustius reddiderunt. Abbatiæ honorem adiecit post secula aliquot Albertus comes Arteniæ, præsul Tridentinus.

Prosapia comitum à Mosburg.

Lacus Millestadij.

Millestadiensis templi ac fundationis origo.

B Hanc rursus Fridericus tertius imperator & Austriæ princeps, impetrata à Paulo secundo pontifice maximo facultate, in regiam magistri ordinis sancti Georgij, quem ipse primus exorsus est, conuertit: additis proximis castris ac dominijs Sternburg, Landscran, ac in Austria donatis S. Petronelli oppidulo & Trautmansdorffio castro: quem locum superioribus annis cum inter cætera inuiserem, colligendorum Antiquitatis exemplorum ergò, ita inhumaniter à loci præfecto Reschio quodam sum acceptus, ut regijs literis etiam conspectis, uel illa mihi nocte hospitiũ denegarit. Vt haud mirer, ab ueteri adhuc ac gentili barbarie quiddam loco mansisse, qui mihi perpetuò ut ἄξενοι illi ad pontum Euxinum, uitandus erit. Sed placet rhapsodias monumentorum quæ isthic & in Laricis ruinis reperta sunt, locisq́ue uicinis, subnectere.

S. Georgij Millestadiensis ordinis exordia.

In ruderibus Laricis, ubi est hodie S. Petrus, Sant Peter im holtz, ad primum à Spitallio lapidem, in lapide altaris:

L. IVNIO L. VEGETO ANTITTIA SECVNDA CONIVNX.

In cellario parochiæ:

ATITONI ATTALONIS ET LEDIAE CASILLI FATIS M ERIVS.

In lapide fracto sub scala:

LVTIANO
V. S. L. M.

In Claudiæ ruinis, & locis proximis, in Clagenfurto Charinthiæ:

TI. IVL. BL. AESATIL. L. HOSPITI ET CLODIAE Q. F. SEVERAE VXORI H. V. F.

In cœnobio Vitringo proximo:

D. M.
SATVLLVS VRSIN.
ET FINITA CR.
ACCI VI LEG.
GERV SIBI ET
FINITAE
VI AN. D. V.
MVS VABRE.

In oppidulo Spitall proximo:

D. M.
ONOTNIVS AC
RVFINAE K.
CON. Θ
ANN. XXXV
S. S. V. F.

In templo S. Danielis supra S. Petrũ, eadem Arteniæ comitũ ditione:

C. RHESIO
DEXTRO O.
REDSOMARVS
NEPTVNI ET LIIVGLI
P. V. F.

Ibidem:

HERCVL. INVICTO SACRVM G.
DONNICIVS RVFINVS ET VA-
LERIA ATTICA CVM SVIS TEM
PLVM VETVSTATE CONLA-
PSVM RESTITVERVNT
EX VOTO.

In sacello Velkirchij, tribus à Villaco milliarijs: A

D. M.
AVR. SVRA. V. F. S. ET AVRI
TRICONI CON. KAR. ET AVR.
VRSO FIL. Θ ANN. XXXII.

In ualle Lurfeld, prope Spitall & Laricis rudera:

SABINAE SEVERINAE LIVDAE
AN. XL C. SABIN. PLOCAMVS
CONIVGI PIENTISSIMAE ET
GRAECINAE ET APRIL. ET
RVFFO FILIIS V. F.

Ibidem:

ATEGNATAE
AMVRONIS F.
OPTIMAE CONIVGI
ATEBODVVS
VERCOMBOGI
F. V. F.
ET SIBI ET SVIS.

CAP. IIII. DE FLAVIO, VIANA, BEdaco, Candibiana, & Secuntio.



Horum primi in Norico mediterraneo, cũ uidelicet Virunũ, Claudiam & Soluense recensent, Codex præfecturarum Rom. & Plin. lib. 3 cap. 24, mentionẽ faciũt. Vianam & Bedacum Ptolemæus in Norici descriptione enumerat. Candilacam præterea, siue potius Candibianã, Antoninus in supputatione uiæ ab Aquileia Laureacum statim post uiam Beloam, Laricem, Santicũ & Virunũ cõmemorat, XX millium spacio, Arctum uersus à Viruno separatã. His Secuntium Strabonis libro 7 adijciemus, cuius ille inter Norici & Rhœtiæ ciuitates unà cum Candobuno meminisse uidetur. Ac Flauij quidem rudera, in oppido S. Andreæ Lauentallensis, uallis Charinthiæ, collocare, nõ solùm nominis consonantia adductus, qua à Flauio uallis Flauiana est cognominata, quã incolæ deleta prima litera (ut solent) Lauanam & Lauandam pronunciauere: uerumetiam quòd crebræ eò loci Antiquitatis Romanæ inscriptiones supersint, & ab pontificibus Salczeburgensibus, quorum ea est diœcesis, Lauentinus episcopatus antè circiter annos 400 constitutus fuerit, qui adhuc in prædicta manet ciuitate. Cuius præsul circa annum Domini 1300, in archiepiscopũ Salczeburgensem, cuius antea fuerat suffraganeus Cunradus nomine, postulatus est. quem secuti sunt Vdalricus, Theodericus, Petrus, & Henricus ad Minores Viennæ sepultus, anno Domini 1342. Porrò tota penè ista longè omnium amœnissima uallis duarum diœcesium est, Salczeburgensis ac Babenbergensis. Salczeburgenses quidem sanctum Leonhardum metropolim habent, Babenbergenses uerò Vuolfspergũ iustam ciuitatẽ. Isthic & sancti Leonhardi oppidũ est. Et dono hos agros acceperunt hæ sedes ab Henrico II Cæsare, qui magnam Charinthiæ partem hæreditate adiuerat, ob Iuditham matrẽ Arnoldi ducis Boiariæ & Charinthiæ, ab Henrico Saxone imperatore (quẽ Aucipẽ cognominant) auo uidelicet paterno, dominatu exuti, filiam. Et hoc titulo gaudent Salczeburgensis Babenbergensisq; in Charinthia præsules. Habet & dux Carnorum B

Secuntium Strabonis.

Flauium.

Lauentinus episcopatus.

Lauentina uallis.

A norũ multos in hac ualle & agros & prædia, è quibus S. Andreę ciuitati proximũ est: & opulentissimũ totius Charinthię cœnobiũ, quod S. Pauli uocant, ab Engelberto marchione Charinthiæ & Arteniæ comite positũ, auxilio Hedvvigis Charinthiæ ducissæ, & Richardæ matris, duorumq́ꝫ patruorũ, quorũ alter Magdenburgensis archipræsul fuerat, Harduicus nomine: alter uerò, hoc est Hadamarus, Ratisponensis antistes, anno Domini 1102. Quod posterioribus seculis, qui hisce finibus agros habent, Rabenstayniorũ, Colnicensium, & Loschentallensium, donis multis dotatũ, in principis penè dignitatẽ euectum erat. Ac Rabenstaini defecere, postremis suæ stirpis existentibus, Peregrino, Hermanno, ac Iacobo. Colnicensium uerò eò loci adhuc & nomen & prosapia manet. cuius antiquiores qui in eo monasterio rem Christianã iuuerũt, reperi Manhalmũ, Goczlinium, Vdiscalcum, Harduicũ, Chunradum & Vdalricũ. Venio ad Viannam ac Bedacũ, quorum Ptolemæus nomina in Norico ponit, & quorum rursus utriusq́ꝫ ruinæ, non procul à Flauio, ueteribus nomenclaturis à barbaris decurtatis & deprauatis, cernuntur, in Voidspergio uidelicet ac Obdacho Styriæ oppidis. Est enim uerisimile, ut pro Vianesperg lapsu temporis, ac barbaris populis quotidie immigrantibus, Voidsperg per synochen, & pro Bedaco Obdacũ, transpositis primis literis, auditæ uoces sint. Antiqua hæc oppida esse, & à Romanis quondã culta, uel inscriptiones testantur, quarũ aliquas sub finẽ subijciam. Porrò ab Obdaco per ualles Vennonũ ac Menocalenorũ (quorũ in Carnis Strabo ac Appianus Alexandrinus meminere) hodie Vvunicz & Mingelstall, uia proxima ducit ad Iudenburgũ, Styriæ ciuitatẽ, in colliculo supra Mueram flu. conditũ, ubi fortè Candobianæ, siue (ut habent corrupta exemplaria Antonini) Candilacæ uestigia quærenda erunt. Isthic enim fuisse quondam, cùm monumenta quæ crebra eruuntur,

S. Pauli monasterij initia.

Vianna & Bedacum.

Candobianæ uestigia.

B tum præcipuè ager proximus testatur, quem Cobentium, unà cum oppidulo, hodie adhuc uocant, ueteri nomine corrupto nimirũ. Est & Kemnig uallis ijs in finibus, ad antiquã uocem adludens. Et nunc adeò è Viruno, hoc est Vriesacho, XX mille passus, hoc est miliaria V Germanica, ut Antoninus subducit, Iudenburgũ colligunt, uiaq́ꝫ isthac trita ad Danubiũ in Noricũ ripense per montana castra ducit, ubi est hodie Admontense cœnobiũ, ut omnia ad unguem descriptioni Antoninianæ cõueniant. Conueniunt & quæ de Candobuno suo scribit Strabo lib. 4 Geographiæ: Huius aũt nationis sunt (inquit) Lepontij & Camuli, atq́ꝫ Vindelici & Norici. Et montana exteriora tenent maiore ex parte cum Brencis & Tenauis, his iam Illyricis. Isti finitimas Italiæ partes omni tẽpore, & Heluetiorũ & Sequanorũ & Boiorũ & Germanorũ incursabant. Etenim fortissimi eorũ, Clautenacij, Raucantij, Cotuancij, Brigianes, Estiones & Vennones censebantur. Eorum oppida, Secantium & Candobunũ. hæc ille. Quorũ omniũ populorũ, nominũ saltẽ adhuc antiquorũ uestigia, in Carinthia supersunt, in eo itinere quod à Iudẽburgo, in agrũ ducit Salisburgensem proximũ, Tirolimq́ꝫ. Sic enim à Tenauis, Deichel & Danferstall: à Rhucantijs Reichnavv, Reishnau, Reisnicz, Rauris: à Cotuancijs, Kotting & Kochavv: à Brigianibus, Brixentall, Brexen: ab Estionibus, Estnig, Eschenloch: à Vemnonibus deniq́ꝫ Vvunicz, appellationes uallium eo in tractu manent. Arbitror & Clautenacios Straboni dici, qui hodie gentilitio sermone Clausen nominantur: hoc est, qui in anfractibus montium colebant. His in finibus, & præcipuè ubi Candobuni sunt rudera, & à Iapodum memoria ac nomine castrum uisitur, Eppenstayn uulgò dictum. Vbi nobilissima prosapia ditionem tenuit, quæ extincta Sueuorum stirpe in principatu Carnorum, ad ducalem apicem peruenerat. Nam cum Cuono dux Carentanorum, frater Henrici Palatini comitis Luthariorũ, uitã cum morte cõmutasset, eius pariter filius Vdalricus

Candobunum.

A ueterib. populis ualles Charinthiæ cognominatæ.

Familia liberorum ab Eppenstayn.

ricus marchio Carentarũ sine successione stirpis, circa annũ Domini 1070, decesſisset, Marquardus ab Eppenstayn & Muercztall ueteri prærogatiua in ducatu est ab Hẽrico quarto substitutus. cuius Lambertus Schafnaburgensis obiter meminit, ita scribens: Anno Domini MLXXIII rex natalem Domini Babenberg celebrauit. Ibi Berchtholdo duci Carnotensiũ ducatũ, sine legitima discussione absenti, abstulit, & Marcvvardo cuidam propinquo suo tradidit. Loquitur aũt eo loco de Berchtholdo Zaringiæ & Habspurgi comite, qui titulũ Charinthiæ modò, & possessionẽ nunq̃ accepit, resistẽte, ut dictũ est, Henrico quarto Cęsare: qui consanguineo suo, hoc est Marquardo comiti ab Eppenstayn & Muercztall, studebat. Vinculi aũt ratio hæc fuerat. Adalberoni ab Eppenstayn, qui Marcquardi ducis Carnorũ pater fuerat, Chunradus secundus imperator, Henrici quarti auus, matris sororẽ, nomine Beatricẽ, nuptũ dederat, cõfirmata donatiõe, quã eius pater Lãdfridus ab Ottone tertio acceperat in Carnis, centũ uidelicet mansus in comitatib. Durgenymel & Aualancz. Et licet spem quoq̃ ducatus eius terræ ab eodẽ is Cęsare accepisset, hoc est, tertio Othone: tamẽ substituto Cunrado quodã ab Hẽrico secũdo, qui Othoni tertio successerat, nec Landfridus ab Eppenstayn, nec Adelbero filius possessionẽ consequi potuerunt. Et cũ is obijsset anno millesimo, Imperator ecclesias ditaturus, cũ magnã principatus portionẽ Salisburgensi ac Babenbergensi sedib. condonasset, ei quæ supererat terrę, Othonẽ ducẽ dedit. post hunc eo in ducatu cõfirmatus est Cuono ab Henrico tertio, circa annũ Domini 1057. Cuius siue filius siue frater fuerit, Vdalricus marchionẽ Carnorũ egit, & eum tractũ possederat, quæ hodie Styria superior cognominatũ. De quo scribẽs Lambertus: Anno Domini (inquit) M LXX, rex natalẽ Domini Frisingæ celebrauit, Vdalricus marchio Carintanorũ obijt. Huius puto nati uel Germani fuerũt, Ottocarus, Peregrinus, Hadericus, Leopoldus & Rudolphus: quorũ B. Altmannus in literis exordij Gotuicensis Austriæ cœnobij amplissimi mentionẽ facit, de anno Domini 1083, cum limites prædiorũ recenset, quæ fundationi suæ usq̃ in Charinthiã designarat: in qua tum, utpote nondũ marcha Styriæ distincta atq̃ seiuncta à Carnis, Pielagus atq̃ Trasma fluuij oriebanũ, quas hodie cõstat in Styria scaturire. Verba fundationis sic habẽt: Hinc descendit iuxta Krevvspach in Pielàch, quẽ trãsit recto limite ad Scynti lecta, inter duo allodia marchionis Ottocari & Piligrini. Inde recta linea ad Reychnsteyn, deinde ad caput Pielach. Inde per altitudinẽ montanã transit super Staynperg, & de Staynperg inter allodia marchionis Leopoldi & quorundã nobiliũ, reuertitũ in riuũ Cebermar. Ad hãc parochiã pertinet etiã Hofstetẽ, & Maur parochia ad Pyrhek, cũ omnibus appẽdicijs suis, quæ habẽt terminũ uersus occidentẽ Traysnã flu. ab ortu suo usq̃ ad uillã S. Hippolyti. Deinde uiã Septentrionalẽ, quæ ducit de S. Hippolyto ad Meters, per uillam Vvagrã, & per syluã quæ uocatur Vorhakh. Deinde ad uillã Sibenhyrtẽ, inter allodia Viliberti & Vvaltonis in uillam Tevvrn, uersus Australem partẽ, & semitam quę uocatur Pechsteyg, inter confinia allodiorũ marchionis Haderici & Rudolphi, & ita in Charinthiã quidquid inter hos terminos est culti & inculti, ad parochiã Pyrhek pertinet. Hactenus fundatio. Vbi quia marchiones modò nominanũ, constat aliũ ducalẽ titulũ accepisse, uidelicet Berchtholdũ Zaringensem, cui Henricus adhuc tertius ducatũ Carnorũ promiserat, licet possessionẽ nunq̃ cõsecutus, ab Hẽrico IIII insuper successorẽ acceperit Marquardũ, de quo loquimur, comitẽ ab Eppenstayn & Auelancz. qui, ut suprà uisum est, Cæsaris propinquus fuerat, eo uinculo cõiunctus nimirũ, ut hactenus de Lãdfrido auo ac Adalberone patre ostensum est. Accessit & alia cognationis ratio. Siquidẽ Hẽricus IIII, Limpurgim filiã Marcquardo collocarat, quæ ex uiro pepererat quinq̃ filios, & duas filias:

Horum principum etiam meminit Lambertus Schafnaburgensis.

Catalogus uetustiorum Charinthiæ principum.

Zaringenses duces in Charinthia.

A duas filias: Henricũ, qui patri in ducatu successerat, suæ prosapiæ postremũ: in ducatu Charinthię, Marquardum iuniorẽ, marchionẽ Carnorũ, & Leutoldũ eorundem principẽ: Vdalricũ abbatẽ S. Galli in Heluetijs, postea patriarchã Aquileiensem: & Hermannũ primũ, abbatẽ S. Lamberti, quod cœnobiũ pater fraterq́ue Henricus quondam ab Ottone Cæsare tertio auspicatũ, multis muneribus ac reditib. locupletatũ, ad extremã manũ perduxerãt. Filiarũ altera, Beatrix, Friderico comiti Sponhamensi locata fuerat, unde & is ducatum ambiuerat: Henna uerò, altera, Vilhelmo comiti à Vriesaco & Zelschach nupsit. ipse Marquardus pater in Gereyt monasterio monialium prope Vriesacũ sepultus est, filio Henrico in ducatu relicto successore. qui tres habuerat cõiuges, Luidgardim, Beatricẽ, & Sophiã: ex quarũ penultima Hedvvigis processit, Engelberti comitis Arteniæ, & marchionis Graynburgi Carnorumq́ue coniunx. ratione cuius matrimonij hi postea comites, hoc est Engelbertus & successores, ducatus administrationẽ ab Imperio meruerũt, de quibus sub finẽ capitis primi huius Sectionis dictũ est abundè. Cæterùm quod euenit in Styriæ comitatu, de quo proxima Sectione, capite de Gossoduno dicturi sumus, germen quoddam nihilominus comitũ ab Eppenstayn mansit: uidelicet Laudfridus iunior Marquardi, ut puto, frater: qui in literis citatur testis de anno Domini 1151: & Engelbertus liber ab Eppẽstayn, ab ipso Marquardo duce refertur in diplomatibus: itemq́ue Albertus ab Eppenstayn, in testimoniũ adductus anno Salutis 1170. Et hactenus de illa nobili familia, quã prope Candobuni ueteris sitũ agros habuisse, suprà diximus. Sequitur SECVNTIVM, quod & ipsum eodem situ in Noricis cum Candobuno à Strabone refertur, ut suprà ex textu adducto auditũ est. Credendum est aũt, à secto nemore, hoc nomen municipio accessisse, in cuius ruderibus postea, utcunq́ue seruata ueteri appellatione, Al

Prosapia dominorum ab Eppenstayn.

Secuntium.

B ramus comes à Treysina, Starchemberg & Vvildek, ut proprio pręְdio, præposituram nobilem posuit, anno 1129, quę Seccouiensis hodie dicitur, & in hanc usq́ue diem Candobuni uestigijs, hoc est Iudenburgo propinquũ uisitur, duorũ interuallo milliariorũ disparatũ, quo loco uestigia etiamnum illius secti antiquitùs nemoris uidentũ: Aichfeld incolę uocant. Vbi superioribus annis, electissimũ ex aere Manna decidit, & nõ contemnenda copia ab incolis collectũ est. Huic monasterio nobili, anno postea 1219, Eberhardus archiepiscopus Salizeburgensis, cuius hæc est diœcesis, episcopij sedẽ adiecit, designatis in Styriæ finibus castris ac prædijs, unde rẽ administrare ecclesiasticã posset, Vvasserburgo ac Leybnicio. Et habet catalogus horũ antistitũ sic: Carolus, Frisacẽsis pręְpositus, primus episcopus Seccouiensis: Bernhardus, qui interfuit comitijs Augustanis à Rudolpho Habsburgẽsi Cæsare habitis: Cunradus ex præposito Salczburgensi, Seccouiensis pręsul, & ex eo rursus archiepiscopus Salczeburgẽsis, fatalis Austriacorũ hostis, qui diu bellũ cum Alberto primo gessit, & prosapiã illam nobilẽ Habsburgensem ex Styria eijcere conabatũ. Successit huic Vdalricus, & Vdalrico Fridericus à Milterchirchen, pręְpositus antea Salczeburgensis: Fridericus à Leybnicz, ex camerario Salczeburgensi anno 1309. Rudimarus, qui se Austriæ ditioni primus subdiderat, anno 1338, acceptis ab Austriæ principibus duabus fœcundissimis uallibus, Vischenz & Gail. Quem secuti sunt ordine Vdalricus Iuris doctor, & cardinalis creatus ab Eugenio papa, obijt Padueę anno 1331: Augustinus, Georgius à Trautmansdorf, qui reditum episcopatus auxit castellis Vaselsperg & Ror, Achatij & Henrici Flednitzer equitum Styriæ confiscatis à ducibus Austriæ bonis. Fertur ex coniuratis unus fuisse, qui Matthiam regem Hungariæ aduersus Fridericum tertium Cæsarem, in perniciem Austriæ Styriæ'que adduxerunt. Quapropter mortuo Georgio, Matthias Scheyd Sueuus & Iuris doctor, miles egregius, cum

Catalogus episcoporum Seccouiensium.

cum Vuasserburgum ac alia episcopatus loca ab Hungarorũ possessione eripuisset, à Maximiliano Cæsare Seccouiensis episcopus constitutus est. Cui successit Christophorus Rauber episcopus Labacensis, & huic Lambergius præpositus Salczeburgensis. A' quo rursus N. à Tessingen Sueuus, Matthæi Longi archipręsulis Salczeburgensis scriniorũ magister: & post hũc, N. à Malatein Charentanus, canonicus Salczeburgensis, ab eiusdem sedis Arnesto episcopo ac Bauariæ duce datus fuit. Qui omnes nostra memoria rem isthic ecclesiæ apud Styrios administrarunt. Et hactenus de episcopis Seccouiensibus, & præpositura Seccuntiensi. à quo paucis milliarijs aliud in ipsis finibus Carnorũ Styriorumq́ opulentissimum cernitur monasterium, S. Lamberti, quod Marcquardus ac Henricus Carnorum duces, ex illa nobili prosapia comitum ab Eppenstayn & Auelancz procedentes, ex angustijs parui cœnobij ab Ottone tertio imperatore fundati, ita sustulerunt, ut ad principũ maiestatem ac diuitias, illius deinde abbates emerserint, ac ditionẽ per agros teneant X milliariorũ longitudine, ueteribus comitatibus fundatorũ hæreditarijs, Dragmimel, Eppenstayn & Auelancz, in fiscum monasterij redactis. De cuius cœnobij antiqui exordijs, diploma tale reperimus in nostra Vetustatis inquisitione, quo & monasterij præsules hactenus carebant. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto diuina fauẽte clemẽtia, Imperator Augustus. Si aliquid de nostræ magnitudinis Imperiali munificentia, Dei ecclesijs emolumenti pro stabilitate illarum conferimus, proculdubio id in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fidelium nostrorum animaduertat industria, tam præsentium q́ futurorũ, qualiter nobis interuentu & admonitione Ottonis Carentorũ ducis, quoddam nostrę proprietatis spaciũ, capiẽs ex omni parte in longitudine siue in latitudine iugera tria in monte Carẽtino, cũ dimidia parte Ligni montis illius in latere positi, cum decẽ iugeribus pratorũ iuxta flumẽ Glana iacentiũ, ad ecclesiam sancti Lamberti martyris, qualicunq́ supradicti montis parte, excepta nostra regali sede, inibi sancto Lamberto seruientibus, perpetuò possidendam tradere atque delegare uisum sit, cum exitibus & reditibus, & cum omnibus utilitatibus, ad pręfata iugera pertinentibus: ea uidelicet ratione, ut nemini quidq́ in ea ecclesia Deo militantes debeant, nisi quod ad Dei seruitium spectat. Sed & ipse locus, & in eodem loco Deo & S. Lamberto militaturi, sub nostri sint Mundiburdij defensione suscepti, ita uidelicet, quòd nullus iudex publicus, uel quilibet ex iudiciaria potestate, ecclesias aut loca uel agros, seu reliquas possessiones, quas uel nũc idem locus S. Lamberto donatus possidet, uel quas deinceps in ius ipsius diuina pietas uoluerit augeri, ad causas audiendas, uel ad freda exigenda, aut mansiones uel apparatus faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiæ iniustè distringendos, aut ullas redhibitiones seu illicitas exactiones requirendas, ullo unq́ tempore ingredi audeat, uel ea quæ suprà memorata sunt, penitùs exigere præsumat. Sed liceat rectoribus loci suprà memorati, fratribusq́ in eodẽ loco Christo & S. Lamberto militaturis, omnia ad eum pertinentia sub immunitatis nostræ defensione, quieto iure possidere: atq́ pro incolumitate nostra, nec nõ stabilitate regni, Dei clementiam iugiter exorare. & quæ sequuntur. Vbi præterea Ligni montis mentio fit, quem hodie uoce Latina in Germanicam detorta, das Linthaw uocant, quà uia ex Carnis ad Pœninũ montẽ ducit, das Bintzgaw, quod & ipsum nemus unà cum Aichfeldino ad Seccũtium excisum fuisse à Romanis, uerisimile est, uallibus ad colendũ idoneis effectis. Est in ea uicinia uersus ortum & Gossense cœnobium, nobilium monialium uirginum, ab Adala comitissa à Leuben, & Aribone archiepiscopo Moguntino patruo, auxiliante etiam Henrico secundo Cæsare positum: in quo Kunigundis Adalæ filia primam

Exordia monasterij S. Lamberti.

Exordia cœnobij Gossensis.

A primam abbatissam egit, anno Domini 1000. Quibus omnibus locis, quæ sequuntur inscriptionum Romanarum exempla supersunt.

Ad S. Andream Lauatall, & locis uicinis:

C. GAVILLIVS PECVLIARIS V. F. SIBI ET IVLIAE TERTVLIAE H. M. H. N. S.

Ibidem:

HERCVLI ET EPONAE AVO PRO SALVTE IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI PII FELICIS INVICTI.

In cœnobio S. Pauli proximo supra portam:

LATOBIO SAC. PRO SALVTE NAM. SABINIANI ET IVLAE BABILLAE VINDONA MATER V. S. L. L. M.

Ibidem:

LATOBIO
AVG. SAC.
L. CAESERINVS
AVITVS
V. S. L. L. M.

Vvitsperg Styriæ, Vianæ ruinis, in muro ecclesiæ Kolhofen prope:

SATVRNINVS VERINVS ET AVG. SECVNDINA VE. SE.

Ibidem:

SENA C. APALVMBI ET MATERNA C. V. F. S.

Iudenburgi Candibianæ uestigijs:

D. M.
C. OCTAVIO NEPOTI VIX. AN. LXX IVLIA VALENTINA HAERES CONIVGI PIENTISSIMO FACIENDVM PROCVRAVIT H. S. E.

In Vveissenkyrchen, loco proximo:

AVRELIO CANDIDO MIL. LEG. II. AVG. ANN. XX.

In Obdachó, hoc est, Bedaco:

HAPRISINA L. F. MATER VAERIVS C. F. C. L. V.

B

CAP. V. DE VIRVNO, VACORIO, & Soluensi colonia.



PTOLEMAEVS ex his prima duo in Norico recenset, eleuationem maximè meridionalem, atque eandem ambobus tribuit, graduũ uidelicet XLV, & minutorum totidem, ut Santicum XV modò minutis ascendendo Septentrionem uersus uinceret. Meminit uerò Viruni & Antoninus in uia ab Aquileia Laureacũ uersus ad Istrũ, in Norico ripensi, enumerãs ordine uiam Beloiam, Laricem, Santicum, Virunũ, Candilacam, uel Candibianam, & Montanam, &c. Vt inter Gurkfeld ac Iudenburgum scilicet, ubi & hodie Vriesachum situm cernitur, fuisse appareat. Meminit autem Viruni inter Norici urbes & Plinius libro tertio capite uigesimoquarto. Et nominis rationem reddens Suidas, de ipso Græcè sic scribit: Βηρούνιον. Νωρικοὶ γὰρ ἔθνος, ἔνθα σῦς χρῆμα θεόπεμπτον τὴν χώραν ἐλυμαίνετο, καὶ αὐτοῦ πάντων ἐπιχειρούντων οὐδὲν ἤνυον, μέχρι τὶς ἀνὴρ τὸν σῦν ποδὶ τρέψας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέθετο. οἷόν τι καὶ ἐπὶ Καλυδωνίου μυθεύεται. οἱ δὲ Νωρικοὶ ἐπεβόησαν, εἷς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, τουτέστι βηρούνιος, ὅθεν ἡ πόλις Βηρούνιον ἐκλήθη. Id est, si Latinè reddas: Virunium Norici gens est, ubi sus, pœna à Deo missa, regionẽ eorum deuastabat. Et in plano campo Norici omnes tentantes eam expellere, nihil profecerũt: donec unus quidam uir porcum humeris sublatum detulit, ut de apro Calydonio fabulis proditum est. Et quoniam Norici ipsum, uirum unum propria eorũ uoce dixerunt, ciuitas ita Virunum nominata est. hæc ille. Vbi, quia proprio idiomate Noricorũ, quod Teutonicum fuit, ab euentu occisi porci dictum fuisse, Suidas asserit: iam, non tanquã Latinum, ab uno scilicet uiro occisore porci, sed porco potius occiso, quem Bern *Viruni origo.*

Germani nominamus, & occisore porci quem Berenauer uocamus, nomen hoc ortum sit oportet: tanquã diceres die Berenaw. Quam uocem municipij Romani postea, cum Noricum in fidem recepissent, in suam pronunciationem conuertentes, tanquam Latinum esset, Virunium nuncuparũt. Et Carni, cum pulsis Romanis, è Foroiulij montanis ipsi profecti, Drauo traiecto eam Norici partem occupassent, ubi hodie ducatus Charinthiæ extenditur, adiecta in fine gentilitia aspiratione ach (ut de Valacho ac alijs multis Carnicis uocabulis similiter desinentibus ostendimus) Virunsach, & per syncopen (ut gaudent monosyllabis Teutones) Vriesach pronunciauere. Quod per proprios comites administratum aliquandiu fuit: donec ab Henrico secundo Cæsare, cui ob Iuditham matrem, & Arnoldi Charentani ducis filiam, prouincia cesserat, & hoc municipium, & alia pleraq; Salczeburgensi sedi in Carnis donata fuissent: cuius præsules uidelicet ab eo tempore præpositum isthic & archidiaconum in ecclesiasticis, & uicedominum in accipiendis redditibus, iureq; dicendo, & habuerunt, & adhuc habent. Cæterùm sub nomine comitum ac dominorum à Vriesach, hi à nobis obseruati sunt in uetustis diplomatibus: Vilhelmus comes à Vriesaco, & Czelsach, ex Herma comitissa de Pylstayn Austriaca, Vvolfradi comitis filia, quæ miraculis sancti Colomanni recens martyrio coronati ex muta loquens effecta, Vilhelmum & Harduicum comites progenuerat, à latronibus & metallorũ fossoribus interfectos: quorum Vilhelmus senior in ualle Lauentina, Henna in Gurkio monasterio, quod ipsa prima à fundamentis posuit, requiescit. Secuti sunt hos, puto cognati, Poppo comes de Czelsach, in prærogatiuis Millestadij inter reliquos Charinthiæ comites citatus, de anno 1150: & Sigefridus de Vriesaco, anno 1151, in literis sancti Lamberti introductus. Fit & inibi mentio Czelsaci de Dietrichstayn, & Reymberti à Dietrichstayn, anno salutis 1059, Vt coniectura nostra uana sit, Dietrichstaynios nostri adhuc seculi Carnorum barones, ipsissimam horum comitum esse posteritatem. cuius nominis insigni humanitate eruditioneq; non uulgari præditos, SIGISMVNDVM ac ADAMVM liberos barones nostra ætas habet. Et hæc de Virunio. Venio ad VACORIVM, à quo prima syllaba dempta, & solita Carnorum aspiratione ch in fine adiecta, fluuius nominatissimus Charinthiæ nomẽclaturam ad posteros misit, quem Goriach, & per syncopem, more Germanorum qui monosyllabis gaudent, Gurkh hodie uocant incolæ. In cuius cum Olcza ac Metincza riuis confluentibus, qui in medio sunt itinere, quod est à sancto Vito Vriesacum, antiquæ ciuitatis rudera uidentur, tametsi castrum hodie in his & oppidulum extet, quod à ueteris adhuc Vacorij memoria Altenhofen appellant, locum etiam ueteri prosapia celebrem. Rudigerus enim ab Altenhofen, nobilissimus Carnorum satrapas, rerum isthic potitus legitur, circa annũ Domini 1230, & Berchtholdus à Goriach, comitum Artemiæ uasallus, uixit anno 1253. Ab hoc & Gurkium præposituram antiquam ac nobilem, utpote ab Henna Vilhelmus senioris comitis à Vriesaco ac Zelsaco uidua positam, circa annũ Domini 1056, duo supputantur milliaria parua: in cuius itineris medio Strasburgũ oppidulum cum arce uisitur, episcoporum Gurcensium, ab eiusdem Vacorij scilicet uestigijs nominatorum, regia ac sedes: quã Gebehardus comes ab Helfenstayn, archipræsul Salczeburgensis, & Admontensis cœnobij ditissimi author, primus posuisse fertur, primo antistite ibi ac suffraganeo consecrato Gunthero quopiam, circa annum Domini 1072. Quem secutus est Henricus: & hunc Romanus, qui sub diuo Leopoldo Austriæ marchione testis, & ab eodem etiam principe recensetur, anno 1130. Successit huic alter Romanus, cuius nomen in literis exprimitur de anno Domini 1173. Hunc sequuntur, Theodericus, anno 1180: Vvernherus præpositus

Comitũ à Vriesaco progenies.

Vacorium uetus.

Catalogus episcoporum Gurcensium.

A positus Neuburgensis in Austria, 1192: Henricus anno 1200: Vdalricus, ob Vveissnburg, Redenteyn, & alia quædam loca, bello legitur conflixisse cum ducibus Charentanis, & cum Artenburgensibus comitibus. Huic Clemens papa sextus substituit Paulum Archidiaconū in Idria, anno 125 o. secutus est Henricus, qui Viennensi synodo interfuit, habitæ in Austria à Salczeburgensi archiepiscopo Gvvidone Cardine S. Lucinæ, & Ottocharo rege Bohemię, Austrięq; ac Charinthiæ duce, circa annum Domini 1265. Successit huic Ioannes, qui Rudolphi Habspurgensis Rom. Cæsaris partes est secutus, aduersus Ottocharum Bohemū.

Et hunc sequuntur ordine postea, Harduicus 1284: Hermannus 1285: Henricus 1318, qui sacellum Viennæ domui Senatoriæ proximum, quod ad Saluatorem dicunt, consecrauit: Paulus ex Gurcensi postulatus est in episcopatum Frisingensem anno 1358: Ioannes cognomēto Schaldesman, Gurcensis præsul, Rudolpho Austrio Druxen castrum donauit, anno 1360: Georgius uixit sub Carolo quarto, à quo & literas obtinuit, ut posset atq; liceret domui Austriæ subesse. Huic Ernestus ac Fridericus duces Austriæ, Ernestum Avver cancellarium Austriæ suffecere, anno Domini 1414. Quem rursus ordine consequūtur, Laurentius, Lauentinus antea episcopus, anno 1433. Huic à Romana sede uiuo est substitutus Ioannes, qui Constantiensi concilio interfuit: cuius cum possessiones in Styria inferiori, Sclauoniæ proximas urgerent Turcæ, Austrijs uendiderat, necessitate coactus, Peylstayn, Landsperg, Viczel, & Nassenfues. Secutus est hunc alter Laurentius, anno 1478: Raymundus de Perandi, doctor Iuris, & Innocentij papæ per Germaniam orator, factus postea cardinalis anno Domini 1490. Post hunc præfuit huic sedi Matthæus Lang Augustanus, Maximiliani Cæsaris à con-

B silijs arcanis, creatus postea & ipse Cardinalis S. Angeli, & archiepiscopus Salczeburgensis, quē ipsi nostra uidimus ætate. Cui in Gurcensi sede, Hieronymus Balbus primum poeta Italus successerat, & exinde Antonius ab Hoyes Hispanus, Gabrielis Salamancæ comitis Arteniæ cognatus. Quo, dum hæc scriberemus, à latrone per insidias sublato, FERDINANDVS rex Austriæ, IOANNEM SCHONBERGIVM substituit, abbatem Melicensem, & antequam abbas fieret, canonicū Batauiensem, catholicæ disciplinæ atq; religionis obseruantissimum. Et hæc quidem de Vacorio, ac sede Gurcensi: quæ cum alijs innumeris, nobiliumq; prosapijs, fidem fallens quidam laruatus comes (poeta enim esse non potest, sicut nec comes unquam erit) nobis abstulit (quod lectorem monere uolo.) Ipsa autē primum omnium Gurcensis cathedra è loco proximo, Salio uidelicet, ad diuam Virginem, ubi uetus erat episcopalis sedes à S. Virgilio Iuuauiensi episcopo auspicata, à Gebehardo (ut diximus) Salczeburgensi siue Iuuauiensi præside, eò translata erat. Siquidem post beatum Rudbertum, cum Boiorū principes Carnis iura darent, Garibaldus ac Tassilo (quorum Diaconus Varnefridus historiam retexit libro tertio, cap. 16 & 29. & lib. 6. cap. 21. Et dum Sclaui quidam satrapæ nomine Boierorum hanc terræ partem administrarent (ut habent gentis annales) uidelicet Sanno, Boruch, Carastus, & qui primus auspicio regum Boiorū sanctiq; Rudberti sacris undis perlutus fuerat Cetius Cetemarus: factum est, ut traditione Donningi cuiusdam, & à sancti Rudberti successoribus, beatoq; Virgilio in Apostolatum Carnorū missi, Christiani iam paulatim quidam esse in Charinthia inciperent. Ad quos in fide confirmandos, à beato insuper Virgilio missus Modestus nomine quidam, Vvaldcunonē ducem, qui postea in Christianismo Domitianus nominatus est, non solùm ad fidem doctrinamq; salubrem suscipiendā induxit, uerumetiā ut duo maxima in Carnorū agro templa poneret, in ruinis municipiorū quondā Romanorū, Soluensi uidelicet colonia, & Millestatuis, effecit. *Soluensis colonia.*

de quorū postremo dictum iam antea est, capite huius Sectionis tertio. De Sol- A
uensi uerò hic iam ex professo dicetur, ubi Domitianū ducem beati Modesti apo
stoli ductu & templum posuisse, & episcopij sedem, præfati sumus. Quanquā ue-
rò Liburniæ, nescio cuius, ubi hæc posita sunt, Annalibus mētio fiat: tamen Solu-
ensis ciuitatis (ad quam uocem nomenclatura templi illius episcopalis, uulgò di-
uæ Virginis in Solio, haud ineptè alludere uidet̄) & Codex præfecturarū Rom.
& Plinius adeò lib. 3 cap. 24 meminere. Et hic quidem: Rhœtis (inquit) iungun
tur Norici: oppida eorum Virunum, Celeia, Teurina, Aguntum, Viana, Æmo-
na, Claudia, Flauium, Soluense, &c. Adductus igitur non uana coniectura, quas
hodie ruinas amplissimas, diuæ Virginis præposituræ in Solio iunctas, uulgò Li
burniam uocant, ego Soluensis illius Romanæ coloniæ uestigia esse adsero. nam
& ager proximus Soliensis, adhuc uulgò im Solfeldt: & de quo præfati sumus,
templum in colle editiore ruderum antiquorū positū, diuæ Virginis in Solio no-
minatur. Quòd uerò Liburniæ illi nomen à posteris attributū sit, ex eo arbitror
factum, quòd omnes penè illi à Drauo Sauum, & exinde ad mare excurrentes a-
gri, intra Liburniæ fines concludebantur, ueluti & Maro canit:

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis,
Regna Liburnorum & fontem superare Timaui.

Quare qui & Liburniæ episcopus citatur in cōcilio Chalcedonensi, Philippus
nomine, hunc huius ipsius Soluensis presulem extitisse autumo. Hæc eò tendunt,
ut episcopalem hanc fuisse ciuitatem, & sub Romanis, & postea auspicio B. Vir-
gilij Iuuauiensis episcopi recuperata sacrosancta religione, credamus. In qua scili-
cet primus sedit S. Modestus, qui Domitiano duci persuaserat, ut sanctū dogma
admitteret. Huic Modelhamus successit, & illi Methodius Grecus, à Vualdvvy
no Salczeburgensi apostolus in Charinthiā missus. Qui deinde episcopatui huic B
præfuerint, qui postea, ut diximus, Gurkium cœnobium, locum proximū ab Iu-
uauiensibus præsulibus est translatus, inuenire nequiui. Regia sanè isthic & reli
gionis & principis exinde loco semper, & in multa secula mansit. Supersunt ad-
huc in campo proximo tribunalis lapidei fragmenta, ubi inaugurari dux, & dice-
re populis iura solebat. quæ ut diligentius, quemadmodum soleo, contemplarer,
descendens ex equo, ita cuncta perscrutatus sum, ut postremò in saxo à tribunali
illo uetustate deciso, Domitiani ipsius principis Christiani Carnorum inscriptio-
nem repererim in hæc uerba: DN. DVX DOMIT. Non uidetur autem
extra rem esse, si locum Æneæ Pij ea super re inseruero, qui in cap. de Charinthia,
libelli eius, quem Chronicis Beneuenusti tanquam supplementum adiecit: Impe-
rium Charinthiæ (inquit) Australes obtinent, & Archiducē appellant, cui ea re-
gio paret. Quoties nouus princeps reipublicæ gubernationem init, solennitatem
nunquam alibi auditam obseruant. Non longè ab oppido S. Viti, in ualle spacio-
sa uetustæ ciuitatis reliquiæ uisuntur, cuius nomen temporis aboleuit antiquitas.
Iuxtà in pratis latè patentibus, marmoreus lapis erectus est. Hunc rusticus ascen-
dit, cui per successionē stirpis id officiū hæreditatis iure debetur. à dextra bos ma-
cer nigri coloris astat, à sinistra pari macie deformis equa. Frequens circa eum po
pulus, & omnis rustica turma. Tum princeps ex aduersa pratorū parte procedit,
purpurati eius proceres ambiunt. Vexillū ante ipsum & insignia principatus co-
mes Goriciæ, qui palatij curam gerit, inter XII minora uexilla præcurrit: reliqui
magistratus sequunt̄. Nemo in eo comitatu non dignus honore uidetur, nisi prin
ceps, per se ipse rustici speciem ferens. Agrestis ei uestis, agrestis pileus, calceusq́;
& baculus in manu gestatus pastorem ostendit. Quem postquam rusticus ex la-
pide uenientem conspicatus est, sermone Slauico (sunt enim ipsi Charinthiani
Slaui)

Solennitas inaugurationis ducis Charinthiæ, quæ in ruinis Solij fit.

A Slaui) Quis hic est, inclamat, cuius tam superbũ incessum uideo? Respondent circumstantes, Principem terræ aduenire. Tum ille, Iustus'ne iudex est? salutem patriæ quærens, liberæ conditionis, dignus honore? Est'ne Christianæ cultor fidei, & defensor? respondent omnes, Est & erit. Rursus ille, Quo me iure ab hac sede dimouebit? At Goriciæ comes: Sexaginta denarijs abs te (inquit) locus emitur: Iumenta hæc tua erunt, bouem & equam ostendens: uestiměta quoq; principis, quæ paulo antè exuit, accipies: eritq; domus tua libera, & absq; tributo. Quibus dictis, rusticus leui alapa principi data, bonũ iudicem esse iubet. & surgens, iumentaq; secum abducẽs, loco cedit. Princeps uerò conscenso lapide, nudum gladium manu uibrans, ad omnem se partem conuertit, æquum iudicium populo promittens. Ferunt & aquam frigidam rustico allatam pileo, bibere, tanquam uini usum damnet. Deinde ad ecclesiã Soliensem pergit, quæ in propinquo tumulo sita est, sancti Petri uocabulum habens, & olim pontificalis fuisse dicitur: ubi peractis sacrificijs, princeps rustica indumenta deponit, paludamentumq; induit: conuiuatusq; splendidè cum proceribus, in prata reuertitur: ibiq; pro tribunali sedẽs, ius petentibus dicit, & feuda confert. Fama est, septingentesimo nonagesimo post CHRISTI Saluatoris ortũ anno, imperãte Carolo Magno, ducem gentis Iguonẽ nomine, ingens conuiuium prouincialibus præparasse, & agrestibus quidem ad conspectum suum intromissis in uasis aureis atq; argẽteis, nobilibus uerò & magnatibus procul ab oculis collocatis, fictilibus ministrari iussisse. Interrogatũ cur ita faceret? respondisse, nõ tam mundos esse qui urbes & alta palatia, quàm qui agros & humiles casas colerent. Rusticis, qui CHRISTI Euangelium accepissent, baptismatis unda purificatis, candidas & nitidas esse animas: nobiles ac potentes, qui spurcitias idolorum sequerentur, sordidas & nigerrimas esse. Se uerò pro ani-

B marũ qualitate instruxisse conuiuiũ. Castigatos ea re nobiles, cateruatim sacri baptismatis undam quærentes, breui tempore sub Virgilio & Arnone Iuuauiensibus episcopis, uniuersos Christi fidem accepisse. Hinc honos inuestiendi principis rusticitati datus. Fuit autem dux Charinthiæ uenator Imperij, ad quem lites uenatorũ omnium deferebantur. Vocatus in iudicio coram Imperatore, querulantibus non nisi Slauonica lingua respondere tenebatur. Multa huius prouincię fuisse ornamenta cõmemorant, multa priuilegia: facilè id creditu est, quando Imperatorem Ludouicum eius terræ ducatũ filio suo Arnolpho primogenito contulisse, non ambiguũ est. Hæc Æneas, qui lapsus uidetur in nomine. non enim Arnolphus Ludouici, sed Carolomanni natus erat: neq; Arnolphus primus Carnorum dux fuerat ex stirpe Caroli Magni, uerùm post Iguonẽ Ludouicus quispiam fuerat à Carolo Magno Carnis dux datus, quem Ludouicus Pius Caroli Magni filius bello petierat, cuius rei historiam Eginhartus & Ermoldus poeta fusissimè describunt: Transacta hyeme (inquit Eginhartus) ut primũ tellus pabulum iumentis præbere potuit, tres ab illo exercitus contra Ludouicum mittuntur: quorum unus de Italia per alpes Noricas, alter per Carãtanorum prouinciam, tertius per Boiariam & Pannoniam superiorẽ intrauit. Et duo quidem, id est dexter & sinister, tardius ingressi sunt, eo quòd unus alpiũ transitu, hostium manu resistente prohibebatur: alter & longitudine itineris, & Drauo flumine, quod traijciendum erat, impediebatur. Medius autem per Carantanos intrabat, quanquam tribus in locis ei resisteretur, fœliciori usus fortuna, ter hoste superato, Drauo etiam transmisso, celerius ad destinata loca peruenit. Contra hęc Ludouicus nihil molitus, munitione tantum castelli quod in arduo monte construxerat, se suosq; continuit: & nec belli nec pacis, uel per semetipsum, uel per legatos ullum sermonẽ habuisse dicitur. Hęc Eginhartus de secundo Carnorũ duce ex Francorũ gente. Cui

Catalogus ducũ Charinthiæ primorum.

Ludouicus dux Charinthiæ.

Baldrichus dux Charinthiæ.

proscripto substituit à Ludouico etiã Pio, & primo huius nominis Cæsare, Baldrichus quispiã Franco, de quo idem Eginhartus sic scriptũ reliquit: Exercitu uerò de Pãnonia reuerso, Cadeloch dux Foroiuliensis febre correptus, in ipsa marchia decessit. Cui cum Baldrichus fuisset subrogatus, & in Charentinorũ regionẽ quę ad ipsius curã pertinebat, fuisset ingressus, obuiam ibi habuit Ludouici exercitũ, quẽ iuxta Drauũ flu. iter agentẽ, parua manu adgressus, pluribus interfectis auertit, & de illa prouincia fugauit. Et iterũ: Quibus domũ reuersis, Carniolenses, qui circa Sauũ fluuiũ habitant, & Foroiuliensibus penè cõtigui sunt, Baltricho se dediderunt. Idem & pars Carantanorũ, qui ad Ludouici partes à nobis defecerant, facere curauit. hæc ille, de primis ducibus Carnorũ. Quibus posterius, cum Ludouicus imperator relictis tribus filijs stirpẽ propagasset, iuniores subinde regales filij regũ Francorũ Boierorumq́ꝫ, duces Carnis dati sunt. Sic Ludouicus secũdus rex Francorũ & Boiariæ, cum ipse Ratisponę sedem regni teneret, Carolomannũ filium Charinthiæ ducem creauit, ut ex eiusdem diplomate quod Ossiacensi Charinthię cœnobio antiquissimo super confirmatione & donatione quorundã prędiorũ largitus est, facilè animaduerti potest. Is postea defuncto patre, ad sedẽ regni Ratisponã uocatus, Arnolphũ filium suũ, qui postea monarchiam & imperiũ obtinuit, Carnis reliquit, ut testatur Pruniensis Rhegino, anno Domini 880. Ludouicus cõperto quòd frater obijsset, Boiariam ingressus, Ratisponã uenit. Vbi omnes optimates regni ad eum confluentes, eius ditioni se subdiderunt. Concessit aũt idem rex Arnolpho Carantanũ, quod ei pater iampridem cõcesserat. Subscribit Otto Frisingensis lib. 6 Chron. cap. 7: At Ludouicus (ait) oriẽtalis Francię rex, morte fratris cõperta, Ratisponam Boiariæ metropolim adijt, omnesq́ꝫ terrę illius optimates ditioni suæ subiecit. Arnolpho quoqꝫ ducatũ Carantani cum castro Moseburg tradidit. Et hactenus de Arnolpho duce Carnorũ, qui uocatus postea ad Imperium, Arnoldo cuidam Leopoldi marchæ orientalis præfecti, & ab Hungaris in acie occisi filio, eum concessit ducatũ. de quo scribit Luitprandus Ticinensis, lib. 3 suæ historiæ: Arnoldus Boioariorum & Charentanorum dux, cuius superius fecimus mentionẽ, cum non multum ab Italia longè distaret, collectis copijs, quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit. Qui Tridentinam ea ex parte Italiæ marchiam pertransiens, Veronã usqꝫ peruenit. Cæterùm cum Arnoldus postea defuncto Arnolpho imperatore ducatũ Boiariæ regendũ accepisset, Berchtholdo fratri Charinthiã cõcessit. Qui & ipse postea, Arnoldo proscripto, & in exilio apud Hungaros, quos in perniciẽ Christianorũ sæpe aduersus Henricum primũ Cæsarem cõcitauerat, mortuo, cum Boiariæ ducatũ meruisset, Othonem Sueuiæ comitẽ, cuius in priuilegio sub finem quarti Capitis inserto, mentio fit, habuit successorẽ. Scribit enim Vrspergensis: Mortuus est quippe Arnoldus dux Boiarię, & filij eius superbia elati, iussu regis cõtempserunt ire in comitatum, cuius ducatum dedit rex fratri eius Berchtholdo. Commemorat præterea idem Vrspergensis, Othonem primum, huic Berchtholdo adlocasse ex sorore neptẽ, Giselberti Lotharingiorum & Belgicæ ducis filiam, ex qua nullam prolem tulerat. Vnde Vrspergensis in eius Cæsaris historia: Anno Domini (inquit) 947, Berchtholdus dux Boiariorũ, frater Arnoldi ducis moritur, & Henrico fratri regis ducatus cõmittitur, Iudith regina obijt. Ergo cum Arnoldi prosapia intercidisset (licet Annales Henricũ quempiam fratrem Berchtholdi cõmemorent, cui Luidgardim primus Otho filiam cum ducatu cõcesserit) iam patet, quamobrem Henricus Claudus, hoc nomine secundus imperator, in Charinthia ius atqꝫ agros habuerit, quos Babenbergensi episcopatui ab ipso fundato, canonicè & hęreditario iure legauit, quos etiamnũ illa in Carnis tenet ecclesia, uidelicet Vvolspergum ciuitatem,

Carolomannus tertius dux.

Arnoldus dux Charinthiæ quartus.

Berchtholdus dux quintus.

Hẽricus sextus dux Charinthiæ.

A ciuitatẽ, cum magna parte uallis Lauentinæ, Villacũ, Druxen, Taruisium, & alia pleraqꝫ loca ac castra. Quod dico, ita se habet. Henricus primus imperator, canonicè ab omnibus Germaniæ optimatibus electus, postquam Arnoldum Boiariæ ac Carinthiæ ducem nõ solùm ob cõtumaciam, uerumetiam ob introductos Hungaros proscripsisset, fratriqꝫ ducatus concessisset, filiam insuper illius Iudithã nomine Henrico filio suo, Ottonis magni imperatoris fratri collocauit, quẽ ex cognomine Rebellem & rixosum Annales cognominãt. ratione cuius matrimonij Berchtholdo duce Boiariæ defuncto, Otho primus imperator, fratrẽ hunc Henricũ substituit. Ex qua natus Henricus, quem sanctum dicunt, postea Imperator, hoc nomine secũdus, mortuo in Charinthia Henrico fratre Berchtholdi, Iudithæ matris suæ hæreditatẽ in Carnis adijt. Ex qua hęreditate, sedes episcopales Salczeburgensem Babenbergensemqꝫ locupletauit, duci tamẽ prouinciæ administrationis iure relicto. Vnde scribit Vrspergensis: Dehinc in processu temporis defuncto duce Boiariorũ Berchtholdo, monitu & intercessione sanctæ matris suæ, pręfecit eum regno eidem (loquitur de Henrici sancti patre) faciens cum eo concordiam & pacẽ, in qua etiam fideliter permansit in finẽ. Erat aũt ipse Henricus copulatus matrimonio filiæ ducis Arnoldi, fœminæ egregiæ formæ, mirabilisqꝫ prudentiæ. hæc ille. Ex his iam liquet, tametsi agros in Carnorũ ducatũ suos, & Iuditha Arnoldi ducis filia, & propter eam maritus Hẽricus Rebellis, & natus Henricus sanctus imperator, retinuissent: tamen ab Henrico duce fratre Arnoldi & Berchtholdi, progenies ab eo quædam tempore in Carnis rerum est potita. Is namque Henricus Charinthiæ dux, ex Luitgardi Ottonis primi filia, Othonem ducem reliquit: cuius auunculus Otto secundus imperator, meminit in priuilegio sancti Lamberti cœnobij, & suprà capite quarto adducto. Is est Otho, qui

Initia Babenbergensis ditionis in Charinthia.

Otho dux Carnorum septimus.

B ex cognata Othonis secundi, uel (ut alij uolunt) filia, reliquit post se tres filios: Cunradum secundum, postea Cæsarem, à quo Henricus tertius, quartus & quintus, Cæsares Romani processere: Brunonem Aychstetensem episcopum, postea in pontificatu maximo Gregorium nominatum, & Electorũ, qui etiamnum in Germania manent, authorem: atque Henricum, qui patri in ducatu Charinthiæ successit. Atqꝫ is progenuit Brunonem, præsulem Vuormaciensem: Cunradum ducem Charinthiæ, successorem suum: & filiam, uxorem comitis Sponhamensis. Floruerat autem anno Domini 1012. Cuius filius Chunradus, Cunonem ducem Charinthiæ, & Vdalricum marchionem Charinthiæ, huius nobilis prosapiæ postremos reliquit. De quibus Lambertus Schafnaburgensis, qui sub Henrico tertio & quarto scripsit, hæc adnotauit: Chueno (inquit) cognatus regis, dux factus est Charentanorum. Frater eius Henricus Palatinus comes Lothariorum, instinctu dæmonis monasticam uitam professus est. Et iterum: Cuno dux Charentanorum, contractis ingentibus copijs ad occupandum ducatum suum, quem tanto tempore metu rebellionis non inuiserat, primam profectionem parabat. Sed morte præuentus, cœptum iter non expleuit.

Henricus octauus dux Carnorum.

Chunradus nonus dux.

Chuno dux decimus.

De Vdalrico idem sic scribit: Anno M. LXII, Vilhelmus marchio reuersus in Thuringiam, dum redire in Hungariam, & sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione, morbo correptus obijt: sponsam eius Vdalricus marchio Charentanorũ, cognatus eius accepit. Et iterum: M. LXX, rex natalem Domini Frisingæ celebrauit: Vdalricus marchio Charentanorum obijt. hæc Lambertus. Circa quæ tempora, deficiente iam nobili in Carnorum principatu stirpe, multi eum ambiebant ducatum. primum omnium Vuelfo Altorfensis comes, Henrici Boiariæ ducis filius, ob Adelhaidem coniugem, Cunonis & Vdalrici sororem, ducatum Charinthiæ multis

Vdalricus undecimus princeps.

modis affectabat: à quo reliqui etiã Vvelphones Charinthiæ titulũ usurpabant plerią. Contrà Berchtholdus Habsburgensis Zaringiæ comes, annulo sibi ab Henrico tertio dato, & filię matrimonio promisso, Carnorũ sibi ducatum deberi, tanquam à patre promissum, coram Henrico quarto Cęsare postulabat. unde scribit Vrspergensis: Sed quia prædictus Rudolphus (loquitur aũt de Rynfeldensi comite, postea aduersus Henricum quartũ in Cæsarem sublato) mox post Imperatoris obitum filiam eius Rumoldo Constantiensi episcopo cõmendatam, utrũ consilio raptam an dolo nescitur, uxorem duxit, receptã iam in gratiam eundem ducatũ illi causa filiæ Imperatrix dedit: quod animum Berchtholdi non parũ commouit. pro qua cõmotione lenienda, ducatus Charinthiorũ ei cõmittitur: quem postea filio suo æquiuoco, ipsius rogatu rex Henricus cõmisit. Sed postmodum quorundam instinctu eundem ducatum Luitolpho consanguineo suo dedit, &c. A

Berchtholdus dux Charinthiæ titularis duodecimus.

Huc pertinet quod scribit Lambertus Schafnaburgensis: Anno Domini, &c. (inquit) rex natalem Domini Babenberg celebrauit. Ibi Berchtholdo duci Carnotensium, ducatũ sine legitima discussione absenti abstulit, & Marcquardo cuidam propinquo suo tradidit. Hactenus Annales. Ex quibus liquet, & duodecimum ducem Carnorũ, postquam Carolus Magnus eam prouinciam in suam redegisset potestatem, Berchtholdum Zaringensem extitisse, de nobili ac antiqua Habspurgensium prosapia ortũ: & cum ille priuatus ducatu ab Henrico quarto fuisset, Marquardum, comitẽ uidelicet ab Eppenstayn, Auelancz & Muercztal, in Carnis natum, tredecimũ Charinthiæ ducem floruisse. de quo quidem, ac eius successoribus & posteris, dictum est abunde in fine capitis quarti superioris, cum Candobunum ac Secantium delinearemus. Atq; hactenus de Soluensi colonia in Norico mediterraneo Romana, ubi uidelicet & Christianæ sanæ doctrinę doctores ac episcopos sedisse, & duces Carnorũ primos inaugurari solitos, ut metropoli, dictum est antea. Sed placet & Romanæ Vetustatis exempla subijcere, quę cùm in ipsis ruinis huius coloniæ, tum locis quoq; uicinis, & præcipuè ad S. Viti urbem eruuntur, & adhuc fortefortuna adseruata supersunt. B

Marquardus dux Carnorum tredecimus.

Inscriptiones Vetustatis repertæ,

In ruinis Soluensis coloniæ, in præpositura S. Virginis in Solio:

In ecclesia diuæ Virginis in Solio:

HERCVL. ET EPONAE. AVG.
PRO SALVTE IMP. CAES. M.
AVR. ANTONINI FELICISS.
INVICTI. reliqua non possunt legi.

In domo præposituræ ibidem:

C. GAVILLIVS PECVLIARIS V.
F. SIBI ET IVLIAE TERTVL-
LAE H. M. H. N. S.

Ibidem:

AD NAMATONIS
F. ETRONIS † NBVS
VLI. F. VXORI SEXTVS
ANIONIVS VERVS EVO-
CAT. ROMAE SPOR.
M. S.

In ruinis Viruni, siue Vriesacho:

D. M. S.
DVRRIVS AVITVS ET PETRO
NIA MAXIMILLA VIVI FECE-
RVNT SIBI ET FILIAE MAXI
MAE Θ. AN. XVII INFELI-
CISSIMI PARENTES.

Ibidem:

VEITRON. BVTTON. S. F. ET
TETTIAE ADNOMATI F. V.
VXORI BVTTO PARENTI-
BVS SVIS F.

In Altenhofen Vacorij uestigijs:

P.
AELIVS TERTVLLVS VIV. FE-
CIT SIBI ET MAXIMAE SE-
CVNDAE VXORI.

Ibidem:

M. GALLICINVS VINDILI.
EL. BARB.

A M. S. LXIII.
HAEREDES
V. F.

In Prantlhof ſacello propè ſolium:

D. M. SARTVRONIVS SECVRVS
ET RESPECTIA FESTA V. F.
SIBI ET SENICIONIO SARTV
RON. ET VINDRVNAE PAR.
ET SERTE TERTANO FIL.

Ibidem in ſacelli item pariete:

IVLIO MASVNNO
ANTONIANICAE
MARIT. OP.
FAC. CVR.

Ibidem:

VICTORIAE AVG. SAC.
FL. TACITVS
CALAE AVG.
SEL. MARTIVS
C. CONI. AEL. BRT.
PRO S. E. S. VISO OMIN.
CL. M. IAL. FEBR.
B PIO ET PONT.
COS.

Ibidem in fracto lapide:

VS
TVS
VET.
BAIAE
AE CON.
NAEVI
Q. VLCIS.
N. V.

Ad ſanctum Donatum in ſacello Solienſi, item eccleſiæ uicino:

PERPETVAE SECVRITATI
VRSVLVS IVN. AN. ET
COVINAERTA
COVINERTI VIVI S.
FECER.

Ibidem:

LVCIO PEREGRINI
ET AVRELIO INSEQVENTI
MIL. LEG. XXII TERCIA
CASTRICI. ET SOSSIVS
FECER.

Ibidem:

EL. BARB. L. L. PHILOTA-
ERVS PR. CRAXSANTVS
BARBIVS.

In ſacello S. Iohannis extra oppidum S. Viti, duobus non integris mil liarijs ab Altenhofen:

D. M.
VEPONIVS AVITVS VIV. FEC. SI
BI ET DIACOXIAE MEITIMAE
CONI KARISS. ET VEP. QVAR-
TAE. MIL. LEG. ITAL. PR. Θ. AN.
XXXV STIP. IIII BEL. DVC. CON.
DESIDERIAE ILIR. A.

In monaſterio S. Claræ, prope oppidum S. Viti, Charinthiæ Vacorij rui- nis proximo:

T. IVLIVS TVTORIS L. CALVEN
TIVS ET IVLIA T. L. NOVELLA
VXOR. FECER. SIBI ET T. IV-
LIO INGENVO FIL. MIL.
COH. XII. VRB.

Prope eandem ciuitatem repertum, & mihi à Stephano Vvilhelmo urbis no- tario miſſum, in marmore qua- drato ſculpto:

TI. IVLIVS CANDOLI
F. CAPATIVS
MIL. COH. MONT. PRI.
STIP. XXX
H. S. E.
TI. CRIGALLO
ET IVLIVS BVCCIO
H. F.

Supra portam oppidi ſan- cti Viti:

TVL. PIO
INSEQVENT.
VETER. B. ET.
SILVANIVS
ADIVTOR
HER. FAC.
CVRA.

In cœmiterio ſancti Viti ſupra tumulum quendam:

D. M.
SENECIO LVCIO MONIA
SECVNDINA MARITO OPTIMO
VIVA FEC. ET SIBI.

Ibidem:

Ibidem:

D. M.
VALERIVS PRISCIANVS
MIL. LEG. II. ITA. P. F.
VL. FEC. SIBI ET VALERI
SVRYLLAE CON. PIEN.

In castro Tanczenberg, ex ruinis Liburniæ proximis, hoc est Soluensis à nobili Keutsakio adducta saxa:

COCCEIVS VERECVNDVS V. F.
SIBI ET FLAVIAE MARCIAE
CONIVGI PIENTISSIMAE
H. M. H. N. S.

Ibidem:

M. IVLIVS TERCIVS T. T. C.
SEMPRONIVS ALBANVS
FAC. CVR.

Ibidem:

C. PVBLICIVS VIRVNIENSIVM
LIB. ASIATICVS PEC. SIBI ET
LVPVLAE CONIVGI
KARISSIMAE.

Ibidem in castro Tanczenberg:

GENIO NORICORVM
MASCILLVS
MASCILLINVS
ET SECVNDINIVS
VIBIANVS
V. S. L. L. M.

Ibidem:

MARIVS RVFF. C. TICIN. ET
MILES COHORTIS MONTANOR.
M. PRIMAE STIPENDIORVM XXV. H. S.
EST.

Ibidem:

C. TERENCIO STATVTO AEDIL. C. CATRONIA SEVERA
MARITO OPTIMO VIVA
FECIT ET SIBI.

Ibidem:

ET VRSENVRAE VIVAE ET
TERTINV: TERTINAE NEPTI Θ AN.

Ibidem: A

T. IVLIVS CONDOLLI
C. CAPATIVS.

In sacello quodam iuxta parochialem ecclesiam:

SECVNDINVS FINITI VI SIBI
ET PETRONIAE AVITAE CONIVGI KARISSIMAE.

Ibidem:

C. MASCVLINO OLYMPAE ET
IVNIAE CONIVGI OLY PIA ET
TERTVLLA FILIAE PARENTIBVS OPTIMIS FECER.

Sub imagine crucifixi, in tereti lapide:

D. D. O. SAC.
M. VLPIVS SERVATVS ET PEC
CI: PRIMITIVA EX VISV PRO
ET SVIS OMNIBVS POSVERVNT.

In eadem sancti Viti ciuitate:

SECVNDAE FILIAE
S. LIB. V. F. S. B
ET PRIMO MAR.
OPTIMO.

In quadam columna sculpta:

VICTORIAE AVG. SAC.
M. BELL. SATVRNINVS
TRIB. CHOR. I. FL. BRIT.
ET FINIT. VERBIC.
CVM BELL. SATVRNINA
BEL. ANNO FINIS
VOTVM FVSC. SOL.
L. L. M.

In Tanczenberg castro, fractis lapidibus:

MARIAN.
RODIANA.
NIS OBSEQVEN
TINAE TITIVS

In alio:

VET
VS
EDLVM
NIA.

Ibidem:

A Ibidem:

D. M. SVADRA SEVERES V. F. ET BASSIANO CONI
ET QVARTIANVS FIL. KARISS. ☉.

Ibidem:

M. VLPIVS CALENDINVS ET IVLIA VALENTINA V. F. SIBI
ET VLPIAE CALENDINAE FIL. AN. XX.

Ibidem:

SABINIVS REGVL. V. F. SIBI ET FLORENTIVS CONIVGI
SEROTINAE AN. VIII.

Ibidem:

Q. CERVIVS FAVSTVS ET BONONA MONTANI V. F. SI-
BI ET FAVSTINAE FIL. AN. X.

Ibidem:

D. M.
L. AVRELIO AVG. G. LIB. BVRANO PROC. XXIII
PRAEF. COHORTE. Reliqua legi nequeunt.

CAP. VI. DE LONCIO, AGVNTO, LItano, Sebato, & Magistrice.



HORVM priora quatuor in Itinerario Antonini describuntur, cum uiam ab Aquileia Tridentum per Iulium Carnicum describit. Mox enim post Iulium Carnicum triginta miliariorum interuallo Loncium recenset, & ab eo per Aguntum, Litamum, B Sebatum, & Vipitenum, Tridentum peruenit. Supersunt horum ipsorum maiore ex parte in Carnis uestigia. Nam quæ à Villaco in Tyrolim ducit, ualle Drauo flumine irrigua, & ubi eius fluminis sunt fontes, à Pirustis populis Pursterstall nominata, Loncij primùm ruinæ uisuntur in Luentio, ubi hodie sunt Tyrolis & Charinthię confinia. Inde magis sursum ascendendo, eo omnino interuallo, ut describit Antoninus, XXVII mille passuum uidelicet, Præpositura quædam extat, ubi multa Vetustatis argumenta cernuntur, Inneken nomine: quod ego Aguntum illud uetus fuisse omnino autumo. Ab eo loco, paulo infrà Draui fontes, Lutacum est, uilla quidam ignobilis, sed non sine Vetustatis argumentis. Vnde & uallis ager'que proximus appellationem habet, im Lutach. Cuius quidem tam situs quàm nomenclatura, Litamo ueteri quadrat. Ex eo loco uia rectà ducit Svvacium Tyrolis, argentifodinis locum hodie celeberrimum: ubi Sebatum illud uetus extitisse conijcio. Et de his quidem Antoninus, cum solius Agunti cæteri Geographiæ atq; historiæ autores mentionem faciant. Ptolemæus libro secundo, capite decimoquarto, tabula Europæ quinta, Aguntum inter Norici municipia recenset, & eleuationem poli XLVI graduum, XX min. illi tribuit. Id quod & Plinius facere uidetur, libro tertio capite uigesimoquarto: Rhœtis (inquit) iunguntur Norici. oppida eorum, Virunum, Celeia, Teurina, Aguntum, &c. Cui conuenit & locus Pauli Diaconi lib. 2 rerum Longobardicarum, cap. 13, cum beati Fortunati ex Taruisio peregrinationem Augustã uersus, atq; inde in Galliam usq; describeret: Qua de causa Fortunatus (ait) in tantum beatum Martinum ueneratus est, ut relicta patria, paulo antè quàm Longobardi Italiam inuaderent, Turonis ad eiusdem beati uiri sepulchrum properaret, qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properandi per fluenta Tiliamentam & Reuniam, per'que Osopum & alpem Iuliam, per'que Aguntum castrum,

Lontij & Agunti rudera.

Litami uestigia.

Sebatum.

tum castrum, Drauumq́ue & Pyrrhũ fluuios, ac Briones & Augustam ciuitatem, quam Virdo ac Lecha fluentant, iter fuisse describit. Et iterum libro quarto capite quadragesimo: His temporibus mortuo Tassilone duce, Boiariorum termini deprędantur. Et filius eius Garibaldus in Agunto à Slauis deuictus est. hæc ille. Porrò manet & Pyrrus flu. & Brionum, uel nomine tenus uestigia supersunt. Nam post Loncium, Purster riuus, & uallis Purstertall: & paulo suprà, Bronekiũ ciuitas, ac Brixental uallis, à Brionibus nimirum denominata cernuntur. Quanq́ue & Pirustarum Merromenorumq́ue in finibus Italiæ ac Norici in alpibus, Appianus Alex. in eo libro quem de Illyricis scripsit, meminisse uidetur. ut credam, Pyrustas à Pyrro fluuio, die im Pürsterstall, & à Merromenis Meronam ciuitatẽ, & Merrentayn uallem, appellationem accepisse. Fuit olim isthic amplus ac nobilis ducatus, eum agrum qui hodie est Tyrolis, comprehendens, quem Meraniæ maiores nostri nuncupabant, à cuius posteris comites Goricię ac Tyrolis defluxere, de quibus inter initia huius Sectionis dictum est copiosius. Porrò Lenciensium, à quibus fortè Loncium illud Antonini dictum fuit, Marcellinus mentionem facit libro historiæ suæ Augustæ 31, cum Gratiani Cæsaris in Rhœtos procinctum enarrat: Hæc autumno uergente in hyemem, funesti per Thracias turbines concurrebãt, & quò temporũ rabies ueluti cuncta cientibus furijs, ad regiones quoque longinquas progrediens latè serpebat. Et iam Lencienses Alemãnicus populus, tractibus Rhœtiarum confines, per fallaces discursus, uiolato fœdere dudum concepto, collimitia nostra tentabat. Et de Lenciensibus ac Lontio hactenus.

Sebati uestigia. Sebatum uerò, cuius (ut diximus) eodem Antoninus itinere mentionem facit, & cuius rudera superesse in Svvaczio Tyrolis ostenderamus, à Seuacibus nimirũ populis appellationem sortitum est, ut à Lenciensibus Lontium, quorum Ptolemæus meminit libro secundo Geographię, capite decimoquarto, tabula Europę quinta, ad Oenum fluuium eos delineãs, in limite Norici occiduo: Tenent autem (inquit) occidentaliora prouincię, à Septẽtrionibus incipientes, Seuaces & Alauni, qui & Ambesontij dicuntur, magis uerò orientalia Norici & Ambidraui. Addendum est quod Strabo scribit libro quinto, cum de Carnis & Medoacis fuisset locutus: Cispadanam uerò obtinent plagam, uniuersum alij, quantũ montes Apenini ad alpes circundant, usq́ue Sabatæos: plurimum autem Boij & Ligures, & Sennones & Gesatæ possidebant. Cæterùm & hodie, ut eos collocat Ptolemæus ad Oenum, Norici uidelicet limitem occiduum, à Seuacibus Seuatum, siue u litera in b mutata, quod frequenter contingit, Sebatum manet: quod Germani nos, qui monosyllabis gaudemus, ac cæterarum nationũ nomina polysyllaba semper contrahimus, Suacium uocamus, locum argentifodinis toto terrarum orbe nominatissimum. A' quo loco Charinthiam uersus, hoc est in orientem procedendo, Sienicium regiuncula est, ab Ambesontijs nimirum nominata. Videtur enim Teutonica uox à Ptolemæo corrupta esse, ut adhuc hodie Itali plerunq́ue corrumpunt, die am Syeniczperg wonen. His succedunt Ambidraui ac Norici, quæ & ipsa

Norica uallis. sunt corrupta uocabula Germanica, die am Dra dem wasser wonẽ/vnd im Noring. Nam & hodie non paruus Charinthiæ ager, qui à Millestadio Frisacum ducit, ac Salczeburgum, à Noricis uidelicet nuncupatur im Noring. In his finibus & Ma-

Madronum uallis. dronum est uallis ampla, uulgò im Madran, quondam Magistrice corruptè, ut opinor, à Stephano in libro de Vrbibus dicta. scribit enim is: *Μαγιστρικὴ χώρα τῶν ταυρίσκων, τῶν πρὸς τὰ ἄλπεια ὄρη. οἱ οἰκήτορες, μαγιστρικοὶ, οἱ τοῖς γερμανοῖς ὁμοροῦσι.* Id est, Magistrice regio Tauriscorum, ad alpium montes. incolæ Magistrices, qui Germanis proximi accolunt. Sed placet, quæ in locis iam enumeratis supersunt Antiquitatis exempla subijcere.


Monumenta,

A In Luenczio:
M. AVRELIO ANTONINO CAES. IMP. DESTINATO IMP. L. SEPTIMI SEVERI PERTINACIS AVO FIL. RESP. LEN.

In Inneken, hoc est Agunto:
MVRENIAE L. F. IVSTAE V. A. XXIX. MATER ET FRATER B. M.

In Svvacio, hoc est Sebato:
T. F. CAMPESTRINVS VET. ET IVL. EXORATA IVL. EXORATO LIB. CON. FIL. OB. AN. XX. ET SECVNDINO CANDIBIANO CONIVGI GENERO VIVI FEC.

CAP. VII. DE CASTRIS MONTANIS, Augustis, Penianis, Fortibus, & Batauis, deq; Tullo ac Phligade.



PRIMO excepto, reliqua omnia ab autore Codicis Rom. prefecturarum, & à Strabone postrema duo recensentur, quorum rudera in finibus Rhoetiæ ac Norici quærenda sunt. Montanã uerò Antoninus in itinere ab Aquileia Laureacum, mox post Virunũ & Candibianam enumerat. ab ea mox Sabatineam ac Gabromagũ, inde uidelicet in Noricum ripense perueniens. Cuius situs nõ inepte Rotenmanio Styriæ conuenit, ubi & inscriptiones extant, & uallis proxima Admontem cum cœnobio cognomine adhuc dicitur, uulgò Admind. Quem locum Montanã, à castris Romanis ibi in montibus aduersus barbaros locatis, Antoninum nominasse credendum est. Extat inscriptio ad S. Vitum Carinthiæ, quæ hoc quod dico, confirmare uidetur: *Montanã castra.*

B T. IVLIVS CONDOLLI C. CAPATIVS MIL. COHOR. MONT. PRI. STIP. H. S. E.

Porrò Latina uox detruncata à barbaris, principio gentilitiam à rubeo uidelicet monte accepit notulam. atq; istud uerum est etymon Rotenmon ciuitatis, ubi & Rotpachum est, rubeus uidelicet riuus, quod hodie corruptè Rappachum dicunt: unde reguli quidam nomenclaturam acceperunt, de quibus in fine Capitis dicemus. Est in his finibus & Admotense cœnobium, longè eius uiciniæ & antiquissimũ & opulentissimũ, cuius cognomen magis quidem ad Mõtanam accedere uidetur, sed tamen eius ruinas non habet, quando illud positum primũ omniũ fuit à Gebhardo comite ab Helfenstayn, archiepiscopo Salczeburgensi, cuius ea est diœcesis, circa annũ Domini MLXXIIII. Cui adiecit filia Henrici quarti Cæsaris, Salomonis regis Hungariæ coniunx exul, sanctimonialium cœnobiũ, ex alia parte fluminis, ubi est hodie ecclesia S. Amandi, quod abbas Gotofredus in alium locum transtulerat, anno incarnationis Dominicæ MCLXIIII. Nobilitatũ porrò hoc est monasteriũ Engelberto abbate, homine longè doctissimo, qui ad Ottonem & Henricum duces Austriæ egregium opus scripsit, de Christiani principis recta institutione: quod ipsi in Sueuia in cœnobio horum finium opulentissimo, Salmersvveil nomine, inuenimus, & propediem in publicum daturi sumus. *Abbas Admontensis doctus.*

Transeo ad reliqua, quorum Augustana castra, quæ Codex præfecturarũ inter Norici municipia enumerat: quod hodie dicimus, ueteri uoce Latina detruncata, ac prima syllaba dempta, Gastanium, locum aurifodinis ac salubribus aquis toto orbe nominatissimũ. Ab hoc haud procul & Pœniana castra erant, eidem autori cõmemorata, ac in Norico descripta: quem ego à monte Pœnino nomen accepisse, in cuius uallibus statiua habuerant uidelicet, existimo: à quo & hodie das Pynzgaw appellamus, regiunculã Salisburgẽsi episcopio subiectam, ac stru- *Augustana castra.* *Pœniana castra.* *Pœninus mons.*

mosõ genere hominũ celeberrimã. De quo Strabo lib. 4. hæc scripta reliquit: Supra Carnos uerò Apenninus mons incumbit, lacum habens in amnẽ Isaram confluentem; qui rapto secum Atage altero flumine, effertur in Adriaticũ sinum. Eodem autem ex lacu fluuius alter in Istrum labitur, quem Athesinum uocant. Ister enim ab hisce montibus in multa diuisus capita sumit originem. Excelsa enim alpium capita continua hactenus extenduntur, & unius montis faciem exhibuerũt. Remissa inde & inclinata plures in partes, & plures in uertices attollũtur. Primũ est horũ trans Oenum & lacum, in orientem uergens mediocriter sublime dorsum, quo in loco Istri fontes iuxta Sueuos & Herciniam syluam sunt. Alia sunt cacumina in Illyricum atque Adriaticum sinum conuersa. E' quibus est iam dictus mons Apenninus, & Tullus & Phligada, & subiacentes Vindelici, ac Dura, Clanes'q;, & alij quamplures per ualles excurrẽtes fluuij, in Istri alueum intrant. Hæc Strabo de Apennino, siue Pœnino monte. Vnde non modò Piniana castra siue Pœnina, de quibus loquimur, uerùm etiam & Pintzgatal ac Pyntzgaw, quod est in finibus Carnorum Salczburgensis ditionis, Tyrolis'q;, & Pfinczgatal Tyrolis, siue Athesinæ regionis uallis, in Engedinos extensa, nomina sua acceperunt. Quo loco ista pariter inscriptio extat: A

Q. CAECILIO CISIACO SEPTITIO PICAI CAICILIANO PROCVR. AVGVSTOR. ET PROLEG. PROVINCIAE RHOETIAE ET VINDELIC. ET VALLIS POENINAE AVGVRI FLAMINI DIVI AVG. ET ROMAE C. LIGVRIVS L. F. VOL. ASPER. Ↄ. LONG. I. CR. INGENVOR.

Cæterùm supersunt adhuc hodie & Tulli & Phligadis eodem in Pœnino monte uestigia, ac nomina etiam locorum ad ueteres alludentia appellationes in finibus Tyrolis, Telcz incolæ uocant, & Phlicz montem, ac ut hodie uocamus, Clausuram. B

Fortia castra & Batana. Venio ad Fortia castra, & Bataua: quorum tametsi rudera in finibus iam sint Rhœtiæ, tamen indicanda hic Lectori obiter erunt. Enumerantur autẽ hæc Scoto, Codicis præfecturarum authori, & quorum reliquias ego esse existimo Sterczigen ac Baczen, celeberrima Tyrolis comitatus municipia, & ubi Romanæ inscriptiones uisuntur. De Paczio, hoc est Batauis castris, quam hodie ciuitatem corruptè Itali L litera adiecta Bulsanum uocant, hæc intelligenda sunt loca authorum. Pauli Diaconi libro quinto historiæ Longobardicæ, capite decimo-quarto: Is dum dux esset in Tridentina ciuitate, cum comite Boiariorum, quem illi Grauionem dicunt, qui Balzanum & reliqua castella regebat, conflixit. Huc pertinent quæ scribit Luitprandus libro historiæ suæ tertio, capite decimo quarto, de Arnoldo duce Boiariæ locutus: Qui Tridentinam, inquit, ea ex parte Italiæ marchiam pertransiens, Veronam usque peruenit. In qua à Milone comite, atque Ratherio episcopo libenter, ut qui eum inuitarant, suscipitur. Quod rex Hugo ut audiuit, collecto exercitu ei obuiam tendit. Quumq; eòdem peruenisset, & caballicatas (ut uulgò aiunt) circumcirca dirigeret, Boiariorum quædam pars non minima, de castro uocato Boczinga egrediens, cum Italiensibus pugnare cœpit. hæc ille. Conuerto me iam ad stirpem dominorum à Rotbach, qui in montanis castris orti, in Austriam quoque migrarunt, atque ibi prædia non ignobilia compararunt. Quorum posteriores prosapiæ adnotauimus, cum reliqui ob iniuriam atq; uinolentiam interierint. Henricus, Alberti secundi ducis Austriæ præfectus palatij fuerat anno 1322: Vdalricus & Henricus, sepulti Viennæ ad Minores, anno 1358, quorum Henricus Rudolphi quarti ducis Austriæ præfectum palatij egerat: Georgius & Christophorus, sepulti itidem in Minorum cœnobio Viennæ,

A Viennæ, anno MCCCXCIIII. Ioannes Castellanus, castri Klam supra Schaydwien, anno Dñi MCCCCIX. Christophorus, sepultus quoq; in Minorum Viennæ cœnobio, cũ domina Crescentia à Terrandsperg cõiuge, anno MCCCCXXX Georgius in publicis equestribus ludis Viennæ sub Alberto rege & Austriæ duce habitis, palmam meruit, anno MCCCCXLV. Christophorus, cuius uxor Iohanna, domino à Mesaricz & Lamaricz Moraua, soror uerò Kunigundis, abbatissa S. Claræ Viennæ, celebrantur anno MCCCCXCV: Ioannes sepultus ad Minores Viennæ, anno MDXIII. cuius duæ germanæ sepultæ ibidem, Elisabetha Bernhardi à Maynburg, & Margareta Georgij à Rotal, præfecti prætorio Austriæ, sub Maximiliano Cæsare, coniuges. Huius filij, Leopoldus & Christophorus, uini studio nostra memoria nobilem stirpem finierunt. Sed placet monumentorum rhapsodias recensere.

In Rotenman, & locis uicinis:

D. M. R. ACCOM. LVCAN.
OBIT AN. LX. ET SVAE-
LON. SECVNDIN. SVCCE-
SIANVS F. F. P.

Ibidem:

MASCIVSIANTVMARI ET
IVLIANNA V. F. I. ET CON
STITVTO F.

Prope Rotenman in Peczen monte, qui caput Rolandi dicitur:

B

D. M.
C. LAMPRIDIVS FAVSTINVS
VERONILLAE CONIVGI DE
SE OPTIMAE MERITAE ET
L. FAVSTINAE FIL. AN. XII
F. C. I. H. H. M. S.

In cœmiterio Admontensis ecclesiæ:

SECVNDVS VERCAI F. LE.
SECVNDA CALVENTI FIL.
V. F. SIBI ET FIRMO
FIL. Θ.

Ibidem:

ITTV. RIPANI V. F. SIBI
ET VIATORINAE CON. Θ.
AN. LX. ET ILARE ITTVNIS
FIL. Θ. AN. XXX.

In Sterczigen, & locis uicinis:

V. F.
POSTVMIA VICTORINA SI-
BI ET TI. CLAVDIO RAETI
CINO GENERO PIISSIMO.

In alpibus inter Sterczigen & Oenipontem:

SE. P. ROMANVS DIR. IN C.
A IX. BAD. PAL. AX. PONT.
MAX. TRIB. PO. VIIII. IMP.
XII. COS. III. P. PROCOS. ET
IMP. CAES. M. AVRELIVS AN-
TONINVS PIVS AVC. TRIB.
POT. PROC. GVNI VII ASE
TRORINO RESTEO A. AVG.
M. O. I. M. C. X.

In Oeniponte:

IMP. CAES. AN. ROM. F. L.
C. A. IVLIANO PIO FILIO
AVG. PONTIFICI MAXIMO
TRIB. P. PIA AP. VII. CON
SVL III. PARENTI.

In Vulten monasterio prope Oenipontem:

TRIB. POT. VIII. IMP. XII.
COS. III. P. P. PROCOS. III.
IMP. CAES. M. AVRELIVS
ANTONINVS PIVS AVG.
TRIB. POT. R. COS.

Iuxta Poczen, uersus Tridentum:

C. VALERIO C. F. PAP. HONORES OMNES ADEPTO TRI-
DENT. FLAMINI ROM. ET AVG. PRAEF. QVINQ. AVGVR.
ADLECTO DNO LEG. III. ITALIC. SODALI SACROR. TV-
SCVLANOR. IVDICI SELECTO DECVR. TRIB. DECVRIO-
NI BRIXIAE CVRATORI RIP. MANT. EQVO PVBLICO
PRAEF. FABR. PATRONO COLEN. PVBLICE.

CAP. VIII. DE SABATINEA, GABROmago, Tutatione, Teurina, & Gamanoduro.



X HIS priora tria Antoninus recenset in sæpe memorato itinere, quod is ab Aquileia Laureacum describit. Mox enim post montanã, in Noricum ripense per alpes progrediendo, ubi hodie sunt Styriæ, Austriæ superioris & Salczeburgensis episcopatus confinia, Sabatineam, Gabromagum, ac Tutationem enumerat. Et sanè, uti is delineat, in eo de quo diximus tractu, rudera ac allusiones quædam ad nomina uetera & ualles & oppidula quædam manent. Ad Sabatineam namq; (cuius ruinas in Newmarchto paulo supra Slaming argentifodinis celebrem extare autumo) proximæ uallis nomenclatura alludit, quam gentilitia incolæ lingua uocant **im Dienten**. Sic ad Gabromagũ Grobming, in eisdem finibus situs ingens pagus, ubi & ager iustus, in Salczburgensem ditionẽ exporrectus, ad nomen Romanũ primis syllabis deletis accedit. Incolæ uocãt **im Matnicz**, A

Gabromagus.

Arbitror uerò locum hunc Stephano in descriptione Vrbiũ μάκλω dici, cum ait, μάκη κελτικὴ πόλις. εὕρηται καὶ μαίνακα κελτικὴ πόλις. Porrò Gallici populi in Norici Rhœtiæq; alpibus colentes, Græcis Celtæ omnes uno nomine appellabãtur. Vnde scribit Herodotus libro quarto, ἴστρος δὲ γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ κελτῶν, καὶ πυρρήνης πόλιος, ῥέει μέσαν σχίζων τὴν εὐρώπην. Sic & Philostratus in uita Nicetis philosophi, cum eius uiri errores describeret, eum per alpes Celticas transgressum docet è Græcia in Germaniam ad Rhenum. Quo sanè itinere proculdubio Pannoniæ Noricumq; penetranda erant. Ita namque scribit, ὑπερβαπεὶς δὲ τὰ κελτικὰ στρατόπεδα, ἐπὶ τὰς ἄλπεις καὶ τὸν ῥῆνον. Huc pertinet illud Stephani, Ἰάποδες ἔθνος κελτικῶν πρὸς τῇ ἰλλυρίᾳ. Porrò adhuc hodie Iapodum, in eo quem hic delineamus tractu, uel nominis memoria quædam manet, in ualle Appenaw. B

Visuntur haud procul ab hoc tractu, in ea uia quæ per alpes in Austriam superiorem ducit, Tutationis reliquiæ, in oppidulo Ischel ad Draunæ flu. fontes, lacũ salis coctione nobilem, Kalsteter see, sito, ubi mons proximus der Dussemperg, ueterem utcunq; appellationem exprimere uidetur. Transeo ad Teurinam, cuius inter Norici municipia, tam Ptolemæus libro secundo, capite decimoquarto, tabula Europæ quinta, quàm Plinius libro tertio, capite XXIIII meminit: & ad quam adludit insuper Stephanus Byzantius, in Vrbium catalogo: ταυρόεις πόλις κελτικὴ μασσαλιωτῶν ἄποικος. οἱ πολῖται ταυροέντιοι. ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς, ἡ διακομίσασα σὺν τὴν πόλιν κτίσαντας. οἱ ἀπορριφθέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν φωκαίων, καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι, ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν. τὸ ἐθνικὸν, ταυρῖνοι. Id est: Tauris, uel Taurea, ciuitas Celtica est, longè habitantium Luetiorum colonia. oppidani, Taurentij. Apollodorus in primo Geographicorum inquit, quòd taurophoros erat nauis, quæ transuehebat ad ciuitatem hanc fabros: qui relinquentes exercitum ac classem Phocæorum, & insistentes illic, ab insignibus nouis ciuitatem appellarunt. populi, Taurini.

Tutationis reliquiæ.

Teurina.

Porrò non ignoro, hunc locum posse detorqueri & ad Taurinum illud, quod est in Pede montis, in finibus Ligurum & Allobrogum situm: tamen rursus scribit idem Stephanus, ταυρίσκοι ἔθνος περὶ τὰ ἄλπεια ὄρη. λέγονται καὶ ταυρῖνοι. ὡς πολύβιος τρίτῳ. Ἐρατοσθένης τερίσκους αὐτούς φησι, διὰ τοῦ ε. οἱ καὶ τρῶοι λέγονται. id est, si latinè reddas: Taurisci populus prope montanas alpes, dicuntur & Taurini, ut Polybius tertio. Eratosthenes ipsos Teriscos uocat, in quinto. Dicuntur uerò & Troiani. Si igitur Taurini sunt, qui & Taurisci, quos in Noricis esse Plinius libro tertio, capite uigesimo tradit: iam dubium non est, hanc de Taurinis & Taurea ciuitate Stephani descriptionem, de Norico mediterraneo, & non de Liguribus in Italia accipien-

Taurisci.

A accipiendam esse. Et sanè Tauriscos in hoc quod hic delineamus Norico mediterraneo coluisse, Taurinamq; siue Tauream ab his denominatam extitisse, eiusq; uestigia in Rachstadio quęrenda esse, ditionis Salisburgensis, supra Sabatineæ ac Gabromagi reliquias, testantur non solùm montes in his finibus, Thaurn, Rachstaterthaurn, VVersenthaurn, Stubenthaurn, Raurißthaurn, Kalserthaurn, &c. à Tauriscis uidelicet nuncupati: uerùm etiam Taurach fluuius, qui Rachstadiũ praeterfluit, Teurniam illam ueterem eò loci extitisse coarguit. Sed & nomen ipsum oppidi consentit, etsi deprauatum, & prima syllaba amissa, quòd polysyllaba Teutones fugiant, atque decurtent subinde. Verisimile enim est, olim Taurachstadiũ nominatum fuisse, quod hodie Ta prima syllaba abiecta Rachstadium uocatur. Quo loco & Romanæ supersunt inscriptiones, & antiquus nobilisq; comitatus Taur fuit, qui etiamnum manet, olim aliquot in Bauaria ciuitates ac prædia coniuncta habebat. cuius stirpis ferunt fuisse S. Domitianum, ducem Carnorum postea, & ex gentili Christianũ factum. Eius frater germanus S. Remidius, in Nansperg Tyrolis monte sepultus cernitur. Fama habet, inde descendisse & S. Pyrminium, cum Adalbino filio, Salczeburgensi præsule, quem circa annum Domini octingentesimũ sexagesimum quintũ, Annales referunt, sacellum in Mospurg cõstruxisse, atq; consecrasse. Iidem & Rapatonem celebrant, comitem à Taur, cuius coniunx fuit Henna marchionissa orientalis, siue Austriæ. Et filius Ortolphus, qui cum uxore Hiltrude, castrum Hohenvvard in Bauaria in cœnobium conuertit, anno millesimo sexagesimo, quod & hodie extat, haud procul ab Oeno fluuio, & Rotenburga Tyrolis, multis sanctorum reliquijs famigeratũ. Et hactenus quidem de Teurnia. Venio ad Gamanodurum, siue Camanodurũ, hoc est Camanorũ turrim. Erat enim maioribus nostris ante annos plus mille illud frequenti in usu, Magum ac Durum, siue ut Germanicè loquamur, am hag, thurn, nomenclaturis ciuitatum adijcere clausulas: quales hodie solemus, burgi, hausen, haym, hofen, ingen, adiungere. Meminit uerò Camanoduri Ptolemæus in descriptione Rhœtiæ, siue Vindeliciæ, uel (ut alia habent exemplaria) Camboduni: cuius ego reliquias extare arbitror in Chiembse cœnobio, ad lacum eiusdem nominis posito à Gebhardo & Thiemone Iuuauiensibus, siue Salczeburgensibus archiepiscopis, circa annum Domini millesimum octogesimumsecundum. Vbi postea anno Domini millesimo ducentesimo & decimosexto Innocentius papa Romanus precibus Salczeburgensium antistitum episcopalem cathedram auspicatus est. Porrò Camanorum populorum Germaniæ meminere Strabo & Marcellinus libro decimoseptimo. Atque hæc de Camanoduro in finibus Vindelicorum & Noricorum sito municipio. Et quia de Norico mediterraneo hic sermo noster est, & de eo ipso tractu alpium Tauriscorum, ubi & hodie ferri cùm fodinæ tum conflationes fiunt, non abs re fore existimo, si locum Stephani Byzantij de Norico oppido subiecero: νωράκος πόλις παννονίας. ὁ πολίτης, νωράκιος, ὡς ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς ὁμηρικοῖς φησίν, ὅτι γίγνεται ἐν παννονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς, λαμπρότατός ἐστιν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ νώροπα χαλκόν. Addit Suidas: νώροπι ὁ λαμπρὸς οἱ μὲν ἐτυμολογοὶ, παρὰ τὴν στέρησιν τοῦ ὁρᾶν. ἀμαυροὶ γὰρ φασὶ τὴν ὄψιν διὰ πάνυ λάμπειν, καὶ διαχεῖ. ὥστε νώροπι χάλκῳ, ὁ μὴ ἐῶν ὁρᾶν εἰς αὐτόν. ἐπαφρόδιτος δὲ ἰωρακῶς νώρακον πόλιν παννονίας, ἧς ὁ πολίτης νωράκιος. γίνεσθαι ἱστορεῖ ἐν παννονίᾳ σίδηρον, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν. ὅθεν τὸ νώροπα φασὶν εἰρῆσθαι χαλκόν. ὡς εἴ τις εἴποι νωράκιον. Quibus ex locis colligitur, ferrum splendidissimum & olim in Norico mediterraneo paratum fuisse, ut hodie adhuc in eo de quo loquimur tractu tales fabricæ extant infra Rotenmanum, hoc est, montanæ uestigia. Incolæ appellant Vorderperg vnd Hinderperg im Eisenartz. Vbi tanta uis & ferri & chalybis cõflatur, ut in tota Germania Panoniaq;

B

Teurniæ uestigia.

Rachstadium.

Progenies comitum à Taur.

Gamanodurũ.

Noricũ oppidum ferrifodinis celebre.

noniáq; ac Italia arma inde, gladij ac cultri fiant. Sed libet iam inscriptionum Romanarum exempla recensere. A

Monumenta Vetustatis.

In Neumarcht, hoc est Sabatineæ uestigijs:

C. SAMVCONIVS SECTATVS ET SAMVCABVRANI F. V. F. SIBI ET RESPECTILLAE F. D. E. F.

In Slamyng oppidulo proximo mineris argenti nobili:

C. B. RO. C. D. C. C. L. VIVS FEC. S. A. XI. F. A. I. AN. X.

Ad lacum Chiemsee:

IMP. CAES. E. PIVS SEVERVS PER AVG. TRIB. POTES. IX. IMP. XII. COS. II. P. P. GOF. IMP. CAES. MAR. AVRE. ANTONINVS PI. FEL. AVG. ARAB. GER. MAX. NT. TRIB. POT. P. P. PRO. CON. AT. M. L. III.

In Rachstadio, hoc est Teurnia:

L. TERENTIO VERO IIVIRO TEVRN. PR. IVR. DIC. OBIT AN. LX. ET SEPPIAE C.F. PRAESENTIAE L. TEREN. VERINVS ET C. TERENTIVS PRAESENTINVS PARENTIBVS OPTVMIS FECERVNT.

In Ischl oppidulo supra lacum Halstad:

D. N. SECVNDINVS AVG. N. V. IL. STA. TESC. VO. TRET. reliqua legi nō possunt.

Ibidem:

ROMANVS MATERNI F. VIVS SIB. ET ROMANAE ARGENONIAE CON. ʘ. AN. LXXX. B. M. B

CAP. IX. DE IOVIACO, SIVE IVVAVIA, *Lauiaco, & Bidaio.*



COMMEMORANTVR hæc in Antonini itinerario municipia, ac Ioviaci quidem siue Iuuauiæ is in trium itinerũ supputatione meminit: primò, cum ex Pannonijs in Belgas uiam delinearet, mox post Laureacũ & Ouilabim, hoc ipsum de quo loquimur municipium collocat. Rursus, cum à Laureaco Veldidenam is Rhœtię iter subduceret, post Ouilabim & Iaciacum Iuuanũ ponere uidetur: sequẽte mox uersus pontẽ Oeni, XXVIII milliũ passuum interuallo Bidaio. Id quod & in tertia uia à Laureaco Augustam Vindelicûm obseruat, mox post Ouilabim, Laciacũ, Lauiacum, & Iuuanum atq; Bidaium, ac Oeni etiam pontem recensens. Quæ eiusmodi sunt, ut quando & Laureaci reliquias constat in Ensio Austriæ superioris extare, & Ouilabis in Lambacho, ut proxima Sectione manifestius dicetur, qui rectà uiã Augustam Vindelicũm suscipit, is à Lambaco duorũ itinerum spacio Salczeburgum peruenit, milliaria emensus plus minus XII, quæ constituũt stadia Romana siue millia passuum XLVIII. Vt non dubium sit, & Iuuani siue Iouiaci uestigia in Salczeburgo archiepiscopali sede, & Lauiaci in Lauffen oppidulo eiusdem trium milliariorũ spacio dissito, Bidai deniq; in Dietmaningo superesse, sex milliaria à Salczeburgo remoto. Quo proxima & recta ducit uia ad Oenum flu. ubi is apud Romanos ponte iunctus fuerat, municipio ripæ adiecto, quòd pontẽ Oeni Antoninus uocare uidetur, ubi est hodie Odinga Bauariæ, Boiorũ regum sepultura, locus nõ incelebris. Cæterũ notandum est, in his descriptionibus Antoninũ nõ legere

Pons Oeni Vindeliciæ ubi fuerit.

gere

A gere ripā Danubij, sed per mediterranea Norici procedere, utpote proximo A.ugustam Vindelicûm cōpendio. Quæ & hodie uiæ ratio obseruatur ab ijs, qui breuiori itinere Augustam cōtendunt. Ac de Salczeburga dubiū nullū est, Iuuanam ibi Romanorū siue Iouiacū extitisse, quando & in uetustioribus cùm literis tum annalibus Iuuauia nominetur, & episcopi Iuuauienses sint hi omnes dicti, qui modò Salczeburgenses appellantur. Legitur enim in Eugippo Herulorū historico, quē ipsi inuenimus, & qui beati Seuerini Noricorū apostoli, Iustiniano primo imperāte, res gestas adnotauit, Maximū quendā in Iuuauia episcopū Alemānis duce Gibolpho rege incursantibus, martyrio coronatū fuisse, cuius adhuc hodie locus martyrij in scopulo monstratur, unde præcipitatus à barbaris fuit. De quo & hęc legūtur uerba eiusdē, quæ locū ipsum in anfractu montiū sitū satis explanare possunt: Rursus, inquit, iuxta oppidū quod Iuuauo appellatur, cum quadā die intrantes basilicā æstatis tēpore, solennitatē uespere reddituri, ad accendenda luminaria ignē minimè inuenissent, flammā cōcussis ex more lapidibus elicere nequiuerant, utrinq; adeò ferri ac petri collisione tardantes, ut tempus uespertinæ solennitatis efflueret. Vbi uir Dei genibus humi flexis orabat attentius. Et mox in conspectu omniū qui aderāt, cereus quē manu tenebat beatus Seuerinus, accensus est. Quo lucente, sacrificio uespertini temporis ex more suppleto, gratiæ Deo referūtur in omnibus. Et subdit postea, quemadmodū mulierē mortuā ad uitam resuscitarit idem sanctus, oratione ad Deū fusa plena affectuū. Et de Seuerino, sanctoq; Maximo, primo Iuuauiensiū episcopo hactenus. Sequitur beatus Rudbertus, qui seculo plus minus'ue elapso in Iuuauiā uenerat, longis itinerib. à Bormacia profectus, cuius præsul fuerat, & à Berichario loci tyrāno pulsus. Is cū hospitio à Theodone Boiorū duce comiter acceptus fuisset, ipso iam cum subiecta gente Christo

Iuuauia.

Catalogus primorum episcoporum Salczēburgensium.

B uendicato principe, in ruderibus uetustæ ac desolatæ ciuitatis, quòd ibi à S. Maximi memoria usq;, monasteriū S. Petri celebre haberetur, monachorū cōuersatione sanctorū nominatissimū, cathedrā episcopalē, ab Auaribus cum oppido excisam restituit, Theodone duce consentiente, circa annū Dñi 640. In qua & ipse D. Rudbertus antistitē egit: & qui eum secuti sunt, omnes penè ex cęnobio D. Petri, cuius tum monachi instar canonicorū fuerant, assumpti, Vitalis, Aiozologus, Sauolus, Etius, Ioannes, & Virgilius, quē ante Pipinū regē Francorū, & sub eo sedisse cōstat, ac Carinthiā per Modelhamū ac Modestinū ad Christi doctrinā traduxisse: cum antecessores eius per beatos Gisalaricū & Sodomū, Auares in superiori Pānonia, & auspicio Donningi cuiusdā sancti uiri Noricos, Christo reddidissent. De quo & ille Ottonis Frising. locus lib. 5. Chron. cap. 23. intelligēdus est: Pipinus igit re prius, exhinc nomine simul ac re, regnū Francorū gubernauit. His diebus floruerūt clarissimi regni principes Bonifacius Moguntinus archiepiscopus, Virgilius Iuuauiensiū præsul, Corbinianus Frisingensis ecclesiæ antistes, & alij q̄plures. Secuti sunt beatū Virgiliū, circa annū Dñi 780 Bertricus: Arno, qui sub Carolo Magno floruit: Auilidon, Alramus, Luitprantius, Adelbinus comes à Taur, Dietmarus, Piligrinus, Adalbertus, & Egelolphus. Atq; hi omēs episcopi modò erāt, Laureacensi metropolitæ in Norico ripēsi, ubi est hodie Ensiū Austriæ superioris, iure ecclesiastico subiecti, usq; ad annū Dñi 940. Iuuauienses duntaxat ueteri nomine Præsules nominati. Post quę tempora Heroldo quopiā in ea sede sublimato, cū salis coctione reditus cresceret, dignitas huius episcopij unà cū nomine mutari cœpta est. Ab eo enim tēpore, Laureacēsi metropolitana in Norico ripēsi sede, ob cōtinuas Hūgarorū incursiones pessumeunte, Iuuauiēses, qui antea antistites fuerāt, archiepiscopi Salczeburgenses à Romana sede salutabātur. Vt uel ex isto diplomate pontificis Ro. Agapiti colligi potest, quod fidei ergò subijciemus:

Priuilegiũ de metropolitano iure Iuuauienſium epiſcoporum.

Agapitus ſeruus ſeruorum Dei, fratri dilectiſſimo atq; reuerẽdiſſimo, Gerhardo ſanctæ Laureacenſis eccleſiæ epiſcopo, in CHRISTO ſalutẽ. Petitiones tuas pro renouandis ſiue approbandis eccleſiæ tuæ priuilegijs, uenerabilis Fuldenſis monaſterij abbas Hadamarus, huc cauſa orationis ueniens, cum magna beneuolentia noſtræ experientiæ ſuggeſſit: pariterq́; iurgia & diſceptationes grauiſſimas inter te & Heroldum archiepiſcopũ pro utriq; ſuſcepta in una prouincia pallij autoritate exortas, flebiliter nunciauit. Quod & ipſi ex debita paſtorali cura nimio cordis mœrore dolemus, deteſtabiliterq́; profanamus. Quippe ſancta & uniuerſalis Eccleſia, cui Deo autore pręſidemus, à religioſis atq; pacatis ſacerdotib. ſuis, & in caritate nõ ficta ſolidatis, quaſi totidem columnis innixa fulcitur: diſcordantibus autem, & aduerſum ſe hoſtiliter, inflante ſuperbia, animũ tollentibus, præſertim tantis pontificibus, ueluti euulſis ſuſtentaculis caſura, non ſine magno periculo, & uigoris ſui detrimento à proprio ſtatu concutitur. Inſuper &, dum deforis inter uos pro pallij honore pertinaciter huiuſmodi contentio exercetur atque agitur, ut in fraterna æmulatione decor ſacerdotij intus euacuetur. Vnde ergo, frater, officium noſtrum illud eſſe perpendentes, ne inimicitiarum fomite in uobis ſuccreſcente, diſſidium ſanctæ Dei Eccleſię atq; ſcandalum ſine conſilij & utilitatis noſtræ reſpectu diutius nutriatur, ad ſequeſtrandam litem ueſtram accedimus nos arbitri, tam ex ſolicitudine à Domino regiminis iniuncti, quàm amborũ ueſtrorum amore ad hoc permoti, ita uidelicet, ut & de prælibata cõflictus ueſtri querimonia rationabilibus iudicijs, ritè iuſtitiæ ſatisfaciamus, & uos omni exploſa controuerſia in fraternam cõcordiam CHRISTO moderante reuocemus. Noſtum eſt igitur, literiſq́; penes nos commendatum, quibus eccleſiarum locis dignitas pallij ab hac Apoſtolica ſede debeatur. Laureacenſem enim urbem antiquitùs metropolitanam fore, & archiepiſcopij ſedem, cui ſanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in priuilegijs Authenticis ad nos uſq; à te directis legimus: ita quoq; inuentis quibuſdam exemplaribus, chartis uetuſtate admodum detritis, in archiuo ſancti Petri reperimus: hanc uidelicet in exordio naſcentis eccleſiæ, & in immaniſsima Chriſtianorum perſecutione, à doctoribus iſtius ſedis catholicæ fidei nouimus rudimenta percepiſſe, & exinde à ſuccedentibus prædicatoribus, in ſuperioris atque inferioris Pannoniæ prouincias eiuſdem fidei gratiam manaſſe. Quibus uerò duabus prouincijs, illarumq́; pontificibus uſque ad tempora Hunnorum, non alius quàm ſanctæ Laureacenſis eccleſiæ præfuit archiepiſcopus. Quorum barbarica feritas non ſolùm prædictam Laureacenſem ciuitatem, uerùm & in circuitu adiacentes regiones depopulata eſt, atque funditùs deſolauit. Inde quidem contigit, ut epiſcopi hac neceſſitate compulſi, ſede illa deſerta, atque aliò tranſlata, ſimul & archiepiſcopalem ipſius ſedis deſererent honorem. Modernis autem multis retrolapſis temporibus, uacante regno Boioariorum, ab Apoſtolico uicario Arno primus ſanctæ Salczeburgenſis eccleſiæ ſubrogatur archiepiſcopus. Hæc teſtatur annoſa memorialis ſacri ſcrinij hiſtoria. Modò autem mortalibus CHRISTO propitiante, ab hoſtibus ſanctæ Laureacenſis eccleſiæ quiete & inhabitandi ſecuritate conceſſa, non alibi quàm ibidem fraternitatis tuæ cathedræ oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem eccleſiæ, ſanctorum patrum uidelicet prædeceſſorum noſtrorum, ſed & beatæ memoriæ domini Leonis, à quo excellentia tua pallio ac priuilegio donata eſt, ſanctiones atque ſtatuta exequentes: ac ſæpedictam ſanctam Laureacenſem eccleſiam, poteſtate & uice beati Petri apoſtolorum principis abſoluimus, & archiepiſcopamus, & in culmen metropolitanum ſublimamus, ac priuilegia nobis tranſmiſſa manu propria munimus & corroboramus, rata'que eſſe firmamus: denuoq́;

A mioq; tibi pallium cum præsenti præcepto, secundũ usum prius cõcessum, successoribus tuis perpetuò tenendum tradimus. His quoq; examussim ita ad iustitiam redire grauatis, decreuimus, rixas uestras & dissensiones præfata ex causa deriuatas dirimere, atq; in fraternum amorem uos reconciliare, sic ut utrique uestrorũ modò susceptus seruetur pallij honor illæsus: hortantes, quatenus Apostolicè instituti, amodò non in contentione & æmulatione maneatis. Constat quidẽ, quòd Canonicè singulis prouincijs singuli ordinantur metropolitani. Proinde distribuere atque determinare ita uobis parochias bonum & pacificum ęstimamus, ut diuisis duabus Noricæ regionis prouincijs, Heraldo archiepiscopo Iuuauiensi occidentalis Pannoniæ cura committatur, & custodia: tibi autem & successoribus tuis, propter emeritam antiquitatem, sanctæ Laureacensis ecclesiæ, cui iure minor reuerentia assurgit, in benedictione & sedis ordine prælatus atque præpositus, prouidentiam orientalis Pannoniæ, regionem'q; Auarorum atque Marahorum, sed & Slauorum, qui modò Christiani sunt, atque circà manentiũ credimus, nostram'que Apostolicam uicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio uestro ubi opus est, episcopos constituendi, omnia disponere atq; ordinare, tali auctoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi præsentes affuissemus. Quod si iam dictus Heroldus archiepiscopus deinceps, suorum'q; quispiam successorum, minimè definito limite contentus, sed interdictam atque separatam à sua potestate diœcesim repetere peruicaciter conatur, nec approbatæ contentionis schismate per depictas nostras Apostolicas traditiones atque determinationes compescitur, ipse etiam piè concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum superior Pannonia continuetur inferiori, atque tuę tuorum'q; successorum ambæ perpetualiter subiaceant ditioni. Allubescentes autem, assensum'q; præbentes istis nostris saluberrimis decretis, benedicimus, & catholicos
B approbamus: resistentes uerò, atque infirmare, uel omnino peruertere cõtendentes, anathemate Maranatha sanctæ Trinitatis districtè percutimus, & Apostolica sententia, qua mulctati Anania & Saphira expirauerunt, damnamus, & cum blasphematoribus sancti spiritus sempiternis cruciatibus puniẽdos destinamus.

Hac igitur ex causa constat, Iuuauiæ metropolitanam sedem fuisse à Romano pontifice positam, Arnum'q; etiam extitisse ante adhuc Heroldum, Salęsburgensem archiepiscopum, Carolo Magno imperante, cum Laureacensis uidelicet cathedra, ob continuas Hungarorum incursiones desolaretur. Cui tamen postea prærogatiua primæ sedis, incursione cessante, & ab Eugenio primo restituta fuit, circa annum Domini sexcentesimum quinquagesimumsextum: & ab Leone secundo, circa annum Salutis sexcentesimum octogesimumsecundum: & mox à Benedicto primo, qui tertius post Leonem modò dictum sederat, cõfirmata: ut proxima Sectione, in capite de Laureaco, copiosius ostendetur. Secutus est autem Heroldum in archiepiscopatu Iuuauiensi siue Salczeburgensi, Fridericus episcopus. Ad quem atque alios Germaniæ episcopos Benedictus, hoc nomine primus põtifex Romanus literas dedit, redarguens Iuuauiensem, quòd Laureacensis metropolitæ diœcesim occupasset, contra & iura uetustatis, & decreta Romana. Et habet exemplum literarum ita:

Fridericus episcopus Saltzeburgensis.

Dilectissimis nobis in CHRISTO filijs, Rodberto sanctæ Moguntinæ ecclesiæ, Dioderico sanctæ Treuerensis ecclesiæ, atque Adalberto sanctæ Magdeburgensis ecclesiæ, pari'que modo Gereoni sanctæ Coloniensis ecclesiæ, atque Friderico sanctæ Iuuauiensis ecclesiæ, sed & Adaldango Premensis ecclesiæ archiepiscopis: pariter'que Domino nostro Otthoni gloriosissimo Imperatori Augusto, atque nepoti suo Henrico præcellentissimo duci Bauarorum, cæteris'que omnibus

Laureacensis exempta à Saltzeburgensis ditione.

omnibus episcopis,& abbatibus,ducibus & comitibus Galliæ & Germaniæ:Be- A
nedictus diuina gratia præditus,Apostolicæ sedis pōtifex, seruis seruorū Dei, in CHRISTI nomine salutem. Oportet iustis supplicantū petitionibus nos semper faciles & humiles exhibere,& præcipuè cum fraternis religiosorū cōsacerdotum precibus solicitamur. Qui passim ab omni mundi termino tenorē & regulā, atq; proprij officij uigorē, ab hac uniuersali S.Romana matre ecclesia, eiusq; sortiuntur ministro,uicario uidelicet beati Petri,principis Apostolorū. Cuius q̄uis indigni,eiusdem tamē gratia & dono,potestati nos successimus,& ordini,cui uoce Dominica dicitur,Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiā meā. Quapropter dignū æstimauimus, assensum præbere congruis postulationibus Reuerendissimi archiepiscopi,quas per probabiles personas nobis intimauit, responsaliū suorū,duorū uidelicet presbyterorū,quatenus sibi palliū & metropolitanū honorē cathedræ suæ S.Laureacensi ecclesiæ restitueremus,cōfinio Hungarorū adiacenti. Quod omnino nos eidem ecclesiæ debere,testantur antiquissima secū apportata priuilegiorū testimonia,in quibus cōtinebatur,quòd ætate pōtificatus beati Symmachi,huius almæ sedis Apostolici præsulis,præfata sancta Laureacensis haberetur ecclesia metropolis.Et in quantū tam exinde,q̄ etiam de passionibus beatorū martyrū, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi uarijs sunt tormentis mulctati,colligere possumus, ex omnibus ecclesiarū diœcesibus Pānoniæ,hæc antiquitate & archiepiscopij dignitate esse primitiua creditur. Quæ iam multis retroactis temporibus ex uicinorū frequentia, populatione barbarorū deserta,& in solitudinē redacta, nullū Christianæ professionis habitatorum meminit,usquedum inuictissimus Augustus & pater patriæ,genitor quippe Pij Imp.nostri,quē adhuc superesse, & diu dominari mundus exoptat, bellico trophæo eorū uires retudit.Nunc autē,quando iam uocibus exultantibus in lau- B
dem omnipotentis Dei erumpimus,nō solùm sæpedicta S.Laureacensis ecclesia, hostiū cessante terrore,cum accolis suis pace & tranquillitate potitur, uerū etiam ipsi dudum inimici illum,quē persecuti sunt more gētili,iamiam CHRISTUM baptizati profitentur,&sacerdotes modò habere desiderāt: ac prout scire rudes poterūt,uenerantur,& ecclesias quasdam in sua terra,quas patres incendio dederūt, posteri restaurare uidētur.Hac ergo suadente ratione,quòd prænominati S.Laureacensis ecclesiæ archiepiscopi postulatione,antiqua Apostolica autoritate commendatur:& præterea cum iussum esset,pariterq; etiam utile uisum est, ut ad fructificandas Deo gentes ex nouitijs cultoribus fidei Hungarorum atque Morauorum,siue etiam alijs multis Schlauorum suæ parochiæ finitimis illic ordinatis episcopis,secundum quod antiquitùs dispositi erant,eis hunc constitueremus archiepiscopum. Quomodo autem Salczburgensis ecclesia metropolis, abusa est subiectione sanctæ ecclesiæ pontificij,obliterata ac attenuata sua dignitate ex deuastatione barbarorū: quam propterea perceptis Apostolicis priuilegijs, nequaq; his patimur priuari:cum & prior fuerit Salczburgensi,& ideo auctoritatiua:quæ cōditio testimonij etiā apud secularia iudicia uiget, & præualet. Nos uerò in huiusmodi cōstitutione omnē calumniā atq; cōtentionis occasionē,Domino adiuuante,facilè propulsamus, parochijs abinuicem certis limitibus sequestratis, & tum Apostolicis sanctionibus ubiq; stabilitis: quas nostrum est semper defendere,& secundum Euangelicā sententiam,nihil ex eis soluere, sed adimplere. Vnde ergo auctoritate & potestate beati Petri principis Apostolorū,atq; exemplo pōtificū, scilicet prædecessorū nostrorū, eandem sanctam Laureacensem ecclesiam, eiusq; rectores iam archiepiscopos, amodò in perpetuū ab omni Salczburgensis ecclesiæ, eiusq; præsulū subiectione ac ditione absoluimus, & honore metropolitano sublimamus.

A sublimamus. Et sicut modernis temporibus, sanctæ memoriæ Agapitus papa, terminos earundem parochiarum ab inuicem distinxit, sic & ipsi definimus: ita uidelicet, ut sancta Salczeburgensis ecclesia superioris Pãnoniæ episcopos habeat suffraganeos, quibus usque huc sui Pontifices præesse uidebantur cum tanta taliq; dioecesi, quali hactenus in superiori usi sunt Pannonia: sancta autem Laureacensis ecclesia, in inferioris Pannoniæ atque Mœsiæ regiones, quarum prouinciæ sunt Auaria atque Marauia, in quibus septem parochiæ episcoporum antiquis temporibus continebantur, suiq; archiepiscopi archiepiscopalem deinceps potestatem, cum tanta taliq; dioecesi, quali hactenus in superiori usi sunt Pannonia. Quibus denique in præceptis iniungimus, ut iuxta beati Gregorij papæ decretum, Anglorum archiepiscopis directum, alter illorum qui prior sit in ordinatione, ipse & quoad uiuat prioratum teneat, & in ordine. Penitus enim determinatis utriusque ecclesiæ dioecesibus, omniq; exclusa altercandi occasione, Canonica sub districtione interdicimus, ut neuter earundem ecclesiarum archiepiscopus inuadere alterius parochiam præsumat, uel quibuscunque iurgijs aut disceptationibus super definitis à nobis modò rebus, alter alterum solicitare audeat.

Et hęc ex priuilegio, quòd Iuuauiensis siue Salczeburgensis dioecesis olim Laureacensi subiecta, ab illo obsequio liberata extiterit: & rursus ipsa, cum pressisset Laureacensem, magna ex parte ab Hungaris desolatam sedem, & ipsa eadem à potestate Salczeburgensis antistitis uendicata tum fuit, illo de quo locuti sumus euentu. Sequitur iam, ut originem alterius prærogatiuæ (qua legatus, Salczeburgensis præsul, Romani pontificis, ut hodie adhuc ueneratur, quod ius semper apud Laureacenses extiterat, usque ad annum uidelicet Dominicæ incarnationis 1020) ostendamus, quemadmodũ legitur in epistola Leonis secundi papæ ad Egi-
B lolphum Iuuauiensem, Isingrinum Ratisponensem, Landbertum Frisingensem, & Vvisundum Sebonensem episcopos. His uerò omnibus prælibatis, inquit, fraternitatem uestram monemus, per hanc nostram Apostolicam iussionem, ut huic Gerhardo archiepiscopo, cui uicem nostram in omnibus finibus uestris cõmisimus, in omnibus quæ ad Ecclesiasticũ ordinem pertinent, &c. Ita Benedictus similiter pontifex, hoc nomine primus, in epistola ad Othonem primũ Cæsarem, eiusq; nepotem Henricum Bauariæ ducem, Rodbertum Moguntinum, Theodericum Treuerensem, Gerionem Coloniensem, Adalbertum Magdeburgensem, & Fridericum Iuuauiensem, Piligrino cuidam Laureacensi archiepiscopo hanc dignitatem contulerat, ut legitur in fine epistolæ: His ergo sedatis, uenerabilem fratrem nostrum Piligrinum archiepiscopum canonicis literis munitum, sedi sanctę Laureacensis ecclesiæ intronizamus, palliumq; ei secundum antiquum eiusdem ecclesiæ suæ usum direximus: atq; in prouincijs Auariæ & Morauię, regionumq; inferioris Pannoniæ siue Mœsiæ, & in contiguis sibi Schlauorum nationibus circumquaq; manentiũ, nostram Apostolicam autoritatem & uicem exercere committimus, &c. Cæterũ desolari cœpto indies magis magisq; Laureaco, cum diu metropolitanã prærogatiuã retinuisset, ad postremũ tamen Legati à latere munere adempto Laureacensibus, Ioannes IX papa, imperãte Carolo Crasso, illud priuilegium Dietmaro Salczeburgensi concesserat, qui iam post Heroldum, Fridericum, Piligrinum, Harduicum, Henricũ & Guntherum, uigesimustertius in Iuuauia sederat. ut ex isto facile colligi scripto potest, q̃d Germanię tum episcopi Ioãni IX Romano põtifici, cõquerentes de episcopi Morauiæ ac Slauorũ, deficiẽtibus à suo metrapolitano, Laureacensi uidelicet archiepiscopo, dixerunt in hæc uerba:

Legati à latere officiũ Salczeburgensis, et origo illius.

Summo pontifici & uniuersali papæ nõ unius urbis, sed totius orbis, Domino Ioanni Romanæ sedis magnifico gubernatori, humillimi paternitatis uestræ filij, Dietma-

Priuilegiũ de legationis munere Salsburgensis.

Dietmarus Iuuauiensis ecclesiæ archiepiscopus, Vualdo Frisingensis, Zacharias Sebonensis, Erchonbaldus Eystetensis, Tuto Ratisponensis, Richarius Patauiensis ecclesiæ episcopi, necnō & uniuersus clerus populusq; Christianus, qui per totam Noricam, quæ & Bauaria, conuersatur, prosperum in Saluatore nostro prouectum, catholicæ pacis augmentū, & regnum optamus æternū. Antecessorū nostrorū Decretis & Catholicorū patrum institutis plenissimè instruimur, moribus nostro sacerdotali ministerio obstantibus & aduersantibus Romanū appellare pontificem, ut quod ad unitatem concordiæ, & ad custodiam partium disciplinæ, nulla dissensione uidetur, sed ab ipso summa prouisione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa sancta & Apostolica sede, quæ nobis sacerdotalis magis est dignitatis & origo Christianæ religiōis, hinc profluxerit quidq; peruersitatis. Sed potius doctrina & auctoritas Ecclesiasticæ rationis uenerunt, ut ipsi promulgauerunt de latere uestro tres episcopi, uidelicet Iohannes archiepiscopus, Benedictus & Daniel episcopi in terra Slauorum, qui Moraui dicuntur, quæ regibus nostris, & populo nostro, nobis quoq; cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu Christianæ religionis, quàm in tributo substātiæ secularis: quia exinde primū imbuti, ex paganis Christiani sunt facti. Et idcirco Patauiensis episcopus ciuitatis, in cuius diœcesi sunt illius terræ populi, ab exordio Christianitatis eorum, quando uoluit & debuit illuc, nullo obstante, intrauit, & synodalem & cum illis & cum suis inibi inuentis conuentū frequentauit, & omnia quæ agēda sunt, potenter egit, & nullus ei in faciem restitit. Etiam nostri comites, illi terræ confines, placita secularia illic continuauerūt, & quæ corrigenda sunt correxerunt: tributa tulerunt, & nulli ei restiterunt. usquedum incrassante corda eorū diabolo, Christianitatē abhorrere, & omnē iustitiam detrectare, bella lacessere, & obsistere sæuissimè cœperunt, adeò ut uia episcopo & prædicatoribus illò non esset, sed libitu suo agerent quæ uoluerint cuncta. Nunc uerò, quod nobis graue uidetur, & incredibile, in augmentū iniuriæ iactant, se magnitudine pecuniæ egisse, uos eosdem præfatos episcopos ad se direxisse, & in eodem Patauiensi episcopatu talia egisse, qualia de illa Apostolica sede nunq; audiuimus exisse, ut tantùm schisma una pateretur ecclesia. Est enim unus episcopatus in quinq; diuisus. Intrantes autē prædicti in nomine uestro, ut ipsi dixerūt episcopi, ordinauerunt in uno eodemq; episcopatu unum archiepiscopum (si modò in alterius episcopatu archiepiscopium esse potest) & tres episcopos eius suffraganeos, absq; scientia episcopi, & consensu episcopi, in cuius fuerunt diœcesi: cum in concilio Aphricano, cap. 20, decretum sit, ut plebes quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ nunq; episcopos habuerunt, non nisi cum uoluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est episcopos. Et item in eodem cōcilio cap. 65, ut plebes quæ nunq; habuerūt proprios episcopos, nisi ex cōcilio plenario uniuscuiusq; prouinciæ, & priuatis, atq; cōsensu eius, ad cuius diœcesim plebs eadem pertinebat, episcopos minimè accipiāt. In decretis papæ Leonis, cap. 15. scriptum est: Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeātur, qui prouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio non consecrantur. Item cap. 49, ut si indignis quibusq; & longis extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ detur: Non est hoc consulere populis, sed nocere: nec præstare regimen, sed augere discrimen. Et in eodē capite, post pauca inquit: Difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Et in decreto papæ Cœlestini antecessoris uestri, cap. 17, continetur, ne alicui locus cōcedatur sacerdotalis in alterius iniuriam. Antecessor uester, Zuentenbaldo duce imperante, Vvichingum consecrauit episcopum. Et nequaq; in illum antiquum

Archiepiscopatus in Morauia.

Moraui olim sub Patauiensi diœcesi erant.

Laurea-

A Laureacensem archiepiscopatũ eum transmittit, sed in quandam neophytam gentem, quam ipse dux bello domuit, & ex paganis Christianos esse parauit. Cum autem ex eisdem Sclauis locus familiaris apud legatos uestros dabatur, accusabãt & diffamabant nos in multis: & uerbis mendacibus instabant, quia nemo eis uera respondebat, dicentes nos cum Francis & Alemannis scandalum & discordiam habuisse: cum hoc falsum esse, ex hoc conuincitur, quia amicissimi nostri sunt, & caritatiuè cooperatores: & cum ipsis impacatos esse accusabant. Quod nõ nostra culpa exhibente, sed sua proteruia faciente, ita fatemur esse. quia quando Christianitas illis cœpit uilescere, & insuper debitum tributum senioribus nostris regibus & principibus eorum soluere respuerunt, belloq; resistere, & gentẽ nostram cœperunt lacessere, orta est seditio inter illos. Et quoniam armis sibi eos defenderũt, & in seruitium redegerunt, idcirco iure proprio tributarios habere debuerunt, & debent. Et siue uelint siue nolint, regno nostro subacti fuerũt. Quapropter oportet uos ab alto speculari, & moderaminis temperiem præ omnibus tenere, ne peior pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namq; serenissimi senioris nostri Ludouici, uidelicet Imperatores & reges, ex Christianissima Francorum gente prodierunt: Moraui uerò Slaui à paganis & ethnicis uenerunt. Illi potentia imperiali Romanam rempublicã sublimarunt, isti damnarunt: illi Christianum regnum confortarunt, isti infirmauerunt: illi toto mundo spectabiles apparuerunt, isti latibulis & urbibus occultati fuerunt: illorum consilio Apostolica sedes pollebat, in omnibus his iuuenculus rex noster nulli prædecessorum suorum secundus, nulli est inferior: sed secundum uirtutem à Deo sibi datam sanctæ Romanæ ecclesiæ, & uobis summo Patri, cum omnibus regni sui principibus adiutor esse optat fortissimus. Omne namq; regnum diuinitùs sibi cõmissum, ad Dei

B seruitium, suumq; adiutoriũ, unum uult & operatur. Vnde & pace uiget, & concordia gratulatur, atq; ad uestram paternitatem, sicut patres sui, sese pertinere lætatur. Quod nos præfati Slaui criminabantur cum Hungaris, fidem catholicam uiolasse (& cum multis uerbis contra Slauorum episcopos in epistola eadem inueherentur, tandem subijciunt) Idcirco singuli omnesq; admonendo precamur, ne ullo modo alicui falso de nobis aliquam suspicionem referenti creduli sitis, antequã opportunitas exigat, ut huius rei gratia missus de uestra Celsitudine nobis, aut à nostra paruitate directus appareat uobis. Cõmunis gemitus & generalis dolor angustat, quos Germania & tota tenet Norica, quod unitas ecclesiæ diuiditur scissura. Est autẽ, ut præmisimus, unus episcopatus in quinq; diuisus. Ideo si quid fraus malignitate ac Slauorum calliditate adduxerat, iustitia auertat: uosq; ex alto uirtute induti, & Apostolica potestate armati, iuxta prophetam, quod fractũ est alligate, quod infirmum consolidate, quod abiectum reducite, ut deinceps populus & fidei integritate gratuletur, & sancta ecclesia tranquilla deuotione lætetur. Dietmarus, indignus archiepiscopus, & Apostolicarum rerum procurator promptissimus, pecuniam uestro iuri debitam, propter instantem Paganorũ sæuitiam, nec per se perferre, nec per alios transmittere poterat. Sed quia Dei gratia liberata est Italia, quãtocyus poterit, uobis transmittet. Precatur nostra humilitas, ut digneť uestra sublimitas respondere per singula transmissa cum epistola: *Primus legatus Salczburgẽsis*

Alme pater mundi, dignus prænomine Petri,
Nomine quem sequeris, utinam uirtute sequaris,
Sisq; tuis famulis protector uerus, & ipsos
Commendes Domino, cœlo qui præsidet alto.

Atque hactenus de prærogatiuis ab Apostolica sede concessis Iuuauiensi cathedræ: & quemadmodum ea communibus cum Laureacensi metropolitano

auspicijs ditionem ecclesiasticam usque in Morauiam habuerit. Quibus adijciendum foret & priuilegium Austriacis principibus ab Henrico quarto Cæsare datum, quòd eius sedis hi ueri aduocati ac tutores essent: sed quia longum est, & ab instituto nostro nos abduceret, inseram solùm uerba pauca, ut quantum iuris Austriaci principes in ea ecclesia habeant, ab antiquis temporibus, omnes intelligãt. Prærogatiua uerò concessa est Ernesto Austriæ Marchioni, ob suam cõtra Hungarorum incursiones assiduam, fidelem ac felicem nauatam operam, cuius finis priuilegij sic habet de uerbo ad uerbum: Insuper intuiti sumus cum puro desiderio nostræ mentis, quòd prænominatus illustris princeps Ernestus marggrauius Austriæ, adeò bene meritus & dignus est, quòd eidem ipsum sanctum Romanum imperium adiutoriosum esse debet, quia ipse situatus & constitutus est in uno fine Christianitatis, & omni tempore incitat & exercet opera Domini nostri IESV CHRISTI: Damus & concedimus nos eidem in adiutorium & subsidium, illos episcopatus cum omnibus bonis ipsorum, quæ hactenus à longæuis temporibus cognominati sunt & fuerunt, IVVAVIA & LAVREACENSIS: ita tamen, quòd ille prænominatus Ernestus marggrauius, & sui successores, ac terra Austriæ, aduocati & domini super illis esse debeant. Insuper concedimus nos, & damus sępenominato Ernesto, suisq́; posteris, ac ipsi terræ AVSTRIAE, illam gratiam, quòd ipsi gladiũ iudicij ipsorum, & banderiam siue uexillum terræ ipsorum publicè, ante Imperium & ante totum mundũ & populum deferre debeant, atque possint. Quia ipse & sua terra sæpius laudabiliter in Dei seruitio emicuit, & apparuit gloriosè. Et ut hæc nostra traditio stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc paginam inde conscribi, manuq́; propria (ut subtus uidetur) corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici quarti regis. Geuehardus cancellarius uice Luitpoldi archicancellarij recognoui. Dat. IIII. Non. Octob. anno Dominicę incarnationis MLVIII, indictione XI. anno autem ordinationis Domini Henrici quarti regis quinto, regni uerò secundo. Actum Purrinpuoho in Dei nomine feliciter, Amen. Quæ uulgata sunt post Dietmarum, Piligrinum & Balduinum, Gebhardo comite ab Helfenstayn in sede Salisburgensi sedente: is qui Gurcensis episcopatus, & Admontensis abbatiæ in Styria autor est, circa annum Domini MLVII. Quem secutus est Thiemo, qui in peregrinatione in terrã sanctam perijt, & trucidatus est ab infidelibus. De quo Otto Frisingensis libro septimo Chron. capite septimo: Eodem anno Gulielmus comes Pictauiensis, & dux Aquitanię Thiemo, Iuuauiensis episcopus: Gwelfo Noricorum dux, qui in guerra contra Imperatorem Frisingensem & Augustensem destruxit urbes: Itha marchionissa, Leopoldi Orientalis marchionis mater: Gulielmus & Stephanus Italici barones, cum multis ex Aquitania Germania & Italia, Hierosolymam per Hungariam & Græciam pergunt. Thiemonem archipræsulem consecuti sunt in hac cathedra: Cunradus, diui Leopoldi Austriæ marchionis filius, & Ottonis Frisingensis episcopi frater germanus: Eberhardus de Adelsreit, ex abbate sancti Petri suffectus, unà cum fratre Walthero ab Adelsreit, nobile illud ac opulentum, haud procul Vberlinga, lacus Bodmanici ciuitate imperiali, cœnobium extruxit, quod Salmersweil uocant, ubi & sepultus cernitur. Successerunt his ordine, unus alterũ consequens, Adalbertus, sororius Cunradi Austriaci, filius regis Bohemiæ, & Otthocari frater, anno Domini millesimo centesimo octogesimooctauo. Quo remoto in publicis comitijs Ratisponæ, Fridericus primus Imperator ut Henricum filium subrogaret, Henricum præpositum Perichtolsgadensem Adalberto substituit. Cui successit mortuo posterius, Cunradus archiepiscopus Moguntinus, ab Alexandro papa, consensu etiam Friderici

Austriæ principes, domini & aduocati sedis Saltzeburgẽsis

Catalogus archiepiscoporũ Saltzeburgensium & primatum Germaniæ

Catalogus episcoporum Salisburgẽsiũ postremorum. Initia cœnobij Salmersweil.

A derici primi confirmatus. Secuti sunt: Richerius, qui cũ mensis spacio episcopũ egisset, resignauit sponte: Ladislaus dux Poloniæ, sedit circa annum Domini millesimum ducentesimũ sexagesimũ sextum: Philippus dux Carinthiæ, Bernhardi ducis Carinthiæ filius, & Vdalrici frater Germanus, cœpit sedere anno M CC LXXVI, uocatus etiam ad patriarchatum Aquileiensem: Stephanus, filius Henrici Bauariæ ducis, anno M CC XCVI electus: cessit iterum Rudolpho nobili cuidam, qui bellum cum Alberto duce Austriæ Habspurgensis stirpis primo gesserat. quo mortuo, Cũradus à Vvansdorf uel Praitenfurt Styrus, episcopus Lauentinus, Romæ, ubi Rudolphi antecessoris sui legatum egerat, à pontifice maximo electus est in archiepiscopum, anno M CC XCII. Is diui Virgilij altare construxerat, ac bellum à Rudolpho antecessore in Austriacos auspicatum continuauerat: uictus tamen, cum ijs rursus cõcordiam inijt. Vvichardus à Polhayn, Austriæ baro, ex decano in archipræsulem eligitur, anno 1312, qui nouũ ex argẽto diuo Rudberto altare cõstruxit, in quo reliquias ex tumba S. Rubberti exceptas, Rubberti, Vincentij, Gislarij, Crisanti & Dariæ cõclusit. Scripsit annales Austriæ, quas ipsi inuenimus: & obijt ex lethargo, anno MCCCXV, V. Nonas Octob. Quẽ sequitur Fridericus à Leybnicz, præpositus & archidiaconus Salczeburgeñ. sub Iohanne Papa XXII, consecratus à Berengario Cardinale Tuscano, præsentibus patriarcha Aquileiensi, archiepiscopo Rosanensi, & alijs quinq; episcopis. Successit Fridericus comes à Schaunburg Austriacus, sub Leopoldo & Arnesto ducibus Austriæ. Quem secuti sunt Fridericus Dapifer ab Emerberg, Austriacus: Sigismundus ab Volkenstayn, Athesinus: Ortolphus à Vveissenek, Styrus. In eadem cathedra sedit & Bernhardus à Ror, Austriacus, inter initia imperij Friderici tertij floruit: contra quẽ, accedentibus quibusdã Austriæ regulis, Mathiã Hungariæ regẽ
B excitauit, anno M CCCC LXXX. Huic successit Burcardus à Vveisbriach, baro Austriæ: & huic Leonhardus à Keytschach, Charentanus, præpositus Obernstorffensis. Quo mortuo, nostra memoria eandem cathedrã administrarunt, Matheus Lang, Augustanus, ex episcopo Gurcensi Cardinalis titulo sancti Angeli, Maximiliani Cæsaris præcipuus consiliarius: & ARNESTVS dux Bauariæ, qui dum hæc scriberemus, in uiuis adhuc erat. Et hactenus de archiepiscopis Iuuauiensib. Venio nunc ad monumẽta Vetustatis, quæ Salisburgi adhuc supersunt:

Exempla Vetustatis,

Salisburgi, in templo sancti Rudberti:

IMP. CAES. L. SEPTIMII SEVERI PIVS PERTINACIS AVG. ARAB. ADIAB. PARTHICI MAX. ET IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINI AVG. IVVAV. D. D.

In circuitu eiusdem ecclesiæ, fracto saxo:

ICI ARABICI
AEMILIANO
SEPTIMIVS SEVERVS PIVS
PERTINAX ARAB. PARTHICVS
ET L. ANTONINVS PIVS AVG.
ET LEGIONE SVMP.
MIL. CAESARI AVG. P. P.

In pa-

Locis proximis, in horto extra Salisburgum, in uia qua itur ad beatam Virginem ad molendinas:

FRONTO COSSONIS FIL. ANNORVM LXXX. BONONA AGILI F. OBIT AN. LXXXV.

In uestibulo ecclesiæ ibidem S. Mariæ:

I. O. M.
VENVSTINVS SVMM. SIGNVM IARVB. CVLTORIB. CVM BASIDE.

In ripa Salczæ flu. prope Laufen, hoc est Lauiacum:

SEX. IVLIVS APTVS VETERANVS EX PR. OB. AN. L. MAXI-

 MIL-

In pariete porticus templi S.Petri:

STATVTO SILVIO FILIO DVLCISS. Θ AN. XXXI. ALBI LEONAS ET STATVTA CONIVG. CARISS. ET SIBI ET POSTERISQ. SVIS FECERVNT.

In crypta ecclesiæ in Nunberg ad altare S.Irentrudis:

IVLIAE PROCILLAE Θ. AN. XLVIII L. COCCEIVS CVPITVS MARITVS ET IVL. IVLIANA ET COCCEI PROCVLVS FLORENTINA CVPITVS FILII FECERVNT.

In sacrario ecclesiæ monasterij in Nunberg:

RENNIVS FIRMVS SAMIANRA VIVENT. VRSO FILIO OBIT ANNORVM XXX. VIVI FECERVNT.

In sacello S.Martini ibidem:

MERCVRIO AEDEM FECIT ET SIGNVM POSVIT C. TOGONIVS CVPITVS C. TOGI. SVMMVS FIL. III. FECERVNT.

In muro coquinæ eiusdem monasterij:

IVL. HILARAE CON. Θ. AN. XL T. CORNELIVS MARCELLINVS T. PATERNIA FLORINA CON. VIV. SIBI FEC.

Ibidem:

HERCVLI AVG. N. PRVDENTIVS MAXIMVS VET. EX DEC. ALAE TAMI V. S. L. L. M.

In muro officinæ carpentariæ prope monasterium D.Petri:

HONORATIVS VIII CVSETA VETONIA VENERIA CONIVGES VIVI SIBI FECER.

MILLA MARITO OPTIMO ET SIBI V. F. A

In ripa eiusdem:

MARCIVS ATTIVS MARCELLINVS VET. COH. P. S. OB. AN. XXXV. MARCIVS MAES. V. T. F. MATER M. C. V. B.

Ibidem:

C. L. SENECA
OB. AN. LXV.
SENECIO TERENTIVS HONORATAE SERVIAE MATRI ET FRATRI ET SIBI ET SVIS V. F.

Apud Burkausen uilla Dornstat haud procul à Bidai ruinis:

LOL. POCCA
V. F. SIBI ET B
VIATORI CONIVGI
OBIT AN. L.
ET ANNONI FIL. OBIT AN. XXX. POSTERISQ. SVIS V. F.

Burkausen:

L. BELLICIOLAE QVARTIONI DECVRIONI IVVAVENSIVM IIVIR. IVRISDICVNDI VIX. AN. LVII. SAPLIAE BELLATVMARAE CONIVGI AN. LXII. BELLICIVS SECCIO ET BELLICIVS ACHILLES CVM CONIVGIBVS EX TESTAMENTO FACIVNDVM CVRAVERVNT.

SECTIO

SECTIO SEPTIMA LIBRI POSTREMI,

DE MVNICIPIIS ET COLONIIS NORICI RIPENSIS, ubi hodie Austria superior supra Anisum uocata, cum parte inferioris Austriæ, ac ditione Patauiensi excurrit, secus Danubium fluentum.

CAP. I. DE BOIODVRO, QVINtianis & Tiberinis castris.

A 
HAEC Antonino cuncta enumerantur, cum iter ex Pannonijs ad Rhenum subducit, mox post Laureacum, cuius uestigia docebimus in Ensio Austriæ superesse, Stauacum & Boiodurum. & inde Quintiana Tiberinaq; recensens, quæ in Vindelicia eidē autori Codicis præfecturarū Rom. cōmemorantur, qui tribunum cohortis nonæ Batauorū in Boioduro, & præfectum alæ primæ Flauiæ in Quintianis collocat. Ex quibus Ptolemæus lib. 2. cap. 13. tabula Europę quinta, Bæoduri duntaxat meminisse uidetur in finibus Vindelicię, cuius prouinciæ duas tantùm urbes ad Danubij ripam recenset, ab occidenti, ubi Vindelicia cum Rhœtia prima cōmittitur, Artobrigam, & ubi ab oriente Noricum aspicit Bæodurū. In tabula quoq; ad ipsos Danubij ac Oeni fluuiorū confluentes, istud idem Bæodurū, siue ut habet Antonini itinerariū, Boiodurū pingere uidetur. Vt dubium nullum sit, in Patauia nostra episcopali illius uestigia quærēda esse. Qua in ciuitate etiamnū locus superest, ad uetus illud nomen alludens. Trans Oenum namq; portio est excurrentis oppidi, quod gentilicio idiomate sant Seuerin im Boyotro uocant: & agrum proximum uersus Salisburgum extentum, im Boytengaw. Ad quod respiciens Eugippus in historia Herulorum à nobis reperta, cum *Boioduri uestigia.*
B de peregrinatione beati Seuerini in Norico, & episcoporum inibi constitutione tractat, quæ Iustiniano primo imperante ab hoc Dei est uiro facta: Mox remeante ad patriam, inquit, sermo in eo prædicentis Domini impletus est. nam ciues Tiberinæ, quæ est metropolis Norici, coegerunt uirum summi sacerdotij suscipere principatum, basilicæ extra muros oppidi Bataui, in loco nomine Boiotro trans Oenum fluuium constitutæ. Hæc illa historia, quæ & Batauiæ hodiernum nomen scilicet recenset, quod à castris Batauorum additum fuisse uetustiori Boioduro uerisimile est. Horum enim non solùm Codex præfecturarū Rom. in Norico mentionē facit, uerùm subinde etiam cohortem Batauorum Cor. Tacitus in Alpibus, & in Alpina legione (cuius adhuc inscriptio in Bassauia nostra extat) cōmemorare uidetur. *Batauiæ nomenclatura, unde.* Porrò Teutonicum nomen magis ad ueterem appellationem Boioduri alludit, duri solita Germanis finali terminatione locorū, ein thurn, ein burg, in nemusculū, quod nostris hominibus est Aw, mutata. Sic enim emergere solet Boienssaw, quod per syncopen in oligosyllaba contrahendo, ut nobis cōsuetudo semper fuit, Boissaw, Baissaw pronūciatur. Superest adhuc, qui hoc quod dicimus confirmare potest, ager proximus, qui Boitengaw, à Boiorū similiter nemusculo nuncupatur. Vt coniectura forsan nō uana sit, & hanc de qua sermo est, ciuitatē à Bois conditā fuisse, & Boios simulac à Marcomānis ex Boiohemo pulsi fuissent, hoc primū loco, ut Boiohemo proximo, in Vindeliciam traiecisse ac consedisse. Manent utraq; in prouincia Boiorū nō contemnenda uestigia, quę illas superiorū seculorū emigrationes gentiū pulchrè & certo coarguūt. In Norico enim ripēsi (de qua hac Sectione tractamus) Boisting / Boilach / Boysdorf / Boiczebrun / Boyrbach / adhuc riui nō ignobiles ac oppidula denominata cernunt. Tum uerò uniuersa, quanta est, Vindelicia, à Bois nimirū Boioaria & hodie appellari solet, licet ex abusu Bauariā latinè uocemus: quemadmodum similiter pro Fabiana, uel *Boiorum uestigia in Norico.*

 Bianna,

Bianna, Viennã: pro Labaco, Lubianã, detorquendo ad aliquas notas latinas uo- A
ces pronunciare patres nostri, & precipuè externi consueuerũt. Verũ in uetustio
ribus Francorũ diplomatibus nõ Bauaria, uerũ Boiaria, ut uidere est etiam Egin-
hartum ac Luiprandũ legentibus, scribitur. Et hodie adhuc teutonicè Bayrn/ dz
Hertzogthum Bayrn, à Boijs manifesta deriuatione uocamus. Placet hic pauli-
sper digredi, & illam Boiorũ in Vindeliciã ac Noricũ migrationẽ ex fide histori-
Boiorum sedes in Hercinia. ca demonstrare. Quippe in Hercinio nemore Boios coluisse ultra Danubium, in
ipsis Germanorũ agris, ubi est hodie Bohemiæ regnũ & Austria ulterior, non so
lùm ueterũ nominũ reliquiæ, seu imagines potius, Boihaym, quæ hodie corruptè
Bohemia prouincia dicitur, & Boigreich tractus Austriæ Bohemiã attingẽs con
firmant: uerũ etiã recepti ac uetustissimi autores cõtestantur, quorũ Strabo lib. 7.
de Boiorũ prima ex Gallijs in Herciniã emigratione sic nominatim scribit: Priscis
igitur temporibus plurimæ Gallorũ gentes fluuiũ accolebant. E quibus amplissi
mæ fuerant Boij, Insubres, & qui olim cum Gesatis Sennones Romana per impe-
tum potiti sunt urbe. Hos Romani posterioribus annis funditùs deletos perdide
runt, Boios uerò è finibus eiecerũt. Inde migrantes circũiacentes Istrũ locos, cum
Tauriscis habitarũt, bellũ adsiduè cõtra Dacos gerentes, donec ea funditùs extin
cta est. Agrũ uerò qui ad Illyricũ pertinet, pascẽdis ouibus idoneũ uicinis relique
runt. Idem porrò de Boiohemo, hoc est Boiorum domicilio & habitatione in ipsa
Hercinia, ubi est hodie regnũ Bohemiæ, lib. eodem 7. Geographiæ sic scriptũ reli
Locus de Boiohemo apud Strabonem. quit, cum de Hercinio Germaniæ saltu tractat: ἐν ταύτῃ δ' ἐστὶ ὁ ἑρκύνιος δρυμὸς, καὶ
τὰ τῶν σουήβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, τὰ τῶν κολδούλων, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ βοιόημον,
τὸ τοῦ μαραβούδου βασίλειον. εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους μετανέστησε πλείους, καὶ δὴ καὶ τοὺς
ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ μαρκομάνους. ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου, μετὰ τὴν ἐκ ῥώ
μης ἐπάνοδον. νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε, καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ σεβάστου. ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευ- B
σε, καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον λουίους τε μέγα ἔθνος, καὶ ζούμους, καὶ βουτόνους, καὶ μουγιλώ
νους, καὶ σιβίνους, καὶ τῶν σουήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος σεμνόνας. Quem locum Guarinus
sic latinè reddidit: In hoc tractu sita est Hercinia sylua, & Sueuorum natio, ex qui-
bus nonnulli intra, aliqui extra syluam habitant. Sunt & Coldulorum plerique, in
quibus est Boiohemum, Marabodui regia: quem in locum ipse cum alios plures
traduceret incolas, suos etiam conterraneos Marcomannos adegit. Is enim ex hu
miliori gradu maiores ad res cõstitutus fuit, posteaquã Roma regressus est. Nam
à iuuenilibus annis hic uersabatur, ubi ab Augusto Cæsare magna beneficia com-
parauit. Reuersus autem magnum adeptus est potentatũ: & præter eos quos an-
tè dixi populos, Luios etiam uendicauit, gentem sanè permagnam, & Zumos, &
Butones, & Mugillones, & Sibinos, & ipsorum Sueuorum nationem amplissimã
Sennones. Huius Boiorum ex Hercinia emigrationis meminit etiam Corneli-
us Tacitus in libello de moribus Germanorum: Validiores olim Gallorum res
fuisse, summus authorum diuus Iulius tradit: eoq; credibile est, etiam Gallos in
Germaniam transgressos. Quantulum enim annis obstabat, quo minus ut quæq;
gens eualuerat, occuparet permutaretq; sedes promiscuas adhuc, & nulla regno-
rum potentia diuersas? Igitur inter Herciniam syluam, Rhenumq; & Mœnũ am
nes, Heluetij, ulteriora Boi, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc Boiohe-
mi nomen, significatq; loci ueterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. In-
tellexisse autem & Strabonem superius adductis locis, & hic Tacitum, uocabulo
Herciniæ, nostram Bohemicam syluam, & Bohemiæ quod hodie celebratur re-
gnum, subsequentia Strabonis uerba declarant: Hercinium nemus, inquit, ad-
modum densum est, & in locis desertis eximiæ magnitudinis arboribus prædi-
tum,

A tum,ambitum magnum complectens. In meditullio uerò collocata est regio,quę commodè habitari potest,de qua iam locuti sumus. Locutus autem erat de Boiohemo Marobodui regia. De hoc nemore & illud Plinij intelligendum est, libro quarto,capite duodecimo: Superiora autem,ait,inter Danubium & Hercinium saltum, usque ad Pannonica hyberna,Carnuntij, Germanorumq́ꝫ ibi confinium. Porrò quod Herciniæ nomine sylua Bohemica quondam appellata fuerit,testatur adhuc eiusdem propago in Austriam ulteriorem procurrens, quam uulgò uidelicet Manharczberg uocant, quasi diceres Manimorum Hercinia. Manimos namque Marcomannorum fuisse populos,Tacitus, Strabo & Ptolemæus ostendunt, qui ulteriorem Austriam cum Marcomannis, Sidunis & Gothinis incolebant,ut facilè ex Capitolino animaduertere est. Atqꝫ hactenus quidem de Boioduri,de qua loquimur hoc Capite,ciuitatis nomenclatura,ac eius origine. Quam uidelicet,quod erat Boiorum isthic turris ac propugnaculum,Romani Teutonicam pronunciationem imitati, sic appellarunt: ut Camanodurum in alpibus Norici,de qua superiori Sectione dictum est,& in Sequanis Solodurum,simili nimirum euentu nominarunt. Venio nunc ad illius antistites, qui recta origine, à beato Valentino, qui eius loci primus fuit episcopus, Leone primo imperante, mox post Athilæ interitum,sic ordine recensentur: Lucillus à diuo Seuerino constitutus episcopus, circa annum Domini CCCCLXX. Quem secuti sunt aliquo interuallo intercedente,ob Alemanorũ incursiones,ut Eugippus etiam in Herulorum historia meminit, Otthocarus,circa annum Domini 624: Sidonius, annò 670: Gerhardus, & sub Pipino rege Anshelmus, Vvisiricus, Vvaltricus, Vrolphus,Hatto:Reginharius sub Ludouico primo,cui datam prærogatiuam ab hoc Cæsare super bonis quibusdã in Marcha orientali,ipse inueni ac legi:Harduicus, B Ermanaricus. Et qui Laureacẽsis simul archiepiscopi à Romana sede administrationem consecuti fuerant, Vvichingus,Engelmarus,Richarius, Burcardus. Qui hos secuti sunt,amissa iterum metropolitana Laureacensis ecclesiæ dignitate, Pataulenses se duntaxat episcopos scribebant, Laureaco ueteri sede, utpote iam desolata ab Hungaris, ac à Romanis episcopis derelicta, archidiacono commissa: Gumpoldus,Gerhardus,Adalbertus,Peregrinus,Richarius,Christianus,Berengarius,Engelbertus: & ab ætate Henrici quarti numerando, Altmanus autor cœnobij Gotvvicẽsis in Austria: Vdalricus comes ab Hefft, filius Vdilscalci fundatoris cœnobij Seytenstetensis in Austria, qui & ipse Hertzogburgense in Austria cœnobium posuit: Reynharius: Cunradus, diui Lupoldi principis Austriæ filius, postea postulatus in archiepiscopum Salczeburgensem: Regebertus, Albo, Dieboldus, Vdalricus comes item ab Hefft, Henricus, Theobaldus, Gebehardus comes Hardecensis Austriacus: Vvolfgerus,uocatus exinde ad patriarchatũ Aquileiensem: Menegoldus, ex abbate Chrembsminsteriensi Austriæ: Vdalricus tertius: Rudigerus, Gebehardus, Berchtoldus, Otto à Lansdorf, Nicolaus, Ioannes: Vladislaus, Poloniæ regis filius, uocatus postea ad archiepiscopalem Salisburgi cathedram: Petrus, ex parocho Vviennensi: Vvichardus: Gotofridus, Rudolphi Cæsaris scriniorũ magister: Bernhardus Brambæk, ex parocho Viennensi: Albertus, frater ducis Saxonię: Gotofredus secũdus, Ioãnes secũdus: Albertus secũdus, ex prosapia Vvynklerorũ Austriæ equitũ: Georgius: Vdalricus, Sigismundi Cæsaris scriniorum magister: Georgius, comes ab Hohenloe: Leonhardus: Ioannes Hasler, Iureconsultus, Romanæ ecclesiæ Cardinalis sub Friderico tertio Cæsare præfuit. Quem secuti sunt, Vigileus Froschl, & qui nostra memoria ad clauum eiusdem sederũt: Arnestus dux Bauariæ, uocatus inde ad metropolitanam Salisburgi

Catalogus episcoporum Patauiensium.

burgi sedem: & VVOLFGANGVS Comes à Salmis, Nicolai comitis, qui primus ex Lotharingiæ finibus in Austriam migrauerat, filius. Cæterùm uetustiora templa huius ciuitatis sunt: sancti Seuerini, iam ad angustias sacelli redactum, cum Iustiniano imperante basilicæ amplitudinem habuisset: sancti Nicolai præpositura insignis, & beati Pantaleonis, Vestalium cœnobium, à Tassilone ambo rege Boierorum renouata ac amplificata. Denique cathedra ipsa non minimũ incrementi accepit, accessione maximorum trium comitatuum, Hals, Griesbach, & Varnbach. Extant adhuc loca ipsa in uicinia Batauiæ, etsi ruinosa, ueterum comitum sedes ac regiæ. Quarum prosapiarum obiter reperimus, Leodegarium comitem à Griesbach, qui cœnobium diuę VValdburgis in Eichstet exorsus est, anno circiter millesimo. Et post hunc Volkardum comitem de Lechsgmynd, & Sibotum quendam comitem à Griesbach, qui legitur cum uxore Irnimgarde, VVayr & Suben cœnobia prope Batauiã, à Tuta regina Hũgarię quondã cœpta, locupletasse, anno millesimo cẽtesimo quadragesimosexto. VVernherus comes à Griesbach uixit sub Friderico primo, à quo testis citatur. Fuit & Fridericus quispiam huius stirpis, episcopus Aichstetensis, anno MCIIII. & Henricus comes de Griespach in literis Garstensis cœnobij Norici à Friderico secundo Cæsare intro ductus, anno MCCXXXV. In altero uerò comitatu Hals floruerunt: Engelbertus comes, MCLIX: Alramus, à Friderico duce Austriæ citatus, MCCXL: Albertus, sub Rudolpho Habspurgensi Cæsare, anno MCCLXXX: Leopoldus, Osterhofen cœnobium ab Odilione quondam Bauariæ duce cœptum locupletauit: quem ultimus est secutus Ioannes, circa annum Domini MCCCXLII. Ac de Boioduro hæc habuimus, quæ diceremus. Quintianorum uerò, siue Quintanorum, non solùm Antonini itinerarium mentionem facit, post Boiodurum, in uia quam Augustam Vindelicûm supputat: uerùm etiam describit hoc ipsum in secunda Rhœtia, hoc est Vindelicia, quę hodie ducatus Bauariæ dicitur, Eugippus in historia Herulorum: Quintanis, inquit, appellatur municipium secundarum Rhœtiarũ super ripam Danubij situm. huic ex alia parte paruus fluuius, cui Quintanica itẽ nomen est, propinquabat. Hic crebra inundatione Danubij superfluentis excrescens, nonnulla castelli spacia, quia in plano fundatum fuerat, occupabat. Ecclesiam etiam loci eius mensores extra muros ex lignis construxerant, quæ pendula extensione porrecta, defixis in altũ stipitibus & furculis sustentabatur. Cui ad uicem soli tabularum erat leuigata coniunctio. quam, quoties riuus excessisset, aqua superflua occuparat. hæc ille. Qui alio item loco Syluini cuiusdam episcopi Quintanensis meminisse uidetur. Porrò extat adhuc loci uetus nomen, utcunque deprauatum, supra Patauiam episcopalem in pago Khynczingen. Supersunt & Tiberinæ reliquiæ paulo suprà, uersus Pynoburg. Incolæ uocant, prima sylla ba dempta, Peringen. Quo loco beati Paulini episcopi Tiberinensis Eugippus in historia S. Seuerini subinde meminit. Cæterùm e regionè Quintanæ, uel Quintianorum castrorũ, Bogen castrũ, uel potius Veteris castri rudera cõspiciuntur, ubi nobilissimi superioribus seculis ac longè antiquissimi comites à Bogen, hoc est ab arcu, si latinè reddas, latè ditionẽ tenebant, ac præter Quintanam in ripa Danubij aduersa Dekendorf, Lancknward, Newkirchn, Kamp, Rotting, VVeitersfeld oppida, cum castris Bogen, Falkensteyn, Donastauf, Nederstrang, Reichnbach, ac Winperg, possidebant, quorum postrema duo in cœnobia uerterunt. Estq́ horũ genealogia talis. Harduicus uixit anno Salutis MXLV: cuius fratres erant, Cunradus D. Leopoldi marchionis Austriæ sororius, Otto burggrauius Nornbergensis, autor cœnobiorũ Reichnbach & Walderbach, Fridericus abbas S. Hemerani apud Ratisponã. Porrò filios reliquerũt Harduicus & Cunradus. Ab Harduico descenderunt,

Vetustiora tẽpla Patauiæ.

Comitum à Griespach stirps.

Comitum ab Hals stirps.

Quintanorũ colonia.

A

B

A descenderunt, Asuynus, Fridericus cum uxore Adelhaide, & Harduicus secūdus autor cœnobij S. Petri prope Rosenhaym. Fridericus secundū Fridericū reliquit, qui cū Juditha uxore Hierosolymis sepultus est, anno MCXLIX, cū eò in expeditione Friderici Cęsaris primi profectus fuisset. Harduicus II ex Luitgarde cōiuge filios tulit, Harduicū III, Adelbertū comitē, & Berchtoldum monachū S. Blasij in Nigra sylua. Adalbertus autor Vuinpergensis cęnobij, ex Hedvvige Poponis ducis Carinthiæ & comitis Neuburgēsis filia, tulit Adalbertū comitē, occisum apud Vallai, anno MCXL. & Berchtoldū II: qui rursus ex Luitgarde cōiuge anno Dn̄i MCLXVIII, Albertū III tulit, qui duxit in uxorē Ludmillā Primislai Bohemię regis natā, & Ottocari Austriaci ducis sororē, quā postea uiduā Ludouicus dux Bauariæ acceperat, cum castra Friderici II secutus fuisset, ex Spoleto expugnato reliquias S. Sabini & S. Seruiæ Vvimpergū transtulit, relictis post se filijs Luitboldo canonico, Berchtoldo tertio, qui in Ægyptū est profectus anno MCCXVIII, & Alberto qui ex Richiza cōiuge nullā prolem tulit, assiduo à Palatinis Crayburgensibus bello penè usq; ad internicionē afflictus. Venio ad Cunradi alterius stemma, quod hodie adhuc ad Benacū lacū superest, nomine Comitū ab arcu. Peregrinus autor cœnobij Viapacensis, Cunradū comitē & Adalbertū monachū S. Blasij reliquit. Cunradus Albertū & Berchtoldū, quorū hic secutus castra Friderici primi, agros prope Benacum accepit. Sed placet Vetustatis inscriptiones subijcere, ex consuetudine nostra.


Patauiæ:

FAVSTINIANO VECT. ILLYR. VILIN. GENVS FIL. FELIX LIBERTVS HERES SCRIPTVS EX SEPTVNCE EIVS BONORVM MONVMENT. POSVERVNT SECCIVS SECVNDINVS
B VET. LEG. T. ALP. F. EIVLA SEVERIA CON. EIVS SIBI ET SECCIO SECVNDINO FIL. ET MARIO MAXIMO ET SECVNDAE NEPOT. SVIS VIVI FECERVNT ANNO XXV.

In Kunczingen:

CAES. IARSE VIX. ANN. L. P. IVL. SVCCESSA CONIVGI B. M.

CAP. II. DE STAVACO, IACIACO, AD Mauros, ala Tami, & ala Auriana, ac lacu Felicis denique.



EX HIS duo priora, ac postremū, in itinerario Antonini recensentur. primū quidem & postremum in descriptione itineris ex Pannonijs ad Rhenum, ac lacum Brigantinū: mox ubi Cetij mōtis ad Danubium meminisset, Comagenum, Arlapem, lacum Felicis, Laureacum, Ouilauim, Iouiacum, Stauacum, & Boiodurū recenset: ut appareat, Stauacum octodecim mille passus, hoc est quatuor milliaria à Boioduro abfuisse. hanc enim distantiā Antoninus adscripsit. Stauaci ruinæ. Cuius supputationē secuti, ac uestigia simul Antiquitatis inquirentes, inuenimus eadem distantia nō ita procul ab Engelharti cella monasterio, pagū uetustatis argumentis præ cæteris conspicuū, quem incolæ etiamdū ueteri nomine corrupto & prima syllaba abiecta (quod subinde Germanis familiare extitisse, præfati sumus) Vacenkirchen, à tēplo forsitan à Christianis primis ibi in ruderibus posito, appellant. Atq; hic excipio alterū pagū eodem nomine, eisdē in finibus, Austriæ uidelicet superioris tractu, haud procul ab Efferdinga oppidulo positū. Pręterea nō ineptè accedere uidetur ad Stauaci hanc uocē, nobilis prosapia dn̄orum à Steuen, cuius adhuc sarcophagi in Lābacēsi cęnobio cernunt, Berchtoldi uidelicet & Vdalrici,

Vdalrici, qui eidem cœnobio donarunt agros in finibus Bohemiæ ad Lunsnik et Elsnik riuos, à Cunrado quondam Augusto huic familiæ donatos, & Henrico primo Austriæ duce. Legitur & prouincialium comitũ à Steuenyng mentio in his finibus, qui cognatione contingebant marchiones Vogburgenses Bauariæ, quorum est opus Vualdsaxen cœnobium in Voytlandiæ limitibus. In qua stirpe uixerunt, Berchtoldus primus, anno millesimo: Arnolphus, submersus in Nabo, anno Domini M XLIX: Arnolphus secundus, præpositus S. Hamerani Ratisponæ. Berchtoldus secundus reliquit filios quatuor, unde quatuor nobilissimę prosapiæ processerunt: Ottonem Landgrauium de Steuenyng in Norico ripensi: Fridericum Burggrauium Ratisponensem, qui Harduico Buggrauio Sigehardi Hirsuti filio, ac S. Leopoldi ex sorore auunculo sine prole masculo extincto, ac Botone fratre lares in Hungariam transferente, à Cunrado Cæsare est suffectus: Berchtoldum marchionem Istriæ, unde Istriæ marchiones aliquot Berchtoldi ac Engelberti nomina præferentes defluxere: & Dieboldum, qui in natali solo Vogburgi mansit, ac Kunigundim filiam Ottocaro secundo Styriæ marchioni nuptum dederat, relicto filio Dieboldo secundo: qui ex Machtilde Dieboldum tertium progenuit. Et is ex Luitgarde comitissa à Cassel, Dieboldum quartũ tulit, quem constat cum Adelhaide Polona prima fundamenta cœnobij Vualdsaxen iecisse, circa annum M C XLVI: & liberos post se orbi reliquisse, Dieboldum quintũ, quem Theobaldum Otto Frising. appellat: Berchtoldum tertium, Adlam cõiugem Friderici primi Cęsaris, Riczam duci Bohemiæ collocatã, Iuditham comitis à Bogen uxorem, & Sophiam comitissam in Lechsgmynd. Hinc est quod in antiquissimo Annaliũ Austriæ codice hęc nominatim uerba scripta animaduerterim in lingua uernacula, **Die Landtgräuinne von Steueninge dinget dem Hertzogen Heynrich von Midlich/Walterßdorff/Reisemperg vnd Wisen/vnd das eygen darzů gehört/dz geviel auch herzů von dem Hertzog Heynrichen.** Porrò in prosapia comitũ à Purkhausen, Erbonis Landgrauij fit mentio. Et iterum in stirpe comitũ à Newburg & Varnbach, Hermannus Landgrauius filius Meginfridi comitis Varnbacensis ac Butensis cõmemoratur de anno Domini M L X. Vt dubium nullum sit, huiusmodi Landgrauios de Steueningen in Austria superiori, haud procul uidelicet à ruderibus Stauaci Romani, in Norico ripensi rerum fuisse potitos. Porrò lacum Felicis, cuius etiam in Norico ripensi Codex meminit præfecturarũ Rom. equites sagittarios in eo collocans, dubium non est esse nostrum Gmundner see, à Laureaci reliquijs ad mediterranea Austriæ superioris inter arduas diffusum alpes, ac sapidissimis piscibus hodie celebrem. ad cuius ripam hodie sita cernuntur Gmunden oppidum, Ort castrum in lacu situm, & Draunkirchen monasteriũ & oppidulum. Credendum est autem, à statiuis legionis tertiæ Felicis (de qua libro huius Operis quinto, cap. 10 copiose egimus) nomenclaturam talem accepisse. Siquidem & Antoninus inter lacum Felicis, & Laureacum coloniam legionis tertiæ, huius apertè meminisse uidetur, quem Felicem cognominatum fuisse, Fla. Vopiscus in historia Aureliani & Probi Cæsarum testatur, ut loco citato libri quinti prolixè ostendimus. Confero me iam ad Iaciaci reliquias, situmꝗ́ quærendum, quod Antoninus in itinere à Laureaco Veldidenam Rhœtiæ primæ commemorat, inter Ouilabin nempe ac Iuuauiam hanc collocans: ut inter Lambachum, ubi Ouilabim fuisse proximo Capite docebitur, & Salesburgũ, extitisse cõiectura sit. quo hodie situ Frankenmarchtũ positum cernitur, à quo haud procul Kogel arx est. cuius nomen, si primas syllabas in Iaciaco deleas, ac I adijcias, haud ineptè alludere ad Romanam uetustam uocem uidebitur. A' quo loco recta uia ducit ad limites Austriæ ac Bauariæ. In quibus cæterorum extant uestigia ac nomina, parum

Stirps marchionum à Vogburg.

Lacus Felix Norici ripẽsis

A

B

A parũ à barbaris deprauata. Sic, ubi quondam ala Tami locata fuerat, hodie Tambergum est: ubi ad Mauros municipiũ (cuius in Norico ripensi Codex præfecturarum nomen citat) hodie est Maurkirchen: ubi denique ala Auriana stationem sub Romanis habuerat, hodie Riedium Bauariæ, siue Hausrukij uisitur, uetus nomen utcunq; exprimens, si illi primam syllabam demas. Porrò non ignoro, & Arrianorum municipij Norici ripensis Marianum in Codice præfecturarũ Romanarum meminisse, quæ & ipsa appellatio ad Riedium ac Hausrukium accedere solet, unà cum denominatiõe nobilis familiæ à Ruggersdorf, cuius Harduidus uixit anno MCXL. Sed hæ coniecturæ sunt, non tamen extra rem. Cæterũ meminit Alæ Aurianæ in confinio Norici ac Rhœtiæ, id est Vindeliciæ, Cor. Tacitus lib. 19. historiæ Augustæ, hisce uerbis: Infesta Rhœtia, cui Portius Septiminus procurator erat, incorruptè erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix, cum ala Auriana & octo cohortibus, ac Noricorum iuuentute, ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rhœtos Noricosq; interfluit, missus est. De ala Tami extat mentio in inscriptione Romana prope Salisburgum, eiusdem scilicet tractus, eruta. Hic non possum silentio inuoluere nobilem ac longè uetustissimã prosapiam comitum à Newburg & Varnbach, quæ etiamnum his in finibus ad Oeni ripam sita cernũtur, qui ditionem procul in Pannoniam superiorem extendentes, isthic in finibus Carnorum, orientalisq; marchæ, quæ hodie Austria nuncupatur, Butensem quoque prouincialem comitatum possidebant, ubi est nostro seculo ager ille qui à Noua ciuitate Austriæ ac Neynkirchio (quondam comitatus illius metropoli) per alpes usque in Styriam inferiorem procurrit, retinet ac exprimit nomen isthic adhuc antiquum Buten flu. & castrum, simul'que Butenaw uallis iusta. Erant autem principes Imperij à Cunrado tertio ac Lothario Augustis, multis
B prærogatiuis accumulati, ac titulares denique Carinthiæ duces, quorum erant insignia aureus grypho unguibus leporem comprehendens, quibus adhuc armis Neuburgensis comitatus, ac cœnobium Varnbach ab his scilicet fundatum, utuntur. Successio uerò siue genealogia de quibus loquimur comitum sic habet: Vdalricus à Buochorn, ob matrimonium Henrici primi Cæsaris, amitæ Margarethæ nomine, ab Othone primo hoc nomine Augusto post relatam ab Hungaris uictoriam, obtinuit in orientali marcha tractum terræ, ubi sunt hodie Austriæ, Hungariæ & Styriæ confinia. ipse post se liberos ex coniuge sua iam dicta reliquit, Adelhardum comitem à Buochorn, Burcardum abbatem S. Galli in Heluetijs, Cunradum præpositum Salczeburgensem, Theodericũ canonicũ ibidem. Reliqui, Arnoldus, Peregrinus, Bruno, Thiemo, Fridericus & Henricus, comitatus inter se, Butensem in finibus Pannonię, & Varnpacensem ac Newburgensem in Norici ac Vindeliciæ finibus diuiserunt. quorum Henricus ac Thiemo soli filios reliquerunt. Henrici filij Gebelhardus & Theodericus, sine prolis successione obierunt. Thiemonis uerò nati stirpem tenuere, Ekenbertus, Henricus, Meginhartus, & Fridericus. Megenfridus reliquit Hermannum comitem prouincialem, & Vdalricum & Cunradum comites Butenses: uixit sub Henrico quarto. Cuius frater Fridericus Henrici quarti amitam nomine Gertrudim coniugem meruit, & ex ea tulit Hedvvigem, Lotharij Cæsaris Romani postremi, ac Ithæ comitissæ à Purkhausen genitricem. Cæterùm Ekhebertus tertius frater, quatuor post se filios orbi dedit, Gotofredum monachum, Dietmarum, Eberhardum, & Ekenbertũ iuniorem. Quorum Eberhardus duos tulit filios: Rapatonẽ, qui prædia quędam in Styria possederat, unde in diplomatibus subinde ab Ottocaro Styriæ marchione testis citatur, de anno Domini MC: & Erbonem electũ Carinthiæ ducẽ, cuius filius Popio comes Neuburgensis possessionem Carinthiæ adeptus, multa

Genealogia nobilium comitũ à Varnbach et Neuburg.

multa in Millestadio amplissimo Carinthiæ cœnobio fundauit, de anno MCXL. A
Porrò Ekebertus secundus hoc nomine, Eberhardi superioris frater, adeptus Butensem in Austria comitatum, ac Varnbacensem in Norico, primus Varnbacense cœnobium auspicatus est, concessitque Lupoldo sexto duci Austriæ Neynkirchen metropolim suã, accepta in uice Hertzogburga. reliquit duos post se filios, Craftonem & Cunradum comites Newburgenses. Quorum fratruelis Ekebertus tertius, Popionis ducis Carinthiæ filius, abbatiæ Millestadiensis primi authoris, Newburgensis ad æuum comes à parente creatur. Qui postremò & fratruelium in Austria hæreditatem adijt, Butensem uidelicet comitatum. Cuius castrum Gloknicz in cœnobium conuertens, Varnbacensi cœnobio, maiorum suorum fundationi subiecit. Et cum castra Friderici primi Cæsaris sequeretur, in oppugnatione Mediolani, suæ nobilissimæ stirpis postremus occubuit, cum ex Vveliburgi unicam tantùm filiam Kunigundim reliquisset. De quo Otto Frisingensis in uita Friderici primi Cæsaris, cap. 31. sic scriptũ reliquit: Progrediente autem eo in hostilem terram, quidam de exercitu malè affectatæ laudis, præuenire alios, & de uirtute certando alter alteri superior inueniri desiderabant. Inter quos erat comes Ekebertus de Butene, uir nobilitate diuitijs ac uirtute animi ac corporis insignis, cum quibusdam alijs nobilibus & regalis familiæ militibus. Et post longũ subijcit: Cum autem hostium multitudo nostrorũ animos ac peritiam uinceret, iamque tota acies pelleretur, prędictus comes Ekenbertus uni suo qui deiectus fuerat, opem ferre cupiens, subitò equo prosilit, militem liberat, iamque uincentes hostes penè solus proturbat, & ad uallum usque ciuitatis persecutus est. Fugiebant eum uniuersi, neque uim hominis, neque audaciam sustinentes. Verùm profectò fata uirum persequebantur, quæ ab homine uitari non possunt. Multitudine quippe aduersariorum undique circumfusus, ad terram lancea prostratus est, & detracta galea atque thorace cæsus, nemine succurrente, quòd locus intercludebat auxilium ferre cupientem. Aegrè itaque nobilissimus comes & uir regalis sanguinis perimitur, magnam de se querelam non tantùm apud suos, sed etiam apud exteros relinquens. Meminit illius comitis & Ligurinus hoc carmine in historia Friderici primi Cæsaris: B

Vltimus comes Newburgensis

Hos tamen euentus lætos & gaudia rerum,
Inuida turbauit casu fortuna sinistro.
Namque nouæ quidam quærentes semina laudis,
Præclarumque sibi cupientes addere nomen,
Mœnia terrifico strepitu Ligurina petentes,
Exciuere suos tutis de sedibus hostes,
Sæuaque conflictu mouerunt prælia duro.
Primus in his Ekebertus erat, comes ipse sed alto
Sanguine, regifico minimè cessurus honori,
Et magnos reges animi uirtutibus æquans.
Hic dum prolapsum quendam, rapidoque uolutum
Turbine cornipedis cuperet releuare suorum,
Hasta leuis iuuenis uibrata per ilia magni
Transijt, & latebris animam deprendit in altis.

CAP.

CAP. III. DE OUILABI, COLONIA AURELIANA, FALSIANA, & GESSODUNO.

A HORUM primũ in tribus ab Antonino descriptis itineribus commemoratur, uidelicet in eo quod ex Pannonijs ad lacum Brigantinum subducit, & ulterius usq; ad Rhenum: deinde in ea quoq; uia recensetur, quæ à Laureaco Veldidenã delineatur: & tertio in ea, quã is ab Aquileia Laureacũ demonstrat. In quibus omnibus Laureaco proximum, & in mediterraneis, uel Iuuauiã, uel Iaciacũ, aut certè Tutationẽ contra describitur. Propterea, quòd & distantiæ ratio quadrat, ac nominis ueteris umbra quædã consentit, eius in Lambacho cœnobio rudera libenter collocarẽ. Ac non solum me mouit, quòd deleta prima syllaba in uetusto nomine Ouilabi, & riui gentilitia nobis uoce adiecto bach, Labenbach resultet: uerùm etiam quòd eodem loco inscriptio reperta sit ac extet quædam, in qua Ouilabis nomenclatura, adiecto etiam, quòd colonia Aurelia fuerit, exprimitur. Et quod maius est, Eugippus in historia Herulorum, inter cætera municipia Norici ripensis Vilobiam commemorat, & episcopum loci à sancto Seuerino fuisse constitutũ Moderatum quendam ostendit. His accedit, quòd in Annalibus Lambacensis cœnobij, antequam uidelicet ab Adalberone comite de Labenbach & Vuelas, episcopo tum Vuirczìburgensi, istud positũ fuisset, omnino legitur, Canonicos isthic prius coluisse, ac administrationem ecclesiasticam penes istos extitisse. Est autem proximum huic loco, & ad eundem Draunam fluuium situm Wels oppidum, uel Maximiliani Cæsaris obitu celebre: quod Vuelas quondam dictũ fuisse, & eisdem comitibus subiectum, diplomata uetera

B demonstrant. Quo nimirum loco Falsianam illam extitisse conijcio, cuius Scotus in Codice præfecturarum Romanarum mentionem facit. Veluti & Lencias, in hodierno Lynczio Austriæ superioris metropoli ac prætoria, quòd constituam, uel nominis consonantia nostram potest confirmare coniecturam. Porrò à Marco Aurelio Cæsare quòd condita fuerit, unà cum Laureaco, & coloniæ prærogatiua dignata, dicetur proximo Capite ad fidem rerum uberius. Iam autẽ, ut nostram coniecturam de Ouilabis ac Falsianæ reliquijs in Lambacho cœnobio ac Wels oppido constitutis, plenius confirmem, præcipuè quòd ea quondã loca uocibus magis ad uetera nomina accedentibus, Labenbach ac Welas denominata fuerint, libet exemplum diplomatis cuiusdam à Friderico primo Cæsare Lambacensi cœnobio concesi, fidei ergò inserere.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Notum esse uolumus omnibus Christi nostriq; fidelibus, tam futuris quàm præsentibus, qualiter rex Henricus ob interuentum dilectissimæ genitricis suæ Agnetis Imperatricis Augustæ, & ob petitionem fœlicis memoriæ Adelberonis Wirtzeburgensis episcopi bannum mercati in loco Welas, & teloneũ in Lauenbach, & insuper bannum piscationis de superiori casu Drunæ, & in Aegram, ab Asintal usq; ad ea loca ad quæ prædiorum suorum termini pertingunt. Et ab Asintal sursum communem utilitatem usq; ad portum Vechlaha, in Albana, in Rinbach, & iterum in Ryntbach, & in Steynbach: nec non quatuor nemorum, unum ad Etherwald, aliud in Buchenloch: duo quæ uulgò sub appellatione dicuntur superioris siue inferioris Hardis, eo iure quo parentes eius, scilicet auus Arnoldus, & item pater suus Arnoldus, comites de Welas, & frater suus Marchio Gotfredus, & ad ultimum idem episcopus Adalbero eundem bannum habuerunt: & quæ sequuntur.

 A

Adhæc in exordijs Garstẽsis cœnobij ab Ottocaro Styrę comite positi, Henricus de Welas cum Engelberone filio testis citatur. Sed placet horum comitum familiam paulo altius repetere, quibus sanguine iuncti fuerant Newburgenses, siue Butenses in Austria inferiori comites, de quibus superiori Capite prolixè egimus.

Stirps comitũ à Falsiana, siue Vuelas et Lambach.

Sigchardum igitur comitem Schardingensem ac Lambacensem secutus est Thiemo filius, qui Welas comitatum ditioni auitę adiecit, anno 1048. cuius natus Vdalricus sex liberos reliquit: Arnoldum comitem à Welas, & Lauenbacho, cuius supra adductum priuilegiũ mentionẽ facit: Cunradum, prępositũ Salisburgensem: Menhardum & Peregrinum, comites Scherdingenses: & Thiemonem ac Cunradum comites Varnbacenses, qui & stirpem post se propagarunt. Quorum Cunradus, castra Henrici quarti Cæsaris secutus, Basileæ sepelitur anno Domini 1083, relictis post se duobus filijs, Hermanno & Vdalrico: quorũ hic Mechtildem cõiugem, ille uerò Hedwigem habebat, ac prima cum patre Varenbacensis cœnobij fundamenta iecere. Thiemo uerò frater Cunradi, hoc nomine in hac nobili stirpe secundus, quinq; filios tulit: Hermannũ, præpositum Babenbergensem: Fridericum & Theodericũ, canonicos ibidem: Henricum comitem, qui ex uxore Gertrudi Heduigem procreauit, Lotharij secundi Cæsaris matrem, ac Ithę comitissæ de Burkhausen. Porrò Thiemo quintus fratrum, stirpis successionem tenuit, tribus post se filijs relictis: uidelicet Adalberone, pręsule Wirczíburgensi, cuius prærogatiua suprà adducta meminit, authore cœnobij Lambacẽsis: ac Henrico & Ekhenberto filijs, quorum hic Himeltrudem legitur coniugem habuisse, anno Domini 1109, ex qua Ekenbertum comitem Butensem in Austria procreauerat, patrem Ekheberti, in obsidione Mediolani, imperante Friderico primo, occisi, (de quo capite superiori ex Ottone Frisingensi ac Ligurino poeta testimonia adduximus) & Agnetis comitissæ Andacensis. Atq; hic finis fuit nobilissimæ prosapiæ comitum à Welas & Labenbach, hoc est, Falsianæ ac Ouilabis coloniæ ruderibus nomenclaturã usurpantiũ. B

Gesseduni reliquiæ.

Recipio me iam ad Gesseduni locum inuestigandum, cuius Ptolemæus mentionem facit lib. 2 Geographiæ, tabula 14, & tabula quinta Europæ in Norici descriptione. Nam cum primũ ciuitates ad Danubij ripam iacentes cõmemorasset, Arasdatas & Claudunũ, subijcit, Sub his aũt sunt Camanodurũ & Gesodunum: tractum nimirum mediterraneũ intelligens. Quare & eleuationem graduum, meridionaliorem paulo, illi tribuens, graduum 46.30 min. cũ Istro 47 grad. & pluriũ minutorũ designasset. Quod dubio procul demonstrat nobis, Gesoduni ueteris uestigia in eo tractu Austriæ superioris esse quærẽda, qui uersus alpes & Styriæ prouinciã excurrit. ubi in hanc usq; diem ampla uallis extat, à Styra oppido incipiens, & in Styriæ prouinciæ limitibus desinens, quam Gastentall, non aliunde uidelicet quàm à Gessoduni ueteri loci nomenclatura ac ruderibus appellãt, quæ ipse in Styria oppido Austriæ superioris, ferri fabricis celeberrimo, colloco: à quo ad primũ lapidem insigne ac antiquũ est monasterium, comitum Styræ opus. quod etsi r litera interiecta hodie Garsten incolæ nominent, tamen Gastense in antiquis diplomatibus uocitatur. Vbi ante annos trecentos circiter insignis Romanus thesaurus repertus est, cuius rei meminit Vichardus à Pollenhaym episcopus Saltzeburgensis, in suis Annalibus à me repertis, in hæc uerba: Anno Domini M. CC. LXXXXIX, in ducatu Alberti ducis Austriæ prope Styram, à quibusdam rusticis illarum partium, maximus thesaurus, maximè in aureis denarijs reconditus inuenitur. tandem res proditur, idemq; thesaurus à potentioribus earundem partium occupatur, & inter plures dispergitur. Albertus uerò dux prædictus asserens ad se de iure thesaurũ huiusmodi pertinere, occupatores ipsius impetijt pro eodem, & ex eo partẽ modicam

Styra oppidũ.

Garstense cœnobium.

appre-

A apprehendit. Quod autem idem thesaurus ualde uetustus, & diu ibi reconditus fuerit, patet ex eo, quòd aliquot de dictis aureis habebant talem superscriptionem, siue numisma, FAVSTINA AVGVSTI PII FILIA. Erat autem Faustina filia Antonini Pij imperatoris, qui cœpit regnare anno Domini 140. Vnde colligitur, quòd ijdem denarij fuerint sub eodem tempore fabricati. Hæc ille. Quæ rursum declarant, reliquias alicuius antiquæ ciuitatis in eo de quo loquimur loco extitisse. Et rectè quidem Faustinæ illic uis numismatum reperta est, quoniam ut ab initio huius Capitis ostendimus, Ouilabis colonia Aureliana proxima fuit, & Laureacum colonia quoq; eiusdem ad Danubij ripam posita, & à literis laureatis, in uictoria de Marcomannis relata, inibi à Marco Cæsare Faustinæ marito acceptis nominata extitit, ut Capite huius Sectionis quinto copiosius enarrabimus. Sed transeo ad etymon propositi municipij, quod à Gesatis Gallis & conditum primò omnium, & denominatum fuisse ex Strabone ostendam, qui libro Geographiæ quarto: Priscis igitur, ut dixi, temporibus plurimæ Gallorum gentes fluuium accolebãt (loquitur autem de Pado) è quibus amplissimæ fuere, Boij, Insubres, & qui olim cum Gesatis Sennones, Romana per impetum potiti sunt urbe. Hos Romani posterioribus annis funditùs deletos perdiderunt, Boios uerò è finibus eiecerunt. Inde migrantes circumiacentes Istro locos cũ Tauriscis habitarunt, bellũ assiduè cõtra Dacos gerẽtes. Ecce uerò quàm pulchrè omnia conueniunt. Boios, inquit ille, Gesatas ac Sennones ex Italia profugos (cuius historiæ meminere etiam Polybius, Liuius libro tertio Decadis quartæ, & Plinius libro tertio capite decimoseptimo, ad Thauriscos concessisse, & cum his circumiacentes Istro locos coluisse, hoc est, ipsissimum tractum Styrensem, qui ex Norico mediterraneo usq; ad Danubium procurrit, à Tauriscis uidelicet ut olim cultus

Thesaurus Romanus prope Styram repertus.

Styræ uocabuli etymon & origo.

B fuerat, ita hodie etiamnum denominatum. Vocant enim Germani taurum ain Styr. Et uerisimile est, Romanos eam gentem à tauri insigni, quo utebantur, Tauriscos nominasse, ut Stephanus Byzantius de ταυροφόρου eleganter ex Phocæorum nauigatione repetit, & nos Sectione superiori capite octauo, cũ de Teurina loqueremur, ad fidem rerum prolixè ostendimus. Inter Styros igitur, hoc est Tauriscos, habitantes Gesatæ, proximè illis Gesodunum condidere: quod hodie à ueterum incolarum siue nomine, siue insigni adhuc Styra appellatur. Atq; ut dubium omne tollamus, Styros esse qui olim à Romanis Taurisci uocabantur, scribit Strabo rursus libro septimo, Berebistam Dacorum regem Tauriscos ad Danubium cum Boijs deleuisse: Traiectoq;, inquit, audacter Istro Thraciam diripiens usq; in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terrorem incusserat, deq; Gallis finitimis & Illyrijs prædas ingentes reportauit. Boios autem & subditos Cretostyro populos deleuit, simul & Tauriscos. Hæc ille. Porrò Cretostyrum credendum est Romanos appellasse, deprauata Teutonica uoce, Rat der Steyrer, hoc est, consultorem præfectum Styrorum. Sic & Styrorum in Norico ripensi multis postea elapsis seculis, eorumq; ducum Edicæ & Wulfonis, & Iordnandes meminisse uidetur in rerum Gothicarum historia, cum de bello ac prælio Theodemiri Gothorum regis in Pannonia superiori, & Chunnimundi Sueuorum in Valeria regis tractat: Et dum esset multum amator misericordiæ, facta ultione ueniam condonauit, reconciliatusq; cum Sueuis, eundem quem cæperat adoptans sibi filium, remisit cum suis in Sueuiam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquot tempus conceptum dolum parturiens, Styrorum gentem incitauit, qui tunc supra Danubium considebant, & cum Gothis pacificè morabantur, quatenus scissi ab eorum fœdere, secumq; iuncti in arma prosilirent,

gentemq́ Gothorum inuaderent. Tunc Gothis nihil mali sperantibus, praesertim de utrisq; amicis uicinisq́ confisis, bellum insurgit ex improuiso, coactiq́ necessitate ad arma confugiunt: solitoq́ certamine arrepto, se suamq́ iniuriam ulciscuntur. In eo siquidem praelio rex eorum Walamyr, dum equo insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, sessoremq́ suum deiecit: qui mox inimicorũ lanceis cõfossus, interẽptus est. Gothi uerò tam regis sui mortem, quàm suam iniuriam à rebellibus exigentes, ita sunt praeliati, ut penè de gente Styrorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hic cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt. Quorum exitium Sueuorum reges Chunnimundus & Ardaricus ueriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regibus suis, auxiliarijs eorum, deuenissent: ipsasq́ Styrorum reliquias quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes, cum Edica ac Wulfo eorum primatibus habuerunt. haec ille. Quae ideo adduximus prolixius, ut constet, à Tauriscis Styros, ab his rursus Styram oppidum, & uetustissimum amplissimumq́ superioris Austriae comitatum: ab istis deniq; & partem Norici mediterranei, Styrae marcham, quae hodie ducatus est, denominationem accepisse, primosq́ principes eius prouinciae à Styrae comitibus defluxisse. Quorum idcirco paulo altius originem ac primordia repetemus, elegantissimo prius ex Odis Horatij carmine adducto, quod & olim Romanorum rebus florentibus, enses in Norico fabricari solitos ostendit, ut hodie adhuc Styrae fiunt. Extat autem libro primo Carminum, Ode 16:

Origo comitũ Styrae & marchionum.

Sic geminant Corybantes aera,
Tristes ut irae, quas neq; Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec saeuus ignis, &c.—

Et iterum Ode decimaoctaua:
Voles modo altis desilire turribus,
Modo ense pectus Norico recludere.

Sed reuertor ad genealogiam nobilissimorum comitum Styrae, qui praeclarè rebus gestis magnam mediterranei Norici partem, Carnis ademptam, auitae auorum ditioni in Norico ripensi adiecere, adeò ut hodie adhuc Styra oppidum, ac Styria prouincia eisdem insignibus utantur, alba uidelicet panthera ignem rictu & auribus efflante, in uiridi clypeo. à quibus deniq;, tanquam è foecundissima arbore, in multos palmites fructuante, multae regulorum, siue (ut hodie uocamus) baronum prosapiae processerunt: uidelicet Domini à Losenstayn, superioris Austriae, qui auream pantheram in rubro clypeo armorum gerunt: Domini ab Starhenberg, eiusdem prouinciae, qui coelestinam pantheram in albo campo: Domini ab Hohenberg, inferioris Austriae, qui candidam pantheram in nigris armis: & domini à Bernek & Graczio, qui nigram pantheram in candido clypeo, insignia gentilicia usurpabant. Simile quiddam in propagatis prosapijs Sternbergensium Carnorum, & Montfortiorum Sueuiae contigisse uidemus. quippe cũ Sternbergenses, tres aureas stellas in coelestino clypeo generis insigne gesserint, comites ab Haynburg eas in campo rubro, Saanecenses in atro usurpabant. Sic Montfortij Brigantini in Rhoetia alta uersus Veldkirch, rubrum habent templorum uexillum in albo clypeo. Contrà comites Werdenbergenses, qui eiusdem sunt stirpis in Heluetijs, album eiuscemodi uexillum in rubro clypeo ferunt. Et rursus comites à Rhynek & Badewiler, in eisdem finibus ad ripam la-

Insignia Styriae unde.

Propagines familiae Styrensis.

cus

A cus Brigantini colentes, atrum uexillum in campo albo generis insigne usurpant. Quibus uiceuersa domini à Schellenberg, album eiusdem figuræ uexillum in atro clypeo præferunt. Denicꝗ Tubingenses Palatini eisdem initijs descendentes, rubrum uexillum in luteo: & contra Montfortij, qui in Styria ad Fanenbergum & Pekakium ditionem habent, luteum uexillum in rubro clypeo usurpant. *Arbor comitũ à Styra.*

Sed de his aliàs. Regredior ad stemma comitũ à Styra, in quo primi ad famam peruenerunt Bernhardus & Ozi, quorum Bernhardus legitur in matrimonio habuisse Luitgardim Cunradi primi Wirtenbergiæ comitis, & Brunonis abbatis in Hirschaw sororem germanam, circa annum Domini millesimum & octuagesimum. Huius siue filij, siue fratres fuerint necessum est, Ottocarum fundatorem Garstensis cœnobij prope Styram, quod anno positum & incœptũ est 1108, Gundoccarum, Dietmarũ, Wezilonem, & Imbridum, sub nomine de Styra citatos in diplomatibus à Cunrado secũdo Cæsare, & Henrico duce Bauariæ Garstensi cœnobio concessis, de annis Domini 1143, & 1172. Præterea Lutoldum Grichũ, comitem de Styra, quem Cunradus secundus in literis Hugoni de Kranichperg datis de anno 1142, & testẽ in alios principes ac comites adducit, & uicariũ suum in orientali marcha in feudis imperio debitis cõstituit. Reperitur septimus quispiam eodem floruisse tẽpore, Adalbero comes de Styra, quẽ omnino constat Ottocari authoris Garstensis cœnobij, & primi Styriæ siue potius Charinthiæ marchionis fratrem fuisse, utpote à cuius aulicis prope Leuben Styriæ marchæ oppidum interfectus est, cum Enswald ac Gayswald, in finibus & comitatus Styræ & marchæ iure hæreditario usurpasset, uulgò cognominatus der Waldgraf. À quo nimirum domini de Gracz & Pernekh, in marcha Styriȩ reguli antiquissimi, processere, quos atram pantheram in candido clypeo usurpasse, suprà præfati sumus. *Adalbero Styræ comes.*

B Quemadmodũ à Gundoccaro, Dietmaro, Wezilone ac Imbrido comites de Styra in Norico ripensi, hoc est in comitatu Styræ, domini à Losensteyn, Starhenbergij'cꝗ defluxere. Sed reuertor ad OTTOCARVM Garstensem fundatorem. Is cum & ipse comes eius loci esset, secutus castra Henrici quarti, & Salamoni regi Hungariæ à sorore imperatoris scilicet datus in auxiliũ, ut reduceretur in regnũ contra Belam, ob deuictos apud Pœtouionem Hungaros, & propagatos ultra Mueram flu. Carnorũ terminos, cum tum fortè Charinthiæ ducum prosapia defecisset, ac cõtrouersia de illa prouincia esset inter Adalberonem Marquardum'cꝗ ab Eppensteyn, comites de Auelancz, & Berchtoldũ Zaringensem in Nigra sylua comitẽ, donatus à Cȩsare hero suo orientali Carnorũ prouinciæ parte, & quæ comitatum Styræ ad fontes Anisi & utriusꝗ Norici confinia attingebat, primus suæ stirpis marchio Charinthiæ ac sacri Romani imperij princeps salutatus est. Cuius quidem uiri Admontensis fundatio cœnobij in finibus utriusꝗ marchæ uidelicet & comitatus Styræ, siue (ut ueterem Romanorum distinctionem sequamur) utriusꝗ Norici mediterranei ac ripensis ab Gebehardo Saltzeburgẽse præsule positi, de anno Domini 1074 mentionẽ facit, inter testes diplomati adiectos, ut olim consuetudo fuit, uidelicet recensens ordine Altmannũ Pataujensem, Meginhardum Frisingensem, & Guntherum Gurcensem, episcopos: Wezelinum præpositum Saltzeburgensem, Reginwardum S. Petri ibidem abbatem, Ottocharum marchionem Styræ, Engelbertum aduocatum Ratispon. Sigehardum comitẽ Ratisponensem, Wernherum de Ruggersperg, & alios plerosꝗ. Exprimitur quocꝗ illius mentio in exordijs Gotwicensis in Austria monasterij, de anno Domini 1083, ubi hæc uerba nominatim leguntur: Deinde uerò eandem syluam cultam & incultam usꝗ ad Canum lapidem, qui lingua rustica Teufelskirchen dicitur: & rursus quo minor maiorem Chremsam influit, terminatur, parochiam *Primus princeps ex comitibus Styræ.*

chiam ad Khulib, cum omnibus appendicijs suis, cuius terminus uersus occiden- A
tem, inter allodium marchionis Luipoldi, & quorundam nobilium descendens,
à montanis in Cebermar, inde ad Schundbach uadit, ad uillam Hugmonis. De-
hinc ad Meissenbach, quem descendit ad riuum Hurriben, & hinc usq; ad Seyr-
nikh. quem descendit ad Radwauensbach. Et hinc ascendit usq; ad cumulum qui
excreuit supra Wogram. Inde eandem altitudinẽ uadit, ad caput Edeliche. Hinc
ad proximum montem, qui pertinet ad Hofestetten. Hinc descendit iuxta Krew-
spach in Pielach. quem transit recto limite ad Scyntelecta, inter duo allodia mar-
chionis Ottocari & Piligrini. Hæc ex fundatione, in qua & aliorum marchionum
in his finibus tum colentium mentio fit, utpote Haderici & Rudolphi, & Trasa-
mæ fluuij, quòd in Charinthia is oriatur ad occidentem. Quod manifestè decla-
rat, Styriæ tum temporis appellationem, eam Norici mediterranei portionem
non habuisse, sed Charinthiæ & nomini & administrationi adiectam à pluribus
fuisse Marchionibus, ductu uel ducis Carnorum, uel Imperatoris gubernatam.
qui enim Trasama flu. in Carinthia oriri fundationi memoratur, is hodie in Sty-
ræ marcha, haud procul ab Hohenbergo prosilit. Quare quos diploma illud ci-
tat Marchiones, cum allodijs ac prædijs suis quas eisdem habebant in finibus, Lu
poldum uidelicet, Piligrinum, Hadericum & Rudolfum, aut Ottocari sæpedi-
cti fratres fuerint necesse est, uel cognatos. Ac tantum de Ottocaro primo, prin-
cipe eius prouinciæ, quæ hodie Styræ marchia uocatur: qui obijt Romæ anno
Salutis 1122, trãslatus in Garsten suæ fundationis monasteriũ, quod ipse pro regu
laribus construxerat Canonicis, ut dictum est, anno Domini 1108. Is tres post se
filios reliquit, Ozilonem, Ottocarum secundum, & Lupoldum. Quorum OT-
TOCARVS hoc nomine in prouincia, siue marcha Carinthię secundus, & qui pri B
mus cognomine à solo natali usurpato, Styræ se marchionem nominabat, Frisin-
gensis ecclesiæ ab imperio aduocatus institutus, duas ordine accepit uxores: pri-
mam Kunigundim Dieboldi marchionis à Vogburg filiam, Bauari, ex qua Die-
boldum & Ottocarum tulit, ante annos pubertatis extinctos: secundam accepit
Elisabetam, Henrici primi Austriæ ducis natam. Tres amplos comitatus hæredi
bus tum destitutos, marchæ suæ, authoritate Imperij adiecit, Marchburgensem,
Butensem, & Namensem: mortuis sine uirili semine, Bernhardo Marchburgensi,
Ekeberto Butensi, & Ottone comite de Nam. Posuit monasteriũ Varaw, ubi &
sepultus cernitur: & S. Ioannis Chartusianorum cœnobium, circa annum Domi
ni 1164. Tertiò, patris uidelicet fundatione, Garsten prope Styram, Canonicos
regulares, assensu Alexandri papę, in Benedictinos monachos commutauit, cum
sedem siue regiam suam subinde haberet in Styra castro natalis comitatus, Gun-
doccaro auunculo Gracz castrũ cõmisit, unde Domini à Bernekh ritè descende-
re dignoscuntur, de quibus posterius dicã: obijt Quinqueecclesijs in Hungaria,
in illa insigni in terram Sanctam expeditione, quę à Friderico primo suscepta fue-
rat. Cuius rei meminit etiam Otto Frisingensis, in uita Friderici libro primo capi-
te quadragesimo his uerbis: Guelfo quoq; Henrici prioris ducis frater, de nobi-
lissimi regni optimatibus, in ipsa natiuitatis Dominicæ nocte in propria uilla Bi-
tengou, eandem militiam cum multis professus fuerat. sed & dux Bohemorum
Iabeslaus, & Styrensis marchio Odoacer, & Charinthiæ illustris comes Bernhar
dus, non multo pòst cum magno suorum comitatu cruces accepere. Porrò hic
idem cũ Henrico Charinthiæ duce diu bellum pro utriusq; prouinciæ limitibus
gessit. Nam qui antehac marchiones ducibus subiecti fuerant, utpote ex eodem
genere descendentes, hic iam alterius & stirpis & nominis, proprij seorsim Prin-
cipes imperij salutabantur. Vnde legitur Friderici primi Cæsaris epistola talis:
Frideri-

Ottocarus secundus Styræ marchio.

A Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, dilecto nepoti suo Henrico illustri duci Carinthiæ, gratiam suam & omne bonum. Audiuimus quòd fratrem nostrum non acceptum, sed grauem & suspectum habeas. Transmittimus itaq; familiarem Camerarium nostrum dilectioni tuæ, qui homines nostros in unum conuocet, causisq; & rationibus utrobiq; collectis, perspicaciter discernat, utrum ex te uel hominibus nostris culpa processum habeat. Quod si ex te processerit, diligenter monemus & petimus, quatenus id corrigere, & hominibus nostris satisfacere non differas. Sin uerò homines nostri culpabiles inuenti fuerint, tibi utique de ipsis plena satisfactio exhibebitur. Petimus autem, ut nepoti nostro Ottocaro marchioni de Styra pacem teneas, usque ad sex hebdomadas post Pentecosten. Tunc enim curiam nostram Ratisponæ celebrabimus. Et quæ plura sequuntur in ea epistola. Et ut appareat, quamobrem & quantum is sit marchio dilectus, & ad Principis honores prouectus à Friderico primo, extat epistola eiusdem Cæsaris ad Ottocarum istum in hæc uerba: Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, & semper Augustus, dilecto nepoti suo Ottocaro, illustri marchioni de Styra, gratiam suam & omne bonum. Sicut per alias literas nostras tuæ dilectioni nuper mandauimus: quod de negocio regni Hungarici absque tuo consilio & auxilio nihil omnino ordinaremus, uel terminaremus: ita adhuc in eadem erga te bona uoluntate permanemus. Nos itaq; auditis singulorum nunciorum de Hungaria singulis legationibus, sine charissimorum nostrorum consilio, regis uidelicet Bohemiæ, & ducis Austriæ, patrui nostri, & tui similiter, nihil tamen tractare, nihil ordinare, nihilq; prorsus terminare uolumus. Inde est, quòd ex consilio curiæ nostræ, honorabiles legatos nostros, magistrum uidelicet Henricum, sacri
B Palatij nostri protonotarium, qui de omnibus consilijs nostris familiarior nobis est, & magnus secretarius: & comitem Henricum de Diezz, nobilem uirum, & prudentem, tuæ honestati à latere nostro transmittimus, in quorum ore uerba nostra plenariè posuimus: quibus & totam uoluntatem nostram tibi secretius intimandam commisimus. Et quæ plura sequuntur. Porrò non solum authoritate & donatione Imperatoris is Marchio magnam ueteris Carnorum marchæ portionem adeptus est, uerùm etiam quantum pater ultra Mueram ab Hungaris gladio asseruerat, tantum & eo plus is de quo loquimur Marchio, à duce Charinthiæ Henrico pecunia emit cis Mueram fluuium & ultra Mueram Italiam uersus à Bernhardo comite Margburgensi. Vnde legitur in antiquissimis Annalibus à me repertis, & lingua uernacula scriptis: Der hertzoch Heynrich mit den
Ozrenn dinget dem marchgrauen Otachern von Steyr sein aigen Swar / des was
von Longenawe mit vliessunden wassern / vnd mit regen wassern ze peiden seiten
vncz an die Müer / vnd für sich / vncz hintz sand Steffan datz prukhe/von danne pey
der Müercz herab / auch als den rynnunden wasser vnnd den vliessunden wasser
vliessent. Darnach von dem Semerinch vncz an die Muercz. Vnd bey der Muercz
nider vncz in die Muer. Von danne vncz das die Muer in die Muercz zesamen rynnent. Von dan Zetull hincz Gestinkh des selben aigens/ peiden mit den burgen vnnd
mit dem dienstman / vnd mit den leüten die darzů gehörend. Darnach von Aremtrichstane das gegen Vrsach leit/ hernider vncz in die Muer/das ist alles des selbē aygens. Daryber dinget er jm imthalbes Chanoles/Portnawe / vnd Nawen / vnd
Khuwyn vnd Spengenberch/vnd ander aigen das darzů gehört. Darzů dinget er
jme die vogtay zů sand Lamprecht zů dem chloster/da sein brůder leit/vnd ouch er selber leit/vnd gestifft hat das chloster/dinget er im also das / das nymāt vogt wer uwer
der markhgraue zů Steyre wer. Der graue Bernhart von Marchpurch der dinget dē
marchgrauen Ottachern von Steyr das hauß zů Marchburch / vnd den marchte/

vnd das darzů gehört. Er dinget im Tiffer/vnd Sittich das chloster/vnd Geirowe/vnd alles das darzů gehört/vncz ann des Ertzbischofs gemerth von Saltzburch. den selben grauen Bernharten gehortē an/die dienstman/die Trewner/die von Chending/die von Lewenbach/die von Marchburch/vnd alle Trugchsner. Der hertzog Ottacher von Steyr het die purch ze Rohacz/vnd woll seyhundert hueben die darzů gehorten/von dem Bischoff von Gurkh. der graue Ekhenprecht von Putten für mit dem alten khaiser Friderich gegen Meiland/da ward er erschlagen. Da zoch sich der marchgraue Ottacher zů allem dem das der graue Ekhenprecht het von dem Semrinch/vnd von dē Hardperch/als fliessende vnd rynnende wasser/vliessent vncz Piestnich/vnd von danne ze Willenprukhe/die Burg/vnd die dienst man die da entzwischen sind/die stent meinem herren in werd als andere sein dienstman. Et hæc de Ottocharo secundo, qui prolem nullam reliquerat. Regredior ad fratrē illius Luipoldum, cognomento Fortem, & Henrici quarti Cæsaris consobrinum: à quo & fratri in marcha Carnorū substitutus est, Waldone ultimo, Runiæ comite sine liberis mortuo. Comitatum Runiæ pariter uersus Voitspergum extentū, marchæ adiecit, atq; ex Sophia Welphonis ducis Bauariæ filia Ottocarum tertium, & primum & postremum Styrorū ducem progenuit. Is enim OTTOCARVS primus ob maiorum merita, à Friderico primo Cæsare ducalem tyaram impetrauerat: & in coniugio habuit Agnetem Lupoldi Sexti nomine, & dignitate secundi Austriæ ducis filiam, cui & prouinciam suam, lepræ contagione infestatus, socero gener, prouincialium assensu uiuus tradidit, pecuniæq; summa certa accepta, reliquum uitę tempus in Chartusianorum cœnobio Seicz, à se constructo, exegit. Et hoc titulo prouincia Styræ ad Austriacos principes primùm omnium est deuoluta, ut hoc diplomate ipsemet Ottocarus Styrę postremus princeps testatur:

Ottocarus quartus Styriæ princeps.

Priuilegiū de Styræ prouinciæ ad Austriacos.

In nomine sanctæ Trinitatis, & indiuiduæ unitatis, Ottocarus dux Styræ omnibus fidelibus in perpetuum. Diuinis & humanis legibus docemur, ac propriæ naturæ disciplina commonemur, nostrorum saluti consulere, & eorum utilitati tam modò quàm in posterum prouidere. Vita namq; cuiuslibet hominis diuitis siue pauperis incerta transit, & instabilis. Ideoq; quemlibet ante mortem deliberare decet, quid cui qualiter relinquat, quod post mortē retinere nō ualet. Et quia Deus sola dignatione suæ misericordiæ, primò parentibus nostris, deinde nobis, magnam contulit in hominibus & rebus gratiā, solicitudinem huiusmodi nō minimam, cum non haberemus hæredem, cui omnia nostra cederent in hæreditatem. Communicato igitur meliorum nostrorum prudenti consilio, nobilissimum, strenuissimum, fidelissimumq; ducem Austriæ Lupoldum, consanguineū nostrum, si sine hærede decesserimus, successorē nobis designauimus. Cuius prouincia cum nostræ sit contigua, sub unius pacis ac Principis facilius ualeat moderari iusticia: quem, quia nobis amicissimū fore credimus, quàm diu uixerit, nihil mali in nos & nostros eum moliri satis confidimus. Veruntamen ne aliquis de successoribus suis paterni moris simul & mutuæ familiaritatis in ministeriales & comprouinciales nostros impiè crudeliter'ue præsumat agere, iura nostrorū secundum petitionē ipsorum scripto statuimus comprehendere, ac priuilegio munire. In primis siquidem statuentes, ut si idem dux, ac filius eius Fridericus, quibus nostra designauimus, nos superuixerint, nostros in sua potestate habeant, adeò quòd si & regni gratiā amiserint, à nobis sibi collata amittere nō ualeant. Postea quicūq; de suis nepotibus sibi succedentibus, ducatū tenuerit Austriæ, ducatum quoq; regat Styræ, cæteris fratribus nullo modo super hoc litigantibus. Idē dux petitiones ecclesiarū, aduocatias monasteriorū, à parentibus nostris fundatorum, sine sub aduocatis manu teneat sua. Domicilia, munitiones, terrā, ministeriales integraliter possideat: nisi fortè petitione parentū ex multis filijs unū cōtingat

B

aliàs

A aliás transferri, causa maioris emolumenti, benigna permissione Domini. Quicunq; de Styra uel Austria contraxerint mutuò, eius prouinciæ ius habeant, in qua habitant. Si Styrensis intestatus obierit, & iure hæredis qui proximus fuerit sanguine, lis exorta fuerit, uel altercatio negocij, inter Styrienses, non campione, sed probabilium & certarum personarum dirimatur credibili testimonio. Quandocunq; querimonia de prædijs fuerit habita, eiusmodi quæstio coram iudicibus terminetur, probatorum ac credibilium testium fideli testimonio. In beneficijs nullam molestiam, quæ uulgò Aneuelch dicitur, sustinere cogantur. Beneficia ab alijs dominis acquisita, si à duce Austriæ in proprietate fuerint empta, & non fuerit qui beneficiũ possideat, de prædijs quæ duci Austriæ post obitum nostrum designauimus, interim si ex his fidelibus ministerialibus ac proprijs nostris dederimus, ratum esse decernimus. Ministerialis Styrensis, alij Styrensi prædia sua uendat, uel tribuat. Similiter quicunque se conuertere, ac de redditibus quod conueniens fuerit, Deo offerre disposuerit, in claustris subter nominatis, cum licentia nostra facere poterit: scilicet Traunkyrchen, Garsten, Gleynik, Admund, Seccow, Vitringe, S. Pauli, Osciach, Rwne, Vallis S. Ioannis, Sizstesse, Vprow, Hospitali in Cerwald, Lambach, Vornbach, S. Lamberti. Ex quibus quædam parentes & aui nostri fundarunt, omnia autem in multis nobis ministrauerunt. Quicunq; de nostris super querimonia sua, iusta sententia coram nobis non fuerit terminata, eam habeat optionem, gratis coram duce Austriæ suam renouet causam. Dapiferi, pincernæ, camerarij, marescalci, qui de nostris sunt, Styriæ partes intranti, duci Austriæ singuli cum suis subditis per officia sua ministrent, ea disciplina qua nobis & parentibus nostris ministrauerunt. Petenti curiam Imperatoris, aut in expeditionem eunti, dicti officiarij paribus hebdomadibus, paribus diebus, paribusq; sumptibus seruiant: sicut & hi qui de Austria seruiunt. ab infestationibus & exactionibus, quas per præcones Austriæ cognouimus, terram nostræ ditionis, sicut actiuè existit, exemptam esse decernimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit, circa nostros uidelicet claustrales, ministeriales, comprouinciales, hanc formam petione eorum conscriptam modestè conseruabit. Quod si spreta æquitate clementer gubernare despexerit, sed quasi tyrannus in nostros se erexerit, appellandi & adeundi Imperatoris curiã, & prætendendi per hoc priuilegium, suam coram principibus iusticiam irrefragibilem, habeant licentiam. Præterea adiecimus de nostris, ut qui in fundo suo ecclesiam constituere uelit, construat: uel parochiæ suæ aliquid conferre uoluerit, conferat. Capellanos & clericos nostros sessionem nobis proximam in mensa, sicut à patre nostro habuerunt, habere uolumus. Et ne de hospitijs suis per Marscalcum expellantur, interdicimus. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXVI, indictione quarta, concurrentium secundo, sextodecimo Calend. Septembris, die Dominica, lunæ uigesimaoctaua, in monte sancti Georgij, apud Anesum forum. Vbi asciti in testimonium sunt, præsentesq; fuerunt, uidentes & audientes, quorũ nomina subiunguntur: Chunradus comes de Peilstayn, Sifridus comes de Morlen, Henricus & Sigehardus comites de Chalach, Sifridus & Otto de Leubenowe, Luipoldus & Henricus comites de Pleien, Chunradus comes de Dornberc, Albertus & Adalranus de Chambæ, Wernherus de Hagenawe, Wernhardus comes de Schownberch, Engelbertus de Plankenperch, Hadamarus de Kuffarn, Wernherus de Grizpach, Fridericus de Perge, Ekebrechtus de Pereneke, Otto comes de Chlame, Otto de Lengẽbach, Henricus de Wichselberch, Lyndtold de Gutenberch,

B

Cunrad

Cunrad & Rudolf de Chymēberch, Wichard de Charlsperch, Rudolf de Flucze, Eberhard de Erlach, & alij quàm plures. Ex quo priuilegio nō solū liquet quemadmodū Styræ tam marcha quàm comitatus ad Austriæ sint domū deuoluta: uerùm etiam patet, tertium adhuc Ottomerum, primum Styræ ducem, comitatum Styræ in Austria supra Anisum possedisse. Siquidem & diploma ibidem datum fuerat, & Trannkirchn Garsten & Gleynik monasteriorum sui iuris apertè meminisse uidetur. Quàm potens autem ac amplus uel comitatus Styræ, loco de quo loquimur, extiterit, docent nobiles qui inde feuda sua accipere consueuerant. Quorum, exempli gratia, reperimus nominatim citatos, ab Ottocaro primo in fundatione Garstensis cœnobij: Piligrinum & Hartmannum de Buechaym, Theodericum de Pollenhaym, Arnoldum de Wartenberch, Fridericum & Gotescalcum de Hunesberch, Henricum de Buzenberch, Vilhelmum de Wilhalmsperch, Gebolfum de Gaylspach, Dietmarum de Assersam, Sigefridum de Schirgenpach, Ludouicum & Ottokerum de Slierbach, Embrichonem de Trenberch, Herbodum de Schyrolfingen, Ortolfum de Grizkirchn, Gerhardum de Viechte, Henricum de Chreiczelbach, Gerhochum & Alberonem de Swanga, Engelscalcum de Landersheym, Sibotonē de Schlechdorf, Ascwynum de Grunbach, Fridericum de Hage, Henricū de Husruke, Waldchunonē de Oberndorf, Pillinchum de Chircheym, Henricum & Engelberonem de Welas, Sigebotonem & Pillynchum de Ayterburch, Harduicum & Ilsungum de Morenbach, Peringerum de Chapellen, Ortolfum de Dorfheym, Rapatonem & Thiemonem de Speiczheffte, Dieprandum de Chustelwanch, Waltherum de Traysama, Heymonem & Dietrichum de Buhel, Engelscalcum de Wasen, Menegoldum de Volspach, Arnoldum & Luitprechtū de Russendorf, Hardnidum & Ortolfum de Orte, Dietrichum Ennykl, & alios quàm plures: quorum Buechamij ac Pollenhaymij adhuc manent, Baronum titulo insigniti. Defecere superioribus seculis Trasamij, à Capella & Wartenberch, & ipsi ex ordine Baronum. Sed uenio ad eas prosapias, quæ Styræ cùm Comitibus tum Marchionibus sanguine iuncti fuerant, ac eisdem armis, colore saltem mutato, utebātur. Quorum præcipui fuerant in marcha Styræ, domini à Gracz & Bernek, uulgò Steyrer, & à Styra nuncupati: in comitatu uerò Losenstaynij ac Starenbergij fuere. Et habet quidem Bernekiorum genealogia ita: Gundoccarus Steyr de Bernek & Gracz, anno 1120: Gundoccarus secundus de Styra & Bernek appellatus: Ottocarus & Ortolfus de Gracz, annno 1140: Ekebertus, Engelbertus, & Vdalricus, anno 1150. Gundoccarus, tertius de Styra & Bernek, anno 1200: Gotofredus de Styra & Enstall, anno 1210: Gundoccarus quartus, Ottocarus, Dietmarus & Wezilo de Styra, anno 1240: Otto uixit sub titulo de Bernek, anno 1289: Gundoccarus quintus & Otelius in literis Seccouieñ. de anno 1319: Gundoccarus sextus: Otto, Ioannes, & Erasmus, fratres barones, de Bernekh, Steyrer item nominati, claruerunt anno Domini 1330. Hos secuti sunt, Martinus, Rudolphus, Riedlinus, & Offo. quorum Rudolphus in uxorem acceperat Austriacam Catherinā, filiam Domini Bernhardi Streuno, & præfectus Styriæ fuit anno 1396. Riedlinus porrò, ex Anna Friderici ab Hornekh nata, Catherinam tulit, Ioannis à Wynden Austriaci baronis coniugem, anno 1384. Offo deniq; ex Sophia, Nicolai pincernæ ab Osterwicz nata, filiam tulit, Ioanni Gayler collocatam, anno 1396. Secuti sunt hos filij illorum, Offo, Georgius, Orthophus, Dietlandus, Ioannes, & Erasmus: qui & stirpem tenuerunt. Nam Ioannes ex Gertrude Stubenbergia, Ioannem tertium dedit; qui in matrimonio habuit Cathe-

Arbor dominorum à Bernek.

A Catherinam à Reytenberg, filiam Friderici à Reytenberg, anno 1410, qui secundis nuptijs generi sororem Catharinam acceperat. Erasmus Vilhelmum reliquit, qui duas ordine sortitus est uxores, primam Vdalrici à Starhenbergnatã, secundam Adelhayden Thomæ comitis à Corbau natam. Vnde processit Wandula, Wolfgangi à Wynden Austriaci coniunx, anno 1464: & Vilhelmus secundus, qui progenuit quatuor filias, & duos filios. Filiæ fuerunt: Hedwigis, Thomæ comitis à S. Georgio & Pozing uxor, anno 1439: Rycharda, Ioãni Vngnadio collocata, anno 1443: Barbara, Volkhardi ab Aursperg uxor: & Elizabetha, Vilhelmo ab Aursperg nupta. Filij fuerunt: Sebastianus & Vilhelmus tertius, qui ex Beatrice coniuge reliquit tres filios, & unicam natam nobilissimæ prosapiæ illius postremam. Filiorum nomina erant, Stephanus cum uxore Christina Stubenbergia, Bartholomæus cum coniuge Catharina: & Matthæus, qui duas in coniugio habuerat, Magdalenam à Sebriach, & Hedwigen à Celching. Denicꝫ filia Magdalena, quæ & nobile stemma clausit, ex Christophoro à Rakhnicz Mauritium à Rachnicz progenuit, qui hodie etiamnum uiuit, uir haud uulgariter literis ornatus. Et hactenus de dominis à Styra & Bernekh. Confero me ad dominos de Styra & Losenstayn, quorum adhuc nobilis prosapia superest in Austria supra Anisum, & quorum sarcophagi in Garstensi cœnobio, Styræ comitum ac principum opere ac conditorio, cernuntur. horum nomina, quæ in literis passim inuenimus: Emericus, anno 1170, Vdalricus & Dietmarus, 1252: Dietmarus, Theodericus, & Hardlinus, an. 1322: Berchtoldus, 1329: Gundoccarus Viennę ad Minores sepultus, anno 1348: Rudolphus & Seifridus, Rudolphi tertij Austriæ ducis aulici fuere, anno 1360: Dietmarus, anno 1370: Bernhardus, 1406: Berchtoldus 1433: Georgius, præfectus Styræ & Ebersperg, à Friderico tertio Cæsare

Genealogia dominorum à Losenstayn.

B ut Austrię duce constitutus, anno Salutis 1477: Achacius cum uxore Maria, Salamonis à Pollenheym nata: Georgius iudex siue magister fuit curię in Austria, anno 1501: Christophorus, Dietmarus & * uiuunt adhuc. Cæterùm Starhenbergiorum, qui hodie similiter potentes Austriæ utriusꝗ satrapæ manẽt, genealogia sic habet: Duringus de Styra & Starkenberg, anno 1100: Adalramus, Marquardus, anno 1170: Menhardus canonicus Batauiensis, anno 1280: * Ioannes, Albero & Wilhelmus, 1315: Otho sepultus Viennæ ad Minores, anno 1342: Sigismundus & Rudigerus, anno 1370, primus dominus Wildpergij: Caspar & Gundoccarus, primi Raperotensteyn Riedek & Schonpuchl impetrarũt. Ludolphus, anno uixit 1360, Bernhardus ex Anna Stubenbergia, Cadoldum filium tulit, & Hedwigen, Ioannis à Kranichberg uxorem, anno 1463: Vdalricus natã suam Vilhelmo à Bernek Styro consanguineo suo collocauerat: Georgius, Caspar & Stephanus, cum sorore, Vdalrici à Weisbriach coniuge, de anno 1471. Rudiger, ex duabus coniugibus, Purchamia uidelicet, & Susanna à Maesch, comitissæ Agnetis à Tyrnsteyn germana, nullam prolem tulit, cum esset ditissimus, & dominorum à Dagsberg bona obtinuisset: itacꝫ Fridericum & Stephanum dominos ab Hohenberg is adoptauerat. Gothardus, Walthasar, & Ludouicus, uixere anno 1480: Georgius, Gregorius, & Bartholomæus: quorũ ultimus Ioannem & Erasmum reliquit, qui adhuc in uiuis est. Ioannis filij & ipsi uiuunt, Hieronymus, & Paulus Iacobus, quorum hodie ille in Pyrhensteyn prope Patauiam, hic uerò in Rapotenstein prope Zwetl domicilia tenent. Habet & Erasmus filios ac filias, de quibus longum esset scribere. Omnes autem illi Austriæ ducibus, ut olim Styræ comitibus ac marchionibus, de iure feudi subijciuntur. Sed hæc aliàs. Nunc post longam digressionem monumenta Antiquitatis Romanæ, siue eorum rhapsodias subijciam.

Genealogia dominorum à Starchenberg.

Lambæ

Lambachi, hoc est Ouilabis ue-stigijs in templo:

P. AEL. FLAVI DEC. ET IIVIR ET FLAMIN. AL. CECIENSIVM ITEM DEC. ET IIVIR. ET PONTIFIC. COLONIA AVRELIA ANTONIANA OVIL. TRIB. LEG. III AVG. ET AELIAE P. FILIAE FLAVINAE FILIAE EIVSDEM ET AEL. MAVS PATRIS EIVS ET ORGETIAE SISAE. & quæ sequuntur.


Welsæ, hoc est Falsiana:

AVG. IN MEMORIAM M. MODESTI M. F. REPENTINI M. MODESTVS REPENTINVS PATER VETER. DEC. ALAE AVATORVM.

Styræ in Gessoduno: A

IOVI STATORI Q. ABVRNVS CAEDICLANVS LEG. AVG.

CAP. IIII. DE CARATIS, ARRIANIS ET *Lentijs, itemq; Suanetis, Osijs ac Ambidranis, populis circa hæc municipia habitantibus.*



HACTENVS de mediterraneis Norici locis dictũ est. Venio nunc ad ripam Danubij, in qua commemorantur municipia hæc tria, Scoto in Codice præfecturarũ Romanarum, Caratæ, Lentiæ & Arrianę, præfectum legionis Italicæ in Lentijs cum equitibus sagittarijs & in cæteris cohortes duas, describente: quorũ ego ruinas, coniecturam sequendo, Caratis in Altenhofen supra Wilhe- Caratæ. ring cœnobium colloco. Infra paulo duorum miliariorum spacio, Lentiæ erant, Lentiæ. B ubi adhuc Lynczium oppidum est, uetus nomen retinens, quæ hodie Austriæ superioris & metropolis & prætoria est. Rursus quatuor miliariorum interuallo, Arriana castra erant, ubi est hodie Altenhofen, infra Anisum. Testantur uetustatem, Arriana castra. præter nomẽ ipsum loci, riuus præterfluens, & monasterium monialiũ, quæ ueteri uoce deprauata hodierna ætas ab Arrianis Erla appellat. In his finibus quondã Osi, Consuanetes & Ambidrani colebant: Osi. quorũ Ptolemæus, Strabo & Tacitus mentionẽ faciũt. Consuanetes. Scribit enim Tacitus libro de Moribus Germanorum: Sed utrum (ait) Aruniſci in Pannoniam ab Osis Germanorum natione, an Osi ab Aruniſcis in Germaniam cõmigrarint, cum eodem adhuc sermone, institutis moribusq; utantur, incertum est. quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusq; ripæ bona malaq; erant. Constat igitur, ad ripam Danubij fuisse: & quòd in finibus Norici ripensis ac Vindeliciæ coluerint, loca ac riui testantur, Esschelmül, Assach, Vsse in eisdem finibus Ptolemæo & Consuanetæ recensentur, siue ut habent alia exemplaria, Suanetæ. Suanetæ. à quibus nimirum ager infra Patauiam, **in der Schwindaw** & alius in Austria superiori **auf der Schwand/im Geschwend**, ueterem adhuc appellationem retinent. Ambidrani. Infra hos Ambidrani habitabant, authore Ptolemæo: hoc est, qui utrinq; Dranam fluuium accolebant, & lacum per quem is defluit ex alpibus. arbitror enim Teutonicũ esse uocabulum, à Romanis uitio expressum, cum audirent colonos loqui **an der Draun**, ipsi Ambidranos, uolentes Germanicam sequi pronunciationẽ, dixere. Sed reuertor ad Caratas, cuius reliquias præfati sumus in Altenhofen supra Wilheringum cœnobium superesse. Testatur loci ueterem memoriam mons scopulosus, qui inde Linczium attollitur, qui antiquam adhuc refert appellationem, Kyrnberg: & prosapia comitum à Kyrnberg, qui isthic agros habuerunt, ac Wilzheringum cœnobium fundarunt, alio etiam nomine

A nomine domini ab Hunczberg nominati. Quorũ reperimus literis uetustis subscripsisse Vdalricum comitẽ à Vvilhering & Kyrnberg, anno 1143: Fridericum ab Hunczberg eodem tempore: Otto & Colo, prima fundamẽta iecerunt cœnobij Vvilheringi, quorũ alter in expeditione transmarina obijt, alter filiam tantum reliquit. Sic & Gotescalcus de Hunczsperg, cum liberis careret, comitatum suum cum oppido Lincz, Luipoldo sexto duci Austriæ uendidit. His comitibus proximi tenebant, ut adhuc manent, comites à Schauenburg: quorũ primordia ex Bauaria repetuntur. Et descendunt ex eodem ceu capite ac fonte, comites à Iulbach, comites à Dornberg, comites à Levvenstayn, & comites à Schauenberg. quorũ omnium adhuc insignia in armis suis Schauenburgenses usurpant, & sarcophagi in Elsenbaczen cœnobio Bauariæ prope Burkhausen cernuntur. Eberhardus à Iulbach, sepultus in Elsenbaczen: Gebehardus & Henricus à Iulbach, autores cœnobij Elsenbaczen: Bernhardus comes ab Iulbach, ab Henrico primo duce Austriæ in fundatione Scotensi testis adductus, anno 1158. Postremus familiæ fuit Leopoldus, qui uixerat adhuc anno 1444. *Genealogia comitum à Iulbach.* Cæterùm aliorũ comitũ à Dorrnberg stirps eadem est, quę & comitũ à Levvenstayn, Levvensperch, & Lungavv: quorũ caput fuit Babo quispiam ab Abensperg. huius natus Dietmarus comes à Dorrnberg, S. Vitum in Nevvmarcht oppidulo supra Roth riuum fundauit, anno 1030: Dietmarus secundus, prima fundamenta Elsenbacensis cœnobij posuit, anno 1072. Huius filij Vvolframus à Dorrenberch, & Duringus, floruere anno salutis 1143. Cuius rursus nati Vvolframus secundus, anno literis subscripsit 1165. *Genealogia comitum à Dorrenberch.* Chunradus à Dorrenberch, & Castellanus in Nurnbergh, ab Ottocharo Styriæ marchione citatur in priuilegijs Garstensis cœnobij, 1162. Vvardmundus comes à Levvenstayn, ab Henrico duce Bauarię testis refertur de anno 1172.
B Hos consecuti sunt Vvolframus tertius, cum Eckardo fratre, anno Domini 1171: Eberhardus cum fratribus Chunrado & Henrico, anno 1224: Beringerus cum Vdalrico decano Ratispon. anno 1237. Vvilhardus, Bernhardus, & Henricus, quorũ primus Commendaturã in Gankenhouẽ auspicatus est, ubi cæteri duo fratres sepulti cernunt, annũ circiter 1278. Ex Berengero porrò secundus Berengerus procreatus est, author Viepacensis cœnobij, anno 1296. Henricus comes à Dorrenberch uixit anno Salutis 1318. Cuius filij fuere Vvolfgangus & Ludouicus comites à Dorrenberch: quorum Ludouicus ex Elisabetha Hugonis comitis Montfortis filia, Vvolfgangũ comitẽ reliquit, suæ stirpis ultimũ. Venio ad tertium stemma, comitum à Schavvenberch, qui supra Linczium etiamnũ agros ac prædia habent, quo cognomine in Elsenbaczen apud cognatos sepulti cernũtur, Vvolframus, Eberhardus, & Hẽricus, de anno Domini 1070. *Genealogia comitum à Schavvenberch.* post hos in diplomatibus cœnobij à Cunrado tertio Cæsare citãt testis, Raffoldus comes de Schavvenburg, inter reliquos Norici ripensis comites, uidelicet Bernhardum de Iulbach, Vdalricũ de Vvilhering, Harduicũ de Haga, & Albertũ à Bogen. Atq; hũc primũ omnium uenisse in Austriã, & à duce Austriæ feudo agros ac oppidula accepisse credendũ est. Bernhardus comes à Schavvenburg, ab Ottocaro marchione Styriæ testis citatur, in confirmatione S. Lamberti cœnobij, anno 1176. Huius frater Henricus erat, qui à Friderico primo in confirmatione Garstensis cœnobij inter reliquos eorũ finium comites in testimonium adducitur. Rapato & Hadamarus comites à Schavvenburch, à Friderico Austrię duce recensẽt, anno 1230. Gotefridus & Chunradus, à Friderico secundo Cæsare adhibẽtur in testimoniũ, in confirmatione Scotensis Viennæ cœnobij, de anno 1240. Henricus & Bernhardus, testes citantur à Friderico duce Austriæ, anno 1240. Vilhelmus in matrimonio comitissam Goricensem habuerat. Fridericus, Hẽricus & Lutoldus, sacris

se omnes mancipar ũt: quor ũ Fridericus, intercessione ducis Austriæ, in archiepiscopum Salisburgensem eligitur: Lutoldus præpositur ã Frisingensem adeptus est: & Henricus, miles ordinis S. Ioh ãnis in Maurberg factus est. Sequitur Henricus quintus, qui ex Vrsula Menhardi comitis Goricię nata, sustulit filios & filias, quar ũ una Ciliensi comiti, altera domino ab Abensperg Bauaro nupta fuit. Is est, qui obsequi ũ Domino suo Austriæ duci detrectabat: mulctatus propterea à sacri Romani in hoc constitutis c õmissarijs, duce Bauariæ, & burggrauio Ratisponensi, & magna pecuniæ summa & pręcipuis castris exutus, quibus cedere cogeba ẽ, & dominis suis relinquere, ad quos iure pertineb ãt: Veldenkamer, Viechtenstayn, Atersee, Frankenburg ac Vvildnek. Huius filius Henricus sextus, filium unum & duas natas reliquit: quar ũ una Hermanno comiti Artenburgensi, altera Berchtholdo Maigdenburgensi Burggrauio nupsit. Bernhardus eius natus, sub Rudolpho quarto Austriæ duce floruit. Cuius frater Vdalricus duas ordine c õiuges nactus est: Elisabet ã, Burggrauij Nurnbergensis filiam, & post hanc domini ab Abensperg in Bauaria natam. Fuit Austriæ superioris præfectus, & in fundatione gymnasij Viennensis à Rudolpho duce testis recense ẽ, anno 1365. Hunc secutus est Ioannes comes à Schavvenberg, qui ob duct ã Ann ã, Bernhardi domini & marescalci de Pœtouione in Styria filiam, deficiente nobili & antiqua prosapia domino r ũ à Pœtouione, obtinuit & marescalci per Styriam prærogatiu ã, & aliquot in ea prouincia castra, ex quibus Veistrici ũ adhuc oppidul ũ retin ẽt. Erat designatus à Friderico tertio imperatore præfectus Haynburgensis, & ad postrem ũ Austriæ superioris præfectus prætorio factus, floruerat anno adhuc Domini 1438. Huius frater Germanus præpositum Viennensem S. Stephani ecclesiæ egit, anno 1440. Sigismundus comes à Schaunberch, hor ũ de quibus locuti fuimus, frater germanus, in c õiugio habuit Barbar ã à Vvaldsee: eo t ẽpore quo Mathias rex Hungariæ Austri ã occupasset, Ipsium ciuitat ẽ armata manu liberauit è iugo Hungarico. Huius filij Bernhardus & Vvolfgangus, floruere inter initia imperij diui Maximiliani: quor ũ alterius natus, Georgius comes, ex comitissa ab Arcu, hoc est Bog ẽ, tres filios tulit, & duas natas. filij er ãt, quos ipsi nouimus, Io ãnes, Vvolfg ãgus, & Andreas. Filiar ũ altera nupsit Erasmo à Starhenberga, altera domino à Svvanberg satrapæ Bohemico. Hodie Vvolfgangus solus uiuit, Artenburgensis comitis filiæ matrimonio insignis. Sed t ẽpus est, ut ex ẽpla Vetustatis his ipsis locis reperta inseramus. Linczij Austriæ:

L. FL. CAMPESTRINVS VET. ET IVLIA EXORATA IVL. EXORATO LIB. COS. FIL. OB. AN. XX. ET SECVNDINO CANDIBIANO BE. COS. GENERO VIVI FECERVNT.

Ibidem:

APOLLINI AVG. IN MEMORIAM M. MODESTI M. F. REPENTINI, M. MODESTIVS REPENTINVS PATER V. L. TE X. DEC. AL. AVRAVACORVM.

CAP. V. DE LAVREACO, COLONIA *& metropoli Norici ripensis.*



LAVREACI n õ solùm in Norico ripensi municipij, uerumeti ã & coloniæ & metropolis, præter Codic ẽ præfecturar ũ Rom. qui inibi præfect ũ classis, præfect ũ legionis secundæ, & scutari ã per Illyric ũ officinam recenset: Antonini itinerarium quoq; meminisse uidetur, in trium itinerum descriptione, à Sirmio uidelicet Treuiros, & ex Pannonijs ad lac ũ Brigantin ũ, & tertiò ab Aquileia Laureac ũ: in quibus omnibus, inter lacum Fœlicis & Ouilabim collocatur. Adhæc Codex præfecturarum in Laureaco præsidem Norici ripensis, & classis præfectum

A præfectū collocat, quo loco primis nostræ saluberrimæ religionis tēporibus, S. Florianū tribunū militū apud Cæciam, ab Aquilino Norici præside, imperātibus Maximiano & Diocletiano, unà cum XL militibus subiectis, pro Christi confessione martyrij palmā tulisse, Annales ac sanctorū historiæ docēt: illud insuper adijcientes, sub Decio Cæsare Quirinū Siscianū, ut Annales habēt, Philippi Cęsaris filiū, episcopalem in Laureaco Norici cathedrā posuisse: qui postea postulatus in patriarchā Aquileiensem, cum patriam suam inuiseret, ut multos Christo lucrifaceret, à Maximo Sisciæ iudice cōprehensus, & ad pręsidem Pannoniarū missus, dignā præclaris pro Christi gloria gestis, apud Sabariā Pannoniæ superioris coloniam martyrij coronā meruerat. Hunc secutus erat in sede longè antiquissima, diuus Eleutharius: & ipsum rursus, B. Maximilianus Celiēsis & ciuis & martyr, qui sub Caro uidelicet & Numeriano passus est. Et hæc quidem ex religione sacrosancta loco decora accesserūt. Nomēclatura uerò à literis laureatis cōtigit, quas Marcus Aurelius Cæsar isthic constitutus, cum grauissimū illud aduersus Marcomānos bellū gereret, accepit nuncias uictorię, ut Romana in repub. moris erat. Scribunt enim, Iulius Capitolinus, Aurelius Victor, Herodianus, & Eutropius, triennio Marcū Cęsarē ad ripā Istri expeditionē in Marcomānos habuisse tam insignē, ut rerū aulicarū ac supellectilis regiæ coactus fuerit in foro Traiani auctionem facere. De literis laureatis scribit Plinius in Panegyrico Traiano dicto: Allata erat (inquit) ex Pannonia laurea, id agentibus dijs, ut inuicti Cæsaris exercitū uictoriæ insigne decoraret. Hāc imperator Nerua in gremio Iouis collocauit. Capitolinus in Maximo: Statim dimissis Germanorū auxilijs, quæ sibi cōtra hostem parauerat, Romā laureatas literas misit, quæ in urbe ingentē lætitiā fecerūt, ita ut B omnes per aras, & tēpla & sacella, & loca religiosa gratias agerēt. Similiter Lamprid. in Alexandri Cæsaris historia: Actæ sunt res fœliciter & in Mauritania Tingitana per Furiū Celsum, & in Illyrico per Varium Macrinū affinē eius, & in Armenia per Iunium Palmatū, atq; ex omnibus locis tabellæ & laureatæ sunt delatæ. Non dissimile est quod T. Liuius scribit V ab Vrbe: Literæ à Posthumio laureatę (inquit) sequunt̄ uictoriā populi Rom. esse equorū exercitū deletū. Celebre est & Persij carmē, alludētis ad ignauiā Domitiani: *—Missa est à Cæsare laurus,*
Insignem ob cladem Germanæ pubis.— Et illud Claudiani in bello Gildonico:

Iam domitus Gildo, nullis uictoria nodis
Hæsit, non spacio terræ, non obice Ponti
Congressum, profugum, captum uox nunciat una,
Rumoremq; sui præuenit laurea belli.

Catalogus episcoporum Laureacensium.

Literæ laureatæ.

Laureaci etymon.

Atq; hactenus de huius coloniæ etymo, quā conditā extitisse, ut præfati sumus, à Marco Aurelio Antonino Cęsare, in illa insigni in Marcomannos expeditione, uel illa declarat inscriptio, quæ ex Laureaci finibus Viennā auspicio D. FVXMAGII senatoris Cæsarei delata, & parieti ducalis collegij inserta est:

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI VALENTIS ET GRACIANI PERENNIVM AVGVSTORVM SALVBERRIMA IVSSIONE HVNC BVRGVM À FVNDAMENTIS ORDINANTE VIRO CLARISSIMO VTRIVSQ. MILITIAE MAGISTRO INSISTENTE ETIAM LEONTIO P. P. MILITES AVRELIANES LAVREACENSES CVRAE EIVS COMISSI CONSVLATVS EORVNDEM DOMINORVM PRINCIPVM'VE NOSTRORVM TERCII AD SVMMAM MANVM PERDVXERVNT PERFECTIONES.

Porrò inscriptio intelligit Vsbrj initia, quod hodie Ipsiū uocat̄, tertio miliario infra Laureacū: unde supradictū monumentū allatum est, quod milites Laureacenses Aurelianos condidisse illud municipiū ostendit. Hic iam teutonicę uocis

ratio, qua hodie uestigia eius nomine uocant scilicet, se offert. Præfati enim sub- A
inde sumus, Francos, qui reipub. Romanæ successerūt, ex Latinis locorū nomen-
claturis uel primā uel postremā syllabam seruasse. Quare mirandum nō est, si ex
Laureacensi colonia, Ensi, ultimas teutones syllabas retinuerunt: qua hodie uoce
& uestigia Laureaci ueteris, & fluuius præterfluens nuncupantur. Quod tamen
municipium ut hodie adhuc uetustate conspicuū est, Laureaci appellationem ha-
buisse, omnia penè priuilegia ac diplomata Garstensis cœnobij testantur: in qui-
bus ad S. Laurentium, Laureaci, quòd à marchionibus Styræ exierint, cōmemo-
ratur. Quin & Austriæ marchio Ernestus, ab Henrico quarto imperatore aduo-
catus Laureacensis, Iuuauiensis ac Batauiensis ecclesiarū institutus est. Cuius rei
diploma adhuc in Austriæ scrinijs ac archiuis adseruatur, cuiusq; partem exempli
in descriptione Iuuauię siue Salisburgi adduximus suprà. Sic in archiuis Salisbur
gensis S. Petri cœnobij, epistola talis legitur: Venerabili domino suo, Alberto
S. Salisburgensis ecclesiæ archiepiscopo, Henricus seruorum S. Petri seruus inu-
tilis, cum orationibus & obedientia, spiritu mansuetudinis & discretionis abun-
dare. Literæ pro quibus nobis succenset paternitas uestra, partim à nobis, par-
tim ab alijs dictatæ sunt. Mallem autē integras in manus uestras uenisse, eas quas
modò dictauimus. Quarum hæc capitula sunt. Scripsimus Domino Apostolico,
per ipsius obediētiam constricti, sicut & uobis Laureaci prædixeramus, quòd ec
clesiæ nostræ status satis esset miserabilis & gemendus: quippe quæ tota in manu
Imperatoris esset posita, ubi & nostram innocentiam excusare curauimus. Et quę
plura in eadem sequuntur epistola. Sed hactenus de ipso nomine, siue uoce Lau
reaci. Reuertor ad ipsius antistites, quorum, ut diximus, primordia, in primis ad-
huc doctrinæ nostræ salubris temporibus, à Philippi Cæsaris ætate, & anno Salu
tis 250 ducunt. Etsi ob persecutiones, quas Augusti in Christianos omnis generis B
sęuissimas exercuere, desolata aliquot seculis sedes illa nobilis ac longè antiquissi-
ma, præsules uel nullos uel occultos habuerit: tamen Iustiniano primo imperan-
te, cum à Gelasio pontifice Rom. beatus Seuerinus Rauennas in Noricū aposto-
lus ablegatus fuisset, ad Herulos eius tum prouincię incolas Constantius quispiā
Laureaco iterū ueteri antistes præficitur, circa annū Salutis 470. Cuius nō solùm
uiri Annales antiquissimi mentionē faciunt, uerùm etiam nomē adeò illius ab Eu
gippo in historia Herulorū cōmemoratur, cum Alemannorū in Noricū incursio
nem recenset: Igitur Romani omnes (inquit) sancti uiri prædictione firmati, spe
promissæ uictoriæ aduersus Alemannos instruxerūt aciem, nō tam materialibus
armis, q̃ sancti uiri orationibus præmuniti. Qua congressione uictis ac fugienti-
bus Alemannis, uir Dei ita uictores alloquitur: Filij, ne uestris nimiū uiribus, prę-
sentis certaminis palmā imputetis, scientes idcirco nūc uos Dei auxilio liberatos,
ut hinc paruo temporis interuallo, quasi quibusdam cōcessis inducijs, discedatis.
Mecū itaq; ad oppidū Laureacū congregati descendite. Hæc homo Dei plenus
pietate cōmonuit. Sed Batauinis genitale solum relinquere dubitantibus, uir Dei
subiecit. Et subdit post adhortationē sancti: Igitur post excidiū oppidorū in su-
periori parte Danubij, omnē populum in Laureacū oppidū transmigrantē, qui-
cūq; sancti Seuerini monitis paruerāt, assiduis ille hortationibus præstruebat, ne
in sua plus uirtute, q̃ Dei præsentis præsidio confiderent. Verùm orationibus &
ieiunijs ac eleemosynis insistentes, armis potius spiritualibus muniri uellent. Et
subijcit rursus: Ciues eiusdem oppidi Laureaci & superiorū transfugæ castello-
rum, ad suspecta loca exploratoribus destinatis, hostes quantū poterant humana
solicitudine pręcauebant. Quos seruus Dei diuinitatis instinctu cōmonitos, prę-
saga mente pręstruxerat, ut omnē paupertatis suæ sufficientiā intra muros cōclu-
derent.

Hodiernæ uocis origo.

Laureaci uox sæpe usurpata pro Ensio.

A derent. quatenus inimicorũ feralis excursio nihil humanitatis inueniẽs, statim fame cõpulsi, immania crudelitatis cœpta desereret. Hęc totũ triduũ cõtestatus, ad uesperascẽte iam die, Valentẽ nomine monachũ mittẽs ad S. Cõstantiũ, eiusdẽ loci pontificẽ, & cæteros cõmanẽtes: Hac, inquit, nocte dispositis per muros ex more uigilijs excubate, superueniẽtis hostis cauẽtes insidias. Et hæc cùm de Laureaco, tũ uerò de Cõstantio episcopo, ex Eugippo, quẽ ipsi inuenimus. Cui nimirũ Theodorus quispiã in hac sede successit, primus Norici metropolitanus, ad quẽ Symmachus Romanę sedis põtifex maximus, huiusmodi literas dedit, circa annũ Dñi 480: Symmachus S. Apostolicę sedis gratia Dei episcopus, reuerẽdissimo & sanctiss. fratri Theodoro, S. Laureacẽsis ecclesiæ archiepiscopo. Diebus uitæ tuæ pallij usum, quẽ ad sacerdotalis officij decorẽ, & ad ostendendã unanimitatẽ, quã cum beato Petro apostolo uniuersus grex Dominicarũ ouiũ, quę ei cõmissę sunt, habere nõ dubiũ est, ab Apostolica sede, sicut decuit, poposcisti. Quod, utpote ab eisdẽ Apostolis fundatæ ecclesiæ maiorũ, libenter indulsimus, ad ostendendũ, te magistrũ & archiepiscopũ, tuamq́ S. Laureacensem ecclesiã prouinciæ Pãnoniorum sedẽ fore metropolitanã. Idcirco pallio quod ex Apostolica charitate tibi destinamus, quo uti debeas secundũ morẽ ecclesiæ tuæ, solerter admonemus: paritérq; uolumus ut intelligas, quia ipse uestitus, quo ad Missarũ solennia ornaris, signũ prętendit crucis, per q̃d scito te & fratribus debere cõpati, ac mundialib. illecebris in affectu crucifigi. Vnde ergo, cum deforis huiusmodi insigni indueris, intus in anima cõsidera, q̃ hoc sit magis oneris q̃ honoris: atq; cor tuũ Deo regẽte, ab appetitu istius seculi sic tẽpera, ut & cõmissam exequi gubernationẽ studeas, & adeptę dignitati, cuius sublimaris officio, & probitate morũ & uiuacitate solicitudinis, ac custodia integerrimæ fidei cõgruas. Quatenus tu ipse à remuneratore

B omniũ bonorũ Deo, & benedictionis gratiam uitamq́; æternã cõsequi merearis. Vale. Cæterũ qui hunc sit secutus Theodorũ archiepiscopũ Laureacensem, nõ cõstat: nisi quòd circa annũ Dñi 534, Agapitus Rom. pontifex ad Gerhardũ Laureacensem metropoliten tale epistolium dedit, quod in archiuis S. Floriani cœnobij, Laureaco ad primũ lapidem proximi, unà cum priori ac alijs prærogatiuis plerisq;, multis seculis in arca cõclusum reperimus. Agapitus seruus seruorũ Dei, fratri dilectissimo atq; reuerendissimo, Gerhardo S. Laureacensis ecclesiæ archiepiscopo, in Christo salutẽ: Petitiones tuas pro renouãdis siue approbãdis ecclesiæ tuæ priuilegijs, uenerabiles missi tui exposuerũt. Nos igit̃ literis penes nos cum cõmendatũ inuenissemus, quib. ecclesiarũ locis dignitas pallij ab hac Apostolica sede debeat̃, Laureacẽsem urbẽ inuenimus antiquitùs metropolitanã fore, & archiepiscopij sedẽ, cui sanctitas tua præesse dignoscit̃, sicut in priuilegijs Authenticis ad nos usq; à te directis legimus. Itaq; inuentis quibusdã exẽplaribus, chartis uetustate admodũ detritis, in archiuo S. Petri reperimus, hãc uidelicet in exordio nascentis ecclesiæ & in immanissima Christianorũ persecutione, à doctorib. istius sedis catholicæ fidei rudimẽta percepisse, & exinde à succedentib. prędicatoribus in superioris ac inferioris Pãnoniæ prouincias eiusdẽ fidei gratiã manasse. Quib. quidẽ duabus prouincijs, illarũq; põtificibus usq; ad tẽpus Hunnorũ, nõ alius q̃ S. Laureacensis ecclesiæ præfuit archiepiscopus: quorũ barbarica feritas nõ solũ prædictã Laureacensem ciuitatẽ, uerũ & in circuitu adiacẽtes regiones depopulata est, atq; funditùs desolauit. Et quæ plura sequunt̃ in eodẽ epistolio, ad Gerhardum Laureacẽsem metropoliten dato. Quẽ secutus est Erchenfridus, quo tẽpore beatus Rudbertus apud Iuuauiã floruit, & Aribaldus siue Gervvaldus ducatũ Boioariæ post Theodonẽ, Vdonẽ & Theobaldũ administrauerat, cuius Paulus etiã uidet̃ Diaconus in hist. Longobardica meminisse. Erchenfrido in cathedra Laureacẽsi successit Vilo, qui XLV ibi annis sederat, Bauariæ regnũ Tassilone gubernan-

Primus archiepiscopus Laureacensis.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

bernãte, quẽ centenariũ obijsse Annales referũt, quo tẽpore Mahumetus pseudo A
propheta in oriẽte hæresim spargere cœperat. Vilonẽ porrò in Laureaco, Bruno archiepiscopus secutus est, circa annũ Dñi 660, qui sedit annis XXIII, Grymoaldo à Dagoberto Francorũ rege Boiarijs duce cõstituto. Brunoni à sede Apostolica Theodorus archiepiscopus substituit, & sedit annis XX, sub Theodone Boiariæ duce. Theodorũ Sidonius excepit. de quo in antiquissimo Annalium codice hæc reperimus: Tẽporibus Theoberti ducis Boioariæ, ordinatus est ab Apostolica sede Sidonius in ciuitatẽ Laureacẽsem, quẽ Theodorus papa pallio donauit, ac per omnẽ Germaniã totãq; Galliã uicariũ suũ bullatis literis, priuilegijsq; sigillatis cõstituit. Insuper super totã Auariã, Moymariãq; & Rugorũ Gepidarũq; prouincias & gẽtes Pannoniorũ Mœsiarũq;, & omniũ cõtiguorũ Slauorũ prouincias primatẽ & prædicatorẽ firmauit & corroborauit. Successit Sidonio secũdus Gerardus, pro cuius restitutiõe Mogũtinus episcopus Donno põtifici Romano literas misit, circa annũ Salutis 696. cuius initiũ epistolę sic habet: Donno sanctæ & Apostolicæ, & uniuersalis Rom. Ecclesiæ papæ, indignus præsul Moguntiensis ecclesiæ, cũ uniuersis suffraganeis nostræ exiguitati adiunctis, debitũ orationis obsequiũ, & fidelem seruitutẽ. Nouerit ergo sublimitas sanctitatis uestræ, quòd nulla fratrũ unanimitas, S. Rom. ecclesiæ potestati subiecta, fidelior ac subiectior apparet, q̃ nos, qui uestræ dominationi & capiti omniũ ecclesiarum, omni mentis intentione subijcimur, plurimũ gaudentes in Dño, & in dono gratiæ ipsius, quòd per uestrã sanctitatẽ: & sapientiã magnificæ & amplissimæ sedes eiusdẽ ecclesiæ dilatatur in religione diuina, & in hoc instantissimè precibus incũbimus, deprecantes diuinã clementiam, ut ad altiora semper conscendere uos, & de die in diem meliora sectari atq; perficere concedat. De cætero uestræ clementiæ innote scimus, seniorẽ nostrũ Arnolfum, de huius uitæ exilio migrasse. Sed quia quamdiu in hoc mundo subsistimus, pro incerto ferimur, nescientes ubi quorundam animæ post hanc lucem mansionẽ recipiãt, uestris quasi prouoluti uestigijs subnixè poscimus, ut animã ipsius nostrę autoritatis potestate à uinculis peccatorũ absoluatis. Quia quæcunq; solueritis supra terrã, erũt soluta & in cœlo. tali uerò domino rectore & gubernatore amisso, in nostris partibus uacillauit nauis Ecclesię: quemq; regem eligeret, paruo tempore inscia mansit. Et quia timor magnus aderat, ne solidum regnũ in partes se scinderet, diuino (ut credimus) instinctu factum est, ut filius senioris nostri, quamuis paruissimus, cõmuni cõsilio principum & totius populi consensu in Regem eleuaretur. Et quia reges Francorũ semper ex uno genere procedebant, maluimus pristinũ morem seruare, quàm nouæ institutioni insidere. Et tandem subijciens, epistolam claudit: Insuper pietati uestræ intimamus, quòd fratres & patres & coepiscopi nostri Bauarienses, se apud nos conquerentes, & alta suspiria trahentes gemebant, qualiter Marauienses populi Francorum potestati rebelles, iactent se ab illorũ consortio esse diuisos, & seorsim metropolitano gloriantur à uestra concessione esse sublimatos: cum nunq; metropolitana sedes inter illos haberetur, sed semper illorũ prouincię & diœcesi cohærerent. Dolebant se apud nos, quòd quorundam machinatione magna infamia circa uestram celsitudinẽ essent denotati: & quę plura sequuntur in eadem epistola, cuius hic est exitus: Aut tandẽ cognoscãt (intelligit Morauię episcopos, Laureacẽsi metropolitæ subiectos) cui dominatui subijci debeãt. nos siquidẽ debitos esse cognoscimus, si quid à sanctę matris Ro. ecclesiæ scilicet sinu cõtenderit elabi, uos modò certificari, ut nostra potẽtia ad rectitudinis lineã reducat. Quòd si uestra admonitio illos nõ correxerit, uelint nolint, Francorũ principibus colla submittẽt: & credimus, absq; sanguinis effusione & mutua cæde, ex utraq; parte nũc posse bene cõtingere. Iterũ iterũq; uestrę dignitatis auribus replicamus, q̃ tam episcopi q̃ laici B
Baua-

A Bauariẽses in religiõe Christianitatis, nulla gẽte inferiores esse probant, necq̃ uncq̃ Frãci absq; illorũ auxilio aut in ecclesiasticis rebus, uel in bellicis negotijs nominatim uel fama dignũ aliquid peregerũt, sicut necq̃ illi absq; istis, &c. Hac igitur de causa cum Morauiæ se episcopi subtrahere uellent ab obsequio Laureacensis metropolitæ, Leo secundus põtifex Romanus, qui tertius à Donno sedit ad Gerhardum secundum hoc nomine in Laureaco archiepiscopum, eiusmodi literas dedit:

Leo episcopus seruus seruorũ Dei, Reuerendissimo & sanctiss. cõfratri nostro, Gerhardo S. Laureacẽsis ecclesiæ archiepiscopo: Si pastores ouiũ solẽ geluq́; pro gregis sui custodia die ac nocte ferre cõtenti sunt, & ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsib. rapiat, oculis semper uigilantib. circũspectãt: quanto sudore quantaq́; cura debeamus esse peruigiles nos, qui pastores animarũ dicimur, ut attendamus, & susceptũ officiũ exhibere erga Dñicarũ ouiũ custodiã non cessemus, ne in die diuini examinis pro nostra desidia ante summũ pastorẽ negligentiæ reatus excruciet. Vnde modò honoris reuerẽtia sublimiores inter ceteros iudicamur. Palliũ autẽ fraternitati tuæ ad Missarũ solennia celebrãda cõcedimus, quo tibi non aliter, ecclesiæ tuæ priuilegijs in suo statu manentibus, uti largimur, nõ solùm in die cõsecrationis Chrismatis, ac sanctæ & uenerandæ Resurrectionis Dñi nostri IESV CHRISTI, seu in natalitijs sanctorũ Apostolorũ atq; Ioan. Baptistæ, nec nõ in festiuitatib. sanctæ Dei genitricis Mariæ, similiter in Dominicæ Dñi nostri Natiuitatis die, paritérq; in solennitatib. ecclesiæ tuæ: uerũ etiã in cõsecratione episcoporũ & presbyterorũ, & quãdó à te synodus celebrat, si fortè conuenticulũ illic fuerit neophytorũ, qui ad fidẽ Christi tua exhortatione sunt perducendi, nec non in festiuitate S. Stephani protomartyris Christi, sanctíq; Laurẽtij, & illorũ sanctorũ tuorũ, qui corporaliter in tua requiescũt parochia, uti concedi-
B mus, sicut à prædecessore nostro Dño Gregorio huius almæ sedis pręsule sancitũ est. In secretario uerò tua fraternitas palliũ induere debet, & ita ad Missarũ solẽnia proficisci, & nihil tibi pręsumptionis temeritate arrogare: ne dũ in exteriore habitu in ordine aliquid arripitis, in ordine etiã quæ licere poterãt, amittantur. Cuius quomodo indumenti honor modesta actuũ uiuacitate seruãdus est, hortamur ut ei morũ tuorũ ornamẽta cõueniãt, quatenus autore Deo rectè utrobicq; possis esse conspicuus. Itaq; uita tua filijs tuis sit regula: in ipsa si qua tortitudo illis ingesta est, dirigãtur: in eaq; imitent, aspiciãt in ipsa se, semper cõsiderãdo proficiãt, ut tuũ post Deũ uideatur esse beneficiũ, quòd uixerint. Cor ergo necq̃ prospera quę temporaliter blandiũtur extollãt, necq̃ aduersa dejiciãt: sed quicquid illud fuerit, uirtute patientiæ deuincat. Nullũ apud te locũ odia, nullũ fauor indiscretus inueniant. benignũ te sentiãt boni, districtũ mali cognoscãt. Insontẽ apud te culpabilẽ suggestio mala nõ faciat, nocentẽ gratia nõ excuset. Remissũ te delinquẽtib. nõ ostẽdas: ne q̃d ultus nõ fueris, perpetrari permittas. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit & iudicis seuera districtio: unũ scilicet, q̃ innocẽter uiuẽtes foueat: aliud, q̃d ingetos feriẽdo à prauitate cõpescat. Sed quomodo nõnuncq̃ præpositorũ zelus, dum districtus maloꝝ uult uindex existere, trãsit in crudelitatẽ correctio: irã iudicio refrena, & cẽsura disciplinæ sic utere, ut & culpas ferias, & à dilectiõe personarũ, quas corrigas, nõ recedas. Misericordẽ te, prout uirtus patitur, pauperibus exhibe. oppressis defensio tua subueniat: opprimentib. modesta correctio cõtradicat. Nullius faciẽ cõtra iustitiã accipias, nullũ quærentẽ iustitiam despicias. Custodia in te æquitatis excellat, ut nec diuitẽ potentia sua aliquid extra uiam apud nos suadeat rationis audere, nec pauperes de se sua faciat humilitas desperare. Quatenus Deo miserãte talis possis existere, qualẽ sacra lectio pręcepit, dicens: Oportet episcopũ irreprehensibilẽ esse. Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistrã charitatẽ habueris. Quã qui secutus fuerit, à recto aliquãdo tramite nõ recedit. Ecce frater

Munus episcopi rectè hic describitur.

Pallij archiepiscopalis dotes.

charissime, inter multa alia ista sunt sacerdotij, ista sunt pallij: quæ si studiose seruaueris, qđ foris accepisti, intus habes. Fidē autē quā in tuis epistolis breuiter adscripsisti, licet latius explanare debueras, redēptori tamē nostro gratias agimus, quod eā in ipsa breuitate ratā esse cognouimus. Sancta Trinitas fraternitatē uestrā gratiæ suæ protectione circūdet, ut post uitæ huius amaritudines, ad æternā simul peruenire dulcedinē mereamur. Valete. Hæc ex epistola Leonis papæ, quæ eo prolixius adduximus, ut quàm pij fuerint olim ac diligentes ouiū pastores Romani pōtifices, ac qđ præterea in pallio archiepiscopali mysteriū lateat, hodierni seculi homines, quia bona tollere instituta omnia simul cū abusibus conant̃, inspiciāt, atque uel inuiti intelligāt. Porrò idē pōtifex Leo rescriptū aliud ad episcopos Norici dedit, Egilolphū uidelicet Iuuauiensem, Isingrinū Ratisponēsem, Landbertū Frisingensem, & Vuismundū Sebonēsem, iubēs ut Gerhardo Laureacensi tanquam ipsorū uero metropolitano pareāt, ac eius dicto audiāt. Et habet nominatim eius finis epistolæ sic: His uerò omnib. prælibatis, fraternitatē uestrā monemus per hāc nostrā Apostolicā iussionē, ut huic Gerhardo archiepiscopo, cui uicē nostrā in cunctis finib. uestris cōmisimus, in omnib. quæ ad ecclesiasticū ordinē pertinent, obedientes & adiutores sitis: quatenus in una cōcordia persistētes, ecclesiastica iura, & Christianitatis religio in uestris partibus pro paganorū incursione, & malorū Christianorū persecutione, corrupta & deprauata esse uidentur, Dño largiēte, & beato Petro apostolorū principe cooperāte, ad rectitudinis normā ualeant reformari, & uos in futuro examine securi possitis audire uocē Dñi dicētis: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituā, intra in gaudiū Dñi tui. Præter hæc Eberhardo duci Boiariorū, nostra autoritate iniungimus, ut præfato Gerhardo archiepiscopo in omnib. auxiliū præstet, ut suæ ecclesiæ status & rectitudo ac proprius uigor ad integrū culmen & priscū decorē suo iuuamine ualeat pertingere, si Dei omnipotentis & S. Petri etiā gratia suorū delictorū à nobis uult recipere remissionē. Atque hęc de Gerhardo Laureacēsi archiepiscopo, quē diximus in hac pallij pręrogatiua octauū extitisse. Quē sequit̃ nonus Vnilo nomine, Boioarijs Theodone, hoc nomine secundo, cū Theobaldo & Grymoaldo filijs imperāte. Quib. Hugebertus postea dux successit, qui omnes principes Boiorū præcipuā regni sedē in castro Laureacēsi habuerāt, ut uel hoc nomine de ipsis aliquid, atque eorū successione, hoc Capite dicendū fuerat. Cęterū ad Vnilonē Laureacēsem archiepiscopū, Zacharias Ro. pōtifex, Pipino Frācis, & Odilione Bauaris iura dicētibus, epistolā talē dedit, super reformatiōe Boiariæ ac Norici diœcesibus, anno Salutis nostræ currēte 740. Dilectissimo nobis Vniloni, S. ecclesiæ Boiariorū archiepiscopo, Zacharias papa salutē. Dño cooperante, & sermonē cōfirmāte, ad dilatandā Christianitatis legē, & orthodoxæ fidei tramitē, ad docendū iuxta qđ prædicat sancta hæc Romana (cui Deo autore præsidemus) ecclesia: Innotuit nobis sanctissimus & reuerēdissimus frater & coepiscopus noster Bonifacius, nuper decreuisse & ordinasse in Germaniæ partibus episcopales sedes, ubi præest uestra dilectio, & prouincias in quatuor diuisisse parochias. Hęc ex epistola Zachariæ, qui eūdem in sensum ea de re Bonifacio scripsit: Igitur quia indicasti, inquit, perrexisse te ad gentē Boiariorū, & inuenisse eos extra ordinē ecclesiasticū uiuentes, dum episcopos nō haberēt in prouincia, nisi unū nomine Vnilonē, quē nos ante tēpus ordinauimus: & quia cū cōsensu Odilionis ducis Boiariorū, seu optimatū prouincię illius, tres alios ordinasse episcopos, & in quatuor partes prouinciā illā diuisisse, id est in quatuor parochias, ut unusquisque suā habeat parochiā, bene est, satis peregisti frater. Et hęc quidē epistola, ac plura cōtinet, quæ Vnilonē coarguūt, nō solū Laureacēsem extitisse archiepiscopū, sed simul Pataui ēsem cathedrā gubernasse. Quē quicunque secuti sunt, oēs utrasque cōiunctas diœceses habuere,

Nonus archiepiscopus Laureacensis.

A habuere, cathedra metropolitana ob cõtinuas Auarũ & Hungarorũ incursiones è Laureaco Batauiã trãspoſita. Secuti ſunt aũt Vnilonẽ in utraq; ſede, Sidonius, Anthelmus, Vualdaricus, quo tẽpore Taſſilo ſecũdus Odilionis filius Boiarijs leges dabat. Quẽ & in Laureacẽſi caſtro ſedẽ regni tenuiſſe, fundatio Chrembs monaſterij, duorũ circiter miliariorũ interuallo ſeparati, demonſtrat. Referẽ enim in ea, Guntherũ Taſſilionis filiũ, cũ uenatũ cũ paucis in proximũ nemus exiſſet, ut erat iuuenis, aprũ ardẽtius conſecutũ fuiſſe, comitibus tardius ueſtigia Domini legẽtibus, ac in nemore deuio errãtibus. Vnde accidit, ut ſolũ aper principẽ obruerit, ſpiculisq; atq; ſagittis deſtitutũ interfecerit, uno ſolo cane cadaueri adſiſtẽte: q & poſt aliquot dies, cũ deſideraret filius ducalis, & undiq; à ſuis quęrerẽ, Laureacũ cucurrit, ac latratu ſuo cõtinuo ſeruos in nemus ad locũ ubi iacebat Gũtherus, deduxit. Quãobrẽ in loco occiſionis, pater Taſſilo, cũ Liupurgi matre, cœnobiũ celebre in honore S. Saluatoris & B. Agapiti auſpicatus eſt, q̊d à riuo iſthic fluẽte Chremſam appellauit, anno labẽte à Chriſti natiuitate 778. Vbi & corpus filij terræ condiderũt. Eſt uerò huic aliud proximũ S. Floriani monaſteriũ, in quo canonici regulares haud procul ab Enſio, ubi Laureaci rudera eſſe præfati ſumus, ſub Præpoſito degũt, deficiẽtis cathedræ Laureacẽſis reliquię ac ueſtigia: q̊d & ipſum Laureacenſe, & à martyre quẽ oſtendimus iſthic paſſum fuiſſe, S. Floriani domũ quondã inuenio dictã. In quo Taſſilonẽ poſtremũ Boiorũ principẽ, cũ Theodone filiorũ altero, Carolus Magnus, q fidẽ imperio aliquoties fefelliſſet, detonſum incluſerat, ut his uerbis Otho Friſingẽſis lib. 5 Chron. cap. 29 teſtaẽ: Circa idẽ tẽpus rege Paſcha Dñi celebrãte in Ingelhaym, Taſſilo cũ maiorib. gẽtis ſuæ uenit. Vbi, dũ accuſatus à Boiarijs fuiſſet, q̊d regi non ſeruaſſet fidẽ, quinimò Auares, hoc eſt Pãnonios ad uaſtandũ regnũ induxiſſet: cũ de his & alijs huiuſmodi cõuictus fu-

B iſſet, maieſtatis reus, & capitali ſentẽtia plectẽdus iudicaẽ. Rex tamẽ miſericordia motus, in monaſterio Laureacẽſi, q̊d ipſe cõſtruxerat, eũ monachicũ habitũ adſumere, ac de peccatis pœnitentiã agere permiſit. Sed hęc nõ ſunt huius loci. Reuertor ad Laureacenſes metropolitanos, qui, ut diximus, eiſdẽ auſpicijs Batauienſem quoq; iã adminiſtrare ſedẽ cœperãt, ac poſt Vualdaricũ decimuſtertius iã in Laureaco habitare archipręſul Vrolphus nomine cœperat. Nã q̊s antea recenſuimus tres, ob Hunnorũ & Auarũ metũ Batauiæ ſedẽ diœceſis elegerãt, pallij etiã prærogatiua ab Arno & Heroldo Iuuauiẽſibus epiſcopis priuati, quibus Carolus Magnus fauebat, & eius filius Ludouicus Pius. Quocirca cum pax eſſet relata, pulſis procul Hũnis ac Auaribus ex Norico & Pãnonijs, illorũ quorũ meminimus Cæſarũ auſpicio ac armis, Vrolphus qui apud Batauiã electus fuerat, à Ludouico Boioariæ & Francorũ rege hoc nomine ſecundo obtinuit ueterẽ Laureaci & ſedẽ & diœceſim per Morauiã, uſq; & Pannonias propagatã, quẽ Eugenius etiã Papa II in his confirmauit, ac uetera priuilegia atq; archiepiſcopij dignitatẽ reſtituit, ſcriptis ea de re literis ad epiſcopos Morauorũ & Pãnoniæ, quorũ præcipui tũ erãt, Fauianenſis, ubi eſt hodie Viẽna Auſtriæ: Specuiulienſis, ubi eſt nũc Olomucẽſis Morauię: Nitrauenſis, fortè ubi eſt hodie Nitria Hũgarię epiſcopalis etiamdũ ſedes: Origiturẽſis & Vetuariẽſis, quę ante aliq̃t ſecula cathedrę ab Hũgaris deſtructæ, nunq; fuerũt reſtitutę, queadmodũ nec Laureacẽſis metropolitana. arbitror aũt Origiturẽſem extitiſſe, ubi eſt hodie Turna Hũgarię, q olim ager ad Morauię regnũ, unà cũ pręcipuis Hũgarię comitatibus iſthic ad Vagi fontes ſitis ptinebat. Sic & Vetuariẽſis antiquę Morauorũ eccleſię ſedis, rudera in finibus Bohemię & Morauiæ extãt, in Vetaw oppidulo ac caſtro. Sed placet exẽplũ Põtificiæ epiſtolę inſerere: Eugenius epiſcop. ſeruus ſeruorũ Dei, Rathfredo S. Fauianẽſis eccleſię, & Methodio eccleſię Specuiuliẽſis, Meſconi Origiturẽſis eccleſiæ, atq; Alchunino

Decimus, XI, et XII archiepiſcopi.

Krembſminſter monaſterij initia.

Initia S. Floriani cœnobij.

Decimuſtertius archiepiſcopus Laureacenſis.

nino S.Nitrauenſis eccleſiæ,paríq; modo Annoni S.Vetuarienſis eccleſię epiſco A
pis,ſimul & Tutundo,nec nõ Moymaro,ducibus exercituũ plebis Hunię, quę &
Auaria dicitur, atq; Morauiæ.Deſiderio ſalutis animarũ ueſtrarũ,filij in Chriſto
chariſſimi,cum audiuiſſemus Chriſtianiſſimã conuerſationẽ ueſtrã,& ſanctę fidei
bonorumq; operũ ueſtrorũ proceſſum,ſummo gaudio atq; lætitia fuimus exhila
rati. quia diuina in uobis operãte clemẽtia,ut Apoſtolus ait,ubi abũdauit delictũ,
ibi ſuperabũdat gratia: atq; quomodo ſancta Dei eccleſia,noſtris tẽporibus quo-
tidianum in electione ueſtra ſuſcipit incrementũ. Cuius optabilis rumoris index
fuit reuerẽdiſſimus Vrolphus,S.Laureacenſis eccleſiæ archiepiſcopus,& ſanctiſ-
ſimus frater noſter, ueſter aũt ſpiritualis pater, qui per ſuã ſanctam prædicationẽ
adoptiuos Deo uos genuit filios.Is itaq; ad Apoſtolorũ limina orationis cauſa ue
niẽs,nouã eccleſiam noſtris Apoſtolicis benedictionib.informandã ſubnixè com
mendauit,quã Domino auxiliãte catholicè gubernandã in ueſtris partibus ſuſce-
pit.In quibus & quondã, Romanorũ quoq; Gepidarũq; ætate, ut lectione certũ
eſt,in ſeptem epiſcoporũ parochias, anteceſſores ſui iure metropolitano obtinue
rãt diœceſim.Quia igit' ex iuſticia & lege,præfatus Deo digniſſimus archiepiſco-
pus debito obligat',ut illæ terræ prius Chriſticolæ, atq; ſuorũ antiquitùs anteceſ-
ſorũ creditæ prouidẽtię,quã nũc uos Dei omnipotẽtis occulto mediante iudicio,
uelut hæreditariã poſſidetis,ipſe euãgelicus agricola, diu negata ſpargat cœleſtis
uitæ ſemina,atq; in lucrandis Chriſti animabus rediuiuã de uobis nutriat ſegetẽ.
Quẽ uerò doctiſſimũ diuini oraculi miniſtrũ,ſaluti ueſtrę cognoſcẽtes per omnia
neceſſariũ,fide & exẽplo probatũ meritò erga illã Apoſtolicã ſeruantes ſententiã,
qua dicit',Quomodo credunt ſine prædicatione? aut quomodo prædicabũt,niſi
mittant'? ab hac S.Romana matre eccleſia,uobis eũ rectorẽ tranſmiſimus, atq; in
præfatis regionibus Huniæ, quæ & Auaria appellat', ſeu Marauiæ, prouinciarũ B
quoq; Pãnoniæ & Mœſię,Apoſtolicã uicẽ noſtrã,& diœceſim atq; ius eccleſiaſti
cum exercendi,& uſum ac poteſtatẽ anteceſſorũ ſuorũ,uidelicet S.Laureacẽſis ec
cleſiæ archiepiſcoporũ, ſibi ſucceſſoribusq; ſuis canonica authoritate committi-
mus, atq; huius conſtitutionis decretũ noſtræ ſubſcriptionis priuilegio robora-
mus. Palliũ quoq;,iuxta conſuetudinẽ antiquã,ſanctitati ſuæ dedimus. Quod ita
ſibi cõceſſimus,ſicut prędeceſſores noſtri ſuis prędeceſſorib.cõceſſere,priuilegio
rũ ſuorũ ſimul integritate ſeruata:cuius dilectioni q̃uis hoc meritò permittemus.
Propter ueſtras aũt petitiones ſuper hac re flagitãtibus, ad honorẽ ſuũ noſtrã A-
poſtolicã uicẽ & auctoritatẽ inſuper accumulauimus, quod nunq; ſuis permiſſũ
eſt prioribus,quatenus & uos cõfratres & coepiſcopi deinceps reuerentiã ei am-
pliorẽ exhibere ſciatis:& in ſana doctrina cœleſtis eruditionis ad ædificationẽ ue

Sancta præcepta à Romanorum pontifice data epiſcopis.

ſtrã,ut filij ſapiẽtes,obediatis.Atq; uos laici primates,ac uulgus ſaluberrimis prę-
ceptis ſuis,nõ uelut homini,ſed Deo humiliter obtemperetis: & in fide catholica,
quã per Dñm IHESVM cõſecuti eſtis,fortes permaneatis.Nam totius artifex do-
li diabolus,cuius dominio & pompis in ſacro baptiſmate renũciatis, iacturam &
damnũ ueſtræ ſalutaris ſurreptionis moleſtè patit', ac per uarias occaſiones ziza-
niã perfidię ſeminãdo,uelut inulta iniuria bacchat',ac ut ueſtrûm aliquis terga uer
tat ſanctæ profeſſioni inceſſanter molit'.Quapropter ſæpedicti archiepiſcopi,ui-
delicet paſtoris ueſtri adeò deſtinati inſtitutionib.benignas aures prębete: quos
& uerſutiã ſathanæ cauere,atq; eius æternos cruciatus euadere inſtruit: ac ipſe in
die iudicij de bonis operibus ueſtris, ſeculorũ Domino perpetua remunerandos
gloria præſentabit. Ad perfectam aũt & neceſſariam eruditionẽ ueſtræ ſalutis,ut
cõperimus,nõ ſufficiunt pauci,qui modò conſtituti ſunt uobis,epiſcopi:quia plu
res ſunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti,ad quos propter inopiã præco-
num diuini

A num diuini uerbi nondum peruenit notitia Christi. Idcirco enim, ut accrescat turba fidelium, studeat solertia uestra pro mercede & remissione peccatorũ uestrorum, adminiculũ atq; iuuamẽ præbere reuerendissimo Vrolpho archiepiscopo, quatenus dudum illic constitutorũ episcoporũ numerus impleat, qui cõgruè constituti & uobis posteris'q; uestris poterũt esse proficui, scilicet ad restauationẽ ecclesiarũ, propter nomẽ Domini, de possessionibus uestris, quas redditus dotes'q; earũ fama diuulgãte quondã fuisse noueritis, æternã sufficientiam uobis cõparantes, eisdem ecclesijs ipsi conferatis: idoneis'q; uiris ad hoc ministeriũ electis, maximè in illis locis, si opportunitas & utilitas cõmendauerit, ordinent antistites, ubi iudicia ecclesiarũ & ædificiorũ sedes pontificales olim fuisse demonstrãt. Sin aũt, illius arbitrio & deliberationi, qui uel ubi disponãtur episcopi, cõcedimus, cui uicem nostrã apud uos ecclesiastici regiminis per omnia cõmisimus. Valete. Atq; hæc de Vrolpho archiepiscopo hactenus: quẽ secuti sunt utraq; in sede, hoc est Laureacẽsi & Batauiensi cõiunctis, Hatto, circa annũ Domini 807: Reynharius, anno 819, per Paschalem papã archiepiscopus consecratus: Hervvicus, anno salutis 844: Erinricus, anno 859, qui negligẽs ueterẽ Laureaci sedem, iura omnia ac priuilegia Batauiã transtulit, propterea metropolitani prærogatiua à Romana sede exutus. Donec Vvichingus quispiam Batauiæ eligeretur episcopus, qui in ordine Laureacensiũ decimusoctauus, postq; metropolitana ibi cõstituta cathedra fuisset: qui rursus ab Adriano secundo in archiepiscopũ consecratus, ut habẽt antiquissimi à nobis reperti Annales, nequaq; in illũ antiquũ Laureacensem archiepiscopatũ missus est, sed in quandam neophytã gentẽ, quam Quentenbaldus dux bello domuit, & ex paganis Christianos esse parauit. Ipse tamen Vvichingus postea (ut Annaliũ uerbis utar) Laureacensem archiepiscopatũ obtinuit: duo'q; duces Marauiæ, Moymar scilicet & Tudun, per Laureacensem episcopũ & legatos

Posteriores archiepiscopi Laureacenses.

Decimusoctauus archiepiscopus Laureacensis.

B Apostolicæ sedis totã Marauiã Auariam'q; cum finitimis Schlauis & confinibus, ad fidem Christi cõuertebant. Vvichingũ porrò in Batauiensi solum sede secuti sunt, Laureacensi metropolitana omnino derelicta, & ab Hungaris destructa, Engelmarus, Richarius, Burcardus, Gumpoldus, Gerhardus, & Adalbertus. cui cũ peregrinus quispiã, Othone primo imperãte, substitutus fuisset, ac iam pulsis uictis'q; Hungaris, eiusdẽ Cæsaris auspicio, pax Norico reddita fuisset, à Benedicto tertio, uetera Laureacensis sedis priuilegia cõsecutus, postremus Norico ripensi archiepiscopus & metropolites præfuit, de quo in peruetusto Annalium codice hæc nominatim uerba scripta legimus: Benedictus papa, Laureacensi ecclesię priuilegia sua restituit, & Piligrinũ archiepiscopũ canonicis literis munitũ, sedi Laureacẽsis ecclesiæ inthronizauit, pallium'q; ei secundũ antiquũ ecclesię eiusdẽ usum direxit. Extat adhuc epistola ab eodẽ pontifice Germaniæ episcopis, de restitutione Laureacensis metropolitanæ in Norico ripensi scripta, in hæc uerba:

Postremi Laureacenses archiepiscopi.

Vigesimusquartus & ultimus archiepiscopus Laureacensis.

Dilectissimis nobis in Christo filijs, Hrodberto S. Mogũtinę ecclesię, & Theoderico S. Treuerensis ecclesiæ, atq; Adalberto S. Magdaburgensis eccclesiæ, pari'q; modo Gereoni S. Coloniensis ecclesiæ, atq; Friderico S. Iuuauiensis ecclesiæ, sed & Adaldango S. Bremensis ecclesię, archiepiscopis: pariter'q; domino nostro Othoni gloriosissimo imperatori Augusto, atq; nepoti suo Henrico præcellẽtissimo duci Boiariorũ, cęteris'q; omnib. episcopis & abbatibus, ducib. atq; comitibus Galliæ ac Germaniæ: Benedictus, diuina gratia præditus Apostolicæ sedis pontifex, seruus seruorũ Dei, in Dño salutẽ. Oportet iustis supplicantũ petitionibus, nos semp faciles & humiles exhibere: & præcipuè cũ fraternis religiosorũ cõsacerdotũ precib. solicitamur, qui passim ab omni mũdi termino tenorẽ & regulã, atq; proprij officij uigorẽ, ab hac uniuersali S. Romana matre ecclesia, eius'q; sortiũtur ministro,

ministro, uicario scilicet beati principis Apostolorū, cuius quamuis indigni, eiusdem tamen gratia & dono potestati successimus & ordini. cui uoce Dominica dicitur: Tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam. Quapropter dignum æstimauimus, assensum præbere congruis postulationibus reuerendissimi archiepiscopi Piligrini, quas per probabiles personas nobis intimauit, responsalium suorum, duorum uidelicet presbyterorū, quatenus sibi pallium & metropolitanū honorē cathedræ suæ sanctæ Laureacensis ecclesiæ restitueremus, confinio Hungarorum adiacenti: quod omnino nos eidem ecclesiæ debere, testantur antiquissima secum adportata priuilegiorum testimonia, in quibus cōtinebatur, quod ætate pontificatus beati Symmachi, huius almæ sedis Apostolici præsulis, pręfata sancta Laureacensis haberetur ecclesia metropolis: & in quantū tam exinde quàm etiam de passionibus beatorum martyrū, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi, uarijs sunt tormentis mulctati, colligere possumus, ex omnibus ecclesiarum diœcesibus Pannoniæ, hæc antiquitate & archiepiscopij dignitate esse primitiua creditur. Quę iam multis retroactis temporibus, ex uicinorum frequenti populatione barbarorū deserta, & in solitudinem redacta, nullum Christianę professionis habitatorem meminit: usq; dum inuictissimus Augustus, & pater patriæ, genitor quippe pij Imperatoris nostri (quem adhuc superesse, & diu dominari mundus exoptat) bellico trophæo eorum uires retudit. Nunc autē quamobrem uocibus exultantibus in laudem omnipotentis Dei erumpimus, nō solùm sæpedicta sancta Laureacensis ecclesia hostium cessante terrore, cum accolis suis pace & tranquillitate potitur: uerumetiam ipsi dudum inimici, illum quem persecuti sunt more gentili, iamiam Christum baptizati profitētur, ac sacerdotes modò habere desiderant: ac prout scire rudes poterunt, uenerantur, & ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restaurare uidētur. B Hac ergo suadente ratione, quòd prænominati sanctæ Laureacensis ecclesiæ Archiepiscopi postulatio, antiqua Apostolica authoritate cōmendatur: & pręterea quòd cum iustum esset, pariterq; utile etiam uisum est, ut ad fructificandas Deo gentes ex nouitijs cultoribus fidei Vngarorū atq; Marauorū, siue etiam alijs multis Slauorum suæ parochię finitimis, illic ordinatis episcopis, secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus archiepiscopū. Et hæc quidem ex epistola Benedicti tertij, ad Germanię episcopos, de restituendo, Piligrino episcopo, priuilegio antiquo. Qui pariter Piligrinus, ne in sese collato honore metropolites abuteretur, ad eundem Romanū pontificem Benedictū, posteaquam aliquot Hungarorū populos ad fidem Christi pertraxisset, talem epistolā dedit:

Ordinis ac nominis charismate prærogato, sanctæ Romanæ sedis uniuersalis Benedicto pontifici, Piligrinus sanctæ Laureacensis ecclesiæ humilis seruitor, fidelitatem precū, deuotumq; seruitium. Notum fieri dignetur uobis, summe sacerdotum præsul, quod supra omne animi mei desiderium nunc delectarer, Apostolorum uisitare limina, uestráq; optabili perfrui præsentia, & ea facie ad faciem, quæ literis, & internunciorū committo indicijs, sanctissimæ paternitati uestræ corām ratiocinari: nisi quod à neophyta Hungarorū gente huc ire prohibeor. apud quam fœdere pacto, sub occasione pacis, fiduciam sumpsimus, operam exercere prædicationis. Cuius enim terror gentis ex longo tempore, & iam aliarū prouinciarum prædicatoribus meę diœcesis hactenus aditum clausit: ad quas nihilominus pręsentis opportunitas temporis ire me uocauit. Quibus Deus optimus, qui solita sua pietate semper dispersa congregat, aperire dignatus est ianuam cordis sui, diu clausam, ut discisso uelamine diuitiæ suæ, depositáq; ferina crudelitate, leui iugo Domini colla submittant. ab hac præfata Hungarorū gente multis precibus ipse

A bus ipse inuitabar uenire, aut missos meos in opus Euangelij illuc dirigere. Ad quos dum transmitterem satis idoneos uiros ex monachis, canonicisq; presbyteros, atq; de singulis ecclesiasticis gradibus clericos, & uita & omni conuersatione illorũ sic ordinata, quemadmodum in gestis Anglorum didici, tantum diuina gratia suis institutionib. fructũ statim ministrauit, ut ex eisdẽ nobilioribus Vngris, utriusq; sexus catholica fide imbutos, atq; sacro lauacro ablutos, circiter quinq; millia lucrarentur. Christiani aũt quorũ maior pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captiui, quibus nunquã soboles suas licuit nisi furtiuè Domino consecrare, modò certatim, nullo obstante timore, offerunt eos baptizare, ac gratulantur omnes tanquã de peregrinatione sua in patriã reducti, quòd Christiano more oratoria audent construere, & licentia percepta, linguam ligatam in laudem Saluatoris præsumunt soluere. Ipsi enim barbari mira omnipotentis Dei operante clementia, quorũ licet adhuc gentilitate sint quidam detenti, nullum tamen ex illorum subditis uetant baptizari, nec sacerdotibus inuident quócunq; libet proficisci. sed ita cõcordes sunt pagani cum Christianis, tantamq; adinuicem habent familiaritatem, ut illic Esaiæ uideatur impleri prophetia: Lupus & agnus pascẽtur simul, leo & bos comedent paleas. Factum est ergo, ut penè cuncta Hungarorũ natio sit prona ad percipiendum fidem sanctam. Sed & aliæ Slauorũ prouinciæ ad credendum promptæ: & est ibi messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Vnde quoq; uisum est iam necessarium esse, quatenus sanctitas uestra illic aliquos iubeat ordinari episcopos. Quia & quondam Romanorum, Gepedarumq; tempore, proprios septem antistites eadem orientalis Pannonia habuit: & Mœsia, meæ sanctæ Laureacensi, cui ego indignus ministro, ecclesiæ subiectos: quorũ etiam quatuor, usq; dum Hungri regnum Boiariorũ inuaserunt, sicut præsenti co-
B gnitum est ætati, in Marauia manserũt. Quod nimium graue, ac ualde onerosum est mihi, ut tot pontificij parochias, solus prædicando circumeam: quibus necessitate, & adiutorij inopia, cogor nonnunquam meam subtrahere præsentiam. Ecce, dominorũ amantissime, huiusmodi ecclesiasticis mancipatus officijs detineor: & ni fecissem moram sæpedictæ gentis conuersioni, ire & prosterni ad uestra sanctissima uestigia non distulissem. Legatos tamen meos, præsentium scilicet portitores, ad uestram destinaui serenitatẽ, quos audire dignetur quæso clementia uestra, & eorum meisq; mixtim precibus prębere assensum, quatenus pallium insulamq; pontificalem, quod speciale munus honoris, ex hac sede tantum dirigitur metropolitanis. Quod etiam mei prædecessores, à gloriosis huius principalis cathedrę primatibus accipere soliti erant. Mihi uerò hoc ipsum benigno animo per illos dirigere dignetur, pariterq; etiã priuilegia Apostolicæ auctoritatis meæ ecclesiæ per eosdem missos uestris præsentata sacris obtutibus more prædecessorũ uestrorum, roborari supplico, & confirmari, ut hac Apostolica sanctione benedictione munitus, mihi cõmissam populi gubernationẽ canonicè exequi ualeam, & uestris rationibus in die iudicij imputetur, quòd in illis finibus ex paganis noua ecclesia Domino lucrata sit. Quomodo uariæ ac peruersæ hæreticorum sectæ timendæ sunt, quos sæpe contigit deprehendi, alios, quibus pręsunt, errore suo corrumpere, quos agnitione orthodoxæ ueritatis debuerant illustrare: ut hæc tam pestifera de me amputetur suspicio, solenne symbolum catholicæ fidei, quam ipse teneo ac doceo, uestro Apostolatui profitendũ salubre censeo. Confiteor & credo sanctam atq; ineffabilem Trinitatem, Patrem & filium & spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiæ, unius naturæ, unius maiestatis & uirtutis. Et patrẽ quidem non genitum, nõ factum, sed ingenitum profiteor. fons ergo & origo ipse est totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium

Nota, Vetustioris archiepiscopi munus.

Symbolum fidei Laureacensium.

genuit: nec tamen aliud quàm quod ipse est genuit, Deus Deum, lux lucẽ. Filium A
quocq; de substantia patris sine initio ante secula natum, nec tamen factum fateor.
Igitur non sicut filius à patre, ita pater à filio est. Quia non pater à filio, sed filius à
patre generationem accepit. Filius ergo Deus de patre: Pater aũt Deus, sed Deus
non de filio. Si enim pater fuit, semper habuit filium, cui pater esset Deus: & ob
hoc filium de patre natum sine initio confiteor. Spiritum enim sanctum, quæ est
tertia in Trinitate substãtia persona, unum atcq; æqualem cum Deo patre & filio,
credo Deum esse unius substantiæ, unius quocq; naturæ. nec tamen genitum uel
creatum, sed à patre filiocq; procedentem, amborum esse spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec de filio tantum procedit ad sanctificandam creaturã:
sed ab utrisq; procedere monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse cognoscitur: & nec patris tantum, nec filij tantum, sed simul patris & filij spiritus dicitur. In relatiuis uerò personarum nominibus, pater ad filium, filius ad patrem,
spiritus sanctus ad utrosq; refertur. Quæ cum relatiuæ tres personæ dicãtur, una
tamen natura uel substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias
prædico: sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non
ad alium, sed ad filium: & quod filius est, non ad se, sed ad patrem est. Similiter spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem & filium relatiuè refertur, in eo quòd spiritus patris & filij prædicatur. In hac ergo sancta Trinitate, tres personas, unum
Deum confiteor. Ergo non ipsum qui est pater, dico esse filium, uel spiritum sanctum fateor, uel ipsum filium patrem: nec spiritum sanctum fateor, uel eum qui
est spiritus sanctus, patrem uel filium dicere ualeo: sed quod pater est, hoc esse filium, hoc esse spiritum sanctum, sine ulla ambiguitate pronuncio. Personas enim
distinguo, non naturam Deitatis separo. Tres ergo illas unius atcq; inseparabilis
naturę personas, sicut non confundo, ita separabiles nullatenus prædico, cum nullam ante aliam, nullam post aliam, nullam sine alia uel extitisse, uel quippiam operasse aliquando credatur. Inseparabiles enim inueniuntur, & in eo quod sunt, & B
in eo quod faciunt. Habet enim pater æternitatem sine natiuitate, filius æternitatẽ, & spiritus sanctus processionis à patre & filio sine natiuitate. De his ergo tribus personis, sola filij persona hominem uerum sine peccato, pro liberatione generis humani ex Maria uirgine, nouo ordine nouacq; natiuitate assumpsit. Nouo
ordine, quia inuisibilis in diuinitate, uisibilis monstratur in carne: noua aũt natiuitate est genitus, quia incorrupta uirginitas & uirilem coitum nesciuit, & fœcunda per spiritum sanctum, carnis materiam ministrauit. Dei enim filius non personam hominis accepit, sed naturam. Naturam enim nostram in unitatem suæ personæ assumpsit. Et idcirco filius Dei & filius hominis unus est Christus. In eo
namcq; quod filius Dei est, æqualis est patri: & in eo quod est filius hominis, minor est patre. Qui etiam, ex quo homo est, pro delictis nostris passionẽ sustinuit,
morticq; addictus, & cruci, ueram carnis mortẽ accepit. Tertia quocq; die uirtute
propria suscitatus, de sepulchro resurrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri, in
hac carne qua nunc sum, & moueor, resurrecturum me credo. Idem autem Dominus & Saluator noster, peracto resurrectionis suę triumpho, paternam sedem
repetijt, à qua per diuinitatem nunquam recessit. Inde in fine seculorum uenturus, iudicabit uiuos & mortuos, reddetcq; singulis prout gessit quisq; in corpore
siue bonum siue malum. Ecclesiam sanè catholicam precio sui sanguinis redemptam, cum eo credo in perpetuum regnaturam. Credo & confiteor unum baptisma, in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergo fidem professionis
meæ inuiolatam me retinere, & ab ea nunquam deuiare promitto. Qualiter ergo
ex prælibata fide idiotas erudire debeam, & ipse in suscepta Nouitiorum ecclesia
conuersari,

A conuersari, rescripto paternitatis uestræ, cautius flagito, ut merear edoceri. Memetipsum etiam, iterumque sanctitatis uestræ fidei precibusque subnixè commendo, commendatumque perpetualiter fore inhianter desidero. Dignam autem uestræ sublimitatis memoriam, quam tota per orbem frequentet ecclesia, ego cum omnibus mihi subditis uotis & orationibus celebrare non desisto. Quidquid etiam humani seruitij, quod uestram deceat magnitudinem, ex me conferri possit, totum ex toto pro libitu uoluntatis uestræ liberaliter expendere, Pater dilectissime, satago. Et hactenus cùm de uetustissimis Laureacensis metropolitanæ in Norico ripensi cathedræ priuilegijs, tum de Piligrino uigesimoquarto & postremo huius sanctæ & longè antiquissimæ sedis archiepiscopo: cui in Patauia quidem Christianus successerat, nemo autem in Laureaco ueteri à pontificibus Romanis ulterius pallio fuit insignitus, prærogatiuam uniuersam ad se Salisburgensi archipræsule trahente, decedentibus insuper Morauiæ ac Hungariæ episcopis, quorum reges cum sacris undis essent perluti, cum uniuersa subdita natione, proprios de sua gente metropolitanos creauere. Etsi Iohanni duodecimo papæ, ut habent antiquissimorum Annalium uerba, huiusmodi in forma, Dietmarus Salczeburgensis, Vualdo Frisingensis, Erchinbaldus Eistetensis, Zacharias Sebonensis, Tuto Ratisbonensis, & Richarius Batauiensis episcopi, deprecatorias literas miserint, pro eodem Batauiensi episcopatu, qui in quinque episcopatus eiusdem Iohannis iussu erat diuisus. Sed quod rogauerant, minimè obtinuerunt.

Laureacensis archiepiscopatus cessat.

Constat igitur, sub Ottone secundo Laureacensem ecclesiam primùm omnium defecisse. Quo factum est, ut urbs simul, quæ amplissima quondam fuerat, & ad confluentes Anisi ac Danubij posita, pristinam inciperet paulatim magnitudinem dignitatemque amittere: ut hodie eius reliquiæ in Ensio castro ac oppido, re-

Situs & magnitudo Laureaci ueteris.

B motius paulo à ripa Danubij cernantur. Supersunt tamen, quæ uetustam urbis magnitudinem facilè declarant, pagus ripæ Danubij extra Ensium insidens, ac antiquum nomen retinens, quem Lorcham, à Laureaco nimirum, incolæ appellant. Extra mœnia Ensij hodie & sancti Laurentij basilica cernitur, quæ in literis antiquis ac rescriptis intra Laureacum commemoratur. Mansit ad nostri seculi memoriam extra Ensium procul & præpositura sancti Floriani, quondam Laureaco contiguum cœnobium, de quo in antiquo Annalium codice hæc adnotata uerba reperi, de anno Domini 1073: Est locus in Norico ripensi, dictus ad domum sancti Floriani. In hoc loco erant clerici coniugijs & lucris secularibus intenti, negligentes seruitium Domini. Hos prudentia episcopi eliminauit, & ad seruiendum Deo religiosas ibi personas congregauit (loquitur autem de beato Altmanno Batauiensi episcopo, & cœnobij Gotvvicensis in Austria fundatore.) Porrò ipse locus fertur quondam à monachis inhabitatus, sed ab Hungaris destructus. denuò ab Engelberto episcopo reparatus, clericis est mancipatus. Porrò Engelbertus post Piligrinum postremum archiepiscopum, Batauiæ tertius præfuit, circa annum *. Ad hæc, e regione Lorichij pagi, Spilbergum castrum Danubio undique ambitum extat, quò usque Laureaci mœnia propagata fuisse, Annales ostendunt. Quinimò Ensium ciuitas ipsa iuri quondam dominorum ab Aniso & Spilberg addicta fuerat. quorum inuenimus Herbodum, anno Salutis 1210, Rudbertum 1230, à cuius familiæ postremo Eberhardo, Rudolphus Habspurgensis imperator, qui filium Austrijs ducem dederat, Ensium ciuitatem ac castrum sexcentis libris argenti emit, satisfacto etiam iuri quod in eo Vvigandus sancti Floriani præpositus prætendebat. Cuius uoluntati tum ita respondisse traditur Rudolfus, ut præpositus ille quem diximus, pro seipso & successoribus suis, singulis annis duci seniori Austriæ aureum annulum pro iure pa-

Quomodo Ensium ciuitas ad Austriacos deuoluta sit.

S. Floriani cœnobium prope Laureacum.

tronatus exhibere se adstrinxerit, ualore quinque ducatorum. Et sic patet, quem- A
admodum Laureacensis coloniæ ac metropolitæ, quæ supererant adhuc rudera,
in potestatem Austriæ ducum concesserint. cuius multo antè loci ab Henrico
quarto Cæsare, Ernestus Austriæ tum marchio, aduocatus erat institutus, Cæsa-
reo hæc nominatim uerba priuilegio loquente: Insuper intuiti sumus cum pu-
ro desiderio nostræ mentis, quòd prænominatus illustris princeps Ernestus,
Marggrauius Austriæ, adeò bene meritus & dignus est, quod eidem ipsum san-
ctum Romanum imperium adiutoriosum esse debet: quia ipse situatus & consti-
tutus est in uno fine Christianitatis, & omni tempore incitat & exercet opera Do
mini nostri IHESV CHRISTI: Damus & concedimus nos eidem in adiutorium
& subsidium illos episcopatus, cum omnibus bonis ipsorum, quæ hactenus à lon-
gæuis temporibus cognominati sunt & fuerunt, Iuuauia & Laureacensis: & quę
sequuntur, quæ superius in Capite de Iuuauia adducta sunt prolixius. Cæte-
rùm ius ecclesiasticum ab eo nihilominus tempore Batauiensibus episcopis man-
sit, qui archidiaconum eo subinde loci habuerunt, ubi Austriæ principes in secu-
laribus burggrauium aluere. Qua hodie dignitate ac sede utitur longè optimus
ac munificentissimus Heros, literarum, ac earundem alumnorum, rarus ac singu-
laris patronus, dominus GEORGIVS GIENGERVS iureconsultissimus, incly-
ti Romanorum Cæsaris Domini FERDINANDI à cubiculis ac arcanis consilijs,
de nobis multis modis benemeritus. Sed uenio ad Antiquitatis exempla, quæ
eo adhuc in loco supersunt: ut de numismate, quod frequens quotidie uariorum
Cæsarum ex agris proximis eruitur, nihil dicam.

IN LOCIS SACRIS, B

In templo sancti Laurentij parochiali
extra mœnia:

D. M.
FAVSTINI
ANOT. VE. C. T.
ILLYR. VIL.
INGENVS
FIL. ET FELIX
T. S. C. EX. VIR.
EIVS B. M. P. P.

In monasterio sancti Floriani, ad alterum lapidem ab Ensio,
extat in sacris tabernaculum cum hac Græ-
ca inscriptione:

ΦΙΛΗΣ ΤΟ ΛΑΜΠΡΟΝ ΚΑΙ ΣΟΦΟΝ ΤΟ ΤΗΣ
ΤΕΧΝΗΣ ΚΑΛΛΟΥΣ ΤΟ ΤΕΠΝΟΝ ΣΧΗΜΑΤΟΣ
ΤΟ ΠΟΙΚΙΛΟΝ ΤΩΝ ΕΝΔΩΝ Η ΒΛΗΣΟΥΣΑ
ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΔΗΜΙΟΥΡΓΗΣΑΝΤΟΣ
ΟΞΕΩΝ ΠΑΘΟΣ ΥΠΕΡΦΕΡΟΥΣΙ ΤΥΣ ΚΙΒΩΤΟΝ
ΤΟ ΠΑΛΛΑΙΟ ΕΩ ΓΑΡ ΑΥΤΑΙ ΤΩΝ ΠΡΙΝ ΕΞΗ
ΡΗΜΕΝΑ ΜΕΙΞΩΝ ΤΟΣΑΥΤΩ ΠΙΣΤΙΣ Η ΘΕΟ
ΦΑΝΟΥ ΠΡΟΣΕΥΠ ΚΟΝΣΚΗΝΩΜΑΤΩΝ ΑΙΤΗ-
ΜΑΤΩΝ ΤΕΥΞΑΣΑ ΚΑΛΛΥΝΑΣΑ ΤΟΥΤΟ
ΕΠΙΠΟΘΩ ΕΙΣ ΨΥΧΙΚΗΝ ΚΑΘΑΡ-
ΣΙΝ ΕΙΣ ΒΙΟΥ
ΕΚΕΠΗ.

Quod

A *Quod Latinè uersum sic habet:*

Subtili splendidumq; eleganscq; arte, pulchritudine iucundum, figura uarium, intus existentium scaturiens mirificatio, factoris feruens affectio. Præferunt arcæ illæ priscæ. Quanto enim hæc prioribus sunt supraleuata, maior tanto fides est illuminata per Deum, adorabile tabernaculum orationum, quę fabricata est, adornauitq; id cum desiderio ad animi purgationem, & ad uitæ protectionem.

IN LOCIS PROPHANIS PVBLICIS,

In castro:

C. IVLIO VECTIO AVG. VINDELI. CVM MIL. FR. LEG. VIII AVG. VIX. ANN. XXIII. MILITAVIT AN. VI. H. F. C.

In mœnibus ciuitatis:

M. ANTON. IANVARIVS T. FLAVIVS P. F. NORICVS IIII VIR I. D. V. F. BAVIA Q. L. PRIMA SIBI ET BRICENIO SIVE SERVO SIVE LIBERTO MEO ET BLANO.

In turri quadam:

AEL. GANNA LON. Θ AN. LXX. ET AEL. SECVND. CON. Θ ANN. XL. AEL. C. DIDVS.

Hæc de ueteri colonia Laureaco, cùm ex Chronicis uetustissimis, tum uerò diplomatibus pontificũ Rom. à me in perlustratione scriniorũ ac bibliothecarũ cœnobiorum erutis atq; repertis, quoad fieri potuerat, breuiter dixisse atq; inserere hic uoluimus, ut quæ proprio libro seorsim prolixius scripsissemus. Etsi dum hæc securus rerũ omnium, laruato cuidam comiti, libro inserta Chronicω̃n, & ubi cœnobiorũ fundationes Austriæ continebant, siue exordia dicere mauis, nimis fideliter credo, surrepta clàm pro suis ediderit, additis quibusdam, siue nugis, siue ab B alijs cõparatis, ac ad fidem quomodolibet pronis. Et ne furta crederentur, quòd hæc Basileã transuecta Oporino multo antè tradiderã, nouũ etymon nominis uetusti absurdissimè bonus uir excogitauit, tanq; à Laureatio potius quodam, qui multis postea seculis floruerat, & nõ à literis laureatis appellationẽ colonia illa sortita fuerit: siue, ut ille malè argumentat, Germanica uox illa existat: oblitus, uel inscius potius, quo tẽpore metropolitana siue episcopij sedes isthic cœperat, à Romanis Latinisq;, nõ à Germanis cultã extitisse. Hęc à quibus extracta sit (inquit ille) uel quo tẽpore cœperit, aut unde nomẽ etiã acceperit, à laureatis ne literis, ut aliqui prorsus ex Germania Latiũ facere uolentes, nimiũ uel superstitiose fingũt, uel frigidè somniant. At miror profundũ historicũ illũ, si dijs placet, ueteris liberę Germaniæ terminos ignorasse, quæ Danubio secus Rhœtias Noricumq; Romanorũ ac Latini iuris prouincias terminabat: qua de re & Ioannes Auentinus & B. Rhenanus meminere, & ipsi adeò in primo huiusce Operis libro infinita testimonia ex cãpo historiarũ adduximus. Atqui LAVREACVM colonia Norici fuerat, nisi & illud historicus ille ignorauit. Sed mittamus illa. Quid si alia Latina uocabula municipiorũ eodẽ in Norico ripensi, Pannoniaq; prima ripensi, ab Antonino & libris Noticiarũ orientis occidentisq;, ac ipso Dione etiam cõmemorata, illi obiecero? ueluti Arã lapideã, Quintanã siue Quincianã, Lacũ fœlicẽ, Cetiũ montem, Comagenũ, Æquinoctiũ, Quadratũ? An ne illorũ etymon atq; primordia à Germanis repetet? quæ uel pueris elemẽtarijs cognita sunt, Latinæ originis esse, & nõ teutonicæ. Ita dũ neglecta historiarũ lectione, bonus ille comes, qui ab eadẽ sibi lauro malè nomẽ usurpat, historicis se inserit ac miscet, in infinitos errores labit. qualis & ille est, q Gerhardũ Germanici nominis & linguę episcopũ Laureacensem, qui sub Francorũ imperio floruerat in Norico, Romanum facit, & impe-

rante Philippo primo circa annos Dñi 250, apud Laureacũ sedisse fingit, multis annorũ seculis aberrãs. Sed hęc in Apologia nostra copiosius tractabimus: quorũ hic epitomẽ adiecisse capiti multo antè à me lucubrato, ac Oporino tradito, anteꝗ̃ is suas nænias attulisset, uoluimus, ut cornicula Aesopica denudaret aliquando. A

CAP. VI. DE ARTAGRUNA, SAXINA, ET USBIO, *& qui circa hæc loca coluere populis, Mugillonibus & Manimis, ipsaq; Luna & Harciana syluis, cum Adrabæ campis, & Danubij in his finibus cataractis.*



EXPLICATIS pro parte citerioribus Norici ripẽsis municipijs, trajciendum mihi iam est in alterã Danubij ripã, Romanæ prouincię Norici obtensam, ubi nõ minus Noricos coluisse, quos Ptolemęus Nariscas uocare uidetur, Narinus flu. qui adhuc in illis finibus currens ex Bohemiæ nemore, penè eregionè Laureaci Istrum ingreditur, testari potest. de quibus Tacitus, de moribus Germanorum: In Hermunduris (inquit) Albis flumẽ inclytũ, & notũ olim, nunc tantũ audit̃. Iuxta Hermũduros Narisci, ac deinde Marcomãni & Quadi agũt, præcipua Marcomãnorũ gloria, uiresq;, atq; ipsa etiã sedes, pulsis olim Boijs, uirtute parta. Nec Narisci Quadi'ue degenerant. Eaq; Germaniæ ueluti frons est, quatenus Danubio pergitur, Marcomãnis Quadisq; usq; ad nostrã memoriã reges manserũt ex gente ipsorũ. Nobile Marobodui & Tudri genus, iam & externos patiuntur. Sed uis & potentia regib. ex auctoritate Romana, rarò armis nostris, sæpius pecunia iuuant̃. Nec minus ualẽt retro Marsingi, Gothini, Osi, Burij terga Marcomannorũ Quadorumq; claudũt. E' quibus Marsingi & Burij sermone cultuq; Sueuos referũt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica coarguit, nõ esse Germanos, & quod tributa patiuntur. partem tributorũ Sarmatæ, partem Quadi ut alienigenis imponũt. Gothini, quo magis pudeat, & ferrũ effodiũt. omnesq; hi populi pauca campestriũ, cæterũ saltus & uertices montiũ iugumq; insederũt. Dirimit enim scinditq; Sueuiam continuũ montium iugũ. Vltra quod plurimæ gentes agunt, è quibus latissimè patet Ligiorũ nomen, in plures ciuitates diffusum. Hæc eo prolixius ex Cornelio adducere placuit, partim ꝙ faciãt ad illam ulteriorẽ Danubij ripã, qua is Austriã diuidit, plurimũ, ubi loca ista antiquitatis in paragrapho capitis huius proposita, sita quærenda sunt: partim uerò, ꝙ nec ista Taciti descriptio à nostris dissidere temporibus solet, si nomenclaturas locorũ, quæ à Romanis corruptæ sunt, pressius consideremus. Collocat uerò is post Hermunduros, in quibus Albis oritur, ubi sunt hodie Bohemiæ ac Monasteriensis ducatus confinia, utrinq;, quatenus Danubio pergitur, hoc est ad Danubij usq; ripã, Nariscos & Marcomannos: quorũ adhuc in Austria ulteriori, Norico ripẽsi uidelicet ueteri Romanę prouincię obiecta, indicia nõ contemnenda supersunt. Hinc Austria supra Nardinũ siue Narinũ, portio nõ contemnenda ulterioris, à Nariscis, ut existimo, qui isthic unà cum Mugillonibus proximi Herciniæ syluæ ac Boiohemo colebant, denominata fuit. nec aliunde Markfeldinos campos & Austriã intra Marcã & Manharczbergum, ꝗ̃ à Marcomãnis, Manimisq;, qui isthic ab Hercinio nemore ad Danubiũ usq; agros habuerãt, appellationẽ à maioribus nostris accepisse credendum est. Concordant & cætera omnia. Pulsis enim Bois in Vindeliciam & Noricũ ripense, ubi postea Boiarię & ducatus & marcha fuere, ut uerbis Taciti utar, manet adhuc Boiohemi nomẽ, significatq; loci ueterẽ memoriã, ꝗ̃uis mutatis cultoribus. Porrò nõ solùm ex Bohemia Boios à Marcomannis tum pulsos extitisse, uerùm adeò etiam ex eo agro qui hodie est Austriæ ulterioris, præcipua illius portio testat̃, quanta supra Cambũ flu. Bohemiæ regnũ contingit, quã & hodie Boigreich, hoc B

Locus Cor. Taciti de ulteriori Austria.

A hoc est, Boiorũ regnũ dicimus, cuius metropolis Zuetla Austriæ ciuitas est. Sic quos Tacitus retro Marcomãnos ac Sueuorũ iuga cõtinuata habitare dicit, Gothinos, Marsingos, Osos & Burios, uel umbras nomenclaturarũ ueterũ, reliquere locis, quæ Slauini, Zechi ac Maraui occupauere, posterius ab ipsis in barbarũ idioma detortis, Gutenberg/Gutenstayn (ubi hodie nõ solùm ferrũ, sed argentũ etiã eruit) Mersenburg/Austerlicz/Ospicz/Ossenstain, & quos Brennaburios Vitikindus appellat, hodie Brandeburgios dicũt. Isthic & Ligiorũ memoria, in marcha Lusnicia: quanquã & in Austria ulteriori (nam in plures ciuitates Ligiorũ nomẽ diffusum uel tum fuisse, Tacitus memorat) nõ cõtemnenda eius gentis uestigia extẽt, Luenfeld/Leysperg, agri iusti, Laa/Lutschaw/Lemburg/Lumenburg/Lanúcz, &c. oppida & castra ad Ligiorũ uocẽ, quos Luios Ptolemæus lib. 2 cap. 11, tab. 4 Europæ, & Luetios Strabo uocare uident. qui similiter illã Dannbij orã delineãs: Et supra Sudetos montes (inquit) Teuriochemæ, sub montibus uerò Narisci, postea Gabreta sylua: sub Maruingis aũt Curiones, postea Chetuori. Et usque Danubiũ, Parmæ campi. Sub Gabreta uerò sylua, Marcomãni: sub quibus Sudeni, & usque ad Danubiũ flu. Adrabæ campi. Sub sylua aũt Hercinia Quadi: sub quibus ferri minera: & Luna sylua, sub qua gẽs magna Bœmi, usque Danubiũ. Quibus cõtigui sunt iuxta fluuiũ Teracatriæ, & penes campos Racatæ. Hic apparet, uitio quodã Ptolemæũ dixisse (si non librariorũ est error) Maruingos, Quados & Bœmos, quos Tacitus teutonicã magis pronunciationẽ imitatus, Marsingos, Gothinos & Boiohemos appellauit. Cætera teutonica sunt, ab homine Græco (quod mirũ nõ est) deprauata uocabula: Teuriochemæ pro Turingis & Turichhaym, Gabreta pro Brod, Brodomyr, ubi Bohemica sylua Morauiã attingit, sub qua Marcomãnos colere hic Geographus asserit. Et sub his Sudenos esse, &

Locus Ptolemæi de ulteriori Austria.

B usque Danubiũ Adrabæ campos, quorũ in ulteriori Austria nominũ saltẽ memoriæ manẽt, Sidendorff/Newsidl/Rhabs/Rhecz/Rauhenmayß mons, & qui celebris quondã fuit in his finibus comitatus Rabgaw, quo nomine literis inuenimus in Austria subscripsisse Albertũ comitẽ de Rabgaw, anno Domini 1177. cuius siue uidua fuerit, siue mater, Hildburgis comitissa de Rabgaw, quę nobile illud Austriæ ulterioris Benedictini instituti cœnobium posuit, quod Altenburgũ hodie uocant. Cuius itẽ prosapię Ekhebertus ac Vdalricus comites à Gars, regia uidelicet eorũ, nominati, Geras Pręmonstratensiũ ac Bernekhiũ sanctimonialium monasteria, in eisdem Austrię ulterioris finibus fundauere. Sed redeo ad textũ Ptolemæi, qui rursus Lunã syluã depingit sub Hercinia & Quadis, quam uocem falso pro Gothinis suppositã autumo: quia in his ferrũ tradit effodi, quod in Gothinis fieri Tacitus refert. Porrò ea adhuc sylua nomine extat ueteri, ac riui simul qui ex ea in Danubiũ fluũt. Nam quo tractu à Gutenbergo, id est Gothinis Hercinia sylua (quã Boiohemũ circundare Strabo scribit) in Austriã descendit, duas ex se propagines dimittit: alterã in eam quã uocant inferiorẽ, in ortũ uidelicet extensam, quę uetus adhuc nomẽ exprimit, ober vnd vnder Manharczperg: alterã uerò in occasum exporrigit, qua Bohemia Austriæ marchæ superiori adhæret, quæ & ipsa antiquã retinens appellationẽ, hodie ab incolis nominatur in der Lunsnikh, uel ut aliqui barbarè uocãt, in der Launsnykh. Ex qua duo fluuij oriuntur eiusdẽ nominis, alter Launicz deorsum in meridiẽ lapsus, ad Mathusiũ, & eregionè Laureaci Danubio confluit: alter uerò ex eodem nemore prosiliens, supra Kunigwisam, contrario cursu in Bohemiam influens, Lutschaw, & alia Austriæ ulterioris loca præterfluit, Lunsnikius Germanis eorum finium accolis nuncupatus. Cuius in distinctione terminorum Austriæ & Bohemiæ, diploma meminit à Friderico Cæsare primo datum in hæc uerba:

Exordia cœnobiorum ulterioris Austriæ.

Hercinia sylua Austriæ.

Luna sylua Austriæ.

ylua o priui egium.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Fridericus diuina fauente A clementia, Romanorum imperator semper Augustus. Ad imperatorię dignitatis spectare dignoscitur uigilantiam, eos qui ad pacis & iustitiæ obseruationẽ cõducunt, intendere, & seditionum occasiones prudenti cautela pręcidere. Nihil uerò reperitur efficacius magnas lites suscitare, q̃ uiros potentes suæ potestatis & proprij dominij terminos ignorare, uel ultra debitũ extendere. Eapropter agnitam inter duces Austriæ & Bohemiæ de suorũ terminis ducatuũ controuersiam, dignum tandem duximus amputare: atq; utriq; ducatui iurisdictionis suæ terminos certis limitibus assignare. Euocatis igitur ad nostræ Maiestatis pręsentiam, eorundem ducatuũ possessoribus, cõsanguineis nostris, Luipoldo duce Austriæ, & Friderico duce Bohemiæ, sic ex consilio principum Imperij nostri, in curia nostra apud Egram, eosdem ducatus disterminauimus, & institutis publicè metis distinximus, ut hæc distinctio prudentibus & maioribus utriusq; terræ tanquam omnino cõgrua placeret, & iam uterq; ducũ assensu placido adprobaret, ipsamq; sibi & suis successoribus, perpetua lege seruanda reciperet: & ambo uiri quod secundum actam contentionẽ super hanc, & in alterutrũ habere uidebantur, spontanea & manifesta resignatione abducerent. Ne super his ergo deinceps oriatur ambiguitas, ad firmam definitæ rei cognitionẽ & memoriam, nomina & situs terminorũ eorundem principum pagina fecimus cõmunire. In superiori itaq; parte utriusq; terræ, Austriæ uidelicet & Bohemiæ, terminus est mons qui dicitur Altus. ab illo monte terminus dirigitur usq; ad cõcursus duorũ riuorũ, quorũ unus uocatur Schrembs, alter Lunczems, siue Lunsnikh. Inde porrigitur usq; ad uadũ quod est iuxta Segor. ab illo uado recta æstimationis linea terminus idem extenditur usq; ad ortum Gesticæ fluminis, ab ortu uerò eiusdem fluminis usq; in Vrgruob. Hanc ergo prædictorum ducatuũ disterminationẽ, auctoritate Imperiali B confirmamus, & omni deinceps æuo ratam haberi statuimus: præcipientes sub pœna Imperialis gratiæ, ut nullius unquã præsumptione uioletur. At si quis eam infringere attentauerit, centũ libras auri, medietatẽ fisco regio, & medietatem iniuriam passo componat, irrita tantũ ipsius præsumptione. In cuius rei argumentũ præsens priuilegium iussimus conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo roborari, ordinatis testibus qui huic interfuerunt ordinationi: qui sunt, Chueno Ratisponensis episcopus, Diepoldus marchio de Vohenburg, Fridericus & frater eius burggrauius, Ekhenbertus de Garse, Adalbero de Churingẽ, Vvernherus de Rabenstayn, Henricus de Zebingen, Rudolphus de Vesilowe, Ludouicus de Tribausvynkl, Cadelhohus de Tulbingen, Henricus de Mistelbach, Meginhardus de Vvulfindorf, & alij q̃plures. Gotofredus cancellarius, uice Christiani Mogũtini archiepiscopi, & totius Germaniæ archicancellarij, recognoui. Acta sunt hæc anno Domini millesimo centesimo septuagesimo octauo, &c. Sed hæc nimis pro-

Bohemia. lixè insero, reuertens iam ad Ptolemæũ, qui sub Luna sylua Bœmos collocat, gentem permagnã, quæ adhuc hodie, nomine saltem eodem, intra hanc syluam colit: etsi, ut diximus, Tacitus Boiohemos appellet, secutus fortasse Australium teutonorum pronunciationem, qua hodie Bauari ac Austriaci utuntur. nam interiores Germani hodie adhuc, ut Ptolemæus, Bœmos illos nominare uidentur.

Adhęc, quemadmodum Lunæ syluæ contiguos Bœmos usque ad Danubium refert: ita & hodie, de quo locuti fuimus antea, Boigreichio, in inferiori Austria penè ad Danubium tractus ille hoc nomine propagatur. Vt de superiori Austria nihil dicam, cui Bohemia quatuor & circiter miliariorum spacio à ripa

Machlandia. Danubij cohæret: ubi est hodie Freystadium ac Machlandia prouincia, & Mugellij duo riui iusti, non aliunde quàm à Mugillonibus nominata, quos Strabo libro septimo

A broſeptimo Boiohemo ac ſyluæ eam regionem ambienti Herciniæ, contiguos deſcribit hiſce uerbis: In hoc tractu (inquit) ſita eſt Hercinia ſylua, & Sueuorum natio. Ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſyluam habitant. Sunt & Coldulorũ pleriq;, in quibus & Boiohemũ eſt, Marobodui regia. Quem in locum ipſe, cum alios plures traduceret incolas, ſuos conterraneos etiam Marcomannos adegit. Is enim ex humiliori gradu maiores ad res conſtitutus fuit, poſteaquam è Roma regreſſus eſt. Nam à iuuenilibus annis hic uerſabatur, ubi ab Auguſto Cæſare magna beneficia comparauit. reuerſus autem, magnum adeptus eſt potentatum. Et præter eos quos antè dixi populos, Luios etiam uendicauit, gentem ſanè permagnam, & Zumos, & Butones, & Mugillones, & Sibinos, & ipſorum Sueuorum nationẽ ampliſſimam Sennones, &c. Ab his igitur Mugillonibus Mugellij duo riui, qui ex Bohemica ſylua orti in Danubiũ exonerant, ſupra Linczium, denominationẽ accepere, unà ſimul cum Maghlandia, iuſto terræ tractu, eius Auſtriæ, ſuperioris uidelicet ſectionis, quæ Bohemiæ cohæret, & olim inſignis Romani imperij comitatus fuit, antequam ad Auſtriæ fuiſſet principes deuoluta. Cuius uidelicet domini comites à Purchauſen, Lebnaw, & à caſtris Machlandiæ quæ adhuc ſuperſunt, Chlam, Klingenberch, Gruenberg ac Machlandia cognominabantur, inſignibus eiſdem utentes, colore ſaltem inuerſo, quæ hodie Auſtria ſuperior uſurpat: clypeum uidelicet in duas partes per longum diuiſum, in quarum altera duæ oblongæ rubræ ſunt lineæ in albo, & in altera aquila candida oblonga ex rubro emicat. Pertinebant uerò ad hunc celebrem ac ampliſſimum comitatum, quem Auſtriaci principes extincta proſapia terræ ſuæ, ex donatione Imperij adiecerũt, quæ adhuc ſuperſunt his nominibus caſtra in Machlandia Auſtriæ, Greyn oppidum, Artagruna in diplomate quodam Ludouici primi Cæſaris dicta, Mathuſa Laureaco ueteri obiecta, Berga, Kunigvviſa, Keffermarkt, Gallennevvkirchen, Pabnnevvkirchn, Bregartẽ, Drageyn, Vveytra, oppidula: & caſtra, Gruenburg, Arbang, Vvyndhag, Schvvaidperg, Klam, Klyngnberg, Narn, Oriet ſiue Chreicz, Aych, Haus, Riedel, Brandek, Reichnſteyn, Luſtenberg, Reichnaw, & pluribus alijs. Quæ loca multis magnis irrigantur riuis, qui in Danubium exonerant, uidelicet Vſpen (ab Vsbio Romano municipio, ad ripã Danubij ſito, quod Valentinianus primus Cæſar in aduerſam ripam tranſtulit, ubi eſt hodie Ipſium Auſtriæ literis tranſpoſitis à ueteri uoce dictũ) Klon, Narn, Vvaldeiſt, Veldeiſt, Rotl, Haslbach, & duo Muhell, à Mugillonibus adhuc nomenclaturas retinẽtes riui. Redeo ad proſapiam comitũ Machlandiæ, cuius primordia ab eodem fonte ac capite repetuntur, comitum uidelicet à Burkhauſen, quo & Ratiſponenſium burggrauiorum, comitumq; in Auſtria à Schala ſtemmata deſcendere dignoſcũtur. Erbo quippe comes à Burkhauſen, & Raineshouen, aduocatus ſancti Petri Saliſburgæ, quem hiſtoriæ à biſonte in uenatione occiſum narrant, tres filios reliquerat: Gebehardum comitem à Burkhauſen, autorem cœnobij Reitenhaslach prope Burkhauſen: Harduicũ, burggrauium Ratiſponenſem, qui ex coniuge Friderura Erbonem burggrauium tulerat, & Bothonem Poſthumum (qui in Hungariam lares tranſtulit, author Bodorum iſthic, cuius rei Vrſpergenſis etiam meminit) & Sigehardum comitem à Schala. quem aliquot Sigehardi ſecuti ſunt, de quibus proximo Capite dicetur. Cæterùm ut maneamus in ſtemmate primo comitum à Burkhauſen, Gebehardus, autor uidelicet Reittenhaslach, ex Itha Lotharij Cæſaris ſorore, quæ genita fuerat ex Friderico comite Butenſi, & Hedvvige Chunradi ſecundi Cæſaris nata, unum filium ſuſcepit, & tres natas: quarũ una Rulando primo Montfortio comiti nupſerat, altera primo Palatino Tubingenſi, & tertia Vvernhero domino à Ragherſperg. Filius uerò Gebehardus à Burkhauſen

Mugillones populi.

Proſapia comitum de Machland & Purkhauſen.

B

Artagruna oppidum.

Diſtrictus Machlandiæ.

Vsbium uetus.

Machlandiæ fluuij.

Stirps & ſtemma comitum Machlandiæ.

Burkhauſen comes inſtituitur aduocatus Admontenſis cœnobij, à Gebehardo Salisburgenſi archipræſule, circa annum Domini 1072, & iterum Ruggherſpergenſis cœnobij ad ripã Oeni ſiti (quod hodie Reicherſpergũ uocant) à Vvernhero comite Ruggherſpergenſi ſororio ſuo, anno Domini 1074. Is reliquit multos filios, uidelicet Gebehardum poſtremum comitem à Burkhauſen, qui obijt anno 1164, in literis Auſtriacis à Chunrado tertio Cæſare ſæpe teſtis introductus de anno Domini 1143: Sigifridum & Ottonem comites à Lebnaw, qui literis Ottocari tertij Styræ ducis ſubſcripſere: horum nepos Chunradus Friſingenſis epiſcopus, comitatum Lebnaw, ſiue Leubenaw, Bernhardo Carnorum duci contulit ac donauit, circa annum Domini 1246. Reliquit item Eberhardum comitem à Purkhauſen & Vvaſſerburg. à quo deſcenderunt Theodericus comes à Vvaſſerburg, qui literis ſubſcripſit anno 1210: & Cunradus comes de Vvaſſerburg, qui literis à Friderico ſecundo datis ſubſignauit, de anno Salutis 1235. Poſtremò à Gebehardo ſecundo comite à Burkhauſen deſcenderunt Otto & Vvaldchueno, comites Machlandiæ primi, Burcardus & Vvaltherus, Vdalricus, Poppo, Otto & Abraham, qui omnes paſſim à Machlandiæ caſtris comites à Chlam & Klingenberg, in literis uetuſtis, quibus teſtes ſubſignantur, nominantur, & circa annos Domini ſubſcripſerunt 1141, 1143, 1176. Cæterùm Otho primus comitiſſam à Peilſteyn in cõiugio habuit, cuius auxilio Paungartenperg in finibus comitatus, inſtituti S. Bernhardi, primus conſtituit. Reliquit duos filios, Ottonẽ ſecundum comitẽ de Chlam, & Hermannum comitem de Velburch: quorum ille Offniam habuit, comitiſſam à Bernekh: hic uerò Adelhaidem Vvaldchunonis natam. quorum filij & poſtremi ſtirpis extitere, Vdalricus comes de Chlam, Fridericus comes Machlandiæ, cum in terra ſancta obijſſet: itemq; Vvigandus comes à Chlam & Gruenburg, unius ſuprà citatorum filius, puto cum ſine uirili ſemine nobilem ſtirpem terminaſſet Luipoldus quintus nomine, & ſecundus dignitate dux Auſtriæ, ob merita in expeditione transmarina comitatũ Machlandię cum omnibus bonis ab Imperio impetratũ Auſtrię adiecit, annũ circiter Salutis 1186. de quo legunt in peruetuſtis Annalib. iſta uerba: Der Graue Friderich von Klam/der dinget dem hertzog Leupolten Klame die graffſchafft/vnnd Klyngenperch/vnnd ander aigen ze Oſterrich/das darzů gehöret. der ſtarb ienthalb meers/vnnd geuiel das aigen an das land. die witben nam der Marchgraue von Vochburg/dem verlich der Hertzog das aigen/vnnd ſynen kinden an Hohenekh/das nam er auß vnd leichs herrn Růdolff von Pottendorff. Et ſic deſijt nobile ſtemma comitum Machlandiæ. cuius terram ſubdiuidentes Auſtriaci, alijs titulum cum quibuſdam caſtris feudo contulere (quem hodie Hardecenſes comites beneficio Auſtriæ poſſidere ac uſurpare dignoſcuntur) alijs uerò cætera loca conceſſere, eadem ratione feudi. Sic uidelicet Vdalricũ, Ioannem & Hamonẽ libertinos à Gruenburg in literis uetuſtis inuenimus: quo nomine & Vdalricus cũ Henrico Viennæ ad Minores ſepulti cernuntur, anno 1312: & anno Domini 1395, Albertus, Arneſtus & Venceslaus. Sed hæc ſatis. Ad ruinas ueterum municipiorum, ad ripam Danubij, in finibus huius poſitorum comitatus, uenio: quorum Artagrunæ ac Saxinæ diploma quoddam Ludouici Pij meminit, de anno Domini 824, in quo hæc nominatim uerba leguntur:

Comites à Purkhauſen. *Comites à Leubenaw.* *Loca de Artagruna & Saxina.*

A B

In nomine Dei Saluatoris noſtri IHESV Chriſti, Ludouicus diuina ordinante prouidentia imperator Auguſtus. Nullum fidelium noſtrorum ambigere credimus, qualiter Dominus & genitor noſter beatæ memoriæ, pijſſimus imperator Carolus, regnum Hunnorum ſuæ ditioni, non ſine magno præliorum labore ſubiugauerit, & homines terræ illius cultui Chriſtianæ religionis mancipauerit, in

A rit in tantum, ut iam in eadem prouincia multas ecclesias ob Dei reuerentiam & renouari, & à fundamentis extrui faceret. Inde Dei iussu super deuastationem & inopiam Batauiensis episcopatus, misericordia motus, plus cœleste quàm terrenum lucrum desiderans, quædam loca in eius ecclesiæ utilitatem templis ornauit, in qua sanctus Valentinus corporaliter requiescit, & ubi tunc Vvaldaricus uenerabilis episcopus præerat, tradens illi, hoc est in prouincia Auarorum, quendam locum qui uocatur Lytaha, & in terra Hunnorum, Ceisenmurum, Treysmam, Vvachovvam, Pielagum, Nardinum, Roede, Aspach, Vvolnesvvanne, Erlapham, & in Artagrun duas basilicas, & in Saxina duas: & quæ plura in his sequũtur literis. Porrò Saxina in angustias uillæ est redacta, quæ in monticulo sita est supra Greynam oppidum: quod ego Artagrunam esse autumo. Infra quã Vsbij rudera uidentur, mox post cataractas Danubij, è regione Ipsij in Persenbugo oppido, quondam comitum ab Ebersberg sede. Retinent uetus nomen adhuc, riuus qui isthic in Danubium exoneratur, Vspen, & uallis latè secus hunc riuum, in Austriæ ulterioris penetralia extenta, Vspertall incolæ uocant, multis adhuc à uetustate prærogatiuis insignita. Porrò meminit Vsbij Ptolemæus eadem Danubij ripa, in descriptione Germaniæ libro secundo, capite undecimo, tabula Europæ quarta. Quo situ tradunt Annales uetustissimum comitatum extitisse, inde penè usque ad quatuor miliaria secus Istrum iacentem, cognominatum comitatum Spicz & Persenpeug, ac Ebersperg: in quo Carolus Magnus imperator legitur multa prædia ac uineas cœnobio Altacensi in Bauaria donasse, & Eberspergam ad Trunaz Patauiensi sedi designasse: reliquam uerò partem Austriæ marchionibus pro sustentando exercitu aduersus infideles tradidisse. Verisimile est autem,

Saxina.

Artagruna.

Vsbium Ptolemæi.

Comitatus Persenpeugensis.

B comites illos in indignationem Imperij & Caroli imperatoris incidisse, coactos propterea lares mutare in Bauariam: ubi constructo altero Eberspergo, ad famã præclarè gestis rebus uenerunt. Sigehardus Carolomanni regis, eiusq́ filij Arnulphi imperatoris consanguineus, qui ex Gornia coniuge (cum qua Frisingæ est sepultus, anno 906) Ratoldum filium tulit: qui rursus ex Engelmuta (cum qua in ecclesia sancti Amandi Salisburgæ sepeliebatur, 911) Adalberonem filium genuit, comitẽ ab Ebersperg. Huic ex Luitgarda cõiuge duo filij nati fuere, & duæ filiæ: Haydmunda uxor contigit Marcquardo Charinthiæ duci, Vvilliburga uerò sacris initiata Frisingæ uitam finiuit. Quarum frater Eberhardus, cum liberis careret, castrum suum Ebersperg in Bauaria situm, in monasterium cõuertit, anno Domini 928, præpositum quendam nomine Hunifridum ibidem cum quinque clericis constituens: sepultus Frisingæ anno Salutis 949. Cæterùm frater illius natu minor, quem sanctus Vdalricus Augustensis episcopus ex sacris undis susceperat, idcirco Vdalricus nomine dictus, cùm diu in monasterio sancti Galli apud Heluetios educatus extitisset, ad postremum coniugem duxit Richardam Marcquardi Charinthiæ ducis filiam: qua mortua, alteram duxit, Adelhaidem, cum qua in cœnobio est Eberspergensi tumulatus, cum in Innichenhofen sedem tenuisset. Vbi progenuerat duos filios, & unam filiam, Vvilliburgam nomine, comiti à Murhat nuptam: ex quo Haydimundum comitem à Murhat suscepit, sepulta in Gaisenfeld cœnobio, fratris opere, anno 1015. Eberhardus namque fratrum alter, cum ex Adelhaide uxore Saxonica tres liberos procreasset, qui in pueritia obierant, ex castro suo Gaisenueld monialium cœnobium fecit. Cuius frater, stirpis suæ postremus, Adalbero, cum & is ex Adelhaide comitissa Altorfensi nullam prolem ferret, destructo Ebersperg cœnobio ac castro, aliud in loco commodiori monasterium excitauit, ac multis reditibus locupletauit. Et hactenus de Eberspergensium comitum stemmate, quod ex Austria erat in Bauariam

Stemma comitum ab Ebersperg.

uariam translatū. Cui in locum successere, feuda ab Austriæ principibus acqui- A
rentes, Domini à Berga & Schleuncz. de quibus in antiquissimo Annalium codi-
ce, scripto anno 1210, hæc nominatim uerba legūtur: Der hertzog Leopold kaufft
wider herrē Otten von Schleuntz Wechsemberch/Ochtsschayn/Greyn/Hardsteyn/
leüt vnd gůt/vnd alles das darzů gehöret/vmb sechshundert pfundt. Der vogt von
Berge hett vill aigens/vnd vill leüt in dem lande ze Osterrich. do hett der hertzog Lü-
pold/meines herren Een/ainen richter ze Neunburch/vnd auff dem Marthfeld/der
hies Syntram/der thet des vogts leüten so wee vnnd so layt/das er jn ze iungist er-
schlůg ze Neunburch/der můst das land nach vngemach raumen. doch ze iungest ge-
wan er hülde/vnd gab dem hertzog Leupolden auff alles sein aigen/vñ nam es wider
zelehen von jme/vnnd dinget er wider nach seinem todt/dann der hertzog starb auch
on erben. zů dem aigen gehorten/diseu/hauß/berg/Albrechtperge/Chuleup/vnnd
ander leüt vnd gůt. Porrò in literis antiquis, datis præcipuè à Cunrado tertio, &
Friderico primo, de anno Domini 1143, 1162, mentio fit inter primores comites
Norici, Alberti & Friderici à Berga, quod adhuc oppidulum supra Mathusen in
Cataractæ Danubij. Struden. eo occurrit itinere, quod Grunam siue Greynam ducit. À quo loco secundū Da-
nubij ripam, qui ambularit, aut naui inde auehetur, cataractas Danubij uel cernat
oportet, uel transeat, si nauigat, non sine præsenti mortis periculo, & ubi multa
quotannis naufragia fiunt. uulgus Struden/Werfl/vnd Heßgang appellat. Ar-
ctatus quippe eo in loco Danubius ob scopulos nō solùm incumbentes, uerume-
tiam ex medio alueo erumpentes, tria monstra, ac difficillima transitu loca, ceu al-
teram Scyllam & Charybdim efficit. Quorum primum nō procul à Gruna se of-
fert undis altissimis, per scopulos & saxa asperrima sublatis, ut partim à scopulis
per quos est nauigandum, partim ab undis ne nauigia supprimant, metus incum-
Struden Danubij. bat. Incolæ Struden appellant, horribili sonitu latrantē ueluti Charybdim. Hæc
qui omine fœlici superarit, & eorum nautarū ductu qui isthic ad ripas habitant, B
tum uerò ad primū mox lapidem duplicem obuersantē, habet longè difficilimam
nauigationem, & non sine mortis præsente discrimine conspectam. aut enim, si
in patenti mansurus fluuio est, uoraginem nauigia inuoluentem ac deuorantem,
Vuerffel Danubij. emetiri celeritate quadam artificiosa cogetur, Vuerffel appellant: aut si hanc eui-
tare uiam uelit, per angustissimū intra duos scopulos ceu fretū quoddam, asper-
rimis saxis infestum eluctabitur, ac ne rumpantur naues metuet. Incolæ uocant
Hessgang Danubij. den Heßgang, ubi ruinæ uetustorum castrorum utrinq; in scopulis cernuntur, in
quibus dæmones habitare, recepta fama est. Ad has Danubij cataractas allude-
Cataractæ Danubij apud Strabonem & Suidam. re uidetur Strabo libro septimo Geograph. Superiores enim fluminis partes uer
sus fontes, usq; ad præcipites eius decursus, quas Cataractas nominant, Danubiū
uocant. Sed clarius paulo Suidas hæc nominatim adnotauit: Καταῤῥάκται πέτραι
ἐν τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ, ὄρους τρόπον τινὰ ἀπὸ τῷ ῥεύματι ἐπὶ παντὸς τοῦ πλάτους ὑποπεφυ-
κότος, αἷς ἅπασιν ὁ ποταμὸς ἐμπίπτων μετὰ μεγίστου πατάγου ἀνακόπτεται καὶ καχλά-
ζων περὶ ταῖς πέτραις. Id est, si latinè reddas: Cataractæ petræ sunt in Danubio
fluuio, latis ita tumulis ac monticulis, in locis quibusdam sub aqua existentibus, su
pra quas fluuius ille incidens cum magno sonitu repercutitur, scopulos circumso
nans. Quid potuit per deos immortales lucidius dici, ad delineationem eorum lo
Ipsij Austriæ origo. corum, siue difficultates, quæ intra Artagrunā ac Vsbium uisuntur in Danubio
& hodie, ac quorum rationes omnes pericula suprà expressimus? Vt non mirer,
Valentinianū primum hoc nomine Cæsarem, aliud e regionè Vsbij munimentū
extruxisse, quod hodie literis trāspositis ab uoce Vsbium, Ipsium nominatur, uel
telonio nautis, ac ijs qui ex Germania Austriā ingrediunt ac merces inferūt, decā-
tatissimū municipiū. Nā ut nihil dicā de Ammiano Marcellino, q lib. 22, 26, 29, &
30, subinde memorat in Norico ad ripas Danubij munimenta & castella excitasse

Valentinianum

A Valentinianum imperatorem, uel inscriptio ista, ex hoc ipso loco Ipsio uidelicet, à D. Fugsmagio, Maximiliani Cæsaris senatore, Viennam translata, & parieti du calis collegij inserta, ubi adhuc cernitur, satis declarat, eiusdem Valentiniani, fratrisq; eius Valentis, ac Gratiani filij, opus esse, Ipsium nostrum Austriacum:

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI VALENTIS ET GRATIANI PERENNIVM AVGVSTORVM SALVBERRIMA IVSSIONE HVNC BVRGVM A FVNDAMENTIS, ORDINANTE VIRO CLARISSIMO EQVITIO COMITE ET VTRIVSQ. MILITIAE MAGISTRO, INSISTENTE ETIAM LEONCIO P. P. MILITES AVRELIANES LAVREACENSES CVRAE EIVS COMMISSI CONSVLATVS EORVNDEM DOMINORVM PRINCIPVMVE NOSTRORVM TERTII AD SVMMAM MANVM PERDVXERVNT PERFECTIONES.

CAP. VII. DE ARADATA, SIVE ARAlapidea, Præclara, Mea dilecta, & Boiorum desertis.



IAm igitur in ulteriorem Danubij ripam, ex diuerticulo transgressione facta, reuertamur in Noricum iterum ripense, in cuius ripa inter Laureacũ & Comagenum Scotus in Codice præfecturarum Arlapen enumerat, & ibi classis præfectũ collocat, nõ aliter sanè quàm & Antoninus in itinerario suo, similiter eodem situ atq; ijsdem etiam nominibus municipium recenset. Meminit autem in ripa Norici Ptolemæus quoq; libro secundo Geographiæ, cap. xiij. tab. v. Europę, Aradatæ: quę res coniecturam mihi facit, fortè non uanam, mendam in codice græco Ptolemæi esse. Is enim Aramlapideã, quę deprauatè ac per B syncopen in Antonino & Scoto Arlape nominatur, gręcè uolens exprimere, ultimam saltem compositi dictionem λιθῆ, quod lapideam significat, ἀραλιθῆ posuit. & quia similes sunt literæ λ & δ, ac per errorem librarij, qui græcum primus in germania exemplar transcripsit, pro ι α suppositum est, factum est, ut Aradata uox in Ptolemęo in ripa Norici resultaret, quę Aralapidea est, ut diximus in alijs. Quamuis si diuersa extitisse Arlapen Antonini, & Aramdatam Ptolemęi concedamus, nulla nobis ad harũ quærenda uestigia, argumenta desint. Est enim post Ipsium ciuitatem Ardachum monasterium, in his finibus positum, quod non solum alludere uidetur ad uocem Aradatæ, uerùm etiam ante annos quadringentos iustæ ciuitatis amplitudinẽ habuisse, animaduertitur ex Ottone Frisingense, qui libro 1. de gestis Friderici Cæsaris primi, cap. 44. sic nominatim scribit, cum expeditionem transmarinam à Cunrado tertio Cæsare susceptam explicaret: Itaq; hyemalis algoris austeritate, cum ueris benigna humiditate ex telluris partu flores & herbæ procrearentur, camporumq; uiriditas lætam terrę faciem illustrans orbi arrideret, Cunradus rex à Norico castro cum suis procinctum mouens, per Danubium iturus, Ratisbonę naues ingreditur, ac in ascensione Domini, in orientali marcha iuxta burgum qui Ardacher uocatur, castra ponens, suos qui iam aduentabant, duobus seu tribus diebus expectauit. Inde ad terminos fermè regni sui procedens, non longè à fluuio Viscahe mansionem locauit. celebratoq; ibi sancto Pentecoste, cum uniuersis penè copijs suis Lytahe trãsiens, in Pannonia tentoria fixit, alijs per Dannubium nauigantibus, & alijs per terram euntibus, &c. hæc ille de Ardacho oppido: quo sensim in ruinas labente, anno tamen 1195, Fridericus dux Austriæ penultimus, Babenbergensium pręposituram constituit. Cæterùm ab eo loco non ita procul fluuius quispiam ad mœnia Pachlaræ Danubio confluit, Erlaphus nomine, ex alpibus Noricis ortus, qui isthic

Ardacha.

Erlaphus fluuius.

isthic etiam Erlasswes incolis nominatur, ubi olim peruetustus pariter eodem A nomine legitur comitatus fuisse, cuius possessores à regijs ac sedibus suis, comites à Schala, comites à Pilenstayn, siue Beilstayn, & comites à Pleien nominabantur: quorum genealogiam sub finem Capitis subijciam. Subijt igitur coniectura, Pachlaram, ubi Erlaphus in Danubium exit, Arlapen fuisse. Latè enim isthic Danubius patet, & commodissimus ad classem instruendam locus uidetur. Extant praeterea inscriptiones isthic Romanae, ac primorum Marchionum denique Austriae metropolis haec, ac unà cum Melico munimentum praecipuum fuit, Latinè idcirco siue à Romanis, siue Francis Praeclara uocata: quàm uocem Teutonici in Pachlaram detorserunt. unde leguntur in antiquissimis Annalibus à me repertis, hi nominatim rhythmi:

Pachlara.

Da diese von Bern geschaiden warn dan
Da kamen von Pachlarn die Rudigers man/
Fünffhundert vnder schylde für den saal geritten
Lieb war dem Marggrafen das sie es hetten vormitten/
Da rait er weißleichen zů jhn durch die schar/
Vnd sagt seinem degen er war des gewar/
Das jhm vnmer waren die Günthers man
Ob sie den Puhart liessen es wer jhm liebgethan.
Da sah er zween recken Rudiger stahn
Mit waynunden augen vnd hett es viel gethan/
Vnd dem es alles dienet leüth vnd auch land
Wie jhn so viel der burger an Rudiger gewand/
Doch bald hat jm verkürtzt sein starckes leben
Dschlacht wie er ward von Kaiser Haynrich vertrieben/
Vnd mit sampt den Hungern jm zelan B
Ward geschlagen so offt der Heünisch man.

Haec ex Annalibns de Praeclara, quo nomine uestigia Araelapideae nominata fuisse à Francis, & sedem Marchionum extisse primorum ostenderamus, Rudigeri praecipuè, quem Henricus primus ob accersitos in regni Germanorũ perniciem Hũgaros principatu exuerat. Huic municipio (quod hodie est in fide Ratisponensium episcoporum) interuallo duorum miliariorum ad eandem Danubij ripam colle scopuloso eleuatum amplissimum coenobium cernitur, instituti Benedictini, Melicum nomine, quod Marchionum item Austriae, qui post Rudigerum rerum in Norico sunt potiti, & regia, & munimentum prouinciae familiaeque primum conditorium fuerat, in antiquis Annalibus non Melicum, sed Medelicum, & latinè Meadilecta appellatum. Quemadmodum Leopoldus secundus dignitate dux Austriae, ab illo Marchionũ stemmate descendens, qui isthic tumulati cernuntur, in suis Annalibus à me repertis, & scriptis circa annum Domini 1174, his uerbis testatur, locutus de Leopoldo primo Babenbergensi comite, quem Otto secundus imperator Marchionem orientalem, hoc est Austriae creauerat: Non multo pòst tempore (inquit) mortuo marchione Austriae, cum multi procerum pro se quisque instarent Imperatori, qui tunc temporis Rempublicam Romanorum administrabat, prorumpens in medium iuuenis, cum attestatione fracti arcus, regalis promissionis petijt executionem. Cui Princeps nihil moratus, industriam suam commemorans authoritate regia marchiam traditam confirmauit. Ipse autem terram hanc cum multo comitatu adiens, castrum munitissimum in monte nostro situm, quod homo potentissimus nomine Zillo tenebat, magna ui caepit atque destruxit. ibique Canonicos duodecim, ne uidelicet aliqua in eo restaurari munitio posset, instituit. Mons enim idem qui modò corrupto nomine dicitur Mellich, à quo fluuius praeterfluens nominatus est, propter op-

Melcium coenobium.

Medelicha, & Meadilecta.

A propter opportunitatem situs & munitionem antiquitùs Mea dilecta uocabatur. Sic itaq; omni terra potitus, multis annis per successores suos, nostros scilicet maiores, marchiam suam strenuè tuebatur, & dilatauit, quousq; directu Dei aduenit in istas partes peregrinando beatus Cholomannus, qui etiã pro eo quod guerras habebant continuas cum extraneis gentibus de terminis suis tunc temporis Principes nostri, pro exploratore habitus est, & in crucē actus cœlos adijt. Hæc Lupoldus dux Austriæ. Qui præterea refert, quemadmodum in Stekerawe diuus ille suspensus fuerit, anno Domini 1012, Austriam tenente Henrico marchione, tritauo suo: à quo etiam, adiuuante Megingando Halberstadiensi episcopo, cum triennio in patibulo incorruptus manens, miraculis sanctitatem testatus fuisset, in Medelichum cœnobium, de quo hic tractamus, trãslatus, operoso mausoleo conditus erat. Vbi præterea Austriæ primi marchiones tumulati sunt, Lupoldus primus cum uxore sua Richarda, Henricus filius cum uxore sua Schwynhilde, Lupoldus secundus cum uxore sua Frowiza, & Ernestus filius Adelberti cum uxore Mechtilde, & filia Iuditha. Porrò in eodem hoc castro suo ac munimento, Lupoldus secundus & Albertus tertius marchiones Austriæ, monachos constituere anno Domini 1085, quibus abbatem Pontifex maximus dedit anno 1088, Sigeboldũ quempiam, uel ut alij habent, Sigelbertum, & ex castro cœnobium fecit, in festo diui Benedicti principibus Austriæ regiam suam in Garsium ac Kalenbergam arcem transferentibus. Cuius basilicam incœptam à parente suo Leopoldus sanctus Marchio ad summam manũ perduxit, & præsente ipso maximo pontifice, anno Domini 1122, sub Engelscalco abbate consecrari fecit. Hoc uerò de quo loquimur, quod quidē Claudiũ Ptolemæi esse autumo (licet & Melissæ nomen in monumentis reperiatur, quod magis uidetur ad Melici accedere uocem) & alijs insuper memoria dignissimis rebus nobilitatum municipium est. Primùm omnium, quod iunior Austriæ princeps ab eo semper titulũ usurparit, **der fürst von Medelch**, quo cognomine annalibus Austriæ Henricus ac Fridericus celebrantur, circa annos salutis 1200, 1240. Deinde uerò, quod prope hunc locum memorabilis illa Austriacorum principum, qui primi hanc terram Romano imperio uendicarunt, aduersus Hungaros uictoria steterit. cuius rei, præter annales, & Bonfinius in Decadibus rerum Hungaricarum, libro decimo Decadis primæ, meminisse uidetur his uerbis, cum de Geisa, hoc est Stephano primo Hungariæ Christiano rege tractat: Bella in Austriam tantum aliquanto obstinatius gessit, quam mortuo Rudigero tyranno occupauit. Sed Henricus primus Cæsar in Germania declaratus, Leopoldo illustri Sueuiæ duci, qui sororem eius uxorem duxerat, Austriam imperio Romano recidentem, ea conditione delegauit, ut si Hungaros hinc eijceret, ea quæ quondam orientalis Marcha dicebatur, ducis primus nomine potiretur. Leopoldus expeditionis conditionem accepit, ac in Geisam comparato exercitu proficiscitur, ad Melicum oppidum, quod Danubio prominet, cum hoste congreditur, cedentibus Hungaris. Geisa, ne rem alienam ui occupatam peruicacius tenere uideretur, Austria excedit, & cum Alemanis pacem fecit, Henricus rex cognomento Rebellis, Leopoldi filius, post mortem patris in ducatu successit. Sed cum imperio parêre recusaret, dominatus iure priuatur. hæc Bonfinius de Melico, siue Medelico, quæ teutonica uox à Meadilecta nomine latino emersit nimirũ. Vnde legitur in Annalibus ueteribus de Cholomanni martyrio scriptis: Anno Domini 1020, clerici qui sacras deferebant reliquias, hæc cernentes, cum cætera multitudine laudibus extulere Dei magnalia, & sanctum eius Cholomannum, cuius per merita signa fiebant talia. Hac iocunditate tandem peruenerunt ad ciuitatem

Qui Austriæ principes in Melico sepulti sint.

Regia Melicensis.

Locus Bonfinij de Melico.

Quãdo S. Cholomanus sit in Medelicha sepultus.

uitatem nomine Medelichã, in qua preciosi thesauri pignora, Marchionis iussu A
fuerant reponenda: ubi eum Octob. VIIII. Dominicæ incarnationis 1015 anno,
optimatum consilio posuerunt in ecclesia, in honore principis Apostolorũ dedi-
cata. Memorãt quoq; ijdem annales, ossa beati Colomanni in Hungariã fuisse
à Petro rege translata, qui eadem à Popione Treuirensi archiepiscopo, marchio-
nis Austriæ fratre, imperauerat in hoc, ut contra hostes suos huius diui præsidio
uictoria potiretur. Quare subijciunt: Missis ergo religiosis uiris clericis & lai-
cis, ossa sacra receperunt, & regi suisq; ueniam pro delictis dantes, ad gloriam &
laudem nominis Dei in prædictum locum Medelicham reportauerũt. & hęc de
Melico, siue Medelica, aut si latinè loquamur, Meadilecta. quam Romanis Clau-
Claudium Ptolemæi. dium, si Ptolema i sequamur descriptionem, aut Melissam, si inscriptioni ibi re-
pertæ crediderimus, nominatam antiquitùs fuisse, præfati sumus. Sequuntur
Deserta Boiorum. iam BOIORVM DESERTA, quæ in mediterraneis, ab Aniso fluuio usq; ad Ce-
tium montem excurrebant, ubi hodie à Boijs denominati fluuij adhuc non igno-
biles, ex alpibus & per nemora desertaq; loca in Danubium exonerantur: Boila-
chius, Boistingius, & Boirstlingus. quin & peruetustus ac opulentus quondam
in his finibus comitatus fuit, à Boijs similiter nuncupatus, Boilstayn, etsi deprauа
tè in literis atq; annalibus œ literis in œ diphõthgum uersis, Bœlstayn interdum
scribatur. quemadmodum similiter quos Tacitus & Strabo Boiohemos uoca-
runt, Ptolemęus facto diphthongo, Boemos dixit, de quorũ stemmate comitum
sub finem Capitis aliquid inseremus. Est præterea in ea solitudine, quæ tamen
hodie culta est castris præcipuè & pagis, Boidhofium, hoc est Boiorũ prædium,
quod corruptè modo Baidhofium appellamus Bauaricum, eo quòd Frisingensi
subsit episcopo: ad discrimen alterius, quod in regno Boiorum, im Boichreich uul B
gò dicunt, in confinibus penè Boiohemi. similiter Boithofium, siue Baithofium
Bohemicum uocatur. Vt nihil ambigam, Boiorum deserta in eo tractu exti-
tisse, qui ex ripa Anisi fluuij ac Laureaci reliquijs excurrit Viennam, per fluuios
Ipsium, Erlaphum, Boilachiũ, Trasamã, Boyrstlingum, & Tullanam ac Boistin-
gum. ubi inter saltus Strenbergam, Duerenfrucht, deserti uocem referens, Oven-
wald, Kaunpergwald/ & Wiennerwald, cultæ uisuntur ualles ac campi, Ipseruelд,
Melchtall, Siedingtall, Tradihistal, Christental/ vnd Tulnerfeld. Atq; de his ipsis
Boiorum desertis intelligenda sunt hæc Plinij uerba lib. 3. cap. 24. paragrapho de
Norico: Rhœtis (inquit) iungũtur Norici. oppida eorum, Virunũ, Celeia, Teu-
rina, Aguntum, Viana, Aemona, Claudia, Flauium, Soluense. Noricis iungun-
tur, lacus Peiso, & deserta Boiorum, iam tamen colonia diui Claudij Sabaria.

Huc alludit & Strabo libro quinto Geographiæ: Rhœtij, & Heluetij, & Vin-
delicia, & deserta Boiorum regio, ad Istri fontes prope syluam Herciniam sunt,
usq; ad Pannonios. E quibus Rhœtij & Vindelici in mõtibus campos habitãt.
Rhœtij uerò & Norici usq; ad alpium summa tenent, & Italiam uersus inclinãt,
Comitum à Boilstayn prosapia. hinc Insubribus, inde Carnis & Aquileiæ tractui. hæc ille. Superest ut de co-
mitum à Boilstayn stirpe subijciam, quorũ primordia repetuntur à comitibus à
Bleien, siue Blians, qui Pipino Caroli Magni parente regnante, ex Franconia in
Vindeliciam & Noricum lares mutarunt, & in quatuor stemmata diuisi, ad fa-
mam uenerunt: quorum unum in finibus Salisburgi mansit, eorum qui comites
à Burkhausen, Rameshouen, Vvasserburg nuncupabantur: ex quibus Ratispo-
nenses Burgrauij in Bauaria & in Austria superiori, comites Machlandiæ & à
Chlam decidebãtur, ut proximo Capite dictum à nobis est. Cætera tria in in-
feriorem Austriam translata à principibus Austriæ beneficia habuerunt, alij ul-
tra Danubium in finibus Morauiæ, Hardecensem & Terraspurgensem comita-
tus, quo

A tus, quorum est sancti Bernhardi fundatio ibidem: alij uerò in desertis Boiorum agros accipientes. hi quidem comites à Boilstayn, illi uerò comites à Schala nominabantur, autores isthic cœnobij Seysenstayn. De quorum potentia ac possessionibus comitũ, etsi omnia ante aliquot secula stemmata defecerint, hęc in gentilicijs Annalibus tamẽ uerba deprehendi: Beilstayn die Grafschafft ist ledig worden/vnd angefallen dz Reich/welches Hertzog Leopold von Osterreich alles ewiglich vnd seinen nachkhommen verliehen hat/mit all dem das darzů gehört. Die herrschafft daß Beilstayn/ het in Francken ain purg die haißet Chleberch/da bei leit ain hauß vnd ain statt haißet Puchsekh/ vnd hat vmb sich vier gericht/die habend allenthalben an der brait zehen rast. Dasselb hauß zů Chleberch hat viel Grauen vnd Freyen die darzů gehörent/vñ mit allem recht gehört es zů Beilstayn. So gehört auch darzů die vogtay zů Halle/ da mann das saltz seüdet. des hat sich vnderwunden der Hertzog von Bayrn an recht. vnd bei der statt ze Halle leit ein hauß heißet Charlstayn/ vnder dem hauß ist ain müul die gultet fünfftzig Marck silber/ die hat der Hertzog auch on recht. vnd hinder dem hauß leit ain gegent haißet Castaun/die gultet alle jar zwayntzig tausent ches/ vnd dreihundert ellen klosster lauch wollens tuechs/ die hat auch der Hertzog von Bayrn on recht. Es leit auch ain hauß haißet Amrange/ das gehört auch ze Beilstayn. So leit auch ain hauß haißet Kirchperch/ghört auch ze Beilstayn. Ain ander hauß leit ob Halle/dz haißet Vager/dz gehört halbes ze Beilstayn/vñ halb huncz Saltzburgk. Es hat auch die Grafschafft ze Beilstayn ain Grafschafft ze Fryol/ vnd die Vogtey über das Patriarchtumb ze Aglai/die di von Gorch an jr gewalt habend gepracht/ die gehört an die Grafschafft ze Beilstayn. dauon haben sies zelehen/vnd haißend jt man. Es habẽ auch die Herrẽ von Görch von der Herrschafft ze Beilstayn die vogtey ze Sibidat, vnd ain vogtey haißet in Vrino, vnd ain Vogtey vnder der burge ze Gorcz vnd den march ze Lãsan/vñ all die gericht die die Grauen von Gorcz haben ze Fryol/die haben sie ze lehen von der Herrschafft ze Beilstayn. Swas das ist/dz die Herren von Gorcz haben/von der Herrschafft ze Beilstayn/das ist vom Reich ledig worden/vnd söllen es habẽ vom Reich die Hertzogen ze Osterreich. Es gehört ain Grafschafft die haißet Weytenburch ze Beilstayn/vnd dienstman vnd aigen leüt die da sind gesessen. Es gehört ze Beilstayn die statt ze Horn/ vnd der March ze Bolan/
B vnd ein dorff ze Rorenbach/vnd Mold dz dorff/vñ ander dörffer genugk. Ein Grafschafft gehet für die burgk Schala/vñ geht für den marck vñ das hauß Ramstayn/ vnd geht vncz hincz Weissenbach/vñ raicht hin an die Celle/vñ raicht auch vns hincz Helle/vnd vncz Schuthaißendanne/vñ in die Erlaffe/das gehört alles ze Beilstayn. So ist ain ander Grafschafft/die geht in die Erlaffe/das gehört ze Beilstayn/vñ geht auff den Strembergk/vnd an den Grossen waldt/vñ geht võ demselben wald vncz in die Thůnaw. Aber ain Grafschafft/die da beygeht in die Erlaffe/vnd hin ze Hürben/vnd hin ze Mellich/in die Thůnawe/ vnd gar vncz an den grossen waldt/vnd gehört auch ze Beilstayn. Es gehört auch ze Beilstayn/Steüderdorff/Vrouhouen/vñ ayn grosses dorff bei der Leytha haißet Sorgesdorff/das nun habend die Liechtenstayn/ vnd das vrbar ze Nußdorff/ das der Preüsel hat zelehen. Die pfarr dacz S. Lienhart/die leich die herrschafft ze Beilstayn/die ist ledig worden/vnd lech sie des landes Herr. Es gehört Weillem ze Beilstayn die pfarre Scheybs/ vñ die kirchen ze Bischoffetten/vnd das darzů gehört. Wie dz her dann sei kommen/des wais ich nicht/darüber ist noch manich gůth vnd lehen/ vnd haben in dem lande/ das gehört zů Beilstayn das mit gewalt vnd on recht hindañ ist kommen/ vnd würd leicht widerbracht/ der sein noch vleissig wolt sein. Et hactenus de possesionibus & ditionẽ comitũ à Boilstayn, qui & comites de Bleien uocabãtur, & in tria stẽmata Austrię quondam comitum dissecti fuerant, uidelicet Beilstanensium prope Melicum, ubi hodie est S. Leonhardi forum, quondam Beilstayn dictũ: comitum à Schala ijsdem penè finibus, secus ripam Boilachij, ubi est hodie Schalenburgum: & comitũ ab Hardekhe, ulterioris Austriæ, quæ stirps ante annos penè quadringentos defecit. unde legitur in priuilegijs S. Hippolyti cœnobij, quod à Boilstayno & Boilachio fluuio non ita procul, in Boiorum uidelicet desertis, positum cernitur, ab Occario & Alberto eiusdem progeniei sub Pipino rege comitibus, qui Zachariæ pontifici Romano contra Sarracenos operam dederant, S. Hippolyti pro-

Comitum à Boilstayn possesiones.

Quòd comites à Burckausen eiusdem stemmatis fuerint cum illis à Beilstayn.

Quòd comites Hordecenses in Austria antiquiores eiusdem stirpis fuerint cum comitibus à Beilstayn.

Quòd comites à Schala eiusdem originis fuerint cum Peilstanensibus.

Comitũ Hardcensium ueterum stirpem descendiße à comitibus de Pleien.

pterea & sancti Quirini reliquijs donati, & Degersee quoque cœnobij secus Oenum flu. authores sunt, legitur inquam huiusmodi diploma: Nos Chunradus Dei gratia, comes de Bleien, cum filijs nostris Ottone & Chunrado comitibus, uniuersis præsentes literas inspecturis notum facimus, quod duas carratas uini, & quandam partem frugum de agris in Lewtakher, quam de sancta Maria Scotorum, & sancti Hippolyti ecclesiarū partibus decimarum in Bulca iam aliquibus annis, in salutis nostræ præiudicium & animarū nostrarum remittimus, & à tam indebita exactione deinceps cessamus, promittentes finitè in animas nostras, dictas carratas, & partem frugum nos ulterius nullo modo recepturos. Huius rei testes sunt, dominus Thiemo plebanus in Hardek, dominus Henricus de Antendorf, Piligrinus de Vveytringen, Henricus Cicada, Henricus de Hall, Milites: Richerus & Piero, officiales in Bulca. Datum in Hardek, anno à gratia millesimo ducentesimo quadragesimo nono, VI. Calend. Decembr. in die beatę Catharinæ, indictione septima. Quare rectè Annales gentilicij, quorum exemplum suprà adduximus, Horn ciuitatem & Polan forum ibidem, quæ adhuc Hardekio ulterioris Austriæ proxima cernuntur, ad comitatum Peilsteyn pertinuisse referūt: similiter in priuilegio quodā Garstensis cœnobij in Austria superiori, dato à Friderico primo Cæsare, inter reliquos testes citantur Lupoldus comes de Pleien, & frater eius Chunradus de Bilsteyn. Cuius Imperatoris legitur etiam huiusmodi epistola, quæ declarat huiusmodi comites multas circa Salisburgum possessiones habuisse, uidelicet ut habent Annales gentilicij suprà citati, Reichenhal, Charlsteyn, Vagor & Castaun: quemadmodum prӕterea comites à Burkhausen, ac comites à Vvasserburg, à comitibus à Bleien scilicet defluxere. Habet autem epistola sic: Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, fidelibus suis comitibus de Pleien gratiam suam, & omne bonum. Dilectioni nostræ grates uberrimas referimus, quòd tam strenuè, tamque fideliter ac uiriliter ad honorem Imperij, Salczburgenses hostes imperij ac ecclesiæ manifestos, infestare ac debellare non cessatis. Sciatis itaque pro certo, quòd nos eo maiori affectu uos diligimus, & quicquid damni pro eadem guerra sustinuistis, iuxta honorem uestrum & uoluntatem nostram, totum uobis restituemus. Sed quia honor noster in guerra ista consistit, monemus fidelitatem uestram, quatenus in ea uiriliter perseueretis, & mala quæcunque potestis prædictis Salczburgensibus faciatis, dignas remunerationes omni tempore à nobis recepturi. Nos etiam præcepimus duci Austriæ, & episcopo Batauiensi, ut uiriliter eos infestent & persequantur. Hæc ex diplomatibus antiquis.

Comitum à Peilsteyn stirpem defluxisse à comitibus à Pleien.

Sed uenio ad genealogiam nobilissimorum illorum, antiquissimorumque comitum à Pleien, siue ut in antiquis Annalibus reperi, à Blíancz, quorū sunt opera in tractu Bauariæ: Beurn, Benedictpeurn, Schleehdorf, Stafl, Khochlsee, Degernsee, & Reitenhaslach: & in Austria, Paungartēberg, Seisenstayn, & S. Bernhardi monasterium supra Horn, &c. Quorum floruit primus, quem inuenire potuimus, Vvaltherus, qui castrum Gruob in finibus Salisburgi extruxit. Huius siue filij fuerint, siue cognati, incertum, Occarius & Albertus, à Pipino rege Zachariæ pontifici Romano contra Sarracenos Italiæ oram infestantes, in auxilium missi, donati reliquijs sanctorum diui Hippolyti & Quirini, alter eorū sancti Hippolyti monasterium in confinibus Norici & Pannoniæ exorsus est, quod adhuc extra syluam Viennensem uisitur: alter uerò, Saluatori ac S. Quirino haud procul ab Oeno cœnobium Benedictini instituti, quod Degernsee uocant, utpote ad lacum cognominem situm posuit, id quod in hanc usque diem prædia in Austria inferiori retinet. Hos secuti sunt, Syrus patriarcha Aquileiensis, autor monasterij

Genealogia comitum à Pleien.

A monasterij Beuurn prope Salisburgã, anno Domini 978. ratione cuius comites hi à Pleien patriarchatus Aquileiensis aduocati antiquiores instituti sunt: & ut habent Annales gentilicij suprà inserti, magnam hi Foroiulij partem, feudo à Romano imperio obtinuerunt, adeò ut Goricenses comites Romani imperij principes non minimi, comitum à Bleien ac Beilstayn uasalli extiterint, ut suprà auditum est. Consecuti sunt præter cæteros, quorum nomina reperire hactenus nequiui, Vualdramus, Haylandus, & Landfridus: quorum singuli seculo renunciantes Abbates egerunt in cœnobio Benedictbewrn. Huc pertinet patriarcha alter ecclesiæ Aquileiensis nomine Sigefridus, à quo beatus Altmannus episcopus Batauiensis, author cœnobij in Austria Gotwicensis, ad ripam Danubij, S. Petronellæ parochiam in Carnunto ueteri emit, & aliquot propè Fabianam, hoc est Viennam, agros. Et hæc nobilissimæ familiæ capita fuerunt. Nam qui secuti sunt, dissecti in uarias stirpes abierunt. quorum longè uetustissimi fuere, comites à Schala: quorum adhuc regia prope Melicum Austriæ superest, nomine Schalaburgum. in qua stirpe primus perhibetur Erbo, quem Annales referunt à bisonte in uenatione occisum. Is reliquit duos natos, Harduicum & Sigehardum: quorum ille comes à Burkausen ex coniuge Friderura circa annos Salutis 1030, Erbonem burggrauium Ratisponensem & Botonem posthumum progenuerat, quem in Hungariam lares transtulisse, præter Chronicã Hungarorum etiam Vrspergensis testatur. unde Bodij in Hungaria processerũt. Hic uerò Sigehardus primus comes à Schala in Austria, uixit annum circiter millesimũ à nato Christo. Hunc secutus est Sigehardus secũdus, burggrauius Ratisponensis institutus circa annũ Domini 1104, ob nescio quod crimẽ capite isthic affectus: is Sigehardũ tertiũ orbi dedit, qui ex Sophia cõiuge Gebehardũ comitem à Burkhaus, & primum Machlandiæ comitem reliquit, circa annos Domini 1119.

Patriarcha Aquileiensis, & prosapia comitum à Pleien.

Comitum à Schala propago.

Bodiorum in Hungaria stirps.

B Porrò Gebehardus tulit Gebehardũ ultimũ, comitẽ à Burkhausen, & Sigehardum quartũ, ac Henricũ primũ, comites à Schala, quos cõstat uixisse circa annos Salutis 1150. Horũ nimirũ filij fuerũt, ab Henrico passim Bauariæ duce, & Ottocaro secũdo Styræ marchione in diplomatibus de annis Domini 1172, & 1178, testes adducti, Hẽricus, Sifridus, Hermannus, Sigehardus, & Otto. huius fortè natus Otho secũdus, monasteriũ monialiũ in Erla, hoc est Arrianis, haud procul à Laureaco penè à fundamẽtis extruxit, circa annum Salutis relatę 1281. Et in hoc desijt utrunq; stẽma, & comitũ à Schala, & comitũ Beilstayn. Cuius nominis primum quẽ potui inuenire, Vvolfradus fuit, cuius filiam historia diui Cholomãni refert, attactu corporis diui illius, mutã loquelã acquisiuisse temporibus Henrici secũdi imperatoris, circa annos Domini 1010. Cuius nimirũ filia extitit Hẽna, comitis Vilhelmi à Vriesach & Czelshach cõiũx, fundatrix nobilis ac opulẽtę apud Carnos præpositurę, Gurkh nomine inter sanctas ob miracula relata: cuius reliquias ac annulũ, cingulumq; miræ simplicitatis uidere merui. Huius fortasse frater fuit Waltherus à Pilstayn, in fundatione Oxẽhausen cœnobij apud Sueuos testis citatus, de anno Dñi 1096. Hũc secutus est Cũradus comes à Peilstayn, à S. Leopoldo in exordijs Newburgẽsis monasterij inter cæteros principes ac comites in testimoniũ adhibitus, anno Gratiæ 1136. An huius filius fuerit Hẽricus comes à Beilstayn, incertũ est, qui in Scotẽsi Viẽnæ cœnobio ab Hẽrico primo duce Austriæ testis recensẽt, anno 1158. Cõmemorat & Chũradus comes à Schala & Peilstayn utroq; cognomine, ab Ottocharo marchione Styræ, in prærogatiuis S. Lãberti in Styria cœnobij, de ann. Dñi 1170. post quẽ hoc cognomine à Peilstayn reperi neminẽ. Quare postremã huius nobiliss. stẽmatis prosapiã Hardecensiũ comitũ desijsse, ac stemma ipsum omnino terminasse credẽdũ est. Quo cognomine

Comitum à Beylstayn prosapia.

Comitum Hardecensium prosapia.

reperi Leopoldum & Vvigandum anno relatæ Salutis 1170. quorum frater Vlricus episcopum Batauiensem egit. A Henricus comes à Bleien & Hardokhe recensetur testis ab Ottocharo tertio marchione Styrę, in sua donatione & resignatione ducatus Styriæ facta Lupoldo duci Austriæ 1116. His successere secundi his nominibus, Vvigandus & Lutoldus, à Leopoldo duce Austriæ sexto citati testes, ac nominati comites à Pleien & Hardecke, anno Salutis 1208. Vixit & Chunradus comes ab Hardekhe, huius sanguinis, qui castra Friderici primi & Lupoldi ducis Austriæ quinti in terram est sanctam secutus, anno 1180. à quorum ultimo testis citatur in prerogatiuis Garstensis cœnobij, anno 1205. Vdalricus comes ab Hardekhe eiusdẽ generis ab Ottocharo rege Bohemiæ & Austriæ Styriæq́ duce, Styris præfectus, quem Capitaneum dicunt, datur, circa annos reparatæ Salutis 1259. Cuius fortè nati erant, aut fratres, qui nobilem prosapiam terminarũt, Otho & Cunradus, in prælio ab Hungaris interfecti, anno 1265. Quorum alterius Ottonis cõiunx & uidua, Biliburgis comitissa ab Helfenstayn, Suea nupsit cuidam Berchtoldo ab Rabenswald Saxoni & burggrauiorum Magdeburgensium cognato. quo factum est, ut extincto sine uirili semine Burgrauiorum stemmate, Hardecenses in Austria comites, de noua ista Rabenswaldiorum stirpe, titulum Burggrauiorum ab imperio acceperint, Berchtoldus, eiusq́ filij Ioannes & Otho: & nepotes Iohannes & Berchtoldus, atq́ pronepos Iohannes, cum filio Michaele, qui & illam prosapiam clausit, Friderico tertio imperante.

Burggrauij Magdaburgenses in Austria.

A' quo Brueschenkhij Styriæ nobiles, Sigismundus & Henricus, cubiculi Augustalis camerarij substituti sunt: aliquot etiam Machlandiorũ comitum, qui primorũ Hardecensium fuerant cognati, castris impetratis. Quorũ alterius, hoc est Henrici, filij erant, Iohãnes Vdalricus, & qui adhuc sub titulo Hardecensis comitis in Austria claret, Iulius. B Cuius non minus quàm & Vdalrici liberi multi uiuunt, in primis annis constituti, & qui præclari adhuc nihil dignumúe memoria gesserunt. Non possum hoc loco mihi temperare, quin & Ioãnis Stabij, longè doctissimi uiri, carmen Sapphicum, de martyrio beati Cholomanni martyris Austriaci, inseram, cuius hodie tumulus ac reliquiæ in Melico, illo altero Romanorum municipiorum uenerantur: & hoc magis, quòd is noster in officio Historici, apud diuum Maximilianum antecessor extiterit, & habet ita:

Austriæ sanctus canitur patronus,
Fulgidum sidus rutilans ab arcto,
Scoticæ gentis Colomannus acer
Regia proles.
Ille dum sanctam Solymorum urbem
Transijt, dulcem patriam relinquens
Regios fastus, trabeam, coronam,
Sceptraq́ tempsit.
Propter & Christum peregrinus exul
Factus in terris alienus, ultro
Cælicam pura meditatus aulam
Mente fideq́.
Dumq́ diuersos populos pererrat,
Rhæticas tandem ueniens ad oras,
Naue, sanctum Danubius recepit
Gurgite uastus.
Perq́ formosas segetes, per agros
Deuehit lætos & amœna prata,

Perq́ colles

A *Perq; colles uitiferos secando*
Norica rura.
Mirus in sanctis Deus es deorum:
Ille terrenam Solymam requirit,
Tu sed æternam tribuis supremo
Martyri Olympo.
Austriæ terras agitabat amens
Tunc furor, fortes Morauos, Bohemos,
Pannones, bello simul implicabat
Inferus hostis.
Ergo dum sanctum hospitio recepit,
Oppidum nostro Stokherau uocatum
Patrio ritu, male tentat illum
Dæmonis astus.
Spargit in turbas odiosa dicta:
Prodet hic uestram speculator urbem.
Credidit uulgus, trahitur nocentis
More, modoq;
Iustus, & uinctus manibus cathenis,
Et pedes pressus grauibus catastis,
Intrat horrendum tenebris situq;
Carceris antrum.
Ceditur uirgis sine fine martyr,
Vritur corpus crepitante flamma:
B *Septies Christus probat hoc talentum,*
Igne, manuq;.
Nec quies ulla est: sathanæ minister,
Forpice ignita faber infidelis
Vellicat carnes, uorat ossa duræ
Lamina serræ.
Sæuus ut nullam necis inde causam
Tortor inuenit, male iudicatus
Innocens, inter medios pependit
Ecce latrones.
Mox sui Christus famuli reuelat
Gloriam signis, memoranda quæ sunt
Seculis cunctis, ueneretur omne ut
Martyr in æuum.

Et quæ plura sequuntur. Sed recipio me ad Antiquitatis exempla, quę in ciuitatibus in paragrapho Capitis citatis, ad nostram usq; memoriam uenerunt:

In ciuitate & monasterio Melicensi:
IVLIVS PRAESES IVS REDDEBAT MELISSAE.

In monasterio, in limine templi:
SVCCESSVS ET VRSINA CN. VIVI FEC. SIBI ET SVCCESSIANO FIL. Θ. ROMAE AN. XX. EX. PON. BEL. NES. BER.

In fornice

In Præclara, hoc est Pachlara ara lapidea.
SVCCESSVS ET VRSINA CONVIVI FEC. SIBI ET SVCCESSO LANO FIL. Θ ROMAE AV. † EX BON. BEL. NES SER.

In æde

In fornice sub Choroni gradibus subterraneis:

TERCIVS SENNONIS
MILES
CHOR. I. FL. BF.
STIP. VI. AN. XXI
L. BAEBIVS BVTTVS
H. ET PARENTES VIVI F.

In æde diui Petri extra muros Pachlarij oppidi.

M. VLPIO MELEI F.
LONGINO VETE-
RANO AN. IX. FIR-
MVS LIB.
F. C.

A

CAP. VIII. DE COMAGENO, AUGUstanis castris, Catullis, & Terrasana.



Omagena castra à populis hoc nomine in Asia nominata fuisse, uerisimile est, à quibus fortasse translatæ cohortes auxiliares ex Asia, isthic pro ripa Danubij compositæ fuere. Scribit enim Tacitus libro 18, Vespasianum imperatorem simulatq; ad culmen imperij euasisset, suadente Mutiano, legiones Germanicas in Asiam, & contrà Asiaticas in Pannoniam transtulisse.

Ita refert præterea Fla. Vospicus in Probi uita, tertiæ Felici legioni, quæ in Norico statiua habuerat, additos à Probo sagittarios Ituræнos CCC, Armenios DC, Arabas CL, Sarracenos CC, Mesopotamios CCCC. Et quemadmodum Sectione secūda huius libri de Sicambrorum cohorte ostenderamus, ita & Comagenicæ, eodem'q; euentu in Noricum ripense peruenerunt. à quarum nimirum statiuis celeberrimus in ea prouincia sub Arlape, & supra Cecium montem locus, in municipij formam sublatus, & ubi Romanæ classes Danubio innatabant, nomen sortita est Comagenis, siue Comagenum. cuius & Scotus in Codice Rom. præfecturarum, & Antoninus in itinerario suo mentionem facit, inter Cecium uidelicet montem & Arlapen. & de quo Eugippus in historia beati Seuerini, Norici sub Iustiniano primo Apostoli, hæc nominatim uerba commemorat, quæ fortasse locum nobis indicare uestigiorum ueteris municipij possunt: Tunc itaq;(ait) sanctissimus Dei famulus Seuerinus de partibus orientis adueniens in uicina Norici ripensis, & Pannoniarum paruo, quod Castuns dicitur oppido morabatur uiuens, ibat euāgelicam Apostolicam'q; doctrinam omni pietate prædicans, & in confessione catholicæ fidei uenerabile propositum sanctis operibus adimplebat. Dum ergo talibus exercitijs roboratus ad palmam supernæ uocationis sequeretur, & quodā die ad ecclesiā processisset, ex more presbyteris in clero ac ciuibus requisitis, cœpit tota mentis humilitate prædicere, ut hostiū insidias imminentes ieiunijs ac misericordię fructibus inhiberent. Sed animi cōtumaces, ac desiderijs carnalibus inclinati, prædicentis oracula infidelitatis suæ discrimine probauerunt. Famulus uerò Dei reuersus ad hospitium, quo ab ecclesiæ fuerat custode susceptus, diem & horam imminentis excidij prædicens: Contumaci (inquit) oppido, & citius perituro, festinus abscedo. inde ad proximum quod Comagenis appellabatur oppidum declinauit. Hoc Barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum Romanis fœdus inierant, custodia seruabatur arctissima, nulla'q; ingrediendi aut egrediendi facilè copia præstabatur. A quibus tamen famulus Dei, cum esset ignotus, nec interrogatus est, nec repulsus. Itaque mox ingressus ecclesiam, cunctos de salute proprio desperantes ieiunio & orationibus ac eleemosynis hortabatur armari, proponens antiquæ salutis exempla, quibus diuina protectio populum suum contra opinionem omnium mirabiliter declinasset. Cum'q; salutem omnium in ipso discriminis articulo promittenti credere dubitarent, senex qui dudum in Casturis tanti hospitis B

A hospitis susceptor extiterat, uenit, atque à portarum custodibus solicita interrogatione discussus, interitus sui oppidi abitu uerboque monstrauit: adijciens, à die qua homo Dei prædixerat, uastationem barbarorum secutam esse. Et iterum, de Fabiana, ubi est modò Vienna Austriæ, loquens: Eodem tempore ciuitatem nomine Fabianis, sæua fames oppresserat: cuius habitatores unicum sibi remedium affore crediderunt, si à supradicto oppido Comagenis hominem Dei religiosis precibus inuitarent, &c. ex quibus uerbis liquet, Comagenum in confinio extitisse Norici & Pannoniæ. Et si autem in supradicto antiquo exemplari Eugippi ad marginem, ubi Comagenis mentio fit, literis antiquissimis adnotatum sit, COMAGENIS IAM VOCATVR CHAVMPERCH, quo cognomine hodie mons extat in cõfinio Austriæ & Styriæ: tamen ex Codice Rom. præfecturarum elucescit, qui præfectum classium in Comagenis collocat, ad ripam Danubij Comagenum situm fuisse. Quo maior à nobis est inquisitio habita, & (ut uerum fatear) torsit me ista plus quàm aliorum locorum: donec in ipsas ueteris inciderem Comageni ruinas, quæ ad ripam Danubij extãt, octauo supra Viennam milliario, aut secundum aliquos nono: locum incolæ hodie appellant Holenburgum, Frisingensis episcopi dicto audientem, à quo loco rectà iuga montium secus Trasmam fluuium attolluntur usque in Styriam: ubi Chaumperg mõs insignis est, uetus Comageni nomen optimè exprimens, cuius pariter diploma Ludouici primi meminit. Porrò tametsi in ipsis ruderibus Comageni ueteris præter montium continua iuga, à Chaimborge ad ripam usque Danubij propagata, indicium nullum cernatur, si nomenclaturam spectes: tamen & collis ipse eiusmodi est, qui Romanam facilè testari antiquitatem posset, & maceriæ isthic erutæ, in

Comageni mons.

Comageni locus & rudera.

B quibus & hanc quam subijciam inscriptionem reperi. Egreditur præterea in Danubium ex aduerso huius de quo loquimur Holenburgi, fluuius quispiam insignis, Cambus nomine, non ineptè ad illam ueterem appellationem Comageni alludens: cuius fluuij ostium, infra Crembsium spacio miliarij unius magni è regionè Comageni situm, & à municipio Cambum hunc fluuium denominatum fuisse, declarat insignis ille qui est apud Eginhartum, rerum à Carolo magno gestarum authorem non ignobilem, locus, qui sic habet: Anno Domini DCCXCI, transacto uerno tempore, circa ęstatis initium, rex de Vvormacia mouens, Boiariam profectus est, ea meditatione, ut Hunnis factorum suorum uicem redderet, & eis quanto celerius posset, bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni regno suo quàm ualidissimis copijs, & commeatibus congregatis, bipartito exercitu, iter agere cœpit. Cuius partem Theoderico comiti, & Meginfrido camerario suo committens, eos per Aquilonarem Danubij ripam iter agere iussit. ipse cum alia parte quam secum retinuit, Australem eiusdem fluminis ripam, Pannoniam petiturus, occupauit: Boiarijs cum commeatibus exercitus, qui nauibus deuehebantur per Danubium, secunda aqua descendere iussis. Ac sic inchoato itinere, prima castra super Anesum posita sunt. nam is fluuius inter Boiariorum atque Hunnorum terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur. Ibi supplicatio per triduum facta, ut id bellum prosperos ac fœlices haberet euentus. tum demum castra mota, & bellum genti Hunnorum à Francijs indictum est. Pulsis igitur Hunnorum præsidijs, ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluuium, altera iuxta Comagenum ciuitatem, in mõte Cumeonberch uallo firmissimo erat extructa, ferro ac igne cuncta uastantur. Cumque Rex cum eo quem ducebat exercitu, usque ad Arrabonis fluenta uenisset, transmisso eodem flumine, per ripam eius usque ad locum quo is fluuius Danubio miscetur, accessit. Et quæ sequuntur plura. Ex quibus cunctis liquet, id

quet, id quod in uita beati Seuerini adnotatum reperi, à statiuis Comagenorum, A siue municipio Comagenorum, montem integrum illum, qui à promontorio illo quod est apud Holenburgum, iuga sua secus Trasmam fluuium in Styriam attollit, ubi Kaunbergum montem superesse, qui tanquam pars totius nomenclaturam retinuit, præfati antea sumus. ad cuius uidelicet radicem montis uitiferi nobiliores siti pagi ac oppida hodie sunt, Vuagran, Kuofarn, Franknhusen, Reichesdorf, Goczesdorf, monasterium S. Andreæ, Herczogburga, Ratlenberga, Vuasserburga, Viechouen, S. Hippolyti ciuitas & cœnobiũ: Zakhyng, Vuald, castra: Vuilhalmsburga oppidulum, Creuspach castrum, S. Vitus, Lielienfeld abbatia: & qui circa Trasmę fontem nominãtur, Longa sylua, Altæ alpes, **Hohenalben, Am geschaid**, & mons Tauni, **der Tamperg**. Hoc continuum est mõtium iugum, 7 miliariorum spacio exporrectum. quod à promontorio suo, ubi erant quondam Comagena ad ripam Danubij castra, uitiferum est, & à sancto Hippolyto deinceps saltuosum, Comageni montis appellationem retinet, à municipio uidelicet, quod (ut præfati eramus) ad promontorium eius in Danubio situm fuerat. Cuius & montis & nominis meminit diploma quoddam à Ludouico primo euulgatum, super distinctione prædiorum Marchionũ Austriæ, & præsulum Batauiensium, anno 824. ubi post enumerationem fluuiorum & locorum, qui etiamnũ ueteribus nominibus, etsi corruptis, supersunt, Erlaphan, Bielagam, Tresmam, Bierstlingũ, Tullanã, Zeisemurum, Trebensee, Aspachium, & Vuolfesuuane, tandem nominatim hæc uerba leguntur: Lytaha iuxta fontem, qui uocatur Scombrunno, cum omni integritate, sicut Theodericus habuit in sua potestate, & Zeisenmurus cũ tali marcha, ut genitor noster Carolus decreuit. Hoc est, ab illo castello in orientali plaga, usq; ad pendentem lapidem in ora montis B Comageni, & in australi ad Kunihohesteten, in occidẽtali autem usq; ad aceruos sitos inter Tullanam & ipsum castellum: & ultra ad Danubium ad Drebensee, & exinde ad Mochynles, & usq; Czymburch, &c. Meminit porrò huiuscemodi montis Otto Frisingensis lib. 4. Chron. cap. xxx. Odoaccar nomine Rugus ex ultimis Pannoniæ finibus, cum Scyris, Turcilingis & Herulis, ad inuasionem eius procinctum mouet. Cui dum Orestes patricius in terminis Liguriæ occurreret, uisa manu eius territus aufugit, ac in Ticinum se contulit. quem Odoaccar insequens, capta urbe occidit. Ac inde per totam Italiam diffuso milite, regiũ nomen usurpat. Hic à terra sua egressus, dum per inferiores Noricas partes, uel superiorem Pannoniam transiret, uirum Dei Seuerinum Rauennatensem episcopum, qui uerbum Dei prædicans, iuxta radices Comagenis cellam construxerat, adijt, eumq; de euentu rei consuluit. Huc alludit aliud rursus diploma, ab Ottone secundo datum cuidam Engelrico comiti, à quo tanquam à capite nobilissimi eius tractus Heroes defluxerũt, comites à Trasama dicti, & aduocati Ratisponensis ecclesiæ, de quibus sub finem Capitis aliquid subijciam. & habet hoc ita:

Comageni mõtis descriptio & iuga.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. Otto diuina fauente clementia, Romanorum imperator Augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris, pręsentibus scilicet atq; futuris, quomodo nos ob petitionem fidelis nostri Henrici ducis, cuidam Engelrico dedimus quicquid habuimus in marcha orientali, inter riuos Dullona & Ancinesbache, aris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, uenationibus, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, molendinis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisq; alijs appendicijs, quæ adhuc dici possunt, sibi in perpetuum tradidimus, ea ratione: ut quicquid sibi libuerit, inde faciat, & Trasmæ Kambergi clausuram habeat: & ut hæc nostræ authoritatis donatio pręsens & futura ipsorum firma & stabilis permaneat, & semper hoc

A per hoc præceptum inde conscriptum, sigilli nostri appensione iussimus muniri, manuq́ꝫ propria, ut infrà uidebimus, corroborauimus. Datę 3. Cal. Maij, anno incarnationis Dominicę DCCCCXCVIII, indictione XI. anno aũt Ottonis regnantis XV, Imperij secundo. Actum Romæ. Hileboldus episcopus & cancellarius ad uicẽ Willegisi archicancellarij subscripsi, anno 999. Atq́ꝫ hactenus de Comageno, cuius in uicinia Eugippus, ut suprà auditum, Castuns ac Casturis meminisse uidetur. Ex quo loco uidelicet beatus Seuerinus Comagenum concesserat. Arbitror uerò, ut etiam ex textu Eugippi suprà adducto liquet, idem municipiũ fuisse, hoc est, Augustana castra, quæ sunt uoces in Eugippo nõ solum diuisæ abinuicẽ, uerùm etiam deprauatę, pro Augustis castunis, pro Castris casturis. ut sępe in antiquis usuuenit nominibus. Cæterùm ubi eius loci ruinæ extent, definire nõ possum, nisi quòd fortè mediterraneũ extitisse credendum est. Quòd si uerũ est, Ausfercasten infra S. Hippolyti urbẽ uilla, nomine saltẽ tenus, correspondere uidet̃. Atq́ꝫ hactenus de Comagenis ac Augustanis castris. Sequũt̃ castra Catulina nominata, à Valerio Catulino, quẽ præsidẽ Norici ac Pannoniæ superioris Seuerus creauerat, cuius meminit in historia Seueri Septimij & Didij Iuliani Aelius Spartianus. Nec discrepat Rutiliani nomẽ, cuius opera M. Antoninum usum isthic in subiugandis Marcomãnis, refert Lucianus in Alexãdro. Quin & Anatolij præfecti Illyrici Marcell. lib. 19 meminit: ut ab horũ altero, Catullianum siue Tullanam nominatũ extitisse oppidũ illud, sit cõiectura. Ad quod alludit Eugippus in historia beati Seuerini Norici apostoli, Iustiniano primo imperante, his uerbis: Cũ adhuc Norici ripensis oppida superiora constarent, & penè nullũ castellum barbarorum uitaret incursus, tam celeberrima S. Seuerini flagrabat opinio, ut certatim eum ad se castella inuitarent, credentes quòd eius præsentia nihil eis eueniret aduersi. Quod non sine uel gratia uel nutu diuini numinis agebatur, ut omnes eius monitis quasi cœlestibus terrerentur oraculis, exẽploq́ꝫ illius bonis operibus erudití essent. In castellum quoq́ꝫ cui erat Catullis nomen, deuotionibus accolarũ uir sanctus uenerat aduocatus: ubi factũ grande miraculum nequeo retinere, quod tamen Martiniani pòst presbyteri eiusdem loci stupenda relatione cognouimus.

Augustana castra.

Catulina castra.

B

Porrò Catilij præsidis Norici mediterranei subinde mentio fit cùm in locis plerisq́ꝫ Charinthię, tum præcipuè Celeiæ repertum illud, quod subiungemus, cõfirmare monimentũ potest. Hæc igitur uox posterioribus annis prima syllaba Cadempta, Tullis, & latinè Tullana, & per syncopen Tulna pronunciari cœpta est. Hic rursus uenit mihi in mentẽ loci Casiodori, qui lib. 8 Variarũ cogn. Tulnij uidetur cuiusdã meminisse, cuius ductu Athalaricus Gothorũ rex, qui Theoderico Bernẽsi successerat, Hunnos & Bulgaros ex Pannonia profligauerat. À quocũq́ꝫ igit̃ (ut semel cõcludã) denominata Tulna Austriæ sit, quã Catullis Eugippus uocat, satis cõstat antiquũ esse municipiũ: id quod, si Annalibus credimus, post Præclarã ac Medelichã pręcipuũ fuerat: & ubi Rudolphus Cęsar, ille ex Habsburgensiũ stirpe primus, post relatã ab Ottocaro Bohemiæ rege, contumace ac uiolento Austrię & Styriæ possessore, memorabilẽ illã uictoriã, quod uouerat in acie, diuæ salutiferæ Cruci cœnobiũ, pro sanctimonialibus extruxit, ac reditibus locupletauit: quod in hanc usq́ꝫ diem ibidẽ florere cernitur. Circa hoc municipiũ latè campestria extenduntur, ab ipso loco Tulnerfeld appellata: quę nõ solũ ob frumentũ, quod in his copiosè prouenit, ac uini germina ad famã uenerunt, uerumetiã quòd saluberrima isthic perpetuò aura duret. ut non dubitem, à Romanis quondam illorum dominis, Terrã sanam hunc tractũ terræ cognominatũ fuisse. Quam uocẽ Teutones, qui Romanis successerunt, suo more pronunciantes, ac abbreuiantes, Trasamam protulere, & qui isthac perfluit Trasmam fluuiũ. Vnde nobilissimi ac

Initia sanct. Crucis cœnobij Tulnæ.

facile antiquissimi comites, sedis Ratisponensis aduocati processerunt, quorũ & subinde testimonia in prærogatiuis antiquis principũ citantur, & quorũ sunt opera nõ ignobilia cœnobia Austriaci tractus, S. Andreę ad Trasmã, Waldhusen, & Seccouiense in Styria. Ac ut quo loco fuerint, in hoc quẽ hic deleamus tractu, nõ solum picturę ostendunt, quæ illos ut Romani Imperij principes effingunt, & subscriptiones, quę marchionibus etiã Austriæ præferuntur: uerùm etiã ꝙ nobilissimæ his prosapiæ iure uasallorũ subiectę extiterint, ut in literis uetustis obseruauimus, Chunringij, Celkhyngij, Rechpergij, Wolfspergij, Veldspergij, Ratelẽbergij, Goczesdorfij, & nobiles equites à Wurmla, Kuofarn, Wagram, Czakyng, Viechouẽ, Schierpach, Wasserburg, Toppl, Tulbingen, Milẽbach, Grifenstayn, Pyrlemsdorf, Reichatzberg, Blankhenstayn, & Schekij, à Wald. Ex quibus, qui in hanc nostrã ætatẽ perseuerant, Baronũ titulo insignes, ac magno loco in Austria supersunt, Chunringij ac Celkhyngij. Cæterùm caput huius nobilissimæ stirpis Engelricus comes ille extitit, cui Otto secundus imperator tractũ inter Trasmam & Anczynespache flu. ac clausurã Comageni montis tradiderat: ut suprà ex diplomatis adducti exemplo uisum est. Huius filius fuerat Engelbertus aduocatus, quẽ inter testes citat Geberhadus Saltzeburgensis archipræsul, in exordijs Admontẽsis cœnobij, anno Salutis nostræ 1070, simul cũ militibus suis Gũthero & Berchtoldo de Algerspach, Vdiscalco & Reginhardo de Wolfenhouen, Adelramo, Hardindo & Hunricho de Rotẽbach, & Ernesto de Praytẽbach. Hunc Engelbertũ secutus est Wolfgerus aduocatus, & semper liber, in fundatione Gotuicensi in testimoniũ adductus ab Altmãno episcopo, anno circiter 1082. Illius fortasse filius extitit, qui recensetur in priuilegijs S. Hippolyti cœnobij, Otho nomine aduocatus. is habuit coniugẽ Vodehildem, & fratrẽ Fridericũ aduocatũ. Ipse uerò Otho burggrauius Ratisponẽsis, à Chunrado tertio Cæsare citatur in prærogatiuis de anno Domini 1143. His successerũt Waltherus & Adalramus fratres aduocati, semper liberi de Lengẽbach, & comites à Trasma. Quorũ ille S. Andreę cœnobiũ supra Hertzogburgũ exorsus est, ad Trasmã flu. anno 1140: hic uerò celebrẽ illam in Styria Seccouiensem præpositurã posuerat, circa annũ Salutis 1139. Post hos ad famã uenerunt aduocati Ratisponẽses, semper liberi de Lengenbach, & comites de Trasma, Henricus, Fridericus, & Hardnidus, in testimoniũ adhibiti à Chunrado tertio, & in exordijs cœnobiorũ Paumgartenperg, & S. Hippolyti, de anno Salutis nostræ 1141. His successerunt Otho & Ernestus aduocati: quorũ primus Leopoldo sexto, & dignitate secundo Austrię duci, Rechperg castrũ legitur ac dominiũ uẽdidisse, anno 1182: Duringus aduocatus & semper liber de Lengẽbach, subscripsit literis à Leopoldo sexto cõcessis Garstensi cœnobio, de anno Salutis 1205. Fridericus aduocatus floruit & subscripsit literis Friderici ultimi Austriæ ducis Babenbergeñ. stirpis, anno 1256. Cuius filius Otho canonicũ Patauiensem egit, & eius frater Berchtoldus uixit anno 1266. Cuius fortasse filius fuit Fridericus postremus aduocatus Ratisponẽsis, & semper liber de Lengẽbach, comes à Trasma, qui floruit anno incarnationis Dominicæ 1300, & Crumau castrũ Austrię, Stephano domino & baroni à Meissaw uendiderat, ac fratrẽ Bernhardũ habuerat Viennæ apud Minores sepultũ, anno Domini 1327. Et hactenus de comitibus à Trasma, qui Romani quoq; Imperij semper liberi à Lengenbach, quod hodie Lembach dicit̃, & aduocati Ratisponensis episcopatus, nec nõ Austrię antiquiores ac supremi dapiferi appellabantur. Et qua stirpe deficiẽte, Austrię principes feuda omnia ab Imperio acquirentes, prouinciæ suæ adiecerũt. Vnde legit̃ in antiquis Austrię Annalibus, Der Tuemvogt Ott von Regenspurch/ dinget dem hertzoch zů Osterreich Rechberch auf das hauß leut aigen vñ burge/ vñ alles sein guet das er zů Osterreich hett/ damit ist auch das gefallen an das land. Die frawe/ herrn Vrichs

Prosapia dominorum aduocatorum à Trasma.

A richs Jocher von Asparn/der Tuemuogts Otten schwesterdochter/die nam herrn Chunratẽ von Valkhenberg/die dinget dem hertzoge Leopolden Asparn/Wolfstal/Walchunskirchen/vnd als ir aigen leüt vnd gůt/vnd sturben on erben. Sultzbach hett zů lehen von dem Reich Longawe/vnd das aigen. Von dẽ nam es zelehen Tuemuogt Ott von Regenspurch/vnnd zoch zů dem Khaiser/vnd gab dem zweyhundert markhs silbers/das er des aigen von nieman anders haben scholt deñ von dem hertzogen zů Osterreich. Cæterùm quemadmodũ suprà ex diplomate Ottonis Engelrico comiti exhibito auditũ est, Comageni mõtis ac Trasamę clausurã cogebant hi, de quibus loquimur, comites tueri: à quo loco hodie Lilienfeld cœnobiũ Berhardinorũ, à Lupoldo sexto Austriæ duce positũ circa annos Domini 1218, haud ita multum abest. Videre est in ipsis iugis Kambergi, rudera antiqui castri, quod Altenburgũ nominant, sedem quondam antiquissimorũ regulorum Austriæ, qui aduocatorũ erãt uasalli: & fortè loco illorũ illos anfractus montiũ, aduersus Hungarorũ incursiones præsidio firmabant, nominati Domini ab Altenburg & Wildek, cœnobiorũ S. Hippolyti & Gotuicensis aduocati. Sub quorũ fuerant ditione Chustelbang, Adalnwang, Merswang, Reichenhag, Wald, Romẽstayn, & alia eorum finiũ castra ac castella. Cuius nobilissimæ prosapiæ inueniuntur, Albertus anno Salutis 1112, Gruno anno 1200, Rudolphus 1260, Lutoldus & Chunradus anno 1240, Rapato, Wulfingus & Cũradus, à Rudolpho Habsburgẽsi aduocati cœnobij S. Hippolyti creati, anno incarnationis 1283. Ioannes & Hartlinus, in priuilegijs & exordijs Academię Viennẽsis citantur, de anno 1322. Otho & Cadoldus, uixere circa annos 1348, suæ stirpis postremi. Atq; hæc habuimus quæ de Comageno cùm municipio, tum monte, atq; etiã Terræ sanæ comitibus narrarem. Superest ut inscriptiones, in ruderibus Comageni erutas à nobis, subijciam:

Prosapia dominorum ab Altenburg.

SECVNDINVS C. AN. LX ET IV
B LIA LITV. SECVNDINAE F. A.

CL. CRISPINVS ET CENSORI-
NA CETTI F. VIVI F. S.

CAP. IX. ET POSTREMVM, DE CAEtio urbe & monte, in confinio Pannoniæ superioris, & Seuerino, siue beati Seuerini cella ac cœnobio.



CAETIVM non solum montem fuisse qui Noricũ à Pannonia sequestrat, uerùm etiã municipium ad eius positũ radices, ubi equitũ ala excubabat, Codex præfecturarũ Rom. Antonini itinerariũ, historia diui Floriani, & inscriptiones Romanæ ibidẽ repertæ cõtestantur. Antoninus quippe, iter à Sirmio in Galliam describens, inter Vindobonã, (de qua, Sectione huius libri tertia tractatũ est) & Comagenũ, Cæcium collocat. Nec Ptolemæus dissentit, qui lib. 2 Geographiæ, cap. 13, trium obiter Cecij montis locorũ siue mansionũ meminisse uidetur. Ex quibus maximè Septentrionali, ubi uidelicet ala equitũ locata fuerat, de qua præfati sumus, longitudinis gradus tribuit 37 $\frac{1}{2}$, latitudinis uerò, siue eleuationis polaris 46 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Quoniã uerò constat, Cæcium montem in Danubium usq; promontoriũ demisisse, quod hodie à Galatis ueterib. incolis Galenbergũ nominatur, in cuius uertice desolatũ castrum cernitur, diui quondam Luipoldi Austrię marchionis regia, & sub cuius promontorij unius radice Nouoburgense illud celebre monasterium is princeps circa annũ Salutis collocauerat 1120, quod hodie Newburgã claustralem appellant, cui oppidum posterioribus seculis accessit, & hodie famigeratum nautis, & his qui ex Sueuia in Austriam nauigãt: Quoniam, inquam, constat promontoriũ Cecij montis fuisse, sub quo & Romani Ceciam suam extruxerãt, & prope quam beatus Seuerinus cellam habuerat; qui superauerint illud ipsum quod hodie uisi-

Adiunctũ fuit oppidum Monasterio anno 1298.

situr promontorium, quia continuum est montium in eo iugum, duorum penè miliariorũ spacio non nisi per asperã conuallem, quam hodie Hakatal à succisis arboribus uocant, descendãt in campestria hinc inde latè extensa omnino oportet. Itaq; in altera parte radicis, occasum uersus, alam equitũ Ceciensium stationem habuisse, à quibus conditum municipiũ Cecia celebratur, uel in diui Floriani Norici martyris historia, cuius ruinas in Cecenmuro pago superesse, Neithardi Frãci equitis notissima fabula, in orbe famigeratissimi, & qui statim egressis uallem Cecij supra dictam Hakentall occurrit, in minori Danubij alueo (quia isthic plures eius fluminis insulę sunt) deinceps testimonijs fide dignis confirmabimus. Porrò historia diui Floriani martyris sic habet: Hunc uirum Dei Ceciæ, Norici ripensis ciuitatis, tribunũ nimirum equitũ, quem Decurionem antiquiores uocabant, accersitũ, iubẽte Diocletiano Cæsare, ab Aquilino Norici præside, assumptis quadraginta militibus, Laureacũ coloniam uenisse: interrogatũ ibi à præside, & iussum reddere causam professionis suæ, Christum propalàm cum illis esse quadraginta confessum, custodię ea causa mancipatũ, ac in profluentẽ proximũ missum, laudabili martyrij palma uitam corruptibilẽ liquisse. Hęc ex diui historia. Porrò Ceciã extitisse in eo loco, ubi est hodie Zeislmaur pagus, quod olim Cecẽmurus, hoc est Ciciæ murus & maceriæ uocabatur, & ab ala equitum hunc ipsum fuisse denominatũ, testari potest inscriptio, quæ ibidem reperta, in proximũ oppidum Tullanam translata, ac parieti Dominicanorum cœnobij inserta cernitur talis:

Historia diui Floriani.

P. AEL. GERMANO
VETER. EX DEC. ET
CASSIAE VALENTINAE
EIVS ET PVBLIIS AELIIS
SABINIANO ET GERMANO
DEC. G. IV. COLONIAE
AQVIL. A MILITIIS
ET P. VALENTINAE SORORI
EQ. M. R. PA. ETVS
RVFFINVS DEC. ET IIVIR
LEG. X. ALAE CECIENS.
PERFICI CVRAVIT.

Equidem manifestius est quàm ut probari egeat, alam ibi equitum stationem habuisse, cuius decuriones Sabinianus & Germanus fuere, & P. Palætus equitum magister. Ad quam præterea alam in tractu eiusdem prouincię Norici ripensis, alludere uidetur monimentum Lambachi, in cœnobio repertum, cuius est hoc initium:

P. AEL. FLAVI. DEC. E IIVIR ET FLAM. ALAE CECIENSIVM ITEM DEC. ET IIVIR. & quæ sequuntur.

Subscribit his quæ proponimus, Chronica Hungariæ illa uetus, quæ refert Athilam Hunnorum regem, Romanos ac Gothos cum ducibus Materno fugasse, & Theoderico Gothorum rege, usq; ad Tulnam, & ibi in Ceizenmaur, Hunnos secundariò uicisse. Iidem annales tradunt, Abam regem, quem Hungari extincto Stephano sancto contra Petrum quendam sustulerant, usq; in Noricum & Ceizenmurum, effusorias manus misisse. De quo & loco & nomine Robertus abbas in uita Altmanni Batauiensis episcopi, & Gotuicensis monasterij fundatoris, sic scriptum reliquit: Nunc quem uitæ sortitus sit finẽ Altmannus episcopus, breuiter explicabimus, ut accepimus. Transactis in episcopatu 26 annis examinatus ut aurũ in camino tribulationis, in oppido quod Ceczenmure dicitur, febre corripitur,

A pitur, à religiosis uiris oleo consecratus perungitur. Et sic Dominicis sacramentis munitus, omnes sibi subditos benedicens, uinculis carnis lætus absoluitur. Extat huius loci & nominis mentio & in diplomate Ludouici primi, dato anno Incarnationis 824, inter reliqua marchæ orientalis & municipia & flumina, ut Pielagum, Nardinum, Pierstlingum, Tullanam, Trebensee, Comagenumq́; & alia. Proinde ergo (subijcit) Imperiali auctoritate iubemus, ut prædicta loca, id est Lytaha iuxta fontem qui dicitur Scombrunna, cum omni integritate sicut Theodericus habuit in sua potestate, & Zeisenmurus cum tali marcha, ut genitor noster Carolus decreuit: hoc est, ab illo castello in orientali plaga, usq; ad Pendentem lapidē in ora mōtis Comageni: & in Australi, in Chunihohesteten: in occidentali autem usq; ad aceruos sitos inter Tullanam & ipsum castellum, & ultra Danubium usq; ad Drebensee. Et hactenus quidem de Cecia, eiusq́; ruderibus, quę hodie in pago quodā ignobili uidētur, paulo supra Tulnā Austriæ sito, ubi Cecij mōtis iuga demittuntur, ac campestria excipiūt. Incolæ corruptè Zeislmaur appellant, quæ ante aliquot secula Cezenmurus, hoc est muri & maceriæ Ceciæ ueteris nominabantur. Quem quidem locum cultum quondam extitisse, ac ædificijs ornatum, uel quæ percrebuit de Neythardo siue fabula siue historia demonstrat. Quē sub primis marchionibus equitem Francum (de nomine principis non constat) ridiculam illam tragœdiam incœpisse, quæ hodie passim ad numeros canitur, cum rusticis ferūt. Cuius exitus hic est. Habitanti in eo oppidulo siue castro Marchionissæ, Neythardus aulicus, primo uere, iuxta morē gentis, primas uiolas, ut laudis uel præmij nonnihil à Domina auferret scilicet, perquirebat. repertoq́; flore, ut uiuum ex tellure pubescentem Princeps aspiceret, quæ meridianare sole iam tepescente cœperat, pileo texit, atq; ita notato loco gaudibundus ad heram cucurrit. *Historia Neythardi.*

B Interea dum Neythardus moratur, rusticus quidam fortè eius uiciniæ, ut genus est hominum aulicis semper infestum, ubi in locum incidisset, pileoq́; sublato uiolas reperisset, sumpto in inuentorem risus argumento, simul ut uulgi hominem affingeret, subtracto flore, locū probè oletulo refersit, pileo rursus suprapositο. Cuius planè rei ignarus bonus Neythardus, qui iam apud Marchionissam & cæteros aulicos, inuentum plurimùm exaggerauerat, tanquam nouū quendam orbem, aut rem ex India nuper allatam ostensurus, Dominam cum multa comitiua, ad locum signatum deducit: sublatoq́; pileo exultans, principi cum multa præfatione pro uiolis oletum demonstrat. Quæ res cum insperatò accidisset, primò risum astantibus, deinde odium Neythardo excitauit, subirascente post cachinnū Marchionissa, ac quòd se luderet existimante. Atq; is dolus deinde, cum technam comperisset, Neythardum in colonos uicinos exasperauit, ut de uindicta cogitaret: quam miro opere, ac nouo quodam exemplo de rusticis proximis postea sumpsit. Habitum namque ac sexum mentitus, & pro muliere se gerens, rustico cuidam Neythardus nupserat. agnitus tandem in ipso hymenæo, Neythardum se profitetur, & causam doli aperit. ac simul fuga sibi consulens, rusticis materiam cogitandi de ultione exigenda præbuit. Nouerat sibi infesta omnia esse, & insidias ubiq; tensas. Quare ut risum in aula uberiorem moueret, cado uinario, quod interstinctum asseritio fundo erat, inclusus, partem uasis uespis, crabronibus ac apibus referserat. atq; ita instructus, in turbam rusticorum, ad dedicationē templi cuiusdam pro uino uenali inuectus, in ipso articulo, quo uinum quod in uase nullum fuerat, mercede inscribendum erat, circumstantibus undiq; colonis, proferens caput ex dolio: Hic Neythardum esse exclamat. ad quam uocem, ac si hostes internecini adessent, fustibus ac contis, & ut cuiq; furor arma ministrabat, uasi illi Neythardino insistunt. quod dum reclusissent in ea parte ubi

infecta fuerant, tanta uis animalculorum erupit in obiectas miserorum facies, ut uel sine labore Neythardus bonus ille, cũ suo auriga ac ficto uino euadere potuerit. Huiusmodi facetiæ risu dignæ, & aliæ multæ de hoc ipso uiro narrantur, quæ in eius tumulo planè regio Viennæ, in uestibulo tẽpli erecto, sculptæ uidentur. Atq; de Neythardo hactenus, qui uel solus Ceciam illam ueterem nobilitasse uideri potest. Venio iam ad montem ipsum Cecium, ad cuius radicem hoc de quo locuti fuimus municipium, positũ erat. Is enim mons à promontorio quod isthic in Danubiũ se exerit, supra cuius uerticem primi Austriæ principes arcem condiderant, cuius hodie rudera duntaxat cernuntur, latè iuga sua extendens, usq; ad Draui ripam excurrit, ut Ptolemæus etiam animaduertit, qui triplicem illi poli eleuationem tribuit, tribus in illo, ut erant, mansionibus distinctis. Ac tametsi uetus illud Cecij nomen, quod origine & lingua Attica à fructu quercus erat, qua is cum primis arbore redundat, iam abolitum prorsus sit, ac iuga ipsa ut à promontorio incipiunt, per Austriam & Styriam continuata, alijs atq; alijs nomenclaturis hodie uulgò appellentur, Der Chalenberg / das Hakhatall / der Wiener wald / der Khaunperg / Khaunekh / der Tanperg / der Frankhafels / im Geschaid / im Prymbsy / Hohenalben / in der Dragsl / Schneeperg / in der Preyn / Semeeing / Arczperg / Hartperg / Blaiczberg, &c. tamẽ in media adhuc mãsione, siue eleuationis loco distincto, cuius etiã Ptolemæus meminisse uidet, ubi Semeringus, altisimũ Cecij montis iugũ, euntibus in Styriam iter præbet, ueteris uocis uel umbra quędã mansit. Descendentibus quippe ex hoc iugo pagus occurrit Spital nomine, ubi templarij quondã illi xenodochiũ habebant. Cui super proximo nemore, monteq; (quę Cecij omnino iuga sunt) Fridericus Primus imperator talẽ prærogatiuã concesit, in qua Cecenwald manifestè mentio fit. Et habet diploma sic: B

Cecius mons.

Iuga Cecij montis.

De Cecẽwald priuilegium.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. Fridericus diuina prouidentia Rom. Imperator semper Augustus: Magnæ pietatis esse æstimamus, si nos antecessorum nostrorum Regum ac Imperatorũ, aliorumq; Principum, cęterorumq; fideliũ exempla sequentes, loca ab ipsis fundata, & diuino cultui mancipata, Imperiali auctoritate roboremus, & sub nostra protectione cõseruemus. Et si quid nos in tabernaculo Dei offerentes, bono zelo superaddimus, à uero Samaritano, cũ redierit, nobis in centuplum id esse reddendum speramus, & credimus. Eapropter cognoscãt omnes Imperij nostriq; fideles, tam futuri quàm præsentes: quòd nos pro salute nostra, nostrorũq; antecessorũ, approbauimus, & ratã habuimus bonam uoluntatẽ & traditionẽ, atq; donationẽ, quam noster dilectus consanguineus Ottocharus marchio Styrẽsis, unà cũ uxore sua Kunigunde marchionissa, in spem æternæ retributionis liberè contulit, in eo maximè loco, ubi peregrinorũ & pauperũ, per terram eorũ iter agentium, inopia posset subleuari. Prædictus enim Marchio incultã partẽ syluæ Cetwald, quã propinquus Ecbertus comes de Brotene, Vornbacensibus dederat, datis tribus excultis mansariarijs, in loco qui uocatur Niwesidl, & quarto Wilhalmsburch, cum Ortolfo abbate, adstipulantibus fratribus suis, cõcambiuit, ac cõsulentibus fidelibus ac ministerialibus eorũ in ea Hospitale, in honore diuę genitricis & semper uirginis Marię, in usum pretereuntium fundauit, ut tectũ, stratũ, forum, & quodcunq; aliud diuertentes possent habere pro facultate subsidium. Ad quod ministeriũ tradiderunt residuum eiusdẽ syluæ, quod eorũ cognoscitur fuisse. Tam ipse Marchio, quàm ipsius uxor Kunigundis marchionissa, cũ exitibus & redditibus, omniq; utilitate, quæsita & inquirenda, excepta piscatione & uenatione eorũ quã ex parte sibi retinuerunt, partim in usum hospitalis eo uti concesserũt. Hi uerò sunt termini syluæ ad Hospitale deputatæ: à meridie amnis Froscnice cum Alpe, in septentrione scaturigines fontium

A tium in Moure fluuium confluentium. Ab occidente, Pyrchenwane uilla, in qua tres mansus cum curtili, loco eidem tradiderunt. Item mansum in uilla Frezen, cum prato adiecerunt. Tres etiam mansos Pache, & unum in Schergendorf, cum proprijs ipsorum hominibus, qui coloni eorum erant, donauerunt. Ecclesiam præterea S. Stephani Chrebar, cum prædijs & dominijs ad eam pertinentibus addiderunt, in pauperum sustentationem, & pro peccatorum suorum remissione. Suis quoque ministerialibus & eorum successoribus liberã potestatem permiserunt, de reditibus eius offerendi, quodcunque & quantumcunque uelint patrimonium, sic uidelicet, ut ipse Hospitalis locus cum omnibus ad ipsum pertinẽtibus, sub ipsius Marchionis & filij sui legitimorumque successorum suorum defensione semper maneat & cõsistat. Ministeriales etiam marchionis & filij sui, cum uxoribusque & liberis de prædio suo eidẽ Hospitali delegauerũt, Otto de Stubenberch decem mansus in Vorowe, & uineam Spiceharde: Godescalcus de Rechberch uillam Niwensidl: Rapato de Butene duos mansus apud S. Petrum: Henricus de Swarzach tres mansus: Sifridus de Chranichberch uineam Crotendorf: Balduinus medicus uineam Viscach, Bernhardus de Stubenberch uineam Mersdorf. Hæc aũt omnia in priuilegio prædicti marchionis per ordinẽ continentur. Nos igitur pro salute animæ nostræ prædictum hospitale, situm in loco qui dicitur Cetwald, in episcopatu Salisburgensi, & omnia prædia ipsi Hospitali data, & adhuc Deo iuuante in posterum danda, sub nostram Imperialem protectionem recipimus, & ab omnibus seruitijs quæ appellantur Voitmurce & Marchtinest, suprà memorata bona Hospitalis absoluimus: statuẽtes, & firmiter pręcipientes, ne quis exactionem uectigalium uel tributorum de rebus ad Hospitale deputatis, in aliquo loco imperij nostri exigere pręsumat. Vt itaque hæc omnia uerius credantur, & ab uniuersis diligentius obseruentur, præsentem inde chartam conscribi iussimus, & Imperiali sigillo confirmari fecimus, & communiri: adhibitis

B testibus, qui in priuilegio marchionis continentur, quorum nomina hæc sunt: Ottocharus Archipresbyter, Engelherus & Bernhardus presbyteri, Bernhardus de Muregge, Lutoldus de walthstayne, Vlricus de Vrle, Hermannus de Wihenstayn, Meginhardus de Truebas Wynkhl, Vdiscalcus de Nitperch, Otto & Wulfingus de Kapfenberch, Ludouicus de Glanegge, Rapato de Butene, Hẽricus de Schwarczach, Sigefridus de Chranichperch, Albero & Vlrich de Drucknstayn, Otto de Wolhesdorf, Berchtoldus de Egischalkesueld, Wulfingus de Kremsa, Rudolfus de Starhberge, Fridericus de Mursdorf, Duringus de Steyne, Werdherus de Lawẽd, Vdiscalchus & Eberhardus de Visach, Merboto de Trabsteten, & alij quãplures. Et ego Christianus cancellarius, & Mogũtinæ sedis electus, recognoui. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1166, regnãte domino Friderico Romanorũ imperatore gloriosissimo, regnorũ eius decimoquarto, Imperij uerò nono. Datum apud Augustam ciuitatem, Idib. Octobris.

Hæc prolixius propterea adducere uolui, non solùm ut Cecium montem usque in Styriam propagatum fuisse, uerùm etiam ut ostenderemus, tres ad eius radices semper mansiones extitisse, quas & Ptolemæus adnotauit, de quarum prima ad Danubij ripam, ubi ala Ceciensis fuerat, hoc Capite ex professo agimus. In media uerò, infra Semeringum montem, xenodochium ante plura secula extitisse, ubi uiatores diuertebant: cui & Cecij uetus nomen manserat, ut ex illius quod adduximus diplomatis exemplo, animaduerti potest. Cæterùm ut in promontorio maneamus, ad cuius uidelicet radicem Cecia illa uetus fuerat, sunt qui illud, quòd caluaster sit ibi montis iugum, Kalenbergum propterea nominatum fuisse opinentur. Ego contra à Galatis id nominis primùm omnium accepisse

Kalenberch mons unde dictus sit.

accepisse contendo, quos in Pannonias per alpes Noricas traduxisse Brennum, Acichorium, Cerethrium, & Bathanacium, reges, Pausanias in Phocide, & Athenæus lib. 5 Dipnosophistῶn, authores sunt. Sic enim & alij in Norico mediterraneo apud Carnos, & in Dacia, ubi hodie Transyluani tenent, montes, eandem ab eadem nimirum gente nomenclaturam sortiti sunt, Chalenberch. Sed placet uerba ipsa authorum recensere. quorum Pausanias sic scriptum reliquit: ἔμελλε κερήθριος ἡγήσεσθαι, ἐς δὲ τοὺς παννονίαν ἰοῦσι βρέννος ἦσαν καὶ ἀκιχώριος ἄρχοντες, βόλγιός τε παρὰ μακεδόνας τε καὶ ἰλλυριοὺς ἤλαυνε. id est, Cunctabundus Cerethrius præcessit. in Pannoniam uerò habitatū Brennus ibat, & Acichorius princeps. Bolgius uerò iuxta Macedonas & Illyrios sedes fixit. Addit quinto Dipnosophistῶn Athenæus, τῶν δὲ γαλατῶν οἱ σκορδίσκοι καλούμενοι χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν. ληϊζόμενοι γὰρ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ ἀδικοῦντες οὐ παραλείπουσι. τὸ δὲ ἔθνος αὐτῶν ἐστι λείψανον τῶν μετὰ βρέννου στρατευσαμένων ἐπὶ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον. Γαλατῶν γάρ τις βαθανάτιος ἡγεμὼν αὐτοὺς διώκισεν, ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν ἴστρον τόπους. Meminit porrò huiusce Galatarum in Pannonias & Illyrici tractum migrationis ex Græcia, T. Liuius libro octauo Decadis quartę, & Claudianus libro secundo in Eutropium hoc carmine:

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens,
Illis antè uagus tandem regionibus hæsit,
Gæsáq; deposuit, Graio iam mitis amictu,
Pro Rhœno poturus Halym, dat cuncta uetustas.

Porrò testantur illam Galatarum à Rhœno in Græciam, & inde in Pannonias ac Norici alpes migrationem, innumera quæ adhuc nobis Germanis uocabula manent Græca: de quibus copiose in prima Decade nostri Operis, quod de Gentium migrationibus ac linguis, Deo uolente, propediem in lucem dabimus. Et hæc quidem de Cecio monte, eiúsq; promontorio, quod Danubio imminet, & Chalenberg nostris hominibus uocatur, uel faceto sacrifico qui parochiam in radice habebat, nominatissimus mons: & in cuius uertice Austriæ quondam marchiones castrum condiderant, loco edito, in quo regiam tenebant, cuius etiamnum rudera altero supra Viennã miliario supersunt. Ab hoc monte non procul erat Seuerianum, siue beati Seuerini cella, qui sub Iustiniano primo Norici apostolus fuerat, ac ibi Herulos, Styros ac Rugos Christo lucrifecerat, cuius Eugippus in uiri historia subinde meminit, & quam in Norici finibus extitisse Paulus Diaconus libro primo Longobardicæ historiæ, capite duodecimo testatur: His temporibus (inquit) inter Odoacrem, qui in Italia per aliquot iam annos regnarat, & Felethæum, qui & Fethia dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarserat. qui Felethæus illis diebus ulteriorem Danubij ripam incolebat, quam Norici finis, id est Danubius separat. In his Noricorum finibus beati tunc erat Seuerini cœnobium, qui omni scientia & prærogatiua sanctitatis præditus, multis iam erat uirtutibus clarus. Cumq; ijsdem in locis ad uitæ usque metas habitasset, nunc tamen eius corpus Neapolis tenet. Hic sæpius hunc, de quo diximus, Felethæum, eiúsq; coniugem, cui uocabulum Gisa fuit, ut ab iniquitate desisterent, uerbis cœlestibus monuit. Quibus pia uerba spernentibus, hoc quod eis postmodum contigit, longè antè futurum prædixit. Igitur Odoacer gentibus suæ ditionis congregatis, utpote Turcilinguis, Herulis, Rugorúmq; parte, uenit in Rugilandiam: pugnansq; cum Rugis, ultima eos clade conficiens, Felethæũ regem eorum extinxit. Ad hanc cladẽ alludens, beatíq; Seuerini mona-

Seuerini cella.

A ni monasterium in Norici finibus insinuans Eugippus, in eius historia sic scribit: Vniuersa Rugorum gens, Dei famulum frequentans, cœpit gratulationis obsequium reddere. Inter quos & Odouacar, qui postea regnauit in Italia, uilissimo tunc habitu iuuenis, statura procerus, aduenerat. Qui dum senis humile tectum suo uertice contingeret, inclinasse ad uirū Dei gloriosum cognouerat. Cui etiam ualedicēti: Vade, inquit, ad Italiam, uale: uilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis citò plurima largiturus. Qui rursus alio loco, cellæ siue monasterij illius situm ostendens: Ad antiquū (ait) & omnibus maius monasteriū suum, iuxta muros oppidi Fabianis, quod centum & ultra milibus aberat, Danubij nauigationibus descendit. loquitur autem de Seuerini ex Patauia nauigatione. Porrò quia tertia huius libri Sectione docuimus, Viennā Fabianā tum nominatā extitisse, cōsentaneum est, hoc Seuerini cœnobium haud procul à Vienna extitisse, nimirum ad radicem Cecij montis, qui uno magno supra Viennam miliario in Danubium prominet, & totus uitiferest. Vnde idem Eugippus manifestius huius Seuerini cœnobij positum delineans, scribit: Dein beatus Seuerinus in locum remotiorem secedens, qui ad Vineas uocabatur, cellula parua contentus, ad prædictum oppidum remeare, diuina reuelatione compellitur. hæc ille. Ex quibus liquidò apparet, rudera huius ipsius cellæ paruæ extitisse in pago, quem adhuc à Seuerino Siferingam uocat uulgus, uno magno à Vienna miliario, sub iugo Cecij uitifero sitam. A' quo haud procul & cœnobij ruinę cernuntur, ubi fratres sub eius regula ac disciplina Deo seruiebant. quod Eugippus omnibus maius monasterium, & haud procul à Danubij ripa basilicā diuis ibi martyrib. Geruasio & Prothasio consecratam extitisse refert. Supersunt adhuc macerię, ac inter sentes atq; uepres ex uetustate rudera cernuntur. Quin & hodie locum Sanctum dicimus, uulgò **Haylig statt**, quòd quondam sancti ibidem uiri habitarint. idq; Annales etiam memorant. Ex quo loco Leopoldus quartus Austriæ marchio, qui postea ob miracula inter diuuos relatus est, saxa ac reliquias murorū auferens, ac uno nō integro miliario sursum deuehens, basilicam illam nobilem, ac cœnobium construxit opulentissimum totius Austriæ, quod Neuburgam claustralem uocant, ubi eius pariter corpus ueneratur in ipsa Cæcij montis conualle quadam, ac radice. De cuius fundatione ac consecratione, quę quidem completa fuit annum circiter Salutis humanę 1133, longè doctissimus poeta CASPAR VRSINVS VELIVS, noster in officio Historici apud Serenissimū Regem FERDINANDVM antecessor, nobile hoc carmen cecinit:

Cellæ S. Seuerini uestigia.

Monasterij S. Seuerini rudera.

B

Hunc quondam Iunone fauente, atq; auspicibus dijs,
Germanas Italasq; inter decus Heroinas,
Enixa est Itha mater, & ipso à nomine patris
Indidit egregium Leopoldo nomen. At illa
Christicolūm accinctis legionibus addita, turmas,
Aeratasq; acies inter, præstantibus ausis
Bello tentandas Solymōn comes acris ad arces
Dum graditur, medijs in millibus ecce ruentem
Iusta in bella, nimis mors heu crudelis ademit.
Illi autem studium pia sacra, Deosq; colendi
Accreuit puero, templis reparauit honores,
Induxitq; nouos delubra in plurima cultus,
Dona ferens. Vario ornatæ stant munere passim

Aræq;

Aræq́ effigiesq́ deûm: fulgentis & auri
Argentiq́ sacros hic pondera uertit in usus.
Dehinc ubi concessum regnis succedere auitis,
Iungitur huic uinclis pia connubialibus Agnes,
Cæsarea de stirpe, genusq́ à sanguine Regum.
Fœlix prole pater, bis quattuor inclyta natos
Femina, bis quinq́ & natas sacra edidit aluo:
Non quales Niobe infœlix, contendere contra
Ausa deam, cuius Delos erratica partu
Antè, modò ad rapidos immota stat insula uentos:
Sed uirtute pares, atq́ haud pietate minores,
Illustri genitore. Ille indefessus ubiq́
Instaurare deûm socia cum coniuge cultus,
Templum ingens animo uersans, tibi maxima Virgo,
Nata Palæstino Dauidis sanguine regis:
Nescius ipse, loco quo conderet, ecce per auras
Lutea reginæ de uertice flammea sacro
(Mirandum dictu) circum uicina coorti
Extemplò uenti rapiunt in tesqua, nemusq́
Vmbriferum. cœlo non illis imber aperto,
Nec hyemes nocuere graues, atq́ horrida uenti
Tempestas. Quæ forte locos Leopoldus eosdem,
Integra deueniens nono pòst repperit anno.
Obstupuit uisu, mox & mirabile nouit
Ostentum: Loca nimirum hæc (ait) esse putandum est
Grata deæ. templisq́ hic fundamenta futuris
Prima locare iubet, moliriq́ ardua tecta.
Imposuitq́ aras, arisq́ sacrauit honores,
Hic ubi cæruleo se Cecius admouet Istro,
Aruaq́ Pannonijs mons Norica diuidit agris.
Dux coluit loca amœna, & summo uertice montis
Arcem habuit, præuastam arcem, non hostibus ullis
Excisu facilem, atq́ domum rectoribus aptam.
Non longè hinc noua templa, modis quæ condita miris
Sunt, diuinarum longè ditissima rerum,
Hæc ætas Neoclaustra uocat. post munia uitæ
Innocuæ, exactumq́ annis fœlicibus æuum,
Et Leopoldus, & ipsa thoro fidissima coniunx,
Illo ritè loco corpus, uitaq́ soluta
Condi marmoreo uoluerunt membra sepulchro.
Ipsi autem cœlo illustres, rediere beatas
Ad sedes animarum, & summi in tecta Tonantis,
Vnde genus duxere, suæ & cunabula gentis.

FINIS LIBRI XII. ET OPERIS TOTIUS COMMENTARIOrum Reipublicæ Romanæ, &c. autore Vuolfgango Lazio Viennensi, Historico Regio.

Catalo-

CATALOGUS AUTORUM, QUORUM testimonia in hoc Opere citantur.

Incipientis Imperij, & ante illius constitutionem:

GRAECI

Herodotus
Pausanias
Athenæus
Philostratus
Polybius
Strabo
Appianus Alexandrinus
Dion Caßius
Lucianus
Herodianus
Iosephus Iudæus
Dionysius Halicarnasseus
Plutarchus
Abdias ex Hebraica conuersus
Berosus ex Chaldaica uersus
Xenophon
Arrianus Nicomediensis.

LATINI

T. Liuius
Cæsaris comment.
Salustius
Cor. Tacitus
Uel. Paterculus
Cato de originibus
Fabius Pictor
Plinius
Suetonius Tranquillus
Panegyrici, Plin. Mamertinus & Pacatus
Uirgilius
Ouidius
Lucanus
Martialis
Iuuenalis & Persius
Horatius
Catullus & Tibullus
Plautus & Terentius
A. Gellius, Macrobius
Uegetius de re militari
Papinianus iureconſ.
Caius iureconsultus
Ulpianus iureconſ.
Modestinus iureconſ.
Marcellus iureconſ.
Iustinianus Imperat.
Monumentorum inscriptiones per ditionem Austriacam repertæ per Lazium
Monumenta Transyluaniæ à Uerbero & Urantio collecta
Monumentorum Augustanorum Inscriptiones Peutingeri
Inscriptiones Ueronensis ciuitatis
Liber antiquitatum Appiani & Amantij.

Inclinantis Imperij:

GRAECI

Stephanus de Urbibus
Suidas
Hesichius
Eusebius
Nicephorus
Procopius de Gotica historia
Agathius

LATINI

Iulius Capitolinus
Aelius Lampridius
Fla. Uopiscus
Spartianus
Trebellius Pollio
Uulcatius Gallicanus
Aurelius Uictor
Sextius Ruffus
Aelianus de instruendis aciebus
Eutropius, Orosius
Am. Marcellinus
Symmachus
Caßiodorus
Claudianus poeta
A. Prudentius
S. Sidonius Apoll.
Euodius
Antonini itinerarium
Marianus Scotus
Paulus Diaconus
Iordnandes de Gothica historia
Uictor episcop.
Modestus de uocab. mil.
Gregorius Turonensis
Sulpitius Apoll.
Eginhartus in historia Caroli Magni
Herimbertus de rebus à Carolo Magno gestis
Clemens de uita Caroli Magni
Hermoldus Nigellus de Ludouici primi gestis
Luiprandus Ticinensis
Labertus Schaffnaburg.
Abbas Prumiensis
Abbas Spanhaymensis
Beatus Rhenanus
Ioan. Auentinus
Io. Alex. Braßicanus
Io. Ludo. Braßicanus
Philip. Gundelius
Io. Cuspinianus.

FINIS.